


*l. C. de la Com. de la Universidad B. d.
R. 6745*

S V M M A R I V M
REVERENDISSIMI D. D. FRA-
TRIS BARTHOLOMÆI A LEDESMA
INSTITVTI DIVI DOMINICI SACRÆ
Theologiæ Magistri,

*Necnon primariæ Theologorum Cathedræ Mexici apud novi orbis Indos quondam
moderatoris, Guaxaquensis Episcopi, denuo ab autore recognitum nouisq;
additionibus auctum, quæ sub hoc signo & denotantur, quæ verò ex-
cussa erant hac nota ☩ designantur.*



SALMANTICÆ CVM PRIVILEGIIS

Excudebant Hæredes Mathiæ Gastij.


M D LXXXV.

2 400 40
Galle
MADE IN SPAIN

*del Libro de la Cong. Regia de Granada B. &
R. 6945*

S V M M A R I V M
REVERENDISSIMI D. D. FRA-
TRIS BARTHOLOMÆI A LEDESMA
INSTITVTI DIVI DOMINICI SACRÆ
Theologiæ Magistri,

*Necnon primariæ Theologorum Cathedra Mexici apud novi orbis Indos quondam
moderatoris, Guaxaquensis Episcopi, denuo ab authore recognitum nouisq;
additionibus auctum, quæ sub hoc signo & denotantur, quæ verò ex-
cussa erant hac nota ☩ designantur.*



SALMANTICÆ CVM PRIVILEGIIS

Excudebant Hæredes Mathiæ Gastij.

M D LXXXV.

R

EGIVS Senatus mihi mandavit summarium Reverendissimi Patris Magistri Fratris Bartholomæi de Ledesma Episcopi Panamacensis inspicere. Quod ego maiori quam potui diligentia prestavi. Ac tandem deprehendi, summarium hoc cum suis additionibus continere doctrinas catholicas, pias, nimiumq; eruditas. Quas non solum iudico ad peruersos huius nostræ ætatis hæreticorum errores confutandos, convenientes, & opportunas, verum pro nostræ fidei catholice dogmatibus astruendis solidas, graves & efficaces admodum esse affirmo. Ac proinde mihi videntur dignissima, quæ in publicam totius ecclesie utilitatem euulgentur: ut ad ipsas, tanquam ad fontes limpidissimos saluatoris omnes diuinarum scripturarum interpretes, sacrarumq; scholasticorum disciplinarum professores, vniuersi verbi Dei proclamatores, parochi denique atque plerique omnes alij viri docti haurituri aquas cum gaudio salutare & celestes populis christianis propinandas accedant. In cuius rei testimonium, & fidem doctissimorum virorum sententiæ, qui iuxta Sacri Concilij Tridentini has doctrinas approbaverunt, subscribens proprium nomen hic subscripsi. Madriti. Apud Sanctum Philippum. Calendis Aprilis. Anni. 1581.

F. Laurentius à Villauicentio.

D. Theologus.

R

EGIVS Senatus Sacre coronæ regnorum Aragoniæ, mandavit mihi recognitionem, & examen, Summarij Reverendissimi Patris Magistri, Fratris Bartholomæi de Ledesma, instituti beati Dominici, denuo ab eodem authore recogniti, & nouis additionibus aucti. Quæ omnia ut vidi, miratus sum illius viri sapientem, discretam, totiq; Reipublice vtilem eruditionem, in eo opere. Quod mihi visum est dignum, in lucem prodeat, quod omnibus luceat. Sub censura sancte matris Ecclesie Romanæ, Madriti, 22. Ianuarij. 1582.

Doctor Heredia.



DO R quanto por parte de vos el Reuerendo in Christo Padre Maestro Don Fray Bartholome de Ledesma de la orden de Santo Domingo, electo Obispo de la ciudad de Antequera del Valle de Guaxacca de la nueua España en las nuestras Indias del mar Oceano. Nos fue hecha relacion que auades compuesto vn libro intitulado Summa de Sacramentos que auades impresso en aquella tierra, en virtud de la licencia que para ello de nos teniades despachada por el nuestro consejo de las Indias, cuyo treslado auades presentado, y porq despues lo auades añadido con nueuas addiciones cófor mando os con el Sancto Concilio Tridentino en la forma que se veria por la copia del dicho libro que ante nos se presento. Nos fue suplicado lo mandassemos ver y examinar por ser obra tan importante y necessaria, y dar os licencia y priuilegio para imprimirle en estos nuestros reynos y fuera dellos, por tiempo de quinze años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo. Por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que en la prematica por nos hecha sobre la impressiõ de los libros dispone. Por os hazer bien y merced fue acordado q deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos touimos lo por biẽ, por la qual vos damos licencia y facultad para que vos o la persona que vuestro poder vuiere y no otra alguna podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion en todos estos nuestros reynos de Castilla por tiẽpo y espacio de diez años primeros siguiẽses que corran y se cuenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante, lo pena que la persona, o personas que sin tener para ello vuestro poder le imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, o vender pierda la impressiõ que hiziere con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo accusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco. Con tanto que todas las vezes que vuiere de hazer imprimir el dicho libro durante el dicho tiempo de los diez años le traygays al nuestro consejo juntamente con el original que en el fue visto, que va rubricado cada plana, e firmado al fin de Juan gallo de Andrada nuestro escriuano de camara de los que residẽ en el nuestro consejo para que se vea si la dicha impressiõ esta conforme a el, y se os de licencia para lo poder vender, y se os tasse el precio como se vuiere de vender. Sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y mandamos a los del nuestro consejo y a otras qualesquier justicias destes nuestros reynos que guardẽ y cumplan y executen esta nuestra cedula y todo lo en ella contenido, fecha en Lisboa a 28. de Octubre de mil y quinientos y ochenta y vn años.

YO EL REY.

*Por mandado de su Magestad
Antonio de Erasso.*



NOS DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalẽ, de Portugal, de Hungria, de Dalmacia, de Croacia, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, y de las Indias Orientales y Occidentales, de las Islas, y Tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabante, de Milan, de Athenas, y Neopatria, Conde de Auspurg, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, de Rossellon, y Cerdeña, Marques de Oristan, y Conde de Gociano. Auiendo se nos hecho relacion por parte de vos el Reuerendo in Christo Padre don Fray Bartholome de Ledesma de la orden de Santo Domingo, electo Obispo de la ciudad de Antequera del Valle de Guaxacca de la nueua España en las nuestras Indias del mar Oceano, que auades compuesto vn libro intitulado Summa de Sacramentos, y hecholo imprimir en aquella tierra en virtud de licencia nuestra real despachada por el nuestro consejo de las Indias, y porque despues lo auades añadido con nueuas addiciones conformando os con el Sacro Concilio Tridentino, segun que se veria por la copia del dicho libro que auays hecho presentar ante los del nuestro sacro supremo real consejo de Aragon, suplicando nos fuessemos seruido de mandaros dar licencia de imprimirlo. E nos auemos mandado reconocer el dicho libro al doctor Sebastian de Heredia capellan de nuestra real capilla, y vista su aprobaciõ y de otros doctores Theologos lo auemos tenido por bien por tiẽpo de diez años deste dia en adelante contaderos. Por ende cõ tenor de las presentes de nuestra cierta sciencia deliberadamente y consulta os damos licencia y facultad q durante el dicho tiẽpo podays imprimir o hazer imprimir siempre q quisiere des el dicho libro en qualquier de los dichos reynos y señorios de la nuestra corona de Aragón sin incurrir por ello en pena alguna, prohibiendo y vedando a todos los impressores, y a otras qualesquier personas q no lo haga ni puedan hazer por si ni por otros sopena de mil florines de oro de Aragón de sus bienes irremissiblemete cada vez exigideros, y a nuestros cofres reales aplicaderos, y de otras penas a nuestro real arbitrio reservadas, y de perder los moldes y demas aparejos de la impressiõ, y los libros q se vuiere impresso sin vuestro orden y voluntad, y mandamos a los lugartenientes, y capitanes generales, y a otros qualesquier oficiales y ministros nuestros en qualesquier de los dichos reynos y señorios nuestros cõstituydos y cõstituyderos q la presente nuestra licẽcia, facultad y merced os guardẽ, cúplan y effectuen iuxta su serie y tenor, y cõtra ella no haga, ni venga, ni permitan ser cõtra hecho ni venido en manera alguna, si de mas de nuestra ira, e indignacion en las penas arriba dichas desseã no incurrir. Queremos empero q cada vez q vuiere de imprimir de nueuo el dicho libro durante el dicho tiẽpo ayays de mostrar el primer volumen en el dicho nuestro S. S. R. cõsejo, para q alli se cõpueue cõ el dicho original q presentastes firmado en la fin de mano de Miguel Gort nuestro Secretario, y se os de licẽcia de poderlo vender lo incurrimiento de las penas arriba dichas, y de q la presente nuestra licẽcia y facultad os sea inualida, y de ningun effecto y valor. En testimonio de lo qual mādamos despachar las presentes cõ nuestro sello comũ real en el dorso selladas. Data en Lisboa a 15. de Abril, año del nacimiento de nuestro señor de 1582.

YO EL REY.

Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Gort, visa per comitem Generalem Thesaurarium Sapena Campi & Terça, Regentes can. & me pro conseruatore generali.



OR quanto por parte de vos el Reuerendo in Christo Padre Don Fray Bartholome de Ledesma de la orden de Santo Domingo, electo Obispo de la ciudad de Antequera del Valle de Guaxaca de la nueua España del nuestro consejo, nos ha sido fecha relacion que como nos era notorio por vna nuestra cedula, fecha en veynte y siete de Junio del año pasado de mil y quinientos y sesenta y tres, os dimos licencia y priuilegio para que por cierto tiempo solamente vos, y quien vuestro poder vuiesse, pudiesedes imprimir y vender en las nuestras Indias vn libro que auades hecho, intitulado Summa de Sacramentos, obra muy prouechosa y conueniente, y despues le auays añadido y se ha visto y examinado en el nuestro consejo de Castilla, y teniendo consideracion al trabajo que auades puesto en lo susodicho, os auamos mandado dar licencia y prouision para que en estos Reynos le pudiesedes imprimir y véder vos solamente, y quien tuuiesse vuestro poder por tiempo de diez años. Suplicando nos attento a las mesmas causas, os mandassemos dar otra tal licencia y priuilegio para las dichas nuestras Indias, o como la nuestra merced fuesse. Y auiéndose visto por los del nuestro consejo real dellas, y el dicho libro añadido de que de suso se haze mencion. Acatando lo susodicho lo auemos tenido por bien, y assi por la presente damos licencia y facultad a vos el dicho electo Obispo, o a quien vuestro poder vuiere, para que por tiempo y espacio de los dichos diez años primeros siguientes que corran y se quenten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante podays imprimir y vender el dicho libro, en las dichas nuestras Indias, Islas, y Tierra firme del mar Oceano, siendo primeramente tassado por el nuestro Presidente, y Oydores de la nuestra Audiencia real de la dicha nueua España el precio a que se ha de vender, y mandamos que durante el tiempo de los dichos diez años, ninguna, ni algunas personas de las dichas nuestras Indias, ni de estos Reynos sean olados de imprimir el dicho libro, ni venderle en las dichas nuestras Indias, ni en ninguna parte dellas. Saluo vos el dicho electo Obispo Don Fray Bartholome de Ledesma, o las personas que el dicho vuestro poder para ello huieren. Sopena que qualquiera otra persona, o personas que imprimieren, o vendieren el dicho libro pierdan todos los que huieren imprimido y tuieren en su poder, y demas desto incurra en pena de cinquenta mil maravedis, la qual dicha pena sea la mitad, para vos el dicho electo Obispo y la otra mitad para nuestra camara, y fisco, y mandamos a los del dicho nuestro consejo real de las Indias, y a los nuestros Virreyes presidentes y Oydores y Governadores, y otras qualesquier justicias de las dichas nuestras Indias, assi los que agora son como los que seran de aqui delante que guarden y cumplan y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedula, y lo en ella contenido, y contra el tenor y forma della no vayan, ni passen, ni consientan yr, ni passar en tiempo alguno, ni por alguna manera durante el dicho tiempo de los dichos diez años, fecha en Lysboa a veynte y siete de Nouiembre de mil y quinientos y ochenta y vn años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad
Antonio de Erasso.

ILLVSTRIS. ET CLARISSIMO^{mo}
PRINCIPI D. D. RODERICO A CASTRO
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali, Archiepiscopo Hispalensi, Frater Bartholomeus de Ledesma instituti D. Dominici Sacræ Theologiæ magister, & Episcopus Guaxaquensis in noua Hispania noui orbis prouincia. S. P. I. D. F.



*E*st Illustrissime Cardinalis virtutis celsitudo & dignitas, vt post Deum ipsum summum rerum omnium opificem, nihil pulchrius atque diuinius ea mente sit, qua terrenis rebus pro nihilo habitis, conditoris sui armis insignita, se totam in illius obsequium & amorem quasi fortissimo quodam nodo sic deuinxit: vt huius mundi prorsus oblita, illi solum viuat, illi pareat, illi militet, in illum denique amoris vexillum, ipsumq; vexilliferum, semper oculorum aciem intendat. Oculorum certe est in nobis sensus acerrimus, quibus virtutem non cernimus. Quos enim ardentes amores excitaret sui, si huius animæ pulchritudo corporeis oculis cerneretur? Est ne obsecro in tota hac mundi fabrica quam conspiciamus, christiana virtute ac pietate speciosius atq; sublimius? Profecto nihil. Ea igitur rerum in causa extitit Cardinalis amplissime, vt ego te longe positum, & nec de facie quidem notum, solo virtutum tuarum odore, vbique sparsa maxime delectatus, & absentem absens diligerem, atque obseruarem. Qua propter has etiam ad te literas mittere, & hanc sacramentorum summam, & quasi compendium in huius erga te pietatis, & obseruantie meæ testimonium dicare constitui. Quod quidem argumenti genus, tibi gratum, atque iucundum futurum esse, proculdubio existimo. Hoc enim quicumque studia & labores suos principibus viris dicare constituunt, quo illos operum suorum patronos faciant: summopere curare debent. Quod insignis quidam Philosophus parum animaduertisse memoratur, qui cū Antiocho Asiæ regi, librum quem de iustitia scripserat obtulisset, ab eo contemptus atque explosus est: quia sibi qui aliorum terras, & quæ alieni iuris erant, armorum vi atque potentia suo subingaret imperio, æquitatis & iustitiæ leges offerret. Ab huius autem erroris nota me modolonge abesse serenissime princeps certo scio, cum pietatis obseruantissimo, & totius christianæ reipublicæ communis salutis studiosissimo, quæ ad communem fidelium salutem & sanam doctrinam spectant, & omnium bonarum artium, & studiorum singulari patrono, quæ ad hæc ipsa studia non nihil conducere possint: hoc meo munere offero. Quauis enim in omnia Catholicæ

Ecclesie negotia perpetuo sis intentus, studia tamen pietatis & religionis sacrarūq; literarum, quibus animarum salus, & Christi gloria præcipue continentur, omnibus alijs pro tua insigni pietate anteferenda existimans. Vnde diuinò consilio factū esse arbitror, ut tot ac tantas in Ecclesia Christi dignitates, tuis exigentibus meritis ac virtutibus iam pridem debitas, quibus clarissima familia tua in dies magis ac magis efflorescit, obtinueris. Cum igitur opus hoc de septem almæ Ecclesie sacramentis in quo (nisi me studiorum meorum ratio fallit) præcipua pietatis nostræ axiomata continentur, annis ab hinc sexdecim excussum, sed nunc ex interuallo recognitum, & locupletius factum, ut instar novi operis videri possit denuo mandare prelo decreuissem, tu solus omnium mihi occurristi clarissime Princeps, cui opus istud iam Deo auspice in lucem editum, iure optimo debere existimarem. Etenim cum ea sit excellētium tuarum dignitatum, in quibus te semper strenue, ac sapienter in Hispania gessisti ac nominis tui fama & gloria, ut non se intra illos Hispaniæ terminos, & quasi cancellos continuerit: sed in has tanto interuallo disiunctas regiones, seu splendor quidam ex quodam ortus sole radios extenderit, & hucusque amplitudinem suam propagauerit: Quæ nam quæso è tot Principum numero iustus te mihi delegissem è cuius nominis gloria tantum decus, & ornamentum huic operi accedere potuisset? In hoc autem per exiguo opere meum erga te animi affectum tuo semper obsequio paratissimum qua soles animi humanitate quæso libenter excipias: sic enim incredibili beneficio me tibi deuincies & ad maiora excudenda concitabis. Vale Cardinalis amplissime & amplitudinem tuam Christus Iesus incolumem seruet.

ANTO.

ANTONIVS MARTINVS ARTIVM LIBERALIVM Magister ac iuris canonici candidatus & in Academia Mexicana humanarum literarum professor. candido Lectori. S.




H T S I non sum nescius, humanissime Lector, opus hoc de septem nouæ legis sacramentis nuper à Reuerendissimo D. D. Fratre Bartholomæo Ledesmio Episcopo Gualaquensi, summo vniuersitatis Theologo, tum concionatore in vsum Christianæ vniuersitatis conditum, ita quidem per se, vel sublimitate materiæ, vel ipso authoris nomine commendatum esse, ut exoticam laudem minime requirat, cum iuxta prouerbium vetus, vino vèdibili nihil opus sit suspensa hedera: monuit me tamen officij mei ratio, ut hominis mihi amicissimi consiliū paucis tibi exponeré. Etenim nihil illi æque curæ fuit, tuæ ac cōsulere vtilitati, tuoq; inferuire profectui: quippe ut quā minimo tēporis ac laboris dispēdio vniuersam sacramentorū doctrinā haurire posses, ommissa illa scholarū propria in vtrāq; partē longè, lateq; disputandi ratione (quæ & si cōmodissima via est veritati vestiganda, tamē solet plerūq; ingenia nō admodū in palestra literaria exercitata prægrauare) optimo consilio statuit nudam tantum veritatem spectandam tibi proponere, id verò quam docte, quam aptè, quam Christiane, imo quam diuinitus faciat, periculo ipso, si opus legeris, comperies, certe ergo (ut sum magnus librorum helluo) postquam illud summa aviditate percurri (nam, qua me beneuolentia prosequitur, libenter legendi copiam fecit, id etiam, si dijs placet, à me contendés, ut si qua legenti Aristarcho, digna occurrerent, ea obeliscis iugularem, hoc est sub Mineruam, ut est in prouerbio) equidem non facile potui constituere, vtrum ne magis hominis ingenū, an diligentia admirarer: ita clarè, dilucide ac perspicuè vim, naturamq; & ipsam (quā Græci vocant) cuiusque sacramenti vsiam nobis ante oculos ponit: tamque mirifico ordine omnia suis quæque sedibus disponit, tam exactè denique, & tam subtiliter quæ secum per dimeticatem lineam pugnare diceres, inter se conciliat, & mutuo quasi foedere confociat: ac recentiora Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi decreta suis quæque locis interferit, quibus vniuersum opus non secus quā stellulis quibusdam exornat. Lege modo, & nihil me tibi mentitum agnosces, quin fortasse maiora in secessu reperies, quam tibi pollicemur in fronte. Vale candido lector, & Ledesmio nostro felicia omnia comprecare.

PROLOGVS.



I. corporum caducorum medici, ea tenentur quæ ad medicinæ methodos & corporum complexiones herbarumque proprietates spectant, quo valeant & morbos cognoscere, & cuique morbo suum antidotum ad mouere, scire quam optimè, alioqui seuerissimam Deo de culpa sua morientibus, rationem redditori: quanto illi amplius animarum futuri spirituales medici, ad cognoscendas medicinarum spiritualium regulas earumque virtutes, id est, sacramenta tenentur, quibus possint verâ & aptam morbis ipsi conferre medelâ: quanto etiâ, si in huiusmodi (cum præstet ipsa tantum anima corpori) erratum fuerit, periculosius? quanto denique Deo reddent animarum quæ se se fortasse ignorantia istorum causa perdent, strictiorem rationem nam eas ipse Deus summopere sibi vt rem charissimam & amatissimam commendauit per prophetam ipso referente, custodi virum istum qui lapsus fuerit: erit anima tua pro anima ipsius. & per Ezechiel. 3. & 33. curam eandem habentibus animarum comminatur, Sanguinè eius, inquit, de manu tua requirâ. Quod proinde, ac si dixisset est, quia vita & mors subditorum posita est in manibus curatorum. Quocirca Iudith, cap. 8. c. Ex vobis pendet anima illorum. Ea de causa summam hanc ego sacramentorum mädante Illustrissimo ac reuerendissimo D. D. Fratre Alfonso à Montufare Mexicensi Archiepiscopo composui, in quam ea quæ ab alijs per varia & magna sunt digesta volumina, ex consulto breuiter congesi, cuiusque ibi sacramenti essentiam & diffinitionem describens, cum (teste Aristo. in lib. de anima) dubia contingentiâ de re aliqua ex diffinitione sint solueda. Igitur ipsa dubia, quæ circa horum quodque contingit occurrere, statim proponam: probaturus sanè tam ex iure canonico & concilijs, quam ex rationibus naturalibus & Theologicis, quid tenendum siue de fide siue de scientia, siue de opinione duntaxat, id quod imprimis aduertendum erit atque præ oculis iugiter sepius habendum, quòd cum materia ista sacramentorum quæ fide est, & tota diuinitus inspirata, sacræ potius scripturæ, Sanctorumque patrum autoritatibus innitendû erit quam rationibus vllis humanis & naturalibus, quæ equidem nõ conuincentes, sed congruenter probantes dicendæ sunt. In modo autem huiusce progressus, eum minime quo vtuntur doctores, qui ad partes diffuse per argumenta disputant, sequutus: citavi duntaxat breuiter opiniones: & quid esset ex illis recipiendum, tenendum vè posui. Eò autem id feci, quod si doctiores ad disputandum fufius vellent materias petere, facile eas inuenissent: & minus docti quantumuis rudes, aut natura agrestes intellectu, faciles eas habuissent. Difficultates præterea (nam quæstiones & articulos omisi) articulorum loco subieci: de sacramentis in genere, quibusdam primo positis difficultatibus, atque mox statim de vno quoque speciatim, tractavi: difficultati vnique per conclusiones respondendo: præmissa tamen semper Ecclesiæ Romanæ autoritate, cuius censuræ cuncta per me & dicta & scripta subijcio.

DIPLOMA PII PAPÆ III. IN QVO CONCEDITUR Archiepiscopis & Episcopis huius noui orbis, vt sacratissimum Chrisma cum balsamo quod his in partibus reperitur, & cum ministrorum numero; qui ad id commodè reperiri poterit, conficere valeant.



PIVS PAPA III. Ad futuram rei memoriam. Licet Ecclesia Romana cæterarum per vniuersum orbem Ecclesiarum mater & magistra certos antiquitus in sacramentorum confectione ritus tradiderit, quos per illarum præfules obseruari decet, nonnunquam tamen in his quæ difficultatibus subiacere dicuntur, ordinem præscriptum moderatur, prout locorum rerumque, conditione pensata id cõspicit in domino salubriter expedire. Sanè charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit, quòd in Occidentalibus Indijs sibi subiectis, & ad fidem catholicam paucis ab hinc annis domino miserante conuersis, ad sanctum chrisma aliasque sacras Ecclesiæ vñctiones iuxta sanctorum patrum traditionem conficiendas, non solum magna balsami Orientalis, siue Alexandrini penuria habetur; sed etiam ob recentem populorum illarum conuersionem absolutus ministrorum Ecclesiæ numerus non facile reperitur, vnde præfules Ecclesiarum ipsa tam necessaria sacramenta vix hæcenus conficere potuerunt. Quæ tamen balsami Orientalis penuria, cum etiam in ipsis Indijs balsamum indigena reperiatur, ex hoc inde balsamo commodè supplere posset, si sedis Apostolicæ ad id accederet autoritas. Quare præfatus Philippus Rex nobis humiliter supplicauit, quatenus his necessitatibus occurrere, ac alias in præmissis opportunè prouiderè de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur in tam vberissimo propaginum in vinea domini per dictum regem eiusque progenitores foeliciter insitarum prouentu, spiritualiter exultantes, & nouelas huiusmodi plantas amoenis charitatis & gratiarum imbribus irrigare, & confovere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati omnibus & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis per vniuersas Indiarum earundem partes constitutis, vt sanctissimum chrisma reliquaque Ecclesiasticas sancti Olei vñctiones huiusmodi, cum eo quod in partibus illis reperitur balsamo, ac illo ministrorum Ecclesiasticorum numero, qui ad id commodè haberi poterit, adhibito, in reliquis vè iuxta præfatum Ecclesiæ Romanæ ritum conficere & consecrare liberè & licitè valeant, plenam & liberam licentiam, & facultatem autoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus & indulgemus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis ac in provincialibus & synodalibus concilijs æditis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret presentes literas ad singula quæque loca in quibus eis vtendum erit, deferri, volumus & prædicta autoritate decernimus, illarum transumptis etiâ impressis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem etiam in iudicio & extra ac vbique adhibendam esse, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die. 12. Augusti. M. D. LXII. Pontificatus nostri anno tertio.

DIPLOMA PII PAPÆ III. PONTIFICIS MA-
ximi in quo ad annos. 25. conceditur, vt Indi in Occidentalibus

Oceani maris partibus habitantes, quocunque anni tempore benedictio-
nes nuptiales recipere possint citra publicum festiuæ
lætitiæ strepitum.



DIVS PAPA III. Ad futuram rei memoriam. Et si
sedes Apostolica sanctorum patrum regulas Ecclesiasticã-
que disciplinam vbique gentium quantum sibi ex alto per
mittitur, iugiter asserere dignoscatur, aliquando tamen in
hoc, vel necessitate cogente, vel alia rationabili causa sua-
dente, præsertim dum id Catholicorum Regum vota expo-
scunt, meritò remissior esse non recuset. Sanè charissimus
in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Ca-
tholicus nobis nuper exposuit, quòd in Occidentalibus
Oceani maris Indijs ditio ni suæ subiectis, quarum immemorabiles populi Dei mi-
sericordia catholicam fidem non ita pridem receperunt, rari sunt adhuc presbyteri,
qui tot populorum animarum curam exercere, & illis Ecclesiastica sacramenta tem-
poribus opportunis, vt expediret ministrare possint: vnde propter sacerdotũ absen-
tiam Indi matrimonia inter se absque presbyteri ministerio & Ecclesiastica benedi-
ctione nonnunquam contrahunt, ad quos tandem presbyteri, quibus officium pro-
uincias illas visitandi incumbit, etiam his plerunque temporibus quibus nuptiæ ab
Ecclesia sunt prohibita, declinantes, illos iam carnali copula citra presbyteri mini-
sterium coniunctos absque benedictione, aliave solennitate Ecclesiastica matrimo-
nialiter coniungunt. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, mos gentis il-
lius non sit, nuptias suas festis alijsve prophanis spectaculis celebrare, ac propterea
non magni referre videatur, si matrimonia sua iure prohibitis temporibus solenni-
zare permittatur, nos sacerdotum penuriam neophytorumque prædictorum circa
ritus Ecclesiasticos ruditatem facillè in præmissis excusantes, ipsius Philippi Regis in
hac parte supplicationibus inclinati, cum vniuersis & singulis vtriusque sexus Indis
prædictis, vt deinceps ad annos viginti quinque, à datis præsentium computandos,
tam in aduentus Dñi, septuagesimæ & quadragesimæ, quàm alijs anni temporibus,
in quibus nuptiæ fidelibus ab Ecclesia sunt prohibita, matrimonia inuicem alias ritè
contrahere & in facie Ecclesiæ citra tamen publicum festiuæ lætitiæ strepitum solè-
nizare, benedictionemque Ecclesiasticam recipere, ac presbyteris, vt illam eis tẽpo-
ribus huiusmodi impendere, & nuptijs assistere liberè & licitè valeant, Apostolica
authoritate tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus, sibiq; pariter
indulgemus. Non obstantibus quibusuis, Apostolicis ac in prouincialibus & syno-
dalibus concilijs æditis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationi-
bus cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficillè foret præsentis literas ad
singula quæque loca in quibus eis vtendum erit, deferri, volumus & prædicta autho-
ritate decernimus, illarum transumptis etiã impressis manu notarij publici subscri-
ptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ean-
dem prorsus fidem etiam in iudicio adhibendam esse, quæ præsentibus adhiberetur,
si forent exhibitæ vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo
piscatoris die. 12. Augusti. M. D. LXII. Pontificatus nostri anno tertio.

DE SACRAMENTIS
IN GENERE.

PRIMA DIFFICULTAS.

Vtrum Sacramentum sit sacra rei signum.



VT quæstioni huic, in principio totius ope-
ris propositæ; melius
satisfacere possimus,
magnum operapre-
tium duximus, tria præ-
mittere fundamenta: quorum primum
est.

1. Fundamē-
tum.

Materiam hanc de sacramentis to-
tam esse supernaturalè ac diuinitus re-
uelatam. Quocirca illius veritates ex
articulis fidei, & ex sacris literis potius
venandas esse, quàm rationibus natura-
libus. Vnde argumenta ad eas proban-
das ex sacra scriptura, ex Ecclesiæ tradi-
tionibus, ex conciliorum & pontificũ
atque sanctorum autoritatibus peten-
da sunt. Hæc nanque propria cõsentur
loca, quibus Theologi vt debet in suis
assertionibus probandis. Rationes au-
tem naturales (si quas adducere contin-
gat) non quidem vt demonstrationes,
quibus innitantur, sed magis vt conie-
cturæ quædam, ac congruentiæ ab hu-
mano ingenio excogitatæ: accipiendæ
sunt. Quo fit, vt cum Theologus cõclu-
sionem aliquam probauerit, assumen-
do pro medio, vel quia ita habetur in
sacra scriptura, vel quia ita Ecclesia dif-
finit, vel concilium. tunc à priori proce-
dere censendus sit.

2. Fundamē-
tum.

Cicero.

D. Tho.

3. Fundamē-
tum.

Secundum fundamentum est, quòd
cum iuxta Ciceronis 1. lib. officio. do-
ctrinam, Omnis quæ à ratione suscipi-
tur de aliqua re disputatio debeat à
diffinitione proficisci, idcirco D. Tho.
statim in huius materiæ sacramentorũ
exordio sacramenti diffinitionem inue-
stigat.

Tertium fundamentum est; Huius

A nominis, Sacramentum, tres esse ac-
ceptiones, quæ non æquiuocè, sed ana-
logicè dicuntur. Significat enim primò
idem quod sacrum secretum, & in hac
significatione frequenter accipi solet
in sacris literis, vt est illud Tobia 12. sa-
crum regis abscondere bonum est. &
Ephes. 3. quæ sit dispensatio sacramenti
absconditi à seculis in Deo, & 1. Corin-
13. Si nouero mysteria omnia. Vbi D.
Augu. de gratia, & libero arbit. 17. le-
git, si nouero sacramenta omnia. Id enim
quod apud Græcos est mysteriũ, apud
Latinos est, sacramentum. Et in hac ac-
ceptione non est sermo de sacramẽto
impræsentiarum eò quòd vt sic sancti-
tatem occultam, vel subiectum sancti-
tatis significat. Differunt tamen penes
hoc sacramentum & sanctũ, quòd san-
ctum sanctitatem absolutè & quomo-
docunque significat, sacramentum ve-
rò significat sanctitatem connotando
quòd sit occulta. Secundò, sacramentũ
significat iuramentum aut obligatio-
nem quancunque religiosam, quæ fit
per res sacras, aut per aliquas cæremoni-
as sanctas. Est enim quædam conte-
statio sacra. & sic accipitur. 22. q. 4. c.
Qui sacramento. & q. 5. c. Paruuli. & in
cõci. Aur. c. 3. & ita accipit sacramentũ
D. Thom. 3. p. q. 60. art. 1. ad 3. & D. Hiero.
in illa verba, Sacramentum hoc magnũ
est. & c. & nec in hac acceptione hic de
sacramento loquimur. Tertio accipi-
tur sacramentum, vt idem sit quòd sa-
crum, aut sanctum quoddam signum.
Et hoc modo accipitur in præsentis. Sic
enim ablutio exterior sub certa forma
verborum facta est in baptismo sacri
A signum

signū interne ablutionis. Et quāuis in hac tertia acceptiōe nō reperitur hoc nomē Sacramētum, quia apud illos nō erāt huiusmodi signa sacra: quia tamen apud catholicos reperuntur, non est mirum si noua nomina eis imponantur, quoniam vt ait Cicero in Academ. quēst. nouis rebus noua nomina imponere licet. Et sic apud sanctos etiam lingua Latinæ peritissimos, & antiquissimos frequenter hoc nomen Sacramētum reperitur pro sacra rei signo. Ait enim Aug. 10. de ciuit. c. 5. sacrificiū visibile inuisibilis sacrificij Sacramētū, id est sacrū signū est. Et explicās illud Eph. c. 5. Sacramētū hoc magnū est, vocat Sacramēta sacra signa. Lactāt. quoq; 3. lib. de verā Sap. c. 26. & li. 4. c. 22. Tertul. in super li. 1. cōtra Martionē, & tandē Cyprianus, & Hiero. accipiunt Sacramētum in hac significatiōe.

Cicero.

D. Aug. 10.

Eph. c. 5.

Lactātius.

Tertullian.

Cyprian.

⊕

D. Aug. 10.

D. Thom.

Hugo de S.

Victore.

fatis tamen pro diffinitione est dicere, Sacramētū est sacra rei signum: cum aliā diffinitiones, præterquā quod anti qua sacramenta, quæ gratiam nō conferunt, nō cōprehendunt, sed sola Euangelica, quæ gratiam conferunt, includant aliqua, quæ in quæstionē vertuntur. Ver tebatur nanq; in dubiū vsq; ad Ecclesię determinationē; An Sacramenta continerent, & causarent gratiā. Idcirco conueniēs fuit, Sacramētū diffinire per signū, nō autē per causam. **⊕** Quia sic sub diffinitione cōprehenduntur omnia cuiuscūq; legis sacramēta. Cū ab omnibus receptū sit, sacramēta esse signū, nō autē esse causam gratiæ: & sic vniocē dicitur sacramētū de sacramentis veteris legis, & de nostris, quia conueniunt in vna ratione formali in genere signi. **⊕** Est prætereā notandum, quod quando in diffinitione dicitur, quod sacramētum est sacra rei signum, intelligendū est de signo sensibili: quia signū propriē datur homini, cuius propriū est per sensibilia, manū duci ad intelligibilia, iuxta Paulum ad Rom. 1. vnde ponitur sacramētū in genere signi: vt in ipsis sacramentis diuina beneficia agnoscamus. Est etiā notandū, nō quodcūq; signū esse sacramētū, sed dūtaxat signa sanctificationis practica data à Deo. Nā cū sit duplex signū sanctitatis, alterū speculatiuū, vt nomē sanctū vel sanctificās, alterū practicum: cum autē speculatiuum non sanctificationem efficiat, quam significat non sacramētum, dicendum est, ac subinde consequi necessum est, naturalia signa, vt fumum, & vestigium, non esse sacramenta: quoniam Deus nō imposuit illa ad significandum, sed tantū creauit, vt essent, & naturaliter cōsequitur, vt suas causas repræsentēt. At verò signum practicum impositum ad placitū, quia non solū eā significat: verum etiam ipso vsu adhibetur ad sanctificationē exhibendā, sacramētum dici oportet. Nā quemadmodum verba illa Christi, Adolescēs tibi dico, surge, præstiterunt

⊕

⊕

ROMAN. 7.

stiterunt vitā adolescēti mortuo: ita verba sacramentorū nostrā sanctificationē præstare & efficere habent. Nec tantum sacramēta nouę legis signa practica dicēda sunt: sed etiā sacramēta veteris legis. Quia licet nō cōferebant spiritalē sanctitatē: efficiēbāt tamē munditiā legalē, nepe, illā, qua mūdabantur ab exteriori corporis lepra. Et præter hoc cōferebatur in illis aliqua spiritalis sanctificatio per fidē, quā per illa sacramēta homines protestabatur: nō quod ipsa sacramēta illam efficiēret, vt nostra: sed quod Deus ad ipsorū sacramentorum collationē efficiēbat illam. Signa igitur practica erāt. Ex quibus iā sequitur, neque columbā descendētē de cælo super Christū, neq; linguas igneas apparetes super Apostolorū capita in die Pentecostes, neq; crucē Christi, signa prædicta esse, ac proinde neq; sacramenta: cū non efficiēret sanctitatē, quā significabant. **⊕** Et eadem ratione nec imagines, licet significant Christum crucifixum & sanctos, quorū sunt imagines: nec sacra literæ, licet significant sensus spirituales, quos includunt, sunt sacramenta, quia non sunt signa practica. Imò neque oblatio panis & vini Melchisech, quamuis Christum & Eucharistiam significabat, nec oblatio Abel fuerunt sacramenta. **⊕** Et similiter serpens æneus, & manna, licet rerum sacrarum fuerint significatiua: non tamen sacramenta fuerunt. Serpens namque non fuit erectus ad animam sanctificandum: sed ad sanandum corpora percussa in deserto à serpentibus: & transacta illa percussione & curatione, statim cessabat signum illud. **⊕** Nec manna præstitum fuit Iudeis ad sanctitatem, sed ad facietatem carnis. **⊕** Et ratio omnium istorū est, quia sacramenta sunt remedia & medicinæ, quibus sanamur, curamur, ac sanctificamur: & simul etiā sunt cæremoniæ quædā sacra, quibus diuina beneficia recolimus, & protestamur fidē vnius creatoris, & di-

⊕

⊕

⊕

⊕

⊕

uini benefactoris, ac proinde sunt cæremonię publicę cōmuniter institutæ, & nō peculiariter, & duraturę pro tēpore, quo durat lex, in qua sunt institutæ, & non ad horā, vel ad modicū tēpus. Quo fit, vt sacramēta veteris legis durauerint quādiu ipsa lex vetus durauit, & sacramēta nouę legis sunt cæremoniæ, quæ durabūt quādiu durauerit ipsa lex gratiæ, scilicet vsq; ad finē sæculi. Similiter matrimoniū primorū parentū, quia tantū erat in officiū naturæ, & veluti cōtractus quidā, nō autē institutū vt cæremonia sanctificatiua, nō erat sacramētū, appellabatur tamē sacramētū, hoc est prælagiū, & prognosticū mysteriū cōiugij Christi & Ecclesiæ. At verò in lege gratiæ institutū est, vt quod tantū erat in officiū naturæ, sit etiā cæremonia sacra ad cultū religionis christianæ spectās & gratiā, ad bonū matrimoniij vsū cōferēs. **⊕** Similiter aqua benedicta nō signū sanctificatiuū est, ac proinde nec sacramētū: quia licet habeat sanctificare, & purgare secūdū quid, ed quod peccatorū poenas soluit, & culpas veniales delet: tamē simpliciter, & absolute sanctitatē cōferre nequit; siquidē gratiam præstare nō potest, quæ est perfecta sanctitas hominis. Verū est tamē, quod quia tollit eius impedimēta, abigēdo demones, & preparat ad ipsam gratiā, ad modum, quo illę cæremonię sacre, nempe, exorcismus, &c. preparat ad baptis mi sanctificationē: sacramētale quoddā appellari potest. **⊕** Ex omnibus præhabitis facilē colligitur cōclusio affirmatiua ad propositā quæstionē respōsiua, scilicet, quod sacramētū est sacra rei signū, & similiter intelligētiā illius. Nō enim est sensus, quod sit signū rei sacre cuiuscūq; & quomodocūq;, sed actualiter sanctificātis homines, videlicet gratiæ, cuius munus est propriē, & immediatē nos Deo cōsecrare, atq; illi gratos efficere. Notandum verò nobis est hic, nonnullas cæremoniās fuisse in veteri lege, quæ quidem figuratiuē gratiā euan-

⊕

⊕

Cōc. unica

gelicam per Christum verum in futuro exhibenda significabant, & has vere & proprie fuisse sacramenta licet imperfecta, cōcedit D. Tho. dūmodo religionis causa & ad id significandum institutas fuisse, cōcedatur: vt circūcisio erat signū ad cultū Christianę religionis pertinēs, signū in quā gratiā, quę virtute fidei Christi per eandē circūcisionē applicatę cōferebatur, etiā si circūcisio ipsa illā nō conferret. Satis nanq; erat ad hoc vt cæremonię illę veteris legis sacramenta essent, vt gratiā per Christū in futurū exhibendā p̄signarēt. Et simili modo immolatio agni paschalis erat sacramētū, quia significabat immolationē Christi, qua sanctificati sumus. Erāt enim signa sacrę actionis in futuro faciendę in animabus per Christū. Nec enim est de essentia sacramētū in genere gratiam conferre illi, cui sacramentum confertur: At verò sacramenta nouę legis sunt signa rei sacrę, & sacrę actionis, quę nunc fit in anima per quā grata, & amica fit Deo. ¶

¶ Annotare vltimatē hic oportet, sacramētū nō esse signū vnus rei tantū, sed triū, nempe, Christi passionis, & gratiā, & glorię. Significat enim Christi passionē, vt causā efficientē sanctificationis: gratiā verò, vt effectū & formā, per quā sanctificat, ac deniq; gloriā, cuius gratia pignus est. Et secundū D. Tho. p̄cipuū eius significatū est causa formalis, quę est gratia, vt sanctificās. Ipsa nanq; est, qua formaliter sanctificamur. ¶ Neq; significat illa tria tanquā multa promissuē, & absq; ordine, sed quatenus ordine quodā ad nostrā sanctificationē referuntur. ¶ Vnde sacramētū est signum rememoratiuū passionis Christi, & demonstratiuū eius quod efficitur per ipsam Christi passionē, scilicet gratiā, & p̄nunciatiuū futurę glorię. Et quidē quod tria ista significata includantur in baptisimo ex Apostolo ad Rom. 6. liquido cōstat, si quis exacto iudicio id perpēdat cū ait. Consepulti enim sumus cū

D. Thom.

¶

D. Thom.

¶

¶

Roman. 6.

A illo per baptismū in mortē, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriā patris: ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim cōplantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Quod autem eadē tria significata etiā in sacrosanctē Eucharistię sacramento cōtineantur, probatur apertē ex illo Luc. 22. Hoc facite in meā cōmemorationem. Et ex illo. I. Cor. II. Quotiescūq; māducabitis panē hunc. &c. mortē Dñi annūciabitis, donec veniat. Ecce quo modo mortē demōstrat Quod autē demōstret, ac significet gratiā, perspicuē ostēditur ex illo Ioan. c. 6. Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinē in me manet, & ego in illo: & Nisi māducaueritis meā carnē, & biberitis. &c. nō habebitis vitam in vobis, sed manere Christū in nobis, & nos in illo, & vitā in anima habere nō fit nisi per gratiam. Hoc ergo sacramentum diuinum est signum demonstratiuum gratiā. Quod verò sit futurę glorię p̄nunciatiuum, etiam liquet ex eodem Euangelista ibidem: inquit enim, Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Item, Qui manducat ex hoc pane, viuet in æternum. Igitur sacramentum hoc est pignus vitę æternę, id est, qui illud recipit habet vitam æternā in promissione, & in spe. Et hæc tria significata pulcherrimē ac elegantissimē coligit D. Thom. in antiphona illa officij corporis Christi dicens; O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratiā, & futurę glorię nobis pignus datur. Nec non in tribus orationibus missę illius diei meminit horum trium significatorum, nam in prima fit mentio passionis: dicitur enim in illa; Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memoriā reliquisti. In secunda verò de virtutibus & gratiā: nam dicit, Ecclesię tuę,

Luc. 22. I. Cor. II.

Ioan. 6.

D. Thom.

tuz, quęsumus Domine, vnitatis & pacis propitiis dona cōcede, quę sub oblatiis muneribus mysticē designantur. Ac demum in tertia fit mētio de gloriā: siquidem dicit; Fac nos, quęsumus Domine, diuinitatis tuę sempiterna fruitiōne repleri, quam pretiosi corporis & sanguinis tui tēporalis perceptio p̄figurat. Cætera verò sacramenta nouę legis licet has tres significaciones includant, largo tamen modo, quia non tam expressam imaginem passionis Christi repræsētant, sicut baptismi & eucharistię sacramenta. Sacramenta autē veteris legis in figura continebāt ista tria significata: nam Christū & eius figurā passionis & gratiam ac subinde gloriā virtute ipsius obtinendam p̄significabant. ¶

¶ SECVND. DIFFICVLTAS. C

Vtrum requirantur determinatę res sensibiles ad sacramenta?

D. Thom. Cōcl. unie. Hic difficultati respōdet D. Tho. hac affirmatiua cōclusiōne plus asserente, quā quęsitum fuerat; In sacramētis nouę legis oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis. Hęc conclusiō est de fide tenēda, vt patet ex illo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. &c. Id quod & de cæteris intelligitur. ¶ Probatur ex conc. Florent. & ex D. August. tract. 8. super Ioan. cuius verba referuntur. i. q. i. c. i. Detrahe. inquit enim; Accedit verbum ad elementū & fit sacramentum, & loquitur ibi de elemento sensibili. Dionysius quoq; c. i. de Ecclesiasticam Hierarchiam hanc differentiam assignat, quod illa ex intelligibilibus rebus, hæc vero ex sensibilibus constat. Et ob id in vniuersum omnes patres à tēpore Apostolorum vsq; ad nos vno ore atq; consensu in hoc conueniunt, quod omnia sacramenta ex visibilibus

D. Thom. Cōcl. unie.

Ioan. 3.

¶ Cōcl. Flo. D. August.

Dionys.

A formis rebusq; corporeis constare debent, etiam matrimonium non nisi per signa, vel verba exteriora contrahitur, quibus interior consensus explicetur, atq; innotescat. Vnde cū iura dicūt solū consensum sufficere, dictio illa solum, nō excludit signa exteriora. Sed de hoc fusiūs agendum nobis erit in materia de matrimonio diffi. 17. & tractat Tho. VValden. tom. 2. de sacramentis c. 32. & 33. ¶ Deinde probatur ratione, quia non pertinet ad aliquem id, quod est in potestate alterius determinare, sed solum, quod est in sua potestate: at verò sanctificatio hominis in potestate Dei est: eligere ergo media determinata ad sanctificationem hominis pertinet ad ipsum Deum. Hanc conclusiōnem cum ratione subiuncta tenet D. Thom. 3. par. quęst. 60. artic. 5. Sed dubium est, quę res sunt istę, quę à Deo determinatę sunt. Respon. Quod solę illę, quę sunt de substantia, & de essentia sacramentorum, vt est aqua in baptismo, & panis, & vinum in eucharistia, & sic in cæteris sacramentis. Nec nomine rerum solū res ipsę intelliguntur: verum & actus ipsi sensibiles, scilicet, eorum applicatio, vt ablutio, & vnctio, vt est videre per Magistrum Fratrem Dominicum de Soto in suo 4. q. 1. ar. 5. Non autem res illę sunt determinatę quę ad sacramentorum solennitatem pertinent, & vt commodius sacramenta conferantur, vt mittere oleū in aquam. &c. ¶ & exorcismi & cæremonię quę fiunt in altari, & cæterę cæremonię sensibiles, quę ab Ecclesia sunt institutę & non sacramenta sed sacramentalia sunt. Nec obstat id, quod aduersus nostram conclusiōnē obijcit Ocham in principio Quarta sententiarum nempe, non esse de ratione sacramenti, quod sit signum sensibile, sed sufficere intelligibile, eod quod posset Deus per peccatorum interiorē contritiōnem, & per contemplationem, ac meditationem passio-

Thom. VVald.

¶

D. Thom.

Soto.

¶

Ocham.

nis Christi homines à peccatis munda re & sanctificare, ac proinde doloré illú interioré sacramentum esse posse, & ideò nõ esse de ratione sacraméti, quòd sit signú sensibile. Nõ, inquã, obstat. Nã ratio ista Ocham procedit de possibili, at verò nos nõ negamus, Deú posse de potentia instituere aliquod signú intelligibile, quod esse posset sacramentum. Cú auté in nostra cõclusione dicimus, quòd requiruntur res sensibiles, loquimur de factò, & de lege. Secundo respõdetur cum D. Tho. 3. p. q. 60. art. 4. ad 1. ubi dicit quod cum vnum quodq; præcipuè denominetur, & diffiniatur secundum id, quod conuenit ei primò & per se, non autem secundum id, quod conuenit ei per aliud, & effectus sensibiles per se habeant ducere in cognitionem alterius, eò quòd omnis nostra cognitio oritur à sensu, effectus auté intelligibiles nõ habet quod possint ducere in cognitioné alterius nisi in quãtum per aliqua sensibilia sunt manifestati, sit cõsequens, vt primo & principaliter dicatur signa quæ sensibus offeruntur. Effectus autem intelligibiles nõ habent rationé signi nisi quatenus per aliqua signa sunt manifestati. Ex quibus apertè colligitur corpus Christi in Eucharistia non esse, nec dici sacramentum nisi quatenus signis sensibilibus coniungitur, vt innuere videtur expressè D. Th. in 4. di. 1. q. 1. vnde vt corpus & sanguis Christi illic sint sacramentum, satis est esse sensibiles per accidens, scilicet per species panis & vini illud representantes ad modum, quo substantiæ sensibiles dicuntur per accidens ratione suorum accidentiũ. Secundo dicitur quòd quãuis corpus Christi non sit signum sensibile, vt tamen sacramentũ dicatur, sufficit quòd totum sacramentum sit sensibile, quia per Synedochem nomen totius de partibus dicitur. Tertio respondetur ad rationem Ocham, quòd in sacramentis duo cõcurrunt; alterũ quòd sunt actus religionis ac cæremoniales,

D. Thom.

D. Thom.

A quibus Deus colitur, & hoc modo in hominũ arbitrio cõstitutum esse videtur, eligere signa quibus Deũ ipsum colant. Alterum auté, quòd sunt signa sanctificatiua, & hoc modo oportet vt rebus ex diuina institutione determinatis, & sic cõtigit in sacramentis noue legis. Et quoniã signum illud mentale cæremonia esse sacra nõ potest, sacramentum non esse eadem ratione omnes facteri tenemur. Ex quo euidenter elicitur, verba illa quæ Christus redemptor noster Magdalene dixit, Remittuntur tibi peccata, nõ fuisse sacramenta, eò quòd cæremonie sacre ad diuinũ cultũ exhibitę nõ fuerunt. ¶ Annotare hic oportet, quòd quãuis in lege nature sua etiã viguerint sacramenta: nõ tamen per expressam institutioné Dei decreta, sed solo interiori instinctu, quo homines ad Dei culturã mouebãtur. Et ideo nõ necesse fuit eadẽ sacramenta apud oes extitisse: sed in diuersis prouincijs diuersa. ¶ In sacramentis auté veteris legis determinatę fuerunt res sensibiles à Deo, siue per ipsum, siue per aliũ. At verò in sacramentis noue legis, quia Deus misit filiũ suũ in mundũ, vt ipse nobis loqueretur, & vt aperiẽs os suũ nos doceret, ac instrueret, oportuit, vt ipse filius Dei res, quibus sanctificaremur, & verba determinaret. Et licet quascunq; res per se immediate & nõ per aliũ ad sacramentorũ effectũ de potentia assumere potuisset: attamen vt omnia suauiter disponderet nõ nisi res & verba, quæ in exteriori forma interioré effectũ significarent, accepit, vt in baptismo aquã ad laundũ, & verbum, Baptizo hoc significãs, & sic in alijs. Vnde D. Aug. in epi. 23. circa finẽ inquit, Si sacramenta quandã similitudinẽ earũ rerũ, quarũ sunt sacramenta nõ haberent, sacramenta nõ essent. ¶

Luca. 5.

D. August.

TERTIA DIFFICULTAS.

Vtrum ad sacramenta requirantur verba.

Ad

A D hanc difficultatem duabus cõclusionibus quã breuissimè resp. Quarum prima sit, In sacramentis rebus sensibilibus verba addere oportet ad eorũ perfectioné. Hęc cõclusio est definita in conc. Floren. sub Eug. 4. ubi dicitur, quòd omnia sacramenta ex rebus tanquam materia, & ex verbis tanquam forma cõstant, quorum alterũ si deficiat, minimè fieri possunt: ita quòd in noue legis sacramentis res, & verba necessaria sunt. Licet enim res & verba in genere nature sint diuersa: tamen in genere signi in vnam coeunt significantiam, ita vt vnam rem constituere possint. Tenet hanc sententiã expressè Magister senten. in 4. & D. Tho. 3. p. q. 60. ar. 6. Debet tamen sententia sano modo intelligi, scilicet, in his hominibus, qui verba voce proferre possunt. Nã in mutis, signa & nutus qui in defectũ verborum instituta sunt, sufficiunt. Ita explicat verba conc. D. Tho. in 4. dist. 27. q. 1. ar. 2. ad 2. Patet etiã concl. ex sacro eloquio ad Ephes. 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ecce aquã, & verba & sic de cæteris sacramentis. Sed dubiũ est, quo modo intelligere possimus, quòd res sensibiles sint materia, & verba, forma. Ad quod dubiũ sit secũda cõclusio respõdiua; In omnibus rebus sensibilibus, siue naturalibus, physicis, vel metaphysicis, siue artificialibus, illud locũ materię habere, ex sententiã omniũ philosophorũ dicitur, quod de se indifferens est ad plura, & habet de terminari, seu distingui per aliud. Locũ auté formę habere dicitur, id, per quod restringitur. Exepli gratia. In metaphysicis genus, scilicet, animal, quod se extendit ad omnia animalia, cõtrahitur per differentias ad suas species, vt per rationale, ad esse hominis. &c. Et in artificialibus. Certũ est enim rudẽ materiã ligni de se indifferenté esse ad plura artificialia; determinari tamé ab artifice ad

Cõcil. Flo.

Mag. sent.

D. Thom.

D. Thom.

Ephes. 5.

2. conclus.

A esse arcæ, vel scãni. Eodẽ modo in sacramentis, quę artificialia quẽdã sunt à Christo, ad homines sanctificãdos instituta, illud locum materię habere dicimus, quod de se erat indifferens ad plura: id auté, per quod contrahitur, & determinatur, locũ formę. Huiusmodi auté in sacramentis sunt verba, verbi gratia: In baptismo aqua, quę erat indeterminata ad plures effectus, limitatur & restringitur per verba, à quibus accipit virtutẽ sanctificandi. Quocircã aqua, materia, verba auté forma esse dicuntur. Et hoc est, quod ait Augustinus super Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et in sacramento poenitentię, actus poenitentis habet locũ materię, & sacerdotis absolutio locũ formę. Et in sacramento matrimonij, verba quę proferuntur à primo coniuge, habent locum materię: verba auté secũdi cõiugis locum formę. Et idẽ dicendũ est de singulis: vt clariũ in suis proprijs locis explicabimus. Quocircã nõ vsq; ad eò strictè accipitur hic nomẽ rerũ, cõtra verba: sed res appellatur quicquid potest esse materia sacramenti, vt distinguitur à forma licet sit etiã verbũ. ¶ Itaq; cú dicitur sacramenta constare ex rebus & verbis, intelligendũ est, vel ex aliquibus habetibus vicẽ rerũ, & ex alijs vicem verborum gerentibus, etiã si non sint verba, vel non sint res, vt cõfessio & satisfactio in sacramento poenitentię formaliter dicuntur res, licet materialiter sint verba. ¶

D. August.

QUARTA DIFFICULTAS.

Vtrum hæc verba, quæ requiruntur in sacramentis (vt dictum est in precedenti difficultate) debeant esse determinata.

Hic difficultati duabus cõclusionibus respondetur, quarũ prima sit. In aliquibus sacramentis cõpertissimum est determinata verba esse:

Pri. cõclus.

A 4 Dici

Matt. ult. Dicitur namque de baptismo Matth. ult. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & de sacramento Eucharistiae, habetur Matth. 26. Hoc est enim corpus meum, & de sacramento poenitentiae, habetur Matth. 26. & Ioan. 20.

2. conclus. Secunda conclusio. In reliquis sacramentis verba, & formae etiam sunt determinatae à Christo, licet non in eodem gradu explicitae sint ab eo. Quo ad primam partem probatur haec conclusio. Nam cum solus Deus sit, qui potuit instituire sacramenta: eidem soli incubuit res & verba essentialia sacramenti praescribere. Et item, quia cui proprium est per sacramenta salutem elargiri, competit & multo iustius verba quibus eadem sanctitatem operatur diffinire. Quo ad secundam partem verò patet ex illo 2. ad Thessa. c. 2. seruantes traditiones, quas accepistis, siue per sermonem, siue per epistolam. Sunt enim aliqua tradita, quae non inueniuntur scripta. Patet etiam ex illo, quod habetur. 1. ad Cor. 11. Caetera autem cum venero disponam. Quae quidem dispositio nusquam in sacris literis inuenitur. De qua re eleganter tractat Dionysius 1. lib. de coelesti Hierarchia, ubi inquit, Apostolos quaedam scriptis mandasse, quaedam verbotenus tradidisse, ut de aure in aurem usque ad nos peruenirent. Hoc idem etiam habet Origē. hom. 5. super nume. & habetur in cap. Cum Marthe. de celebratione missarum. Et confirmatur hac ratione. Quia in sacramentis notum est, requiri determinatas res sensibiles, quae locum materiae habent (ut dictum est) multo ergo magis requiruntur determinata verba, locum formae habentia: cum principaliter requiratur ad esse rei determinata forma, quam determinata materia: siquidem in omnibus ex materia & forma compositis, principium determinationis se tenet ex parte formae. Et licet non in eodem gradu sunt explicitae formae à Christo: de fide tamen tenen-

A dum est, determinata verba, & formas esse, in omnibus sacramentis. Et non ex Apostolorum traditione tanquam ab eis instituta, sed à Christo Domino. Propterea enim diximus de aure in aurem usque ad nos peruenisse. Et si quis quaeratur, quae ob causam in illis tribus sacramentis Christus reliquerit in scriptis determinatas formas, non autem in alijs sacramentis: respondebitur ei, quod ex eo, quia sunt necessaria & communia toti populo. De qua re pulcherrime pro suo more. S. Thom. differuit in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. ad 2.

B Annotare tamē circa hanc difficultatem oportet, conclusiones has non sic esse intelligendas, ut sacramenta eadem verba in omni natione exoptulenti: sed sic determinata esse debent in qualibet lingua, ut in vniuersis nationibus idē sit sensus.

C QUINTA DIFFICULTAS.

Vtrum liceat aliquid addere, vel subtrahere verbis, quibus communi er Ecclesia vtitur, & in quibus consistit forma sacramentorum.

D Hic difficultati per aliquot conclusiones respondeo: quarum prima sit. Si aliquis corrupte, & ex industria proferat verba sacramentalia: non videtur sacramentum conficere: quia non videtur id intendere, quod Ecclesia intendit facere: cui tamē intentio ministri semper in sacramentis sit necessaria.

2. conclus. Secunda conclusio. Si quis per imperitiā, vel lapsum linguae corrupte proferat verba, & tanta corruptio sit, ut omnino auferat sensum locutionis: non videtur perficere sacramentum. Probatur. Nam effectus in sacramentis ex verborum significatione pedit: unde si variatur significatio, sensus etiam variari oportet, ac proinde non erit sacramentum, quod precipue contingit, quando fit corruptio ex parte principij dictionis: ut si loco, In nomine patris, dicat, In nomine matris, licet

licet non sit certa regula, quia tam parua potest esse corruptio, quod non auferat sensum verum.

3. conclus. Tertia conclusio. Si in verborum corruptione adhuc maneat sensus ipsorum verborum: verum sacramentum conficitur. Quod quidem solet contingere, quando corruptio fit ex parte finis dictionis, ut si quis dicat, In nomine patris & filias, & spiritus sanctas. Hic enim casus habetur expressè in c. Retulerunt. de cons. dist. 4.

4. conclus. Quarta conclusio. Si aliquis ex industria addat aliqua verba, ad aliquem errorem inducendum: non videtur conficere sacramentum, quia non videtur habere intentionem faciendi, quod Ecclesia facit, ut in casu praecedentis conclusionis: Si minister per illa verba, In nomine patris, &c. intendat persuadere quod Deus habeat filias.

5. conclus. Quinta conclusio. Si additio non tollat sensum verborum, sed manet idem sensus essentialis: Siue in principio siue in medio siue in fine huiusmodi additio fiat. Verum sacramentum conficitur: ut si quis dicat, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Vel si quis dicat, ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & filij sapientis, &c.

6. conclus. Sexta conclusio. Si tollatur verborum sensus per talem additionem: non conficitur sacramentum, ut si quis dicat, in nomine Patris maioris, & filij minoris, ut si baptizaret Arrianus ponendo errorem suum in forma. Si tamen id non poneret in forma: sed intenderet id quod Ecclesia intendit, baptizaretque nostra forma, verè baptizaret. Et similiter, si minister ex industria in hac forma, in nomine Patris, & filij & Spiritus sancti, addat, Et beatę Virginis, tanquam partem formae: non conficitur sacramentum. Secus tamen quando non ut partem formae, addit. Sed ut eius meritis & intercessione Deus illum in gratia baptismali conseruet.

A Septima conclusio. Siue interruptio contingat per silentium, siue per verba interposita, si tanta sit corruptio, quod secundum hominum sensum, tollitur identitas, & vnitas propositionis: tunc non conficitur sacramentum. Si verò non tollat vnitatem, & identitatē propositionis, secundum communem sensum verborum, sacramentum conficitur. Unde modica interpositio, vel interruptio non nocet, ut si dicatur, In nomine Patris, & tunc forte aliquod impedimentum sacerdoti occurreret, ut si madidaretur sibi manica superpellicij, vel simile, ita quod diceret ministro, vide ne madidetur superpellicium, & tunc profereretur, Filij, & Spiritus sancti: non varietur forma. Similiter de tussi, si accideret tempore prolationis, dicendum est.

8. conclus. Octaua conclusio. Mutatio vnus idiomatis in aliud quodcumque, modo idē verborum sensus seruetur, non tollit, quominus verum conficiatur sacramentum. Probatur, nam aliàs cum Christus Redemptor noster sacramentorum verba sermo Hebraico protulerit, quauis fieret, ut si quis verbis Latinis, Graecis, seu Hispanis sacramentum aliquod conficeret, nihil efficeret. Quod quidem quam alienum à veritate sit, neutiquam alicui ambigere licet.

9. conclus. Vltima conclusio. Regulariter loquendo transpositio verborum non tollit, ne sacramentum efficiatur, quia (teste Aristo.) nomina, & verba transposita idem significant: si non varietur sensus, nec significatio: dum tamen proferens non intendat errorem.

E Vtrum autem ministri, qui huiusmodi mutationes, corruptiones, interruptiones, & transpositiones verborum commiscuerint, peccent, & qualiter, scilicet, mortaliter, vel venialiter: per sequentes conclusiones absoluemus.

Pri. conclus. Prima igitur conclusio sit. Si minister fecit secundum consuetudinem, & ritum suae Ecclesiae, quanquam ex industria non seruet morem Ecclesiae Romanae,

manae, nihilominus non peccat. Vt faciunt ministri Ecclesiae Graecae, qui quidem hac forma, Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, &c. vtuntur. Iam enim illa forma apud Ecclesiam Romanam est accepta, & à Romana

Concl. Flor. Ecclesia toleratur, vt ex Conc. Florentino constat. & idem erit in alijs sacramentis: quancunq; Ecclesiae Romanae vsus non seruetur: ritus tamen suae Ecclesiae seruetur.

2. conclus. Secunda conclusio. Si aliquis mutet formam ex inconsideratione, vel lapsu linguae, si illa inconsideratio, vel lapsus sit naturalis: nullum erit peccatum. Si autem contingat ex incuria, & negligentia: peccatum erit.

3. conclus. Tertia conclusio. Si tanta sit mutatio, vel corruptio, quod sensus legitimus auferatur: mortale, & sacrilegium erit, si illud fuit ex crassa, & supina inaduertentia. Secus tamen erit, si ex simplici inaduertentia illud fecerit: quia tunc nullum committit peccatum, imò etiã nullum erit peccatum mortale: si ex aliquo inopinato casu ministro continget, omninò suimet esset oblitus, & totam formam ommitteret. Si tamen aliquis minister haberet consuetudinem ad sacramentum accedendi cum illo torpore, & negligentia: mortale peccatum committeret.

4. conclus. Quarta conclusio. Si aliquis proferat verba per terminos, de quibus est dubium, vtrum conficiat sacramentum; peccat mortaliter, vt si dicat; Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroque. Probat; Quia cum sit dubium de illis verbis apponendo illam formam, exponit se periculo non conficiendi sacramentum: & est res grauissima.

5. conclus. Quinta conclusio. Si quis proferat verba sacramentalia taliter, quod in se sint corrupta, vt illa, in nomine patrias &c. quanuis ex intentione conferentis, & ex accommodatione Ecclesiae, & bonitate intelligentis sit sacramentum,

A quando non intenditur error (vt dictum est) nihilominus tamen mortaliter peccat: nam sacrilegium committere videtur, nisi necessitatis casus adesset, vt si mulier baptizaret hac praedicta forma, quando puer circa maximum mortis periculum versatur.

6. conclus. Sexta conclusio; Si sit mutatio verborum, non auferens illorum sensum, si sit magna mutatio, erit mortale: si autem parua, erit veniale, nisi ex contemptu procederet talis mutatio, aut corruptio. Quocirca omittitur particula illam, Enim, in Christi corporis consecratione, non erit mortale. Regula nãque vniuersalis est, quod quando pra-

B ceptum, siue naturale, siue diuinum, siue positiuum, humanum frangitur: si non in magna quantitate frangatur, nõ erit mortale, vt si omittatur aliqua pars parua missae in die, qua quilibet tenetur ex praepcepto missam audire. Et idem est dicendum in materia furti. Ratione nãque paruitatis materiae, nempe quia tenuissima est corruptio, vel quia delib-

C ratio non fuit plena, vel ex leui negligentia, veniale poterit esse. Annotare hic oportet, quod si sacerdos crederet ex ignorantia, hanc vel aliam dictionem esse de substantia formae; cum tamen re vera non sit, si nihilominus habeat intentionem faciendi quod Ecclesia, verum conficere sacramentum, fieri necessum est; vt si crederet quod illa dicitio, Enim, in consecratione corporis Christi, vel quod omnia verba consecrationis calicis sunt de essentia formae.

D Septima conclusio; Si quis mutet verba sacramentorum in verba omnino Synonoma secluso scandalo & contemptu, non videtur mortaliter peccare. Vt si latinus baptizaret dicendo, Ego te abluo. Vel verbis Hispanis, vel si in consecratione corporis Christi diceret, Istud est corpus meum. Ratio est, quia non legimus legem aliquam, aut praepceptum esse positum, quod baptismi, &

E poenitentiae sacramenta per haec verba; Ego te absoluo praecise conferatur, & non per alia similia, Abluo, Remitto &c. Verum est tamẽ, quod non conficere sacramentum per verba vsitata, & secundum ritum & caeremonias illius Ecclesiae, in qua inhabitat, vt minimum erit veniale. Si enim in horis canonicis dicendis non seruare ordinarium, & maximè in missa est veniale peccatum, à fortiori erit veniale non seruare in sacramentis ritum Ecclesiae illius.

7. conclus. Sed nota, quod huiusmodi delicta siue mortalia, siue venialia sint: in genere tamen sacrilegij sunt, ex quo planè fit genere suo esse mortalia: est enim ratio ne obiecti, & materiae grauissimum.

8. De necessitate Sacramentorum.

SEXTA DIFFICULTAS.
Vtrum sacramenta sint ad humanam salutem necessaria.
PRO huius difficultatis cognitione annotare oportet ex Arist. lib. 5. Metaphy. c. De necessario, vbi inquit, necessarium multis modis accipi. Sed omnibus alijs modis omisissis, qui quidem parum, aut nihil ad rem faciunt, hunc modum duntaxat ad propositum facientem amplectar: nempe quod necessarium quandoque sumitur in ordine ad finem, & hoc bifariam. Vno modo, sine quo finis comparari nõ potest: vt absque nauigio non potest homo nauigare. Alio modo sine quo incommodè comparari potest: & sic est necessarius equus ad longum peragendum iter. His sic praemissis, sit prima conclusio; Quauis sacramenta in ordine ad finem, scilicet, ad humanam salutem fuerint necessaria, taliter quod sine ipsis incommodè compararetur: non tamen sunt necessaria ad eam consequendam simpliciter & absolute. Haec conclusio ha-

betur expressè diffinita in Synodo Trident. in canonibus de sacramentis in genere. & probatur etiam ex D. Chryso-sto. homil. 83. in Matthaeum, & ex Dionysio. i. c. de Ecclesiastica hierarchia. Dicunt enim, eam esse hominis conditionem, atque nostram, vt ad spiritualia capeffenda, non nisi corporeis rebus possit aptari: salutem igitur, qua Deus in humano spiritu secretius operatur, necesse fuit rerum sensibilibus designari, quae quidem res sensibiles, sacramenta dicuntur. Tenet etiam hanc conclusionem D. Tho. 3. p. q. 61. arti. 1. & ibidem Caieta. Est etiam ratio efficacissima pro hac conclusione. Nã ratio humana praecipuè in sensibilibus varietate delectatur: dum enim homo in statu innocentiae persistebat, sola diuina contemplatione fruebatur. Ad haec autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

A betur expressè diffinita in Synodo Trident. in canonibus de sacramentis in genere. & probatur etiam ex D. Chryso-sto. homil. 83. in Matthaeum, & ex Dionysio. i. c. de Ecclesiastica hierarchia. Dicunt enim, eam esse hominis conditionem, atque nostram, vt ad spiritualia capeffenda, non nisi corporeis rebus possit aptari: salutem igitur, qua Deus in humano spiritu secretius operatur, necesse fuit rerum sensibilibus designari, quae quidem res sensibiles, sacramenta dicuntur. Tenet etiam hanc conclusionem D. Tho. 3. p. q. 61. arti. 1. & ibidem Caieta. Est etiam ratio efficacissima pro hac conclusione. Nã ratio humana praecipuè in sensibilibus varietate delectatur: dum enim homo in statu innocentiae persistebat, sola diuina contemplatione fruebatur. Ad haec autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

B hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

C hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

D hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

E hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

F hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

G hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

H hanc autem ima per peccatum demissus, rerum varietate gaudet. Si ergo puris spiritualibus homo iuberetur vacare, esset à sua natura violenter abstractus: quod ægre ferret. Vt igitur propensiores ad nostram salutem comparandam essemus: sacramentorum varietate voluit nos oblectari. Sed oritur hic dubium, vtrum ante peccatum Adae fuerint sacramenta necessaria. Pro cuius elucidatione annotare oportet, tria esse tempora. Primum dum natura integra vigeat, scilicet status innocentiae: secundum autem fuit ab ingressu peccati in mundum vsque ad Christum incarnatum. Tertium demum ab eius incarnatione vsque ad finem seculi. De primo igitur tempore sit secunda conclusio; In statu innocentiae ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Haec conclusio probatur ex illo Matth. 9. vbi cum Christus dicat. Non esse opus valentibus medicum, & sacramenta sint medicinae, vt liquido constat Luc. 10. de eo; qui incidit in latrones, cuius vulneribus curandis Samaritanus, hoc est Christus vinum & oleum, id est, sacramenta adhibuit, fit, vt nec tunc

Arist. 5. metaph.

Pri. conclus.

Concil. Trident. D. Chryso-sto. Dionys.

D. Thom. Caiet.

2. conclus.

Matth. 9.

Luc. 10.

tunc sacrificia & sacramenta necessaria fuerint. Si quidem nullus tunc erat morbus. Deinde confirmatur, nam sacramenta ob humanae salutis necessitatem duntaxat instituta fuerunt: in statu autem innocentiae nulla huiusmodi sacramentorum necessitas fuit. Igitur nec homines illius status sacramentis indiguerunt. Probatur minor, quia nec sacramenta fuerunt necessaria tunc temporis prout ordinantur ad remedium peccatorum, cum nulla tunc essent peccata, nec ad perfectionem animae, eò quòd in illo statu omnes vires inferiores subiectae erant animae, & anima Deo, neque erant necessaria, ut per illam homines fidem protestarentur, & gratia aueretur. Ad hos autem fines aiunt D. Thom. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. art. 2. q. 2. & Petrus Palud. q. 8. sacramenta ordinari. Et tandem neque essent necessaria, ut essent figuratiua, quoniam cum adhuc peccatum in hominibus non existeret, nec praefigurari passionem Christi oportebat. Et licet Caietanus praedicta de statu innocentiae prout erat in Adam tantum intellexerit: attamen doctissimus Soto absolute de toto illo statu non solum ut erat in Adam, verum etiam ut fuisset in filijs eius, si sine peccato perseverassent, intelligendum esse arbitratur. Cuius sententiae adherendum esse censeo. Et ratio (ni fallor) convincens est: quia cum principalior sacramentorum finis sit gratiam conferre, & illa imò & dona omnia quae gratiam concomitantur & iustitiam originalem Adae filij à sua natiuitate (si status ille durasset) habuissent: manifestè consequitur, ut non magis ipsi quam eorum pater Adam sacramentis indiguissent. Nec illo statu durante res corporales essent necessariae hominibus ad sumendas ab eis species, eò quòd omnium naturalium scibilium species à Deo illis essent infusae, ac subinde nec ad cognitionem & eruditionem eorū quae naturaliter sciri possunt, imò nec speciebus indigerent ad

A cognitionem & eruditionem supernaturalem habendam, quam per fidem & dona Dei huiusmodi cognitionem habuissent tantamquam opus fuisset ad gubernationem vitae secundum statum illum. Ex quo aperte elicitur, quod eorum cognitio à phantasmatibus non dependeret, quantum in usu illarum specierum ad phantasmatum se conuerterent. Alia verò quae nec naturali hominis studio agnosci possunt, nec sunt necessaria ad vitae humanae gubernationem, ut sunt cognitiones hominum, futura contingentia, & quaedam singularia, puta quòd capilli iaceant in flumine, & alia huiusmodi primus homo non cognouit, nec posteri eius cognoscerent, si ille perseverasset status. ¶

B sunt, nec sunt necessaria ad vitam humanae gubernationem, ut sunt cognitiones hominum, futura contingentia, & quaedam singularia, puta quòd capilli iaceant in flumine, & alia huiusmodi primus homo non cognouit, nec posteri eius cognoscerent, si ille perseverasset status. ¶

C Secunda conclusio; In alijs duobus temporibus, non tantum post Christi passionem, verum etiam post primum Adae peccatum, in omni lege ad salutem sacramenta necessaria fuisse fatendum est. Adae peccatum (inquam) iam in statu innocentiae ante peccatum, sacramenta necessaria non fuerunt: cum ut Christus Matth. 9. ait non sit opus valentibus medicus, neque tunc sacrificia necessaria essent. Hanc conclusionem videtur habere Diuus Augustinus in libro. 19. contra Faustum. c. 11. Nec ego existimo in probatione huius conclusionis nobis ad eò esse laborandum: minimo enim negotio probare possumus, sacramenta fuisse per Adae lapsum omnitemporè necessaria ad salutem. Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Vbi sub insigni oris professione, quaecunque professio etiam operis intelligitur. Vt non ore solum inuocemus Dominum saluatorem: verum etiam opere. Hoc autem fit per sacramenta, quae caeremoniae sunt, quibus Deo exterius nos subijcimus: ut in nobis interius salutem operetur. ¶ Cum enim homo ex corpore & anima sit compo-

¶

Durandus.
Palud.
Cano.

compositus remedio exteriori & interiori opus habet. ¶ Nec satis fuerit siue in lege scripta, siue natura; fides interiorius ad hominum iustificationem; nisi etiam signis exterioribus illam fidem protestamur, ut tenet Durandus in 4. distinctione. 1. quaest. 8. & Paluda, eadem distinctione. q. 5. ar. 5. & Magister Cano in sua relectione de sacramentis in genere: igitur omnitemporè fuerunt sacramenta necessaria ad salutem. Preterea, gentium omnium consensus firmatum est non aliter quam oblati Deo sacrificijs diuinam iram mitigari, atque haud secus etiam Barbari facinora expiari arbitrabantur. At sacrificium in id paratum, ut Deus placaretur, vere erat sacramentum: sacramenta igitur semper fuisse apud omnes necessaria. Praeterea, lex & religio nulla est sine sacerdotij munere, atque functione. Haec enim tria ita sunt & fuerunt coniuncta, ut nequeant aliquando separari à se. At verò sacerdos sine sacramentis quae administrari potest: cum Paulus dicat ad Hebraeos. 7. Omnis pontifex pro hominibus constituitur in his quae iunguntur ad Deum, ut sacrificia offerat pro peccatis, ergo sicut lex, religio, sacerdotium, fuerunt omnitemporè necessaria: ita etiam signa exteriora, quae sunt sacramenta. Fateor tamen non fuisse sacramentum sub diffinitis rebus, ac verbis praescriptis in lege naturae à Deo traditum: sed rerum sacramentalium diffinitio ac determinatio certà, in veteri lege incepta, in euangelica perfecta, & consummata est: nisi forte quis sentiat oblationem Melchisedech in pane & vino, ex diuina, & reuelatione, & institutione fuisse: qua peculiariter ex causa, sacerdos Dei altissimi fuerit inter reliquos appellatus. Sed huic sententiae aduersatur Anacletus Papa in epistola de ordinatione episcoporum. Inquit nanque; illic, quòd licet Melchisedech prius obtulerit sacrificium panis & vini, post hunc Abraham, Isaac, & Iacob: initiū

Heb. 7.

anacletus.

A tamen sacerdotij Aaron fuit. Nam ipse primus iubente Domino victimas obtulit. Melchisedech autem; & alij ante legem scriptam spontanea voluntate & non sacerdotali auctoritate, sacrificia ista obtulerunt. Haec omnia Anacletus. ¶ Sed ut ea quae in hac conclusione à nobis dicta sunt, lucida perspicuaque fiant, operapretium duximus nonnullas conclusiones superaddere: quarum prima sit. In Lege naturae non erat aliquod signum determinatum à Deo in particulari, nec sub praeepto particulari, in remissionem siue actualis siue originalis peccati, ordinatum, quod sacramentum vocari possent. Conclusio ista videtur esse expressa D. Tho. 4. sen. q. 60. artic. 5. ad 3. & q. 61. artic. 3. ad 2. ubi dicit, quòd sacramenta legis naturae erant indeterminata, & quòd comparantur ad sacramenta veteris legis sicut indeterminatum ad determinatum. Est etiam Hugonis. de S. Vi. lib. de sacramentis. p. 11. à cap. 1. vsque ad sextum. Vbi ait, legis naturae sacramenta non fuisse determinata: sed pro voto & electione quaelibet sua instituisse sacramenta. Durandus in super in 4. dist. 1. q. 8. dicit, nulla ante circumcisionem fuisse sacramenta instituta. Ratione etiam probatur: nam non legitur in historia aliqua diuina, vel humana non solum pro adultis (quod omnes concedunt) sed nec pro paruulis fuisse tunc temporis tale signum in particulari institutum, sicut baptismus institutus fuit apud Christianissimum, & circumcisio apud Iudaissimum, igitur non est potendum. Item, quia hoc ipsum est, quod dicit status legis naturae, videlicet, in quo non sit praeeptum aliquod scriptum, aut signum determinatum, quia si esset iam non legis naturae sed scriptae esset status. Legem namque illam naturalem esse dicere solemus, quae non scripta sed cordibus hominum insita, per quam diuino auxilio iuuante atque fauente, vitam aeternam consequerentur. Conclusio

¶

Prim. con.

D. Thom.

Hugo.

Durandus.

¶

Matth. 9.

D. Augu.

¶

Scotus. Palud.

clusio tamen ista non est de fide: siquidem oppositum illius tenet Scotus in 4. dist. 1. q. 3. artic. 4. & Palud. q. 1. Sed est tenenda tanquam verissima. Nec obstat ratio quam Scotus facit pro se, vide licet, ut aliquis applicet remedium contra peccatum, necesse est, ut sit certus, remedium illud posse prodesse: nisi autem signum sit à Deo determinatum ne tiquam certus esse potest, ergo in lege naturæ erat aliquod signum in particulari determinatum. Non inquam obstat, quia quanuis in statu illo naturæ non esset certum in particulari, quo signo originale deleteretur, in comuni tamè erat certum: quod quidè dicebant homines, vel instinctu spiritus sancti, vel ex traditione Patrũ. Itaq; quemadmodum cognitio nem tam originalis quam actualis peccati illos habuisse nemini dubitare licet, quanuis diuersimodè, nepe maiores explicite, ut constat ex Iob qui detestans peccatum dicebat, Pereat dies in qua natus sum, qui locus secundum D. Greg. expositionè, de originali & actuali intelligendus est. Et idè de Enoch, & Noe credendum esse censeo. Minores verò implicite, & veluti sub quadam caligine, ita poterant esse certi, quòd fidè adhibendo huic, vel alteri signo, siue interiori siue exteriori pueri iustificabantur, licet non tanta certitudine, quanta in lege scripturæ & in lege gratiæ, in quibus sunt signa sensibilia determinata. Sed iam quòd non requirebatur signum de terminatum, merito consequenter suboritur dubium, Vtrum ad remissionem peccati, siue originalis siue actualis, in lege illa naturæ necessarium esset aliquod signum exterius, an sola fides interior sufficeret? Cui dubio respondetur hac secunda conclusione in ordine; Ad paruuli iustificationem non erat necessarium signum exterius, quo illi fides applicaretur, sed sola interiori fide parentum iustificari poterat. Conclusio hanc tenet D. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. ar. 6. quæstiuicula. 2. tanquam proba-

D. Grego.

3. conclus.

D. Thom.

A biliorè, non condemnando contrariam, & expressius in 3. p. q. 70. ar. 4. ad. 2. vbi docet, quòd sicut ante circumcisionis institutionem sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros quam adultos, ita etiam circumcisione data: differentia tamen erat, quòd ante legem non requirebatur aliquod signum protestatiuum huius fidei, quia nondum homines fideles seorsum ab infidelibus cœperat adunari ad cultum vnus Dei, quòd tamen postea requirebatur. Item D. Greg. 4. moral. c. 2. cuius verba referuntur de cons. d. 4. c. Quod tenet illam cum dicit, Quod apud nos valet aqua baptismi, id egit apud veteres pro paruulis sola fides: pro adultis verò virtus sacrificij. Id etiam videtur tenere Magister sent. in 4. dist. 1. & Hugo de S. Vict. vbi supra. Breuiter est Theologorum proloquium quòd paruuli salui fiebant in fide parentum. Et ratione probatur, quia nullibi in scriptura sacra vel prophana, reperitur signum aliquod exterius esse necessarium. Nec me latet, Durand. in 4. dist. 1. q. 8. hoc contrariam tenere de paruulis, nempe, paruulos minimè saluos fieri posse per fidem interiori offerentis, nisi signo aliquo exteriori explicitam & ei applicatam à parente vel ab altero vices eius gerente: sic modo in lege gratiæ paruulus per solam fidem patris sine baptismo nequit saluari, & licet hæc opinio non sit improbabilis, sed nostra conclusio ut probabilior est amplectenda.

Tertia conclusio; In offerente puerum non requirebatur fides formata, nec habitus illius sed informis: & actus illius à quocunque & quomodocunq; ad puerum ipsum relatus tanquam fidei protestatio sufficiebat. Hæc conclusio ostenditur aperta ratione: quia tunc temporis pueri in fide vnus mediatoris, & non offerentis gratia salui fiebant; non ergo necesse erat ut offerens in gratia existeret. Ex hoc euidenter elicitur, nullatenus fidem esse adhiben-

D. Greg.

Magist. Hugo.

Durand.

3. conclus.

Durand. hibendam Durando asserenti, quòd paruuli tunc salui fiebant per meritum parentum: quandoquidem necessaria erat fides formata in offerente, nec aliquis de condigno primam gratiam mereri potest nisi solus Christus Dominus.

4. conclus. Quarta conclusio. Hæc fides informis in offerente adhuc non erat necessaria, sed sufficeret, quòd ipse intenderet facere, quòd fideles tunc faciebant. Hanc conclusionem tenet Soto tanquam probabiliorè. Et probatur, nam regula generalis est, quòd quoties quis intendit facere quòd facit Ecclesia siue sit fidelis siue infidelis, Sacramenta ab illo collata sunt valida, ergo fides informis in offerente non requiritur. Et ad dictum commune, quòd pueri seruabantur in fide parentum, facile satisficit, vel dicendo, quòd hoc intelligitur, quia communiter parentes, qui filios in sua religione instituere debent, sunt fideles: vel cum dicitur in fide parentum, sit sensus, in fide maiorum suorum præcedentium. Sufficiebat namque ad iustificationem paruuli quòd offerens, etiam si infidelis esset intenderet facere, quòd maiores sui fideles faciebant.

5. conclus. Quinta conclusio; Satis probabile esse arbitror in lege naturæ adultos etiam absque signo aliquo exteriori iustificari posse. Hæc conclusio videtur esse expressa D. Tho. sententia in illa q. 70. loco citato, cum dicit, quòd ante circumcisionem sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros quam adultos: & statim subiungit, quòd non requirebatur aliquod signum protestatiuum huius fidei. Quando tamen signa exteriora adhibebantur remissionis culpæ efficacia non illis signis, sed fidei tribuebatur: signa autem illa tantum erant protestationes fidei. Sic enim Diuus Tho. explicat Diuum Gregorium asserentem, quòd pro adultis sacrificium offerebatur.

D. Thom. Scire tamè hic oportet, cum D. Th. dicit, solam fidem sufficere ad iustificationem tan-

A paruulorum quæ adultorum, proportionabiliter esse intelligendum, scilicet, quòd pro paruulis fides informis in offerente sufficiebat, in adultis verò formata requirebatur, & illa dictione excludere sola signa exteriora tantum, & quæ neque in paruulis, neq; in adultis tanquam Sacramenta necessaria erant.

Ultima conclusio; Quanquam in lege naturæ non esset aliquod signum de terminatum à Deo in particulari, probabile tamen est, in qualibet republica bene instituta, fuisse aliqua signa sub præcepto positiuo ab ipsa determinatione paruulorum, quam adultorum, imò fortasse aliquod sacrificium instituit Adam, quòd per traditionem deriuatum fuit ad posteros. Conclusionem istam videtur insinuare D. Tho. in q. citata. 70. artic. 4. ad. 2. & D. August. lib. 5. contra Iulianum. c. 9. ait; Credendum est etiam si nullibi legatur, ante legem patres sanctos aliquo sacrificio pro emundatione paruulorum usus fuisse. & idem videtur in epistola. 57. Cum enim homines tunc sapientes essent, nequit alicui esse credibile, quòd in re tanti momenti, negligentes fuerint. Et licet si quis illa omitteret, peccaret, ut potè contra ius positiuum agens: nihilominus tamè quia non erant instituta à Deo, puer per fidem ab offerente sibi applicatam salutem consequebatur, & adultus etiam si sui peccati poenitentiam postea egisset.

De effectibus sacramentorum.

E SEPTIMA DIFFICULTAS.

Vtrum sacramenta sint causa gratiæ.

P R O huius difficultatis decisione annotare oportet. Primo ex Arist. 2. Phy. duplicem esse causam, scilicet alteram per se, alteram verò per accidens. Per se quidè est illa quæ insluit in

6. conclus.

D. Thom.

D. August.

D. August.

Arist. 2. Phy.

D. Thom. in effectum, & diffinitur à D. Thoma. **A** 1.2.q.85.arti.5.id est, est illa, quæ secundum virtutem suæ formæ producit effectum. Causa verò per accidens diffinitur cõtrario modo. Similiter causa per se supernaturalis erit illa, quæ secundum virtutem vel formam à Deo acceptam producit effectum supernaturalem. Per accidens verò est illa, quæ sua propria virtute nihil ad effectum confert, licet quandoque requiratur, vt remouens prohibens. **¶** Secundo etiam annotare oportet duplicem esse effectum sacramentorum, nempe, primarium & secundarium. Primarius effectus est, gratia; secundarius verò, character. Loquedo igitur de primario, de quo est præfens difficultas.

Pri. conclus. Sit prima conclusio; Quod sacramenta nouæ legis secundum aliquem verum modum sunt vera causa gratiæ, & veram salutem animæ conferunt, & ianuam cœli aperiant. Hæc conclusio est contra Lutheranos asserentes, sacramenta nullo modo, id est, nec per se, nec per accidens esse causam gratiæ, sed solum esse quædam signa externa fidei, quæ sola iustificat, & notas quædam, quibus fideles ab infidelibus distinguuntur. Vnde conclusio est secundum fidem catholicam tenenda: **¶** est enim omnium sanctorum patrum. Eam enim in primis tenet Cyprianus in sermone de baptismo Christi, & manifestatione trinitatis, inquit; Veniebat Christus ad baptismum, nõ egês lauacro, in quo peccatum non erat: sed vt sacramento perennis daretur autoritas, & tanti operis virtutem nulla personarum acceptio commendaret. Gregorius quoque Nazianzenus oratione. 3. in sanctum lauacrum inquit; Generatio ex baptismo passio est solutiua, omnes fordes abscindens, atque ad supernam vitam perducens. Etiam tenet D. Chrysostomus. Homi. 25. in Ioan. Item Cyrillus. lib. 2. in Ioan. c. 42. inquit; Spiritum, qui ex Deo procedit, per baptis-

mum acquirimus, quo in pristinam pulchritudinem reformati, & ad nouam vitam renati à Deo in filios adoptamur. Item Ambrosio. lib. 1. de sacramentis cap. 5. dicit; Non omnis aqua sanat; sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi, & lib. 4. cap. 4. de Eucharistiæ sacramento loquens, inquit, nobis conferre gratiam, & ideo dici panem viuum: quia nobis præstat vitam. Aug. in super decimonono lib. contra Faustum. cap. 10. tenet idem, & tractatu. 8. in Ioan. inquit; vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tagat, & cor abluat: licet enim propria actio aquæ, sit abluere corpus, per virtutem tamen Dei eleuatur, vt abluendo corpus, animam emundet, & habetur 1. q. 3. cap. Detrahe. & super Ioan. in illu locum; Iam vos mundi estis propter sermonem meum. probat, quod verba sacramentalia mundant, regenerant, viuificant, & iustificant. Beda. etiam in. 3. cap. Lucæ, in quadam homilia, quæ cantatur in octaua Epiphaniæ ait; Dominus tactu suæ mundissimæ carnis, vim regeneratiuam contulit aquis. Accedit etiam ad hoc diffinitio Conc. Flo. sub Eugenio. 4. in decreto super vnione Armenorum: in hæc verba. Nouæ legis septem sunt sacramenta, quæ & continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt. Accedit etiam Tridentinæ Synodi diffinitio sessione. 5. Can. 5. sub his verbis. **¶** Si quis per Iesum Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismo confertur reatum originalis peccati remitti negat; aut etiã asserit, nõ tolli totu id, quod veram & propriam peccati rationem addit, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit. Item in eadem sessione cap. 7. numeratur causa iustificationis, videlicet finalis quidem, gloria Dei, & Christi, ac vita eterna, efficiens verò Misericors Deus, qui gratuito abluit & sanctificat: meritoria autem Dilectissimus vnigenitus suus Dominus noster Iesus Christus. Instrumentalis item Sacramentum baptis-

D. Ambr.

D. Augu.

Beda.

Con. Flo.

Con. tri.

missimi quod est sacramentum fidei. De mum formalis causa est iustitia Dei, qua nos iustos facit. **¶** & sessione. 7. de sacramentis in communi. Cano. 6. cuius verba sunt, quæ sequuntur. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre; **¶** quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ, vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus: **¶** anathema sit. **¶** Præterea conclusio nostra habetur expressè in sacris literis. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto. &c. Sed efficienter renascuntur homines ex Spiritu Sancto tanquam à causa, ergo etiam renascuntur efficienter ex aqua. Dicitio namq; illa, Ex, apud Philosophos, & apud sacras literas causalitatem solet importare, **¶** vt patet ex Paulo in epistola ad Eph. c. 5. Christus dilexit ecclesiam suam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. **¶** Item ad Galatas. 3. Quotquot baptizati estis Christum induistis. Et ad Titum. 3. saluos nos fecit per lauacrum regenerationis &c. Et tandem probatur, quia hoc est proloquium Theologorum, quod sacramenta nouæ legis significant, & efficiendo significant, eò quod sunt signa practica. Vere ergo & propriè instrumentaliter sunt causa gratiæ. **¶** Et de sacramento Eucharistiæ habetur Ioan. 6. vbi appellatur panis viuus: quia confert dignè summis vitæ. De poenitentia autem sacramento, habetur expressum testimonium Domini Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. &c. Sacramenta igitur nouæ legis gratiam, & iustitiam animæ conferre: ex prædictis irrefragabiliter ostenditur, ad eò, vt id negare, sit hæresis: quam obrè in hanc cõclusionem scholastici authores vniuersi cõueniunt. Ex hac conclusione manifestè colligitur,

¶

¶

¶

Ioan. 3.

¶

Ephes. 5.

¶

Galat. 3.

ad Titum. 3.

¶

Ioan. 6.

Ioan. 20.

non satis rei fieri, si quis asserat, sacramenta nouæ legis esse causam gratiæ. **¶** Quia sunt signa tantum gratiæ, non quidè aliquid operando, efficiendo, & influendo etiã instrumentaliter: **¶** sed quia sacramentis adhibitis Deus per se solus in anima gratiam operatur, **¶** vt multi catholici doctores olim tenuerunt, scilicet Ale. Aléf. Alex. Aléf. 4. p. q. 8. mēb. 3. ar. 5. Bonau. in. 4. d. 2. q. 3. Ricard. d. 1. ar. 4. q. 1. & Scotus d. 1. q. 4. & 5. Nā quanuis verbis concedant, quod sacramenta sunt causa gratiæ: re tamè negant. Dicit, enim Scotus, quod ideò sacramenta dicuntur causa gratiæ, quia dispositio nē ponunt in recipiente, qua stãte Deus gratiam confert: ipsa tamè sacramenta nihil efficiunt, nec instituunt. Durandus etiam q. 4. tenet idē, & adducit exēplū de illo qui asserēs denariū plūbēū accipit centū libras ex Regis ordinatione, non quod denarius ille aliquid operetur ad habendam prædictam pecuniæ quãtitatē, sed hoc operetur sola regis voluntas. Vnde Bernardus in quodã sermone de cœna Domini dicit; Sicut inuestitur canonicus per librū, abbas per baculū, episcopus per annulū, sic diuisiones gratiarū diuersæ sunt traditæ sacramētis. Insuper Gabriel. d. 1. q. 1. docet, res naturales nihil proficere, sed Deus ad illarū præsentiam operari, vt quod sol non illuminat, nec ignis cõburit, sed Deus ad præsentiam solis & ignis: & sic explicat quod sacramenta causant gratiam. Sed certè hæc sententia potius stultitia, quã opinio (vt D. Th. ait) dicenda est. Et Comē. 9. Meta. tex. 7. dicit, eos quod eã tenēt, carere cerebro. Nā secundū illā frustra Deus fecisset cœlos, & elementa, & cæteras oēs causas secundas, si eas otiosas relinquisset, & ad agendū inepitas instituisset. Et quidē quod sacramenta non isto modo gratiam efficiant, probat D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 1. vbi opinionē istā improbat, ac apertè refutat, nā secundū illā nullatenus essent causa gratiæ, sed signū dūtaxat applicatæ fidei: quia denarius ille nõ est nisi quoddam signū regis ordinationis de hoc quod pecunia recipiat

¶

¶

Alex. Aléf.

Bonauen.

Ricar.

Scot.

Durandus.

D. Bernard.

Gabriel.

Auerrois.

metaph.

D. Thom.

B ab

ab illo. Similiter liber est quoddam A signum, quo designatur traditio canonicatus. Igitur secundum hanc opinionem sacramenta nouae legis nihil amplius essent, quam signa gratiae, quod profecto nec Lutherani negant. Non enim haec opinio aliam efficientiam sacramentis nouae legis tribuit, quam veteris legis sacramentis, imo quam sacramentis maleficorum ac demoniorum. Quia sicut Daemon nascitur cum homine, vt certis verbis prolatis, aut certis characteribus factis ipse statim adsit: ita dicit haec opinio, Deum cum hominibus pactum fecisse, vt adhibitis sacramentis gratiam conferret. Vnde hodie haec sententia non solum est periculosa, sed erronea & parum distans ab heresi, quia tamen hi doctores ante praefata concilia scripserunt, ne utique de errore aliquo sunt condemnandi. **¶** Sed dubium est, iam quod sacramenta nouae legis sunt causa gratiae, quomodo eam causent. In qua difficultate, & multis & in se diuersis opinionibus omisis, nempe vna; Quod sunt causa gratiae, quia disponunt interius characterem vel ornatum in anima producendo. Altera, quod disponunt exterius ad gratiam infundendam. Tertia, quod sunt causa per accidens, aut sine quibus non infunditur gratia. Quarta denique, quia sunt causa motiua, qua Dei voluntas mouetur ad ipsam gratiam conferendam, sicut mater diligit filium suum quia illum genuit. Omisis inquam his opinionibus seu modis dicendi, eo quod infusionem gratiae, aut illius augmentum non attingunt, duas duntaxat, quae nostro tempore apud Thomistas circunferuntur adducemus, quas, & earum veritatem explanabimus **¶** propterea quod ad nostrum institutum opiniones adducere, & eas refellere, non spectat. Sed pro veritatis explicatione prius supponere erit operae pretium, causas esse in duplici differentia: alteras naturales, & alteras morales. Morales autem ap-

pellamus causas liberas, quae scilicet, libere mouent, vt qui consulit, qui imperat: eius enim rei causa est, quae per eius aut imperium, aut consilium efficitur. Iuxta quam definitionem, cum actio peccati dupliciter consideretur, & in ordine effectuum naturalium, & in ordine effectuum moralium, Deus quidem causa naturalis dicitur actionis, quae peccatum est, cooccurrit siquidem ad brachij motionem, qua hominem interficit: non tamen illius actionis Deus est causa moralis, quia neque consulit, neque praecipit, quin potius prohibet. Inter has autem causas discrimen est. Nam naturales suos effectus attingunt per vim sibi a natura inditam: vt ignis calefacit per calorem: aqua vero frigidat per frigiditatem. Morales vero non attingunt actione naturali suos effectus. Nec enim oportet, vt qui consulit homicidium, actione aliqua physica & naturali quidquam efficiat, quemadmodum natura efficere consuevit. Ad eundem modum philosophandum est de effectibus supernaturalibus, scilicet, de gratia & de charitate, de fide, & de vita aeterna: qui quidem effectus a duplici causa proficisci possunt: vel ab ea, quae habet modum agendi simile cause naturali, attingendo vi & efficacia actiue huiusmodi effectus (in quo casu Deus est causa omnium virtutum infusarum) vel a causa morali, qualis fuit meritum Christi, & oratio, cum oraret pro Petro, ne deficeret fides eius. Annotandum est hic, vt runque causa genus distribui in principalem & instrumentalem causam. **¶** Quibus omnibus sic praehabitis est prima opinio **¶** Magistri Soto, & Do. Caii. quod sacramenta sunt causa gratiae ad modum instrumenti physici, & naturalis. Secunda vero est ingeniosissimi Magistri Cano in Relectione de poenitentia. 4. p. quod sunt causa moralis. Probat Soto suam sententiam confutando opinionem Cano pluribus argumentis: primo, quia causa moralis non est instrumentum illius, qui

Opinio Magistri Soto & Do. Caii.
Cano.

qui mouetur ad effectum productum: sed illius qui illum mouet, vt cum Paulus regi confert pecunias ad redimendum Petrum, pecuniae illae non sunt regis instrumentum, sed potius Pauli, qui regem mouere intendit, vt Petrum liberum abire permittat. Similiter preces vel pretium quae ad mouendum Paulum Petrus adhibet; vel forte metus, quem ille incutit, vt Paulus ipse Regi pecunias conferat pro eius redemptione, non Pauli, sed Petri sunt instrumenta. At vero sacramenta non sunt instrumenta, quae Deum ad conferendam creaturamque gratiam mouent, quasi sint prius natura mouentia, quam ipse: sed sunt instrumenta a Deo ipso instituta, & mota tanquam a causa principali, quibus concreando illam qualitatem, quae est gratia, sibi reconciliat; ac gratum facit hominem. Et opinio haec fundamentum habet in eo quod D. Tho. 3. p. quest. 48. artic. 6. & quest. 49. artic. 1. ad 1. tractando de Christi humanitate, ait, quod licet causa efficiens principalis humanae salutis sit Deus, quia vero humanitas Christi est diuinitatis instrumentum, ex consequenti omnes Christi actiones & passiones in virtute diuinitatis instrumentaliter operantur ad humanam salutem. Passio enim Christi non solum effectiue & meritorie, sed etiam satisfactorie fuit causa nostrae salutis. Quauis enim qualibet actio etiam minima Christi, & vna gutta sanguinis eius effusa in circumcisione sufficiens esset pretium nostrae salutis: noluit tamen Christus offerri Patri tanquam plenariam & consummatam redemptionis satisfactionem nisi passionem & mortem eius. Tunc enim expleuit & perfecte exsoluit pretium nostrae redemptionis. Vnde baptismus antequam passio esset consummata per mortem non aperiebat ianuam caeli, ac subinde sacramenta tunc non habebant plenariam virtutem: & ob id in sacris literis redemptio mundi eius pas-

sioni & morti tribuitur; Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, quae posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. & Sanguis Iesu Christi emundat nos ob omni peccato. Et licet non sit negandum sacramenta habere virtutem ex tota vita Christi & ex singulis eius operibus, sed per attributionem quandam specialiter habent illam ex Christi passione: quae quidem virtus continetur in sacramentis nouae legis, non solum tanquam in signis ex diuina institutione certissimis gratiae, quia hoc modo etiam gratia continebatur in circumcisione, eo quod etiam ex institutione diuina erat signum gratiae certissimum sub illa ceremonie collatione: sed etiam continetur in illis tanquam in causis instrumentalibus. Itaque sacramenta nouae legis vere & proprie instrumentaliter attingunt gratiam, & sunt illius causa: quatenus virtute diuina mouetur a Deo illam educendo de potentia obediuntiali animae, vt in ea, & de ea fiat quicquid Deus voluerit. Igne namque potest Deus refrigerare, vt fecit cum tribus pueris in camino ignis: & aqua calefacere. Cum enim cuiusque potentiae actiuae correspondeat potentia passiuua, & e conuerso fit, vt quemadmodum in omni creatura est potentia obediuntialis ad patiendum, ita etiam sit ad agendum tanquam Dei instrumentum, adeo vt virtute diuina possit quicquid Deus voluerit, & quomodo voluerit & ad quancunque distantiam voluerit. Sic igitur sacramenta quatenus sunt instrumenta Dei, quauis sint corporalia, efficaciam tamen habent vt productionem gratiae in anima attingere valeant. Nec desunt exempla, quibus luculenter & praclare hoc explicetur. Experimur namque calorem naturalem eiusdem esse speciei cum calore ignis, & tamen naturalem, vt instrumentum est potentiae vegetatiuae hominis, posse per propria actionem calefaciendo carnem producere: id tamen minime

B 2 efficere

efficere posse calorem ignis. Similiter quoque experimur, quod licet penicillus nullam ex se habeat proportionem cum pulcherrima imagine: attamen assumptus ab egregio pictore, illius delineationem attingit. Sic ergo quavis sacramenta sunt corporalia, ut tamē sunt instrumenta Dei omnipotentis per propriam operationem, quam circa corpus, quod tangunt, exercent, instrumentaliter operantur circa animam diuina virtute. Præterea phantasia nostra est quodam modo potentia corporalis: nihilominus tamē coniuncta intellectui agenti effectum spiritualem efficere valet, eo quod in intellectu possibili species intelligibiles producit, multo ergo magis aqua, Dei voluntati coniuncta, & ab ipso Deo mota, gratiam attingere poterit. Habet præterea hæc opinio fundamentum in Diuo Thoma: nam in q. 62. ar. 4. ad. 1. dicit, quod virtus spiritualis in re corporea esse nō potest, per modum virtutis permanentis & completa: nihil tamen prohibet in corpore esse virtutem spiritualem instrumentaliter, in quantum, scilicet, corpus moueri potest ab aliqua spirituali substantia, ad aliquem spiritualem effectum inducendum, sicut & in ipsa voce sensibili est quædam vis spiritualis, ad hominis intellectum excitandum, in quantum procedit à conceptione mentis. Similiter in verbis consecrationis Eucharistiæ est virtus aliqua creata instrumentalis, qua fit conuersio panis in corpus Christi & vini in sanguinem. Tandem probatur, quia per contactum sanabat Christus leprosos, & tamen illum contactum non moralem causam fuisse salutis, sed physicam & naturalem, omnibus compertum est. Ergo eadem ratione sacramenta causam gratiæ esse, instar instrumenti physici fateri oportet. Ex quibus omnibus facile respondetur ad illud argumentum commune; Corporale non agit in spirituale, sed sacramenta sunt corporalia, ergo non pos-

D. THOM.

A sunt agere in animā, gratiam causando. Facile, inquam, respondetur, quia licet non agāt immediate in spirituale, agunt tamen mediate. Sic sacramenta corpus tangunt, & cor mundant, mediante virtute diuina, ut Dei instrumenta. Ad aliud argumentum, quod fieri solet, scilicet, quod nullum agens etiam instrumentaliter, & etiam per potentiam diuinam creare potest, gratia autem creatur, ergo sacramenta causam illius esse nequeunt. Respondetur, quod siue gratia creetur siue non, quia tamē sacramenta hominem cum Deo coniungunt, eum de ingrato gratum, & de inimico amicum faciendo causa gratiæ dicuntur. Quemadmodum licet hominis operatio animæ rationalis productionem non attingat: nihilominus tamen verè & propriè homo hominem generare dicitur, eo quod coniunctionem animæ cum corpore operatur. Item, quia tenendo, ut tenet Diuus Thomas & Concil. Vienen. & Trident. gratiam esse habitum (quod quidem licet non sit de fide: est tamē ad eum certum, ut oppositum asserere, sit ad minus temerarium ne dicam erroneum) dicendum est quod ipsa gratia non creatur, tum quia est accidens, creatio autem, & generatio non terminatur ad accidens, sed ad substantiam que per se subsistit. Tum verò quia quando homine peccante moraliter gratia esse desinit, gratia ipsa non anihilatur. Igitur neque quando infunditur creatur. Consequentia ista est euidens. Si quidem contrariorum eadem est disciplina. Tum denique, quia propterea forma naturalis de potentia naturali educitur, quia virtute agentis supernaturalis Dei, ut principalis agentis, & sacramenti ut instrumentalis producitur in anima rationali, à qua dependet in esse & conseruari. Ergo educitur de potentia obedienciali animæ, ac subinde non creatur, cum non ex nihilo fiat. E contrario verò anima rationalis, quia

D. Tho.
Conc. vien.
& Trid.

quia est substantia per se subsistens, nō dependens inesse & conseruari à corpore, creatur, quia ex nihilo producit. Nec nocet huic sententiæ, quod posset obijci, quia oculus corporalis etiā per diuinā potentiā ad diuinā essentiā eleuari non potest: eo quod cū sit spiritualis extra sui obiecti latitudinē est: eadē ergo ratione sacramenta, cū sint corporalia, minimè eleuari poterunt, ad gratiam in anima causandam. Non, inquam, nocet, quoniam longè ista inter se differunt, nam cum diuina essentiā purè spiritualis sit, fit, ut oculus corporalis eleuari nequeat ad eam videndam eo quod extra latitudinē suæ spheræ sit, ac subinde consequitur, nullam esse proportionem inter obiectum & potentiam. Cæterum cum homo ex spiritu & corpore sit cōpositus, ex quibus fit vnū, cōsequens fit, ut nullū sequatur inconueniens, ex eo quod sacramenta quavis corporalia, tangendo corpus pertingere ad animā in ea gratiam efficiendo possint: siquidem iam habent subiectū sibi proportionatū, circa quod agāt. Hoc enim est quod D. August. dicit de aqua, quod corpus tangit, & cor abluit. Ex quibus omnibus opinio hæc Magistri Soto & Caieta redditur probabilissima & fortè verior quàm Magistri Cano opinio. Sed tamen nos in priori editione, & modo etiā, magis huic Magistri Cano sententiæ subscribimus: nempe, quod sacramenta sunt causa moralis gratiæ, tum quia est satis probabilis, tum etiā quia ad argumenta soluenda mihi facilius apparet: ☩ Ut qui daret pecunias pro captiuis redimendis, causa esset principalis redemptionis (moralis tamen,) pecuniæ verò, vel etiam minister, scilicet, seruus destinatus ad redimendum ipsos captiuos, causæ essent redemptionis instrumentales.

D. August.

☩

Prim. con.

Et pro hac sententia Cano est prima conclusio: Quemadmodū dans pecuniā ad redimendū captiuū, & pecuniæ & minister, omnes dicuntur causæ morales

A illius redemptionis, aliter tamen & aliter (ut dictum manet:) ita Deus suo modo, sanguis Christi & eius humanitas, ac sacramenta, in quibus continentur virtus & valor sanguinis ipsius Christi, sicut pecuniæ ad redimendum captiuum continentur in marsupio: & minister conferens ipsa sacramenta, sunt causæ morales nostræ iustificationis, aliter tamē & aliter. Nā Deus causa principalis est, cū solus Deus gratiæ & gloriæ sit causa: sanguis autē Christi & eius humanitas, sacramenta & minister, sunt causæ morales instrumentales: & ob id dicitur sacramenta signa. Causa namq; principalis non est signum effectus: bene tamen instrumentalis, cū ipsa sit quodā modo effectus, eo quod mouetur à principali agente, & ideo sacramenta euangelica sunt simul & signū & causa gratiæ: nā quemadmodū in naturalibus, ferramota ab artifice agit, & seruus, qui portat pecuniā ad redimendū captiuū, in moralibus motus à domino pecuniæ agit, & scindere est propria actio ferræ materialis. Quod autē scindat sic vel sic, hoc recipit ab artifice, & est sicut formalis priorē determinas: & pariter in sacramento tactus aquæ est sicut materialis actio, fieri autē ad abluendū animam est, sicut formalis, & hæc habet à Deo: ita minister & sacramenta, quæ administrat agūt mota à Deo. Et quemadmodū sanguis Christi emundat nos ab omni peccato, Apocalyp. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: in eodē sensu sacramenta dici poterūt lauare, mundare, & causas esse nostrorū peccatorum remissionis. Sed nota, quod gratia à Deo deriuatur in homines per humanitatem & sanguinem Christi, tanquā per instrumentū coniunctum, & per sacramenta, tanquā per instrumenta separata.

Apocalyp. 1.

Secunda cōclu. collararia ex prima, 2. conclus.

Quemadmodū esset erroneū, asserere, sanguinem Christi, vel passionē, vel humanitatem, non esse instrumentales causas nostræ iustificationis & gratiæ: ita quoque

error esset manifestus negare, sacramenta causas efficientes instrumentales nostrae salutis esse: morales tamen. Atque haec omnia ne videar à sensu proprio colligere: facile erit videre apud D. Th. 3. p. q. 48. ar. 6. & q. 49. art. 2. & q. 56. art. 2. & q. 62. artic. 5. **E** Itaque haec nostra sententia, habet etiam fundamentum in his locis D. Tho. praecipue in illa q. 48. loco citato, vbi dicit, quod licet passio Christi sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate unita, & idcirco per spiritualem contactum efficaciam fortitur, scilicet per fidem & fidei sacramenta, iuxta illud Apostoli ad Rom. 3. Quem posuit Deus propitiatorum per fidem in sanguine ipsius. &c. Idem autem prorsus iudicium videtur mihi esse apud D. Th. de sacramentis corporalibus & de Christi humanitate; scilicet quod operatur per spirituale contactum & per fidem, qua credimus Christum propitiatorum nostrum. Operatur inquam moraliter, non autem physice. Itē supposito, quod sacramenta fictē recepta postea recedente fictione, suū cōsequuntur effectū. Probat pręterea rationibus satis apparentibus, quarū prima sit, quia si sacramenta essent causa physica gratiæ, nō minus illā cōferrent quādo cū fictione, quā quādo sine illa recipiuntur; Sed cū fictē recipiuntur nō sunt causa physica, quandoquidē cū postea recedente fictione recipitur gratia. Baptismus vel aliud quodcūq; sacramentū, nō agit vt instrumentum physicū, vt omnes etiā contrariā sententiam tenentes cōcedunt, cum iā non sit. Nō ergo causa physica sunt sacramenta, sed moralis. Secunda ratio est: quia, cū meritum causa sit pręmij & gloriæ, & tamē nō attingat pręmiū ipsum & gloriam physicē, satis probabiliter consequi videtur, sacramenta nō physicē sed moraliter causam esse gratiæ. Et per hoc facile diluuntur argumēta. Nullū enim est inconueniens, quod moraliter corporale in spirituale agat, neq; quod creatura ad creandum sic concurrat. **⊕**

D. Thom.

E

Rom. 3.

Tertia cōclusio; Sacramenta veteris legis, prorsus causas nō fuisse gratiæ atque salutis asserere necessariū est. Hęc conclusio probatur ex Apost. ad Gala. Galat. 4. vbi sacramenta veteris legis infirma vocat & egena elementa: si autē cōtinerēt pretiū sanguinis Christi, gratiamq; pręstarent hominibus, egena vtique ac infirma minimē dicerentur. Habetur etiam hęc nostra cōclusio diffinita in Concilio Florent. vbi dicitur, nouæ legis septē sacramēta, multum à sacramētis antiquæ legis differre: illa nanq; nō causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant. Sacramenta verò nostra, & gratiā continent & eam dignē suscipientibus conferunt, (vt in priori conclusione dictū est.) & hoc est primū, ac praecipuū discriminē inter noua, & vetera sacramēta. **C** Annotare hęc oportet, quod quādo dicitur, sacramenta nouæ legis continere gratiam, nō est intelligendū, quod est in illis per modum permanentis, sed secundum esse fluens, quia virtus spiritualis collatiua gratiæ quādo est instrumētalis, potest esse in corpore isto secūdo modo, nō autē primo: est eī in illo, quatenus corpus illud mouetur à substantia spirituali ad effectū spirituale, & illa virtus nō est, nisi motus: nā sicut corporalis vox, eō quod ab spirituali intellectu mouetur, cū intētionē significādi per illū motū, generat supernaturalē effectū in mēte audiētis: ita sacramenta mota à ministris cum intētionē faciēdi quod Christus intendit, faciunt hominem Deo gratum atque amicum. **E** Sed iam quod sacramenta verē & propriē sunt causa gratiæ, meritō consequēter oritur dubiū; Vtrum gratia hęc sacramētalis aliquid addat supra gratiā virtutū & donorū? Pro cuius dubij elucidatione annotare opus est ex D. Th. 1. 2. q. 110. ar. 1. & q. 111. ar. 2. gratiā secundū totā suam cōmunitatem & latitudinem pro dono gratuito acceptam, inhabitualem (qualis est gratia gratum faciens

Con. Flo.

D. Thom.

faciens in essentia animæ existens, fides etiam informis, spes, charitas, & omnia dona supernaturalia) & in gratiā actualem (qualis est inspiratio & diuina motio, specialis Dei concursus ad bene operandum, ac omnes gratiæ gratis datę, vt prophetia, donum linguarum, quę quidem dona quędam actualia ac gratuita sunt) distingui. Hoc notabili pręhabito, per aliquot conclusiones non insufficienter huic dubio me satisfacere posse arbitror, & earum prima sit.

Pri. cōclus.

Gratia gratum faciens habitualis cū virtutibus & donis, quę illam concomitantur, effectus est communis omnium sacramentorum: hoc est dicere, omnia sacramenta nouæ legis habent illā cōferre. Hanc conclusionem iam ostendimus difinitā esse in Cōcil. Flo. & Trid.

2. cōclus.

Secunda conclusio; Gratia sacramentalis aliquid addit supra gratiam istam, gratum facientem. Conclusionem istā tenet D. Thom. 3. par. quęst. 62. artic. 2.

D. Thom.

& ratione manifesta ostenditur, nam cum in Ecclesia diuersa sint sacramenta diuerso effectus habere debent: quāuis enim gratia sacramentalis, nempe gratum faciens de materiali eadem habeatur per contritionem & per baptismum, Eucharistiam, & cetera sacramenta: de formali tamen, scilicet quatenus terminus gratiam connotat auxilium speciale actuale, differt specie à gratia habituali gratum faciente, quod expresse ex Concil. Floren. liquidō constat, vbi singulis sacramentis singuli ac distincti assignantur effectus. Si enim prorsus idem effectus esset omnium sacramentorum, Christus Dominus instituisset frustra, & ociosē diuersa sacramenta. Item quia non ob aliud tria sacramenta characterem imprimētia iterari non possunt, ē contrario verō quatuor illum non imprimētia possunt, nisi quia ad peculiare effectus ordinantur.

3. cōclus.

Tertia conclusio; Gratia sacramentalis addit aliquod auxilium speciale, quod

est actus ad effectū sacramentorū inducendorū, vt sacramentum baptismi ordinatur ad regenerationē spiritualem, per quam homo fit membrum viuū in Ecclesia militante, absoluiturq; à culpa & à tota pœna, nisi obicē ponat. Et hęc gratiā ante baptismū nō habebat homo, etiā si per contritionē esset iustificatus. Similiter cōfirmatus habet Dei auxiliū, vt quoddā robur ad profitendā ac defendendā fidem. Et cū quis recipit Eucharistiā, augetur illi gratia gratū faciens ad effectū spiritualis alimonie: & sic dicendum est in cæteris sacramētis. Istud ergo auxilium addit gratia sacramentalis supra gratiam communiter dictā. Et istud diuinum auxilium sufficit ad saluādos diuersos & peculiare effectus sacramentorū, & hoc est quod D. Tho. dicit. 3. p. q. 62. artic. 2. ad 2. quod quantum ad peccata pręterita, quę trāseunt actu, & permanēt reatu, adhibetur homini remedium specialiter per sacramēta, nēpe baptismus cōtra originale, cōfirmatio cōtra debilitatē, pœnitentia contra morbum, Eucharistia contra fastidium, extrema vnctio contra reliquias peccatorum.

Quarta conclusio: Amissa gratia gratum faciente etiam amittitur gratia sacramentalis cuiuscūq; sacramēti. Hęc conclusionem tenet Petrus Palud. in 4. dist. 2. q. 3. & ostenditur aperta ratione, nam virtutes infusę consequuntur ad gratiam, sicut potentię animæ ad eius essentiam. Dona autē & virtutes amissa gratia iustificante per peccatum mortale amittuntur, ergo etiam amittitur gratia sacramentalis, quę est illud auxilium speciale.

Vtrum autē cū baptizatus & cōfirmatus mortaliter peccauit, & postea egit pœnitentiam vterque ad æqualem gratiam resurgat? meritō consequēter dubitatur. Cui dubio, alijs duabus conclusionibus respondetur.

Sit ergo quinta conclusio in ordine; Quantum ad principalem & communem

B 4 commu-

communem omnium sacramentorum effectū qui est gratia gratū faciens, vterque resurgit ad gratiā, secundū quantitatem contritionis, & nō secundum quantitatem gratiæ, quam prius habebat: vnde si contritio vtriusque sit æqualis, ambo in æquali gratia resurgent.

6. conclus. Sexta conclusio. Quantum ad specialem effectum vniuscuiusque sacramenti, poenitens recuperat gratiam sacramentalem: itaque sicut per baptismum antequam peccaret erat membrum viuū in Ecclesia militante; ita postquam poenitet id ipsum recuperat: poenitentiam tamen baptismalem semel nullam recuperare nequit. Confirmatus similiter recuperat auxilium speciale & robur, quod priusquam peccaret ad fidem defendendam habebat.

Alterum discrimen est; Quia noua conferunt gratiam aliquam adultis, sine merito operantium: sed vetera suscepta citra operantium meritum, nullam adultis gratiam conferre solent. Prior pars patet ex Concilio Tridentino sessione. 7. canone. 8. Si quis dixerit, inquit, nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferre gratiam, anathema sit. Posteriorem verò partem ex eo tenere conuincimur, quòd si circumcisio, vel alia sacramenta veteris legis causarent aliquam gratiam, citra meritum suscipientium, illa verè causa gratiæ & iustificationis existerent: cuius oppositum in vltima conclusione probauimus.

Tertium discrimen est, quòd sacramenta nouæ legis conferunt gratiam attritis: sacramenta verò legis antiquæ, si à non contritis accipiebatur, nihil efficiebant. Prior pars patet, quia conferre id insinuat, scilicet dare alicui quod non habebat. Ostensum est autem nobis gratiam conferri per nouæ legis sacramenta ex Apost. ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos. Item Leo Papa epist. 56. dicit, quòd paruulis per baptismum remittitur ori-

ginale: adultis verò & originale & actuale. Et ratio huius est, quia applicatur nobis per noua sacramenta meritum Christi. Posterior verò pars probatur. Nam in sacramentis veteris legis non erat aliud meritum, nisi fidei operantis: ex fide quippe hac erat tota iustitia. Et idcirco, sicut non dabatur plus gratiæ, quàm fides operantis merebatur: ita neque gratia conferebatur nisi habenti dispositionem, quæ alioquin per se esset idonea ad remissionem peccatorum. Quam dispositionem contritionem appellamus.

Quartum discrimen est, quòd per sacramentū baptismi, remittitur tota poena, & per alia sacramenta nouæ legis aliqua, saltem pars poenæ sine merito proprio ratione ipsius duntaxat sacramenti: sed per sacramenta veteris legis quauis remitterentur omnia peccata actualia simul cum originali, tamen poena peccatis debita non remittebatur, nisi pro quantitate fidei & meriti ipsius accipientis illa sacramenta. Cuius differentiæ eadem propria ratio est, quæ in præcedentibus. Applicatur namque nobis satisfactio Christi per baptismū ad poenæ remissionem. Per circumcisionem autē nō applicabatur nisi propria circumcisi satisfactio & meritū. Instrumentum namque passionis iam exhibitæ, copiosiorē gratiam influit quā circumcisio, secundū illud ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. &c.

Quintum discrimen, de mente magistri Cano in relectione de sacramentis in genere est, quòd sacramentum nouæ legis à quocunq; etiam infideli conficiatur & administratur, dummodo intēdat facere quod Ecclesia iustificat. Sacramentū verò antiquum, siue legis naturæ, siue scriptæ, nō iustificabat paruulos, nisi à fidei administraretur: & idēd paruuli dicebantur saluari in fide parētū. Nisi enim exterius sacramentū esset protestatio fidei interioris in saluatorē venturū, nō dimittebatur paruulo peccatū. Vnde vera sacra-

sacramēta remittebāt paruulis originale, ex pacto diuinæ misericordiæ, nō ex iustitia. In nullo enim illorū sacramentorum dabatur gratia ex opere operato in virtute illorum. Non enim circumcisio iustificabat, sed in ipsa circumcisio- ne tanquam in signo per fidem offerentium dabatur paruulis gratia: & idēd circumcisio signaculum fidei vocabatur. At sacramenta nouæ legis conferunt gratiam ex iustitia & merito Christi. Quocirca etiā si paganus sit qui baptizat, dummodo applicet meritum Christi, conficiens verum sacramentū, siue credat, siue non: iustificat suscipientem. Et hac ratione Apostolus vbi supra, sacramēta vetera, infirma & egena elementa appellat: quia ratione sui nihil efficiebant, sed solū ratione fidei propriæ vel alienæ. Et quauis ego in priori editione, quantum ad hoc discrimen subscripserim magistro Cano: attamen nūc sententiæ magistri Soto vt probabiliori adherere decreui; nempe, non requiri fidem in offerente, sed sufficere, quòd offerens intendat facere, quod fideles tūc faciebant, vt in præcedenti difficultate conclusione quarta docuimus.

Sextum discrimen est, quòd sacramentorum nouæ legis Christus Dominus fuit author proximus & immediatus. At sacramenta vetera per Angelos & Moysen mediatores à Deo sunt condita. Habetur enim in Concilio Trident. sess. 7. de sacramentis in communi, cano. 1. Quod si quis dixerit sacramēta nouæ legis non fuisse omnia à Christo Domino nostro instituta, anathema sit. Quod suaderi videtur ex eo quod Ioan. 1. dicitur, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum data est, & facta. Et id videtur esse quod Paulus dixit. Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis. Item. 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū eius. Non conditores (inquit) sed dispensatores. Hanc

eandem sententiam, quod scilicet, Christus sit author sacramentorū, tenet Ambrosius lib. 4. de sacramentis cap. 4. Cyprianus etiam in sermone de ablutione pedum, & Diuus Augustinus lib. 4. de Baptismo cap. 24. Et ratione manifesta probatur hæc sententia. Quia aliàs posset Ecclesia sacramenta quæ antea instituit abolere, aliaque rursus inducere: atque ex consequenti Christianam religionem quæ ex sacramentis maxime constat, inuertere atque innouare.

Vltimum discrimen est, quòd noua sacramēta aperiuunt ianuam regni caelorum; quam aperire vetera nequaerūt: quod eleganter tradit Innocent. ca. Maiores. extra de baptismo. Omnes enim antiqui quantumcunq; sanctissimi, fatebantur se in infernos descensuros; dicebat enim Iacob. Gene. 37. Descendā ad filium meum lugēs in infernum; & Iob 17. Infernus domus mea est. & Psalm. 117. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi? Quotuis namq; essent gradu in amicitia Dei, ad limbum nihilominus descendebant, vt illic aduentum Christi præstolarentur. Licet enim auferebatur originale peccatū in circumcisio, & persona manebat Deo grata: tamen manebat impedimentum intrandi in regnum, ex parte totius naturæ: quod fuit sublatum per passionē Christi. Et idēd neq; baptismus viuente Christo aperiebat regnum caeleste. Quauis enim sicut per fidei iustorem dicitur, quis solui à vinculis: attamen tempore quo postea cum effectu soluit pretiū, proprius solui dicitur ab illis. Ita licet patres antiqui in fide Christi venturi & in virtute passionis eius, vt in causa finali apprehensa iustificarentur, sine qua minimè iustificari poterant: iuxta illud Apostoli ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et Actorum ca. 4. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri? Proprius tamen redempti fuerunt,

S

⊕

Gal. 4.

Con. tri.

Ioan. 1.

1. Cor. 4.

D. Ambrosius
D. Cyprius
D. AugustinusGenes. 37.
Iob. 17.

E

Heb. 11.
Act. 4.

B 5 fuerunt,

fuerunt, quando postea passus est Christus, quia tunc solum fuit pretium redemptionis nostrae. Non enim tunc passio Christi operabatur salutem illorum effectiue ad modum instrumenti physici per humanitatem, quae postea passa est: nec per sacramenta veteris legis, tanquam per illius instrumenta; eò quòd nondum erat in actu, nec in virtute. Et de ratione causae efficientis est, quòd sit prior suo effectu, & ob istam rationem detinebantur in limbo, quousque Christus Dominus cum effectu soluit pretium pro peccato totius humanae naturae. Et ratio est, quia ante eius aduentum & mortem, non erat completa generis humani redemptio. Verum est tamen, quòd per modum causae efficientis moralis, iuxta Cuius sententiam, concedere possemus, quòdam modo humanitatem Christi, eiusque passionem, iustificasse patres antiquos. Probatur, nam illi vere erant redempti per eius passionem, redimere autem efficientiam moralem importare, perspicuum est. Item quia cum pretium non solum quando est solutum, verum etiam quando est soluendum, moralis causa dicatur, & patres illi antiqui salui fierent per pretium Christi soluendum, sit, ut passio Christi habuerit tunc temporis moralem efficientiam. Verius tamen ac proprius dicitur, quòd fuit causa efficiens redemptionis illorum, postquam Christus passus est.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum sacramenta imprimant characterem.

PRO huius difficultatis decisione annotare oportet. Primum, quòd character non est passio, eò quòd passio facile transijt, character autem semper manet: nec etiam est habitus, quoniam habitus non est indifferens ad bene, vel male operandum, sed determinatus ad unam partem. At verò chara-

cter est quo bene utimur, cum adest virtus, & male cum abest: sed importat potentiam quandam supernaturalè à Deo infusam animae, & quoddam signum per quòd distinguuntur fideles ab infidelibus, & serui Christi à daemonum seruis, & per quòd deputantur fideles, & disponuntur ad ea, quae sunt diuini cultus recipienda, ut per baptismum ad alia sacramenta suscipienda, quae nemo non baptizatus recipere valet, vel exequenda & alijs tradenda, ut per sacramentum ordinis creantur sacerdotes, ad caetera sacramenta alijs administranda. **N**am quicumque ad aliquod certum officium deputatur, consuevit ad illud consignificatur ad militiam, solebant quibusdam characteribus corporalibus ducis insigniri, eò quòd ad aliquam corporalem militiam exercendam deputabantur. Ita & eos, qui ingrediuntur militiam Christianam, diuinam prouidentiam disponere suauiter inuenitur, ut scilicet proportionabiliter insigniantur à Deo secundum animam ad debellandas aereas potestates, vincendumque mundum.

Anotare oportet secundo characterem non esse ens rationis, ut asserit Durand. in 4. dist. 4. q. 1. Dicit enim, characterem nihil aliud esse, quam hominem voluntate diuina deputatum esse, ad suscipienda, vel alijs sacramenta conferenda. Sicut enim (inquit) si modo rex pretium ducati auget, usque ad 13. regales, nihil reale poneret in illo. Ita quòd Deus sacerdotem aliquem hominem constituit etiam si ei dat potestatem conferendi & absoluendi, nihil reale in illo ponit. Sed haec sententia nullatenus est defendenda, nec tuenda, quia si character esset ens rationis, nihil esset, & idcirco nec imprimeretur, nec deletibile esset. Nec est eadem ratio de Deo & de Rege, quia Rex sua voluntate valorem pecuniae augendo non posset in ea aliquid reale ponere. At verò Deus cum sit omnipotens quòd id facere

cere possit, nemini dubitare licet. Rex nanque diligendo Petrum, nihil ponit in illo: Deus autem illum diligendo, gratiam & characterem illi confert. Ex cõfutatione huius Durand. sententiae, aperte colligitur, quòd character sit ens reale, scilicet potentia actiua, vel passiua, quae reductiue ponitur in secunda specie qualitatis, vbi ponitur naturalis potentia, vel impotentia: illic nanque philosophi asserunt collocari omnes potestias, tam exteriores quam interiores, videmus enim de ratione potentiae vniuersuiusque siue exterioris ut visiva, siue interioris ut intellectiua, & sic de alijs, esse, praebere facultatem agendi, vel patiendi, abstrahendo à bene vel male agere. Item de ratione potentiae est, quòd illa posita sequi possit actus, qui absque illa sequi nequit, sed omnia conueniunt characteri: nam posito baptismali, posunt alia sacramenta recipi, non autem sine illo, & posito characteris sacerdotali, potest quis consecrare corpus & sanguinem Christi, siue in mortali peccato existat, siue in gratia, non item sine illo. Ergo est potentia. Tandem probatur, nam de ratione potestatis est non posse intendi, aut remitti, quòd etiam conuenit characteri, nam siue sacerdos frequentissime illo utatur, siue nunquam, non propterea character ipse intenditur, aut remittitur.

Tertium notabile est, quòd character non subiectatur in voluntate, ut affirmat Scotus in 4. dist. 6. q. vltima (inquit enim.) Cum gratia idem sit, quòd charitas, & character sit dispositio ad gratiam, consequens fieri ut sicut charitas in voluntate subiectatur: ita & character. Sed opinio ista est falsa, & ratio quam Scotus pro illa facit nihil concludit, tum quia character, nec est propria, nec proxima dispositio ad gratiam, sed remota. Quia enim ad actiones sacramentorum character disponit, quibus Deus colitur, illasque digne vllus absque gratia exercere nequeat, consequitur

vt diuina largitate sua ad eas exercendas Deus cum ipso characteris gratiam conferat. Quocirca remotè ad gratiam disponit, ac subinde non in subiecto, vbi est gratia, sed in eo, in quo est actio, ad quam proxime disponit, subiectari debet. Tum etiam, quia ut ex D. Tho. 1. 2. q. 100. artic. 3. liquido constat gratia & charitas non idem sunt realiter, eò quòd gratia est qua sumus grati Deo, & ideo est in essentia animae; charitas autem est qua nos Deum diligimus, & idcirco subiectatur in voluntate. Nec pro hac Scoti sententia valet alia ratio quae fieri solet, scilicet, quòd sicut religio ad cultum diuinum ordinatur; ita etiam character. Non inquam valet, eò quòd religio cum sit habitus virtutis essentialiter bonus, ad Deum bene colendum praecise: character verò ad posse colere Deum siue bene siue male, ordinatur: quare non in eadem potentia oportet quòd subiectetur. Hac sententia sic explosa, dicendum est, characterem in intellectu subiectari. Sententia haec est expressè D. Thom. 3. p. q. 63. artic. 4. & Alexan. Alen. 4. p. q. 19. & Caiet. & Soto, super eundem articulum. Et rationibus probatur. Prima, quia cum character facultatem, siue demeritorie, siue demeritorie, quia perfecit intellectum supernaturaliter simpliciter: ita character ordinatur ad colendum Deum, cognitum per fidem absolutè, siue bene, siue male: utitur enim illo fides ad suas actiones, subiectari igitur debet in intellectu, vbi fides subiectatur.

Quartum notabile est, quòd character est lignum sensibile, non per se sed per sacramentum. Percipitur nanque ab hominibus per sacramentum, vel dic, quòd & si in via non percipiatur, reuelabitur tamen in die iudicij.

His

Pri. cōclus.

His notabilibus sic præhabitis, sit prior conclusio affirmatiua, directè ad quæstionem responsiua, nempe; Quod sacramenta characterem imprimunt, qui sacramentorum secundarius effectus est.

2. Cor. 1.

Conclusio hæc secundum orthodoxam fidem est tenenda. Probat ex illo. 2. Corint. 1. Qui vnxit nos Deus est, & qui signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris: Signare autè characterem importat, ergo. Itè Ephes.

Ephesi.

1. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptione acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Et quanuis hæc sacra scripturæ loca non euidenter probent conclusionem nostram esse de fide, adiuncta tamen sanctorum explicatione, communique Ecclesiæ consensu id sufficienter videntur probare. De characterè enim exponit Aimon illum locū Ephes. Signati estis, scilicet, signaculo, quod in baptismo recipitur. Hieronymus etiam ibidem ait. In die baptismi nouum signaculum habere cœpistis. Item D. Dionys. 2. cap. Eccl. hier. ait, Deus in quodam signo tradit sui participationem accedenti ad baptismum. D. August. in super. 2. cōtra Parmenia. cap. 14. meminit characteris, & tract. 5. super Ioan. loquens de baptizatis ab hæreticis, & lib. contra Gresconium Grammaticū ca. 30. & in alijs multis locis probat contra donatistas, baptizatos ab hæreticis non esse rebaptizandos, & tamen nisi verum characterem haberent, rebaptizandi essent cum conuertuntur ad fidem. Tandem diffinita est hæc conclusio tanquam de fide, in cap. Maiores. extra de Baptismo, & eius effectū, vbi dicitur, hunc characterem sacramentalem imprimere operatione, cum obicem contrariæ voluntatis non inuenit obstantem, & in Concilio Florent. & Trident. sess. 7. can. 9. inuenitur tanquam expressus error VViclef, dam natū oppositum: de qua re videndus est

Diony.

D. Augu.

Eccl. Flo. Cōci. vrid.

Thomas VVal. 1. de sacramētis. cap. 109. & 110. vbi elegātissimè scripsit aduersus illum, & adducit Damasc. 4. lib. fidei orthodoxæ, Cyprianum, Ambros. & Anselmum.

Thom. VVal. Damasc. Cypria. Ambros. Anselm. 2. conclus.

Posterior conclusio: Character est indelebilis. Probat, tum quia est quedam potestas participata à Christi sacerdotio, quod æternū est, iuxta illud Psal. Tu es sacerdos in æternum: tum quia est in intellectu, qui quidem perpetuus & incorruptibilis est: tū denique, quia si res inanimata vt Ecclesiæ calices & aræ consecratae retinent consecratione, quandiu durant, multo magis fateri necessum est, quod manet character indelebiliter in animabus incorruptibilibus fidelium impressus. Et tandè hæc secunda conclusio, loquendo de potentia ordinaria, de fide est tenenda. Habetur enim diffinita in Concil. Floren. & Trident. vbi supra.

psal. 109.

Ex quibus primo elicitur, quod non solum si Christianus mortaliter peccet, verum etiā si fiat hæreticus aut apostata à fide: si postmodum ad fidem conuertatur, & agat poenitentiam, nullatenus si erat baptizatus, rebaptizari, & si confirmatus, confirmari, & si erat ordinatus, ordinari iterum debet: imo si moreretur aliquis & resurgeret, non esset rebaptizandus, nec iterum confirmandus, nec ordinandus, si quidem character indelebiliter animæ inhæret. Vnde sacramenta characterè imprimunt iterabilia non sunt. Signanter dixi de potentia ordinaria, quia de potentia absoluta secus est.

Sequitur secundo, characterem cum gratia gratum faciente, nec quantum ad eius conseruationem, nec quantum ad impresionem connexionem necessariam habere. Nam potest cōtingere vt quis fidem, characterem & gratiam simul accipiat, & hic erit verus bonus & perfectus Christianus, & potest contingere vt recipiat fidem, & characterem tantum, vt ille qui baptizatur vel ordi-

natur

natur cum mortalis peccati conscientia, & hic licet verus sit Christianus, malus tamen est. Tertio potest contingere, vt quis non solum non habeat gratiam, sed nec fidem, sed tantum characterem, vt si sit hæreticus, vel apostata à fide; & tunc cum character maneat illius animæ indelebiliter inhærens, adhuc Ecclesia super illum iurisdictionem habet, ac proinde potest tanquam suū subditum punire.

Postremò elicitur ex dictis, quod post hanc vitam manebit character iste in bonis ad gloriam, in malis verò ad eorum ignominiam, sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriā, in victoribus ad gloriam, & in victis ad ignominiam.

Sed dubium est: An omnia sacramenta hunc characterem imprimant? Ad quod breuiter respondetur, tria sacramenta duntaxat hunc effectum causare, scilicet Baptismum, Confirmatione, & Ordinem: vnde non admittunt iterationem. Cætera verò quatuor non imprimunt characterem & sic reiterationem admittunt, vt habetur diffinitum in cap. Maiores, extra de Baptismo & eius effectū, & in Concil. Florent. & Trident. Et ratio huius discriminis assignati inter hæc tria sacramenta, ex vna parte, & reliqua quatuor ex altera est. Quia quamuis omnia sacramenta ad munditiam à peccato efficiendam ordinentur, in quantum gratiam conferunt: non tamen omnia directè ordinantur ad diuinum cultum: sed peculiariter ista tria, quæ characterem imprimunt: nam per ea homines quadam consecratione sanctificantur, & ad diuinum cultum deputantur.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum solus Deus operetur interiori ad effectum sacramentorum.

Pri. cōclus.

Hic difficultati duabus cōclusionibus respōdetur, quarum prima

fit; Solus Deus operatur ad effectum sacramentorum tanquā principale agēs. Patet: quia gratiam & gloriam dabit Dominus (ait Psal.) & Paulus ad Rom. 8. Deus est, qui iustificat. Item, quia cum nihil operetur, vbi non est, & vel secundum se, vel secundum aliquā virtutē, & solus Deus potest intus in animam illabi, vbi sacramenti effectus infunditur: solus ipse illic immediatè operatur, hoc est tanquam causa, quæ non ab alia pendet. & Similiter characterem solus Deus infundit in animam.

Secunda conclusio; Tanquam instrumentum minister operatur interiorē effectum sacramentorum & virtute accepta, à superiori agente, sicut ipsum sacramentum. Has duas conclusiones iam probauimus in præcedenti difficultate.

Tertia conclusio; Huiusmodi minister debet esse homo, non autem angelus. Probat in primis, quia sancti & concilia loquentes de ministris sacramentorum, solos homines dicunt esse ministros; deinde quia ita expediebat suauī dispositioni Dei, vt sicut sacramenta corporalia & sensibilia sunt, danturque hominibus corporalibus: ita & eorum ministri essent corporales, ob id enim Christus Dominus non angelis, sed hominibus solis dixit: Docete omnes gentes baptizantes eos. &c. Tandem probatur ex Paulo ad Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum (qualia sunt sacramenta.) Angeli nanque nō sunt ex hominibus: & subiungitur ratio. Quia tota sacramentorum virtus à Christi passione deriuatur, quam pertulit in quantum homo, cui in natura homines similes sumus: non autem angeli. Ergo homines ministri illorum esse debent, non angeli.

Sed hoc vnum est aduertendū, quod minister, secundum fidem catholicam, causa est remissionis peccatorum gratiæ & iustificationis, vt ex Concilio Florent.

Roman. 8.

2. conclus.

3. conclus.

Hebr. 5.

Con. Milc. rent. & Concil. Mileuit. cap. 4. & Conc. A
 con. Trid. Trident. sessi. 14. can. 9. constat. Est (in-
 quam) causa, non ad modum causæ natu-
 rationalis habentis in se virtutem inhære-
 tem; **E** sed per modum transeuntis ex
 vno in aliud; sicut virtus instrumentalis
 esse habet; vel ad modum moralis. **¶** Si-
 cut minister applicans pretium redemp-
 tionis collatum sibi à Domino (vt di-
 ctum est.) Et habetur etiam hoc Ioan.
 20. Quorum remiseritis peccata, remis-
 sa erunt. Patet etiam ex forma. Ego te
 absoluo. & Ego te baptizo. &c. **E** Per
 hoc excluditur error Magistri sent. in
 4. dist. 18. asserentis sacerdotem nõ ab-
 soluere à peccatis, sed absolutum osten-
 dere. **¶**
 Annotandum est etiam, quòd nobis
 est certum, vetulam & alium quencũ-
 que secularem baptizatem puerum, nõ
 tantum in casu necessitatis, verum etiã
 extra necessitatem, esse causam gratiæ.
E Licet enim vetula, & laicus ille non
 habeat characterem aut virtutem ali-
 quam permanentem per modum habi-
 tus, vel potentiæ, tamen quando actua-
 liter baptizat, recipit virtutem per mo-
 dum transeuntis sicut de sacramentis di-
 ctum est. **¶** Quauis extra causam ne-
 cessitatis, vetula vel alius quicũque se-
 cularis peccet, & malefaciat ministran-
 do sacramentum baptismi. Et idem est
 in sacramento matrimonij. Imo & quã-
 do ipsi contrahentes sine alio tertio mi-
 nistro proferebant, ante Concil. Tridẽ.
 verba, Ego. &c. verum conficiebant sa-
 cramentum, ac subinde conferebant si-
 bi ministerialiter gratiã. Hoc ante Con-
 cil. verum habuit, non autem post. At
 verò quauis laicus porrigeret Eucha-
 ristia sacramentum alicui, non tamen
 propriè causa gratiæ esset, sed solum per
 accidens & occasionaliter; Quẽadmo-
 dum si quis ignem ad combustibile appli-
 caret: non propriè, & per se esset causa
 ignis, sed per accidens & sine qua non.

X. DIFFICULTAS.

*Utrum sacramenta sint solum exinsti-
tutione diuina.*

PRO elucidatione supponere oportet, duplex esse agens respectu sacramenti, scilicet sacramentum instituens, & vtens sacramento instituto, applicando scilicet ipsum ad inducendum effectũ. Hoc notabili sic premissio, vnica conclusione affirmatiua præsentis difficultati respondetur, nempe; Quòd omnia nouæ legis sacramenta Christus instituit. Probatum nam cum nouæ legis sacramenta instrumentaliter operentur, ad spirituales effectus: instrumentũ autem à principali agente à Deo virtutem habeat, consequens fit, vt solus Deus sacramentorũ institutor sit. Item, solus ille rem instituit, qui illi virtutẽ tribuit. Quia enim solus Rex aut respublica vim obligatiuam legi potest tribuere, solus ille eam condere valet; sed solus Deus impartitur sacramentis sanctificandi virtutem, ergo solus ille potuit sacramentum instituere. Hęc conclusio est secundum catholicam fidem tenenda: habetur enim expressè diffinita in sacra Synod. Triden. sess. 7. can. 1. sub his verbis. Si quis dixerit, sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta: aut esse plura, vel pauciora quam septem; videlicet baptismum. &c. Aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè sacramentum anathema sit. Idem habetur diffinitum in cap. Ad abolendam, nam decernitur illic, hæreticum esse eũ qui aliter de sacramentis sentire præsumperit, quàm sentit Romana Ecclesia. Sèper autem Ecclesia Romana agnouit ac prædicauit, septem esse sacramenta à Christo Domino instituta. Ergo nulli asserere oppositum licet. Et quauis Alex. Alenf. 4. p. q. 74. art. 1. docuerit confirmationem non fuisse à Christo Domino, nec ab Apostolis institutam, sed postmodum per Ecclesiam in Concil. Meldensi, & idem asseruerit D. Bonauent.

3

Conclus.

Con. Trid.

Alex. Alenf.

con. Meld.

D. Bonauent.

uent. in 4. dist. 7. q. 1. & in dist. 23. q. 2. ipse cum Magistro sent. ibidem, & Hugo de Sancto Victore. 2. de sacramentis. p. 15. c. 2. idem edocuerit de extrema vnctione: non tamen de errore aliquo notandi sunt, eò quòd quando scripserunt, nõ erat ita expressè diffinitũ vt modo est, imò Soto in 4. dist. 7. q. 1. artic. 1. quia nondum Concil. Trident. erat confirmatum, solum dixit erroneum esse negare confirmationis sacramentum à Christo esse institutum. Nos autè post confirmationem Concilij, negantem, aliquod sacramentum esse à Christo institutũ hæreticum cõsemus. Et id quod de sacramentis dicimus, de partibus eorum essentialibus etiam asserimus: quia nec materiam, neque formam, neque ministrum necessarium, Ecclesia vel alius quispiam potens est mutare, nisi solus Deus. Neque quod à Lutheranis obijcitur, asserentibus omnia alia quatuor sacramenta, præter Baptismum, Eucharistiam & Pœnitentiam superuacanea esse, neque à Christo Domino fuisse instituta, vim aliquam habet: siquidẽ multa obseruat Ecclesia, quorum initij nõ extat memoria, sed ab Apostolis & eorum successoribus deuenere vsque ad nos. De his enim ait Apostolus 2. ad Thess. c. 2. Tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem; siue epistolam nostram.

Hugo de S. Victore.

Soto.

2. Thess. 2.

XI. DIFFICULTAS.

Utrum Christus in quantum homo habuerit potestatem operandi interiorum effectum sacramentorum.

Questioni huic (supposito articulo si dei, quòd Christus est verus Deus & verus homo) duabus conclusionibus plenè satis fit, & earum prior est: Christus secundum quod Deus operatur interiorum effectum sacramentorum per autoritatem, & propria virtute nõ ab alio mendicata. Hanc enim authorita-

Prim. con.

tem fortè designauit ipsemet Christus Redemptor nõster, cum Marci. 2. c. ad conuincendum scribas & phariseos, dixit eis: Vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico:) Tibi dico surge, tolle grabatum tuum & vade in domũ tuam. Et est ac si dixisset, vt sciatis, quia filius hominis est Deus; qui per suã virtutem, & vt sibi libuerit, siue per meritum, siue per sacramentum, siue absque vlla profus creatura peccata condonare potest, ait paralytico. &c.

Posterior conclusio: Christus in quã-
tum homo operatur ad interiores effectus in sacramentis meritorie, & efficitur, instrumentaliter tamen. Hęc conclusio probatur aperta ratione D. Tho. q. 64. artic. 3. quia passio Christi, quæ ei competit secundum humanam naturã, causa est nostræ iustificationis, & meritorie & effectiue: non quidem per modum principalis agentis, siue per autoritatem, sed per modum instrumenti, in quantum humanitas est instrumentũ diuinitatis eius. Sed tamẽ, quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona, est principalius, causalitatem quẽ excellentiorem habens ceteris extrinsecis instrumentis, qui sunt ministri Ecclesiæ. Quæ quidem excellentia in quatuor consistit. Primò quidem in hoc, quòd virtus quæ est in sacramentis, dimanat ab eius passione, & meritis: non autem ex aliquo reliquorum ministrorum merito. Secundò, quia in nomine eius sacramenta celebrantur, & sanctificantur: non autem per alterius ministri inuocatione. Tertio, quia ipse Christus Deus qui sacramentis virtutem dedit, sacramenta instituere potuit. Quarto, quòd potest sacramentorum effectum sine ipsis præstare: cuius ratio est, quia licet effectus pendeat à causa, vt sacramenta à Christo, causa autem minimè ab effectu pendet. Vnde sicut Deus absque causis secundis earum effectus producere potest, sic Christus absque sacramentorum

2. conclus.

D. Thom.

D

E

torum adminiculo gratiam sacramentalem conferre valet: absque sacramentis enim Magdalene peccata dimisit.

Sed consequenter oritur dubium: Vtrum Christus hanc potestatem, qua in sacramentis habuit, ministris communicare potuerit? Cui dubio duabus conclusionibus respondetur, quarum prior sit.

Pri. conclus.

Et si potestatem, quam Christus habuit in quantum Deus, nemini communicare potuerit, sicut nec suam essentiam: attamen potestatem excellentiam, quam in sacramentis habuit, qua competit ei secundum quod homo, ministris communicare potuit, dando scilicet eis tantam gratiam plenitudinem, ut eorum meritum operaretur, ad sacramentorum effectus, ut ad inuocationem nominum ipsorum sacramenta sanctificarentur, & ut ipsi possent sacramenta instituere. Probatur, quia instrumentum coniunctum quanto virtuosius est, tanto plus potest imprimere in instrumentum separatum, quod manifestatur in manu, & baculo.

D. Thom.

D. August.

Mag. sent.

Gratianus.

D. Tho. 3. p. q. 64. art. 4. & August. tract. 5. super Ioan. & refertur a Magistro sent. dist. 5. & a Gratiano de consecratione dist. 4. cap. Baptismus. Secunda tamen pars huius conclusionis est sane intelligenda. Noluit enim D. Thomas dicere, quod per meritum illius purae creaturae sacramenta haberent virtutem & iustificarent, sicut Christus nostram meruit iustificationem de rigore iustitiae, ita ut sit meritum perfectum ad equalitatem ex proprijs & ex non debitis satisfaciens: tale namque meritum humanitati Christi tantum competit, ut verbo hypostaticè est unita. Deinde ostenditur euidenti ratione quia mereri isto modo de condigno ad gratiam capitis pertinere, liquido constat. Solus autem Christus est caput, & solus Redemptor: solus igitur ille semper sic mereri potuit, ut per meritum suum sacramenta

A instituere posset, sicut de facto instituit, quae talem virtutem, & tam efficacem haberent, quod tamen purae creaturae nullatenus communicare potuit. Sed voluit D. Tho. dicere, quod est quoddam aliud meritum de condigno, & de iustitia, non tamen de iustitia rigurosa. Itaque sicut homo in gratia constitutus meretur gratiam, & quod magis iustificetur, ita etiam ait D. Thom. quod potuit Deus ministris tantam gratiae plenitudinem communicare quanta anima Christi collata fuit, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, ad nostramque iustificationem, acceptando Deus ad satisfactionem pro vniuersis omnium hominum peccatis, daretque eis virtutem ad sacramenta instituenda, quibus huiusmodi meritum, & satisfactio applicaretur.

C Hoc tamen meritum & satisfactio simpliciter non se teneret ex parte satisfaciens, sed potius ex parte illius, cui fit satisfactio, eò quod fundaretur in gratia, quam prius Deus illis contulerat, ut si creditor debitori suo pecuniam suppeditaret, quam ei pro debito persolueret. Ex quo aperte elicitur, meritum illud & satisfactionem non augere infinitam virtutem, cum ex parte suppositi esset finitum, nec fieret per instrumentum diuinitati coniunctum, sed per gratiam diuinitus susceptam: posset tamen dici infinitum secundum quid, hac scilicet ratione, quia Deus illud ad infinitos homines (si essent) gratificandum acceptaret, longe tamen aliter quam nunc per meritum Christi gratificantur, quod quidem ex parte suppositi infinitum est.

E Posterior conclusio: De facto hanc potestatem excellentiae Ecclesiae ministris, scilicet, nec Apostolis, nec eorum successoribus communicauit. Hanc conclusio est Diui Thomae ubi supra ad primum ubi dicit, quod praetermisit illam communicare propter fidelium utilitatem, ne in homine spem ponerent,

2. conclus.

rent, & ne essent diuersa sacramenta: ex quibus diuisio in Ecclesia oriretur, sicut apud illos, qui dicebant: Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ut habetur 1. Corint. 1. Similiter ad euitandum, ne multa capita in Ecclesia essent Christus noluit potestatem suae excellentiae ministris communicare, si tamen communicasset, ipse principaliter esset caput. Alij vero secundario, & capita subordinata Christo, tanquam principali capiti. Probatur insuper conclusio ex illo. 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Signanter autem non dixit Apostolus, authores aut factores: sed ministros, & dispensatores. Tandem probatur, nam si haec excellentiae potestas Apostolis plenarie communicata fuisset, aliam Ecclesiam ipsi, & eorum successores cum alia fide & alijs sacramentis constituere potuissent, quod quidem quam sit falsum haud alicui ambigere licet, cum vna sit Ecclesie per fidem, & fidei sacramenta, quae ex latere Christi fluxerunt, constituta.

1. Cor. 1.

1. Corin. 4.

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum per malos ministros conferri possint sacramenta.

Durand.

PRO hac difficultate praemittenda est quaedam distinctio, quam ponit dominus Durandus in 4. distinct. 5. quaest. 1. quod dupliciter potest dici minister malus, vno modo malitia moralis, scilicet peccato, alio modo ministerio. Multum enim refert dicere, quod aliquis sit malus homo, vel quod sit malus artifex. Nam esse malum artificem, importat esse imperitum in sua arte.

Pri. conclus.

Sit igitur prima conclusio: Malus malitia moralis, siue sit infidelis, qui

A nunquam fidem nostram suscepit: siue apostata, qui eam omnino abnegauerit: siue haereticus & schismaticus, siue sit suspensus & irregularis per Ecclesiae censuram, siue sit malus Christianus, scilicet peccato mortali irretitus, si non deficiat in his, quae sunt requisita, & de necessitate sacramenti, ut est forma, materia & intentio, vere confert sacramentum. Hanc conclusio probatur in primis Ioannis. 4. Ioan. 4. ubi dicitur, quod discipuli Christi baptizabant, & nullus excipitur, ergo etiam Iudas, quamuis pessimus homo erat, baptizabat. Nec per peccatum potestas iurisdictionis amittitur, ut Vitecleph, & Ioannes Hus assererent. Aduersus quem errorem scripsit Thomas Thom. VValdensis libro de sacramentis, capit. 3. Et confirmatur manifestè ex illo 1. Pet. 2. tri. 2. Obedite praepositis vestris, non tantum bonis, sed discolis. Et ex illo Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. &c. Habebatur quoque haec nostra conclusio distincta in Concilio Constantiensi, sessione octaua contra Vitecleph, & sessione. 15. contra Ioannem Hus, & in Concilio Tridentino, sessione. 7. cap. 12. ubi diffinitur in haec verba: Si quis dixerit, ministerium in peccato mortali existentem (modo omnia essentialia quae ad sacramentum sunt necessaria, adhibeat) non conficere sacramentum, anathema sit. Et de conse. distinct. 4. c. si quis, & c. Quamuis. & 1. q. 1. c. Non nocet malitia Episcopi, neque ad baptismum infantis, neque ad Ecclesiae consecrationem, quia baptismus a Deo datur, non ab homine venit. Non enim sola virtute ipsorum ministrantium datur, sed virtute Christi in sacramentis contenta, cum in se illam ipsi non habeant. De qua re agit elegantissimè pro suo more D. Thom. 4. libr. contra Gentes. cap. 77. & probatur etiam ratione. Quia minister est causa instrumentalis moralis (ut dictum est): instrumentum

D. Thom.

tum autem, notum est, non propria forma & virtute: sed virtute principalis agentis, à quo mouetur operari. Vnde **D. August.** (vt ait August. tractat. 5. super Ioan.) sicut nihil refert quòd fistula, per quam transit aqua ad hortos rigandos, sit argentea, vel plumbea: ita nihil refert, quòd sit malus, vel bonus minister ad verum sacramentum conferendum: cum sacramenta ex opere operato habeant suum effectum. Ex quibus iam **B** colligitur, non maiorem gratiam dari per meliorem, sanctioremq; ministrum, quam per malum: siquidem gratia non ex meritis, & virtute ministri, sed ex vi sacramenti confertur. De qua re diffusissimè tractat **Soto**, in 4. quæst. 5. artic. 5. **E** Et idem. August. lib. 2. contra Parmenianum, cap. 10. & in lib. contra Donatistas probat diffuse, baptismum ab hæreticis collatum, esse validum, ac proinde non iterandum.

Rationibus etiam probatur. Prima, quia cum Deus infallibiliter cum causis naturalibus ad effectus naturales concurrat, non solum dando eis virtutem, vt soli fulgendi, calis mouendi, terræque & animalibus generandi, & sic de alijs: verum etiam actuali motione, imo cum fornicarijs & adulteris ad prolem procreandam (licet non ad peccati malitiam) concurrat, quia ita expedit ad vniuersi conseruationem; consequens fit, vt multo magis fateri necessum sit, concurrere cum malis ministris ad effectus supernaturales sacramentorum.

Secunda ratio est, quia si ministro esset necessaria gratia non solum vt beneficiat, sed simpliciter, vt factum teneat, merito omnes dubitarent, an baptizati essent, an confirmati, an ordinati, an absoluti à peccatis. Quis enim certo, & absque hæsitacione aliqua scire poterit, ministrum tempore, quo illi huiusmodi sacramenta administravit, in gratia extitisse? vnde maxima in Ecclesia confusio esset; quod quidem quantum sit inconueniens, nemo est qui ambi-

gat. Pro comperto igitur omnibus esse debet, sacramenta illa, quæ tantum ordinis potestatem exigunt, ab hæreticis collata, valida esse, ac subinde non iteranda. Secus de sacramento poenitentiae, quod iurisdictionem in ministro requirit. Nec nocet quòd ex canonibus Apostolorum cano. 45. obijcitur, quòd si quis Episcopus, vel presbyter baptismum vel sacrificium hæreticorum susceperit, deponatur. Ex quo videtur elici, quòd hæreticorum baptismus non consequatur suum effectum. Non inquam nocet, quia in illo canone non præcipitur, quòd baptismus, vel sacrificium ab hæreticis collatum, sit nullum, sed quòd si Episcopus, vel presbyter in sua Ecclesia id fieri consenserit, in poenam deponatur. **†**

Secunda conclusio: Si minister, in quantum minister, sit malus, id est, deficiat in necessarijs, & requisitis ad sacramentum: nihil efficiet. Quemadmodum artifex, si deficiat in necessarijs ad suam artem: nihil efficit. **†**

XIII. DIFFICULTAS.

D *Vtrum mali ministri, scilicet peccatores administrantes sacramenta, peccent?*

C V M iam in præcedenti difficultate differuerimus, per malos ministros vera sacramenta conferri posse: iure optimo consequenter in hac difficultate quærimus, vtrum in tali administratione isti mali ministri peccent?

Pro cuius difficultatis cognitione, adnotandum est: ministros esse in duplici differentia, quosdam, quibus ex officio incumbit sacramenta ministrare, vt sacerdotes: quosdam verò, quibus non ex officio incumbit: sed propter aliquam necessitatem, vt laici in necessitatis articulo baptizare possunt. Inter hos autè mini-

ministros, qui ex officio, & illos, qui non ex officio administrant, maximum discrimen est: nam ministri primi generis ad talem administrationem deputantur per publicam consecrationem, & ordinationem, accipiuntque gratiam à Deo, vt aptè ministrent sacramenta: Ministri verò secundi generis nec deputantur per aliquam cõsecrationem, nec recipiunt gratiam ad tale ministerium exercendum.

Prim. con. His sic prælibatis, sit prima conclusio: Quicumque minister in mortali existens, administrans quodcunque sacramentum ex officio, & tanquam minister Ecclesiæ ad hoc deputatus ex genere suo, peccat mortaliter. Probat **Leuit. 21.** Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Et infra. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos.

E Et ecclesiastic. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Deuteronomio etiam capitul. 16. dicitur: Iuste quod iustum est exequeris. Pari ergo ratione, sanctè quod sanctum est, scilicet, sacramenta tractare oportet.

Dionys. Præterea Dionysius capit. 1. Ecclesiast. Hierarch. ait: Malis non est fas, nec tangere symbola: id est, sacramentalia signa. Augustinus insuper per totum secundum librum cont. Parmen.

docet, hæreticorum argumenta solum probare, malos ministros peccare administrando, non autem sacramenta ab ipsis collata esse irrita. Non ergo est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei, & Ecclesiæ, in sacramentorum dispensatione peccent: & quia hoc peccatum ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum pertinet, quantum est ex parte ipsius peccatoris: licet secundum se ipsa sacramenta incontaminabilia sint: consequens est, quòd tale peccatum ex genere suo sit mortale. Item, quia cum

A sacrilegium ex genere suo sit mortale, vt apud Diuum Thomam. 2. 2. quæst. 99. est videre, & omnium specierum sacrilegij grauissima sit culpa indignè sacramenta tractare, vt illic artic. 3. habetur: fit consequens, vt sacramenta ministrare in mortali peccato sit mortale ex genere suo.

B Ex quo sequitur vt quanto peccatum, quo quis tenetur, aut censura qua ligatur fuerit maior, tanto grauius peccet ministrando sacramenta, vt hæreticus magis quàm suspensus, excommunicatus magis quàm publicus peccator. Publicus autem peccator grauius quam secretus.

Sequitur secundo, quòd quanto sacramentum, quod administrat dignius est grauius peccat, vt celebrando vel cõmunicando in mortali.

C Tertio sequitur ex paruitate materiæ posse esse veniale vt si existens in mortali tangat vestes sacras. **†** Et probatur ratione in hoc testimonio fundata, Quia minister consecratus in mortali sacramenta administrans, non sicut oportet, directè contra suam consecrationem, & ordinationem, & contra id, ad quod dedicatus & consecratus est, facit. Et præter hoc, quòd hæc nostra sententia est omnium doctorum: habetur expressa in iure. i. q. i. capit. per Esaiam, & capit. Omnia, & capit. Per remissionem.

E Ex his omnibus iam colligitur apertè, Episcopos, & sacerdotes sacramenta in peccato mortali administrantes, de facto moraliter peccare. Si enim sacerdotibus veteris legis prohibebatur cum exteriori immunditia tractare sacramenta illa antiqua, quæ tantum erant umbra, & figura nostrorum sacramentorum, quia omnia contingebant illis in figura, ait Apostolus: Præcipitur namq; Exod. 19. vt sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne eos percutiat. Et Leui. 21. dicitur: Homo de semine Aaron, qui habuerit maculã

non offerat panes: multo ergo magis prohibentur sacerdotes nouæ legis indignè, hoc est, cum immunditia interiori peccati mortalis administrare sacramenta sancta, ac plena gratiæ. Vnde, vt sacerdos celebrans, mortale peccatum effugiat, atque euadat, sacramentalem confessionem præmittere opus est, si copiam confessoris habeat. Non enim sola sufficit contritio, vt in Eucharistiæ materia fufius ostendemus. Ad cætera vero sacramenta administranda confessionem sub mortali præmittere non tenetur: conari tamen pro suo virili eum oportet, vt contritionem habeat. Quo fit, vt melius securiusque faceret si antequàm ad illa administranda accederet, confiteretur, cum præsto sibi est confessor. ¶

3. conclus.

Secunda conclusio: Sacerdos in casu necessitatis (in quo etiam laicis liceret) baptizans, vel aliud quodcunque sacramentum exercens absque aliqua solennitate, & non tanquam ex officio, etiam si sit in mortali: non peccat mortaliter. ¶ Conclusio istam tenet Diuus Thomas, 3. p. quæst. 64. articul. 2. ad tertium, & Durandus in 4. distinct. 5. quæst. 2. Caietan. & Soto super eundem locum. ¶ Probat: Quia sacerdos ille non consecratus est ad tale ministerium sic exercendum: non igitur facit contra suam ordinationem, ac proinde nec peccat. Nec asserere licet, sacerdotem propter suam consecrationem amisisse id, quod iure naturæ vnicuique laico etiam existenti in peccato mortali conceditur; scilicet, in necessitatis articulo absque aliquo peccato baptizare. Poterit igitur sacerdos absque peccato sacramenta administrare in tali necessitate occurrenti. Quod intelligo, quantumcunque tali necessitate occurrenti, non pœniteat ante administrationem sacramenti, siue occurrant memoriæ, tunc peccata, siue non. Quia nostram sententiam non fundamus in memoriâ, vel obliuione

D. Thom.
Durand.
Caieta.
¶

A peccatorum, sed in hoc quod se exhibet, vt non minister. Similiter poterit eleuare consecratam hostiam de terra aut luto. Nam illic nulla est administratio sacramenti, nec illud est opus, ad quod ministris conferatur gratia, vt teneantur peccata deponere, antequàm illud præstent seruitium. Quare credo illud esse opus religionis, atque ad eò virtutis si non

B adfit alius sacerdos, qui dignius possit illam leuare. ¶ Nec obstat id quod solet obijci contra nostram secundam conclusionem, quia ille facile posset antequàm baptizaret, contritionem habere. Baptizando ergo in mortali peccato in casu necessitatis, nõ effugiet mortale peccatum. Non inquam obstat, quia nequit ita facile contritionem habere, tum quia siue facile

C illam habere possit, siue non, quia tamè habere illam non tenetur, ideo baptizans in mortali in præfato casu necessitatis, minimè mortaliter delinquit. Non enim est intrinsece malû in mortali ministrare, nec est sacrilegium quãdo non ex officio, & tanquam deputatus, & consecratus est ad illud, vt minister, qui ad dignè illud ministerium exercendum gratiam accepit, nec se

D gerit propriè & in rigore, vt Ecclesiæ minister, sed large, & perinde ac si esset laicus. Sciendum enim est hîc, quòd vt quis administrando sacramenta peccet, duæ conditiones requiruntur. Prima, quòd ministret ex officio, vt dictû est. Secundò, quòd illa opera sint sanctificata aliqua consecratione ad cultum diuinû pertinente. Ex defectu cuius confirmatus defendens fidem in peccato mortali, non peccat mortaliter, quia licet receperit gratiam in sacramento cõ

E firmationis ad hanc operationem digne exercendam: attamen operatio ipsa in se nõ habet consecrationem aliquã. Deinde dicit D. Th. in illa solutione ad tertiu: Secus est in alijs sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis, sicut baptis-

¶

D. Thom.

mus. Quocirca si sacerdos extra gratiam existens, à peccatis absoluat etiam in extrema necessitate, mortaliter peccat, nisi ex inaduertentia, præ temporis angustia motus quadam pietate, id faciat. Probat, quia ille ex officio absoluit, cum nullus alius non sacerdos à peccatis absoluere queat. Solus enim baptisimus, à laico, & à muliere conferri potest. Cætera verò sacramenta neuiquam, siquidem certum ac deputatum, consecratumque ministerium per Ecclesiam habent. ¶

¶

Durand.

¶

Pri. conclus.

D. Thom.

Anton.
Syluest.
Caietan.

Sed dubitatur: An diaconus, subdiaconus, & acolyti existentes in mortali, exercendo ministeria ad quæ deputati sunt, peccent mortaliter? ¶ Huic dubio opinione omissa Durand. 4. dist. 24. asserentis, sex ordines non esse institutos à Christo, nec ex opere operato cõferre gratiam, ac ex consequenti non esse mortale existentem in mortali in his ordinibus administrare, scandalo & cõtempntu secluso, quod quidem de diaconatu affirmare periculû esse videtur. ¶ supposita distinctione in principio huius difficultatis à nobis præmissa, duabus conclusionibus respondetur, quarû prima sit: Quicumq; minister, siue minorum, siue maiorum ordinum, qui suum officium exercet, ex ordine accepto, & ex autoritate Ecclesiæ, eo modo, quo nõ liceret laico, si sit in mortali, peccat mortaliter. Hæc cõclusio patet ex prædictis, quia tunc ministrat ex officio. Et est expressa conclusio D. Tho. in additio. 3. p. q. 36. art. 5. in corpore, & in solutione ad quartum, & ibi Anton. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 14. Est etiam Syluest. verbo Clericus. 2. §. 8. & Caietan. secunda secundæ. quæst. 64. artic. 6. Dicit nanque illic Caietanus, quòd quicumque in mortali exerceat aliquem actum, ad quem aliqua consecratione est deputatus, vt sunt omnes actus sacrorum ordinum: peccat mortaliter. Ex quibus manifestè constat, nostram conclusionem intelligi, etiam de acolytis, si in aliqua Ecclesia

A administrent, cum aliquibus ceremonijs ac solennitatibus, cum quibus laicis minimè licet administrare. Nec tantum hoc verum habet de acolytis, verum etiam de lectoribus, dummodo sit vsus in aliqua Ecclesia, vt nullus administret ad talem lectionem, nisi sit consecratus, vt habetur. 92. d. c. Non liceat. Si quis tamen voluerit acolytos, & lectores à mortali excusare: non omnino reprobo, quia probabile valde videtur non esse mortale, cum respectu ordinum maiorum sint actus imperfecti. Imo & diaconos & subdiaconos ob istam rationem, scilicet, quia imperfectio actionis admonere videtur non esse tam strictam obligationem in illis, quàm in sacerdote, vult excusare Soto

Soto.

B in 4. quæst. 5. artic. 6. à mortali: ¶ nam dicit quòd legere Epistolam, & Euangelium est materia leuis. Item, quia Diuus Thomas solum dicit, quòd ministrare extra gratiam sacramenta, est peccatum mortale: At verò legere Euangelium, vel canere, non est sacramentum ministrare. Cum aliqua tamen trepidatione hoc asserit de diaconatu. ¶ Verum est tamen, quòd semper mihi magis placuit Diui Thomæ sententia, quia in suo genere & officio, actus perfecti sunt. Vnde ad minus diaconos & subdiaconos ego non auderem excusare à mortali. ¶

¶

C Quod quidem multis rationibus euidenter ostenditur; tum, quia vterque in sua consecratione deputatur ad operationem sacram, præterquam quòd diaconus propinquus immediatusque est ordini sacerdotali; atque ob id olim in primitiua Ecclesia apud omnes erat maxima dignitas, in magnoque habebatur pretio. Tum etiam, quia Ecclesia hos ordines, qui votum castitatis habent annexum, vocat sacros, sicut sacerdotalem ordinem. Sicut enim sacerdotium impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum: ita isti duo ordines dia-

¶

¶

conatus, & subdiaconatus. Tum denique, quia ad diuinum officium perfoluendum tenetur, & ad sua munera exercenda peculiare vestes in Ecclesia habent. Non igitur est res leuis, vt Soto dicit, sed valde grauis. Vnde textus ille capituli finalis. De temporibus ordinan. vbi Summus Pontifex dicit existentes in peccato mortali: sub interminatione diuini iudicij obtestandos esse, ne in suis ordinibus ministrēt, ad minus de constitutis in sacris intelligi debet.

2. conclus.

Secunda conclusio: Qui exercet huiusmodi officia sicut faceret laicus, (vt contingit, cum agricola canit epistolam in municipio) & si sit in mortali, non tamen peccat mortaliter. Probatur: quia non se exhibet, vt ministerium consecratum in tali ministerio: quocirca non facit contra suam consecrationem.

3. conclus.

Tertia conclusio: Exercere alia munia, quae sunt ordini annexa extra gratiam, vt consecrare oleum, aut chrisma, quod est materia sacramentorum confirmationis, & extremæ vnctionis, in peccato mortali, est mortale peccatum. Hæc conclusio probatur: Nam cū illa materia benedicta & consecrata, sit iure diuino annexa ordini, fit, vt operatio illa, scilicet consecrare, sit sufficiens materia ad mortale peccatum constituendum. Confirmatur, quia huiusmodi consecrationes non nisi ab Episcopo vel saltem à sacerdote, ex commissione Summi Pontificis fieri possunt. Ex officio ergo, Episcopo competūt, ac subinde illas in mortali peccato faciens, mortaliter delinquit.

4. conclus.

Quarta conclusio: Alias benedictiones & consecrationes præter istas facere in peccato mortali, vt consecrare altaria, benedicere virgines, Ecclesias, campanas, vestes &c. non est peccatum mortale. Probatur conclusio ista; quia istae operationes ex institutione Ecclesiae sunt annexae Episcopo, vel sacerdoti ex

A dispensatione Papæ.

Quinta conclusio: Excommunicare, sententiam proferre in causa matrimoniali, exponere ad audiendas confessiones, & alia huiusmodi facere, quae ad iurisdictionem spectant, extra gratiam, non est peccatum mortale. Hæc conclusio est D. Thom. sententia. 2. 2. q. 60. artic. 2. ad tertium, vbi vniuersaliter dicit, quod nisi sit iudex in peccato publico, ex quo generetur scandalum in cordibus aliorum, & necessitas iudicandi immineat, propter officium potest cum humilitate & timore iudicare.

D. Thom.

Sed de prædicante in peccato mortali existente, an etiam peccet mortaliter, est dubium. Pro huius dubij elucidatione annotare opus est, quod quæstio præfens non est de prædicante sine licetia, quia sic prædicantem mortaliter delinquere, minime in dubium venire potest. Etenim 16. quæstio. 1. capit. Adijcimus. & capit. excommunicamus. §. qui verò, & §. Sanè, excommunicantur omnes etiam sacerdotes qui prædicant, nisi illis ex officio competat, vel ex commissione. Sed quæstio est, an cum quis potestatem prædicandi habet, ex hoc solo capite, quod sit in mortali peccato, prædicando, mortaliter peccet?

Hoc notabili præhabito, proposito dubio duabus conclusionibus respondetur, quarum prima sit: Publicus peccator in mortali existens, siue sciens, & videns existat in mortali, siue ex humana fragilitate, prædicando mortaliter peccat. Hæc conclusio probatur ex D. Greg. in 2. p. pastoralis dicente; Necesse est, cuius vita despicitur, vt eius prædicatio contemnatur. Et Aristotel. 10. Ethicorum: Dum sermones (inquit) moribus dissonant, contemnuntur, & veritatem interimunt. Probatur quoque ex illo Psalmi: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per

10. conclus.

D. Greg.

Arist.

Psalm. 49.

per

Roman. 2.

per os tuum? Probatur insuper ex Paulo ad Roman. 2. postquam dixerat, Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis: Non mœchandum, mœcharis; & infra: nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Et habetur 3. q. 7. cap. Infames, vnde & in prædicto Psalmo subditur: Existimasti iniquè, quod erit tui similis: scilicet faciens mala, cum bona prædices? Ratione etiam probatur: quia qui sic prædicat, abutitur prædicatione Christiana: vtitur namque ea tanquam quadam declamatione, ad aurè, & applausum populi.

2. conclus.

Secunda conclusio: Peccator occultus, quantumcunque videns & sciens, in mortali existat: prædicando non peccat mortaliter: dum modo in contemptum doctrinæ non sic prædicet. Probatur: Nam actus prædicandi non est alicuius sacramenti, nec est aliquis ad huiusmodi actum consecratus: neque deper se sequitur scandalum, aut cõtempus doctrinæ apud alios, cū sit occultus peccator. Præterea, omnes auctoritates pro prima conclusione adductæ, loqui expressè videntur de prædicatore in mortali publicè existenti. Non ergo peccabit mortaliter, qui sic in mortali occulto prædicat. Imo fortasse nec venialiter, secluso quocunque scandalo, & contemptu. Nec me latet Caietanum in commen. 3. part. quæstio. 64. arti. 6. & in summa verbo, prædicatorum, non distinxisse inter publicum peccatorem, & secretum: absolutè namque videtur illic asserere, quod qui sic indignè ac dedita opera, videns, & sciens se esse in mortali, prædicat, mortaliter peccat: qui verò ex fragilitate, & passione quadam humana est in mortali: prædicando non peccat mortaliter. Et eandem sententiam videtur tenere. 2. 2. quæst. 187. artic. 1. Mihi tamen distinguendum esse (vt distinxit) & asserendum esse (vt in duabus conclusionibus asserui) videtur.

Caieta.

Caieta.

A XIII. DIFFICULTAS.

Vtrum à malis ministris liceat sacramenta petere?

PRO huius difficultatis intelligentia annotandum est, sacramentorum ministros in duplici esse differetia: quosdam namque quos Ecclesia non tolerat, vt sunt publici excommunicati, degradati, schismatici, publici hæretici, qui quidem non tantum moraliter sunt mali: verum etiam ministerio, cum non tolerentur ab Ecclesia: quosdam verò qui tolerantur ab Ecclesia. Est præterea annotandum, quod est habere se merè passiuè in sacramentis: & inducere ministrum ad sibi sacramentum conferendum.

Quibus sic prælibatis sit prima conclusio: Licitum est à malo ministro tolerato ab Ecclesia percipere sacramenta: dummodo sit paratus ad ipsa sacramenta ministranda. Probatur: Nam vniuersaliter est verum, quod vt licet iniquitate hominis parati ad propriam vtilitatem consequendam, vt habetur 13. q. vlt. cap. fin. vbi dicit Pontifex, quod quousq; iudicio Episcoporum reprobetur minister, licitum est ab eo sacramenta percipere. Et est exemplum accõmodatissimū: quoniam sicut sacula luce sua prodest alijs, etiã si se ipsam consumat: ita mali sacerdotes etiã si peccent, alijs prodesse valēt, conferendo sacramenta. Quod præcipuè verū habet ex eò quod si ipse vellet, proculdubio, antequam sacramentū ministraret, habere cõtritionem posset. Nec tantū à sic parato licet sacramenta percipere, existēte necessitate, verū etiã extra illā posset quis per diplomata illū eligere, vt illius confessionem audiat, quinimo si cõfessarius ille in mortali peccato existēs, esset doctior, qui melius, sapientiusq; cõscientiã illius valeret discutere, multo cõsultius faceret, si illū eligeret. Et iura antiqua prohibetia

C 4 sacra-

Cō. const.

⊕

Con. Basi.

⊕

D. Anton.

⊕

2. conclus.

Caietan.

sacramenta suscipere à publico vsurario, vel concubinario quantumuis toleratis ab Ecclesia: vt est videre 31. distin. cap. Si quis, & dist. 22. cap. Preter hoc, & cap. Nullus, iam hodie post Concil. Cōstan. non sunt obseruanda, nec sunt in vsu. ⊕ Non enim illum tenemur euitare, quia post Concil. Cōstan. & Basiliense, solum in duobus casibus excommunicatum euitare tenemur, nempe, quando est nominatim excommunicatus per iudicis sententiam: & quando quis est manifestus percussor clerici: ita vt nulla possit tergiversatione celari. Quamdiu igitur malus minister toleratur ab Ecclesia, optimè licet ab eo sacramenta percipere.

Nota hic tamen quòd text. ille non est in Concilio Constan. sed in Basiliensi. ⊕ Et approbatum fuit decretum istud à Martino V. viuæ vocis oraculo, vt D. Anton. Antonius 3. p. tit. 25. ca. 2. testatur. Et annotare circa hoc decretum oportet, quòd nomine nominatim excommunicatorum intelligendi veniunt heretici, schismatici, apostatae, si sint de hæresi, apostasia, aut schismate condemnati. Simoniaci etiam, ac breuiter omnes qui per sententiam fuerint pronunciati, & condemnati de aliquo crimine, cui excommunicatio est annexa, & etiã quicumq; proprio nomine propter aliquod aliud delictum fuerit excommunicatus pronunciatus. Intelliguntur insuper illi, qui in perpetuum sunt præcisi & degradati, & qui per publicam sententiam sunt suspensi. ⊕

Secunda conclusio: A ministro non tolerato ab Ecclesia nullo pacto sumere, nec petere sacramenta licet, nisi in necessitatis articulo: quando non solum ab eo petere possumus, sed tenemur. Hęc conclusio duas in se claudit partes: quarum prima habetur 24. q. 1. c. fin. & c. pen. Et est certissima apud omnes catholicos. De qua re videndus est Caietan. 3. p. q. 64. arti. 6. Secunda pars huius nostræ conclusionis, probatur: quia

A præceptum de non recipiendo baptismo à præciso, & degradato, dumtaxat est præceptum humanum, præceptum autem de recipiendo baptismo in casu necessitatis, est diuinum. Relinquenda est igitur præcepti humani obseruatio, vt diuinum præceptum adimpleatur, & hac eadem ratione licitum erit in necessitatis articulo, Eucharistiæ, & Pœnitentiæ sacramenta sumere ab huiusmodi excommunicatis & degradatis: cum sit præceptum diuinum. A præciso, nempe hæretico & apostata, qui amissa fide non sunt membra Ecclesiæ, probabilius mihi videtur dicendum esse cum Syluest. verbo confessor. 1. §. 20. qui ait, cætera sacramenta à baptismo non posse conferri à præciso: quia non sunt tantæ necessitatis, quantæ baptismus. ⊕ Nam baptismum in extrema necessitate, optimè ab eis petere, & accipere licet, quãdo creditur probabiliter, quòd formã & intentionem Ecclesiæ seruabunt. Vnde D. Aug. lib. 1. de vnico baptismo c. 2. cuius verba referuntur. 24. q. 1. cap. Si quem forte, laude commendat quendam, qui in mortis articulo baptismum petijt & suscepit ab hæretico. Ratione quoque probatur: Nã baptismus ad eò est necessarius, vt paruuli absque illo minimè consequi salutem queant; adulterum verò non tantum facit de attrito contritum, & culpam actualem omnem delet, vt cætera sacramenta, verum etiam omnem pœnam & culpam originalem. Nec cum Ecclesia prohibet cum hæreticis & excommunicatis communicare, in extrema necessitate id prohibere intendit, siquidem in huiusmodi necessitate, sicut in naturalibus, ita & in supernaturalibus omnia sunt communia, imò etiam si baptizandus esset adultus, & alium ministrum non haberet nisi præcisum posset, ab illo petere baptismum, quia (vt bene ait Adrianus) quando baptismum recipere posset, & non reciperet, nihil ei baptismus flaminis prodesset. Quo fit, vt nec præcisi

Syluest.

D. August.

Adrianus.

⊕

3. conclus.

Caiet.

⊕

⊕

4. conclus.

præcisi ipsi in huiusmodi necessitatis articulo, conferendo sacramentum baptismi, peccent, quia aliàs etiam tunc illud administrare nequirent, eò quòd non sunt facienda mala vt inde veniãt bona. ⊕ Tertia conclusio: In omni casu etiã extra necessitatem, licitum est à parochio exiitenti in mortali, vel ab habente vicem illius, petere sacramenta. Hęc conclusionem habet Caietan. vbi supra. Et probatur: Nam nullus petendo id quod sibi debetur, peccat: sed sic est, quod parochianus habet ius petendi sacramenta à proprio parochio: non ergo peccabit ab eo sacramenta petendo, nec illum talis parochianus sic petendo scandalizat: cum minister ille iam lapsus fuerit in illud peccatũ, & ex culpa sua non habet gratiam & dispositio nem sibi necessariam ad tale ministerium, ad quod ex officio tenetur aptè ministrandum. Quare si non vult se in gratiam Dei recipere, vt id beneficiat: sua erit culpa. ⊕ Sicut si Petrus deberet mihi centum, licitum esset mihi ab illo petere illa centũ, etiã si sciam, quòd blasphemabit ex eo quod petam; quia hoc ex sua prouenit nequitia. ⊕ Hęc tamen conclusio intelligi oportet secundum Christianam charitatem: quia si potest ille parochianus ire ad aliquod monasterium, vel si habet diploma ad alium confessorem eligendum: non secundũ legem charitatis faceret ab illo petendo.

Quarta conclusio: A ministro non parochio, & alias non parato ad sacramentum conferendum; non licet petere sacramenta, quando talis minister est in peccato mortali. Et credo quod petere ab illo esset mortale. Probatur: quia non licet petere ad vsuras ab aliàs non parato ad dandum ad vsuras, nisi in necessitatis articulo. Quia tũc qui sic est in necessitate, petit ius suum, & de iustitia absque lucro aliquo alius tenetur illi dare, quamuis nõ

fit paratus ad dandum ad vsuras. Nota tamen hic per necessitatem istam non intelligendam esse necessitatem præceptum ecclesiæ implendi de confitendo in Quadragesima: nam huiusmodi necessitas nemini facit ius inducendi confessorem peccatorem non paratum, vt ei administret Sacramentum: sed solum extremam necessitatem mortis. Ex quo colligitur, quòd quando infans est baptizandus, & renuente sacerdote sine pecunia baptizare, non apparet aliud remedium, quo puerum possit baptizare petens Baptismum pro ipso: licitum est dare pecuniam sacerdoti, vt baptizet, non emendo sacramentum. ⊕ Quia hoc nullo pacto licet, sed pueri vexatione redimendo, licet tamen emere aquã. Hanc sententiam tenet expressè Caietan. 2. 2. q. 100. ar. 2. quam etiam sequitur Panor. in cap. Cũ ecclesiæ, de simonia. Et hanc eandem sententiam reputo probabiliorẽ rationabiliter: licet alij videantur oppositam tenere, sed non omnes. Secus tamen arbitror dicendum esse si baptizandus esset adultus. Tunc nanque non debet dare pecuniam: sed sufficit, quòd petat baptismũ, quia baptizatur baptismò flaminis: & sic non laborat necessitate extrema: & ob id alia sacramenta emere omni procul dubio, nullo modo licet. Hoc enim qui faceret non solum cooperaretur flagitio ministri, sed per se ipse scelestus esset: quoniam sacramentum, non solũ vedere: verum & coemere peccatũ est.

Vltima conclusio: A ministro parato, quicumque ille sit, etiam à non proprio parochio, licet petere sacramenta. Probatur: quia ab vsurario parato licet petere ad vsuras: igitur & à ministro quocunq; parato licebit sacramenta petere. Hanc conclusionem credimus veram esse, non tantum in necessitatis articulo: verum etiam in magnã utilitatis articulo. Existimo tamen saluo meliori iudicio, quòd male faceret, qui peteret ab isto malo ministro sic parato sacramenta:

cramenta: quando commodè inuenire A posset bonum ministrum. Non tamen credo illum mortaliter peccare, siquidem iam illum paratum inuenit.

XV. DIFFICULTAS.

Utrum intentio ministri ad sacramenti perfectionem requiratur.

Cōc. vnica. **H**ic difficultati affirmatiuè respōdetur: Hæc conclusio est de fide tenenda: habetur nanque diffinita in cōcil. Floren. Vbi dicitur, Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi id, quod facit Ecclesia. Idem habetur in conc. Triden. **¶** sess. 7. can. 11. de sacramentis in genere sub his verbis: Si quis dixerit, in ministris dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia: anathema sit. Per hanc concilij diffinitionem confutatur hæresis Lutheri asserentis, quod si is qui absoluitur credat per fidem absolui, nihil refert, quod sacerdos cum intentione, vel absque illa verba absolutionis proferat, & eadem hæresis prius fuit condemnata in Bulla Leonis. 10. ar. 12. & postmodum in eadem sacra Trid. Syno. sess. 14. cap. 6. & Cano. 9. ex professo damnatur qui putauerit se propter suam solam fidem, verè & coram Deo esse absolutum & absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata confitenti. Et quod de sacramento penitentiae ibi diffinit, intelligere oportet de omnibus alijs sacramentis. **¶** Et ratione confirmatur conclusio: Nam quando aliquid se habet ad multa: oportet vt per aliquid determinetur ad vnum: si illud effici debet. Ea verò, quæ in sacramentis aguntur, ad multa ordinari possunt; sicut

ablutio aquæ, quæ fit in baptismo, ordinari potest ad munditiam corporalem, & ad sanitatem corporalem, & ad alia multa: quocirca oportet, vt determinetur per intentionem abluentis ad effectum sacramentalem. Hanc sententiã cum ratione apposita habet D. Tho. 3. p. q. 64. ar. 8. Et patet: Nam licet in instrumeto inanimato non requiratur intentio: requiritur tamen in eo, quod est animatum, ac subinde requiritur in ministro intentio faciendi, quod facit Christus & Ecclesia. Quando nanque Dominus vult per voluntatem & prudentiam serui negotium transigi: profecto eius intentio etiam requiritur: Christus autem voluit per ministros sacramenta administrari, tanquam per illos, quibus commendabatur: & ideo requiritur in ipsis intentio faciendi, quod ipse instituit. **¶** Nec satis est habere hanc intentionem secundum formam exteriorem, scilicet ostendendo se velle sacramentum conficere, materiam & formam exterius applicando, dummodo nihil contrarium exprimat, eò quod in intentio Ecclesiæ, quæ per verba à ministro prolata explicatur, sufficit, vt aliqui dixerunt: sed hæc non opinio, sed potius error censendus est, & ideo interiorem ministri intentionem ad eam necessariam esse asserimus, vt ipsa deficiente, quantumuis exterius puer lauetur, & forma à ministro proferatur, baptismus non conficiatur. Idem enim est dictum, requiritur actus interior ministri, & requiritur intentio illius, vt ipsum nomē intentio sonat.

Præterea, quia cum intentionem interiorem ex parte adulti recipientis sacramentum de necessitate ipsius sacramenti requiri, omnes fateamur, vt Docet D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 7. ad. 2. consequens fit, vt multo magis id ex parte dantis concedere debeamus, siquidem in agente magis necessaria est intentio, quam in patiente.

Postremo comprobatur, quia concors

cors omnium sententia affirmat, non A contrahi matrimonium coram Domino: quantumcūque omnia requisita adsint, si consensus interior contrahentiū desit. Eodem ergo modo in baptismo & in alijs sacramentis, necessariam esse intentionem dicere debemus.

Nec nocet quod obijcitur quod nõ potest homini esse nota intentio alterius. Si igitur intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti, non posset homini ad sacramentum accedere ti esse notum, quod sacramentum suscepisset, ac subinde nec haberet certitudinem se baptismum, vel alia sacramenta recepisse. Non inquam nocet, quoniam non eadem certitudinis euidencia in omnibus exigenda est, sed prout quæque materia expoposcerit, & in hac sacramentorum materia non metaphysica, sed moralis euidencia sufficiens esse debet: non enim inter homines in hac vita maiorem certitudinem intentionis ministri habere possumus volentis sacramentum conferre, quam quod ipse exterius applicet materiam, & proferat verba, nisi contrarium ipse, vel recipiēs exprimat. **¶**

Sed dubitatur iam: Quænam intentio sit ista, quæ requiritur.

Pro cuius elucidatione annotare D oportet, primò cum Domino Caiet. in commenta. Super ar. D. Tho. citatum, quod intentio potest esse triplex, habitualis scilicet, actualis, & virtualis. Intentio habitualis dicitur, quæ ab habitu procedit. Verbi gratia. Habet aliquis habitum scientificum, vel habitum iustitiæ: iste talis dicitur habitualiter scire, vel intendere iustum, etiam quando dormit. Intentio autem actualis dicitur quando actualiter aliquid à ministro intenditur: vt quando aliquid actualiter intendit facere iustum, reddendo alteri quod illi debet, vel quando actualiter intendit absoluerè, vel consecrare. Intentio virtualis dicitur quando in virtute volitionis, quam quis habuit facien-

di quod facit Ecclesia, operatur. Exempli gratia. Ordinatur aliquis sacerdos ad Eucharistiæ sacramentum conficiendum, & proponit tunc semper facere illud officium, ad quod ordinatur ab Ecclesia, scilicet semper consecrare: & postea consuevit celebrare: quantumcūque postea mens euagetur, & ad alia in tellectus rapiatur: si non habeat aliquando actum contrarium, semper intendit sacramentum conficere: & si ritè proferat verba, semper conficiet. Nam semper operatur virtute primæ intentionis. Similiter: Accedit sacerdos ad sacrificiã ad celebrandum, vel ad Ecclesiam ad administrandum Baptismum, vel aliud sacramentum, & intendit facere circa baptizandum, vel vngendum, vel Episcopus circa confirmandum, vel ordinandum, quod facit Ecclesia: **¶** quantumcūque postea, quando actualiter celebrat, vel baptizat, mens ad alia attendat (nisi ex industria habeat propositum actuale, non attendendi) verè conficit sacramentum: quia semper habet virtuales intentiones. Quod ex eo manifestè constat: quia si interrogaretur, ad quid ad sacrificiam accederet: ad celebrandum responderet, & sic de alijs, & idem est dicendum de illo, qui petit vel accipit Breviarium cum proposito horas canonicas recitandi: quod si interrogaretur de illa actione: responderet, quod ad munus sibi iniunctum recitandi accesserit adimplendum. **¶** Sed solet hic oriri dubium, per quantum temporis distantiam conseruari ac durare queat virtualis intentio, quæ præcessit, sufficiensque sit ad sacramentum conficiendum. Cui dubio facilè responderetur, quod requiritur intentio tam proxima, vt moueat membra vel ad eundem in Ecclesiam, vel ad se preparandum &c. modo hic à nobis exposito, ita vt tota illa actio in virtute prioris deliberationis sit actus humanus. Quo fit, vt si quis in die qua infans nascitur proponeret illum baptizare, sed per totum octo

octo dierum spatium amplius de eo nō cogitaret, sed sicut cum quis barbam abique vlla cogitatione fricat, sic illum fortuito baptizaret, censeretur tunc baptizatus sine legitima intētionē factus, ac proinde iterari deberet. ☩

Sed nota, quod licet hæc vera sint: nihilominus studiose minister satagat conseruare actualem intentionem, in administratione sacramenti, idque potissimum in sacro sancto Eucharistiæ mysterio. Hanc tamen actualem intentionem non sic intelligendam quis existimet, vt minister semper dicat, *Mente intendo facere quod facit Ecclesia*: sed vt mente operi assistat, scilicet attendat quomodo consecrat, &c.

Soto.
Gabriel.
Annotare oportet secundò cum *Soto* in. 4. dist. 6. q. 5. & *Gabriele*. q. 1. quòd intentio ministri potest esse duplex: Altera respectu actus sacramentalis, scilicet baptizare, consecrare, &c. Altera respectu finis: & hæc adhuc est duplex: altera respectu finis proximi, quæ est intēdere puerum Christi Ecclesiæ incorporare, altera respectu finis remoti, quæ quidem est intendere perducere puerum ad gloriam.

Pri. conclus.
His sic prælibatis sit prima cōclusio: Quanquam satis sit minister intentionem habituales habere respectu vtriusque finis: non tamē respectu actus sacramentalis. Hæc conclusio quo ad primam partem probatione non indiget, siquidem notum est, minimè requiri memoriam finis actualem, nec virtutalem. Quo ad secundam verò partē probatur: quia actus ministri debet esse humanus, & liber: quæ enim sine intentione fiunt, casualia & fortuita sunt, ait *Philosophus*. 2. *physi.* ☩ Vnde ex communi omnium sententia pro comperto habetur, amentem, vel ebrium minimè sacramentum posse conficere: etiam si amens antequam inciderit in amentiam, vel ebrius in ebrietatem, conficere intenderent: cum actus eorum non liberi, sed naturales sint. At verò si satis es-

set, minister habituales intētionem respectu actus sacramentalis habere: perspicuum esset, quòd si baptizare attētare, verum sacramentum conferret, eò quòd huiusmodi amentes, ex habitibus & consuetudine operari posse, nemo est qui ambigat. ☩ Et cum *D. Tho.* 3. p. q. 64. ar. 8. ad. 3. dicit sufficere ad sacramenti perfectionem intentionem habituales, accipit habituales pro virtuali, qua fortasse suo tempore ita *Theologi* loquebantur, vt ait *Caietanus*. ☩

Secunda conclusio: Quantuncunq; minister intendat actum, nempe, volo absoluere, volo vngere hunc hominē, &c. nisi intendat facere quod intendit Ecclesia: nihil faceret. Hæc conclusio patet ex *Con. Flo.* & eam probat egregiè *Gabriel* vbi supra, inquit nanque, quòd si quis iocose fingendo se facere quod non facit, vel in contumeliam fidei ablueret hominem: non conferret illi sacramentum Baptismi. At verò si minister, quicumque ille sit, etiam si sit hæreticus, carens fide, vel iocose id faciat, intendat facere quod Ecclesia catholica facit, per actum illum ablutionis verum sacramentum confert. ☩ In

tentio enim essentialis, sine qua sacramentum non cōficitur, consistit in hoc quòd minister velit facere id quod Ecclesia catholica Christi absolutè, & in communi vult facere. Sic nanque sancti, & concilia, cum dicunt requiri intētionem in ministro faciendi quod facit Ecclesia, intelligenda sunt. ☩ Nam fides ministri non requiritur in actu, nec in habitu ad conficiendum sacramentū, vt pulchrè *D. Tho.* in. 3. p. q. 64. ar. 9. docet. Sicut enim non requiritur charitas ministri, quia (vt dictum est) per malos ministros vera sacramenta conferri possunt: ita neque fides requiritur. Et ratio est in promptu: quia cum minister solum instrumentaliter operetur: non in virtute propria, sed in Christi virtute agit. ☩ Et quidem, quòd habens talem

talem intentionem etiam si ioco id faciat, verum conferat sacramentum liquido constat exemplo pueri *Anastasi*, qui ludendo baptizauit: & quia imitari episcopum intēdebat, perinde erat ac si intentionem faciendi quod facit Ecclesia habuisset, & idcirco summò *Potifex*, in cap. *Spiritus Sanctus*. 1. q. 1. & de sumpsit *Gracianus* ex historia ecclesiastica li. 10. cap. 14. determinauit huiusmodi baptismum ratum fuisse. Secus si totum fiat per iocum, nec sit intentio baptizandi, vt fit in comœdijs, quia sic sacramentum nullum est. Sic enim intelligit *D. Tho.* 3. p. q. 64. ar. 10. ad 2. cum dicit, quòd per intentionem iocofam non perficitur sacramentum. Et sic distinguit *Caieta.* super istam solutionem ad 2. Et *Hugo De S. Vict.* 2. de sacramentis. p. 6. cap. 13. ☩

D. Tho.

Hugo de S. Victore.

3. conclus.

Tertia conclusio: Sufficit, & requiritur ex necessitate, quòd minister actualem, vel virtuales intentionem habeat, ad sensum expositum in priori notabili. Hæc conclusio non indiget alia probatione, quàm supra assignatis.

☩ Sed adhuc solet hic paruū moueri dubiū. Vtrum error personæ in quam fertur intentio, veritatem sacramenti impediatur, vt si sacerdos putans se baptizare puerum, baptizet puellam, vel putans se baptizare Petrum, baptizet Ioannem. Ratio dubitandi est, quia in primo casu intentio ministri non fertur ad foeminam, quam baptizauit, sed ad virum, quem non baptizauit, & in secundo nō fertur ad Ioannem quem baptizauit, sed ad Petrum quem non baptizauit.

Siluester

Ad hoc dubium *Silvester* verbo *Baptiz.* 3. §. vlt. respondendo dicit tria. Primum, quòd si habuit intentionem baptizandi quencunq; puella & Ioannes manēt baptizati. Secundum, quòd si voluit masculum baptizare, & baptizauit puellam, vel baptizare puerum cui imponit nomen Petrus, & baptizaret Ioannem, in neutro casu esset baptismus. Tertium est, quòd si nihil cogitabat, an

eslet puer vel puella, vel Petrus, vel Ioannes, sed tantum intendebat baptizare hunc, istam scilicet personam, verū cōtulit sacramentum. Sed nos clariùs respondemus dicendo, quòd si minister habuit intentionem baptizandi solum puerum, & non puellam, illa non manet baptizata, ac proinde iterum baptizari debet, ille nihilominus grauius peccauit restringendo sic intentionem suam, quā restringere non debebat. Similiter, si quis vellet baptizare filium Regis, taliter quòd si non esset filius Regis, nollet eum baptizare, si filius regis non esset, non maneret baptizatus. At verò si ille solum errauit putans eum esse puerum, cum tamen esset puella, baptizata manet. Ratio est quā *Silvester* insinuat, quia licet speculatiuè errat, practicè tamen vult baptizare istam personam singularem, quam actualiter lauat, & in quam verba dirigit, & ita tanquam certissimum tenendum est. Nec nocet quod obijci potest: nam matrimonium impedit error personæ, vt si putat se ducere Mariam & ducat Ioannam, pari ergo ratione impedit baptismum. Non inquam nocet, quia sacramentum matrimonij supponit contractum humanum, & ex natura ipsius contractus, & ex voluntate omnium contrahentium, nullus censetur consentire nisi cum muliere quam vult ducere; Si ergo alia supponatur, non consentit cū illa, & ideo nec est contractus, nec matrimonium, nec sacramentum: quare multum refert scire, an sit ista persona, an illa, cum qua quis contrahat. At verò cum baptismus non sit contractus, nihil refert ad ipsum baptismum, an qui baptizatur sit iste, an ille: masculus, an foemina, modo habeat intentionem baptizandi istum presentem, & ad illum dirigat suam loquutionem. Hoc enim fat est, vt baptizatus maneat, nisi expresse contrariam voluntatem habeat. ☩

XVI. DIFFICULTAS. A

Vtrum sacramenta nouae legis debeant esse septem.

Cōcl. vnic.

AD hanc difficultatem vnica conclusio affirmatiua respōdetur, nepe quōd sacramenta nouae legis sunt septem, scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Extremaunctio, Pœnitentia, Ordo sacerdotalis, & Matrimonium. Hæc conclusio est diffinitiuā in conclusio Floré. Sub Euge. 4. & in cap. ad abolendam extrā de hæreticis, vbi excommunicatur, & damnatur quicumque de ecclesiasticis sacramentis aliter præsumpserit sentire, & docere, quam Ecclesia Romana sentit, & docet. Cum igitur Romana Ecclesia his in locis septem esse sacramenta nouae legis diffiniat, & in vsu habeat: nemini licebit dubitare.

Con. Flo.

D. Thom.

Congruentiam, & sufficientiam huius sacramentorum numeri: designat pulcherrimè pro suo more D. Tho. in 3. p. q. 65. ar. 1. dicit enim, quōd sacramenta ecclesiastica ad duo ordinantur, scilicet ad perficiendum hominem in Christianae cultu religionis, & ad remedium contra peccatum præstandum: & quantum ad vtrumque aptissimè septem sacramenta ponuntur. Vita enim hominis spiritualis ad vitam corporalem similitudinem habet, propter quod vtraque eodem modo vocatur vita. In vita autem corporali dupliciter quis perficitur: vno modo quantum ad propriam personam: & hoc adhuc dupliciter quis perficitur: Aut acquirendo perfectionem, aut remouendo impedimenta. Primo modo, perficitur vita per generationem, per quam acquirit esse, & viuere. Et huic primae perfectioni in spirituali vita correspondet Baptismus, qui regeneratio appellatur, quippè qui cū mortuus esset, homo propter peccatum, vitam per lauacrum regenerationis, & reuolutionis recuperavit, vt Paulus ait,

Ad ti. 3.

.172

ad Titum. 3. Secunda perfectio est augmentum, cui in spirituali vita correspondet confirmatio, quae principaliter in die Pentecostes fuit instituta, quando Dominus dixit: Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Tertia perfectio est nutritio, qua vita & virtus humana conseruatur, cui in spirituali vita Eucharistia correspondere dicitur. Vnde Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed quia homo interdum incidit in egritudinem: habere oportet remedium duplex: alterum ad morbum depellendum, vt pharmacum: alterum verò ad vires restaurandas, & reliquias morbi expellendas. Sic in spirituali vita ad infirmitates peccati expellendas, ponitur sacramentum pœnitentiae: ad reliquias autem expellendas, ponitur extrema unctio iuxta illud Iacobi. 5. c. Et si in peccatis sit remittentur ei. In ordine autem ad cõmunitatē dupliciter homo perficitur, vno modo potestatem agendi suscipiendo: & huic in spirituali vita correspondet ordo: alio modo secundum naturalem pro pagationem: quae quidē fit per matrimonium, tã in corporali quã in spirituali vita. Ex quibus omnibus constat, sacramenta sufficienter esse numerata. Sequitur rursus, sacramenta ex natura rei respectu hominis ordinem præfactum seruari debere, quanuis non ex necessitate præter baptismi sacramentum, qui cū ianua omnium sacramentorum sit, si aliud quod aliud sacramentum prius recipiatur minimè sacramentum erit. At verò post baptismum susceptum, si alia sacramenta prætermisso hoc ordine recipiantur: nihilominus rata ac valida erunt.

Luc. 24.

Ioan. 6.

Iacob. 5.

XVII. DIFFICULTAS.

Vtrum Eucharistiae sacramentum sit potissimum inter sacramenta.

Hic difficultati duabus conclusio- nibus respondetur, quarum Prior sit:

D. Thom.

fit: Sacramentum Eucharistiae est inter omnia sacramenta potissimum, ac dignissimum. Hæc conclusio est D. Tho. q. 65. articul. 3. & probat tripliciter, primo quidem, ex eo quod in illo continetur ipse Christus substantialiter: in alijs autem sacramentis continetur quedam virtus instrumentalis participata à Christo. Semper autem quod est per essentiam, potius est eo, quod est per participationem. Secundo, quia omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum, tanquam ad finem. Manifestum est enim sacramentum ordinis ad Eucharistiae consecrationem ordinari, baptismus autem ad Eucharistiae receptionem: in quo etiam perficitur aliquis per confirmationem: vt non vereatur se subtrahere à tali sacramento. Per pœnitentiam etiam & extremam unctio- nem præparatur homo ad digne sumendum corpus Christi. Matrimonium autem saltim sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum significat coniunctionem Christi & Ecclesie: cuius vnitas per Eucharistiae sacramentum figuratur.

2. conclus.

Posterior conclusio est: Aliorum autem sacramentorum comparatio ad inuicem multipliciter fieri potest: habent enim se cetera sacramenta vt excedens & excessum iuxta diuersas qualitates. Si enim ad necessitatem respiciamus, baptismus est potissimum sacramentorum, eo quod sine illo nec salus haberi, nec aliud sacramentum suscipi potest: si autem ad perfectionem attendamus, sacramentum ordinis est potissimum, ac dignissimum post Eucharistiam, medio autem modo se habet sacramentum confirmationis. Sacramentum verò pœnitentiae & extremae unctio- nis sunt inferioris gradus à prædictis sacramentis, quia vt dictum est, ordinantur ad vitam christianam, non per se, sed quasi per accidens, scilicet, in remedium superuenientis defectus, inter quae fit comparatio, si cut inter baptismum & confirmationem,

quia pœnitentia est maioris necessitatis, cum ordinetur ad delenda peccata. Extrema autem unctio est maioris perfectionis, siquidem peccatorum reliquias purificat. Hæc D. Tho. Ex quibus aperte elicitur, maiorem vel minorem sacramentorum perfectionem, non ex necessitate, sed ex natura rei esse sumendam. Colligitur rursus perspicue ex dictis, nõ omnia sacramenta esse equalia: quod quidem contra hæreticos, præsertim sacramentarios negantes, Christum esse realiter in Eucharistia, asserentem, omnia sacramenta esse equalia, diffinitum est in sacra Trid. Synodo. sess. 7. Cano. 3. de sacramentis in communi. sub his verbis: Si quis dixerit hæc septem sacramenta esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit. Postremo colligitur, maiorem effectum scilicet gratiam conferre vnum sacramentum alio, quantum est ex natura ipsorum sacramentorum, vt confirmationem, quam baptismus. Quanuis enim baptismus quantum ad remotionem mali, potiore effectum habeat, eo quod non tantum culpam, sed totam pœnam remittit, cum sit quaedam spiritualis regeneratio, & mutatio de non esse ad esse: attamen maiorem gratiam confert confirmationis sacramentum, licet hoc non habeatur diffinitum per Ecclesiam. Et secundum istam sententiam, si vnus baptizatus tantum, alius verò baptizatus & confirmatus simul morerentur: cum maiori gratia sacramentali, quae ex opere operato habetur, migraret ex hac luce iste secundus, quam primus: ac subinde daretur ei maior gloria, seclusa ea gloria, quae operi operantis correspondet.

XVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum omnia sacramenta sint necessaria de necessitate salutis.

PRO huius difficultatis elucidatione annotare oportet, quod necessarium

rium

Arist. 5. Metha. rium secundum Philo. in. 5. Metha. inter alias acceptiones habet istas duas, quæ ad rem pertinent, alteram necessitate præcepti, alteram autem respectu finis. **¶** Atque id dupliciter: Vno modo simpliciter, vt sine quo finis obtineri nequit, vt cibus est necessarius ad vitam: Alio modo secundum quid, nempe sine quo incommodè attingi potest, vt necessarius est equus ad iter.

Præc. conclus. His præhabitis est prima conclusio. B Primo modo, tria duntaxat sacramenta sunt ad salutem necessaria: diuersimodè tamen: nam Baptismus cuiuscunque singulari personæ simpliciter & absolute necessarius est: Pœnitentia verò per accidens, scilicet supposito peccato mortali. Sed sacramentum ordinis simpliciter necessarium est: non tamen singulari personæ, sed Ecclesiæ in communi, hoc est vniuersitati, & cuiuscunque pro-

A uintiæ. Secunda conclusio: Secundo modo. 2. conclus. necessitatis, reliqua omnia sacramenta sunt necessaria ad salutem.

Annotandum est hic, quod quantum ad manducationem spiritualem, per fidem in voto (vt docet August. & nos infra in proprio loco dicturi sumus) Eucharistiæ sacramentum est simpliciter necessarium, necessitate finis: & in re necessitate præcepti **¶** diuini Matthæi. 26. Hoc facite in meam commemorationem, & ex statuto Ecclesiæ, quod sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum, vt ait D. Tho. 3. p. quæst. 80. arti. 11. **¶** Similiter matrimonium est primo modo necessarium, quatenus est in officium naturæ: non autem quatenus est sacramentum. Hactenus de sacramentis in genere dicta sufficiant.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Rosteaquam de sacramentis in genere à nobis dissertum est: dicturi iam de vnoquoque in specie, vt iusto ingrediamur ordine, à Baptismo, qui omnium sacramentorum primus, & velut aliorum ianua est, sine quo salus (testante Domino) non habetur: exordium sumere debemus. De qua re, licet quamplurimæ quæstiones moueri soleant: nos tamen quam paucissimis totam materiam absoluemus. Et cum in vnaquaque materia à diffinitione sit uincipiendum: ideo sequens difficultas proponitur.

PRIMA DIFFICULTAS.

Vtrum Baptismus sit ablutio corporis exterius facta sub forma verborum præscripta.

RO huius difficultatis elucidatione in primis annotare oportet, rem aliquam posse bifariam diffiniri, vel à priori per suas causas intrinsecas vt

C materialem, & formalem, vel extrinsecas, vt efficientem, & finalem, vel à posteriori per suos effectus. Damascenus enim 4. lib. fidei orthodoxæ assignauit baptismi diffinitionem, nõ per id quod exterius

exterius agitur, quod est sacramentum tantum, scilicet ablutionem, quæ non manet in baptizato, sed per effectus qui interius manent in illo, dicens: Baptismus est regeneratio & sigillum, & custodia, & illuminatio. Duo quidem istorum effectuum, scilicet sigillum, & custodia pertinet ad characterem, qui in anima manet impressus, & quantum est de se ipsam animam custodit in bono: duo verò pertinent ad vltimam rem sacramenti, scilicet regenerationem, per quam homo inchoat nouam vitam iustitiæ, & illuminationem, quæ specialiter pertinet ad fidem: per quam homo inchoatiuè spiritualem vitam accipit, secundum illud Abac. c. 2. iustus autem ex fide uiuit. Baptismus enim est quædam protestatio fidei. Vnde dicitur fidei sacramentum. Sic appellat illum August. cuius verba referuntur extrà de baptismo, & eius effectum c. 4. & 7. & de consecratione dist. 4. cap. Nihil. Et hoc multis de causis: Primo quidem quia cū quis baptizatur, fides Ecclesiæ respectu paruuli peculiariter exigitur, respectu verò adulti, non tantum fides Ecclesiæ sed ipsius baptizandi requiritur. Et ob id statuit Ecclesia baptizandum, esse examinandum de fide, vt habetur in cap. Paruuli, & cap. Mater. de consecr. dist. 4. Secundo, quia per baptismum ascribitur homo coetui, & congregationi fidelium. Quam rationem assignat D. Tho. 3. p. quæst. 70. artic. 1. Tertio, quia in baptismo fit professio fidei, qua Christianus promittit se, ipsam fidem seruaturum. Quarto denique, quia in baptismo est generalis, ac totius fidei protestatio. Hugo autem de Sancto Victore lib. 1. de sacramentis. p. 9. cap. 2. & lib. 2. p. 6. cap. 2. diffinit per aquam, quæ est baptismi materia remota. Dicit enim, quod baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei, sed Hugo, vel in hac parte non est sequendus, vel est causaliter intelligen-

A dus, scilicet quod aqua dicatur baptismus, quia est materiale principium baptismi, & erit prædicatio per causam, vt ait Diuus Thomas 3. p. quæst. 66. artic. 2. Et quod non per aquam, sed per ablutionem quæ est materia propinqua, debeat baptismus diffiniri, ostenditur ex illo Ecclesiast. cap. 24. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit eius lautio? Apostolus etiam ad Ephes. capit. 5. ait: mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. & ad Titum. 3. dicit: per lauacrum regenerationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè, saluos nos fecit. Item Diuus Augustinus Tract. 5. super Ioannem, baptismum aliquando lauacrum, aliquando lotionem vocat. Et ratio quam facit Diuus Thomas in corpore articuli est efficacissima: cum enim (inquit) sacramenta nouæ legis sanctificationem quandam operentur, & ibi perficitur sacramentum, vbi perficitur sanctificatio: in aqua autem non perficitur sanctificatio, sed est ibi quædam sanctificationis virtus instrumentalis non permanens, sed fluens in hominem, qui est verè sanctificationis subiectum, fit, vt sacramentum non perficiatur in ipsa aqua, sed in applicatione aquæ ad hominem, quæ fit per ablutionem: ergo baptismus est ipsa ablutio, & non aqua. Præterea, baptismus est nomen verbale derivatum à baptizo. as. sicut cursus à curro, is. significans idem quod ablutio, seu tinctio. Postremò probatur ex differentia, quæ solet assignari inter Eucharistiæ sacramentum, & reliqua sacramenta, quia Eucharistiæ sacramentum non in actione, scilicet consecratione, & sumptione consistit, sed in hoc quod continent omnes species sacramentales sub se virtutem sanctificandi, scilicet verum corpus, & sanguinem Christi redemptoris nostri: coete-

ra vero sacramenta in usu & materia applicatione consistunt, & idcirco actiones ipsae seu passiones recipientium, videlicet, Ablutio, unctio sacramenta dicuntur. Optimè igitur baptismus per abluionem diffinitur. Sed ex diffinitionibus quae per illam dantur, **¶** omittendam duxi Scoti diffinitionem in 4. dist. 3. quaest. 1. scilicet, Baptismus est ablutio hominis aequaliter consentientis, facta ab alio in aqua, verba simul certa cum intentione debita proferente, significans efficaciter ex institutione divina abluionem animae à peccato. Et diffinitionem Gabrielis, qui ait, baptismum esse abluionem hominis viatoris, factam in aqua elementaliter, fluida, ab alio, cum legitima intentione, & cum reliquis particulis, quas ponit Scotus. Duxi (inquam) omittendas esse has diffinitiones, eò quod alienae sint ab arte diffiniendi: cum diffinitiones communes esse debeant animi conceptiones; ac dubietatis nihil continent, ut in prima difficultate de sacramentis in genere diximus. At huiusmodi diffinitiones praeterquam quòd plurima non necessaria inuoluunt: quamplurima dubia in se claudunt. Quorum solutiones postmodum in suis locis videbimus, & diffinitio, quae ab omnibus alijs doctoribus assignatur, eas comprehendit. Conclusio igitur ad difficultatem responsiva, est affirmatiua, nempe, quòd baptismus est ablutio sub certa forma. &c. Et habetur haec diffinitio apud Magistrum Sent. in 4. dist. 3. & apud D. Thom. in 3. p. quaest. 66. art. 1. **¶** Et probant eas omnes auctoritates, & rationes quas fecimus aduersus opinionem Hugonis. **¶** Circa diffinitionem annotare oportet, Baptismum hic supponere pro abluione, connotando fieri sub certa forma verborum. Haec namque est differentia inter rem naturalem & artificialem, quòd res naturalis accipitur pro com-

Scot.

Gabr.

Coc. unie.

Magist.

D. Tho.

¶

¶

posito ex materia & forma, sicut homo pro coniunctione ex corpore & anima: sed res artificialis accipitur pro ipsa materia, connotando formam, ut phiala pro auro, vel argento, connotando quòd habeat talem formam. **¶** Unde pars materialis potest praedicari de toto, ut vas est aurum, cathedra est lignum, & ratio est, quia in artificialibus materia habet maiorem entitatem, & ideo supponit pro subiecto. **¶** Cum igitur sint velut artificiata quaedam: accipi debent pro materia. **¶** Et sic optimè abluio praedicatur de baptismo: **¶** unde non supponit baptismus pro aggregato ex abluione, & prolatione verborum, ut Scotus dixit, ubi supra. **¶** Et quidem si Scotus vult dicere quòd non praedicatur sola ablutio de baptismo, sed totum illud, facta sub praescripta forma verborum, sicut si diceremus homo est anima & corpus, bene dicit, & tunc materia & forma praedicatur de baptismo. Quòd si quis aduersus hanc diffinitionem baptismi obijciat, quòd cum minister cum debita intentione esse de essentia sacramenti videatur, & in ea non explicetur, non videtur esse bona: siquidem omnia quae sunt de essentia rei in diffinitione explicari debent, non insufficienter ei satisfieri posse arbitror. Primo negando ministrum & illius intentionem esse de sacramenti essentia: sicut enim genitor non de essentia geniti, sed tantum de necessitate illius est: ita minister, & intentio illius in rigore loquendo, non est de essentia sacramenti, sed tantum de necessitate, & taliter necessaria, ut si deficiat, minimè sacramentum confici possit, quia tunc non esset ablutio per formam verborum praescriptam ad effectum spirituale determinata, quandoquidem per intentionem ministri ad illum limitatur. Et quidem quòd non sit de essentia manifestè ostenditur, ex eo quòd minister cum intentione faciedi, quòd Ecclesia facere intendit, operatur in

¶

¶

¶

¶

¶

in sacramentis ad modum causae efficientis instrumentalis; at verò causa efficiens non est de essentia rei effectus. Sed de necessitate tantum. Secundo dicitur quòd in abluione, unctio actio quòdam modo includitur minister eo quòd in diffinitionem actionis intrat causa efficiens, siue principalis, siue instrumentalis necessaria. Causa enim est actio procedens à calido formaliter, vel eminenter, nec opus est ut exprimat formaliter, ne longa diffinitio efficiatur. **¶**

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

II. DIFFICULTAS.

Utrum baptismus fuerit institutus ante Christi passionem, an postea.

AD hanc difficultatem, **¶** supposita diffinitione illa concilij à nobis iam adducta, quòd omnia nouae legis sacramenta fuerunt à Christo Domino instituta, & omisis quibusdam opinionibus: **¶** prima Scoti in 4. dist. 3. q. 4. & Gabrielis dist. 3. quaest. unica asserentium, quòd ignoratur quando fuerit baptismus institutus: **¶** omissa etià opinione Alexan. Alens. 4. p. quaest. 12. memb. 3. & Ricar. in 4. dist. 3. articulo 1. asserentium, baptismum pluries, & diuersis temporibus, & locis fuisse institutum, secundum quòd habet diuersas qualitates effectus. Non enim oportet tot baptismi institutiones multiplicare. Omissa insuper opinione D. Chrysost. Homilia. 20. super Ioan. & Theophila super 3. cap. Ioan. & Rupert. Abbat. ibidem: Imò videtur esse sententia Leonis Papae epistola. 62. cuius verba referuntur de consecratione dist. 4. cap. Proprium, & cap. Sequenti, asserentium baptismum non fuisse institutum ante mortem Christi. **¶** Et quòd quauis ante passionem discipuli baptizauerint: non tamen certum est, nec ab Ecclesia diffinitum, illum apostolorum Baptismum, nouae legis sacramentum fuisse

& gratiam contulisse: omisis (inquam) huiusmodi opinionibus, sit conclusio: Baptismus quantum ad ipsum sacramentum, institutus fuit ante Christi passionem, scilicet quando Christus baptizatus est, & verè gratiam conferebat. **¶** Coepit tamen obligare post Christi passionem, & resurrectionem. Haec conclusio quoad primam partem **¶** est D. August. tract. 7. super Ioan. cap. 13. & in epistola. 108. ad Seleucianam **¶** est etià Cyrilli. 2. lib. super Ioan. c. 57. & Glossa interlinealis & ordinariae in illa verba Ioan. 3. Iesus baptizabat; & Luca. 3. Iesu baptizato, & orante. Est praeterea D. Tho. 3. p. quaest. 66. artic. 2. & in communem super Ioan. & Magistri Sent. in 4. dist. 13. **¶** Et hanc eandem sententiam communiter sequuntur scholastici doctores, & praecipue Hugo de sancto Victore, lib. 2. de sacramentis. p. 6. cap. 4. Et est optimè simile de medicis, & pharmacopolis, qui prius suas medicinas preparant postmodum autem infirmis, & illas recipiant, praecipunt. Sic Christus Dominus prius sacramenta instituit ante passionem suam, & post ipsam & resurrectionem voluit homines ad illa suscipienda obligare. **¶** Et rationibus probatur: Nam tunc videtur aliquod sacramentum institutum fuisse: quando virtutem accepit ad suum effectum producendum: hanc autem virtutem accipit baptismus, quando Christus baptizatus est: igitur tunc fuit institutus. **¶** Secunda ratio est: quia cum Apostolos ante Christi passionem fuisse ordinatos, & sacramentum Eucharistiae in coena Domini eos suscepisse, omnibus perspicuum sit, & hoc ante baptismi susceptionem minimè de lege fieri potuit, quandoquidem baptismum omnium sacramentorum ianuam esse, nulli licet dubitare, consequi aliquando videtur, baptismum ipsum ante Christi passionem institutum fuisse. Nec valet quis dicere, Christum ex potestate excellentiè cum apostolis dispensasse

Coc. unie.

¶

¶

D. August.

¶

Cyrril.

Gloss.

D. Thom.

¶

¶

¶

Hugo de S. Victore.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

vt ordinari, communicare ante baptis-
mū possent, cū maxima temeritate non
careat: asserere, aliquē à lege cōmuni ex-
cepisse absq; manifesta & urgente rōe,
nisi vel ex sacris literis, vel ex Ecclesia
traditione euidenter constet: præsertim
quia in ipsa prima sacramentorū institu-
tione non videbatur conueniēs, vt Chri-
stus Dominus legē frangendo incipe-
ret. ¶ Præterea, Ioā. 3. dicitur quod Chri-
stus baptizabat, quod intelligendū est,
per discipulos suos: nā Ioan. 4. habetur,
quod Christus neminē baptizauit, per
discipulos enim plebē ad se uenientem
baptizabat, & non per se. Nā per se so-
los discipulos, vt tenet Aug. vbi supra,
& D. Thom. super Ioan. Non est autē ve-
rissime q; Christus, nec discipuli bap-
tizauerunt Ioannis baptizate. Nā aliā in-
ter discipulos Ioannis nō esset inuidia,
eō quod plures baptizaretur à Christo
quā à Ioanne: quia Baptismus ille tūc
nō diceretur Christi, sed Ioannis: ac ex
consequenti non esset locus inuidiæ dis-
cipulis Ioannis. ¶ Cōmuniō ergo ac
uerior est D. Tho. sententia. Quoad se-
cundam uero partē probatur conclu-
sio: nā cum uetus legis cessatio, obliga-
tionis alterius fuerit inceptio, antiquæ
autem legis uinculum in Christi passio-
ne, & resurrectione extinctū fuerit, fit,
vt tunc cœperit obligare noua lex. Et
iuxta huius secundæ patris conclusio-
nis sensum Chrysost. Leo Papa, & alij
sunt interpretandi, cum dicunt, post re-
surrectionem baptismum institutum
fuisse, scilicet quantum ad obligationē. ¶
Nec obstat ratio quæ adduci solet
ad probandum, non fuisse baptismū in-
stitutū ante Christi passionem: nā post
Christi passionem forma baptismatis
instituta fuit, vt patet Marci vlti. Euntes
in mundum uniuersum: &c. Baptizan-
tes eos; in nomine Patris, & Filij, & Spi-
ritus Sancti; non (inquam) obstat hæc ra-
tio, quia tantum probat, quod tunc non
erat institutus Baptismus sub hac for-
ma: non tamen probat quod sub alia

forma non fuerit institutus, scilicet in
nomine Christi. ¶ Non obstat etiam
illud Ioannis c. 7. Nondū erat enim spi-
ritus datus: quia Iesus nondū erat glo-
rificatus: si autem ante passionem bap-
tismus institutus fuisset, proculdubio
per illum spiritus sanctus daretur. Vide-
tur ergo post Christi passionem bap-
tismus fuisse institutus. Non inquam ob-
stat, nam sensus huius loci secundum
D. Tho. & Cyril. super Ioan. est de spiri-
tus sancti datione solenni, uisibilis ac
copiosissima, qualis in die Pentecostes
facta est. Non enim potest esse sensus q;
ante passionem & glorificationē Chri-
sti nulli collata est spiritus sancti gra-
tia, cum ex fide liquido constet, Aposto-
los & Magdalenam plurēq; alios an-
te iustificatos fuisse, quod tamen absq;
spiritus sancti gratia, (vt fides docet) mi-
nime fieri poterat. Et eodem modo Io-
cum illum Actorum 1. Ioannes quidem
baptizauit aqua, vos autem baptizabi-
mini spiritu sancto nō post multos hos
dies; intelligendum esse arbitramur, sci-
licet de receptione spiritus sancti in for-
ma uisibili, & non est sensus, quod per
baptismum quem ante Christi mortem
Apostoli susceperūt, gratia spiritus san-
cti iustificati nō fuerint; alia Baptismus
quo fuerunt baptizati, & quo alios bap-
tizabant, nihil à baptismo Ioannis dif-
feret, cum tamen ille nullam conferret
gratiam, nec etiam conferretur in illo,
tanquam in signo, vt in circuncisione
fiebat: eō quod baptismus Ioannis non
sacramentum sed sacramentale quod-
dam, & preparatorium ad Christi bap-
tismum erat. Hoc nanque erat officij
Ioannis, preparare ac disponere homi-
nes ad baptismum Christi uerum & ad
pœnitentiam in remissionem peccato-
rum: Præbis enim ante faciem Domi-
ni parare uias eius &c. Prophetauit Za-
charias, non autem quod ipse hoc per-
ficeret, vt D. Tho. docet. 3. p. quæst. 38.
articul. 3. ad primum; & ob id baptizati
baptismo Ioannis erant postea bap-
tismo

Act. 19

Con. Trid.

¶

mo Christi baptizandi, vt salutem con-
sequerentur, quemadmodum factum
est ex Pauli mandato. Actorum 19. Nō
enim baptismus ille Ioannis habebat
eandem vim cum baptismo Christi, vt
expressè diffinitum est in sacro Conci-
lio Tridentino sessione. 7. Can. 1. de bap-
tismo. ¶
Est notandum circa hanc conclu-
sionem, quod quanquam Baptismus
tunc gratiam conferret in uirtute Chri-
sti passionis futuræ: non tamen illam
conferrebat tanquam in uirtute causæ
efficientis: cum minime prior esse pos-
set effectus sua causæ efficienti. Confere-
bat autem illam tanquam in uirtute
causæ finalis, de cuius ratione est agere,
antequam à parte rei existat. Aliter ta-
men Baptismus ante passionem habe-
bat efficaciam, quā sacramenta vete-
ris legis. Nam illa erant figuræ tantum:
Baptismus autem uirtutem habebat à
Christo institutore, & uel ratione eius
passionis futuræ (vt dictum est) uel ra-
tione passionis inchoatæ à principio ui-
tæ Christi, quæ quidem per totam illius
uitam durauit, perque totam meruit
nobis. Vnde quando baptizatus fuit à
Ioanne, ubi baptismum instituit, iam
sanguinem circuncisionis effuderat, &
multa alia merita habebat, ex quibus
baptismus uirtutē habere poterat, ¶ ta-
meti Baptismus ille non aperiret regni
cœlorum ianuā ante passionē, licet gra-
tiam conferret (vt dictum est). Proba-
tur: Nam quantuncunq; baptismo
Apostolorum essent baptizati homi-
nes: nihilominus omnes descendebant
ad limbum, ubi tanquam in carcere de-
tinebantur usque ad Christi passionem
& quanuis remittebat totum culpæ rea-
tum: non tamen aperiebat ianuam reg-
ni cœlorum. Et hac etiam ratione dice-
bat illa opinio non fuisse baptisma an-
te Christi passionem institutum.
Est præterea annotandum, quod cū
Apostoli nondum essent ante passionē
sacerdotes: non baptizabant tanquam

A proprij ministri, sed ex speciali Christi
commissiōe.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum statim post passionem obligare
cœperint sacramenta nouæ legis, uel
si non statim, quando.

Hic difficultati satisfieri poterit
tribus conclusionibus, quorum
prima sit. Ante passionem Christi cir-
cuncisio, & alia legalia, semper fuerunt
sub præcepto. Probatur hæc conclusio.
Nam Christus non soluit ueterem le-
gem, antequam eam adimpleret: illa au-
tē non fuit impleta usq; ad passionem,
quando dixit: Consumatū est, ergo an-
te passionem legalia non cessarunt. Per
passionē enim iuam (vt ait Paulus) libe-
rauit nos à seruitute legis. Scotus tamē
aliter sentit: nā dicit in 4. dist. 3. q. 4. Cir-
cuncisionem non mansisse in præcepto
usq; ad Christi passionem: sed usque ad
baptismū institutum, & inde cucurrisse
sub consilio cum baptismo.

Secunda conclusio: In passione Do-
mini omnia legalia fuerunt extincta,
quantum ad præceptum, & quantum
ad uirtutē. Volo dicere, quod post pas-
sionem Domini non erat præceptū de
circuncisione, neq; de aliquo alio in le-
ge scripta, nec circūcisio habebat vim,
quam prius habuerat. Hæc conclusio
habetur expressè in Conc. Flo. & patet
ex Paulo Hebr. 7. Translato enim sa-
cerdotio, necesse est, vt legis translatio
fiat. In morte autem translato fuit sa-
cerdotium antiquum in alterum Chri-
sti: ergo tunc fuerunt extincta.

Tertia conclusio: Baptismus & alia
sacramenta nouæ legis quantum ad eorū
usum, ac receptionem, statim post Chri-
sti passionē, & resurrectionē, obligare
cœperunt. Hæc conclusio est D. Th. vbi
supra. Et ratione probatur. Quia in
passione Christi terminata fuerunt, &
extincta omnia sacramenta figuralia ve-

teris legis (vt dictum est in secunda con-
 clusione) sed his successit Baptifinus, &
 alia sacramenta nouæ legis: tunc igitur
 incepit Baptifinus, cæteraque sacramen-
 ta obligare. Præterea quia legalia erant
 quædam imperfecta, ergo adueniente,
 quod perfectum est, euacuari oportuit,
 quod ex parte erat, teste Paulo ad He-
 bræ. 7.

ad Hebr. 7.

Sed dubitatur cõsequenter, quãdo le-
 galia cessauerunt? De hac re fuit magna
 controuersia inter D. Hiero. & D. Aug.

D. Thom.

vt est videre apud D. Th. 1. 2. q. 103. ar. 4.

D. Hiero.

Hiero. enim videtur sentire, statim post
 passionem omnia legalia fuisse, non so-
 lum mortua sed mortifera: & factũ Pau-
 li circumcidentis Timotheum, Actuum.

Actuum. 16.

& factum eiusdem Pauli, qui se puri-
 ficauit, vt Actuum. 21. habetur, excusat:

Actuum. 21.

dicit enim fuisse quasdam pias dispen-
 sationes, & simulationes, vt scandalum
 vitaretur Iudeorum (hoc est) quod licet

verè illos actus facerent Apostoli: sed
 non tanquam legis cæremonias obser-
 uantes, sicut si quis pelliculas virilis mē-
 bri scinderet propter sanitatem, nõ cau-
 sa legalis circumcissionis obseruandæ.

D. August.

Sed nihilominus D. Aug. melius dicit.

Pri. cõclus.

Vnde sit conclusio tenenda de eius
 mente. Statim à passione Christi & re-
 surrectione, vt tota lex vetus totam suã
 vim perdidit, & iustificandi, & obligan-
 di, adeo vt nec sub consilio meneret: ita
 Baptifinus, & tota lex noua cœpit esse,
 non solum in consilio, verum & in præ-
 cepto, licet ante promulgationem suf-
 ficientem euangelij, per aliquod tem-
 pus legalia non erant mortifera ad huc
 sensum, quia licebat illa. obseruare ab-
 que peccato aliquo, etiam scienti, & nõ
 ignorantia Christi legem. Probatur ex

Actuum. 16.

facto Pauli Actuum. 16. qui quidem cir-
 cuncidit Timotheum. Si autem iam es-
 sent mortifera: propter quodcunq; scã-
 dalũ non liceret Paulo circumcidere Ti-
 motheum, nec simulare circumcissionẽ,
 etiã pro salute totius populi Iudæorũ:
 quia esset mendacium in facto: ergo ad-

huc post resurrectionẽ, ante sufficientẽ
 promulgationem, non erant mortifera
 circumcilio, & cætera sacramenta veteris
 legis. Neq; ab re illud Paulus facie-
 bat. Nã intendebat, qd Synagoga sepe-
 reretur cum honore, & ostendere, bo-
 nã & sanctã fuisse veterẽ legẽ. Nec ob-
 stat illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit

Ioan. 3.

ex aqua & Spiritu Sancto &c. & illud,
 quod in eodem c. ait Dominus: Opor-
 tet vos nasci denuo. Vbi videtur inli-
 nuare, quod ex illo tẽporis articulo cœ-
 pit lex de Baptifino obligare. Non, in
 quã, obstat, quia tunc Nicodemo nõ id
 tanquam præceptũ, ex tunc obligãs di-
 xit: sed legem futurã docuit, quam pro-
 mulgauit, ac exposuit, quando postea di-
 xit: Ite, docete omnes gentes baptizan-
 tes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spi-
 ritus Sancti. Colligitur ergo ante pro-
 mulgationẽ post passionẽ Baptifinum
 fuisse in præcepto, sed excusabantur illi,
 ad quos non peruenerat illius promul-
 gatio. In quo etiã aduerfatur nobis hæc
 institutio vsq; ad Christi passionem
 (vt nos dicimus) verum etiã à passione
 vsq; ad sufficientẽ euangelij promulga-
 tionẽ mansisse solum in consilio, & nõ
 in præcepto, & cœpisse esse in præcep-
 to à sufficiente promulgatione.

Secunda conclusio: Post sufficientem
 promulgationem euangelij omnia le-
 galia sunt, fuerunt, & erunt mortifera.
 Hæc conclusio habetur determinata
 extra, De Baptifino, & eius effectu c. Ma-
 iores, & in concil. Florẽ. & probatur ex
 Paulo ad Gala. 5. Si circumcidamini: Chri-
 stus nihil vobis proderit.

Scotus.

2. conclus.

Con. Flo.
 ad Gal. 5.

E IIII. DIFFICULTAS.

Vtrum aqua sit propria materia baptifini.

Priusquam difficultati præfenti re-
 spondeamus operẽpretium duxi-
 mus, hic adducere errores circa mate-
 riam baptifini exortos, quorum primus
 fuit Seleucianorum, qui nõ in aqua ba-
 ptiza-

D. August.

ptizabant, vt testatur D. August. in lib.
 de hæresibus cap. 59. de Seleucianis, &
 Hermianis loquens. Sed quoniam ipse

Philaster.

non expressit in qua re baptizabant,
 Philaster de illis differens expressit eos
 baptizasse in igne: occasionem inde su-
 mentes, quod ait Ioannes Baptif. Mat-
 thæ. 3. de Christo loquens, ipse vos ba-
 ptizabit in Spũ Sãcto, & igne: & Græci
 insulani sub imperio Præfẽ Ioannis de
 gêtes feruntur propter verbũ istud Mat-
 thæ. non solum baptizare in aqua, sed si-
 mul ferro quodam ignito baptizatos
 signare, quo distinguantur ab alijs gen-
 tibus. Sed tamen de fide est combustio
 nem illã non esse necessariam. Dicitur
 autem, Christũ baptizaturũ in Spiri-
 tu Sãcto & igne, vel quia spiritus sanctus
 est ignis, vel quia hic baptizamur in
 spiritu & aqua, in futuro autem baptiza-
 bimur igne, iuxta illud Apostoli: Vni-
 cuiusq; opus quale sit, ignis probabit.

Matth. 3.

1. ad Cor. 3.

Secundus error fuit, quod nomine
 aquæ non vera aqua, sed metaphoricẽ
 gratia intelligenda est, iuxta illud Ioan-
 nis 4. Fiet in eo fons aquæ viuæ salietis
 in vitã eternam, & Ioannis. 7. Si quis si-
 tit veniat ad me, & bibat. Et errorẽ istũ
 secuti sunt Caluinus, & alij Lutherani.

Ioan. 4.

Ioan. 7.

Tertius error fuit Viteless, quod
 sola aqua, quæ fluxit à latere Christi, est
 materia baptifini. Quod si ab illo quis
 quereret, quomodo omnes homines tã
 parua aqua possent baptizari, respõsurũ
 fuisse arbitror, qd baptizaretur per fidẽ
 illius. Sed facili negotio impugnantur
 omnia ista deliramenta per priorẽ con-
 clusionẽ D. Tho. & eius probationẽ.

1. conclus.

Ioan. 3.

Matth. 28.

Prior igitur cõclusio est: Aqua est p-
 pria baptifini materia. Probatur ex il-
 lo Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex
 aqua & Spũ Sãcto, non potest introire
 in regnũ Dei. Ostenditur etiã ex illo
 Matth. 28. euntes (inquit Dominus) in
 mundũ vniuersum prædicate euãgeliũ
 omni creaturæ baptizantes eos &c. Ba-
 ptizare autẽ Græcẽ idẽ est quod merge-
 re Latinẽ, & Baptifma idẽ, quod immer-

sio aut lotio. Nullus autẽ lauat igne, sed
 adurit, aqua autẽ lauamur. Præterea A-
 postolus de baptifino memoriã faciẽs,
 lauacro aquæ Christũ nos mūdasse ait,
 non autem adustione ignis. Accedit ad
 hæc, Apostolos in aqua & nõ igne ba-
 ptizasse, vt ex pluribus actõrũ apostoli-
 corũ locis liquido cõstat. Imo ipse Do-
 minus noster Iesus Christus in Iordane
 baptizatus est à Ioanne, vt contactu suẽ
 mundissimẽ carnis aquas sanctificaret,
 & vt nobis exẽplũ præberet, qd in aqua
 essemus baptizãdi. Habetur quoque
 nostra conclusio in c. In quadã. de cele-
 bratio. missarũ. vbi Innocentius probat
 verã aquã exiuisse de latere Christi ad
 significandũ, non nisi in vera aqua pos-
 se fieri Baptifma. Ex illo primo Ioan.
 vlt. Tres sunt qui testimoniũ dāt in ter-
 ra, spiritus, aqua, & sanguis. & Ioã. 19. Cõ-
 tinuo exiuit aqua & sanguis, & qui vi-
 dit, testimoniũ perhibuit, & verũ est te-
 stimoniũ eius, quod quidẽ factũ fuit, vt
 nemo ambigere posset, Christum Do-
 minum verum corpus humanum ha-
 buisse, nempe ex quatuor elementis cõ-
 positum, quæ per aquam significantur,
 & ex quatuor humoribus, qui per fan-
 guinem intelliguntur. Probatur adhuc
 conclusio nostra ex traditione, & con-
 suetudine Ecclesiæ perpetua à tẽpore
 Apostolorum vsque ad nos, quæ sem-
 per de vera & naturali aqua intellexit.
 Itẽ sacra Tridẽtina Synod. sess. 7. Can. 2.
 sub anathemate condẽnat eum, qui di-
 xerit aquam verã, & naturalẽ non esse
 de necessitate baptifini, atq; ideo verba
 illa, nisi quis renatus fuerit ex aqua,
 &c. ad metaphoram aliquam detorse-
 rit. Probatur etiã ratione ex propor-
 tione, quã habet effectus aquæ ad effe-
 ctũ spiritualẽ. Nã sicut aqua materialis
 habet mūdare corpũ ab immũdijs cor-
 poralibus: ita aqua Baptifini habet mūd-
 dare animã à peccatis. Præterea, qd hoc
 sacramentũ est maximæ necessitatis: &
 aqua vbique potest facilẽ haberi ratio-
 ne suæ communitatis, & abundantie:

ad Ephe. 5.

☩

☩

1. Ioan. vlt.

Ioan. 19.

☩

Con. Trid.

Ioan. 3.

☩

ideo conuenienter aqua in materia hu-
ius sacramenti instituta fuit.

2. conclus. Posterior conclusio: Aqua ista debet
esse simplex, taliter vt non mutetur spe-
cies aquae quantuncunq; fiat com-
mixtio. Hae conclusio habetur in con-
cilio Flo. Vbi dicitur, quod materia bap-
tismi est vera aqua elemental. Tenet
D. Thom. 3. p. quaest. 66. artic. 4. ad. 5. Ex hac conclusione
infertur, quod in niue, vel gelu non po-
test fieri baptismus, eo quod non est

A ribus, quorum in multis partibus fre-
quens est vsus, propterea quod non est
nisi aqua ex ordeo expressa: & simi-
liter de sicera, quia non est vera aqua,
sed succus quidam pomorum: & idem
est de quocunq; succo herbarum &
radicum. ¶ Ambigere non licet, quin
sint alie species ab aqua, in quibus idcir-
co sacramentum Baptismi perfici non
potest.

B V. DIFFICULTAS.

Utrum haec sit conueniens Baptismi
forma: Ego te baptizo in nomine pa-
tris, & filij, & Spiritus sancti.

Explicata materia Baptismi, subse-
quitur de altera eius parte, quae est
forma: de qua sit conclusio affirmatiua
responsiua ad difficultatem, & scilicet:

C Forma conueniens baptismi est haec:
Ego te baptizo in nomine patris, & fi-
lij, & Spūs Sancti. & quidē si sensus qua-
estioni sit, quod forma praedicta adeo
est sufficiens, vt baptismi sacramentum
per illam collatum sit verum, siue per
alias formas dari possit siue nō. ¶ Hec
conclusio habetur expressē Marci vl-
timo: Baptizantes eos in nomine patris,
& filij, &c. Habetur etiam in conc. Flo.

D & de consecra. dist. 4. praesertim in
cap. in Synodo, & in canonibus Apo-
stolorum can. 49. & in c. ad abolen. de
haereti. vbi haereticus censetur, qui ali-
ter senserit de Ecclesiae sacramētis quā
sentit Romana Ecclesia. Cū igitur ipsa
vtatur hac forma, & in re tanti momen-
ti errare nequeat, consequitur vt haec sit
conueniens forma baptismi. ¶ & tenet
E hae conclusionē D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5.

Et probatur ratione. Nā in hac forma
explicatur causa efficiēs principalis, cū
dicitur: In nomine patris, & filij, & spiri-
tus sancti, & causa efficiens instrumēta-
lis per ly Ego: explicatur etiam perso-
na, quae baptizatur, per ly Te, & actus
baptizātis per ly Baptizo, ergo est coue-
niēs forma: quia nihil aliud requiritur.

Anno-

Annotandum est circa hanc conclu-
sionem, quod quauis requiratur quod
exprimatur actus ministri de necessita-
te sacramenti: non tamen de necessita-
te sacramenti est exprimenda persona
ministri. Erit tamen peccatum, omittere
ly Ego: veniale tamen propter paruita-
tem materiae, nisi fortasse graue subori-
retur scandalum. ¶ Quod tamen inde
merito suboriri nō potest, vt ait Soto. ¶
Ex quo patet, quod quando Alexander
3. in cap. 1. de Baptismo dicit, quod si quis
non dixerit: Ego te baptizo in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.
& non dixerit: Ego baptizo in nomi-
ne patris, &c. non perficit sacramentū:
intelligendum est quantum ad actum
ministri & exercitum: quia de hoc in-
terrogabatur Pontifex, quia tunc etiam
si lauaret re ipsa, & diceret: In nomine
Patris, & Filij, nisi actus ministri expri-
meretur, nō cōficeretur sacramentū: ¶
non autem quod ly Ego, sit de necessita-
te sacramenti explicandū in forma bap-
tismi. Secus est de persona baptizata: nā
explicatio illius in forma est de neces-
sitate sacramenti, & siue dicendo: Ego te
baptizo, vt in forma Latinorum dicitur:
siue: Baptizetur seruus Christi, vt di-
citur in forma Graecorum. Ita nanque
Concil. Florent. explicuit, & D. Thom. 3.
in 4. dist. 3. q. 1. art. 2. q. 3. & 3. p. q. 66. ar. 5.
ad 2. Cū enim ablutio sit quidam mo-
tus, necesse est, vt exprimatur terminus,
siue subiectum illius, in quo recipitur,
quod quidē, nisi persona baptizata ex-
plicetur, minimē fieri potest. ¶ Ly
Amen, non est de substantia, neque de
praepcepto, ita vt qui non dicit, peccet, ni-
si forte vbi particularis cōsuetudo hoc
haberet secundum Petrum de Palude.

Petrus de Palud.

2. conclus.

Sed dubium est: Utrum mutatio ver-
borum huius formae tollat sacramentū?
Ad hoc respondetur per aliquot cōclu-
siones, quarū prima sit: Illa variatio ver-
borum, quae non mutat sententiam, nec
sensum formae, non tollit sacramentū.
Probatur ex cap. Retulerunt. de conse-

A dist. 4. vbi Pontifex determinauit quod il-
le sacerdos, qui linguam Latinam peni-
tus ignorabat, & ex illa ignorantia pro-
tulit verba corrupte dicēdo: Ego te bap-
tizo in nomine patria, & filia, & spiri-
tua sancta, si errorem vel haeresim intro-
ducere non iutebat, verē baptizauit.
Nam illa mutatio non abstulit formae
sensum, cum illa oratio ex bonitate in-
telligentis, Trinitatem significet. Secus
autem erit de illa mutatione, quae senten-
tiam & sensum variat, & errorem indu-
cere intendit. Talis enim mutatio sacra-
mentum euacuat: vt si in forma quis di-
ceret: Patris maioris, quia tunc intētio-
ni Ecclesiae aduersaretur, quae baptizare
intendit in nomine & fide trium perso-
narum aequaliū: & similiter, si quis bap-
tizaret vt in casu praecedenti in nomine
patria, &c. intendens, Deum habere fi-
liam, non baptizaret. ¶ Neque conse-
craret, qui diceret: Hoc est quodam mo-
do corpus meum. ¶

Secunda conclusio: Si quis vteretur
hac forma Graecorū: Baptizetur seruus
Christi, vel: Baptizet te Christus in no-
mine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ve-
rum conficeret sacramentum. Hae cō-
clusio est D. Thom. 3. p. q. 66. artic. 5. ad 1.
Nam licet in 4. dist. 3. q. 1. art. 2. q. 2.
ad 1. sub dubio reliquerit, an forma Gre-
corum esset sufficiens, eo quod discor-
daret à ritu & forma Romanae Ecclesiae:
attamen in summa loco citato muta-
uit sententiam. Habetur etiam expressē
in Concilio Florent. Nam post quā Ro-
mana Ecclesia formam apposuit, statim
subdit: Nō negamus quin in forma Gre-
corum sacramentum conficiatur. ¶ Et
probatur ratione: quia in ea exprimitur
actus ministri cum inuocatione Trini-
tatis, quae sunt de necessitate formae, &
nihil aliud requiritur, igitur verum sa-
cramentum conficitur per illam for-
mam. ¶ Rationem verō, quare Graeci
Latinorum formam mutauerunt, assignat
D. Thom. vbi supra ad primum sci-
licet, ad euitandum errorem antiquorū,
D 5 qui

1. Corint. 1. qui virtutem baptismi attribuebant baptizantibus, dicentes: Ego sum Pauli, & ego Cephæ: & ideo proferunt formam per tertiam personam: Baptizetur seruus Christi talis in nomine Patris, &c. **T**amen qui modò ea vteretur apud Latinos contra vsum suæ Ecclesiæ, vix posset propter scandalum & suspensionem eximi à mortali, vt videtur sentire Adrianus in materia de Baptismo. q. 1. artic. 3. Prætergreditur namque formam, quæ ex necessitate præcepti obseruare tenetur. Sed nota quòd si hac forma quis vtens, excluderet actionem ministri, vt scilicet cum dicit: Baptizet te Deus, vel Christus, intelligendo quòd solus Christus baptizat, & non per suum ministrum: certè non conficeret sacramentum.

3. conclus. Tertia conclusio: Si quis adderet formam baptismi communi, scilicet: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hanc particulam: Et beatæ Virginis, vel beati Petri, & crederet, & vellet hoc esse de essentia formæ, nõ esset baptismus: secus autem si ex deuotione adderet.

Sed si quis mutaret verbum, Baptizo, in alia verba æquipollentia: Vtrum conficeret sacramentum?

4. conclus. Pro hoc sit quarta conclusio: Non tantum per verbum, Baptizo: sed etiam per ista verba, Abluo, Tingo, vel Mergo, verè conficitur sacramentum. Tenet hanc conclusionem Glo. de consecra. dist. 4. cap. Multi sunt, & est communis omnium doctorum sententia. Et ratione probatur. Quia in quolibet idioma te potest sacramentum confici, præsertim necessitatis sacramentum, qualis baptismus est: & probatur, nam alias in sola lingua Græca confici posset hoc sacramentum. Præterea, quia secundum Magistrum sententiarum, Baptizo idè importat, quòd tingo vel abluo. Præterea Apostolus ad Ephes. 5. Baptismum appellat lauacrum aquæ, licitum ergo est vti pro, baptizo, lauio.

Sed nunquid, si sit error in ministro circa personam, quæ baptizatur, videli-

A cet, si putans se Petrum baptizare, Baptizet Mariam, erit sacramentum? Pro hoc sit quinta conclusio affirmatiua, quam habet communis sententia, & probatur. Quia ad sacramentum Baptismi conficiendum satis est actualis, vel virtualis Ecclesiæ intentio, vt dictum est de sacramentis in genere, & qui baptizat non habet intentionem negatiuam, scilicet non baptizandi aliam quam illum, quem ipse existimat esse. Secus tamen erit in matrimonio, quòd quidem cum sit vinculum perpetuæ cohabitationis, errore substantiæ personæ vitiat. Et ratio discriminis est. Quia contrahens habet intentionem negatiuam, scilicet non aliam ducendi præter intentam ab ipso, vt in suo proprio loco differemus. **E** infra: & diffusè iam de sacramentis in genere differimus.

C Sed solet impræsentiarum paruum moueri dubium: Vtrum si quis in numero plurali diceret: Ego te baptizo in nominibus Patris & Filij, & Spiritus sancti, verum conficeret baptismum. Et vt huic dubio exactè respondere possimus, quid per ly In nomine, intelligatur, explicemus opus est. Quæ de re duas sententias in medium adducere oportet: Alteram Hugonis de sancto Victore 2. de sacramentis p. 6. c. 2. asserentis, quòd in nomine intelligendum est, id est, in fide, vt idem sit baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quòd in fide Patris & Filij, &c. Fides autem est quæ nobis præbet notitiam Patris, & Filij, & Spiritus sancti: quæ quidè non tantum interior, verum etiam exterior requiritur, iuxta illud ad Roma. 10.

E 10. Corde enim creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Et cum baptismus sit exterior fidei professio, vocatur sacramentum fidei, cum autem vna & eadem sit trium personarum fides (vt ait Apostolus Ephes. 4. vnus Dominus, vna fides, vnum baptismum) consequens fit, vt in nomine, & non in nominibus baptismus conferri debeat. Alteram

5. conclus.

Hugo de s. Victore.

Roma. 10.

Ephes. 4.

ram

glos. interlin. ram vero Glossæ interlinealis super vltimum cap. Matthæi, quòd per nomen inuocatio intelligitur, vt idem sit: In nomine Patris, & Filij, &c. quod: In inuocatione Patris, &c. Et quamuis hæc duæ explicationes contemnendæ nõ sint, præcipue cum veritati non aduersentur, mihi tamen (vt ingenuè loquar) tertia D. Thom. Th. expositio, quam statim probatione sequentis conclusionis adducemus, magis arridet.

6. conclus. Ad dubium igitur hac sexta conclusione in ordine respondetur: **T** Si quis diceret: Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti: non conferret baptismum. Hanc conclusionem habet D. Thom. q. 66. arti. 5. ad 6. & Palud. dist. 3. q. 1. artic. 3. & Hugo vbi supra. Et probatur ratione. Quia: In nomine, idem est secundum Thom. & communiter Doctores, quòd in autoritate, potestate, & virtute Patris, & Filij, & Spiritus sancti: sicut prætor id, quòd facit, in nomine, id est, autoritate regis facit. **A**t virtus quæ operatur in baptismo, ad essentiam sacramenti pertinet: vnde in nomine, non autem in nominibus proferri debet, siquidem vna simplicissima virtus Dei est, quæ in nomine intelligitur. Vnde vt exprimeretur vnitas essentiæ, & Trinitas personarum, dicitur in forma: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nomen enim hic non accipitur personaliter, sed essentialiter, & vt sic includit fidem, inuocationem, virtutem & omnia alia. **Q**uo fit, vt si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus sancti, perficeret quidem sacramentum, quia nõ ideo asserit esse plura nomina, sicut qui diceret in nominibus: sed idem essentialiter Dei nomen repetit commune tribus. Imo nec si dicatur: In nomine Trinitatis, erit Baptismus. Ratio est, quia sub nomine Trinitatis solum significatur personarum numerus, non autem ordo, & habitudo earum, & proprietates: non scilicet

D. Thom. Palud. Hugo.

D. Thom. cet exprimitur, an persona sint fratres, an verò nullum habeant ordinem ad fidem. Non enim tantum necesse est confiteri esse tres, verum & eo ordine distinguere, vt sint Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: similiter si intermittatur ly &, nisi interponatur eius loco ly q;, quòd ei æquipollet. Adde hinc, quòd si quis baptizaret in nomine Patris, & Christi, & Spiritus sancti non coarctando ad id, quòd est in quantum hominis, conficeret verum baptismum. Quia Christus etiam est persona diuina in quantum Deus: si autem diceret, Christi in quantum hominis, volendo eum tali ratione æquare Trinitati, baptismum vitia- ret. Nam quatenus homo non infundit gratiam propria autoritate (id est) increata, sicut in quantum Deus. Dubitatur præterea, quia persona Patris multis alijs nominibus significatur, nempe in nascibilis, genitoris: & persona Filij nomine geniti, & verbi: & persona Spiritus sancti nomine procedentis, & paracliti, & amoris, &c. vtrum conficiatur sacramentum dicendo: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque? **E** Et quidè præsupposita veritate, quòd inuocatio Trinitatis, siue sub noie Patris, & Filij, & Spiritus sancti: siue sub nomine Genitoris, Geniti, &c. necessaria est in baptismo, tum quia Christus ita voluit, ac instituit: tum verò quia baptismus est fidei Christianæ professio, atque omnium sacramentorum ianua. **Q**uo fit, vt si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus sancti, perficeret quidem sacramentum, quia nõ ideo asserit esse plura nomina, sicut qui diceret in nominibus: sed idem essentialiter Dei nomen repetit commune tribus. Imo nec si dicatur: In nomine Trinitatis, erit Baptismus. Ratio est, quia sub nomine Trinitatis solum significatur personarum numerus, non autem ordo, & habitudo earum, & proprietates: non scilicet

A cet exprimitur, an persona sint fratres, an verò nullum habeant ordinem ad fidem. Non enim tantum necesse est confiteri esse tres, verum & eo ordine distinguere, vt sint Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: similiter si intermittatur ly &, nisi interponatur eius loco ly q;, quòd ei æquipollet. Adde hinc, quòd si quis baptizaret in nomine Patris, & Christi, & Spiritus sancti non coarctando ad id, quòd est in quantum hominis, conficeret verum baptismum. Quia Christus etiam est persona diuina in quantum Deus: si autem diceret, Christi in quantum hominis, volendo eum tali ratione æquare Trinitati, baptismum vitia- ret. Nam quatenus homo non infundit gratiam propria autoritate (id est) increata, sicut in quantum Deus. Dubitatur præterea, quia persona Patris multis alijs nominibus significatur, nempe in nascibilis, genitoris: & persona Filij nomine geniti, & verbi: & persona Spiritus sancti nomine procedentis, & paracliti, & amoris, &c. vtrum conficiatur sacramentum dicendo: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque? **E** Et quidè præsupposita veritate, quòd inuocatio Trinitatis, siue sub noie Patris, & Filij, & Spiritus sancti: siue sub nomine Genitoris, Geniti, &c. necessaria est in baptismo, tum quia Christus ita voluit, ac instituit: tum verò quia baptismus est fidei Christianæ professio, atque omnium sacramentorum ianua. **Q**uo fit, vt si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus sancti, perficeret quidem sacramentum, quia nõ ideo asserit esse plura nomina, sicut qui diceret in nominibus: sed idem essentialiter Dei nomen repetit commune tribus. Imo nec si dicatur: In nomine Trinitatis, erit Baptismus. Ratio est, quia sub nomine Trinitatis solum significatur personarum numerus, non autem ordo, & habitudo earum, & proprietates: non scilicet

C Ad hoc dubium respondetur per septimam conclusionem, scilicet: Quòd quamuis Caietani opinio, quam habet pro parte affirmatiua in commentarijs 3. p. q. 66. artic. 5. circa septimum argumentum, sit probabilis, & cum secundum Florent. Concil. satis sit ad sacramentum baptismi conficiendum actum exercitum ministri cum Trinitatis inuocatione explicare, quòd quidem in hac forma obseruatur: **T** nihilominus, quia grauisimi doctores, videlicet D. Thom.

7. conclus.

Caieta.

D. Thom.

☞ Tho. in solut. 7. argumenti citati, ☞ & Alex. Alf. Alexan. Alenf. 4. p. q. 13. memb. 3. arti. 3. Altisiod. Altisiod. 3. lib. tract. 3. Scotus in 4. dist. 3. q. 2. Bonavent. ibidem q. 5. Durand. q. 2. S. Bonauē. Gabriel, & Ricard. in eadem dist. q. 3. artic. 3. Thom. de Argen. Thom. de Argen. ☞ tenent oppositum: idcirco dicimus quod si aliquis baptizaret sub ista forma: In nomine Genitoris, &c. talis sic baptizatus esset rebaptizandus sub conditione. Et ratione probatur. Quia in necessarijs ad salutem non opinionē probabilem, sed certam sequi oportet, ut certam nostram salutē faciamus. Quod autem hęc Caietani opinio non sit certa, probatur. Nam quando Deus aliquibus verbis pręstat seu cōfert virtutē aliquā, nō oportet nec decet talē virtutē extendere ad alia verba. Cōstituit autē Christus baptismū in illis peculiariter verbis, quę magis sunt in vſu in lingua, in qua fit baptismus, scilicet, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: non ergo certa est Caiet. opinio. Quare ☞ licet speculatiuē loquendo suslineri posset, practice verō ☞ non dubito hac forma utentē, mortaliter peccare: siquidem salutē baptizati periculo exponit. ☞ Cum enim nomina ista, Pater, & Filius, &c. sint personalia, & significant proprietates personales, & personas ipsas subsistentes, illa verō Genitor, Genitus, Procedens ab utroq; significant de formali actus notionales, scilicet, generare, genitum esse, & inspiratum esse: verba autem synonoma esse debeant, nec sufficiat esse æquipollentiā, sit consequens, ut tanta mutatio formam corrūpat. Et quia Con. Flor. in verbis præcedentibus iam declarauerat, tam in forma Latinorū quā Græcorū, apponi debere: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, idcirco cum postmodum ait, satis esse actum exercitum cum inuocatione Trinitatis exprimere, pręsupposuit quod prius dixerat, videlicet, quod fieret huiusmodi explicatio sub expressis nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ☞

A Sed an posset vnus minister plures simul baptizare? Pro hoc sit octaua conclusio: Quamuis vnus minister posset plures simul baptizare in necessitatis articulo sub hac forma: Ego vos baptizo in nomine Patris, &c. quia ly vos, tantū valet sicut te, & te: tamen non possunt plures ministri eundem puerum baptizare. Non enim in forma dici potest: Nos te baptizamus, quia tantū valet, sicut ego, & tu: & sic variatur forma. Secus si esset Episcopus, qui baptizaret, & diceret: Nos te baptizamus: & si quis baptizaret Regem, & loco ly, te, poneret, vos, quia tunc compertissimum, indubitatumque est omnibus, verum confici baptismum. Similiter non esset baptismus ☞ si baptizans esset mutus: quoniam quantumcunque mutus nutibus & signis se explicare conetur, baptizare nequit. Et oppositum asserere est hæresis manifesta: cum ipsamet veritas dicat: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Si enim, qui vnā Trinitatis personam explicare omittit, baptismum neutiquā conficere valet (ut habetur expresse in capit. In Synodo. de consecrat. distin. 4.) multominus mutus ipsum conficere valebit, qui nullam nominare potest. ☞ Item, neque si vnus verba proferret, & alter mitteret puerum sub aqua, ut si conuenirent duo ad eundem puerum baptizandum, quorum vnus esset mutus, & alter carens manibus: quia tunc forma istius dicentis: Ego te baptizo, esset falsa: ☞ siquidem non idem minister lauat puerum, & dicit verba. Sensus namque germanus, & legitimus illius dicti Christi: Baptizantes eos &c. est, ut idem qui dicit, faciat: & e conuerso, qui facit, dicat: faciat inquam nō partem, sed totum tam in forma Græcorum, quā Latinorum. ☞ Si tamen simul, & semel dum baptizant eundem puerum, quia contendunt de aliqua præbenda, ita tamen quod quilibet illorū singulariter sine dependentia ab al-

☞ ab altero summergat puerum cū prolatione verborum: ☞ dicendo: Ego te baptizo, ille, qui prius verba proferret ac finiret, daret baptismi sacramentum: alius verō quantumvis ias baptizandi haberet, nihil faceret: & si verba pronūciare præsumeret, esset puniendus tantūquam rebaptizator. Si verō omnino simul ambo verba proferrent, & hominem immergerent, aut aspergerent, verus esset baptismus, peccarent tamen non seruando ritum Ecclesię, & essent puniendi de inordinato modo baptizandi: non autem propter iterationem baptismi, cum vterque intenderet baptizare non baptizatum: & vterque quantum in se est baptizaret, eō quod vterq; tūc applicaret debitam materiam, & integram formam cum debita intentione, & subiectum est capax baptismi, cum non sit baptizatum. Si autem diceret: Nos te baptizamus, adhuc videtur mihi distinguendum esse: nam forma hæc duplicem sensum habere potest. Alterum: Ego te baptizo, & ille te baptizat. Et quidem si ista secunda pars tanquam impertinens intendatur, sicut si quis diceret: Ego te baptizo, & iste tenet librū, verus conficitur baptismus, quia quilibet per se est minister independens ab alio, & ad totum effectum conferendū sufficiens. Per accidens enim duo concurrunt ad eundem puerum baptizandum, sicut ad eandem hostiā consecrandam. Si autem complexim duo proferant illam formam: Nos te baptizamus, &c. ita ut illa secūda pars sit necessaria, ambarumque intentionum, vtrāque ab altera per se pendet, quasi per se vterq; adiutoriū alterius exposulet, ☞ & sint duo ministri partiales, non verum conferunt baptismum: quia ministri verba & lotiones in sacramentis agunt ut instrumenta causę liberę, scilicet Dei, & in eius virtute, & prout ipse vult, qui cōstituit, ut sicut vnus est Christus, ita oportet esse vnum ministerium, &

A nō diuisum in plures. Propter quod signanter Apostolus dicit Eph. 4. c. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, & non ut causę naturales, ut potē quę virtute naturali secundū vltimum potētiam agunt, in quibus quicquid vnus potest, facere possunt multi simul. ☞ Vtrum autem aliquis seipsum baptizare posset, dicendo: Ego me baptizo, facile respondetur negatiuē: mutatur enim tunc forma, & ratio a priori nulla assignari potest, nisi quia Christus ita voluit: scimus autem ita voluisse ex traditione, ac vſu Ecclesię perpetuo, præterquam quod est expressa Pontificis diffinitio in cap. Debitum. De baptismo, & eius effectu. Ratione etiam probatur, nam cum baptismus sit quædam spiritalis regeneratio, & generatione naturali nullus seipsum generare valeat, fit, ut nec generatione supernaturali, quę fit per baptismum quis seipsum generare queat. Et hoc ipsum Christus Dominus docuit nos exemplo suo: siquidē a Ioanne baptizari voluit, & idē in alijs sacramentis obseruare necessum est. Nemo enim seipsum confirmare, aut ordinare, aut absoluere, aut inungere valet. ☞

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum, in nomine Christi, scilicet dicendo: Ego te baptizo in nomine Christi, possit dari baptismus?

AD hanc difficultatem, omiſſa opinione grauisimorum Doctorū, videlicet, ☞ Ambrosij lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. ☞ & Magistrī senten. in 4. dist. 3. & Alexand. Alenf. & Antisiod. in locis in præcedente difficultate citatis, & Hugō de Sancto Victore lib. 2. de sacramentis parte. 6. cap. 3. Adriani. q. 2. de forma baptismi & Caietani. in commentarijs in D. Thom. q. 66. arti. 6. qui omnes vnanimiter asserunt, quod qui nunc vteretur illa formā, verum conferret

Coe. unica.

D. Thom.

Con. Flo.

Didimus.

¶

¶

Soto.

¶

Marfi.

ferret baptismum: omiſſa (inquam) hac opinione, hac vnica conſuſione reſpōdetur: Si quis prætermittat aliquam Trinitatis perſonam in formã baptiſmi; nõ conficiet ſacramentum. Hęc conſuſio præter hoc, quod eſt D. Thom. loco citato, & communis doctorum ſententia; habetur diffinita in Concil. Florent. vbi ponitur forma baptiſmi data à Chriſto; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ¶ Item Didimus in libr. de Spiritu ſancto: Si quis, inquit, ita baptizare conetur, vt vnum ex prædictis nominibus trium perſonarum omittat, ſcilicet, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſine perfectione baptizabit. ¶ Habetur etiam in cap. In Synodo, & in cap. Multa, & c. De vera, de confec. diſt. 4. vbi dicitur, quod baptizati in nomine Chriſti, ſunt ſine aliqua difficultate rebaptizandi: & quod ſi quis vnã de Trinitate perſonam in baptiſmo non nominaret, illud baptiſma verũ eſſe non poſſet. Nec valet gloſa Caietani, qui ait, Papam ibi intelligere, ſiquis Trinitatem explicite, vel implicite, non nominauerit: quia non ſufficit per vnã perſonam alias intelligere: nec ſufficit, vt Trinitas in forma implicite importetur. Nam forma debet eſſe ſenſibilis: quemadmodũ requiritur quod materia, cui talis forma applicatur, ſit ſenſibilis. ¶ Vnde ſi quis diceret: Ego te baptizo in nomine Trinitatis, baptiſmi ſacramentum non conficeret: quod multis argumentis probat Soto contra Caiet. ¶ Quocirca ſi apud aliquem ſanctorum inueniatur, baptiſmum in nomine Trinitatis ſufficere, intelligitur expreſſis tribus nominibus, ſcilicet, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt bene ait Marſi. q. 3. arti. 4. quia ſub nomine Trinitatis ſolum ſignificatur perſonarum numerus, non autem ordo earum & proprietates, nempe an ſint fratres, an Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Ex his à fortiori elicitur, quod ſi quis baptizaret ſub hac forma: Ego te baptizo in nomine Dei, & ſanctæ verę

A que crucis, quod & peccaret mortaliter, niſi ignorantia excuſaretur, & ſic baptizatus eſſet rebaptizandus. Cuius contrarium tenet D. Bernard. in epiſto. 340. nam ſentit, quod in nomine Dei commendatur miniſterium Trinitatis, & in nomine crucis paſſio Chriſti. Sed in hoc nullo modo eſt audiendus. ¶ Prætereã, quia Chriſtus non totam Trinitatem importat: non enim importat Patrem, ſed duntaxat vnctum. Poſtremo patet, nam in baptiſmo, quo baptizatus fuit Chriſtus, tres perſonę diſtincte ſenſibiliter apparuerunt, nempe Pater in voce, Filius in carne, & Spiritus ſanctus in columba. Cõfirmatur vltimo ex vſu Eccleſiæ: ter namque interrogatur ille, qui baptizatur, ſcilicet, an credat in Patrem, & an credat in Ieſum Chriſtũ, & an credat in Spiritũ ſanctũ: & poſtquã ad ſingula reſpondet: Credo, baptizatur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: ad designandum, quod ſicut diſtincta perſonarum requiritur conſeſſio in baptizato, ita earũdem exigitur expreſſio in forma. ¶ Nec ſufficit nutibus aut ſignis, aut ſcriptura perſonas diuinas explicare: ſed neceſſe eſt, vt verbis, & voce exteriori explicentur: ¶ requiritur ergo forma ſenſibilis ſicut materia. Nec obſtat id, quod obijcitur ex illo, quod habetur in cap. A quodam Iudæo, de confec. diſt. 4. vbi dicitur quod baptizati in nomine Chriſti, non ſunt rebaptizandi. Pro cuius elucidatione annotare oportet canonem certiffimum, ſemperque ob oculos habendum, videlicet, quod aliud eſt loqui de his, ad quæ directè Summus Põtifex reſpondet tanquã quaſita & conſultata ab ipſo, & aliud de his, quæ tanquã particularis doctor Summus Pontifex admifcet inter reſpõdendum. Nam quod Pontifex directè reſpondet, eſt habendum in magno pretio, & tanquã de fide tenendum, de quo nulli licet vnquam dubitare: ſed alijs verbis, quæ in deciſione quaſtionis admifcet, non neceſſum eſt nos eſſe

D. Bernard.

¶

¶

¶

aſtrictos

Cõ. Vien.

Con. trid.

D. Thom.

aſtrictos: tanquã determinationi fidei, quia illa non fuerunt propoſita in quaſtione. Exemphi gratia in cap. Maiores. de baptiſmo, & eius effectu, & in Clementina vnica, de ſumma Trinitate, & fide catholica dicitur, quod in baptiſmo infunditur gratia, & infunduntur ſimul quantum ad habitum: attamen nõ nulli doctores Catholici circa infuſionem iſtorum habituum dubitant, & opinantur non dari, ſaltem de virtutibus moralibus, neque ob id damnari putamus: quia non contra Pontificis determinationem, ſed contra hominis ſententiam opinantur, qui velut homo ibi, quod probabile videbatur, dixit. In Concilio namque Viienſi propter paruulos ante vſum rationis ſacro fonte intinctos, ſanxerunt vt probabilius: & nuper in Concilio Trident. vt certius dicitur, qualitates illas, quæ ſunt gratia & virtutes baptizati, infundi. Solum in illo cap. Maiores. conſultabatur Põtifex, an per baptiſmum tolleretur peccatũ originale, & an prodeſſet paruulis ad ſalutem: quia quidam hæretici dicebant, quod non, & contra illos fuit ibi poſita Summi Põtificis determinatio, quod nulli hoc dubitare, vel opinari liceat. Sic etiam in. c. A quodam Iudæo, noluit Summus Pontifex determinare de fide, quod baptizati in nomine Chriſti, non eſſent rebaptizandi, quia de hoc nõ conſultabatur, ſed ſolum determinauit de fide, quod baptiſmus collatus à quocũque homine, ſiue pagano, ſiue Chriſtiano, dummodo intendat facere, quod Eccleſia intendit, eſt verus baptiſmus, quia de hoc conſultabatur. Non obſtat etiã id, quod obijciunt tenentes cõtrariam ſententiam, quod Apoſtoli baptizabãt ſub illa forma in nomine Chriſti. Nam non oportet geſta omnia Apoſtolorũ ad noſtra referre tempora. Alia enim erant tunc licita, quæ modo non ſunt, & econuerſo, vt D. Thom. dicit vbi ſuprà. Nam quemadmodum etiã ſi Apoſtoli tunc verum confirmationis ſacra-

A mentum abſque baſſamo, & forma, quã nunc vtimur, per ſolam manus impoſitionem conferrẽt: tamen ſi modò quis ea vteretur, nihil faceret, quia iam cellauit ratio, ob quam illa forma vtebantur. Ita ſi in nomine Chriſti Apoſtoli in primitiua Eccleſia baptizabãt: illud erat ex inſtinctu Spiritus ſancti, peculiarique diſpenſatione, ac reuelatione eius, qui virtutem ſuam non alligauit ſacramentis. Quod manifeſtè apparet, ſiquidem Chriſtus præceperat baptizare: In nomine Patris. & c. contra inſtitutionẽ autem diuinã nemo, niſi ex diſpenſatione agere poteſt. ¶ Cum ergo Apoſtoli eſſent ſancti, ac pleni Spiritu ſancto, & in nomine Chriſti baptizarent, euidenter elici videtur diſpenſatum fuiſſe cum illis. Nec valet dicere, quod vtebantur illa forma non ex diſpenſatione, ſed ex eo quod Euangelicæ formæ æquipollebat, ſcilicet in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: nã aliàs quandoque in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quandoque verò in nomine Chriſti baptizarent. At vero tempore illo propè aſcenſionem Domini nõ legimus eos baptizãſſe, niſi in nomine Chriſti. Signum igitur eſt habuiſſe diſpenſationem baptizandi pro illo tempore ſub illa forma: In nomine Ieſu Chriſti, voluit namque Dominus cum Apoſtoliſ diſpenſare, vt nomine Chriſti baptizarent, vt ſcilicet nomen ipſius Chriſti, quod tunc tẽporis erat odioſum Iudæis, & Gentilibus, honorabile, amabileque redderetur per hoc, quod ad eius inuocationem Spiritus ſancti viſibiliter deſcendebat in baptiſmo, vel forſitam quia non poterant Apoſtoli facile perſuadere hominibus barbaris notitiam Trinitatis. Nunc autem, ceſſante iam cauſa illius diſpenſationis, quia nomen Chriſti eſt omnibus amabile, ceſſauit etiam illa diſpenſatio. Vnde dicit D. Thom. vbi ſuprà, quem ſequuntur Durand. & Gabri. quod quando eſſet eadem cauſa, quæ fuit tempore Apoſtolorum,

¶

¶

D. Thom. Durand. Gabr.

ſtolorum,

stolorum, posset conferri baptismus in nomine Christi. Imo etiā si talis causa non adesset fortassē, modo apud Indos infulos, & quoscuque infideles apud quos Euangelij prædicatio inciperet, vti hac forma liceret. Non tamen expedit, & sic nullus (vt credo) ea vti audebit, nisi eadem causa adesset.

VII. DIFFICULTAS.

Utrum immersio in aqua sit de necessitate sacramenti baptismi?

Præclus.

Ad hanc difficultatem est conclusio: Baptismus fieri potest per aspersionem, immersionem, vel effusionem. Probatur, nam cum aqua ad corporis ablutionem assumatur, ablutionem autem non tantum immersione: verum etiam effusione, & aspersione posse fieri conspicuum sit omnibus, fit, vt baptismus in qualibet illarum celebrari, ac conferri queat. Peccaret tamen qui non seruaret ritum suæ Ecclesiæ, ac diocesis. Vnde, vbi est consuetudo baptizandi per immersionem, non potest quis alio modo baptizare puerum, nisi in vr gente necessitate, scilicet, vel quia aqua est pauca, & sic non potest fieri immersio, vel propter debilitatem pueri: nam tunc ex immersione imminere posset periculum mortis: vel propter debilitatem ministri, qui non potest sustentare baptizandum, vel propter magnam baptizandorum multitudinem: aliqua enim istarum necessitatum concurrente, satis esset baptizare per aspersionem. Et nota, quod si quis aspergatur aqua attingente ipsam carnem, tanta scilicet, quanta sufficit, vt homo dicatur abluui, verè baptizatur, quia baptizo in diffinitione significat tingere, mergere, & aspergere: non enim in diffinitione abluui sumitur strictè, sed largo modo pro aspersione, vel tinctione. Imo si tantum capilli capitis, aqua sufficienter perfundatur, crediderim esse baptismum, quia

A capilli suo modo partes sunt capitis, & illisque lotis, lotum dicitur caput. Ita enim habet Magister Soto in 3. d. sui 4. quæst. vnica, artic. 7. Dicit tamen, quod non est condemnandus scrupulosus homo qui sub conditione huiusmodi baptizatum rebaptizaret. Quando verò aqua, vel effusa, vel aspersa, nullam partem corporis tangit, neque capillos, sed dumtaxat vestes, & si non desint qui affirmant esse baptismum, existimo tamen vt tutius, non esse baptismum. Nam expressè D. Thom. in 3. p. q. 68. artic. 11. dicit, quod de necessitate baptismi est, quod baptizandi aliquo modo aqua abluantur. Probatur ex dicto illo August. Aqua baptismi corpus tangit, & cor abluuit: sed hic non tangit corpus, quia in communi modo loquendi talis non dicitur lotus, ergo nec cor abluuit. Quando autem solum vestes tangit, verè ille non abluuitur; quare forma absque dubio videtur esse falsa, ac ex consequenti non esse baptismum.

B Secunda conclusio: Baptismus fieri potest per trinam immersionem in aqua, & per vnam tantum, secundum consuetudinem vniuscuiusque Ecclesiæ. Nota tamen quod in locis vbi est consuetudo baptizandi per immersionem trinam; si ante secundam, vel tertiam immersionem puer moriatur, imo etiam si non moriatur, & etiam si sacerdos intendere ritum suæ Ecclesiæ seruare, dicta iam & finita forma integra baptismi, vere baptizatus est talis puer; imo etiam si ex ignorantia trinam immersionem iure diuino necessariam esse existimaret, modo intentionem faciendi quod facit Ecclesia, haberet, verum baptismi sacramentum conferret, nisi baptizans per trinam immersionem tantum, & non alias intenderet baptizare, tunc namque non esset baptismus, quia deficit ministri intentio: sicut si quis intenderet consecrare quinque hostias tantum, & non plures nec pauciores, si essent quatuor

quatuor vel sex, nulla maneret consecrata. Et patet quod nisi habeat hanc intentionem, vna immersio sufficit: nam sepultura Christi vna immersione, aspersione, vel effusione quodammodo significatur: & certum est quod si vna die tantum fuisset mortuus satis esset ad nostram salutem: triduum namque solū fuit necessarium ad ostendendam veritatem mortis. Hæc sententia est Domini Caietani in commentarijs. 3. p. q. 66. artic. 8. ad. 3. Et probatur ratione: quia ecclesia intendit tres immersiones, non tanquam ex necessitate sacramenti, sed tanquam quamdam ceremoniam illius ecclesiæ, vbi est talis consuetudo.

Caieta.

3. conclus.

Tertia conclusio: Diuersis temporibus, ex nouis vrgentibus causis, quandoque per ecclesiæ sanctiones, baptismum per trinam immersionem fieri, quandoque verò per vnam ordinatum fuit. Hæc conclusio probatur: nam in principio orientis ecclesiæ ad confutandam hæresim quorundam de trinitate male sentientium, scilicet, Christum purum hominem esse, vt Arriani sentiebant, modus baptizandi trinam immersionem, in nomine patris, & filij, &c. institutus fuit, vt habetur de consecra. dist. 4. cap. Si quis presbyter; qui est inter canones Apostolorum cano. 49. vbi sacerdos aliter baptizans deponi iubetur, ac subinde mortaliter peccabat, cum tam grauis poena non nisi pro peccato mortali infligi soleat. Postmodum verò orta hæresi Donatistarum rebaptizantiū eos qui erant ab hæreticis baptizati, in odium huius hæresis inhibita fuit trinam immersio, iustumque est, sub vna dumtaxat immersione baptizare, vt videre est in. 4. Conci. Toletæ. can. 5. Tandem cessante huiusmodi causa, communiter seruatur trinam immersio. Ex quibus iam aperte colligitur, esse de fide quod nec trinam immersio neque vnica est de substantia baptismi, cum fieri possit per aspersionem, effusionem, & quomo-

Con. Tolet.

A docunque saluetur ablutio, vt determinat Diuus Gregorius lib. primo registri epistola. 41. Ex quo rursus elicitur, quod si aliquando reperiamus apud Pontifices & sanctos præceptum esse de trina immersione, de positio humano præcepto debet intelligi pro illo loco & tempore quo ecclesia illud habuit. Si autem aliquis, vt Pelagius Papa Gaudentio episcopo scribens, euangelicum præceptum ipso Domino Iesu Christo tradente esse dixerit, facile cum D. Thom. quæstione. 66. articulo. 8. ad. 2. respondetur, quod Pelagius intelligit, trinam immersionem esse de mandato Christi in suo simili, in hoc scilicet, quod Christus præcepit baptizari in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, non tamen est similis ratio de forma, & de vsu materiæ. Similiter, cum Basilius in lib. de Spiritu sancto cap. 27. dicit esse traditionem Apostolicam absque scripto, quod Baptismus in trina immersione fiat, non est intelligendum quod sit traditio ad substantiam baptismi necessaria, sed tanquam ceremonia quædam sancta, & pro tempore & loco vbi viget obseruanda.

D. Grego.

Pelagius.

D. Thom.

Basilius.

D Nota etiam quod in patria vbi est consuetudo baptizandi per trinam immersionem, non est dicenda forma ter, sed semel in omnibus tribus immersionibus: nam alias rebaptizaret quantum in ipso esset. Vnde immersiones illæ debent citò perfici, & forma aliquantum morosè proferri, vt omnia simul fiant moraliter.

E Quarta conclusio: Quantumcunque aliquis indubitanter sciret puerum esse moriturum, si tamen per immersionem in aquam citius credat quod moreretur, nullo modo debet illum immergere; imo etiam si alter illum baptizare non posset nisi in puteum mittendo, quia non est aqua alia in loco illo, non liceret illum mittere in puteum, neque si mitteret, baptismus esset.

4. conclus.

E. esset.

esset. Hæc conclusio est communis omnium Doctorum, eam enim tenet Scotus in. 4. distinctione. 5. quæstione. 3. & Syluest. verbo Baptismus. 4. §. 10. & Marsilius. quæstione. 4. Et ratione comprobatur: quoniam baptismus est ablutio: at verò immersio illa in casu posito potius suffocatiua quàm immersiuæ esset; & salus spiritualis in tali casu neutiquã præferenda est saluti corporali, quia occidere de se est intrinsecus malum & prohibitum: vnde propter nullum finem licitum esse potest, cum (teste Paulo) non sint facienda mala vt inde veniant bona. **¶** Scio tamen Gabrielem in. 4. distinctione. 4. quæstione. 2. dub. 4. tenere contrariam sententiam, nempe illum esse baptizatum, etiam si simul cum animo faciendi quod facit ecclesia baptizandi puerum, haberet animũ illum suffocandi, licet mortaliter peccaret, quia in ministro non requiritur intentio recta moraliter, sed recta sacramentalis sufficit, vt supra de sacramentis in genere docuimus. Item quia cum ibi adsit debita materia, & debita forma, cum intentione ministri, per accidens est quòd simul intendat occidere. Probabiliorem tamen ac veriorẽ opinionem communem esse arbitror, eo quòd baptismus ad baptizati vitam ordinatur: illa autem immersio per missionem in puteum ad mortem ordinatur. Secundum tamen vtramque opinionem, si puer mortem euaderet, esset sub conditione ad cautelam pro securitate maiori rebaptizandus. **¶** Esset tamen baptizandus puer qui sic periclitatur per asperionem, si adsit aqua ad illum aspergendum: timendum namque non est quòd ex asperione mors acceleretur, cum asperio de se non mortifera, nec suffocatiua sit.

¶ Quinta conclusio: Licet non sit de necessitate sacramenti caput baptizandi aspergendum, tamen quando commodè minister potest immergere, vel aspergere caput pueri, illud obseruare

A debet, quia est pars principalis, vbi vigent sensus interiores, & exteriores. Vnde de si extra necessitatis articulum baptizaret aliam partem solam, relicto capite, graue peccatum committeret, & forsitan mortale, quia contra communem ecclesiæ consuetudinem in re graui ageret.

Notandum est, quòd nisi periculum mortis immineat, tota natiuitas, seu egressio pueri ex vtero est expectanda: illo tamen imminente, si caput prodierit, in quo omnes vigent sensus, tutò fieri potest baptismus si aspergatur aqua cum debita forma: & natus postea non est amplius baptizandus. Si verò manum, vel pedem prius emiserit, aspergatur illa pars aqua cum verbis baptismi, & sic Deo commendetur. Si tamen egressus ex vtero, vixerit: esset iterum baptizandus, sub conditione tamen. Si est baptizatus, &c. Et si non est baptizatus, &c. Ratio est quia talis communiter à Doctoribus non reputatur baptizatus. Et hæc sententia est D. Thom. in 3. p. q. 68. ar. 11. ad. 4.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum sint plura baptismata.

AD hanc difficultatem est conclusio prima: Tria baptismata conuenienter ponuntur, scilicet flaminis, sanguinis, & aquæ. Hanc conclusionem tenent omnes Doctores indiscriminatum D. Thom. 3. p. q. 66. art. 11. & glossa super epistolam ad Hebræ. **¶** Et August. 4. lib. de Baptismo contra Donatistas. c. 22. cuius verba recensentur de consecr. dist. 4. c. Baptismi vicem. & lib. 13. de ciuitate. c. 7. & D. Bern. epistola. 77. ad Hugonem, & epistola. 60. De qua re latissimè agit Thomas Vval. tomo. 2. de sacramētis. c. 98. **¶** Et martyriũ dicitur baptismus sanguinis ab effectu effusionis eius: motus verò cordis appellatur baptismus flaminis à causa, quia flamine Spūs sancti

cti inspiratur: sed baptismus aquæ à sua materia sumit nomen fluminis. Duo prima, Baptismata dicuntur, quoniam baptismi aquæ vices suppleant, vt sunt conuersio in Deum in habētibus vsum rationis, vbi includitur baptismi votũ, vel formaliter vel virtualiter, ac martyriũ. Breuiter, omnis actus qui originalis peccati est remissiuus, atq; adeo qui baptismi votum formaliter aut virtualiter includit, Baptismatis appellatiõẽ meretur. **¶** Quo fit vt martyriũ susceptũ, vel contritio habita post baptismum, propriè & in rigore baptismatis sanguinis vel flaminis nomen non mereatur. **¶** Et quidem de baptismo flaminis habetur apud D. Aug. lib. 4. de Baptismo paruulorum, cuius verba habentur. 15. q. 1. cap. Firmisimè, & ibi glossa. Et actũ. 1. vos autem baptizabimini non post multos hos dies Spiritu sancto. De baptismo sanguinis habetur Marci. 10. Potestis baptizari (inquit Dominus) baptismis quo ego debeo baptizari? Et iterum, Baptismo meo baptizabimini. **¶** Et Lucæ. 12. Baptismo autem habeo baptizari? & quomodo coarctor vsque dum perficiatur, & loquebatur Christus Dominus de morte sua. **¶**

¶ Secunda conclusio: Non quæcunque conuersio in Deum, quæ sufficiens est ad gratiæ infusionem, vocatur baptismus flaminis, sed solum illa conuersio & poenitentia quæ habet annexum propositum baptismum aquæ suscipiendi quando adfuerit facultas. Itaque quando aliqua actio dat sanctificationem homini, quam per baptismum aquæ susciperet, dicitur baptismus flaminis; sicut actio qua adultus vult baptizari, aqua deficiẽte. Quia voluntas baptismi pro eius factõ reputatur: tenetur tamen postmodũ opportunitate data ipsum suscipere. Quo fit, vt si quis cũ primum peruenit ad vsum rationis, in Deũ se couertat, nihil sciens de fide aut de baptismo, gratiam consequeretur, sed non esset baptizatus baptismis flaminis. Si nondum ha-

A buerat propositum baptismum aquæ suscipiendi formaliter, vel virtualiter: diceretur tamen poenitentia. Et idem dicendum est de martyrio, quando non præcessit annexum propositum suscipiendi aquæ baptismum: nam tunc diceretur martyrium, non tamen baptismus sanguinis. Tenet hanc sententiam D. Thom. & adducit ad hoc probandũ D. Thom. August. 4. li. de baptismo paruulorum. **¶** Probat etiam hanc sententiã pulcherrimè Thomas Vvald. lib. de Sacramentis. cap. 103. & 104. & 105. Et ratione probatur: quia non potest patere aditus ad regnum cœlorum nisi per baptismum aquæ in re vel in voto, vt ex Domini sententia Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. constat. Vnde, hæc duo baptismata quodammodo agunt in virtute aquæ baptismi. Quo fit vt in sanctificationis in vtero, & in innocētibus occisis pro Christo nullus fuerit baptismus propriè & in rigore, secus largè & communiter loquendo.

¶ Sed de martyrio solet hic moueri dubium, vtrum sit sacramentũ. De qua re sunt tres opiniones, quarum prima est Armachani lib. 8. de quæstionibus Armeniorum. cap. 37. quem Adrianus sequitur in. 4. in materia de baptismo quæstio. 3. asserunt enim, Martyrium non conferre gratiam, nec augmentum illiusex opere operato, nec per modum operis operati, sed solum ex opere operantis, sicut eleemosynæ, ieiunia, & aliæ meritoria operationes. Vnde consequenter doctores isti affirmant, illos innocentes tantum occisos pro Christo, qui antea circumcisi erant, consequutos fuisse salutem; cæteros verò minimè. Probat etiam, quia martyrium non sacramentum, sed tantum opus virtutis, fortitudinis & charitatis est: at verò opus virtutis nisi charitate sit informatum, neutiquã gratiam aut illius augmentũ cõferre valet. Cũ igitur (inquiunt) occisio illa charitate per actum propriũ informatã nõ esset, cõsequitur vt nihil illis profuerit.

E 2 Confir

Scotus.

Syluest. Marsilius.

Ad Rom. 3.

¶ Gabriel.

D. Thom.

D. Thom. D. Aug.

D. Bern.

Vvald.

¶

¶

¶

D. Aug.

Actũ. 1.

Marci. 10.

¶ Lucæ. 12.

¶ 2. conclus.

D. Thom. August.

Vvald.

1047. 3.

¶

Opinio. 1. Armachanus. Adrianus.

1. Ad cor. 13. Confirmatur ex Apostolo. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum; &c. charitatē non habeam, nihil mihi prodest.

Opinio. 2. Secunda opinio est veluti media, distinguens inter paruulos & adultos: dicit enim primo hæc opinio quod martyrium non est sacramentum; & tenet eam Durandus in. 4. dist. 4. q. vlt. de Baptismo, Petrus à Palud. q. 3. Gabri. q. 2. Adria. q. vlt. de Baptismo. Magister Cano in relectione de poenitentia, & mul-

D. Thom. illam amplectitur, imò videtur esse expressa D. Thomę sententia. 3. p. q. 66. ar. 11. ad. 2. & 22. q. 124. art. 2. Breuiter hæc est cōmunis in scholis sententia. Et rationibus probatur, tū eadem ratione, qua probatur prima opinio, quia martyrium est actus fortitudinis & charitatis, tū etiā, quia hoc ipsum intelligit ista opinio etiam de pueris per circumcissionem, vel per baptismum alias non iustificatis, contra primam sententiam: Omnes enim innocentes occisos pro Christo siue circumcisos, siue incircuncisos, absque distinctione aliqua celebrat ac veneratur Ecclesia tanquā sanctos. Sicut si modo aliquod castrum cōbureretur à Turca, infantes illic mortui pro Christo, siue baptizati siue non baptizati, salui fierent, quāuis illud martyriū non esset sacramentum.

¶

Quia licet per illud detur pueris gratia sine ipsorum merito, illud tamen fit quia Deus supplet defectum puerorum libero arbitrio ac vsu rationis carentium ad votū emitendum: voluit enim Deus illorum martyriū acceptare ex peculiari priuilegio ad originalis peccati remissionē. Vnde non confert gratiam ex opere operato, sicut nec baptis^m flaminis: adultis etiā non datur maior gratia per actum exterioris martyrii, quam per actum interioris meretur, licet per illum consequatur premium quoddam accidentale: at verò sacramenta gradum aliquem gratiæ adultis conferunt præter ipsorum meritum ex opere operato. Præterea quia martyrium non habet facere de attrito

contritum, vt sacramenta faciūt, nec materia & forma sunt martyrio necessarię sicut in sacramentis. Constat igitur iam ex dictis martyriū non esse sacramentū.

Hinc sequitur, quod martyrium pro Christo susceptum sine charitate non confert gratiā. Vnde, si quis attritus tantum pateretur pro Christo, absque proposito suscipiendi baptismum, & moriendi pro Christo, non susciperet gratiam, vt expressè tenet D. Tho. q. 66. art. 12. ad secundum, & idē tenet Thomas Vval. vbi supra.

¶ Tertia opinio est, quod martyriū habet hoc priuilegiū, vt si qui illud patitur, obicem gratiæ non ponat, ipsam recipiet, quasi ex opere operato, siue adultus, siue paruulus sit: itaq; in ea dispositione in qua si baptismum vel aliud sacramentum susciperet, iustificaretur, etiā iustificatur per martyrium; vt si Petrus attritus dormiens pro Christo occidatur, sicut per aquę baptismum iustificaretur, ita per martyrium. Hanc sententiam tenet Caiet. in comm. 3. p. q. 87. ar. 1. ad. 2. & Soto in. 4. dist. 3. q. vnica. art. 11. & dist. 15. q. 2. ar. 1. & etiam eam videtur tenere D. Th. illic, cum dicat quod passio pro Christo suscepta vim baptismi obtinet, & idē purgat ab omni culpa veniali & mortali, nisi inueniat voluntatem actualiter peccato inhaerentem, sed dormiens attritus non habet talem voluntatem, ergo purgabitur ab omni peccato. Secus si peccauerat mortaliter, & postea nec contritionem, nec attritionē haberet, quia tunc etiam si pro Christo mortem pateretur, nō iustificaretur. Et hanc sententiam existimo esse valdē probabilem, siquidem opus martyrii, maximum ac signum maximæ charitatis esse, omnibus perspicuū est: ait enim Dominus Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Credendum igitur est, huiusmodi opus habere se ad modum operis operati facientis ex attrito contritum, ac subinde hominē iustificantis, ita vt licet à principio fuerit informe, & sine

Opinio. 3. habet hoc priuilegiū, vt si qui illud patitur, obicem gratiæ non ponat, ipsam recipiet, quasi ex opere operato, siue adultus, siue paruulus sit: itaq; in ea dispositione in qua si baptismum vel aliud sacramentum susciperet, iustificaretur, etiā iustificatur per martyrium; vt si Petrus attritus dormiens pro Christo occidatur, sicut per aquę baptismum iustificaretur, ita per martyrium. Hanc sententiam tenet Caiet. in comm. 3. p. q. 87. ar. 1. ad. 2. & Soto in. 4. dist. 3. q. vnica. art. 11. & dist. 15. q. 2. ar. 1. & etiam eam videtur tenere D. Th. illic, cum dicat quod passio pro Christo suscepta vim baptismi obtinet, & idē purgat ab omni culpa veniali & mortali, nisi inueniat voluntatem actualiter peccato inhaerentem, sed dormiens attritus non habet talem voluntatem, ergo purgabitur ab omni peccato. Secus si peccauerat mortaliter, & postea nec contritionem, nec attritionē haberet, quia tunc etiam si pro Christo mortem pateretur, nō iustificaretur. Et hanc sententiam existimo esse valdē probabilem, siquidem opus martyrii, maximum ac signum maximæ charitatis esse, omnibus perspicuū est: ait enim Dominus Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Credendum igitur est, huiusmodi opus habere se ad modum operis operati facientis ex attrito contritum, ac subinde hominē iustificantis, ita vt licet à principio fuerit informe, & sine

ne charitate, in fine tamē charitate informetur. Vnde Paulus intelligit quādo nec in fine charitate informatur. Præterea, quia cū iuxta secundam opinionem, innocens tam incircuncisus quā circumcisus detur gratia, eadem ratione dabitur adultis non ponentibus obicem. Nec valet dicere quod non est eadē ratio de adultis & paruulis, eō quod adulti actuale peccatum, pueri autē ante vsu rationis tantum originale habent. Non inquam valet, nam adulti si attriti ad baptismum accedant, non minus iustificantur quā paruuli cum solo originali accedentes ad ipsum: pari ergo ratione adulti cum simili dispositione ad martyrium accedentes iustificabuntur.

ne charitate, in fine tamē charitate informetur. Vnde Paulus intelligit quādo nec in fine charitate informatur. Præterea, quia cū iuxta secundam opinionem, innocens tam incircuncisus quā circumcisus detur gratia, eadem ratione dabitur adultis non ponentibus obicem. Nec valet dicere quod non est eadē ratio de adultis & paruulis, eō quod adulti actuale peccatum, pueri autē ante vsu rationis tantum originale habent. Non inquam valet, nam adulti si attriti ad baptismum accedant, non minus iustificantur quā paruuli cum solo originali accedentes ad ipsum: pari ergo ratione adulti cum simili dispositione ad martyrium accedentes iustificabuntur.

Sed harum trium opinionum primā non solū esse falsam arbitror, verū etiam temeraria: alias verò duas & probabiles esse & in scholis versari, liquido patet.

Opinio. 4. Sed vt certa ab incertis separemus libuit nobis quartam superaddere, quæ in quinque dictis consistit, quorum primū sit: Omnes innocētes pro Christo occisos, siue incircuncisos siue circumcisos, gloriam fuisse consecutos, nemini licet dubitare, & oppositum esse ad minus temerarium, certissimē credimus. Hoc dictum manifestum relinquitur ex ratione facta pro secunda sententia, nempe quia ecclesia sine discrimine aliquo colit omnes illos.

2. conclus. Secundum dictum sit: Si infantes alij modo pro Christo occiderentur, crediderim ego quod etiā gloriam consequerentur, præsertim si iam nati extra uteros maternos existerent, cum par ratio de istis, & de positis in primo dicto esse videatur: verum est tamen quod hoc dictum non est tam certum sicut primū, siquidem nec ecclesia hos colit, nec sancti eos prædicant, sicut illos sub Herode occisos.

3. conclus. Tertiū dictum est: Adultos, qui scientes voluntariē sese offerunt morti pro

Christo, certissimē credendū est saluos fieri per martyriū, siue habeat poenitentia virtualē (vt vult magister Soto) siue formalē, vt asserit Magister Cano: absurdū enim esset dicere quod quis pro Christo moriatur, & nihilominus quod peccet in æternū, cū dicat ipsamet veritas: Maiorem hac dilectionē nemo habet. Ioan. 15. &c. Et hoc idē luculenter ac præclare probat Soto in. 2. lib. de natura & gratia cap. 16. præcipuē argumentis pro tertia opinione factis.

Quartū dictū est: Si dormiens occidatur pro Christo, & antea voluntatē moriendi pro illo nō habuerit, etiā si suorum peccatorū attritionē antequā dormitū iret habuisset, neutiquā salutē consequetur. Probatur, nā sola attritio sine sacramēto, aut martyrio iustificare hominē minimē sufficit, cū autē illic sacramentū nullū sit, vt ex se patet, nec martyriū, quia ex eo quod est actus virtutis, siue fortitudinis, siue charitatis, oportet, vt sit volūtus & electus; sed sola illic interuenit perpessio mortis absq; patiendi voluntate, fit vt martyriū nō censetur. Confirmatur, nā cū notum sit quod si habes attritionē iret dormitū absq; vlla voluntate baptismū suscipiendi, & dormiens baptizaretur, ac statim moreretur, nullatenus per talē baptismū salutem consequeretur, merito illū nec per talē mortem eā posse consequi, fateri oportet, eō quod sicut ille nō est baptismus, ita nec mors ista martyriū. Quod si quis obijciat aduersus dictū istud nostrū, quod cū puer absq; vlla prorsus volūtate per baptismū iustificetur, ac martyr verē efficiatur, nulla ratio apparēs suadere videtur, cur hoc ipsum adulto qui dū dormit baptizatur, aut pro Christo occiditur, concedere nō debeamus, facile ei satisfacere possumus, ex eo quod longe diuersa ratio est de adulto & de paruulo; quia paruulo, qui proprium actum habere nequit, sufficit & requiritur voluntas aliena, & contrario vero adulto cū proprium habere possit,

4. conclus. Quartū dictū est: Si dormiens occidatur pro Christo, & antea voluntatē moriendi pro illo nō habuerit, etiā si suorum peccatorū attritionē antequā dormitū iret habuisset, neutiquā salutē consequetur. Probatur, nā sola attritio sine sacramēto, aut martyrio iustificare hominē minimē sufficit, cū autē illic sacramentū nullū sit, vt ex se patet, nec martyriū, quia ex eo quod est actus virtutis, siue fortitudinis, siue charitatis, oportet, vt sit volūtus & electus; sed sola illic interuenit perpessio mortis absq; patiendi voluntate, fit vt martyriū nō censetur. Confirmatur, nā cū notum sit quod si habes attritionē iret dormitū absq; vlla voluntate baptismū suscipiendi, & dormiens baptizaretur, ac statim moreretur, nullatenus per talē baptismū salutem consequeretur, merito illū nec per talē mortem eā posse consequi, fateri oportet, eō quod sicut ille nō est baptismus, ita nec mors ista martyriū. Quod si quis obijciat aduersus dictū istud nostrū, quod cū puer absq; vlla prorsus volūtate per baptismū iustificetur, ac martyr verē efficiatur, nulla ratio apparēs suadere videtur, cur hoc ipsum adulto qui dū dormit baptizatur, aut pro Christo occiditur, concedere nō debeamus, facile ei satisfacere possumus, ex eo quod longe diuersa ratio est de adulto & de paruulo; quia paruulo, qui proprium actum habere nequit, sufficit & requiritur voluntas aliena, & contrario vero adulto cū proprium habere possit,

5. conclus. Tertiū dictum est: Adultos, qui scientes voluntariē sese offerunt morti pro

Christo, certissimē credendū est saluos fieri per martyriū, siue habeat poenitentia virtualē (vt vult magister Soto) siue formalē, vt asserit Magister Cano: absurdū enim esset dicere quod quis pro Christo moriatur, & nihilominus quod peccet in æternū, cū dicat ipsamet veritas: Maiorem hac dilectionē nemo habet. Ioan. 15. &c. Et hoc idē luculenter ac præclare probat Soto in. 2. lib. de natura & gratia cap. 16. præcipuē argumentis pro tertia opinione factis.

nec exigitur, nec sufficit aliena voluntas, A sed propria requiritur.

3. conclus. Ultimum dictum est: Si quis voluntatem moriendi pro Christo, & simul attritionem habens; dormiens occideretur pro illo, crediderim ego ipsum absque alio nouo actu gloriam consequi posse, tunc enim habet verum quod ad modum operis operati martyrium gratiam confert, quod quidem non ex institutione communi & publica, aut B ex eo quod sit sacramentum, cum non sit signum sensibile à Christo Domino institutum tanquam caeremonia sacra & comunis ad conferendam gratiam, sed ex proprio priuilegio cœlesmus habere.

10. Annotare hic etiam oportet, quod solus Baptismus aqua & flaminis est in præcepto euangelico in remissionem originalis labis; Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Martyrium autem non est simpliciter in præcepto, nisi tantum in casu necessitatis ad fidem defendendam: & tunc patiendo pro Christo, valet ac sufficit ad culpam & poenae plenariam remissionem, dummodo non renuerit martyr baptizari: cum facultas Baptismi aquae suscipiendi occurrerit: quia aliàs non haberet rectam fidem, nec illi prodesset martyrium.

11. Ex omnibus præhabitis liquidò colligitur, Baptismus flaminis præstantior rem perfectioremque esse aquae Baptismo, eo quod illum in voto, ac desiderio includit. Nec obstat quod Baptismus aquae semper remittat culpam, & totam poenam: Baptismus verò flaminis sæpè relinquat aliquid poenae, quia satis est, quod suapte natura habet remittere totam poenam, si completam habeat intentionem: sed quia ab illa nonnunquam deficiat, non semper totam remittit.

12. Colligitur rursus, Baptismus sanguinis excellentissimum omnium esse baptismatum, siquidem alia duo baptismata in se claudunt: & ob id longè copiosius confertur gratia per martyrium quam per aquae vel flaminis baptismum.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum baptismus iterari possit.

PRO hac difficultate est prima conclusio negatiua. Hæc conclusio est omnium doctorum concors sententia, illam enim tenet D. Th. 3. p. q. 66. arti. 9. & probatur ex Paulo ad Ephes. 4. vna fides, vnum baptisma, & ad Ephes. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, rursus renouari ad poenitentiam. Licet enim hunc locum quidam hæretici de poenitentia intelligant, nihilominus D. Aug. aduersus eos scribens in lib. de vera & falsa poenitentia, cap. 3. intelligendum esse de baptismo, necessariò iudicat. Et Damascenus lib. 4. c. 1 ita hunc locum intelligit. Et Epiphanius contra Noatum hæreticum Hæresi. 59. ¶ & est determinatum ab ecclesia in c. Rebaptizare. de conse. dist. 4. Dicitur enim illic; Rebaptizare hæreticum hominẽ, qui hæc sanctificationis signa perceperit, omninò peccatum est: rebaptizare autem catholicum, immanissimum scelus est. Et habetur etiam. 1. q. 1. c. 1. Et dist. 68. c. sic semel. & c. Ecclesijs, & de conse. dist. 4. c. Non licet el. 2. Habetur etiã in Conc. Flor. & in Trid. sess. 7. de sacramentis in genere. can. 9. & can. 11. de baptismo. & 13. Insuper habetur in iure ciuili. c. Ne sanctum baptismum iteretur. l. 1. & 2. & sequentibus. ¶ Rationibus quoque; cõprobatur ex D. Tho. loco allegato desumptis. Prima, quia baptismus est quedam natiuitas & regeneratio, at verò homo in vita corporali denuò minimè nasci potest, sed semel duntaxat, ergo neque in vita spiritali. Secunda, Baptismus (vt diximus) imprimit characterem indelebilem, igitur non est iterabilis. Tertia, quia baptismus à Christo redẽptore nostro ad delendum originale peccatum datus est: at originale semel dimissum iterum redire non potest, baptismus igitur iterari non potest. Postrema ratio est, quia per baptismum cõmoritur consepeli-

1. conclus.

D. Thom.

Ad Ephes. 4. & 6.

D. Aug.

Damasc.

Epiph.

¶

¶

Con. Flor. Con. Trid.

¶

D. Thom.

Ad Col. 2. sepeliturque (vt ait Paulus) Christo: Christus autem semel duntaxat mortuus est: non ergo baptismum iterare licet. ¶ Quemadmodum enim Christus iterum mori, ac sepeliri nequit; ita nec nos ipsi Christo iteratò commori, consepeliri que possumus. Et quamuis sacramentum Eucharistiæ cõmemoratiuum sit passionis Christi, sicut baptismus: attamen quia Christus semel duntaxat mortuus est, & nos etiam semel tantum per baptismum renascimur, & ideo non iteratur baptismus: at verò quia sæpius cibamur, idcirco Eucharistiæ iteratur sacramentum. Ex dictis perspicuè colligitur, mandatum de nemine rebaptizando, iuris diuini esse, vt expresse tenet Scotus in. 4. distinctione. 6. quæstio. 7. quod quidẽ dupliciter probatur. Primo, quia si tantum esset de iure humano, Papa dispensare posset, vt in aliqua prouincia bis, aut ter homines baptizaretur, quod quam sit falsum, haud dubitare alicui licet. Secundo, quia Leo Papa in Epistola 3. & Epistola. 77. c. vlt. cuius verba referuntur de conse. dist. 4. c. c. itaq; inquit: scimus quidẽ inextinguibile esse facinus, quoties iuxta hæreticorũ dogmata, contra sanctorũ patrũ instituta cogitur aliquis lauacrum subire, Apostolica reclamante sententia quæ nobis vnam prædicat in trinitate deitatem, vnam in fide confessionem, vnum in baptismo sacramentum. Ex quo apertò elicitur, secundum baptismum sacramentum non esse, ac subinde nullum prorsus spirituale effectum in animã habere, etiam si absque vlla culpa tam baptizantis, quã rebaptizati suscipi contigerit; vt si reuera secreto esset puer expositus baptizatus: sed quoniam hoc non constat, iterum baptizatur. Tunc nanque hæc secunda lotio non est sacramentum, ac proinde nec confert illi gratiam, nec aliquid spirituale. Probatur, nam cum proprium baptismi subiectum sit homo

¶

Scotus.

Leo papa.

non baptizatus: puer autem iste sit iam baptizatus, consequens fit, vt nõ magis sit baptismi capax quã lapis aut bellua. Sequitur rursus, eum, qui rebaptizat sciet, imò & rebaptizatum (si sit adultus) mortaliter delinquere: quod quidem liquido constat, tum, quia quantum in se est contaminat sacramentum, immanèque sacrilegium committit illud subiecto incapaci conferendo; tum etiã, quia quatum in se est, protestatur Christi passionem esse ad hominem regenerandum insufficientem, vt ait Apostolus. Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes, ad Hebræ. c. 6.

Quantum autem ad poenam, est secunda conclusio: Qui scienter, ac voluntariè rebaptizaret, secundum ius ciuile poena mortis esset puniendus, secundum verò ius canonicum, tam rebaptizati (si sint adulti) quã rebaptizantes, scienter, irregulares manerent. Hæc conclusio quoad primam partem expresse habetur in legibus supra citatis pro priorẽ conclusione. Quoad secundam verò, illam colligunt doctores ex cap. Ex literarum tenore. extra de Apostatis, & ex cap. Qui bis, & cap. Eos quos. de consecra. distinctione. 4. ita colligit Syluester verbo Baptismus. §. 3. & verbo Irregularitas. §. 4. & Scotus in. 4. distinctione. 6. quæstio. 6. ¶ Secus tamen esset quando ex ignorantia inuincibili rebaptizans, & rebaptizatus (si sit adultus) illud fecerint: quia tunc irregularitatem neuiquam incurrerent, vt communis Theologorum consensus habet, & duobus duntaxat exceptis, videlicet Petro Paludano in. 4. distinctione. 6. quæstione. 4. & Cardinali Turre Cremata super cap. citatum. Qui bis. asserentibus, rebaptizatum etiam absque culpa irregularem fieri, puniri que sine culpa, non tamen sine causa. Sententia tamẽ communis vt verior & magis pia, ac rationi magis consentanea ab omnibus est amplectenda. Cum enim

hanc irregularitatis poenam rebaptizati in iure impositam, certum sit, non nisi propter culpam incurri, fit, ut ubi nulla interueniat culpa, tam ex parte baptizati, quam baptizantis, nulla quoque irregularitatis poena incurri debeat. Confirmatur, nam ipsi fatentur, nullam irregularitatem rebaptizantem incurrere, cum ex ignorantia inuincibili rebaptizat, eo quod nulla illic adest culpa. Pari ergo ratione fateri eos oportet, ipsum rebaptizatum in nullam irregularitatis poenam incidisse, ubi in eo nulla praecessit culpa. Nec obstat textus ille, qui bis, de consecra. distinet. 4. quem Petrus à Palude, & Cardinalis pro sua adducunt sententia, ubi habetur, ut ei qui ex ignorantia rebaptizat non imponatur poenitentia aliqua; veruntamen non debet promoueri ad ordines nisi aliqua magna necessitas cogat. Et quod loquatur textus de ignorantia inuincibili & inculpabili, ex ipso met textu colligitur, siquidem dicit quod non indiget pro eo poenitere. At verò si vincibilis ac culpabilis esset, proculdubio poenitentia esset ei infligenda. Non inquam obstat. Primò, quia (ut bene ait Scotus ubi supra) textus ille non maiorem auctoritatem habent quam cuiusdam Episcopi, qui legem totam Ecclesiam obligantem, neutiquam condere potuit: Secundò, quia (ut doctissimus Soto dicit) textus ille de ignorantia culpabili loquitur, nec dicit, quod nulla ei poenitentia iniungatur, sed quod non ei imponatur poenitentia illa septem annorum, quae non ignaris ibi assignatur. Tertio, secundum Syluest. ubi supra, in textu illo sermo est de rebaptizato ignoranter, quando postea sciuit & ratum habuit, & tunc iam culpam committit propter quam irregularitatem incurrit. **¶**

Scot.

Soto.

¶

Ex conclusione secunda manifeste infertur, esse immane sacrilegium puerum iterum rebaptizare, etiam sub condi-

tionem solenniter in Ecclesia, si constet domi baptizatum fuisse. Nec vllò pacto à censura irregularitatis sacerdotes huiusmodi excusantur, ut dictum est: & quando quis scienter absq; ignorantia inuincibili rebaptizatur, vel rebaptizat: vnde re vera, nisi per Papam, cum illo dispensari non potest, ut bene Syluest. an- notat verbo baptismus 5. §. 3. **¶** Quod quidem intelligendum est, siue rebaptizetur vel rebaptizet in publico, & cum solennitate, siue secreto & priuatim.

Nota quod qui habet curam populi ut Curio, debet diligentiam non mediocrem adhibere in inquirendo, an baptizatus fuerit puer, an non. **¶** Et si quidè constat, quod fuit baptizatus, adeò ut assensus sit probabilis partis affirmatiuae, & nullus negatiue, tunc nullatenus etià sub conditione est rebaptizandus, defe-

rendus tamè post modum est in Ecclesiam ubi adhibendi sunt illi catechismi & exorcismi qui defuerat iuxta cautionem canonis Spiritus sancti l. q. i. **¶** Si verò oppositum constiterit, simpliciter & absq; vlla conditione baptizandus est. **¶** Quare bene ait Palud. ubi supra, vnu testem sufficere, ut vetulam quae baptizauit, ut non sit licitum puerum amplius baptizare: tamen si ad condemnandum eum, qui rebaptizauit, vel rebaptizatus est, cum sit actus iuridicus, duo aut tres exigantur. **¶** Si autem sit dubium, & ita quod praemissa solerti indagazione, neutri parti assentiri possit, sed semper manet animus suspensus, sit ne baptizatus infans nec ne, **¶** tunc verè determinat Ecclesia in c. 2. de Baptismo, ut baptizetur sub conditione sub his verbis: Si baptizatus es, non te rebaptizo: sed si nondum es baptizatus, ego te baptizo, &c.

¶ Idem habetur expresse in cap. Placuit, & cap. Cum itaque, & cap. Si nulla, de consecra. dist. 4.

De pueris expositis dicimus cum magistro Soto, quod si inscriptum ferant, fuisse baptizatos, quamuis nomen testis non prodatur, nullatenus sunt rebapti-

Syluest.

¶

¶

¶

¶

¶

Petrus de Palud.

¶

¶

¶

¶

Soto.

baptizadi: sed addit Soto, quod si per etate iudicarentur ante mensem, aut viginti dies nati, ipse neutiquam eos auderet baptizare: aetas enim sufficiens esset testimonium suscepti baptismi inter Christianos, nisi ex colore, vel alio indicio suspicio oriretur vehemens, esse prolem infidelis serui, cui nos in hoc non subscribimus, quinimo è contrario huiusmodi pueros expositos, quando non deferunt schedulam in qua scriptum habeatur eos fuisse baptizatos, non vereremur baptizare sub conditione, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari, ut dicitur cap. Placuit, & sic pereant; in quibus quod non ostenditur gestum, nulla ratio finit ut iteratum videatur, ut habetur in cap. in Si nulla. Quod autem statim subiungit, quod illi qui inter infideles nati sunt etiam ex parentibus Christianis, & postea redemptis parentibus aut mortuis, superstites sunt, postmodum cum ad nos veniunt, nisi manifestis indicijs constet esse baptizatos, baptizandi sunt: nam praesumptio est non fuisse baptizatos, verissimum esse censemus. **¶**

¶

De ministro Baptismi.

X. DIFFICULTAS

Vtrum Baptismi minister sit aliqua certa persona.

conclus.

Hic difficultati per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit: In urgente necessitate ac imminente mortis periculo, quicumque homo siue sit clericus siue laicus, vir vel foemina, etiam si sit infidelis Iudaeus, aut Paganus, imo etiam proprius parens, absq; hoc quod priuetur iure petendi à propria vxore debitum, minister huius sacramenti esse potest non solenniter, & verum sacramentum baptismi conferre, dummodò formam & materiam ab Ecclesia insti-

tutam obseruet, & facere quod facit Ecclesia, intendat. Et quidem de laico viro habetur. 93. dist. c. Diacones, & de consecra. dist. 4. canone constat. De foemina verò habetur in Cano. Super quibus. 30. q. 3. & in Can. Mulier, de conse. dist. 4. ac denique in concilio. 4. Cathaginenfi. c. 100. De infideli Iudaeo, vel pagano determinatur in canone à quodam Iudaeo, de consecra. dist. 4. & in canone firmiter de summa trinitate, & fide catho. & in conc. Flo. Vbi dicitur quod à quocunque, necessitate cogente, potest baptismus conferri. Et ratione probatur: nam ad Dei misericordiam, qui vult omnes homines saluos fieri, spectat, ut in his quae sunt de salutis necessitate, homo facile remedium inuenire possit. At verò inter omnia sacramenta baptismus est maximè necessitatis: nam quauis poenitentiae sacramentum sit ad salutem peccatorum necessarium, suppleri tamè potest per contritionem, ministro deficiente: effectus verò baptismi integer secundum quod in se claudit characterem (de potentia ordinaria loquendo) per nihil aliud suppleri potest. Quo fit, ut pueri sanctificati in matris utero, licet consequantur gratiam à peccato originali mundantem: non tamè ex hoc characterem consequantur, quo Christo configurentur. Et idcirco si aliquis nunc in utero materno sanctificaretur necessum esset, ut postquam ex utero egressus esset, baptizaretur, ut per susceptionem characteris alijs Christi membris conformaretur. **¶** Et praeterea ex natura sacramenti, & per se loquendo, solus baptismus totam culpam & poenam remittere habet, eò quod spiritualis regeneratio est, ubi ille qui baptizatur priori moritur vitae, & in nouam absque culpa & poena resurgit. **¶**

Sciendum tamen est circa hanc conclusionem, intelligendum esse, seruato ordine quodam, nempe quod praesente sacerdote non baptizet diaconus, neque praesente diacono baptizet laicus,

E 5 neque

Con. Curt.

Con. Flo.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

neque presente masculino baptizet foemina, neque fidei presente baptizet in fidelis: nam hunc ordinem non seruantes, quauis sacramentum conferant, peccant, nisi maior in dignitate nesciat formam, aut sit precipuus ab Ecclesia. Nam presente sacerdote excommunicato, & non tolerato ab ipsa Ecclesia, vel heretico, vel suspensio; melius est ut baptizet laicus. Ita tenet Siluester verbo baptismus. 3. §. 1.

Siluest.

Quod diximus eos peccare, intelligend est venialiter tantum, secluso contemptu. Cum enim laicis, clericis, & diaconis, non incumbat ex officio baptizare, fit, ut vnus illorum non usurpet alterius officium, ac subinde non facit illi iniuriam, & idcirco non peccat mortaliter: contrario autem contingit cum in presentia sacerdotis istorum aliquis baptizat, tunc namque eod quod sacerdotis officium usurpat; & res est grauis, proculdubio mortaliter delinquit; & eadem ratione alienus sacerdos contra voluntatem proprii parochi baptizans, mortaliter peccat, usurpat enim illius officium, atque illi facit iniuriam.

2. conclus.

Secunda conclusio: Extra casum necessitatis urgentis, nulli nisi tantum sacerdoti baptizare licet, qui in presentia Episcopi baptizare potest, eo quod sibi ex officio incumbit solenniter baptizare. Hanc conclusio est omnium doctorum sententia calculo approbata, cum enim tenet D. Tho. 3. p. q. 76. & Siluester verbo Baptismus. 3. §. 1. & Caieta. in commentarijs super articulum 4. & 5. quaest. praedicta D. Tho. Et patet, nam hoc est proprium officium sacerdotis, ut in concilio Florentino habetur.

D. Thom. Siluest. Caieta.

conc. Flo.

Caieta.

Sed dubium est, quod peccatum committeret non sacerdos, qui extra hanc necessitatem baptizaret? Ad quod licet Caieta, vbi supra teneat quod non sacerdos quando absque contemptu & solennitate baptizat extra necessitatem, non peccat mortaliter: credide-

rim tamen ego quod tam qui baptizat, quam qui baptizatur si sit adultus, & pariter etiam consentiens, ut eius filius baptizetur a non sacerdote extra necessitatem, in domo sine caeremonijs, mortaliter peccant, nisi ignorantia inuincibili excusentur existimantes, quod illud licet: digni enim sunt morte non tantum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facienti, imo qui scienter hoc facit videtur suspectus esse de haeresi Lutherana, cum caeremonias Ecclesiae parui pendere videatur. Signanter diximus nisi ignorantia inuincibili excusentur, quae quidem posset esse iuris: cum enim hoc ius sit supernaturale, & sacramentum baptismi sit maximae necessitatis, & communiter a laicis & mulieribus conferri soleat, non mirum erit, si eis licere id videatur, praesertim, quia propter hoc non puniuntur, neque reprehenduntur, ac proinde ignorantia iuris laborare possunt, & multo magis ignorantia facti excusari queunt: facile enim laicus existimare poterit puerum esse in articulo mortis, cum tamen non sit, & si tunc illum baptizet (etiam si imprudenter credat) non tamen mortaliter peccat: & si hoc voluit dicere Caieta.

hanc non puniuntur, neque reprehenduntur, ac proinde ignorantia iuris laborare possunt, & multo magis ignorantia facti excusari queunt: facile enim laicus existimare poterit puerum esse in articulo mortis, cum tamen non sit, & si tunc illum baptizet (etiam si imprudenter credat) non tamen mortaliter peccat: & si hoc voluit dicere Caieta. bene dicit, aliam minime. Et ne laici huiusmodi ignorantia laborent, caueantque ne sine necessitate ipsi baptizent, aut procurent filios suos domi baptizari a sacerdote, instruendi atque admonendi sunt a parochis, & praedicatoribus, ac confessoribus: qui si postquam fuerint admoniti illud fecerint, iam a mortali non excusabuntur. Hanc sententia nostra, scilicet, quod seclusa ignorantia mortaliter peccent, praeter hoc quod est Ricardi in 4. dist. 5. quaest. 4. articulo primo. & Scoti dist. sexta. quaest. prima. & Palud. quaest. 1. articulo 2. in eadem dist. & Siluestri verbo Baptismus. 3. in principio. & absolutissimi theologi magistri Cano, probatur efficaci ratione: quia tunc non sacerdos alienum officium usurpat, quod

hanc non puniuntur, neque reprehenduntur, ac proinde ignorantia iuris laborare possunt, & multo magis ignorantia facti excusari queunt: facile enim laicus existimare poterit puerum esse in articulo mortis, cum tamen non sit, & si tunc illum baptizet (etiam si imprudenter credat) non tamen mortaliter peccat: & si hoc voluit dicere Caieta. bene dicit, aliam minime. Et ne laici huiusmodi ignorantia laborent, caueantque ne sine necessitate ipsi baptizent, aut procurent filios suos domi baptizari a sacerdote, instruendi atque admonendi sunt a parochis, & praedicatoribus, ac confessoribus: qui si postquam fuerint admoniti illud fecerint, iam a mortali non excusabuntur. Hanc sententia nostra, scilicet, quod seclusa ignorantia mortaliter peccent, praeter hoc quod est Ricardi in 4. dist. 5. quaest. 4. articulo primo. & Scoti dist. sexta. quaest. prima. & Palud. quaest. 1. articulo 2. in eadem dist. & Siluestri verbo Baptismus. 3. in principio. & absolutissimi theologi magistri Cano, probatur efficaci ratione: quia tunc non sacerdos alienum officium usurpat, quod

Caieta.

Ricard.

Scot.

Palud.

Siluest.

Cano.

quod

quod audacissimum est. Praeterea probatur, quia imponitur grauis poena in iure non sacerdoti, in non imminente articulo necessitatis baptizanti: habetur enim extra de clerico non ordinato cap. 1. Quod si sit vir minister ille, efficitur irregularis: inquit enim tex. quod si quis non ordinatus baptizauerit, propter temeritatem ab Ecclesia reijciatur, & nunquam ordinetur: haec autem poena pro mortali, & non pro veniali infligi solet. Nota tamen quod si laicus extra necessitatem sic baptizaret, sacramentum tenet: neque est iterandum, licet peccet, ut dictum est.

3. conclus.

Tertia conclusio: Si extra necessitatis casum sacerdotes & proprii parochi sine solennitate baptizent, mortaliter delinquant. Hanc conclusio ex eo liquet, quod non minimam sacramento iniuriam inferunt: quemadmodum si absque vestibus sacris Eucharistiam confecerent, mortaliter peccarent, non tamen irregulares efficerentur, siquidem hoc non est expressum in iure.

4. conclus.

Quarta conclusio: Si sacerdos, vel parochus, baptizans cum solennitate, ex professo vel ex negligentia omittat aliquam principalem caeremoniam, ut exorcismum facere, vel chrisma apponere, vel si in aqua non consecrata baptizet, &c. mortaliter peccat. Hanc conclusio est Siluestri verbo baptismus. 1. §. 5. & etiam videtur esse Domini Caieta. in commenta. super ar. 5. q. 67.

Silu.

Caieta.

5. conclus.

Quinta conclusio: Et si in iure diuino stando, cuilibet sacerdoti ex officio, etiam non imminente necessitatis articulo, liceat baptizare ut conc. Flo. dicere videtur: tamen Ecclesia iuste sancteque instituit, quod soli parochi animarum curam habenti, liceat solenniter baptizare; Et oppositum faciens mortaliter peccat. Hanc conclusio habetur in cap. Interdicimus 16. quaest. 1. & cap. Adijcimus. Et ratione probatur, quia sacramenta a suis presbyteris parochialibus sunt recipienda; non tamē

con. Flo.

Et

Et

efficitur irregularis sacerdos simplex oppositum faciens, siquidem non habetur expressum in iure. Quauis enim in clementina prima de priuilegijs excommunicetur monachi, & fratres qui praesumunt dare sacramentum Eucharistiae vel extremae vnctionis vel matrimonij sine licentia proprii sacerdotis, quando fit sine speciali priuilegio, non tamen excommunicantur baptizantes sine necessitate, quia cum illa sit poena non est extendenda ad casus ibi non expressos.

Et nota quod ex licentia curati, aut ex priuilegio superioris, vel ex licentia Episcopi, non tantum simplici sacerdoti, verum etiam diacono licet baptizare solenniter, ut est videre in cap. Diaconus, de consecratione dist. 4. & c. Adijcimus. Et haec licentia posset nunc committi diaconibus, vbi raritas esset sacerdotum, sicut in primitiua Ecclesia erat.

Quod liceat recipere hoc sacramentum a malis ministris toleratis ab Ecclesia, & quam intentionem minister habere debeat, iam tractauimus de sacramentis in genere.

XI. DIFFICULTAS.

Verum requiratur in baptismo aliquis leuans puerum de sacro fonte.

Ad hanc difficultatem breuiter respondetur, quod non requiritur in baptismo de necessitate sacramenti ut sit aliquis leuans, id est, patrinus: sed ex celeberrimo Ecclesiae more iureque pontificio, ut patet 30. q. 1. per multa capita. & in cap. Non plures. & cap. vos. de consecra. dist. 4. quia paruuli de nouo venientes ad fidem, institutore indigent in spiritualibus, ad quod ipsi patrini tenerentur quando puer alium institutorem non haberet. Nunc autem ex quo habent parentes catholicos, & visitant Ecclesias, ibi potius doceantur, sic patrini excusantur. Et nunc post Triden.

Coc. vnic.

Et

Triden. conc. vel patrinus debet esse vnus tantum, vel ad summum vnus & vna, vt suo loco diffusè tractatur. **¶**

¶ Notandum est hic, quòd quauis nõ baptizatus possit baptizare vt dictum est, non tamen leuare baptizatum, vt de claratum fuit in concilio Magun. Et ratio hoc suadet: nam persona puerum leuans, non est necessaria, sicut baptizans.

Notandum est, quòd qui vult esse vnus patrinus, non solum debet respondere verba solita, sed etiam tangere puerum: imò responsio non est de necessitate seu essentia compaternitatis spiritualis, sed tentio, seu leuatio. Quo fit, vt neque ille qui desert in templum infantulum, neque mulier quæ illum à susceptore recipit vt pannus inuoluat, neque vllus eorum qui concomitantur, affinitatem contrahat. Similiter neque ille qui catechumenum teneret super fontem ante baptismum, nisi postea baptizatum susciperet, aut eum dum aspergeretur, teneret, affinitatem contraheret, quia non esset susceptor. Ex quibus rursus infertur, quòd cum in necessitate fit baptismus priuatim, illic contrahitur affinitas: non autem postmodum in catechismo qui fit in Ecclesia. Non tamen per hoc negare volo, quòd contrahatur compaternitas in catechismo impediens matrimonium contrahendum, sed non dirimens contractum. Neque si pater vel mater baptizaret in tali necessitate, impeditur à petitione debiti ab altero coniuge, **¶** vt habetur. 30. quæst. 1. cap. Ad limina. **¶** Et (vt dictum est) quæ cognatio contrahitur inter suscipientem, & susceptum, vt videbimus in materia de matrimonio. **¶** Similiter si ex ignorantia inuincibili leuaret suum filium de sacro fonte, non impeditur à petitione debiti, vt habetur. De cognitione spirituali, cap. 2.

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum omnes teneantur ad baptismi susceptionem.

Hic difficultati vnica hac conclusione respondetur, scilicet, post Christi passionem omnes homines tenentur ex Dei præcepto baptismum suscipere. Hæc conclusio habetur definita in c. maiores extra de baptismo & eius effectu, & in concilio Floren. sub Eug. 4. Probatur etiam ex sacris literis. Imprimis ex illo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. & Matthæi. vlti. & Marci vlti. Euntes, docete omnes gentes baptizantes eos, &c. est etiam sententia omnium doctorum: Bernardus namque in epistola. 77. ad Hugonem de sancto Victore inquit, non solum præceptum esse de baptismo, verum etiam præceptorum præcipuum, & Augustinus lib. 1. de baptismo paruulorum. c. 18. tenet idem. Et confirmatur ratione hæc nostra conclusio: nam certum & indubitatum est quòd tenentur esse membra Ecclesiæ, vt ex cap. Firmiter constat. Habetur namque illic vnã esse matrem Ecclesiæ, extra quam nullus possit saluari: per baptismum autem membra Ecclesiæ efficiuntur, vt ex D. Tho. q. 68. artic. 1. in corpore, & ad. 3. ar. q. patet: Baptismus igitur cadit sub præcepto. **¶** Et ad eò hoc est verum, vt si quis oblata opportunitate baptismum recipiendi in re, recipere omitteret, mortaliter delinqueret: quòd quidem ex pœna in verbis Christi iniuncta: Nisi quis renatus fuerit, &c. quæ est exclusio à regno Dei, euidenter colligitur; in omnibus namque legibus, tam diuinis quam humanis, & tam civilibus quam Ecclesiasticis, ex pœnis quæ illarum transgressoribus infliguntur, facile à doctoribus inferri solet, sub mortali an sub veniali obligent, quòd quidem inductiuè ostenditur: quia enim recensita fornicatione, immunditia, & alijs peccatis ad Galat. c. 5. Paulus subdit, quoniã qui talia agunt regnum Dei non consequentur, colligunt sancti omnia illa sub præcepto ad mortale obligante esse prohibita: in civilibus quidem ex pœna mortis, in ecclesiasticis autem ex excommunicationis pœna. Cum ergo qui non baptizatur, secundum Domini sententiam à regno Dei excludatur, & hæc pœna non nisi pro peccato mortali statuatur: Consequitur apertè, omnes teneri ad baptismum suscipiendum sub præcepto obligante sub mortali peccato. Præterea, omnis actus bonus ad corporalem salutem necessarius est, ergo à fortiori actus ad spirituale salutem necessarius, qualis est baptismus (absolutè loquendo) cadet sub præcepto. Sic namque sacra Triden. synodo. sess. 7. can. 5. de fide esse tenendum diffinit sub his verbis: Si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit. Præterea Ioannis. 3. dixit Christus Dominus Nicodemo; Nisi quis renatus fuerit, & actorum. 2. existetibus corde compunctis ex Petri sermone, & quærentibus ab ipso Petro, & ab alijs Apostolis; Quid faciemus viri fratres? Respondit Petrus: pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Legimus etiã actorum. 10. Cornelium virum religiosum & timentem Deum, ac proinde iam habentem gratiam, nihilominus missum fuisse ad Petrum vt ab eo baptizaretur. Ecce quomodo omnes isti, etiã si ante baptismi susceptionem iustificati essent, attamen baptizari indigebant, & sic de facto postmodum baptizati sunt. Ex quibus omnibus perspicuum est, verba illa Christi Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. præceptum importare, ad eò vt nulli oppositum affirmare aut dubitare liceat. Vnde concludimus, ad eò baptismum sub præcepto non tantum populum Iudaicum, vt circuncisio, sed vniuersos mortales obligante, cade re, sicut lex euangelia omnes obligat dicente Christo; Euntes in mundum vni-

colligunt sancti omnia illa sub præcepto ad mortale obligante esse prohibita: in civilibus quidem ex pœna mortis, in ecclesiasticis autem ex excommunicationis pœna. Cum ergo qui non baptizatur, secundum Domini sententiam à regno Dei excludatur, & hæc pœna non nisi pro peccato mortali statuatur: Consequitur apertè, omnes teneri ad baptismum suscipiendum sub præcepto obligante sub mortali peccato. Præterea, omnis actus bonus ad corporalem salutem necessarius est, ergo à fortiori actus ad spirituale salutem necessarius, qualis est baptismus (absolutè loquendo) cadet sub præcepto. Sic namque sacra Triden. synodo. sess. 7. can. 5. de fide esse tenendum diffinit sub his verbis: Si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit. Præterea Ioannis. 3. dixit Christus Dominus Nicodemo; Nisi quis renatus fuerit, & actorum. 2. existetibus corde compunctis ex Petri sermone, & quærentibus ab ipso Petro, & ab alijs Apostolis; Quid faciemus viri fratres? Respondit Petrus: pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Legimus etiã actorum. 10. Cornelium virum religiosum & timentem Deum, ac proinde iam habentem gratiam, nihilominus missum fuisse ad Petrum vt ab eo baptizaretur. Ecce quomodo omnes isti, etiã si ante baptismi susceptionem iustificati essent, attamen baptizari indigebant, & sic de facto postmodum baptizati sunt. Ex quibus omnibus perspicuum est, verba illa Christi Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. præceptum importare, ad eò vt nulli oppositum affirmare aut dubitare liceat. Vnde concludimus, ad eò baptismum sub præcepto non tantum populum Iudaicum, vt circuncisio, sed vniuersos mortales obligante, cade re, sicut lex euangelia omnes obligat dicente Christo; Euntes in mundum vni-

uersum prædicatè euangelium omni creatura, Marci vlt. & Matthæi vlt. Docentes baptizantes eos, vt sit planè catholica veritas, & eius contraria assertio hæresis multorum hæreticorum qui arbitrantur nullius momenti esse baptismum, & idcirco ipsi non baptizabatur vt docet D. August. de hæresibus ad Quoduult. c. 57. hære. 46. quemadmodum videre est apud Alfonso à Castro. in lib. de hæresi. verbo baptismus hære. 4. Postmodum VViclef asseruit, baptismum iam iustificatis per pœnitentiam, non esse necessarium. Tandem Lutherus generaliter affirmavit, præter fidei præceptum, nullum aliud præceptum esse in toto euangelio, Coetera autem omnia esse indifferentia, cuius contrarium Sacrum Triden. conc. sess. 6. cap. 19. Secundum fidem orthodoxam esse tenendum diffiniuit sub his verbis: Si quis dixerit, nihil præceptum esse in euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia nec præcepta, neque prohibita, sed libera, aut. 10. præcepta nihil pertinere ad Christianos: anathema sit. Nec obstat id quod aduersus nostram conclusionem posset obijci ex illo Matthæi. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vbi non imponitur præceptum gentibus vt baptismum recipiant, sed duntaxat Apostolis & eorum successoribus, vt illum conferant; non inquam obstat, quia ex quo ipsis ministris baptizandi præceptum iniungitur, fit, vt omnes homines cuiuscunque sexus, cuiuscunque ætatis, cuiuscunque nationis sint, ipsum baptismum recipere teneantur. **¶** Quemadmodum licet verba illa: quorum remiseritis peccata, &c. tantum Apostolis & eorum successoribus Christus Dominus dixit: attamen inde satis euidenter colligitur, omnes ad sua peccata confitèda teneri, nam aliàs frustra huiusmodi potestas daretur. Non obstat etiam, quòd quando sunt duo vel plura media ordinata ad eundem finem, libe-

liberum est vnicuique hoc vel illud eligere: sed possunt homines absque baptismo, alio modo, scilicet contritione iustificari, si sint adulti, ergo baptismus non cadit sub precepto. Non inquam obstat eod quod haec ratio solum videtur convincere, axioma illud verum habere quoadocunq legissator non determinavit aliquod medium. v.g. homo tenetur subijcere carnem spiritui, quod quidem in iure naturae duntaxat stando, multis modis nempè oratione, ieiunio, & disciplina, fieri poterat, sed tamen quia Ecclesia statuit, ac determinavit, ut id per ieiunium quadragesimae, & aliorum dierum fieret, idcirco huiusmodi ieiunium est in precepto. Sic igitur impraesentiarum dicere oportet, quod cum Christus ordinaverit iustificationem fieri debere per baptismum, tanquam per medium ab illo determinatum: necessarium est fateri ipsum sub precepto cadere. Dicitur secundo, baptismum non tantum ad hominis iustificationem ordinari, verum etiam ut Christo capiti, alijsque hominibus eiusdem capitis membris, per illum configuretur, atque ab infidelibus distinguatur, quod quidem sine baptismali caractere fieri nequit, qui tamen haud haberi potest absque baptismo in re suscepto. Unde concludimus, ad baptismum sub precepto uniuersos mortales obligante cadere, ut sit plane catholica veritas, & eius contraria assertio, haeresis.

XIII. DIFFICULTAS.

Vtrum Baptismus sit medium necessarium ad salutem adultorum.

PRO huius difficultatis declaratione annotandum est, quod salus quoadocunq pro salute, quam iusti habent in hac vita accipitur, quae quidem in essendo in gratia consistit: quandoque verò accipitur pro salute vitae aeternae, quam beati possident in patria.

A Annotandum est secundo quod sacramentum baptismi bifariam alicui deesse potest: vno modo in re & in voto, quod contingit in illis qui nec baptizantur, nec baptismi desiderium habent: Alio modo in re, sed non in voto & desiderio.

His sic praemisissis sit prima conclusio: Ante habitam notitiam baptismi, nec in re nec in voto explicito baptismus est medium necessarium ad salutem, quam iusti obtinent in hac vita, habendam: Legimus namque actuum 10. Cornelium nondum notitiam baptismi habentem, virum religiosum timentemq; Deum fuisse, timere autem Deum, religiosumque esse sine gratia nemine posse esse, nemo est qui ambigat: igitur ante baptismi notitiam potest quis sine ipso baptismi salutem consequi. Praeterea in quocunq momento quilibet potest se conuertere in Deum, & exire a peccatis: sine baptismo igitur in re & in voto explicito suscepto, salutem hanc consequi poterit quandiu caret baptismi notitia. Signanter dixi in conclusione, in voto explicito: nam votum implicitum requiritur, ut dicere videtur D. Thomae 3. p. quaest. 69. articulo 4. ille namque iam paratus est Deo & Ecclesiae obedire.

Secunda conclusio: Baptismus in re, adultis & habentibus baptismi notitiam, non necessarius est ad salutem, sed factus est eis propositum habere illum suscipiendi.

Tertia conclusio: Post notitiam baptismi habitam, baptismus in re vel in voto explicito medium necessarium esse adultis ad salutem, notissimum est, siue loquamur de salute quae in hac vita per gratiam, siue de illa quae per gloriam in patria habetur. Pro cuius pleniori intelligentia scire opus est, tripliciter aliqua esse necessaria: quaedam enim sunt necessaria necessitate finis, ut habitus fidei, spei, & charitatis, quia sine illis regnum Dei consequi valet, non tamen

men necessitate praeccepti, eod quod praeccepta non dantur de habitibus: quaedam verò sunt necessitate praeccepti e contra ratio necessaria, ut venerari parentes, elargiri eleemosynam quandocunq se offert oportunitas huiusmodi opera faciendi, non tamen necessitate finis, quoadocunq tali occasione non occurrente, aliqui absque huiusmodi operibus salutem consequi poterunt. Tertio denique sunt quaedam utroque modo necessaria, ut credere, sperare, & diligere, quia sine huiusmodi actibus nec in praesenti per gratiam, nec in futuro per gloriam salus haberi potest, & de illis dantur praeccepta. Sic etiam baptismus est necessarius, & in hoc sensu haec tertia conclusio est expresse D. Tho. & D. Augustini. lib. 1. contra Donatistas cap. 8. & contra Gresconium grammaticum. cap. 13. quem adducit Thomas Vualden. lib. de sacramentis cap. 97. qui quidem dicit quod neque mors pro Christo, neque contritio sufficiunt sine baptismo in re vel in voto ad regnum caelorum aperiendum. Quam ob rem Dominus Cornelium misit ad Petrum, ut ab eo baptizaretur post habitam notitiam baptismi, dicens: Accerse Simonem, & hic dicet tibi quid te oporteat facere; & hac eadem ratione Dominus dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit (id est) cui ad minus suscipiendi baptismum desiderium non fuerit, condemnabitur. Concludimus igitur, nemine sine baptismo in re vel in voto saluari posse post notitiam & promulgationem Evangelij, nec etiam martyres. Haec duae conclusiones, scilicet 2. & 3. ponuntur ad litteram in Synodo Tridentina. sess. 6. cap. 4. ubi sub disunctione discernitur, post promulgatum euangelium posse quemquam per sacramentum baptismi in re vel in voto saluum fieri. Quapropter etiam Apostoli baptismum receperunt, ut ex D. Thomae constat ubi supra & ex D. Augustino epistola 108. cuius verba

A referuntur de consec. distinct. 4. capit. Quando. & 3. lib. de origi. anima cap. 9. Cuius verba recententur eodem titulo cap. Si eos ubi dicit de Apostolis nescimus quando fuerint baptizati, praeterea quam de Paulo: tamen eos credimus fuisse baptizatos, quia Petro dictum est a Domino, qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, Ioannis 13. Super quae verba D. Augustini in epistola 163. ait: In sinu re Christus videtur, Apostolos antea baptizatos fuisse. Comprobatur quoque duabus rationibus non leuibus, quarum prima fit: quia cum constat, Apostolos ante Christi passionem baptizasse, fit, ut credendum sit, ipsos baptizatos fuisse; expediebat enim maxime ut ipsi prius baptismi Christi baptizati essent, ut alijs essent exemplo. Secunda, quia Apostolos in coena Domini in sacerdotes fuisse ordinatos, suscepisseque sanctissimi corporis Christi sacramentum, nemini ambigere licet: pari ergo ratione esse videtur concedendum eos fuisse baptizatos, siquidem necesse est, ut character baptismalis, characterem ordinis praecedat, & omnium sacramentorum baptismus sit ianua. Quamuis namque Christus redemptor noster ex potestate excellentiae cum Apostolis dispensare potuerit ut communicarent, & ordinis sacramentum susciperent ante quam baptizarentur, minime tamen expediebat statim a principio dispensare in lege illa vniuersali: Nisi quis renatus fuerit &c. Nec nocet quod solet obijci aduersus hanc nostram sententiam, nullibi in sacra scriptura reperiri eos baptizatos fuisse. Non inquam, nocet, quoniam ut sapissime docuimus, multa non reperiuntur scripto mandata, quae tamen ab ipsius ore Christi ab Apostolis accepta, aut ab ipsis Apostolis spiritu sancto dictante, quasi per manus tradita, ad nos usque peruenerunt: & sic ab omnibus tenentur, & inuiolabiliter obseruantur. Regula namque generalis est D. Augustini. quod quandocunq credimus

¶

1. conclusio.

Actuum. 10.

D. Thomae.

2. conclusio.

3. conclusio.

¶

D. The. & D. August. Vuald.

Actuum. 10.

marci. ult.

Con. trid.

D. Thomae. & D. August.

Ioan. 13.

D. August.

D. August.

vel

vel legimus, aliquos pertinere ad Corpus Christi, quod est Ecclesia, proculdubio credendum est, eos baptismo aquae intinctos fuisse, nisi forte aliquis illorum morte fuerit praeventus. Cum ergo Apostoli ad Corpus Christi, tanquam illius potissima portio pertineant, non relinquitur ambigendi locus eos baptizatos fuisse. Quod si quaeratur à quo fuerint baptizati? Respondetur cum Caiceta. in commenta. super 3. p. q. 38. ar. 6. ad 2. ait enim illic, rationabile esse quod fuerint à Christo baptizati. Possumus etiam dicere, Petrum à Christo baptizatum fuisse, reliquos autem Apostolos à Petro. Nec tantum Apostolos baptismum Christi suscepisse tenendum est, verum etiam rationi multo consonantius est, & ita pie tenendum, & Beatam virginem & si non ut primam gratiam reciperet, quia ab instanti conceptionis illam habuit, ut tamen caractere baptismi mali & Christiano insigniretur, quo fieret membrum Ecclesiae, fuisse baptizata: & ita pie tenendum est. Et probatur duabus non leuibus coniecturis, quarum prima est, quod lex illa & preceptum de baptismo, nisi quis renatus fuerit, &c. cum sit generalis omnes comprehendere debuit, nec vlla subest ratio, qua asserere possimus, illam fuisse ab illa regula exceptam, praesertim quia cum voluntarie legem Moyse purificatione, & de ascendendo singulis annis in templum obseruauerit, valde rationi consentaneum videtur, eam filij sui legem impleuisse. Secunda, quia cum beata virgo simpliciter loquendo fuerit viatrix (quia solus Christus fuit comprehensor) fit consequens ut augmentum gratiae & gloriae mereri potuerit, ac proinde dignum erat ut per baptismum & alia sacramenta illud reciperet. Imò & Ioannem Baptistam eodem Christi baptismo intinctum fuisse, pie credendum est. Cum enim erga Christi baptismum tam officiosum sese Ioannes praestiterit, non verosimile videtur, ut sine illo sacramento mori sustineret,

A quo Christianus fieret. Et videtur hanc sententia constare ex tex. euangelico in illo Christi responso: Sine modo, quod Ioanni dedit, dicenti, Ego à te debeo baptizari, &c. Quasi diceret, sine me prius hoc abs te officium recipere, & ego tibi illico id ipsum rependam. Item D. Hiero. super 3. cap. Matthei ait. Christum à Ioanne, aqua tantum fuisse baptizatum, Ioannem verò à Christo vicissim baptizatum baptismum spiritus. Per baptismum autem spiritus baptismum Christi intelligit, quia de gratia nequam intelligi potest, cum iam Ioannes esset iustificatus in utero matris suae. Tandem, quia cum Ioannes Baptista esset veluti medium quoddam vtriusque legis, & partim ad vetus, partim verò ad nouum testamentum pertineret, & fuisset amicus sponsi, praecursor Christi, & praedicator euangelij, fit, ut consequi videatur, ipsum fructum quem praedicabat cepisse. Siquidem Christi baptismus ante mortem ipsius Ioannis fuit institutus. De bono etiam latrone D. Aug. in diuersis locis diuersa sentit. Nam in 4. lib. de baptismo contra Donatistas cap. 22. dicit, quod non fuit baptizatus, & secundum istam sententiam dicendum esse existimo, ipsum morte praeventum habuisse baptismum in voto, vel circumscriptionem suscepisse: & quia lex baptismi Christi usque post eius passionem non cepit obligare, idè non tenebatur ad baptismum. At verò in lib. 1. de origine animae cap. 9. asserit, non esse in credibile, illum fuisse perfusum aqua illa, quae fluxit de latere Christi, tanquam baptismum sacro. Dicit praeterea, quod non potest conuinci, illum ante baptizatum non fuisse, eò quod apostoli baptizabant in Iordane. Idem repetit in 3. lib. cap. 9. & tandem in 2. lib. retracta. cap. 18. & 55. concludit, esse magis credibile, quod fuerit baptizatus. Quomodo autem post sufficientem euangelij promulgationem baptismus in re susceptus ad paruulorum salutem sit necessarius,

cessarius & non sufficiat votum suorum paratum infra difficultate 18. ostendemus.

Sed dubitatur, quid erit de illis, ad quos nondum peruenit euangelij noticia, seruantibus legem naturalem? Respondetur, quod quantuncumque seruent legem naturalem, non saluabuntur sine hoc sacramento in voto seu desiderio. Tamen si ipsi fecerint quod in se est, ita quod nihil contra legem naturalem agant. Deus mittet ad eos illuminandum praedicatores, scilicet angelum, vel hominem, ut de Cornelio habetur actuum decimo, & de Eunuchò, actorum octauo. Nunquam enim Deus deficit in necessarijs.

Hic solent disputare Doctores, quae fides sit requisita & sufficiat ad salutem: cui dubitationi duabus conclusionibus plenè posse satisfieri existimo, quarum prima sit: In lege naturae & Mosayca ante legis euangelicæ diuulgationem fides implicita Christi sufficebat. Hanc conclusionem habet magister sent. in 3. p. dist. 25. & ibidem omnis theologorum sententia. Eam enim tenet D. Aug. lib. 19. contra Faustum cap. 14. & nunc etiam habet verum hanc conclusio, nempe quod sufficit fides implicita ad obtinendam gratiam iustificantem. Ait namque D. Tho. 22. quaest. 10. ar. 4. ad 3. Cornelium iustificatum fuisse per hanc fidem implicitam. Nam dicit, quod Cornelius non erat infidelis: alioquin eius operatio accepta non fuisset Deo, cui sine fide nullus placere potest. Vnde dicit quod habebat fidem implicitam, nodum manifestata euangelij veritate. Item quia nullus potest habere fidem explicitam sine praedicante: & tamen Cornelius & alij similes consequuti sunt gratiam ac virtutes. Constat ergo liquidò fidem implicitam sufficere ad salutem ante diuulgationem euangelij.

Secunda conclusio: Post euangelij autem promulgationem fides Christi explicita est ad salutem cuiuscumque hominis necessaria. Itaque tam minores quam maiores

res habere tenentur explicitam fidem de Christi mysterijs, praecipue quantum ad ea, quae in Ecclesia communiter solennizantur, & publicè proponuntur, ut sunt articuli trinitatis & incarnationis. Hanc conc. ostenditur euidenter ex illo Marci ult. Euntes in mundum vniuersum praedicare euangelium omni creature: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit: condemnabitur. Itè

Ioan. 3. sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat. Sed habeat vitam aeternam. Necessaria igitur est ad consequendam vitam aeternam fides explicita. Praeterea actuum c. 10. Angelus Cornelio viro iusto, ac timenti Deum ait, mitte, & accersere Simonem: ille dicit tibi quid te oporteat facere. Quae verba tractans Aug. in lib. de praedestinatione sanctorum c. 7. Non sine fide

(inquit) Cornelius orabat: nam quomodo inuocabat in quem non crediderat? Sed si non esset necessaria fides explicita, non mitteret Dominus ad eum Petrum, qui illi diceret, quae oporteret audire. Ille (inquit) dicit tibi quid te oporteat facere. Praeterea probatur ex Symbolo Athanasij, ubi dicitur, Quicumque vult saluus esse: ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem. Fides autem catholica est, ut unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate veneremur, & enumeratis diuinitatis articulis, subdit, Sed necessarium est etiam ad aeternam salutem: ut incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Ac deinde recensitis articulis humanitatis, concludit, Hanc est fides catholica, quam nisi quis fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Postremo probatur. Nam in Synodo Tridentina nuper celebrata sessione. 5. decreto. 1. determinatur, quod sine fide nostra catholica impossibile est placere Deo, & vocari fidem orthodoxam, quae explicatur in Symbolis tam Apostolorum, quam Athanasij, & Niceni.

licam fidem. Fides autem catholica est, ut unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate veneremur, & enumeratis diuinitatis articulis, subdit, Sed necessarium est etiam ad aeternam salutem: ut incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Ac deinde recensitis articulis humanitatis, concludit, Hanc est fides catholica, quam nisi quis fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Postremo probatur. Nam in Synodo Tridentina nuper celebrata sessione. 5. decreto. 1. determinatur, quod sine fide nostra catholica impossibile est placere Deo, & vocari fidem orthodoxam, quae explicatur in Symbolis tam Apostolorum, quam Athanasij, & Niceni.

licam fidem. Fides autem catholica est, ut unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate veneremur, & enumeratis diuinitatis articulis, subdit, Sed necessarium est etiam ad aeternam salutem: ut incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Ac deinde recensitis articulis humanitatis, concludit, Hanc est fides catholica, quam nisi quis fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Postremo probatur. Nam in Synodo Tridentina nuper celebrata sessione. 5. decreto. 1. determinatur, quod sine fide nostra catholica impossibile est placere Deo, & vocari fidem orthodoxam, quae explicatur in Symbolis tam Apostolorum, quam Athanasij, & Niceni.

XIII. DIFFICULTAS A

Vtrum baptismus sit differendus.

1. Concluf.

PRO huius difficultatis elucidatio ne distinguendum est. Nam vel lo quimur de baptismo paruulorum : & tunc est conclusio. Quod non est diffe rendus baptismus: quam tenet D. Tho. 3. p. quæst. 68. artic. 9. & ratione probatur, tum, quia non expectatur maior in stitutio, aut plenior conuersio in eis, tum etiam, propter mortis periculum, quia eis alio remedio subueniri nullatenus potest. Scire tamen hic oportet non esse intelligendam conclusionem, in hoc sensu, quod parentes baptizare puerum primo, aut secundo die suæ natiuitatis sub præcepto teneantur. Po erunt namque cum mortis periculum nõ imminet, si eis libuerit, differre bap tismum vsque in diem. 8. imo vsque ad 10. vel 12. Et quauis magister Soto dicat, quod qui ultra differunt mortaliter pec cant: mihi tamen melius esse videtur, re linquere arbitrio prudentis viri, vt ipse omnibus consideratis iudicet, an qui fi lium baptizare distulit, mortaliter pec cauerit, an minime.

Soto.

Annotare tamen hic opus est, quod non licet asserere, baptismum non esse conferendum ante diem octauum, si cut circuncisionem in veteri lege, vt quidam tempore Cypriani dixerunt, quos ipse Cyprianus lib. 3. epistolarum epistola 8. acriter reprehendit. & D.

Cypria.

D. Angu.

August. 3. lib. de baptismo paruulorum. c. 5. probat non esse differendum. ¶ Vel loquimur de baptismo adultorum: &

2. conclus.

sic est secunda conclusio. Quod est differendus baptismus, quia debent prius per octo menses catechizari (id est) instrui, vel tempore arbitrario quousque sufficienter sint instructi in fide & moribus. Qui enim aliquos priusquam in his sufficienter sint instru ti, baptizat, grauissimè peccat, ¶ nisi mortis articulo periclitentur. Quia si

tale immineat periculũ omni tempore baptizari debent, vt expressè habetur de conse. dist. 4. cap. Hi qui. Ita namque intelligitur cap. illud Iudæi, de conse. eadem dist. Quid autem sit iste catechis mus, & in quibus consistat: infra in suo proprio loco docebimus.

3. conclus.

Tertia conclusio: Licet sint constitu tiones ecclesiasticæ, quibus cauetur ac præcipitur, quod huiusmodi adulti baptizentur in paschate & Pentecoste, vt habetur de conse. dist. 4. cap. Cate chismus & cap. Duo tempora, hoc ta men intelligendum est de baptismo so lenniter celebrato, vt patet ex glossa, in cap. Ne quod absit. de consec. dist. 4. Nam absque tali solennitate non pro hibetur baptismus siue adultorum siue infantium alijs temporibus fieri, & hoc siue necessitas immineat siue non.

4. conclus.

Philipp. s enim statim Eunuchum bap tizauit: cum illum sufficienter instru ctum vidit. Similiter Petrus statim Cor nelium, & eos qui cum eo erant bap tizauit. Imo iam videtur derogatum esse ius canonicum per contrariam con suetudinem. Quod si absque vlla pror sus causa diutius distulerit, peccatum erit contra ius diuinum, mortale quia præceptum ipsum obligat sub morta li.

5. conclus.

Christostomus namque homilia. 1. super acta apostolorum. Et homi lia. 13. super epistolam ad Hebræ. Cu ius verba referuntur de consec. dist. 4. cap. Quando quis, ¶ eos acriter incul pat, qui baptizari vsque ad finem vite differebant. Carere enim aliorum sacra mentorum beneficio sine baptismo ne cessum est. Quo circa opportunitate da ta, vt cum quis iam satis est instru ctus, & temporis decentia adest, ne que legitimum aliquod obstaculum baptismum cohibet atque prohibet, baptismi præcepto tenetur: & non ex pectanda est prædicta solennitas. Nec ego video quonammodo solennitas ista in hoc nouo orbe commodè ob seruari possit paucitate ministrorum &

multi

multitudine baptizandorum conside rata. Summè enim cauendum nobis est, ne Ecclesiæ constitutiones, quæ pro charitate ordinatæ sunt: contra cha ritatem militent, quia quod pro cha ritate ordinatum est: contra charitatem militare non debet, ait Bernardus. ¶ Vtrum autem Ecclesiæ catechuminos obligare possit, vt certo tempore bap tizentur, meritò aliquis dubitare pote rit eò quod adhuc super illos non ha bet iurisdictionem. Cui dubio respon detur, quod quauis Ecclesia non ha beat plenum ius in eos, quoniam non dum sunt ipsius Ecclesiæ membra: attamen quia ipsi catechumini iure diuino baptizari tenentur, & Ecclesia potesta tem habet eos baptizandi, ac determi nandi tempus, in quo baptizari debeãt, sicut auctoritatem habet determinan di tempora, quibus alia præcepta natu ralia affirmatiua etiam diuina sunt ad im plenda, vt quibus diebus ieiunare, qui bus temporibus communicare, ac con fiteri teneamur: & simul cum his sese Ec clesiæ, vt ab illa instruerentur, subiecerunt ratione cuius interuenit quoddam pactum siue implicitum siue explicitum inter Ecclesiam & catechuminos: hinc fit vt Ecclesia ius habeat compellendi eos minis & terroribus ad suscipiendũ baptismum secundum ordinem à se cõ stitutum. Sed si tandem baptizari nolue rint, nequit eos punire sicut potest hæ reticos super quos plenum ius habet. ¶

D. Bern.

XV. DIFFICULTAS.

Vtrum intentio suscipiendi baptismi sa cramentum requiratur ex parte bap tizandi?

Cõc. vnic.

HIC difficultati hac conclusione respondetur. Quod est necessaria intentio ad minus generalis in adultis, qua baptismum suscipere intendant, si cut Christus instituit & Ecclesia tradi dit. ¶ Probat, quia cū nullus crede re possit, nisi velit, fit vt neq; baptizari

queat nisi velit, quandoquidem bap tismum sacramentum fidei, & eius profes sionè esse omnibus perspicuum est. Ob id namq; Christus Dominus coniunxit vtrunq; dicens, Qui crediderit & bap tizatus fuerit, &c. ¶ Deinde probatur nã que modò ad hoc quod homo mo riatur veteri vitæ, requiritur in vtente vsu rationis voluntas, qua eum veteris vitæ poeniteat: ita requiritur etiam volũ tas, qua intendat nouitatè vitæ, cuius ini tium est ipsa baptismi susceptio. Confir matur ex ritu Ecclesiæ, quæ iubet vt ve niens ad baptismũ interrogetur quid pe tat, & an baptizari velit, & responden do quod sic, suam aperit voluntatis intè tionem, & non sufficit vt alius respon deat pro eo, quando per se respondere potest iuxta dictum euangelium Ioan. 9. etate habet, ipse pro se loquatur.

Marcel. ult.

Ioan. 9.

Paruuli verò, cum nec corde confiteri valeãt: alij scilicet patrini pro eis respõ dent. Vnde in adultis formalis, in paruu lis verò interpretatiua requiritur inten tio, scilicet Ecclesiæ, quæ paruulum per suos ministros & baptismo offert, & baptizat, vt tenet Duran. in 4. d. 4. q. 7.

Duran.

Nec existimes requiri in adultis semper actualè intentionè, sed sufficit virtualis, vt si habuit intentionè actu, quæ ipsum ad baptismũ induxit, licet dũ bap tizatur eum mente vagari cõtingat: verum baptismum recipit talis adultus. Sed anno tandũ est discrimen inter baptizantè & baptizatũ, quod ille minister qui bap tizare alium proposuit, si contingeret vt dormiens vel amens baptizaret, bap tismum non conferret: quia nõ esset actus humanus. Si autè proposuisset baptizari aliquis, tunc licet baptizaretur dor miens aut amens, esset baptismus, vt ha betur in c. Maiores. Quia propositũ præ cedès sufficeret, vt susceptio illa indica retur voluntaria, & vt conferretur non ponere obicem. Ex his inferitur secun dũ omnium theologorum senten tiam, & vt ex concilio 3. Carthæ. c. 34. & de conse. dist. 4. cap. A Egrotantes, & ex

F 2 cap.

cap. Maiores. extra de baptismo constat: quod qui interius resistit: etiam si exterius consentire videatur, non solum non recipit gratiam, sed neque characterem: & idem dicitur in eodem cap. Maiores. de dormientibus: quod intelligendum est, si priusquam dormitum irent contritionem haberent. Nam tunc iudicandum est, hos dormientes eodem modo se habere, quod quidem quia Christianae religioni (quae libera esse debet) repugnat, susceptionem sacramenti etiam quoad characterem impedit: secus autem esset si antea aliquando intentionem habuissent baptismum suscipiendi: & nunquam illam retractassent.

Annotare tamen hic opus est quod in foro Ecclesiae ille qui exterius voce consentiret, intus tamen dissentit, non dubium quin compelleretur ab Ecclesia seruare fidem & legem Christi, quauis re vera non esset Christianus. Ratio est quia ipsa tantum iudicat de exterioribus. Ex praehabitis iam colligitur neminem coactum absoluta coactione, posse baptismi nec ordinis characterem suscipere, ut in dicto cap. Maiores habetur. Cum enim Deus cuncta suaviter disponat, id maxime de fide & lege euangelica constituit, ut nemo nisi consentiens, Christianus fieret. Si tamen coactus minis & terroribus quis baptizetur, si talis vis sit imperfecta & conditionata: vere suscipit hoc sacramentum quantum ad characterem & fidem mortuam, licet non recipiat gratiam, ut constat ex cap. de Iudaeis. dist. 45. Et ratio est, quia iste talis (ut 3. Ethic. Arist. ait.) quanquam conditionaliter nolit, absolute tamen vult: non tamen valet consensus iste coactus minis & terroribus in sacramento matrimonij conficiendo, tum, quia est contractus naturalis & civilis, qui si per iniuriam metu mortis celebretur, iure ipso civili invalidus est, tum etiam quia non imprimatur character in matrimonio, sicut in baptismo & ordine. Si tamen vis

A sit perfecta, nec quantum ad characterem suscipit hoc sacramentum. Ex quo aperte exploditur glossa illa c. solet, de conse. d. 4. afferens, quod si minister intentionem baptizandi habeat quidquid baptizandus velit, aut nolit manet baptizatus, & similiter glossa c. Maiores, de baptismo & eius effectu circa finem dicens, quod si exterius quis dicat se velle baptizari, etiam si interius nolit manet baptizatus. Quod si glossae istae intelligantur coram Deo & in foro animae erroneum est, cum aduersetur c. Maiores, & vsui vniuersalis Ecclesiae. Secus in foro exteriori (ut dictum est.) Sed consequenter oritur dubium utrum per se, an per accidens tanquam remouens prohibens haec intentio paruuli baptizandi sit necessaria. Cui dudum priusquam respondeamus, opere pretium duximus adducere in medium duas opiniones, quarum altera est Durandi in 4. dist. 4. q. 7. affirmatiua, nepe, quod in omnibus tam pueris, quam adultis baptizandis praerequiratur huiusmodi intentio, tum, quia cum originale peccatum ex primiparentis voluntate deriuetur in paruulos, & voluntas parentum vel curatorum interpretatiua filiorum censeatur, colligit ipse Durandus baptismum, qui delet originale, hanc voluntatem exigere in paruulis: tum vero, quia quod est in vno per se necessarium ad baptismum etiam est necessarium in altero, est autem in adultis necessaria per se intentio, & propria voluntas, pari ergo ratione proportionabiliter parentum, seu offerentium voluntas in paruulis est necessaria. Ex quo infert Durandus quod si contingat filium infidelis liberi baptizari, renitente & contradicente patre, vel illius curatore, non manet baptizatus. Siquidem nec paruuli, nec parentis voluntas concurrat, cum tamen earum altera saltem interpretatiua exigatur, ut baptismus conficiatur. Altera vero opinio est Caieta. in comment. super ar. 7. q. 68. quod nec in paruulis, neque in adultis per se praerequiratur voluntas

voluntas ad baptismum, sed per accidens tanquam remouens prohibens. Vnde asserit, hanc conditionalem esse veram, videlicet, quod si per possibile, vel impossibile aliquis adultus neuter & indifferens daretur cum accedit ad baptismum, nihilominus ille vere baptizatus maneret, & hanc esse D. Thomae sententiam arbitratur, eod quod in 4. dist. 6. quaest. 1. artic. 2. quaest. 3. dicit non semel, sed pluries, quod ex parte baptizandi exigitur voluntas, non tanquam causans, aut influens, sed ad contrariam voluntatem remouendam. Probat etiam ex vltimis verbis cap. Maiores. Vbi pontifex sic ait, tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariae non inuenit obstantem, at vero in isto homine indifferente, non reperitur. huiusmodi obex, ergo illi imprimitur baptismalis character, ac proinde non requiritur eius intentio. Tandem probat, quia cum id quod in vno homine ad baptismum per se est necessarium, per se quoque debeat esse necessarium in alio, fit, ut sicut in paruulis per se non est necessaria voluntas ad suscipiendum baptismum: ita nec in adultis. Sed his duabus opinionibus omisis sit tertia opinio media, quam quidem tenet Scotus in 4. dist. 6. quaest. 4. cui nos libentissimè subscribimus, quae consistit in duabus conclusionibus, quarum prima est: In paruulis est necessaria ad baptismum voluntas per accidens, & praeterquam, quod illam esse sententiam D. Thomae existimo, probatur, tum, quia secundum oppositam Durandi sententiam expressam euidenter sequeretur, quod si paruuli baptizarentur parentibus, siue infidelibus, siue fidelibus, siue liberis, siue seruis repugnantibus neutiquam manerent baptizati, quod tamen aperte aduersatur vsui vniuersalis Ecclesiae, & praedicto cap. Maiores. Tum etiam, quia cum paruulos absque propria voluntate origi-

A nale peccatum contraxisse constat, fit consequens, ut non sit negandum, eos sine propria quoque voluntate ab ipso per baptismum mundari posse, voluntas autem parentum, seu offerentium est illi aded extrinseca, ut nec iuret nec impediatur, & sola Christi & Ecclesiae voluntas quae per baptismum illi applicatur, est necessaria, quae quidem potius se tenet ex parte agentis, cuius minister est instrumentum, quam ex parte patientis, scilicet baptizati, tum denique, quia summus Pontifex in illo cap. Maiores, nunquam pro causa assignat voluntatem paruuli, vel offerentis, sed Christi & Ecclesiae, & sic exponit dictum illum euangelicum, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, videlicet vel de adultis, vel de paruulis, qui quauis non credant per vnum & actum: credunt tamen per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo, sicut & alia multa verba secundum communem vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur.

Secunda conclusio: In adultis per se requiritur intentio suscipiendi baptismum. Haec conclusio videtur esse expressa D. Thomae sententia in 3. p. q. 68. ar. 7. ad primum. Vbi dicit in iustificatione quae fit per baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria: & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur. Haec tamen D. Thomae. Quocirca non se habet talis baptizandus tanquam passum merè naturale, sicut se habet lignum respectu ignis (ut Caietanus arbitratur) sed tanquam passum liberum, quod sua voluntate ad actionem suscipiendam concurrat, itaque adultus liberè, & per proprium actum fidem, & baptismum bebet recipere. Deinde probatur, nam cum nemo noua vita valeat inchoare, nisi eum veteris poeniteat, & ad poenitendum de veteri vita voluntas per se requiratur fit, ut multo magis ad nouam inchoandam exigatur. Prateria, quia si in adulto deesset intentio suscipiendi

A cipiendi sacramentum, esset rebaptizandum: si tamen hoc non constaret esset dicendum, si non es baptizatus, ego te baptizo (vt inquit D. Tho. vbi supra ad secundum). Expressè ergo sentit D. Tho. quòd per se requiritur intentio in adulto. Præterea, ille homo neuter habet liberum arbitrium, & potest illo vti, ratio autem naturalis, & lex diuina dicitur, nullum vsu rationis vtentem absque propria voluntate iustificari posse: eò quòd teste Augustino, qui fecit te sine te, non saluabit te sine te, propria igitur voluntas in adulto exigitur ad suscipiendum baptismum. Præterea, quia in cap. Cum pro paruulis, de conse. d. 4. habetur; Alij respondent pro paruulis, vt sacramentum celebretur, & valet pro eis talis responsio: quia pro se respondere non possunt, cum autè adulti pro se respondere possint, minimè eis responsio aliena valeret. quod quidem auctoritate euangelij probatur, etate habet, &c. Postremò probatur, nam cum perspicuum sit omnibus, neminem velle se obligare ad nouam religionem & fidè seruandam per totam vitam sine propria voluntate, & in baptismo religionem Christianam profiteamur, & fidè seruare promittamus, euidenter elicitur, non satis esse, quòd adultus ad baptismum accedens indifferenter se habeat, sed necessum est, vt videat, & sciat quid agatur erga se, & sic formaliter, vel interpretatiuè tacendo consentiat. Vnde iuxta regulam iuris, qui tacet consentire videtur. Vnde licet voluntas baptizati non concurrat tanquam causans cooperando effectiuè & gratiam influèdo cum sacramento ipso vt ait D. Tho. pluries, non tamè vult negare, quòd voluntas ipsius baptizandi in genere causæ materialis, & dispositiuè sit necessaria. Ille autem, cui hæc non placuerit solutio, poterit dicere D. Thomam hanc sententiam tenuisse quam postmodum in summa mutauit. Ad aliud argumentum Caii. ex cap. Maiores. respondetur,

A operationem sacramentalem non imprimere characterem in adultis, nisi positiuè eis voluntas baptismi suscipiendi adsit, vel nisi in dormientibus, & amentibus, qui ante in vigilia suscipiendi baptismum, habuerunt voluntatem, & postea nunquam contradixerunt. Si enim tunc baptizentur, verè baptizati manent, vt iam retro docuimus. Ex quo conspicue elicitur quòd ille homo neuter, qui positiuè non concurrat, & si propriè obicem non ponat, eò quòd obex regulariter aliquid contrarium positiuè importat nihilominus tamen largè loquendo obicem ponit, quia, quicquid sacramentum, vel eius effectum impedit, obex vocari potest, vt cum quis absque culpa sua rebaptizatur, dicitur hoc modo obicem ponere, si quidem incapax est sacramenti: & idem esset si non baptizatus confirmaretur, vel à peccatis absolueretur sacramentaliter, quoniam non baptizatus nullius sacramenti est capax.

Ad tertium etiam facile satisfit, nam cū dicitur id quòd est necessariū in vno est necessarium in alio, nō aliter, quam seruata proportione & qualitate subiecti intelligi oportet, itaque in adultis qui humanum actum habere possunt non solum de necessitate, verum & de essentia intentio per se est requisita, nō autem in paruulo qui huiusmodi actum habere nequit. Sed luculentius fortasse diluitur argumentum dicendo, quòd verum est, id quòd est de necessitate sacramenti in vno suscipiente esse etiam in quocunq; tam paruulo quam adulto, aliter tamen, & aliter, nam in adulto formalis, vel interpretatiua intentio propria exigitur, in paruulo autem intentio Ecclesiæ, quæ ipsum baptismum per suos ministros offert & baptizat, sufficit.

XVI. DIFFICULTAS.

Vtrum pueri sint baptizandi.

Huic

C. vnic. **H**ic difficultati vnica conclusio-
 ne respondetur, nempe quòd ne-
 tuquam licet dubitare pueros esse baptizandos. Hanc conclusionem tenet D. Thom. Th. in 3. p. q. 68. ar. 9. & eandem tenent sine discrimine aliquo omnes catholici doctores, & ratione confirmatur, nam nullo modo licet dubitare pueros peccatum originale contrahere, cum secundum Apostolum peccatū primorū parentū in omnes homines pertrahatur, & David Psal. 50. ait, se in iniquitatibus suis conceptū, & Iob. 3. c. maledixit diei, in qua natus fuerat. Cū igitur pueris aliud remedium non existat ad hoc delendum peccatum quam baptismus: cum nondum possint corde credere ad iustitiā, nec ore proprio confiteri ad salutem, consequens est eos esse baptizandos. Quocirca diuini nostri duces, scilicet Apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismū, vt ait Dionysius vlt. c. de Ecclesiastica hierarchia. Tenenda ergo est de fide nostra conclusio. Habetur enim diffinita in c. Maiores. & in c. Firmiter. de summa trinitate & fide catholica & in concilio Triden. sessione. 7. canone. 13. de baptismo. vbi diffinitur non esse rebaptizandos paruulos, cū ad annos discretionis peruenerint, & sunt postmodum compellendi ad fidem seruandam, siue sint ex parentibus Christianis nati, siue ex infidelibus. **S** Vt habetur in eadem sessione canone 14. Non enim minus sunt cogendi ad illam seruandam, quam si iam adulti baptizati fuissent. **S** Sunt nanque iam de republica Ecclesiæ, eiusque iurisdictioni subiecti. Ita enim habetur sancitum in concilio Toletano. 4. Cuius verba referuntur dist. 45. cap. de Iudæis. **S** ex dictis in canone illo. 14. citato concilij Triden. vbi sub his verbis diffinitur: Si quis dixerit huiusmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos esse, an ratum habere velint quòd patrini in eorum nomine, dum baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nolle responderint, suo

A esse arbitrio relinquendos, nec alia interim poena ad Christianam vitam cogendos, &c. anathema sit: aperte elicitur, sententiam Erasmi in prologo suo per Matthæum, scilicet quòd si maioribus Ecclesiæ placeret, cum paruuli veniunt ad vsu rationis essent interrogandi, an vellent fidem tenere quam eorum susceptores, seu patrini suo nomine sunt professi, & si respondeant, se eā tenere velle, bene quidem: sit verò noluerint relinquendos esse suo arbitrio, & non cogendos, esse modo post concilij diffinitionem hæreticam. Nullatenus enim suo arbitrio sunt relinquendi, sed cogendi iuxta concilij decretum. Profitentur enim in baptismo religionem Christianam, & obligant se ad illam seruandam, cum ad annos discretionis peruenerint: & idè cum baptizantur paruuli: credunt per habitum, licet non per actum. Explicatio hæc est Diui Augustini 1. lib. de peccatorum meritis, & remissione c. 20. & 27. & in 4. lib. contra duas epistolas pelagianorum. Nec nocet, quòd nec monasticam religionem profiteri, nec matrimonium contrahere, nec sacramentum poenitentiae quis per tertiam personam recipere valeat, cum sint actus personales: pari ergo ratione nec fides in baptismo profiteri valebit. Non inquam nocet, quia, paruuli non per alios, sed per se ipsos baptismum suscipiunt, quia tamen respondere nequeunt, ideo patrini pro illis obligantur. Verum est tamen, quòd à priori nullam aliam rationem assignare possumus, nisi quia Christus ita voluit, quòd quidem perspicuè colligimus ex Ecclesiæ vniuersalis vsu, & longè diuersa ratio est de professione religionis monasticæ, & religionis Christianæ, eò quòd illa tantum sub consilio cadit, hæc autem quæ fit in baptismo sub præcepto diuino. Vnde proculdubio per alios fieri necesse est, quandiu vsu rationis pueri carent, præsertim, quòd

hoc ipsis expedit paruulis, vt si forte eis ante vsum rationis decedere contingat, salui fieri queant.

XVII. DIFFICULTAS.

Vtrum pueri Iudaorum vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

PRO huius difficultatis declaratio ne annotare oportet primo, infideles esse in quadruplici differentia, nempe, quosdam qui nec de facto, nec de iure principibus Christianis subijciuntur, vt sunt Indi insulani, qui nondum fidem susceperunt, quosdam autem, qui licet illis subijciuntur de iure non tantum de facto, vt sunt affricani, qui terras Christianorum occupant. Quosdam vero, qui de iure & de facto eis subijciuntur, vt Iudaei, & Sarraceni habitantes in terris Christianorum regum, qui quanuis serui dicantur seruitute ciuili, eo quod tributa regibus Christianis pendunt, non tamen sunt mancipia, cum plenam habeant libertatem, vt tenet D. Antoninus, quem refert Siluester verbo baptismus 4. q. 6. & Soto in 4. dist. 5. q. vnica ar. 10. quosdam tandem, qui non tantum de iure, & de facto sunt subiecti, verum etiam sunt mancipia Christianorum. Secundo annotare oportet, quod praemittenda est bimembris distinctio videlicet. Aut pueri isti habent vsum rationis, aut non, & si quidem habent, est prima conclusio quod licite moueri possunt, & induci verbis ad baptismum suscipiendum parentibus inuitis, non tamen licet illos compellere vi, & armis ad illum suscipiendum. Hac conclusio probatur. Quia cum incipiunt habere vsum rationis: incipiunt esse sui iuris in hoc, & non esse sub cura parentum, vnde sicut absque ipsorum iniuria possent matrimonium contrahere, ita ipsis inuitis, possunt baptismum

suscipere. At vero si non habent vsum rationis, omissa opinione Scoti in 4. d. 4. q. vlt. vbi asserit, principes Christianos bene facere pueros infidelium qui iure & facto sunt subiecti inuitis parentibus, baptizando, dum cautela adhiberi possit, vt baptizati religiose possent educari ne a parentibus perueriti queant, & huic sententiae subscribit Gabriel in 4. dist. 4. q. 2. dubio. 5. & alij, quos adducit Siluester vbi supra. Omissa inquam hac sententia, sit conclusio nostra tenenda negatiua, scilicet quod non licet eos baptizare inuitis parentibus. Hanc conclusionem tenet D. Tho. 3. p. q. 68. artic. 10. & 22. q. 10. & quolibet. 2. ar. 7. & Durandus in 4. dist. 4. q. 6. & ibidem Pauludanus. q. 4. & Siluester vbi supra, breuiter hac est communis Thomistarum sententia & habetur expressè in cap. De Iudaeis dist. 45. Dicitur enim illic, praecipit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. Talis namque inuiti saluandi non sunt, sed volentes. Praeterea, quia si inuitis parentibus, baptizarentur: sequeretur magnum detrimentum fidei. Nam facile ex parentum persuasione relinquerent statum, quem vi susceperunt propter naturalem affectum, quem erga parentes habent, & ad infidelitatem reuerterentur. Praeterea, quia quandiu pueri vsu rationis carent, iure naturali sunt sub cura & tutela parentum. Vnde maximam iniuriam illis inferret, qui contra eorum voluntatem illos baptizaret: nisi aliquis esset iamiam moriturus infantulus, itaque de illo nulla esset spes salutis: tunc enim nullam videretur irrogare fidei iniuriam, qui eum baptizaret, cum nulla inde apostasia probabiliter timeretur, neque parentibus. Quia cum re vera sit moriturus: non eum separat ab illis baptizator, sed mors. Praeterea, quia ius diuinum & gratia non destruant naturam, quinimo illam perficiunt. Destruerent autem illam: si liceret filios infidelium baptizare, ipsis parentibus

D. Antoni. Siluest. Soto.

1. Conclus.

Scoti.

Gabriel.

2. conclus.

D. Thom.

Durandus.

Palud.

rentibus inuitis: non igitur licet. Quibus rationibus innixa Ecclesia, nunquam in terris Paganorum huiusmodi pueros baptizare consuevit, quamuis parentes male vtantur dominio, quod habent in filios. Non enim est eorum iudex Ecclesia: cum Paulus dicat. De his qui foris sunt: quid ad nos: Vnde colligitur quod licet Ecclesia in potentia & habitu iurisdictione habeat in totum orbem si fidem susceperit: actu tamen vim coactiuam minimè exercere potest, nisi in eos, qui eam sua sponte susceperunt, nisi forte vel terras nostras inuadant, vel nobis alia sint ratione infesti. Vel capti fuerint in bello iusto. Nec nocet id quod ab Scoto obijcitur, quod praecipio superioris existente, minimè inferioris mandato est parendum: praecipitum autem de baptismo suscipiendo est superioris, & praecipitum de cura filij habenda est inferioris, ergo ipsis parentibus inuitis, licebit eorum filios baptizare. Non inquam nocet, tum, quia illa maior neuiquam vera censetur, nisi cum superioris praecipitum hanc continet clausulam, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, & exemptionibus in contrarium existentibus: secus, cum aliquid superior praecipit absolute non addendo huiusmodi clausulam, & sic se habet praecipitum de baptismo respectu praecipiti naturalis de cura, quam parentes circa filios habere tenentur, tum vero, quia vtrunque est diuinum & naturale praecipitum. Quod autem diuino praecipito omnes ad baptismum teneantur, semper est intelligendum iure naturali paterno seruato, vt liquido ex Ecclesiae vniuersalis vsu constat. Nec praecipitum de baptismo commode eo modo adimpleri potest. Nam quauis praecipitum de non occidendo adimpleri possit per medium coactum: non tamen praecipitum de baptismo, nec praecipitum de audienda missa, neque de confessione, aut de suscipienda eucharistia: Quia haec praecipita per media libera

1. Ad cor.

Scot.

Conci. Tolet.

3. conclus.

D. Thom. Caietan.

sunt adimplenda: & non debemus ad hoc aliquem cogere, sed tantum admonere. Et ratio huius discriminis est: quia eripiendo puerum de manibus patris illius volentis corporaliter interficere: consequitur effectus praetentus, nepe vt non interficiatur. Vnde, vis illa, illata patri est medium ordinatum ad vitam illius pueri conseruandam. At vero baptizare pueros infidelium per vim, non est medium aptum, & ordinatum ad implendum praecipitum de baptismo, & ad saluandam vitam spiritualem propter periculum relinquendi fidem ex patris conuersatione (vt dictum est). Annotandum est tamen, quod si alter parentum consentiret: possemus eorum filios baptizare, vel si eorum alter veniret ad fidem: auferri deberet filius a parente manente in infidelitate, & huic conuerso dari secundum D. Tho. in 4. dist. 39. q. 1. arti. 4. ad quartum, & habetur in Synodo Toletana praedicta. Et quidem quod si pater conuertatur ad fidem vxore in infidelitatis errore manente, communis proles assignari debeat conuerso, habetur in cap. Ex literis. de conuersione infidelium. Quod si e contrario mater conuersa fuerit ad fidem, viro in infidelitate remanente, filij ipsam matrem sequi debeant, habetur in cap. Iudaei. 28. q. 1. quod quidem ratio conspicua suadet, siquidem cum fit diuortium inter coniuges, filij innocentis partes sequi debent. Notate, quod merito dixi, inuitis parentibus infidelibus: nam secus est de filijs Christianorum. Quia cum sint de iurisdictione Ecclesiae: quantumuis parentes reluctentur, possunt baptizari. Imo ipsi parentes contradicentes, tanquam apostatae essent puniendi. Tertia conclusio: Si filij infidelium baptizarentur de facto inuitis parentibus: verum baptismum reciperent. Hac conclusionem tenet D. Tho. 3. p. q. 68. artic. 10. & Caietan. ibi, & Antoninus. 2. part. 12. cap. 2. §. vltimo. & Scotus in 4. dist. 4. q.

D. Thom.

Conci. Tolet.

3. conclus.

D. Thom. Caietan.

Soto. 4. q. 9. & Soto vbi supra ¶ & ratione probatur: quia illic est vera materia, & vera forma, & intentio ex parte ministri, vt supponitur, & ex parte recipientis non est obex. Nam consensus pueri recipientis non requiritur: quia sicut peccatum originale sine proprio consensu contrahitur, ita sine proprio consensu remittitur, vt habetur expressè in cap. Maiores. de baptismo. Nec etiam impedit ad verum baptisma contradictio parentum: cum non deducatur ex aliquo loco sacræ scripturæ alienam voluntatem requiri ad hoc sacramentum recipiendum. **E** Item, nam si cum filius patre infideli renitente occiditur pro Christo, verû sanguinis baptismum suscipit, nulla etiam apparens ratio suadere potest, vt si ipso inuito baptizetur, baptismum aquæ non suscipiat, cum baptismum aquæ qui est sacramentum, baptismum sanguinis, qui sacramentum non est, efficacior esse liqueat. ¶ **V**ltimo confirmatur hæc sententia ex illo cap. allegato de Iudæis, vbi non permittuntur rebaptizari: quinimo præcipitur illic vt fidem, quam etiam vel necessitate susceperunt, tenere cogantur: ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. **E** Scio tamè Durandum contrariam sententiam tenere, scilicet sic baptizatos non manere baptizatos, cui Petrus à Palud. suffragatur ibidem. q. 4. Sed hæc sententia nullo pacto est tenenda, nam fundamentum, quo fulcitur, falsum esse ex superioribus, compertum est: ait enim quod voluntas patris est voluntas filij, & quod sicut in adulto ad baptismum recipiendum, est necessaria propria voluntas, ita voluntas parentum in paruulo, cuius contrarium verissimum esse ostendimus, nempe patris voluntatem etiam interpretandam non esse necessariam, vt paruulus verum recipiat sacramentum. **L**ogè nãque diuersa ratio est de adulto, & de paruulo; ex eo q̄ in adulto propria

A voluntas formalis, vel saltem interpretatiua ad eod. exigitur, vt si inuitis baptizetur, & illi fiat iniuria, & baptizatus nõ maneat, at verò in paruulo, neque propria, neque aliena voluntas ex necessitate requiritur, sed solum vt bene fiat: Si enim ipsis parentibus inuitis puer baptizetur, quamuis eis iniuria fiat, verum tamen baptismi sacramentum suscipit. Nec valet quia hoc est contra ius nature, ergo nihil fit. Vnde, licet D. Thom. vbi supra in corpore ar. concedat esse contra iustitiam naturalem, si pueri baptizentur inuitis parentibus, non tamen negat factum tenere, si baptizentur, & eodem modo intelligere oportet id quod ibidem in solutione ad. 3. dicit D. Thom. videlicet, quod adultus homo ordinatur in Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest: vnde, puer antequam vsum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum cura naturaliter subiacet: intelligit enim D. Thom. quod ordinatur per voluntatem patris, vt licite fiat, non autem quod si fiat, factum non teneat, quia voluntas patris non est filij, nisi metaphoricè, & secundum regulam iuris, scilicet quod multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. ¶ **S**ed iam quod non licet baptizare filios infidelium qui Christianorum serui nõ sunt, dubitatur: an liceat filios infidelium, qui sunt serui Christianorum (vt capti in iusto bello) baptizare? Ad quod dubiũ breuiter respondetur, quod tenendum est tanquã verior & probabilior sententia licere illos baptizare inuitis parentibus. Hãc sententiã tenet Caiet. in cõm. 2. 2. q. 10. ar. 12. Et ratione probatur: quia si pueri carètes vsu rationis auferretur & baptizaretur, nõ fieret eis præiudiciũ, sed potius conferretur illis magnũ beneficium, nec parentibus eorum: quia licite possunt eis auferri, & vendi in seruitutem fidelibus vel infidelibus propè vel longè, vt alij concedunt. **E**o quod tam mancipia, quam eorum filij sunt res

res domini, ¶ quo facto subtrahuntur totaliter à cura parentum, & subsunt in omnibus curæ eorum, quibus venditi sunt. Quo circa si ab eis tollantur, & offerantur baptismo, nulli videtur fieri iniuria. Non tamen esset decens, nec securum quod pueri baptizati manerēt sub cura infidelium parentum, ne cum ad annos discretionis peruenirent, eos à fide retrocedere facerent. **E**t ob id à patrum cura siue iuste siue iniuste, sufficienter separari debent, taliter redeundi ad eos non relinquatur spes, sed habeantur tanquam orphani. Idem enim censetur non habere parentes, & illos remotissimos habere vt ait Caieta. in cõm. super. 2. 2. q. 10. ar. 12. Imo non tantum illos baptizare licet: verum etiam vendere, hac intentione, vt à cura paterna separati baptizentur. Siquidem huiusmodi venditio non ex sola hac intentione vt baptizentur, honestatur, sed ex eo quod dominus est parentum, & filiorum. Et eadem ratione supposito, quod princeps Christianus aduersus aliquos infideles iustum bellum gereret, liceret illi subtrahere eorum filios ab ipsis vt eos baptizaret. Quod quidem manifesta ratione probatur, quia cum illud mediũ, scilicet bellum, sit iustum (vt supponimus) & intentio illa baptizandi sit bona & subtrahere eos à parentibus, & baptizare absque scrupulo aliquo potest. Sciendum tamen nobis impræsentiarũ est, quod etsi postquam iam sunt baptizati, nullatenus pro illis redemptionem Christianis accipere licet, ne eorum parentes eos peruertant, ac in suam trahant perfidiam: attamen antequam baptizetur eam accipere optime licet, nam ius gentium hoc exposcit, vt in bello capti redimantur. Valde enim expedit bono communi, vt hoc ius gentium obseruetur, nam alias si redemptio filiorum à parentibus infidelibus petita non concederetur eis, nollent quoque infideles redemptionem pro Christianis captiuis recipere. Ex quo non minimum no-

A cumentum populo Christiano reddideret. ¶ Similiter baptizare potest ecclesia filios hæreticorum inuitis parentibus: quia potestatem habet super eos, cum possit illis inferre iustum bellum, est nanque hæresis Lutherana hac nostra tempestate, quod hæretici nõ sunt compellendi. Similiter si quis furtim vel violenter ab infidelibus qui sunt in Africa, vel in India liberi, suos paruulos surriperet: posset eos elongatos à suis parentibus baptizare: esset tamen nefas illo sine eos capere. **S**ed dubium se offert hic non contemnendum, vtrum scilicet, adultos infideles solum vt fidem suscipiant, minis, & terroribus, atque aperto bellorum impetu liceat cogere? Ad quod dubium, omissa Scoti sententia vbi supra, tenenda est contraria ex communi doctorum consensu. Dicit namque D. Thom. in. 2. 2. q. 10. ar. 8. & 12. quod sunt huiusmodi infideles inducendi ad fidem non coactione, sed persuasione, idem & Ricardus in. 4. dist. 6. ar. 3. q. 1. & Petrus Palud. & Durandus vbi supra, & Magister Soto in. 4. dist. 5. q. vnica, & præclarissimus magister à Victoria in sua relectione de Indis insularis. p. 6. Probatur ex illo verbo Christi, Prædicare euangelium, &c. & docete omnes gentes. Non ait ipsum obtundite: sed docedo persuadeate, & qui sua sponte crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. Itè, ex illo Math. 10. Cum discipulos misisset ad prædicandum, has leges eis præscripsit, Infirmos curate, mortuos fulcitate, leprosos mudeate, dæmones eijcite, & nõ dixit, sanos plagis afficite, aut viuentes trucidate, & nec virgam vllam feratis, scilicet potestatis. Quinuerò intrantes domum, ait, salutate eam dicentes, Pax huic domui (hoc est) ecce vobis pacem offerimus, pacemque annuntiamus euangelicam. Et statim subiungit, Quicumque non receperit vos neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

Conclus.

Caietan.

E

Caiet.

¶

¶

¶

E

¶

Scot.

D. Tho.

Ricar.

Palud.

Durand.

Soto.

M. vitor.

ria.

Math. 10.

stris. Non ait, persistentes, cogite vt vos audiant: sed, relinquit eos in sua infidelitate. noluit ergo Dominus, vt eos bello infestaremus. Quo fit, vt illos, qui nos audire nolent, compellere vt audirent, non possemus: bene tamen (vt dixi) persuadere. Sic enim intelligendum est, cu dicitur quod inest nobis tam diuini quam naturale promulgandi euangelii

Marci. ult.

vbique terrarum secundum illud Mar. ult. Eunt in mundum vniuersum, praedicare euangelium omni creaturae: non quidem minis & terroribus, sed persuasionibus, blandimentis, ac benignitate, & ad eundem modum intelligere oportet. illud Lucae. 14. Compellere eos intrare

Luce. 14.

vt impleatur domus mea & illud Pauli ad Timot. 4. Argue, obsecra, increpa, &c. vel possumus dicere quod in illa parabola loquebatur dominus cum hereticis, quos vt dixi compellere possumus: ita vt cum illic dicitur, claudos & debiles, ac caecos introducere: per omnes istos intelligamus haereticos: & quod ob id eos iussit compellere: & per illos, qui tantum inuitauit intelligamus omnes infideles, qui nunquam fidem nostram susceperunt. Et idcirco istos qui se excusant, compellere non iussit.

2. ad Tim.

Quia credere, est voluntatis, timor autem multum minuit de voluntario (teste philosopho. 3.) Ethic. Et vt rem hanc concludamus, alijs praetermissis testimonijs & rationibus, hoc vnum argumentum, quod mihi facit satis, ex omnibus selegi, nempe, quod nullum vnquam aut sanctorum pontificum, aut conciliorum reperi talem cogendi modum ad introducendam fidem, vel docuisse vnquam, vel permisisse. Imo sanctorum Patrum Concilia huius coactionis opinioni vnanimiter contradicunt, vt aperte in illo Concilio Toletano 4. citato monstratur.

Aristo.

Nota tamen quod si quis praedicatio nem nobis impediret, iure possemus eius violentiam etiam armis propulare. Exemplum est, si princeps aliquis tyrannus aliquam nobis prouinciam praedicandi gratia adeuntibus, vt ingressum prohiberet, aut nos in carcerem detrunderet, vim illam vi repellere possemus.

Conci. Tolet.

Notandum est, quod si quis praedicatio nem nobis impediret, iure possemus eius violentiam etiam armis propulare. Exemplum est, si princeps aliquis tyrannus aliquam nobis prouinciam praedicandi gratia adeuntibus, vt ingressum prohiberet, aut nos in carcerem detrunderet, vim illam vi repellere possemus.

dicandi gratia adeuntibus, vt ingressum prohiberet, aut nos in carcerem detrunderet, vim illam vi repellere possemus.

XVIII. DIFFICULTAS.

Utrum pueri existentes in vteris maternis sint baptizandi?

Ad hanc difficultatem sit prima conclusio, nullo modo eos esse baptizandos. Hanc conclusionem tenet D. Augustinus in epistola ad Darda. Inquit naque, nemo renascitur: nisi prius nascatur. Certum autem est baptismum quandam regenerationem esse, antequam ergo nascantur, non possunt baptizari. Praeterea, quia baptismus est quaedam ablutio: puer autem in vtero existens non potest villo modo aqua abluui, quia quamuis ablutio baptismalis corpus matris lauet: tamen ad filium in vtero existentem pertingere non potest, siquidem puer ille tam quoad corpus quam quo ad animam distinctus est a matre. Vnde secundum omnes doctores & ius cano. de consecra. dist. 4. cap. Qui in maternis. expectanda est pueri natiuitas. Si tamen interficeretur mater pro Christo: secus esset. Quia tunc etiam puer existens in vtero interficitur. Sed si abluatur mater: non abluatur puer (vt dictum est.)

Sed nunquid est aliquod remedium, quomodo paruuli saluentur in vteris maternis? Ad hoc Caiet. in commen. 3. p. q. 68. ar. 11. asserit posse huiusmodi paruulos saluari per sacramentum baptismi non in re, sed in voto parentum susceptum cum aliqua benedictione prolis, seu oblatione ipsius ad Deum cum inuocatione Trinitatis. Ratio illius est. Quia rationale (inquit) videtur, vt diuina misericordia prouiderit homini in quocumque naturali statu de aliquo remedio salutis, ita vt nullum reliquerit statum potentem allegare, impossibile esse sibi salutis remedium. Non ergo videtur, quod Deus

conclus.

D. Aug.

Caiet.

D. Tho.

Deus dereliquerit paruulos existentes in vteris maternis sine remedio. Sed D. Th. expresse in loco citato, & in. 1. 2. q. 113. ar. 3. & in quodlib. 6. ar. 4. dicit quod non habent aliud remedium nisi baptismum, & idem tenet Aug. in lib. de natura & gratia. c. 8. & ita indubitanter tenendum est. Vt tamen clarius explicemus hanc materiam tres conclusiones in medium adducemus, quarum prima sit: Et speciali priuilegio Dei, & sola eius misericordia possunt saluari pueri in vteris maternis. Hanc conclusionem habet dominus Durandus in. 4. dist. 6. q. 2. & Palud. dist. 1. q. 1. & Gabriel. dist. 6. q. 1. & Alexan. Alen. 4. par. q. 13. membro. 1. & Th. vbi supra ad. 1. Nam dicit quod possunt subijci operatioui Dei Domini apud quem viuunt, vt quodam priuilegio gratiae sanctificationem consequantur. Idem habet in. 4. senten. dist. 24. q. 1. ar. 2. quae stiuncula. 3. ad. 2. Dicit tamen Bonauentura & Alexan. Alen. quod si Deus hoc non faciat, nulli facit iniuriam, quia nec salutem illi debet, nec promisit per legem aliquam, & crediderim ego nunquam de facto Deum fecisse. Ratio quae ad id tenendum moueatur est, quia Deus miracula nequitiam nisi in edificatioue ecclesiae haecenus facit, vt perspicue constat in Christi & Apostolorum, atque aliorum sanctorum miraculis.

D. Aug.

Pri. conclus.

Durand. Palud.

D. Bonau. Alex. alen.

2. conclus.

Ad Titu. 3.

Ad Ephes. 5.

D. August.

Secunda conclusio: Haereticum videtur esse dicere quod sit aliquod remedium institutum a Deo regulare vel commune, quo paruuli saluentur praeter baptismum. Probat haec conclusio ex Paulo ad Titu. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & ad Ephes. 5. Christus dilexit Ecclesiam suam, mundans eam lauacro aquae in verbo vitae. Habet etiam illam D. August. in. 3. lib. de origine animae. c. vlti. aduersus Vicentium qui hunc errorem habuit. Vbi August. dicit, Noli dicere, noli credere, noli docere, infantes morte praeventos, antequam baptizentur, posse peruenire ad originalium indulgentiam peccatorum si vis esse catholicus. & de natura & gratia. cap. 7. & de bono perseuerantiae cap. 12. & de fide ad Pet. cap. 27. cuius verba referuntur de consecra. dist. 4. cap. firmissime. de peccatorum meritis cap. 18. & 21. & lib. 3. c. 2. & in epistola. 28. ait enim, tenere, paruulum sine baptismum posse saluari, est contra Ecclesiam, & collegit haec conclusionem D. August. scilicet neminem posse saluari sine baptismum in re vel in voto ex illo loco, Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit, &c. & per votum intelligitur proprium desiderium fidei, & charitate formatum. Cum autem paruulus huiusmodi votum habere nequeat, nec baptismum in re habeat, fit, vt secundum Christi sententiam saluari non possit. Eadem conclusio habetur diffinita in concilio Mileuitano. cap. 2. contra Pelag. & in concilio Constan. sessione. 15. & magis explicitè diffinitur in concilio Tridentino, sessione. 5. cap. 3. 4. & 5. & sessio. 6. c. 4. id ipsum habetur & ratione probatur. Quia si illud remedium esset sufficiens esset sacramentum, ac ex consequenti essent octo sacramenta, quod haereticum est asserere. Postremo probatur, quia cum per legem gratiae, & baptismi sacramentum, iam omnia remedia, & sacramenta legis naturae, & scripturae sint abrogata, & votum parentum cum aliquo signo exteriori fidei protestatio fuerit remedium in illis legibus, merito fit consequens; non esse modo aliquod remedium quo paruuli saluentur praeter baptismum. Nec nocet argumentum Caieta. fides parentum cum aliquo signo exteriori erat sufficiens remedium ante Christi aduentum pro paruulis, vt dicit Greg. cuius verba habentur de conse. dist. 4. c. Quod apud nos valet aqua. ergo & modo quando non est aliud remedium, sufficit fides cum signo exteriori, siquidem nec fides antiquorum erat potentior, quam nostra, nec Deus est minus prouidus, pius, ac cupidus salutis paruulorum nunc quam antea. Non inquam nocet, nam si illa maior intelligatur, quae

atholicus. & de natura & gratia. cap. 7. & de bono perseuerantiae cap. 12. & de fide ad Pet. cap. 27. cuius verba referuntur de consecra. dist. 4. cap. firmissime. de peccatorum meritis cap. 18. & 21. & lib. 3. c. 2. & in epistola. 28. ait enim, tenere, paruulum sine baptismum posse saluari, est contra Ecclesiam, & collegit haec conclusionem D. August. scilicet neminem posse saluari sine baptismum in re vel in voto ex illo loco, Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit, &c. & per votum intelligitur proprium desiderium fidei, & charitate formatum. Cum autem paruulus huiusmodi votum habere nequeat, nec baptismum in re habeat, fit, vt secundum Christi sententiam saluari non possit. Eadem conclusio habetur diffinita in concilio Mileuitano. cap. 2. contra Pelag. & in concilio Constan. sessione. 15. & magis explicitè diffinitur in concilio Tridentino, sessione. 5. cap. 3. 4. & 5. & sessio. 6. c. 4. id ipsum habetur & ratione probatur. Quia si illud remedium esset sufficiens esset sacramentum, ac ex consequenti essent octo sacramenta, quod haereticum est asserere. Postremo probatur, quia cum per legem gratiae, & baptismi sacramentum, iam omnia remedia, & sacramenta legis naturae, & scripturae sint abrogata, & votum parentum cum aliquo signo exteriori fidei protestatio fuerit remedium in illis legibus, merito fit consequens; non esse modo aliquod remedium quo paruuli saluentur praeter baptismum. Nec nocet argumentum Caieta. fides parentum cum aliquo signo exteriori erat sufficiens remedium ante Christi aduentum pro paruulis, vt dicit Greg. cuius verba habentur de conse. dist. 4. c. Quod apud nos valet aqua. ergo & modo quando non est aliud remedium, sufficit fides cum signo exteriori, siquidem nec fides antiquorum erat potentior, quam nostra, nec Deus est minus prouidus, pius, ac cupidus salutis paruulorum nunc quam antea. Non inquam nocet, nam si illa maior intelligatur, quae

Conci. Mileuit. Conci. Trident.

Th.

E

D

Caiet.

D. Grego.

fides

fides parentū ex natura fidei sufficiebat, falsa est. Si autē intelligatur in quantum applicabatur per modū sacramenti, vera est, & ad illud quod fides antiquorū non habet maiore efficaciam, quā nota, facillē respōdetur distinguēdo, in ratione fidei cōceditur, imō fortasse maioris efficacīe est fides nostra quā fides antiquorū in ratione fidei, in ratione verō sacramētū fides antiquorū maiore continebat efficacīā, eō quod applicabatur per modū sacramētū: at verō modo iam fides sub ratione sacramētū est abrogata, & sacramētū baptismi tanquā nouū remediū institutū est, & ad eō est necessarium ad salutē, vt absq; illo in re nulla tenus paruulus saluus fieri possit.

3. conclus. Tertia conclusio: Temerariū videtur esse asserere, quōd pueri siue in vtero, siue extra vterū saluētur in fide parētum per cōmunem priuilegiū. Probatur hęc cōclusio, quia illud asserere, est contra omniū sanctorū, & omniū theologorū sentētiā. Habetur nāq; in concil. Tridē. Si quis dixerit, baptismū non esse necessariū ad salutē: anathema sit. Nec fides antiquorū patrū sufficiebat vt filij saluaretur, nisi adhiberetur aliquod signū exterius vt tenet D. Thom. 3. p. q. 68. art. 1. ad. 1. In omni enim lege tā noua, quā scripta, quā naturæ, adhibuit Deus paruulis viuētib; propria vita: existētibusq; extra vterū, remediū per aliquod signū exterius, nō autē pro existētibus in vtero. Sed dubitatur, quid faciendū sit de pręgnāte dānata ad mortem? respondetur quod est expectādus partus, vt habetur in. 1. Negatur. ff. de mortuo, & in. 1. Imperator. ff. de statu hominum.

Sed quid faciendū si illa ægrotet ad mortē, an aperiēda sit, vt foetus baptizetur: quod tēporibus nostris medic; quidā consuluit, & pessimē. Dicitur igitur ad dubiū quōd nullatenus est aperiēda: tū, quia nō potest sciri euidenter futuram esse mortē matris: tū, quia licet sciretur esse mortē matris: tū, quia licet sciretur (teste Paulo ad Rom. 3.) nō sunt faciēda mala, vt veniant bona. Igitur cū ex hu-

iusmodi aptione euidenter mors matris sequatur: nō aperiēda. Verum est tamē, quōd iam mortua esset aperiēda vt si puer viuus reperiatur baptizaretur, vt dicit D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 11. ad. 3.

XIX. DIFFICULTAS.

Vtrum furiosi, & amentes sint baptizandi?

B Hic difficultate aliquibus cōclusionibus respōdetur, quarū prima fit. Si aliquis sit perpetuō amēs, quia sic natus est, & nunquā vsum rationis habuit: huiusmodi baptizādus est. Probatur. Nam idem iudiciū est de isto ac de pueris: sed pueri ante vsum rationis baptizari possunt in fide Ecclesiæ, ergo & huiusmodi amens.

C Secūda conclusio: Si quis prius vsum rationis & sanā mentē habuit. Postea verō in amentīā incidit: si quando habuit vsum rationis baptismum suscipere voluit: absque dubio est baptizādus etiam si tunc renitatur actualiter.

D Tertia cōclusio: Siquis cū vsum rōnis habuit, baptismū suscipere noluit: postea demētia captus, nō est baptizandus, & si de facto baptizaretur: nihil baptismi ei prodesset. Ratio secūda & tertīa cōclusionis est. Quia pręterita voluntas præsens reputatur. Quo fit, vt quāuis tota ciuitas occideretur pro Christo, priuilegio talis martyrij non gauderet, vt alij, imō periret. Secus si à nātinitate fuisset amens: nam tunc & prodesset ei baptismus & martyrium.

E Quarta conclusio: Si quis taliter sit amēs, de quo creditur ad pristinā sanitatē redire posse (vt cōtingit in illis, qui solent habere lucida interualla) quāuis antea baptismū suscipere voluerit (nisi periculū mortis immineret) non est statim baptizandus. Probatur, quia melius est, vt tēpus in quo ad sanā mentē redat, expectetur: ne sacramēto irreuerētia inferatur, & ob hęc causam nō sunt baptizādi dormiētes quātūcūq; invigilia pri-

D. Thom.

Pri. cōclus.

2. conclus.

3. conclus.

4. Concl.

De baptismi effectibus.

XX. DIFFICULTAS.

Vtrum baptismus remittat peccata omnia, nempe tam actuale, quā originale?

D. Thom.

voluerint baptismum suscipere, nisi cōstet periculū mortis eis imminere. Has omnes cōclusiones sic intellectas tenet expressē D. Thom. 3. par. q. 68. ar. 12.

Sed annotandum est magnopere, qd si quando quis voluit suscipere baptismum & incidit in amentiam, constaret nobis ipsum existere in mortali aliquo, nempe in concubinato, de quo poenitere nolebat: malē faceremus tunc baptizando existentem postea in amentia, neque tunc ei baptismus prodesset ad gratiam suscipiendam, cū secundū communiorē sentētiā sicut peccatum actuale sine proprio consensu non contrahitur: ita nec sine proprio consensu remittitur, vt in cap. Maiores. habetur. Requiritur enim in adulto poenitentia, vt alibi dico. Notandum est autem illū nunquā poenituisse de illo peccato (vt supponimus) siquidem iudicandum est de conscientia & voluntate amentis, sicut atēquā incidit in amentīā. Pręterea, quia nunquam aliquis per sacramentum fit contritus, nisi sit contritus: ille autem in amentia existens nullam dispositionem actumque humanum habet: imō ponit obicem virtualiter, quia sufficit ad hoc quōd nūc dicatur ponere obicem, quōd antequā in amentiam incidisset affectum habuisset ad peccatum: cū illa voluntas censeatur nunc perseuerare in illo, non ergo aliquid ei prodesset baptismus. Verū est tamen, quōd si admitteretur adultus cum solo originali sine culpa actuali, si illo modo dispositus incidere in amentiam, de illo esset maior difficultas. Nam cū ad remissionem originalis non requiratur actualis fides, sed satis est fides Ecclesiæ illum offerentis, & quōd ille non posuerit obicē criminis actualis: non immerito censeretur baptizari posse, & fieri martyr si occideretur pro Christo. Sed tamen D. Thom. non admittit in adulto originale sine actuali culpa, eō quōd perueniens ad vsum rationis tenetur se illicō conuertere in Deum.

D. Thom.

Hic difficultati vnica conclusio- ne affirmatiua respondetur. Hęc conclusio ponitur diffinita in concilio Flor. sub Eugenio. 4. & in concilio Tridentino sessione. 5. canone vltimo. Hęc etiam conclusionem vnanimiter tenēt omnes catholici doctores. Eam enim tenet D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 12. & probāt doctores ex cap. A paruulo. de conse. dist. 4. vbi dicitur: Nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tantū originali, maiores autem omnibus moriuntur peccatis, etiam quæ malē viuendo addiderunt originali. Probant etiam ex sacro eloquio. Habetur enim Ezechielis. 36. Effundam super vos aquā mundam, & emundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Probant etiā ex illo Exodi. 14. Vbi dicitur de Aegyptijs quōd omnes suffocati sunt in mari Rubro, ita vt nec vnus ex eis remansit. Per quod figurabatur quōd omnia hominum peccata suffocanda erant in aquis baptismi. Probant insuper ex illo dicto Apostoli ad Titū. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis, &c. Nec tantū de hac cōclusionē non licet dubitare, sed nec licet dubitare quōd per baptismū remittatur tota poena debita p peccatis, quæ soluenda erat in purgatorio, vel in inferno, sed hęc nunquam finiretur. Habetur nanque de fide diffinita in concilio Florentino. & de conse. dist. 4. c. Per baptismum, quōd quicquid ab homine dictum, factum, & cogitatum est: totum aboletur, & quasi factum non sit habeatur, & cap. Sine poenitentia. & cap. Per aquam, & cap. Regenerante, super illud

Concl. vni ca.

D. Thom.

Ezech. 36

Exod. 14.

ad Titū. 3.

Cōcl. Flo.

ad

Ad Rom. 11 ad Rom. 11. Sine poenitentia sunt dona & vocatio Dei. Ait Ambrosius. Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum, &c. sed omnia gratis condonat. Præterea, Paulus ad Rom. 6. inquit, in baptismo commorimur Christo (id est) applicatur nobis eius passio, ergo totam emundat conscientiam quod ad culpam, & quod ad poenam, & 1. ad Cor. 6. post longam enumerationem omnium peccatorum subdit, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. Vnde ad Oceanum inquit Hieronimus. omnia peccata per baptismum donata esse verè & fideliter. Ex his manet iam reprobatus error Lutheri, qui dixit peccatum originale remitti in baptismo, sed nequam radicis deleri. Sed illud dicit tantum radi aut non imputari, & sicut philosophi dicunt, qualitatem remitti, licet non funditus tollatur, sed remanentem concupiscentiam verè esse actuale peccatum, itaque concupiscentia carnis, quæ est in viro iusto, dicunt quod est actuale peccatum: quod hæreticum est. Nam cum Apostolus ad Roma. 7. dicit, Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod habitat in me peccatum. Non peccatum, sed inclinatio ad malum est cui per gratiam Dei resistere possumus. Nichil enim quod habeat propriam rationem culpe manet in regeneratis, sed concupiscentia ipsa vocatur peccatum à Paulo, eod quod est effectus peccati quemadmodum solemus vocare bonam manum cum aliquam bonam literam videmus. Sic enim exponit Divus Augustinus primo libro de nuptiis & concupiscentiis. c. 23. & libro 1. de peccatorum meritis & remissionibus cap. 15. cuius verba referuntur de consecra. dist. 4. cap. Generante. Dimittitur igitur in baptismo originale peccatum, & ex consequenti omnia actualia peccata, quia cum remissio peccati sit reconciliatio in amicitiam Dei, consequens fit, ut originale absque mortalibus, aut unum mortale sine om-

nibus remitti nequeat: quia impium est à Deo dimidiam sperare veniam. Ac per consequens etiam remittuntur venialia, quoniam qui maius dimittit, quid mirum quod & minus dimittat. Lauat igitur baptismus tam ab omni actualium multitudinem, quam ab originali. Vnde de consecra. dist. 4. cap. Generante, dicitur peccatum originale, regenerante autem Spiritu sancto, non tantum originalium, sed & voluntariorum fit remissio peccatorum. Ex quo etiam exploditur error Manicheorum asserentium, baptismum nullum prorsus habere effectum: & error glossæ in capit. Non ex quo. de consecra. dist. 4. vbi quidam Hugo canonista dicit, in baptismo peccatum originale non ita dimittitur ut non sit, sed remanet in homine sopitum, & debilitatum. Nec tantum per baptismum in re susceptum remittitur culpa, sed etiam omnis poena cuiusque non ponenti obicem, quod non facit poenitentia, siue illa quæ subsequitur baptismum, siue illa quæ præcedit cum voluntate ac intentione baptismum suscipiendi. Quia solum remittitur per illam poena debita pro peccatis secundum quantitatem contritionis. Tanta enim potest esse contritio poenitentis, ut per sacramentum absolutionis prorsus omnia remittantur peccata quod ad culpam & poenam. Inter alias enim differentias, quæ inter baptismum & poenitentiam solent assignari, hæc est una, ut expressè habetur in concilio Tridentino, sessione 6. cap. 14. & à priori alia ratio assignare nequit, nisi quia Christus ita voluit, & quia ita voluisse ex traditione, & usu vniuersalis Ecclesiæ, & ex concordia sanctorum sententia fundata in sacris literis: in quibus baptismus regeneratio, mors & sepultura vocatur, liquet. Nec obstat id quod obijci potest ex capit. Agunt. de consecra. dist. 4. vbi dicitur, quod homines primò debent agere poenitentiam, & postea baptizari, ut dicit D. Petrus

Actuum. 27. Acto-

Acto. 2. & c. Ne quod absit. eodẽ titulo. Vbi dicitur quod quidam Iudei volebant baptizari, & præcipitur, ut eis imponatur pro prioribus peccatis, antequam baptizentur, poenitentia. 40. dierum. Ex quibus locis aperte colligi videtur non remitti totam poenam debitam pro peccatis, per baptismum. Non inquam nocet, quia illa poenitentia. 40. dierum non erat satisfactio, sed in sacramenti reuerentia, ut exerceretur in his, quæ perpetuo professuri erant per baptismum imponebatur illis. Non igitur negari potest nostra sententia scilicet quod per baptismum omnis poena remittitur. Non tamè per hoc intelligatis baptismum tollere poenam, quæ in foro exteriori debetur, ut D. Tho. manifestè dicit in 3. p. q. 69. ar. 2. ad 3. non enim baptismus liberat furẽ à suspensio. At verò à poenis ecclesiasticis, quæ ex proprio delicto sequuntur benè liberat, nepe ab irregularitate quæ consequitur ex homicidio, & ab omni alia irregularitate siue ex delicto siue sine illo contracta, excepta dicitur à irregularitate quæ ex bigamia contrahitur. Si enim quis duas uxores habuit in infidelitate, vel unam in infidelitate, alteram verò in fidelitate: ordinem recipere non potest. Quia baptismus non tollit hanc irregularitatem, ut tenet Ambrosius libro primo de officiis cap. ultimo, cuius verba habentur 26. distinctione. cap. vna. Eandem sententiam tenet Divus Augustinus libro de bono coniugali. cap. 18. & cuius verba habentur 26. dist. cap. Acutius. & eam approbat D. Thom. in addi. 3. p. q. 66. ar. 4. & super epistolam ad Titum cap. 1. & super Epistolam 1. ad Timotheum. cap. 3. Scio tamen Divum Hieronymum, cuius verba referuntur 26. dist. cap. vnius. oppositum tenere, quod licet probabiliter possit defendi: sententiæ tamè Ambrosij, August. & D. Thomæ adhaerendum nobis esse tanquam probabiliori arbitramur. **X. XII. D I F F I C I L T A S.**

A *Utrum per baptismum deleantur poenalties huius vite?* **P** Ro huius difficultatis elucidatione annotare oportet, quod in præfenti difficultate non loquimur de poenis actualibus peccatis debitis, quia de his in præcedenti difficultate differuimus: sed loquimur de poenalties, quæ cũ originali peccato contrahuntur, nempe concupiscentia carnis, morbiq; & calamitates, ac deniq; mors. Hoc fundamento sic præmisso, vnica conclusione me satisfacere posse arbitror. Baptismus virtutem auferendi præfentis vite poenalties habet: non tamen eas in præfenti seculo auferit, sed eius virtute auferentur à iustis in resurrectione corporum. Hæc conclusio duabus rationibus manifestis ostenditur. Prima, Quia notum est Christum à principio suæ incarnationis fuisse plenum gratia, & virtute, & tamè corpus passibile habuisse, quod post passionem & mortem resurrexit gloriosum: pari ergo ratione Christianos in baptismo gratiam consequi quantum ad animam: corpus autem remanere passibile, & in resurrectione immortalitatem inditurum, fateri opus est; & ita ad Rom. 8. ait Apostolus, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur; ut simul glorificemur. Secunda, Quia decuit has poenalties in homine remanere post baptismum propter spirituale exercitium vite Christianæ, ut videlicet contra concupiscentiam atq; aliarum calamitatum incursum pugnetes, victoriæ coronam assequeremur. Nec per gratiam baptismi in illu statum innocentie in hac vita nos reuocari decuit, à quo Adà cecidit per peccatum. Stat' naq; ille erat supernaturalis, & ideo cũ illu non recuperam', manem' in nostra natura, quæ est vniuersum mortales. At verò natura mortalitatis secum & morbos & alias calamitates trahit, ac carnis concupiscentiam aduersus spiritum. Dicitur tamè ista nobis in poenam peccati

Coc. unica

Ad Rom. 8

G u

ne quidam maiorem gratiam, quidam vero minorem suscipiunt. Non enim concludit alia ratio Gabrielis, aut enim, quod cum sacramenta efficiant quod significant, & baptismus determinatam ex divina ordinatione significationem habeat, fit consequens, ut etiam determinatum effectum ex praedestinatione divina producere habeat. Non inquam, concludit, nam licet quatenus gratia remissionis peccatorum, ac regenerationis vitae spiritalis significat, determinatam significationem habeat, non tamen limitata est gratia, quae per baptismum confertur, ut tanta, vel tanta detur, & non maior, nec minor, siquidem ex maiori vel minori suscipietis baptismum siue dispositione per contritionem, siue per attritionem, maior vel minor gratia ei conferatur ex opere operato, & hoc ipsum de alijs sacramentis fieri oportet, cum in omnibus sit eadem ratio. Sed utrum existente eodem sacramento baptismi, existenteque aequali suscipientium dispositione, aliunde provenire possit, ut unus in baptismo siue paruulus, siue adultus caeteris paribus maiorem gratiam suscipere possit quam alius, merito consequenter dubitare quis poterit. Cui dubio Scotus ubi supra affirmatiue respondet, dicit enim hoc provenire posse, vel ex eo, quod Deus illum ad maiorem gloriam praedestinavit, vel ex eo, quod Christus Dominus quo ad efficaciam magis uni quam alteri suam passionem applicat, vel ex maiori devotione ministrorum, & offerentium. Sed profecto omnia ista & falsa, & voluntarie dicta videntur: quapropter nos quatuor conclusionibus non insufficienter satisfieri posse arbitramur & earum prima fit. Omnibus paruulis equalem in baptismo gratiam conferri fateri necessum est. Conclusio haec praeter hoc quod est tertia a nobis posita in praecedenti dubio, aperta hac ostenditur ratione, quia gratia quae in baptismi sacramento confertur, maior in uno, quam in alio esse nequit ex parte sacramenti, cum idem

Scot.

pri. conclus.

fit in omnibus, nec ex parte ipsorum parvulorum, cum aequaliter sint dispositi. **2. conclus.** Secunda conclusio: Nec paruulis nec adultis datur per baptismum maior gratia ea sola ratione, quia praedestinati sunt ad maiorem gloriam, nec ex eo quod in baptismo uni magis, quam alteri passio Christi applicatur, si aequaliter sint dispositi. Haec conclusio est contra Scotum, & dupliciter probatur primo, quia quotiescunque Deus rem, quancunque ordinat ad aliquem finem, providet illi de medijs congruenibus ad consequendum hunc finem. Vnde, cum hominem ad gloriam quae in visione beatifica consistit, ordinaverit, tamquam ad suum supernaturalem finem: fit, ut etiam de medijs supernaturalibus, scilicet gratia provideat, ac subinde cum illum ad maiorem ordinat gloriam, facit, ut in hac vita maiorem gratiam, ac maiora merita habeat, siue ex opere operato, quia plura sacramenta, & devotius recipit, siue ex opere operantis, quia melioribus operibus se exercet. Non ergo ex sola praedestinatione, aut ex varia passionis Christi applicatione confertur uni maior gratia, quam alteri. Secundo, quia nisi eum, quae ad maiorem gratiam praedestinat, simul ad maiora merita destinaret, perspicue eliceretur, Deum non dare unicuique iuxta opera sua, siquidem minus operanti maius praemium conferret, cuius contrarium expressè in sacris literis habetur. **3. conclus.** Tertia conclusio: Ex maiori devotione ministrorum, aut offerentium non datur in baptismo maior gratia uni parvulo, quam alteri. Conclusio ista etiam est contra Scotum, & ratione probatur, nam nullus praeter Christum, de condigno primam gratiam, aut illius augmentum alteri mereri potest, imo nec de congruo nisi tantum merendo bonum motum illius in Deum, at verò cum parvuli huiusmodi motum habere nequeant, evidenter consequitur, ut ex devotione ministrorum, & offerentium maior gratia uni, quam alteri non conferatur.

Quarta

4. conclus. Quarta conclusio. Quamvis adultis ex devotione ministrorum, & offerentium maior gratia de condigno non datur, cum solus Christus eam hoc modo hominibus mereri valeat: attamen sua devotione mereri poterunt, ut qui baptizantur, maiorem habeat devotionem ac subinde maior ex opere operato ei detur gratia (ut in dubio praecedenti docuimus) quia tamen ex aliquo extrinseco occasio natur, aliquo etiam modo operantis poterit vocari. Ex quibus omnibus satis perspicue colligitur, nec in praesenti vita in gratia, nec in futura in gloria, omnes esse aequales, cum dicat Apostolus stellam ab stella in claritate differre: & Christus redemptor noster asserat, in domo patris eius mansiones multas esse: non tamen per hoc volumus dicere, quod ex adultis repugnet aliquos esse aequales, cum aequalia merita habere possint. Parvuli verò, tam in veteri lege cum circumcissione decedentes erunt aequales in gloria: quam in nova cum baptismo: crediderim tamen ego maiorem per baptismum gratiam conferri baptizatis quam circumcisis per circumcissionem. Hactenus de baptismi effectibus per se, scilicet caractere, & gratia, siue ex opere operato, siue operantis, siue ex devotione baptizantium, vel offerentium detur egimus: nam de effectibus illius per accidens in sequenti conclusione erit sermo. **5. conclus.** Sit igitur ultima conclusio. Effectus baptismi per accidens, scilicet ad quem baptismus non est ordinatus, ut sunt dona gratuita ut salus corporalis: non solum non datur aequalis omnibus adultis etiam si eum aequali devotione accedant, sed neque omnibus pueris: quia dispensantur huiusmodi effectus secundum ordinem providentiae divinae.

1. Ad cor. 13. Ioh. 14.

5. conclus.

XXIII. DIFFICULTAS.

Utrum fictio impediatur effectum baptismi?

Pro huius difficultatis declaratione primo annotare oportet, quod

fictionis nomine intelligitur hypocrisis, & quod cum accedens eo ipso accessione opere profiteatur se rectam fidem habere Christi, velleque se ab ipso iustificari: id tamen non gerit in pectore. Itaque, ille dicitur fictus, qui aliud interius in corde habet, aliud verò in ore exterius ostendit. Vnde quicumque ad baptismum accesserit cum voluntate remanendi in veteri vita, & sine fide, & dolore de peccatis, sine attritione, & sine devotione, vel cum contemptu ipsius sacramenti, existimans non esse in eo efficaciam ad salutem efficiendam, vel cum toto & risu dicitur accedere fictus. Annotare oportet secundo quod bifariam quis dicitur fictus, nepe quia eius voluntas contradicit baptismi, quia interius illum non vult recipere: vel quia contradicit illius effectui, quia licet illum vult recipere: attamen non vult relinquere peccata. His igitur sic praemissis, prima conclusio fit. Qui accedit ad baptismum vel poenitentiam cum fictione primo modo accepta, nec recipit gratiam, nec ipsum sacramentum & Characterem imprimens. Haec conclusio habet in c. Maiores de baptis. **2. conclus.** Secunda conclusio. Qui accedit ad baptismum cum affectu peccandi mortaliter, & sine proposito emendandi corrigendique vitae, si intendit facere quod Ecclesia intendit, licet verum sacramenti characterem recipiat: non tamen illius effectum recipit, scilicet gratiam, imo mortaliter peccat in ipsamet receptione, & sacrilegus efficitur & habetur haec conclusio de consecra. dist. 4. cap. Ostenditur, & cap. Quo modo Deus, & i. quest. 1. cap. sicut ficti. Quo fit ut huiusmodi peccatoribus non sit conferendum baptismum, & tam ille qui cum voluntate peccandi accedit ad baptismum siue ad aliud sacramentum, quam ille qui illud confert peccat mortaliter, & est sacrilegus. Probat. ex illo Sapien. 1. Spiritus ianctus disciplina effugiet fictum. Cum igitur gratia a Spiritu sancto sit, conferri ficto per baptismum, minime

prim. conclus.

2. conclus.

5.

6.

Sapient. 1.

potest. Signanter diximus in conchi. Si accedit cum affectu mortaliter peccandi, nam tunc dumtaxat dicitur accedere fictus simpliciter, & non recipere gratiam. Qui autem accedit cum affectu venialiter peccandi, dicitur tantum secundum quid fictus: & verè recipit gratiam, et quod ipsam cum peccato veniali existere posse, nemo sit qui dubitet. Ex hac secunda conclusione aperte elicitur, quam turpiter, ac absurde Gabriel in 2. dist. 23. conclusione 2. errauerit dicens quod si quis baptizetur cum affectu peccandi mortaliter, remittitur quidem illi originale, non tamen gratia consequitur (erravit inquam) tum, quia impium est à Deo dimidiam veniam sperare, qui totum hominem sanum facit, tum verò, quia originale non aliter quam per gratiam remitti valet: in homine autem existente in gratia nec originale, nec mortale potest manere.

Gabri.

Ann.

2.

cap.

3.

4.

D. Aug.

Annòtandum est quòd quòdo quis per baptismum vel poenitentiam recipit sacramentum, & non gratiam, (vt in 2. conclusione diximus) baptismus consequitur suum effectum recedente fictione (vt supra diximus, vbi adduximus capit. illud: Tunc valere incipit. de consec. dist. 4.) Sicut enim lapis dum generatur, ilico deorsum mouetur, nisi impediat: quare amoto impedimento, statim cadit, similiter quicumque baptizatur, characterem suscipit baptismalem, & gratiam simul susciperet, nisi obstarat fictio illa: ergo per poenitentiam sublata, recipitur gratia: & licet hoc non sit de fide, et quòd neque ex sacris literis, neque ex Ecclesie traditione, neque ex alicuius concilij diffinitione manifestè colligitur: est tamen apud omnes Theologos receptissimum, & huius veritatis primū authorem legimus fuisse D. Aug. vt est videre apud ipsum. l. lib. de baptismo contra Donatistas. c. 12. & referuntur eius verba de consec. dist. 4. cap. Tunc valere incipit. Quo fit, vt qui modo illā negaret, vt negat glossa super illū textum dices

quod recedente fictione remittuntur peccata, non virtute baptismi, sed virtute contritionis temerarius esset. Glossa in ista textui aduersatur, eum dicat: Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit. Idè etiā tenet lib. 3. c. 13. & idè probat ratio, quā facit D. Tho. 3. p. q. 69. ar. 10. si bene intelligatur. Non enim intelligit characterem se habere vt propriam dispositionem, & formam respectu gratiæ: si quidem gratiam sine characterē, vt in Cornelio, & contrario characterem sine gratia vt in ficto ad baptismum accedentibus dari posse, liquidò constat. Sed adducit similitudinem naturalem, qua manu ducimur ad hoc intelligendum. Secundum namque physicam regulam effectus in actu exigit causam in actu, quia quòd non est, operari non potest. Vult ergo D. Tho. dicere, quòd licet baptismus transferat, & non sit in actu, quia tunc manet character, qui est signum quòd per baptismū iste est. populo Christiano aggregatus, idcirco Deus veluti ex quodā pacto habito respectu ad hoc, & non virtute characteris præcisse, sicut graue sublato impedimento mouetur deorsum, ita recedente fictione confert illi gratiam. & sic illa peccata quæ baptismum præcesserunt, per ipsum baptismum remittuntur, & non per poenitentiam: nā alias si per poenitentiam remitterentur, sequeretur quod aliquis in regnum cœlorum ingrederetur absque regeneratione ex aqua & Spiritu sancto, quòd manifestè aduersatur textui euangelico Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Præterea in remediū originalis peccati secundum concil. Florè. solus baptismus institutus est: poenitentia namque dūtaxat pro actualibus peccatis post baptismū commissis instituta est. Quo circa sacerdos confessionē illius qui ficto accessit, audiens, pro solis commissis post baptismū iniungere debet poenitentiam, non autè pro illis quæ ante baptismū commisit: quia pro istis cū quis bapti-

D. Thom.

D. Thom.

6.

10an. 3.

Cœci. Flo.

bapti-

baptizatur, non est aliqua satisfactio seu opus pœnale iniungendum, neque postmodum, quando poenitet de peccato fictionis. Nam alias maxima iniuria irrogaretur baptismò, quasi illic non essent omnia condonata. Quo fit, vt nil vetaret, aliquem remissionem omnium peccatorum posse consequi per duo sacramenta, vt in presenti casu recedente fictione obtinet remissionem peccatorum præcedentium baptismum virtute ipsiusmet baptismi, & sequentium virtute poenitentiae. Quævis enim quando mortalia, & originale in eodem homine reperiuntur, vnum absque alio remitti nequeat, cum impium sit à Deo dimidiam sperare veniam: nihilominus tamen nihil obstat quominus recedente fictione virtute baptismi originale, & actualia peccata præcedentia ipsum baptismum, remittantur: fictio verò, & actualia ipsum sequentia, recedente fictione, virtute poenitentiae & confessionis deleantur, simul tamen omnia, & huius ratio est, quia Deus qui est principalis author gratiæ, & peccatorum condonator, diuersis instrumentis, & causis posse omnia dimittere, nemo est qui ambigat. Nec tunc datur duplex, aut maior gratia, altera ratione baptismi, altera ratione contritionis, itaque si gratia correspondens contritioni erat vt quinque cum per poenitentiam tollitur fictio propter baptismum receptum non recipit alteram gratiam, nec maiorem, sed eandem vt quinque datur ex duplici causa, scilicet ex baptismo, & ex contritione, vel attritione cum sacramento. In quam sententiam videntur declinare Scotus, & Soto quamuis opposita non sit omnino improbabilis, imò fortè probabilior.

Scot.

Soto.

6.

Sed dubium est non contemnendum, an illud peccatum fictionis deleatur per baptismum, an per poenitentiam? Cui dubio duabus conclusionibus, vnica distinctione præmissa, respondetur. Distinctio est, quòd aut loquimur de illo

A peccato fictionis secundum quòd præcedit consummationem baptismi, & dicit perseverantiam maculæ, aut actualis commissionis, seu omissionis simul cum baptismò, ita vt in aliquo instanti verum sit dicere, hoc peccatum esse, & non esse baptismum: vel loquimur de illo peccato fictionis secundum quòd existit simul cum characterē. Est igitur iam prima conclusio: Accipiendo illud peccatum primo modo quatum ad culpam & quantum ad poenam dimittitur per baptismum: accipiendo verò secundo modo, tollitur per poenitentiam: quia in illo instanti, in quo recipit characterem, iam est Christianus, & subiectus ecclesiæ. At verò omnia peccata, quæ aliquis committit quando iam est subiectus Ecclesiæ, sunt delenda per poenitentiam, ergo nec fictio, nec subsequenter peccata delentur per baptismum sed per poenitentiam. Scilicet per veram contritionem quæ includit votum sacramenti poenitentiae, et quòd si adest contritio, adest gratia, qua stante nullum manet peccatum, vel per attritionem cum sacramento in re suscepto, ex eò quòd sacramentum facit ex attrito contritum, non autem per solam attritionem cum dicat Diuus Augustinus in libro de baptismo. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio, &c. & comprobatur perspicua ratione, nam cum fictio illa, & peccata subsequenter nequeant remitti per baptismum fit, vt per veram contritionem aut per attritionem deleri debeant. Scio tamen Petrum à Palude in 4. distinctione. 4. questione. 5. tenere etiam oppositam sententiam esse probabilem, & ad rationem factam respondet dicendo, quòd quamuis verum sit, quòd fictio, & peccata baptismum subsequenter directè, & per se non remittuntur per baptismum: attamen indirectè & per quandam concomitantiam bene remittuntur. Cū enim baptismus per se

conclus.

D. Aug.

Palud.

G 4

habeat

habeat delere originale, & peccata actualia ipsum baptismum antecedentia, & ista, nisi omnia ipsum subsequencia remittantur, condonari nequeant, fit consequens, ut indirecte & per accidens ignoscantur omnia subsequencia peccata. Sed hæc solutio nõ satisficit, nec opinio Palu. potest verificari, scilicet quod per solam attritionem peccatum fictionis, & subsequencia peccata deleantur, nisi forte in casu, quo accedit quis ad baptismum absque nouo sacrilegij peccato, & attritio non fuit tanta, ut cum baptismo ei gratia iustificationis conferatur, qui quidem casus quia rarissime contingere valet, idem absolute concedere oportet, peccata prædicta non dimitti per solam attritionem.

Et annotare hic oportet, quod huiusmodi peccata non remittuntur quo ad totam poenam, cum remissio illorum fiat virtute poenitentiae, bene tamen peccata ipsum baptismum præcedentia, cuius munus est non solum culpam, verum etiam totam remittere poenam tã debitam pro peccato fictionis primo modo acceptæ, quã debitam pro alijs peccatis actualibus baptismum præcedentibus.

Sed oritur hic paruum dubium, vtrum ut quis nõ dicatur fictè accedere ad baptismum, sit necessaria contritio, an sola attritio sufficiat. Cui dubio, opinione domini Caiet. omisa, quam tenet in cõme. super q. æst. 79. ar. 7. ad. 2. & quæst. 89. arti. 2. nempe, quod ut quis non dicatur fictè ad baptismum accedere, sat est ipsum baptizari velle in remissionem peccatorum, siquidem huiusmodi voluntas sufficientem in se poenitentiam claudit, ed quod baptismus secum fert cætera necessaria. (Hac inquam opinione omisa) vnica conclusione respõdetur, nempe, quod ad remissionem peccatorum baptismum præcedentium sat est habere internam attritionem, videlicet poenitentiam, quæ est virtus. Itaque necessaria est aliqualis poenitentia,

A & formalis dolor. ¶ iuxta illud Actuum 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Sed poenitentia (ut inferius ostendemus) dolorem præteritorum peccatorum cum proposito cauendi in futurum includit. ¶ Ex quo loco euidenter colligitur requiri ad baptismum in adulto aliquem actum positium poenitentiae mortalium. Nam nisi eum poeniteat veteris vitæ, nouam inchoare non potest. ¶ ut ait Augustinus. 1. lib. de poenitentia cap. 2. cuius verba canonizantur de consecratio. distinctione. 4. cap. Omnes. & cap. Agunt homines, & in lib. de fide & operibus, & de vera & falsa poenitentia, & tandem habetur hæc veritas nuper in sacra Tridentina Synodo, sessione. 6. c. 6. & 7. distincta. ¶ Cum enim dicit Ambrosius. quod baptismus non requirit planctum nec gemitum, intelligendum est de poenitentia publica, quæ in primitiua Ecclesia à baptizatis fieri solebat. Hæc inquam à non baptizatis non exigitur. Vel secundo & melius intelligendum est, ut intelligit Magister sententiarum in. 4. distinctione. 4. de exteriori satisfactione, & poenitentia, ab Ecclesiae ministris imposita, qualis est illa, quæ in poenitentiae sacramento imponitur: quia detestatio peccatorum interna necessaria est ad baptismi susceptionem, non tamen omnium peccatorum in particulari, sed satis est aliqua generalis, scilicet ut poeniteat hominem se peccasse, & doleatque in communi formali dolore, in quo baptismus differt à sacramento poenitentiae. & ita crediderim ego sacram Tridentinam Synodum intellexisse, & si hoc voluit Dominus Caietanus sentire, bene quidem, sin minus non est in hoc audiendus. ¶ Requirit etiam poenitentiae sacramentum vocalem confessionem omnium peccatorum, quæ sit sacerdoti, quæ non requiritur ad remissionem præcedentium baptismum: imò si fieret, neque esset sacramentum, neque

Actuum. 2.

¶

D. Aug.

Conci. Tri.

Ambros.

¶

M. senten.

¶

Con. Tri.

Caietan.

¶

que

Caiet.

Con. vnica.

¶

¶

que absolutio conferret gratiam, imò neque esset absolutio: quoniam ante baptismum vsus clauium Ecclesiae locum non habet, sed sufficit illa generalis confessio, qua secundum Ecclesiae ritum abrenuntiant satanae & omnibus pompis eius. ¶ Et scire impræsentiarum opus est, sufficere in accedente ad baptismum præfatam attritionem etiam scitam & cognitam, cum baptismus sit spiritualis generatio quæ est mutatio de non esse spirituali in esse spirituale, & datur per modum ablutionis, ut tenet expressè D. Tho. 3. p. q. 79. artic. 3. ad. 2. & nos infra vbi agemus de contritione & attritione, fusius probabimus. ¶ Si tamè qui baptizantur, ex deuotione sua peccata confiteri vellent ante baptismum, esset confessio audienda: non tamen satisfactio, neque absolutio, neque sacerdos impendere posset: quia magnam irrogaret iniuriam baptismi sacramento, cum sit omnium sacramentorum ianua, & per illum homo à culpa & poena absolueretur: deberet tamè contra peccata cõfucta eis informationem vitæ spiritualis tradere.

Annotare etiam hic opus est, quod licet requiratur in peccatore adulto actus positius, nec sufficiat illi negatiuè se habere ad hoc sacramentum recipiendum, ut patet ex cap. Maiores de baptismo & ex D. Tho. 3. p. q. 86. arti. 2. ad. 1. non remittuntur inquit peccata etiam in baptismo sine actuali immutatione voluntatis, quod fit per poenitentiam. Non tamen est intelligendum ante baptismum, poenitentiam hanc prærequiri tanquam concausam gratiæ, ita quod simul concurrat cum baptismo ad remissionem peccatorum, sed tanquam causam per accidens ad obicem tollendum ne adultus accedat ad baptismum immundus, ut eleganter probat D. Tho. in 4. dist. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad primum. Hæc omnia quoad remissionem peccatorum baptismum præcedentium dicta sunt: nam ad remissionem sequen-

tium requiritur contritio, vel saltè attritio simul cum poenitentiae sacramento. Vnde ad remissionem peccati fictionis, quæ concomitatur characterem baptismalem: necessaria est contritio, vel saltè attritio cum poenitentiae sacramento. Quid autem sit attritio, quid verò contritio videbimus in materia de poenitentia.

Vltimate notandum est non solum verum esse, baptismum recedente fictione consequi suum effectum: verum etiam poenitentiam. Quare non est assignanda ratio, cur aliqua sacramenta singulariter hoc habeant, nempe quod recedente fictione consequantur suum effectum, quam assignat Siluester verbo baptismum. 4. §. 17. & alij doctores, videlicet quia imprimunt characterem: cum notum sit poenitentiam characterem non imprimere, & tamen suum effectum consequi recedente fictione. Nec omnia sacramenta characterem imprimètia consequi suum effectum existimo, sed duntaxat baptismus. & quauis D. Tho. in 4. d. 4. q. 3. ar. 3. ad. 3. affirmare videatur omnia solaque sacramenta quæ characterem imprimunt, attingere suum effectum recedente fictione, tamen postmodum in eodem libro. dist. 17. q. 3. ar. 4. reoculatius inspecta, idè ait de sacramentis poenitentiae, & in tertia. p. solis his duobus sacramentis hoc tribuit. Ratio ergo huius differentiae inter hæc duo sacramenta ex vna parte, & reliqua ex altera est. Quia quemadmodum pueri remissionem originalis, ac proinde salutem consequi non possunt sine baptismo in re, ita neque adulti sine poenitentia in re vel in voto. Sunt enim duo sacramenta ad salutem necessaria.

De catechismis.

XXIII. DIFFICULTAS.
Vtrum catechismus debeat præcedere baptismum?

D. Tho.

D. Thom.

D. Thom.

Siluest.

D. Thom.

Pri. conclus.

Hic difficultati duabus conclusio-
nibus respondetur, quarum prima
sit affirmatiua, qua illi directè respõ-
detur. Pro cuius probatione annotare
oportet quod secundum omnes docto-
res catechizare idem est, quod instrue-
re. Vnde catechismus nihil aliud est,
quàm fidei instructio seu eruditio. Túc
probatur conc. Primo ex illo quod ha-
betur de conse. dist. 4. c. Ante baptis-
mum. Ante baptismum (ait tex.) cate-
chizandi debet hominem præuenire of-
ficium: vt fidei primum catechumini
accipiat rudimentum. Deinde probatur
ratione: quia cum in baptismo profitea-
mur fidem, & credere præsupponat eru-
ditionem eorum, in quibus fides confi-
stit: nam, quomodo credent ei, quem nõ
audierunt, quomodo autem audient si-
ne prædicante? (ait Paulus ad Roma. 10.)
consequens fit vt ille baptismum ante-
cedere debeat.

Sec. conclus.

Sacunda conc. Iste catechismus, sci-
licet instructio in 4. consistit. Primum
nanquè oportet vt doceantur articulos
fidei, & singulis diebus eis exponantur
in sua lingua, sicut habentur in cartula
paruulorum, & sunt persuadendi vt cre-
dant. Nam scriptum est de hac disposi-
tione, Accedentem ad Deum oportet
credere quia est, & quod inquirentibus
se remunerator sit. Præcipitur enim de
conse. dist. 4. cap. Ante viginti. Quod
ante viginti dies catechumini symbo-
lum doceantur. Item proponatur illis
quod omnia quæ sunt in cœlo & in ter-
ra, fecit solus Deus iste: quã obrè eũ re-
uereri, timere, colere, amare, ac eius mã-
data obseruare debemus omnes. Doceã-
tur etiam frequenter quomodo Deus
factus sit pro nobis homo, & quomodo
pro nobis mortuus est, vt nos à potesta-
te & seruitute dæmonis redimeret, sub
qua per peccatum eramus. Doceantur
etiã quomodo de reliquo oportet eos
dæmonis cultum relinquere, & credere
quod omnia quæ cultum diaboli con-
cernunt, sunt falsa & mendacia, & quod

ad Iebr. ii.

A soli Deo est credendum & seruiendum,
quoniam nemo potest duobus domi-
nis seruire. Doceantur etiam frequenter,
quod Deus sibi seruientibus dabit vitã
eternam in cœlo: vbi beati semper Deũ
videbunt, & semper gaudebunt, nun-
quam infirmabuntur, nunquã moriẽ-
tur, nunquã laborabunt.

B Secundo doceantur quæ sint morta-
lia peccata, & maxime ea, in quibus Gẽ-
tiles huius terræ plurimum peccare so-
lebãt. Oportet enim eos docere idolo-
latriã illicitam esse & malam, omnemq;
cultum dæmonis, ac omnes superstitiones,
vt credere vera esse, ea quæ in som-
nis videntur & alias innumeras supersti-
tiones. Docere etiam eos oportet relin-
quere mendacia, quia est diaboli loque-
la, & qui mentiuntur, sunt filij diaboli,
qui autem loquũtur veritatem sunt filij
Dei. Doceantur similiter quo pacto pec-
cata carnalia sint horrenda ac detestan-
da, & maxime peccatum contra naturã.

C Item adulteria, supra, tactus impudici,
osculaquæ & alia huiusmodi turpia. Do-
ceantur etiam castè & honeste viuere,
& non sicut bestia cum suis vxoribus,
si eas habent: quod si non habent, inte-
rim non debent aliquam mulierẽ cog-
noscere. Doceantur quoque huiusmodi
infideles quomodo non debent turpi-
ter agere cum aliquo masculo, neque
se ipsos polluere, neq; se inebriare: quia
omnia talia sunt abominanda ac dete-
standa, & qui talia agunt regnum Dei
non consequentur, vt dicit Paulus ad
Gala. 5. & postquã sic instructi fue-
rint, interrogandi sunt à ministro, an
eos peniteat talia commisisse, & an de
eis displiceat? & ad hoc eos adhortetur
exemplo Ioan. Bap. qui venientibus ad
baptismum suum poenitentiam prædi-
cabat. Et cum responderint quod sic:
moneat eos vt de reliquo non repetãt,
quia non sufficit relinquere peccata, &
de eis displicere, sed necessum est etiam
vt deinceps non ea committant, nec ha-
beant propositum committendi. Nam

D quan-

ad Gal. 5.

ad Eph. 5.

quanuis peccatoribus propter præteri-
tum peccatum non sit denegãdum bap-
tismi sacramentum, cum specialiter in-
stitutum sit, vt per ipsum peccatorum
fordes mundentur, vt Paulus ad Eph. 5.
inquit: Mundans eam lauacro aquæ in
verbo vitæ: tamen peccatoribus volun-
tatem peccandi, propositumque perse-
uerandi in peccatis habentibus, denegã-
dum est. Nam sicut qui indignè mandu-
cat Christi corpus iudicium sibi mandu-
cat, ita qui indignè accedit ad bap-
tismum, iudicium acquirit. Propter hos
enim dixit Dominus Matthæi. 7. nolite
sanctum dare canibus, neque mittatis
margaritas ante porcos. Verum est ta-
men quod si huiusmodi adultis habentibus
propositum peccandi, administra-
retur baptismus: vere reciperent chara-
cterem, & essent baptizati: non tamen
reciperent rem sacramenti, scilicet gra-
tiam, cum illum recipiendo mortaliter
peccent obicem ponendo. Sed bap-
tismus iste in mortali receptus valere inci-
pit fictione recedente, vt patet ex cap.
Tunc valere incipit, de conse. dist. 4. (vt
dictum est.)

Marc. vlt.

Tertio est necessarium vt doceantur
adulti mandata Dei cum eorum exposi-
tione, sicut dicit Dominus Marci vlti.
Euntes ergo, docete omnes gentes, bap-
tizantes eos in nomine patris, &c. Docẽ-
tes eos seruare omnia quæcunquæ man-
dauimus vobis.

Quarto doceantur, Pater noster, Ave
Maria, Credo, Salve regina. Ex quo colli-
gitur quã male, quantoque cum peri-
culo hucusque in his partibus ministri
fecerint, qui hoc sacramentum absque
aliqua instructione in fide & moribus
administrauerunt. Debet enim adultus
qui baptizari debet, symbolum discere,
vt habetur in concilio Laodicensi, & in
concilio Agateni.

Cõ. Laodi.

Cõ. Agat.

Posteaquã igitur in his prædictis
quatuor instructi sufficienter fuerint:
baptizentur, scilicet quando estõ non
sciant memoriter: sciant tamen benè di-

A stinctèque respondere. Itaque si quis in-
terrogetur, an Christus natus sit ex Ma-
ria Virgine? sciat respondere quod sic:
& si interrogatus fuerit an natus sit ex
Maria non virgine? sciat respondere quod
non, & sic de ceteris articulis. Sic enim
pauci sunt, qui fidei articulos ignorent.

De exorcismis.

B XXV. DIFFICULTAS.

*Vtrum exorcismi debeant præcede-
re baptismum?*

Priusquã huic difficultati satisfac-
ciam tria annotare oportet. Primum
quod exorcismi sunt in duplici differen-
tia, quidam qui baptismum præcedunt,
qui sunt quædam sacramentalia, vt exuf-
fatio & immisio salis, appositio saluæ
&c. quædam autem qui ipsum baptismum
sequuntur, vt inunctio quæ fit in verti-
ce, & impositio cerei & vestis candidæ.
Secundum quod per ea, quæ in exorcis-
mo aguntur non solum aliquid signifi-
catur, sed etiam efficitur, & nõ sicut qui-
dam dixerunt, ea quæ in exorcismo agun-
tur, nihil efficere: sed solũ effectus Dei
significare. Vtitur nanquæ Ecclesia in
exorcismis imperatiuis verbis ad expel-
lendã dæmonis potestatem quasi vir-
tute sibi diuinitus tradita, cum ait, Ergo
maledicte diabole, exi ab eo. & ita ha-
bent D. Tho. in 3. p. q. 71. ar. 3. & Soto in
4. Neque ex hoc sequitur huiusmodi
exorcismos esse sacramentalia: nam & si
suos effectus similiter ex opere operato
fortiantur, tamen neque gratiam gratis
facientem significant in quo ratio sacra-
menti consistit: neque illam conferunt
quæ est perfectio nouæ legis sacramen-
torum, sed solum tolluntur impedi-
menta gratiæ salutaris percipiendæ im-
pedientia.

D. Thom.

Tertium quod annotare oportet est
quod per ea quæ in exorcismo peragun-
tur,

tur; excluditur duplex impedimentum huius salutaris gratiae per baptismum percipiendae. Quorum primum est extrinsecum pro ut hominis salutem daemones impedire conantur: & hoc impedimentum excluditur per exufflationem, & insufflationem, quae significant ac efficiunt expulsiōem mali spiritus, & boni introductionem, & hoc quantum ad hoc quod non praestet impedimentum sacramento suscipiendo, ut dictum est, non tamen quantum ad maculam ac reatum poenae, qui quidem usque ad baptismi susceptionem non tollitur. Secundum impedimentum est intrinsecum, quod quidem homo ex peccato originali contraxit. Habet namque homo ex infectione huius peccati sensus oculos ad percipienda salutis mysteria, & hoc impedimentum tollitur per contactus salivae in ore, auribus, & naribus baptizandi factos. Significat enim ac efficit salivam his sensibus appositam, sensum spirituum apertionem. Debet namque habere aures apertas ad audiendum verba Dei & fidei documenta, & significat quod debet esse promptus ad loquendum de fide; quia locutio fit mediante salivam. Crux quam sacerdos facit & de sputo ad aures, ad nares, & ad os significat quod baptizandus debet habere aures cordis clausas ne audiat suggestionem diaboli, os etiam debet habere clausum ne mala verba loquatur, & debet sic vivere, ut sit secundum doctrinam Apostoli bonus odor Christi in vita sua; vel istud significat, quod debet emittere fumum orationis devotae, per quem effugatur daemon, iuxta verbum Raphaelis Thobiae c. 4. fumus eius effugavit omne genus daemoniorum, & ista facit cum sputo id est virtute Christi, quae significatur per sputum secundum quod dicit Glossa super illud Ioan. 9. lutum fecit ex sputo. Nam sicut sputum emittitur ab interioribus cordis, ita filius Dei gignitur ex substantia Dei patris. Unctio olei in pectore & inter scapulas cum signo crucis significat divinae legis amorem, & operatur devotam subiectio-

2. ad cor. 2
Thob. 4.
Ioan. 9.

nem ac aptitudinem hominis ad lucendum contra diabolum interius eum vexantem, & ad portandum onera poenitentiae. Immisio salis significat gratiam & sapientiam & praeservationem a putredine peccatorum. Sciendum tamen est quod exorcismorum qui sequuntur, aliquis est qui non tantum significat, sed efficit, nempe unctio quae fit in vertice. Significat enim gratiam baptismalem Christi in mente ipsius baptizati, & operatur conservacionem illius. Aliquis vero est qui nihil efficit, sed solum significat: ut impositio cerei significat lumen fidei, quod datur in baptismo, & vestis candida significat innocentiam ac novitatis vitae restitutionem. His sic praehabitis, ad difficultatem per aliquot conclusiones respondetur, quarum prima sit affirmativa, nempe quod est conveniens ut exorcismi praedicti baptismi susceptionem praecedant. Hanc conclusionem tenet expressè Celestinus Papa, & refertur de conse. d. 4. c. Siue parvuli. inquit namque, Siue parvuli siue iuvenes ad regenerationis veniant sacramentum: non prius fontem vitae adeant, quam exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abijciatur. Ratione quoque probatur: nam quicumque sapienter aliquod opus facere proponit, prius ea quae obstant impedimenta removere debet, iuxta illud Hier. 4. No- uate vobis novale, & nolite serere super spinas. At diabolus potestatem aliquam habet super hominem, ex hoc ipso quod subditur originali peccato, vel etiam actuali. Expedi igitur ante baptismum expellere daemones per exorcismos, ne hominis salutem impediant. Sed nunquid habent hanc potestatem exorcismi daemones expellendi virtute naturali? Pro hoc dimissa quorundam opinione, tenentium quod virtute naturali habent exorcismi hoc efficere, sit secunda conclusio, quod exorcismus non expellit, nec cohibet demonis potestatem per aliquam virtutem sibi tan-

Pri. conclus.
Celestinus Papa.
Hier. 4.
2. conclus.

tanquam subiecto inherentem, neque naturalem, neque supernaturalem: sed ex divina virtute sibi ex decreto divinae misericordiae assistente: quia Christus instituit illa verba ad operandum huiusmodi effectus. Hanc conclusionem habet Ricardus in 4. & Palud. ibidem. q. 4. Dicunt enim quod divina virtute arctatur diabolus, ne decetero, ceteris paribus, tantum possit contra exorcizatum, quantum posset si exorcizatus non esset. Sed dubium est hic non contemnendum: Vtrum scilicet, exorcismi semper infallibiliter suos effectus sortiatur? Pro quo fit Tertia conclusio in ordine, quod exorcismi baptismales ad cohibendos daemones, ne sacramenti fructum impediant, semper sunt salutares, & de se efficaces, nisi recipientis nequitia obstet. Hanc conclusio est nota postquam ab uniuersali Ecclesia huiusmodi exorcismi obseruantur. Quarta conclusio. Ad hunc effectum qui est, daemones ab obsessis corporibus expellere, non sunt semper efficaces exorcismi. Ratio huius conclusionis est, quia exorcismi per se non ordinantur, nisi ad hoc ut non impediantur sacramenti effectus. Et hoc etiam experimento quotidie dicimus, quod multi exorcismi daemoniis non sufficiunt. Quinta conclusio. Exorcismi ad effectum baptismi suscipiendum non necessarii sunt. Hanc conclusio est manifesta, tum, quia ad effectum baptismi suscipiendum, sufficit fides & intentio, vel propria eius qui baptizatur, si sit adultus, vel ipsius Ecclesiae: si sit paruulus, tum etiam quia cum (ut dictum est) ordinentur exorcismi ad impedimenta remouendum: sine eis potest quis consequi baptismi effectum. Unde sine ipsis potest dari baptismus in casu extremae necessitatis: extra istum tamen casum nequam eos praetermittere licet, nam mortale peccatum committeret, qui eos omitteret: quia contra solemnem Ec-

Ricard. Palud.
3. conclus.
4. conclus.
5. conclus.

clesiae ritum ageret. Sexta conclusio. Si baptizatus in casu necessitatis sine exorcismis, super vixerit, debet portari ad Ecclesiam, & ibidem catechizari, & exorcizari propter ritum Ecclesiae seruandum: non autem debet iterum baptizari, si sit certum quod sit recte baptizatus, sed si non sit certum debet baptizari sub conditione (ut dictum est.) Septima conclusio. Quotiescunque plures simul exorcizari contigerit, uniuersae omnes praedicti exorcismi sunt faciendi, nempe apponenda est illis vestis candida, & cereus seu candela, & apponendum est oleum, non solum in pectore, verum etiam inter scapulas, & caetera omnia sunt obseruanda prout habetur in manuali. Nec ego (nisi magnus numerus baptizandorum adesset) auderem omittere, nec omitteres a culpa excusare, praecipue in huius nouae Hispaniae partibus post celebratum concilium prouinciale in urbe Mexicana, ubi traditur modus, quo modo fieri debet. Octaua conclusio. Postquam huiusmodi exorcismi baptismales semel fuerint facti, iterari non possunt, sicut nec baptismus iteratur. Nona conclusio. Officium catechizandi, & exorcizandi incumbit sacerdotibus tanquam primarijs agentibus: diaconibus vero & inferioribus ministris, tanquam eis qui sacerdotibus debent ministrare. Hanc conclusionem tenet D. Tho. 3. p. 2. q. 7. artic. 4. & illic adducit Isidorum, dicentem, ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quae aguntur in sacramentis Christi: in baptismo scilicet in chrismate, & in eucharistia patena & calice, & in solutione ad 4. ponitur quadruplex instructionis genus, prima enim quae est conuersa ad fidem, licet primo conueniat episcopo, ac deinde praedicatoribus: potest tamen cuicumque fidelium permitti. Secunda vero quae

6. conclus.
7. conclus.
8. conclus.
9. conclus.
D. Thom.

quæ est de rudimentis fidei, & qualiter se habere debeat in susceptione sacramentorum conuenit sacerdotibus principaliter & secundariò eorum ministris. Tertia de conuersione in Christianismum, spectat ad susceptores seu pa-

trinos. Quarta est instructio de altioribus fidei mysterijs & perfectione Christiane vitæ, & hæc ex officio pertinet ad episcopos.

Hactenus de Baptismi Sacramento.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

POST baptismi sacramentum, sequitur de confirmationis sacramento, quod maius est, tum quantum ad ministrorum dignitatem, baptismus nanque extra necessitatem ab omnibus sacerdotibus, & in necessitate ab omnibus hominibus administratur: hoc enim à Summis Pontificibus, id est, Episcopis, vel suffraganeis tantummodò traditur, sicut à solis Apostolis tradebatur, ut inferius dicemus, tum autem quantum ad gratiam: illa nanq; quæ in baptismo datur innocentia, & nouæ vitæ restitutionem causat, quæ verò in hoc sacramento confertur, est quasi armatura, & munitio quædam, qua in hoc deserto post transitum maris baptismi contra singula vitia, & si non semper, quandoq; tamen pugnamus. Sicut enim submersis Aegyptijs à tergo sequentibus filios Israel, olim hostes expugnaverunt per desertum: Sic submerso diabolo in baptismo, qui primùm nos insequetur, multa nobis per huius vitæ desertum vitia constituit, contra quæ vitia gratia in hoc sacramento est collata. Vnde congruè petunt Christiani sibi dari hoc sacramentum, per quod in illa baptismali gratia confirmantur. Vnde dicit Ecclesia, confirma hoc, Deus, per confirmationis sacramentum, quòd operatus es in nobis, scilicet per gratiam baptismalis renouationis. Tractaturi igitur de hoc confirmationis sacramento, quòd quidem maius baptismo est, aliquot difficultates proponemus, ut adamus ea quæ ad hoc sacramentum expectant, explicemus.

PRIMA DIFFICULTAS.

Vtrum Confirmatio sit sacramentum.

Con. unie.



Nica conclusione affirmatiua difficultati huic respondetur. Hæc conclusio est de fide tenenda. Fuit enim opposita sententia, error Armenorum, quem postmodum sustinuit VViclef, & postea Lutherani tenet eundem errorem

E Dicunt enim confirmationem ceremoniam quandam esse otiosam, & inutilem. Aduersus hunc errorem scripsit Tho. Vual. 2. tomo de sacramentis. c. 3. & probatur nostra conclusio ex illo quod habetur de conse. dist. 5. c. De his vbi Melchiades Papa interrogat hereticorum

¶

¶

Vual.

melch. Pa. tiorum

II. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum sit institutum à Christo.

ricorù nomine, Quid mihi prodest post mysteriù baptismi mysterium confirmacionis? Et respondet quòd sicut exigit militaris ordo, ut cum imperator quencunq; in militum receperit numerum quòd non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus pugnaturum instruat: ita in baptismo recipitur homo in militiam, & in confirmatione coarmatur ad pugnam. Est etiam diffinita in concilio Floren. sub Eug. 4. vbi numerantur. 7. sacramenta, inter quæ enumeratur confirmatio: & Synodus Trident. sessio. 7. Can. 1. Luterum de hac re sub his verbis condemnauit, Si quis dixerit confirmationem esse ceremoniam quandam, & non potius verum ac proprium sacramentum, anathema sit. & hoc idem habetur in cap. Ad abolendam. de hæreti. ¶ Ecclesia etiam vniuersalis quæ errare non potest, habet confirmationem pro vero sacramento. Accedit etiam omnium doctorum scolasticorum sanctorumq; sententia super magistrum sententia. in 4. dist. 7. & D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 1. quæ ita tenet. Et licet ex sacris literis non euidenter colligatur: sufficiens tamen fundamentum habetur in illis: legitur enim actorù. 8. cap. quòd Apostoli miserunt Petrum & Ioannem ad Samaritanos, qui cum venissent, orauerunt pro ipsis; & imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum, & secundum sanctorum expositionem nihil aliud erat hæc manuum impositio, quam confirmacionis sacramentum, per quam tunc visibiliter dabatur spiritus sanctus. Item, ad Eph. 1. dicitur, In quo signati estis spiritu promissionis sancto. Super quæ verba D. Ambro. docet, consignationem illam fieri per confirmationis sacramentum. Postremo, D. Aug. super illa verba Roma. cap. charitas Dei diffusa est, in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ait, quòd fideles quodammodo per manuum impositionem accipiebant spiritum sanctum. ¶

Difficultati huic, omiſſa opi. Alex. Alex. & que sequutus fuit Diuus Bouauétura in 4. d. 7. q. 1. ¶ videlicet q; nec à Christo neq; ab Apostolis sub hac materia & forma, quas habet, fuit hoc sacramentum institutù, quia solù legitur actuù. 8. eos confirmasse per manuum impositionem: omiſſa etiam opinione dicentium, quòd licet non à Christo, ab Apostolis tamen fuerit institutum: Respondetur hac vnica conclusione affirmatiua, nempe quòd sacramentum confirmationis non est institutum ab Ecclesia nec ab Apostolis, sed à Christo Domino. Hanc conclusionem tenet omnis schola, & ferè omnes sancti, Cyprianus in sermone de vnctione christiatis Dionisius 4. c. de cælesti hierarchia. Fabianus Papa in decretis suis ait, Christù redemptorem nostrum in cœna Discipulos docuisse quemadmodum hoc sacramentum administrare deberent. Et ex hoc prouenit ut christià ab Episcopis consecratur in die cœnæ, & Clemens in epistola ad vniuersos episcopos. ¶ Ratione etiam confirmatur. Nam cum sacramenta omnia gratiam conferant, non possunt nisi à Christo institui per potestatem excellentiã, quia scriptum est, gratiam & gloriã dabit Deus. Item cum materia & forma sint de substantia sacramenti sit vt neutrum nisi solus Christus instituere potuerit. Et an notare hic opus est, quòd asserere, illud sacramentum non fuisse à Christo institutum: esset erroneum. Probatur euidenter ex Synodo Tridentina sess. 7. de sacramentis in communi in Cano. 2. Dicitur nanque illic, si quis dixerit, non esse septem sacramenta à Christo instituta, anathema sit. ¶ Cum igitur omnia sacramenta sunt immediate à Christo Domino

Alex. Alex.

D. Bonau.

Actuù. 8.

Con. unie.

Cypria.

Dionis.

Fabianus Papa.

Clemens.

¶

Con. Trid.

¶

Domino instituta, & confirmatio sit sacramentum nouae legis, ut in praecedenti difficultate ostensum est, fit consequens, ut hoc confirmationis sacramentum sit ab illo institutum.

Sed dubium est, quando hoc sacramentum fuerit institutum a Christo. Cui dubio & duabus conclusionibus sufficienter satisfacere possumus, quarum prior sit: Sacramentum confirmationis non fuit institutum Matthei. 19. cum

1. conclus.

paruulis manus suas Christus imposuit, quia nondum erant baptizati. Quod si quis dicat, hoc non obstat, siquidem ex potestate suae excellentiae non baptizatos confirmare poterat, facile ei respon-

sio detur dicendo, non fuisse dicens, nec expediens in ipsa prima sacramentorum institutione, ac exhibitione illorum ordinem pervertere. Cum igitur perspicuum sit nihil indecens Christum fecisse, ipsum pueris non baptizatis hoc sacramentum non contulisse fateri necessum est. Et probatur, quia in principio nascentis Ecclesiae eis, qui confirmabantur ab Apostolis visibiliter spiritus sanctus dabatur, ut ex D. Hieronymo in dialogo aduersus luciferianos, & Dio-

D. Hier. Dionis.

ni. 2. cap. Ecclesia. hierar. & ex historia Ecclesiae. lib. 6. c. 34. & Actuum. 8. & 19. liquido constat. Si ergo Christus per illam manuum impositionem confirmasset, multo magis spiritus sanctus visibiliter daretur, sed non dabatur, ergo nec instituit illic hoc sacramentum.

Hist. Eccl. Actuum. 8.

Posterior conclusio qua directe ad dubium respondetur est, quod hoc sacramentum confirmationis fuit institutum in coena, quando discipulis spiritum sanctum promittit. Unde constat non illud instituisse exhibendo, sed promittendo, id est, non fuit usus istius sacramenti, usque ad pentecosten, secundum illud Ioan. 16. cap. si non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero mittam eum ad uos, & hoc ideo, quia in isto sacramento datur plenitudo spiritus sancti, quae quidem danda non erat

2. conclus.

ante Christi resurrectionem & ascensionem, iuxta illud Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Tenet hanc nostram sententiam D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 1. ad 1. illam etiam habet Fabia. Papa in epistola praedicta. Ait enim illic, quod postquam lauit discipulorum pedes in die coenae, tradidit hoc sacramentum.

Ioan. 16.

III. DIFFICULTAS. Vtrum Chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum Chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

AD hanc difficultatem arbitror me satisfacturum esse, quinque conclusionibus, quarum prima sit: Materia huius sacramenti est chrisma, id est, oleum cum balsamo. Haec conclusio diffinitur in concilio Flo. sub Eug. 4. & in cap. vnico, extra de sacra vnctione. est etiam omnium theologorum in 4. dist. 7. & iuristarum communis sententia, & animaduertendum hic est, quod non sufficit oleum nucum, aut amygdalorum, aut aliud simile, quia succi illi non sunt oleum simpliciter, sed cum addito, & secundum quid: requiritur namque oleum oliuarum. Hoc solum proprie dicitur oleum.

Sed dubitatur, an balsamum sit de necessitate sacramenti? Pro quo sit secunda conclusio: chrisma, id est compositum ex oleo & balsamo, non eodem modo est huius sacramenti materia, sicut aqua est materia baptismi: itaque non est balsamum de necessitate huius sacramenti, sicut aqua de necessitate baptismi. Et licet vniuersalis fere omnium sententia teneat, mixtionem balsami esse de substantia sacramenti, ita quod sine illa nihil esset. Videtur enim esse D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 2. & in solutione ad 2. & aliorum theologorum in 4. dist. 6. & Adriani in 4. in materia de confirmatione. q. 2. & Petri Palud. dist. 7. q. 2. nihilominus hanc conclusionem ego teneo cum

Ioan. 7.

D. Thom. Fabia. Pa.

1. conclus. conc. Flor.

2. conclus.

D. Thom.

Caetano

Caie. Soto.

Caetano in comen. 3. p. q. 72. ar. 2. & cum Soto in 4. d. 7. q. vnica, qui eam habet. & probatur ex cap. vnico. extra de sacra vnctione. & cap. Nouissimè, de cons. d. 5. & cap. Pastoralis de sacramentis non iterandis. habetur namque illic, quendam per errorem fuisse confirmatum oleo benedicto sine balsamo, de qua re consultus Papa, utrum confirmationis sacramentum in eo deberet iterari? Respondet, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè suppleendum, quod incaute fuerat praetermissum. Non igitur balsamum est de necessitate sacramenti, cum illo deficiente pontifex diffiniat, verum fuisse sacramentum. Et confirmatur nostra sententia ratione non contemnenda. Nam cum verum & castum balsamum in sola Syria, terra paganorum inueniatur, cum illic solum arbuscula illa reperitur (si fidem Plinio lib. 12. naturalis historiae c. 25. adhibere debemus) fit ut non facile haberi possit. Non autem est verosimile Christum redemptorem nostrum materiam tam arduam, tamque difficilem in materiam alicuius sacramenti reliquisse. non ergo est balsamum de necessitate sacramenti. Probatur insuper, ex eo quod ad confirmationem solum vnctio requiritur, haec autem saluatur, si fiat aut solo oleo, aut vnguento aliquo composito sine balsamo. Tandem confirmatur, nam certum est, Christum & Apostolos a principio confirmasse, & tamen non fuisse usus balsamo.

Plinius.

Pius. 4. Pa.

Conclu.

Annotato hic, quod propter hanc balsami Alexandrini penuriam Pius. 4. Pontifex Maximus concessit omnibus Archiepiscopis & episcopis, per vniuersas has Indiarum occidentalium partes constitutis, ut sanctissimum chrisma cum balsamo, quod in eis reperitur conficere & consecrare valeant, ut videre est per diploma in fine huius operis appositum.

Tertia conclusio. Quauis non sit balsamum de necessitate huius sacramen-

Conclu.

ti: est tamen de necessitate praeccepti. Quocirca pontifex, quod postea chrismate vngeretur, praecipit. Unde secundum hanc sententiam, qui balsamum praetermitteret, non dubium, quin mortaliter peccaret, licet (ut ex praedictis patet) verum conficeret sacramentum. Sicut si aliquis non admisceret aquam vino in eucharistia, mortaliter peccaret dato verum eucharistiae sacramentum conficeret. Sic namque intelligendum est illud, quod dicit Innocentius, extra de sacra vnctione, cum dicit, quod chrisma ex oleo & balsamo conficitur. Et simili modo intelligere oportet decretum concilij Floren. Vbi decernitur, materiam huius sacramenti esse chrisma ex oleo & balsamo confectum, scilicet quod balsamum duntaxat de praeccepto, non autem de necessitate sacramenti requiritur. Sic namque intelligenda esse iura, si quae sunt quae statuunt balsamum esse materiam necessariam confirmationis arbitramur, nempe necessitate praeccepti, & eodem modo omnes doctores, qui communè tenent sententiam interpretandi sunt, liberum tamen vnicique erit tenere quam maluerit sententiam. Neque chrisma de se significat nisi vnguentum. Quo fit, ut si episcopus diceret in forma, Confirmo te vnguento salutis: verum esset sacramentum.

Ex quibus euidenter elicitur secundum vtranque opinionem materiam huius sacramenti necessariam esse vnctionem veram & realem, quod quidem perspicue liquet, tum ex cap. vnico de sacra vnctione. & de conse. distin. 5. in principio per plura capita, tum etiam ex concil. Floren. & Trident. & ex communi usu, Ecclesiaeque vniuersalis consensu, tum denique, quia cum omne sacramentum formam & materiam immediatam habere debeat, & nullam aliam huius sacramenti praeter vnctionem assignare possimus, fit, ut oporteat nos fateri eam necessariam esse, nam alias forma, consignatio te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis esset falsa.

Contra. Flor. Con. Trid.

H Quarta

4. *Conclu.* Quarta conclusio: Necessum est, vt christima sit consecratum per episcopum. Hanc conclusionem habent omnes scholastici doctores distin. 7. & D. Thom. 3. part. quaest. 72. articul. 3. est etiam diffinita in concilio Flo. sub Eugc. 4. vbi dicitur, materiam huius sacramenti esse christima per episcopum consecratum. Confirmatur praeterea ex ritu vniuersalis Ecclesiae, & ex autoritate omnium sanctorum antiquorum, inter quos est Cyprianus in opusculo de vntione chrisimatis, & Dioni. 4. cap. de Ecclesiastica hierarchia. Accedit quoque autoritas Innocentij de conse. dist. 4. cap. Presbyteris. Vbi ait, quod presbyteris baptizatos chrisimate vngere liceat, quod ab episcopo fuerat consecratum. Et confirmatur insuper ratione quam sancti assignant. Sacramentum namque sanctificans actiue, opus est, vt in se sit sanctum, ac ex consequenti vt materia sit sanctificata. Praeterea, illa sacramenta, & quibus Christus non est vsus, & quae sibi ministrum determinat, etiam materiam sanctificatam requirunt, & exigunt: sed hoc sacramentum determinat sibi ministrum, & Christus non est illo vsus ergo, de necessitate sacramenti requirit materiam sanctificatam ab eo qui est minister huius sacramenti scilicet ab episcopo. Vnde baptismus quia solum quantum ad solennitatem determinat sibi ministrum, non habet materiam sanctificatam quantum ad necessitatem sed quantum ad solennitatem.

Sed nunquid si consecratio haec chrisimatis fieret a simplici sacerdote, consecraretur verum sacramentum, licet ageret contra Ecclesiae praecipuum? Pro hoc ponitur a nobis quinta conclusio negativa, nempe quod non solum fieret contra Ecclesiae praecipuum, sed non consecraretur sacramentum. Hanc conclusionem tenent omnes scholastici doctores, & habetur in concil. 8. Tolet. cap. 7. Vnus duntaxat Caieta. videtur declinare in oppositam sententiam, licet non dif-

finiendo asseruerit, sed tamen non est tanta haec sententia, nec ratio Caietani aliquid valet, videlicet simplex sacerdos potest hostiam consecrare: a fortiori igitur si consecret christima, consecratio tenebit licet peccet, eod quod qui potest maius potest minus (non inquam valet) quia alioquin probaret quod potest consecrare ministros, & altare, & virgines & minores ordines conferre, quia est minus quam consecrare hostiam, quod nunquam aliquis dixit.

Sed nunquid poterit a summo Pontifice committi huiusmodi consecratio simplici sacerdoti? Huic dubio, ommissa Caietani & aliorum aliorum sententia, scilicet Scoti & Petri Paluda. in 4. dist. 7. quaest. 4. ar. 3. ad. 1. qui partem affirmatiuam tenent: respondetur hac conclusione negatiua, nempe summum pontificem non posse committere simplici sacerdoti chrisimatis consecrationem. Haec conclusio licet non sit tam certa sicut praecedens: probabiliorem esse arbitror. Et videtur haberi expresse 26. quaest. 6. cap. Si iubet. & cap. presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, christima vero nunquam conficiat. Vbi insinuare videtur tertium concilium Carthaginense. 2. & 3. vnde verba ista desumpta fuerunt, virgines ex dispensatione a presbytero consecrari posse, christima vero minime. In concilio insuper Toletano. 8. cap. 7. praallegato dicitur, Episcopalis eminentiae diuina autoritas percensuit esse aliqua summa, quae caeteris sacerdotibus exercenda prohibuit videlicet templorum consecrationem, chrisimatis benedictionem & ordinum institutionem, vbi videtur sentire haec iure diuino esse solum episcopis reseruata, ac proinde non valere summum Pontificem dispensare, vt simplex sacerdos christima consecret. Probatur, quia nunquam haecenus in Ecclesia hoc factum est, quod non minimum est argumentum in sacramentorum materia. Legimus, enim in

Conc. Flor. conc. Conc. Car. Conc. Tolet. Conc. Flor.

Caiet.

D. Thom.

Caiet. Scotus.

Soto.

¶

conc. Flo. aliquando ex dispensatione simplicem sacerdotem confirmasse, Christimate tamen per episcopum consecrato, & non legitur, autoritate christima consecrandi fuisse illi commissam. Nec ratio in contrarium Caieta. obstat, scilicet quod quemadmodum quauis confirmationis minister ordinarius sit episcopus: ex commissione tamen potest simplex sacerdos confirmare ad eundem modum licet ordinarius minister consecrationis chrisimatis sit episcopus: attamen ex commissione poterit simplex sacerdos christima consecrare, quandoquidem maius ac praestantius quid est, confirmationis sacramentum conferre, quam christima consecrare. Non inquam obstat, cum simile consequentiam neget D. Tho. in addi. 3. p. adiectis q. 29. ar. 6. ad. 1. Notum namque est omnibus simplicem sacerdotem secundum legem ordinariam extremam vntionem posse conferre, oleum tamen illius consecrare neutiquam valere. Ex quo conspicue colligitur, maius quid esse consecrare materiam, quam eam consecrata vti, non tamen ad eod immobiliter huic sententiae adhaerere, vt omnino Caieta. & Scoti opinionem improbabilem reputem, cum vtranque satis probabilem Dominicus a Soto arbitretur, & soluat argumenta facta pro vtraque sententia, vt est videre apud illum in 4. dist. 7. q. vnica ar. 3. circa finem. ¶

III. DIFFICULTAS.

Utrum forma qua Ecclesia vtitur, sit conueniens.

Hic difficultati duabus conclusionibus respondetur, vna qua directe ad quaestionem satis fit; altera qua explicatur. Conclusio igitur responsiua ad difficultatem est affirmatiua, nempe quod haec est conueniens forma. Configno te signo sanctae crucis, & confirmo te chrisimate salutis in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti Amen. Haec conclusio est de

fide tenenda. Habetur namque diffinita in conc. Flo. sub Eug. 4. eam quoque habent vniuersim omnes doctores, & vniuersalis Ecclesiae ritus, & ratione probatur. Quonia illa est conueniens forma sacramenti, per quam & in qua exprimuntur ea quae sunt necessaria ad illud sacramentum, cuius est forma, sed in ista forma exprimuntur quae sunt necessaria ad sacramentum confirmationis, quia in confirmatione est necessaria persona ministri conferentis sacramentum, hoc autem exprimitur cum dicitur, configno, & confirmo. Est insuper ibi necessaria persona suscipientis sacramentum, quae exprimitur cum dicitur, Te: est ibi etiam necessaria materia sacramenti, quae exprimitur cum dicitur chrisimate: est denique ibi necessaria causa nempe virtus Dei conferentis plenitudinem roboris spiritualis, quae exprimitur cum dicitur, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. manifestum est igitur, quod forma praedicta est conueniens forma huius sacramenti. Nec obstat id, quod aduersus hanc nostram conclusionem aliqui obijciunt, scilicet quod Apostoli non vtebantur hac forma: sed manu impositione. Dicitur namque Actorum. 8. quod cum audissent Apostoli, quod recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem, tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum, & Actorum. 19. dicitur, quod cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos. Item omnes sancti asserunt, Apostolos per manuum impositionem confirmasse, vt est videre super epistolam ad Ephe. 1. (non inquam obstat hoc: nam si vtebantur manuum impositione: illud erat, ne vngendo eos quos confirmabant: materia & forma huius sacramenti venirent in derisionem infidelium, & etiam quia sub illis signis visibilibus dabatur miraculose spiritus sanctus visibiliter, sicut super Apostolos descenderat. Ad foundationem enim fidei id necessarium erat. At vero

nunc iam cessauerunt huiusmodi cause, quia iam satis est fundata. Quocirca illis causis cessantibus, Apostoli & eorum successores vsi fuerunt materia & forma predictis.

1. conclus. Secunda conclusio. Inuocatio trinitatis in hoc sacramento, & in sacramento baptismi est necessaria necessitate sacramenti, non autem in alijs sacramentis.

Conc. Flo. Hęc conclusio probatur ex conc. Flo. Vbi eodem tenore in formis horu duo rum sacramentoru duntaxat ponitur inuocatio trinitatis, pars formę. Itę quia illa inuolabiliter Ecclesia vitur. Postremo, quia in his duabus sacramentis tantum est generalis fidei professio: quauis enim in cõfirmatione nõ sit tam expressa fidei professio sicut in baptismo, sed tamen quoniam ad baptismi perfectionem spectat quodammodò, etiam censetur fidei professio, quasi priorem roborans, ac perficiens.

Animaduertendũ est hic quod Chriftiatio, seu consignatio necessario necessitate sacramenti debet in forma crucis fieri, alioquin forma esset falsa, vt bene dicit Durandus in 4. d. 7. q. 2. & hęc consignatio fieri debet in fronte, vt expressę habetur de conse. d. 3. c. Nouissimę, & de conse. d. 4. c. Presbyteri, & c. vnico de sacra vnctione. §. perfectionis consignationem: & idem habetur in cõcilio Flo. Vnde secũdũ omnes de necessitate p̄cepti est, q̄ ista cõsignatio fiat in fronte, ita vt oppositũ faciens mortaliter peccet, imo est de necessitate sacramenti, nam licet summi pontifices non dicant, quod est de necessitate sacramenti, vsus tamen Ecclesię ad id tenendum sufficit, & ob id optimę Scotus in diffinitione confirmationis ponit, quod fiat in fronte, si enim hoc non esset de necessitate sacramenti, apertę sequeretur q̄ si quis cõfirmaretur in pede, maneret cõfirmatus, qđ tũ nemini asserere licet.

Duran. & hęc consignatio fieri debet in fronte, vt expressę habetur de conse. d. 3. c. Nouissimę, & de conse. d. 4. c. Presbyteri, & c. vnico de sacra vnctione. §. perfectionis consignationem: & idem habetur in cõcilio Flo. Vnde secũdũ omnes de necessitate p̄cepti est, q̄ ista cõsignatio fiat in fronte, ita vt oppositũ faciens mortaliter peccet, imo est de necessitate sacramenti, nam licet summi pontifices non dicant, quod est de necessitate sacramenti, vsus tamen Ecclesię ad id tenendum sufficit, & ob id optimę Scotus in diffinitione confirmationis ponit, quod fiat in fronte, si enim hoc non esset de necessitate sacramenti, apertę sequeretur q̄ si quis cõfirmaretur in pede, maneret cõfirmatus, qđ tũ nemini asserere licet.

Con. Flor. Vnde secũdũ omnes de necessitate p̄cepti est, q̄ ista cõsignatio fiat in fronte, ita vt oppositũ faciens mortaliter peccet, imo est de necessitate sacramenti, nam licet summi pontifices non dicant, quod est de necessitate sacramenti, vsus tamen Ecclesię ad id tenendum sufficit, & ob id optimę Scotus in diffinitione confirmationis ponit, quod fiat in fronte, si enim hoc non esset de necessitate sacramenti, apertę sequeretur q̄ si quis cõfirmaretur in pede, maneret cõfirmatus, qđ tũ nemini asserere licet.

Scot. Vnde secũdũ omnes de necessitate p̄cepti est, q̄ ista cõsignatio fiat in fronte, ita vt oppositũ faciens mortaliter peccet, imo est de necessitate sacramenti, nam licet summi pontifices non dicant, quod est de necessitate sacramenti, vsus tamen Ecclesię ad id tenendum sufficit, & ob id optimę Scotus in diffinitione confirmationis ponit, quod fiat in fronte, si enim hoc non esset de necessitate sacramenti, apertę sequeretur q̄ si quis cõfirmaretur in pede, maneret cõfirmatus, qđ tũ nemini asserere licet.

Annottare oportet secũdò quod si sunt aliqua Ecclesię (vt quidã referunt) quę dicant, confirmo te chrisimate sanctificationis: verũ sacramentũ conficiunt, eò qđ non mutant sensum huiusmodi variatio. Similiter si loco, chrisimate, quis dixerit vnguento, & pro confirmo, corrobora, licet aliqua esset culpa, validum tamen esset (vt reor) sacramentum.

Ultimatę sciendũ, est qđ est maximũ discrimę inter baptismũ & confirmationem, quia baptismus est regeneratio in spiritualem vitam, qua homo viuit in se ipso, & ided non ponitur in forma nisi vnus actus, ego te baptizo. At verò quoniam per cõfirmationē non solũ homo ipse sanctificatur, sed ad publica pro fide p̄elia instruitur, requiritur primò vt in forma exprimat interna sanctificatio, dum dicitur, confirmo te chrisimate factis: vbi materia & effectus exprimitur. Pratered oportet, vt homo exteriũ vexillo crucis consignetur ad pugnam, & ided p̄mittitur, Consigno te signo crucis, vt etiam cum periculo mortis fidem vbique p̄dicet, ac defendat.

Ultimatę sciendũ, est qđ est maximũ discrimę inter baptismũ & confirmationem, quia baptismus est regeneratio in spiritualem vitam, qua homo viuit in se ipso, & ided non ponitur in forma nisi vnus actus, ego te baptizo. At verò quoniam per cõfirmationē non solũ homo ipse sanctificatur, sed ad publica pro fide p̄elia instruitur, requiritur primò vt in forma exprimat interna sanctificatio, dum dicitur, confirmo te chrisimate factis: vbi materia & effectus exprimitur. Pratered oportet, vt homo exteriũ vexillo crucis consignetur ad pugnam, & ided p̄mittitur, Consigno te signo crucis, vt etiam cum periculo mortis fidem vbique p̄dicet, ac defendat.

De effectibus huius Sacramenti.

V. DIFFICVLITAS.

Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

Hic difficultati vnica cõclusionē affirmatiua respõdetur, nempe, qđ per istud sacramentũ imprimatur character, qui est secundarius effectus illius, vt supra dictũ est de sacramentis in genere. Et probatur, nã hoc sacramentũ nõ est iterabile, vt in concilio Tarraconensi (cuius verba habentur de cons. d. 5. c. dictũ est) diffinit vnde cõclusio est catholica. Est. n. etiã diffinita in conc. Tolera. 8. c. 7. & in conc. Flo. & conc. Trid. sessione. 7. can. 9. de sacramentis in genere, de qua re agit Thomas Vualden. in 2. de sacramentis. c. 4. Ex hac cõclusionē colligitur manifestę, nõ posse hominẽ eundẽ bis hoc sacramentũ suscipere nec episcopũ bis eundẽ hominẽ cõfirmare.

Con. vnic. Co. tarra. Con. Tolet. Cõci. Flo. Con. Trid. Vual. Sed

Sed tamen qui oppositum faceret, quauis sacrilegiũ cõmitteret, & mortaliter peccaret: non tamen irregularis efficeretur (quidquid dicant canonistę). Nullus nanq; textus inuenitur in iure, qui hanc penã apponat, & regula iuris est quod privilegia sunt amplianda: poenę verò restringendę. Quare cum in iure non apponatur irregularitatis poena, nisi si iterantibus baptismũ, non est ad iterantes confirmationē extendenda. Quod autem non reperiatur talis poena in iure apposita iterantibus confirmationem, patet. Nam in cap. dictum est. de cons. dist. 5. fit mentio de iteratione confirmationis: nulla tamen poena irregularitatis ibi iniungitur. Nec est eadem ratio de baptismi sacramento, quę est de confirmatione. Quoniam antiquitus fuit contentio, ac hęresis donatistarum de iteratione baptismi, non autem de iteratione cõfirmationis. Dicebant enim quod baptismus collatus ab hęreticis erat iterandus: quamobrem Ecclesia poenam irregularitatis apposuit baptismũ iterantibus, non autę iterantibus confirmationē. Apponitur tamen in illo cap. dictũ est, p̄alle. pro poenitentia confirmationē iterantibus, vt sub habitu regulari vel clericali religiose famulentur, si sciẽter illud fecerint.

Et nota quod character iste suscipitur ad profitendã fidẽ Christi, quasi ex officio verbis publicitus corã tyranno.

Sed vtrum character cõfirmationis p̄supponat characterem baptismalẽ? Pro hoc est conclusio vnica affirmatiua. Ratio huius conclusionis est: quia nullus potest suscipere illud sacramentum nisi prius fuerit baptizatus, cum baptismus ianua omnium sacramentorum sit. Hęc conclusio est de fide, & habetur de conse. dist. 5. cap. Omnes fideles, & cap. Nouissimę. & diffinitur in cõcilio Flo. & in cap. Si quis presbyter. de presbytero non baptizato. P̄cipitur nanq; illic, quod si quis fuit ordinatus ante baptismum, quod baptizetur & ite

Con. vnic. Con. Flor.

rum ordinetur. At verò si quis antequã cõfirmationem susciperet ordinaretur, vel aliquod aliud sacramentum suscipere, licet male faceret: factum tamen teneret, & id est si de facili confirmatio haberi posset, nonnulla culpa esset alia sacramenta prius recipere. Crediderim tamen ego non esse mortale secluso contemptu. Nec valet consequentia ista, si cathecuminus existens in gratia eucharistiam suscipiat, sacramentum & gratiam suscipit: pari ergo ratione, si confirmetur: (non inquam valet) quia eucharistia per se absque villo materię vsu, antequã sumatur, verũ est sacramentum. Quo fit, vt si brutum illã sumeret verũ consumeret sacramentũ. Secus est de alijs, quę in vsu materię cõsistunt. Vnde si ante baptismi susceptionem cõfirmaretur aut ordinaretur, ne tiquã factũ teneret. Si cathecuminus ille ignorantiam inuincibilem haberet gratiam quidẽ reciperet, non tamen ex opere operato, cum ille sacramenti incapax esset, sed ex opere operantis.

VI. DIFFICVLITAS.

Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratũ faciens.

Hic difficultati vnica cõclusionē affirmatiua respõdetur, nempe qđ cõfirmationis sacramentũ non solũ cõfert gratiã non ponẽtib; obicẽ illud suscipiẽtib; , verũ etiã maiore gratiã quã baptismi sacramentũ: imò & quã cetera sacramenta, excepta eucharistia, in qua corpus ipsum Christi quod illic subest conferre censetur. Hęc conclusio quoad primam partem probatur. Nam (vt supra de sacramentis in genere diffiniuimus) omnia sacramenta faciunt de attrito contritum. Quoad secundam verò probatur manifesta ratione: quia (vt dictum est) in eo confertur plenitudo Spiritus Sancti, ad robur & audaciam confitendi nomen Christi

Con. vnic. Con. vnic. Con. vnic.

Christi, & fidem, sicuti Apostolis in die Pentecostes collata fuit, sed spiritus sanctus internè non nisi per gratiam mittitur: ergo per hoc sacramentum confertur gratia gratum faciens, & maior quàm per baptismum. Habetur etiam expresse de cõse. d. 5. c. De his. vbi dicitur quòd confirmatio est maius sacramentum baptismi, & maiori veneratione dignum: maiorem igitur gratiam confert.

Annotare tamè hic opus est id quod supra ià insinuauimus, quòd non datur nunc spiritus sanctus in hoc sacramento in signis sensibilibus, vt in primitiua Ecclesia, sed inuisibiliter, ac latenter diuina charitas infunditur cordibus illud recipientium.

De suscipientibus confirmationem.

VII. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum, & omnes homines teneantur illud suscipere.

Difficultati huic aliquibus conclusionibus respondebimus, & earum prima sit: Hoc sacramentum debet omnibus baptizatis tam viris quàm mulieribus exhiberi. Hæc conclusio præter hoc quòd habetur de conse. d. 5. c. Omnes fideles. & c. Vt ieiuni probatur duabus rationibus: primà quia tam viri quàm mulieres, tam muti quam surdi recipere possunt indifferenter spirituales militiam. Omnes namque apti sunt ad pugnam spiritualiter aduersus fidei persequutores. Secunda, quia sicut de intentione naturæ est, omnè ex carne natum (nisi morte præuentum) ad perfectam ætatè perducere: ita, imò multò magis, intentio Dei est omnia opera sua ad perfectionem promouere: cum Dei perfectas sint opera. Cũ ergo hoc sacramentum ad perficiendã atq; augendã gratiam baptismalè detur: omnibus exhiberi debet.

A Sed dubium oritur, vtrum pueri ante vsum rationis sint confirmandi? Pro hoc fit secunda cõclusio in ordine, qd si puer statim baptizatus, ante vsum rationis confirmaretur verum sacramentum susciperet. Hæc conclusio est D. Th. & Alexan. Alen. 4. p. q. 28. m. 2. ar. 2. & D. Bonauen. d. 7. q. 1. ar. 3. & probatur ratione. Nã cum hoc sacramentum non solum ad pugnam proficit, verum etiã gratia augeat, licet non ratione illius, ratione tamè huius proderit infantibus moricuris sacramentum. Cuicumq; igitur infanti detur, erit verum sacramentum. Nã cum parvuli licet per baptismum gratiam, & virtutes recipiant, eis tamen nec vt possint nec debeant antequã ad vsum rationis deueniant, fit vt pari ratione confirmatis detur gratia per hoc sacramentum, qua licet modo fidè defendere nequeat: sufficit tamen vt eam postmodum cum annos discretionis attingerint, defendere valeant. Deinde probatur. Nã vt ex Dioni. c. 2. ecclesiast. hierarc. colligitur, in primitiua Ecclesia licet puero baptizato, præmissa confirmatione, porrigebatur eucharistia. Vt refert Thomas Vual. de sacramentis. c. 140. ex D. Dionis. 2. c. ecclesiast. hierarc. At Ecclesia substantiam sacramentorum mutare non potest, licet ergo non sit in vsum confirmare infantes, nihilominus si confirmarentur, esset verum sacramentum.

B Tertia conclusio: Non expedit pueros ante vsum rationis confirmare. Hæc conclusio tenet Petrus à Palude in. 4. d. 7. q. 4. & patet ex vsum Ecclesiæ, quæ non consuevit eos confirmare quoad usque vsum rationis habere incipiunt, & apti sunt ad fidem Christi confitendũ, & hanc conclusionem videtur suadere textus illè c. Vt ieiuni. de conse. d. 5. vbi dicitur, Ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionem facere prius, & c. confiteri autem communiter vsque ad illam ætatè nequeunt neq; habere reuerentiam sacramento, quæ illic declaratur. Sic namque intelligenda esse

C Sed nunquid confessio confirmationem præcedere debet? Pro quo fit quinta conclusio, quòd si sint adulti, & commiserint aliquod mortale: quanuis sit culpa tunc sine confessione accedere, eo quòd in illo. c. Vt ieiuni. admonetur prius confessionem facere: non tamen arbitror illã esse mortalem, quia non tenetur ex præcepto præmittere confessionem ad hoc sacramentum suscipiendũ, sed ex consilio tantum. Vnde in. c. Prædicto, solũ dicitur, qd confiteri admoneatur, & non qd iubeantur. Præceptum tamen est de præmittenda contritione vera vel existimata: & dicitur existimata attritio vel contritio, cum homo licet non doleat propter Deum, bona tamen fide arbitretur se dolere propter ipsum. De hac enim attritione loquitur D. Tho. quando dicit, quòd si quis adultus in peccato existens, cuius cõscientiã non habet, vel si etiã non perfectè contritus accedat: dummodò non fictus accedat, per gratiam collatã in hoc sacramento consequitur remissionem peccatorum: sic enim attritus fit mediãte sacramento ex attrito contri-

D Secunda conclusio: Si sint nati perpetuo amètes. Si confirmetur, legitimũ erit sacramentum, sicut diximus de infantibus ante vsum rōis. Sicut namq; vsum Ecclesiæ habet non confirmare illos vsque ad vsum rationis: sic nec hoc sacramentum dispensari huiusmodi amètib; debet. Ita tenet Soto: nõ tñ mihi videtur par ratio de pueris, quibus nondum vsum rōis cõtingit, & his amètib; siquidem pueri postea vsum rōis habebunt, & ob id expectandũ est tẽpus in quo vsum rōis vtatur, vt sacramentum reuerentius suscipiãt. At verò cũ de amètib; nõ habeatur huiusmodi spes & per hoc sacramentum illis gratia, & gloria augeatur, meritò illis cõferri potest. Vltimatè nascitur graue dubium, an sit præceptum de cõfirmatione? Cui dubitatio

esse arbitror glossam super. c. illud prædictum, vt ieiuni de cõse. d. 5. & Marfi. in 4. q. 5. ar. 4. asserentes pueros, ante. 12. annũ nõ esse cõfirmandos. Nec obstat caput illud oēs fideles. de cõse. d. 5. vbi habetur qd oēs fideles debent cõfirmari: quia textus ille intelligitur secũdum Ecclesiæ ritum pro tẽpore & loco. Quo fit vt si apud aliquas nationes vsum sit cõfirmandi pueros nõdum vsum rōis attingentes, illic cõfirmantur, quia prohibitio vniuersalis Ecclesiæ expressa nullibi legitur.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Non oportet expectare ætatè duodecim annorum ad hoc sacramentum suscipiendũ, sed satis est si pueri septẽ annos attingant. Sat. n. videtur esse vt recordari possint se illud recepisse. & ob id datur illis alapa in cõfirmatione, vt dicit D. Anton. Præterea, quia tunc minores ordines suscipere possunt (vt in proprio loco videbimus) quos tñ nõ decet sine confirmatione suscipere.

5. Conclusio. Sed nunquid confessio confirmationem præcedere debet? Pro quo fit quinta conclusio, quòd si sint adulti, & commiserint aliquod mortale: quanuis sit culpa tunc sine confessione accedere, eo quòd in illo. c. Vt ieiuni. admonetur prius confessionem facere: non tamen arbitror illã esse mortalem, quia non tenetur ex præcepto præmittere confessionem ad hoc sacramentum suscipiendũ, sed ex consilio tantum. Vnde in. c. Prædicto, solũ dicitur, qd confiteri admoneatur, & non qd iubeantur. Præceptum tamen est de præmittenda contritione vera vel existimata: & dicitur existimata attritio vel contritio, cum homo licet non doleat propter Deum, bona tamen fide arbitretur se dolere propter ipsum. De hac enim attritione loquitur D. Tho. quando dicit, quòd si quis adultus in peccato existens, cuius cõscientiã non habet, vel si etiã non perfectè contritus accedat: dummodò non fictus accedat, per gratiam collatã in hoc sacramento consequitur remissionem peccatorum: sic enim attritus fit mediãte sacramento ex attrito contri-

D Secunda conclusio: Si sint nati perpetuo amètes. Si confirmetur, legitimũ erit sacramentum, sicut diximus de infantibus ante vsum rōis. Sicut namq; vsum Ecclesiæ habet non confirmare illos vsque ad vsum rationis: sic nec hoc sacramentum dispensari huiusmodi amètib; debet. Ita tenet Soto: nõ tñ mihi videtur par ratio de pueris, quibus nondum vsum rōis cõtingit, & his amètib; siquidem pueri postea vsum rōis habebunt, & ob id expectandũ est tẽpus in quo vsum rōis vtatur, vt sacramentum reuerentius suscipiãt. At verò cũ de amètib; nõ habeatur huiusmodi spes & per hoc sacramentum illis gratia, & gloria augeatur, meritò illis cõferri potest. Vltimatè nascitur graue dubium, an sit præceptum de cõfirmatione? Cui dubitatio

A tus, & nõ sufficit habere attritionem cognitã, vt dignè ad hoc sacramentum accedatur (hoc est) dũ quis sciens se nõ propter Deum pœnitere, accedit. Maior namq; dispositio exigitur ad cõfirmationis sacramentum recipiendũ, quã ad baptismum, quia baptismus cũ sit mortuorum sacramentum, satis habet obicem non inuenire; cũ dolore de peccatis (vt supra dictum est) vt vitam tribuat. Cõfirmatio autem, quia vt gratiam baptismalè cõfirmet ac corroboret, instituta est, postulare videtur, vt nõ nisi ei exhibeat, qui in gratia cõsetur accedere.

Sed adhuc hic oritur dubitatio, an amètes sint idonei ad hoc sacramentum suscipiendũ? Cui dubitationi duabus conclusionibus respondetur, quarum prima sit, qd amètes qui habent lucida interualla, confirmari possunt: nõ solũ dũ lumine rōis nõ caret, verum etiã in amentia, nisi antea contradixerint: ratio est, quia possunt pro se de pugnare. Similiter surdis, & mutis cõferri debet hoc sacramentum tũ quia cũ in illis gratia, & gloria augeri, qat meritò illis hoc sacramentum cõferendũ esse censeo, tũ etiã, quia cũ hos per martyriũ fidè publicè, & intrepide defendere posse perspicuũ sit, & ad hoc confirmatione, & robore indigeant, consequens fit, vt illis hoc sacramentum conferri debeat.

2. Conclusio. Secunda conclusio: Si sint nati perpetuo amètes. Si confirmetur, legitimũ erit sacramentum, sicut diximus de infantibus ante vsum rōis. Sicut namq; vsum Ecclesiæ habet non confirmare illos vsque ad vsum rationis: sic nec hoc sacramentum dispensari huiusmodi amètib; debet. Ita tenet Soto: nõ tñ mihi videtur par ratio de pueris, quibus nondum vsum rōis cõtingit, & his amètib; siquidem pueri postea vsum rōis habebunt, & ob id expectandũ est tẽpus in quo vsum rōis vtatur, vt sacramentum reuerentius suscipiãt. At verò cũ de amètib; nõ habeatur huiusmodi spes & per hoc sacramentum illis gratia, & gloria augeatur, meritò illis cõferri potest. Vltimatè nascitur graue dubium, an sit præceptum de cõfirmatione? Cui dubitatio

Con. vnic. bio hac vnica conclusione satisfieri potest. Stando in iure diuino, nō inuenitur praeceptum obligatorium in euangelio sicut de confessione, baptismo, & eucharistia inuenitur. Stando verò in iure humano Ecclesiae, quanuis secundum Ricardū d. 7. ar. 5. q. 1. & Petrū à Pal. de. q. 4. & Durandum. q. 1. & Siluestrū verbo confirmatio. §. 3. sit praeceptum humanum de hoc sacramento suscipiendo, tamen secundum D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 8. ad 4. & q. 65. ar. 4. ad 3. & secundum Adriannū in q. de confirmatione: nullū est praeceptum humanum obligans sub reatu mortali. Et hæc est longè probabilior sententia. & probatur quòd non sit de iure diuino: quia sacramentum hoc omnes vno animo cōsentiunt non esse absolute & simpliciter ad salutem consequendam necessarium, sed ad benè & commodè: neq; est per se finis aliorum sacramentorum, vt est eucharistia, non ergo est de praecepto diuino. Item quia non inuenitur tale praeceptum expressum in euangelio, sicut d̄ baptismo. Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. & de eucharistia Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, &c. & Lucā. 13. Nisi poenitentia habueritis &c. & Neq; ex traditione Ecclesiae, aut patrum, non ergo est praeceptū diuinū de confirmatione. Neque ex hoc, quòd Christus hoc sacramentū instituit, consequitur vt praeceptū de illo sumendo imposuerit. Hæc enim fuit Christi benignitas, vt licet hoc instituerit sacramentum: non tamen sub praecepto fideles obligauerit, eò quòd non erat tantæ necessitatis, sicut baptismus & poenitentia, & quia absq; ipsa cōfirmatione effectus illius haberi potest, quanuis melius cū illa. ¶ Quod autē nō sit de iure pontificio patet. ¶ Cū enim Ecclesia nihil aliud circa sacramenta faciat quā tēpus in quo id quod de iure diuino præcipitur adimpleri debeat, prescribere vt q̄ praeceptū diuinū de confessione adimpleatur semel in anno, & praeceptū de eucharistiae sumptione in pas-

chare, & nullū diuinum praeceptū sit de confirmatione perspicuè elicitur nec ipsam confirmationē esse praeceptā iure humano. Probat̄ etiā. ¶ Nā si Ecclesia hoc tanquā praeceptū iussisset, cū sit praeceptum affirmatiuū, constitueret tēpus: Sicut ieiuniorū tēpus constituit quædragessimam. ¶ Non apparet autē pro quo tēpore obliget, imò nec assignari potest certū tēpus, ergo nō est praeceptū humanum de cōfirmatione. Quo fit, vt cū Vrbanus cuius verba referuntur de conse. d. 5. c. 1. dicit, q̄ omnes fideles confirmationē accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur, & in c. Spiritus sanctus, quanuis baptismus sufficiat ad salutē statim morituris, confirmatio tamen victuris est necessaria, vt confirmentur & corroborentur contra vitia, & peccata, vt possint diabolo resistere. ¶ Insuper in c. vt ieiuni. dicitur, q̄ nunquā erit Christianus nisi in confirmatione episcopali fuerit christumatus, omnia ista iura nō contineāt praeceptū obligans sub mortali, sed mandatū quoddā simplex. Quanuis enim praelatus sacramentū istud cōferre teneatur: attamē subditi illud suscipere nō tenentur. Nā praelatū aliqua tenent conferre magis quā subditi suscipere, aut petere liquido cōstat, cū subditius sæcularis singulis mensibus cōfiteri non teneatur, & tamē praelatus subditi cōfiteri volentē audire in cōfessione teneatur. ¶ Vnde omitt̄ hoc sacramentū ex negligētia secundū hanc sententiā D. Th. cui in hoc fides est adhibēda, secluso contēptu, solū erit veniale. Ita tenet Caietanus in summa, verbo confirmatio, nepe nō esse mortale illud omittere si delit contēptus. Et assignat eandē rationē: quia sacramentū hoc nec est necessitatis absolute, nec Ecclesiae exactio. Contēptus autē vt nomen sonat, idē est quod rem nihil pendere, & perinde abijcere ac si nihil esset, & idcirco si quis confirmationē omitteret, eò quòd illud sacramentum nihil existimat, contemneret, & mortaliter peccaret.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum ille qui confirmatur debeat teneri ab alio?

In hac difficultate quæritur, an sicut in baptismo, ita & in confirmatione requiratur patrinus? Huic difficultati duabus conclusionibus respondetur, quarum prima est affirmatiua. Probat̄, nam sicut nuper natus indiget pedagogo in his quæ ad propriæ vitæ cōseruationem attinēt, ita ille qui ad pugnam cōscribitur, instructorē indiget ad certamen, à quo militiæ præsentetur. Sicut igitur in baptismo, ita in hoc sacramento requiritur susceptor.

Pri. conclus.

2. Conclu.

Secunda conclusio: Sicut susceptor baptizandi non est de essentia baptismi, ita nec de essentia huius sacramenti.

Sciendum tamen est hic, quòd susceptores pueri confirmandi, oportet vt sint confirmati, vt ex cap. In baptismate de consecra. dist. 4. constat. Si enim patrinus non fuerit confirmatus, non contraheretur cognatio spiritalis, quæ semper contrahitur, quando est verus susceptor sicut per baptismum, quæ quidem impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Sed de hoc infra diffusè tractabimus, cū de matrimonio agatur. At ex confirmatis quilibet potest esse susceptor, nisi vir suæ propriæ vxoris, cum contrahatur cognatio spiritalis, & oriatur affinitas. Vnde si scienter fecerint, debent abstinere ad inuicem, & separari quo ad thorum, nō tamen quo ad vinculum, & idem est si quis filium proprium teneat ad confirmationem: quia etiam contrahitur ex hoc cognatio spiritalis inter cōiuges. Et nota, quòd quamuis non debeat esse nisi vnicus susceptor, tamen ante determinationem sacrosancti concilij Tridē gebant omnes eandem affinitatem contrahere cum baptizato seu confirmato, non tamen inter se, vt habetur cap.

Cō. Trid.

Quamuis, de cognatione spiritu. lib. 6. nunc autem post præfatam determinationem, solum illam contrahunt, qui ad hoc munus fuerint electi ac designati ab ijs ad quos spectat.

De ministro confirmationis.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum solus episcopus hoc sacramentum conferre possit?

Ad hanc difficultatē sit prima conclusio: Proprius minister huius sacramenti confirmationis est solus episcopus. Hæc conclusio habetur in quâ plurimis Ecclesiasticis sanctionibus stabilita. Primum de conse. dist. 5. per totū vt cap. De his. & cap. Manus. vbi dicitur quòd nisi à summis sacerdotibus, scilicet episcopis, & perfici non potest, & 68. dist. cap. Quamuis, & cap. Præsbyteri, & Damascenus in epistola ad Ricardum, & Leo in epistola. 66. ¶ Itē Innocentius. 3. in cap. Quanto extrā de cōsuetudine, ait quòd si presbyter confirmat, inaniter id facit & sine veritate in effectu. Idem quē ait cap. Vnico de sacra vnctione, & in concilio Florentino dicitur quòd ordinarius minister confirmationis est solus episcopus. Et tandem habetur diffinita in sacra Tridentina Synodo, sessione. 7. can. 3. de confirmatione sub his verbis, si quis dixerit, sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemlibet simplicem sacerdotem, anathema sit, & Hugo lib. 2. de sacramentis parte 7. cap. 2. & Thomas Vvalden. de sacramentis cap. 114. & 115. & Alfonso à Castro in lib. de hæresibus, verbo confirmatio, & Magister Soto. ¶ Et præter hoc quòd est omnium doctorum sententia, probatur manifesta ratione ab ipsis doctoribus assignata, nempe quia sicut est in policia corporali benè

Ricar. Palud. Durand. Siluef.

D. Thom. Adria.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Lucæ. 13.

¶

¶

¶

¶

Verba. Pap.

Prim. con.

¶

Damas.

¶

Leo papa.

Innocent.

Cōci. Flo.

Con. Trid.

Hugo.

Vvald.

Castro.

¶

Soto.

ordinata, q̄ promouere aliquē ad statū & gradū excellētiæ super alios pertinet ad illū qui habet curā cōmunitatis, scilicet ad principē. Quia ergo cōfirmatus, per sacramentū cōfirmationis ponitur in statu excellētiæ super alios, cū efficiatur miles Christi, idē conferre sacramētū hoc spectat ad solū episcopū qui curā habet totius cōmunitatis in sua diocēsi. Ex quibus omnibus manet explosa ac refutata heresis Vuitcles, qui habuit sacerdotes, imō & diacones iure diuino esse ordinarios huius sacramenti ministros, & eundē errorē tenuit Armachanus lib. 11. de quæstio. Armenorū. c. 4. Nec ratio, quā pro se Armachanus facit, est alicuius pōderis, argumētatur enim sic Ananias, nō erat Apostolus nec Episcop⁹ & imposuit manus Paulo, & cōfirmavit illū, ergo nō solus Episcopus est minister huius sacramēti. Nihil enim ratio ita probat, eō q̄ forsā erat Episcopus, quia tūc propter ministrorū paucitatē sacerdotiū ab Episcopatu nō erat seiunctum, vel aliter, quōd ex diuina dispensatione cōfirmabat Ananias. ¶ Sed quæritur, utrum Papa possit committere alijs nō episcopis vt conferant hoc sacramentū, ita quōd si ex tali commissione simplex sacerdos illud administraret, valeret. ¶ Pro hoc dubio sunt duæ opinionēs, & prima earum est negatiua Scoti in. 4. dist. 7. q. 2. Durandi. q. 4. & eandē amplectitur Adrianus in 4. in materia de confirmatione. art. 3. & probat. 10. argumentis ex Durando collectis. D. quoq; Vincentius in sermone. 2. dominicæ. 3. quadragesimæ illā sequitur. Rationibus etiam non leuibus ostēditur, tum, quia cū de necessitate sacramenti sit materia, & forma, & minister, Papa autē nullum istorum mutare valeat. non. n. potest dispensare, vt materia baptismi sit vinū aut oleum, sit, vt nec cōmittere valeat non Episcopis huius sacramēti collationem: tum etiam, quia si subiectū sacramēti determinatū est, Papa illud mutare nequit, vt quōd

A non baptizatus confirmetur, aut mulier fiat sacerdos, eadem ergo rōe nec ministrū mutare potest, tū verò, quia si sacerdos iure diuino ratiōe & vi characteris esset minister confirmationis, sequeretur apertē, quōd etiam prohibente Papa si confirmaret, factum teneret, quamuis mortaliter peccaret. Cuius cōtrariū expressē habetur in. c. Manus præallegato, cum dicitur ibi. Nā si aliter præsumptum fuerit irritum habeatur & vacuū. Si verò iure diuino solus Episcopus sit minister huius sacramenti cōspiciē elicitur, summum Pontificē sacerdoti minimē committere posse, quemadmodū materiam aut formam, aut subiectū, nequit variare. Tum denique, quia cū Episcopus in sua diocēsi non minorem potestatem habeat, quā summus Pontifex in tota ecclesia, nisi restringatur per ipsum summū Pontificē, & nequeat committere sacerdoti vt confirmare valeat, fit, vt nec summus Pontifex dispensare possit cū simplici sacerdote, vt hoc confirmationis conferēdę munus exerceat. Et quāuis his ratiōibus opinio hęc probabilis reddatur: attamen probabiliorē esse contrariam arbitror, de qua sit secunda conclusio. ¶ Quamuis papa non possit cōmittere cuiunque fideli indifferenter, vt conferat hoc sacramētum: potest tamen omni sacerdoti illud committere, & facta hac cōmissione potest simplex sacerdos optimē confirmare. Hęc conclusio probatur quo ad primā partē scilicet quōd non possit summus Pontifex cuiunq; fideli. Quia nulli potest cōmitti vt habeat potestātē supra corpus Christi mysticū, ad minus quo ad dispensationē sacramentorū, nisi habeat potestātē supra corpus Christi verū, at verò solus sacerdos habet potestātē supra corpus verū, ergo soli sacerdoti potest cōmitti vt habeat potestātē supra corpus mysticum in dispensando sacramenta. Quo ad secundā verò partē conclusionem nostram tenet D. Tho. 3. p. quæst. 72. ar. 11. & Alexan. Ales. 4. p. q. 28.

2. conclus.

D. Thom. Alex. Ales.

Ric. 11. q. 28. membr. 1. ar. 3. Ricardus etiam dist. 7. q. 1. ar. 3. & Marsilius. q. 5. ar. 3. Probatur etiam ex Gregorio. 9. in cap. Peruenit. 97. distin. & in concilio Florentino habetur, quōd ex rationabili & vrgēte admodū causa potest simplex sacerdos ex dispensatione sedis apostolicæ chrismate per Episcopum cōfecto hoc confirmationis sacramentum administrare. ¶ Præterea, quia legimus aliquādo simplicem sacerdotem hoc confirmationis sacramentum contulisse, & nullibi dispensationem aliam reperimus, nisi quam Grego. fecit, ex dispensatione igitur simplex sacerdos potest hoc sacramentum conferre. Postremo quia cum simplices sacerdotes ex commissione summi Pontificis ordines minores conferre posse, liquidō constat, merito pari ratione ex dispensatione sedis apostolicæ confirmationis sacramentū administrare posse, fateri opus est. ¶ Quocirca iam est non solum opinio, verum Ecclesiæ sanctio. Vnde licet Scotus & Durandus, & alij, qui prædictam Synodum antecesserunt, oppositam sententiam vtcunque defendere potuerūt, nūc autem iam nequā liceret, & si Adrianus qui fuit postea, illam habuit ex eo fuisse creditur, quia decretum illud non legit, & iura omnia quæ pro prima opinione faciunt, tantum probant, minister ordinarius huius sacramenti esse episcopum quod nos libenter concedimus, non autē quōd ex summi pontificis commissione simplex sacerdos minister illius esse nequeat. Vt ex concilio Florentino liquet. Illud autē de materia & formæ mutatione facile diluitur, nam solum concludit, quōd quemadmodum summus Pontifex materiam, & formam sacramentorum mutare nequit, ad eundem modum nec in totum variare ministrum: benē tamē committere potest simplici sacerdoti; vt hoc confirmationis sacramentum administraret. ¶ Ex hac secunda cōclusionē quōd ad secundam partem, elicitur non de iu

A re diuino episcopum esse necessariū ministrum confirmationis, alioquin non posset Papa dispensare, vt qui nō est episcopus confirmaret: sed ita censendum est episcopum ministrum esse necessariū, vt nisi Papa dispensaret cum simplici sacerdote, si attentaret hoc sacramentum conferre: nihil ageret, vt dicitur in cap. Quanto, citato. In his nāque quæ sunt de iure diuino, vt quōd suscipiens alia sacramenta sit baptizatus, & q̄ minister consecrationis eucharistiæ & absolutionis sacramentalis sit sacerdos, nō potest Papa dispensare. ¶ Cū minister sit determinatus iure diuino. ¶ Nō enim potest dispensare vt nō sacerdos cōsecret, aut nō baptizatus recipiat alia sacramenta. ¶ aut mulier ordinetur: in his verò vbi minister non sic iure diuino est determinatus haud dubitare licet, quin variare aut certē limitare summus Pontifex possit illum, sicut habilitare, aut inhabilitare personas ad matrimonium. Ad aliud respondetur, Christum non sic sacerdotes, vt absolute essent huius sacramenti ministri instituisse, sicut eucharistiæ & poenitentia, quia aliās si confirmarent, etiam Papa cōtradiciente, factū nihilominus teneret, quē admodum si illo, contradicente consecrarent: nec etiam legimus solos episcopos, huius sacramēti ministros instituisse, sed medio quodam modo, nempe, ordinarios solos ipsos, sacerdotes autem ex summi Pontificis dispensatione. Quādo autem oporteat, ac expediat, vt simplices sacerdotes hoc munus ex dispensatione exerceant, quando autem non, iudicio Ecclesiæ examinādum relinquitur. Ex quibus euidenter elicitur, nō eodem modo esse episcopum determinatum confirmationis ministrum, quo panis in eucharistia, & aqua in baptismo sunt materia. In his enim auctoritas sanctorum quibuscunque rationibus præferri debet. Ad vltimum respondetur negando consequentiam, cū multa possit in tota ecclesia Papa facere, quæ tamē episcopus

¶

¶

¶

¶

¶

Scot. Durand. Adrian.

D. Vinc.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

episcopus in sua dioecesi non potest, vt plenariam indulgentiam conferre, episcopos creare: & huius generis esse censetur committere simplici sacerdoti, vt confirmet: quod quidem ex eo prouenit, quia solum Papam in tota ecclesia plenitudinem potestatis habere, perspicuum est omnibus. Vnde si quis obijciat quod in cap. Omni tempore. dicitur, quod presbyter praesente episcopo non signet infantes, nisi forte ab episcopo illi fuerit praecipuum, & 95. dist. cap. fina. habeatur idem, & sermo est de confirmatione, nam signatio quae fit in vertice absque episcopi licentia fieri potest, ex quo elici videtur sacerdotem confirmare posse episcopo absente; & illo praesente de eius licentia. Non ergo ex sola summi pontificis commissione, verum etiam de episcopi licentia simplex sacerdos hoc confirmationis sacramentum conferre posse videtur, ac subinde posse episcopum iure diuino committere sacerdoti vt in sua dioecesi confirmet, nisi per Ecclesiam fuerit ei prohibitum, cuius oppositum tanquam verissimum tenet D. Thom. Caieta. Palud. & omnes Thomiste, & glossa & Turrecremata super illud cap. Omni tempore: Si quis inquam ita obijciat, respondetur quod iura illa cita loquuntur de consignatione, quae fit in vertice baptizati, quam quidem sacerdos episcopo absente, non autem illo praesente sine eius licentia, facere potest, & eodem modo intelligere oportet cap. Presbyteri. de consecra. dist. 4. cum ibi dicitur, sacerdotem posse signare in vertice siue praesente, siue absente episcopo (praesente inquam) de eius licentia, quae tamen illo absente non exigitur, quemadmodum sacerdos in missa absente episcopo benedictionem, non autem illo praesente, nisi de eius licentia habita, dare potest populo. Vltimo annotare oportet, quod episcopus non consecratus secundum Petrum de Palud. non potest confirmare, quia est actus ordinis, sed si non esset confirmatus & confirmaret,

D. Thom.
Caieta.
Palud.
Turrecre.

Palud.

A factum teneret, quoniam absque confirmationis sacramento, verus esset episcopus, qui confirmationis ordinarius minister est. ☩

De ritibus huius sacramenti.

X. DIFFICULTAS.

B *Utrum ritus huius sacramenti fuerint conuenientes?*

Hic difficultati vnica conclusio. Probatur, quia ecclesia quae huiusmodi ritibus vtitur, regitur à Spiritu sancto, ergo sunt conuenientes.

Notare hic opus est primo, quod ritus sunt illi qui non pertinent ad essentiam sacramenti. Susceptor nanque licet non sit de essentia: spectat tamen ad ritum ex praecipuo. Cereus autem qui offertur, licet sit aliqua religio, ac optima consuetudo, eius tamen omisio non esset aliquod peccatum, sicut neque non dare alapam. Mos enim ille introductus est, vt confirmatus memor sit semper sacramenti, & vt admoneatur quod illud suscipit ad pugnam, vt inde discat contumelias & plagas pro Christi nomine sustinere. Sunt enim arma militiae Christianae patientia, ac tolerantio iniuriarum & vt percutienti vniam maxillam, & alteram eidem praebere parati simus. Omnes nanque qui in Christo pie viuere volunt: persecutionem patiuntur. Habetur insuper de alapa in concilio Maguntino in fine, & in Coloniensi, & in pontificali. ☩

E Secundo nota, morem illum antiquum, vt tam qui confirmabantur, quam episcopi confirmantes ieiuni ad hoc sacramentum accederent, vt habetur de consecra. dist. 5. cap. vt ieiuni, & cap. vt episcopi, iam esse abolitum: & confirmationem fieri tam à prandio, quam ante prandium in quocunque die. Et possunt episco-

☩

☩

☩

episcopi illud conferre in omni honesto loco, etiam extra ecclesiam. Tertio nota, quod episcopus extra locum suae dioecesis etiam subditos suos confirmare non debet. Imò nec Archiepiscopus subditos suorum suffraganeorum dum visitat, nec in sua dioecesi alterius dioecesis subditos, vt habetur. 16. q. 1. cap. Interdicimus. Confirmando tamen non subditos, licet peccet: non tamen efficitur irregularis, & verum sacramentum confert. Existit autem hoc loco dubitatio, vtum oleum non sacrum additum sacro fiat sacrum? Cui dubitatio facile respondetur, quod quemadmodum si addatur aqua non benedicta benedictae, tota erit benedicta secundum D. Tho. in 3. dist. 77. art. 8. ad 3. si tamen minor sit quae additur aquae benedictae, vt dicit idem Thomas in 4. dist. 12. q. 1. ar. 2. quodlib. 6: ad eundem modum dicimus de oleo, scilicet quod si oleum

D. Tho.

A non consecratum commisceatur oleo consecrato, dicitur totum consecratum, modo additum sit in minori quantitate, vt tenent canonistae super cap. Quod in dubijs. de cose. Ecclesiae & altaris, & Syluest. & summa Armilla verbo oleum sanctum, & verbo aqua benedicta, & Cardinalis Turrecremata super cap. Aquam sale conspersam. de consecra. dist. 3. & ita obseruatur ab omnibus Ecclesijs, non autem sic est de vino addito sanguini Christi, quia non fit sanguis, nam aqua vel alius liquor additus sanguini in calice non conuertitur in sanguinem, nec e contra, siue fuerit in parua siue in magna quantitate. Ratio discriminis est, quia vinum consecratum non remanet vinum, sed solum illius accidentia, at vero aqua benedicta remanet aqua, & oleum consecratum remanet oleum. Et haec de confirmationis sacramento dicta sufficiant. ☩

DE SACRAMENTO EUCCHARISTIAE.

Actenus pertractatum est de generatione spirituali, quae fit in baptismo, & de augmento item spirituali, quod fit in confirmatione: dicendum erit nunc iam de spirituali alimento, quod datur in Eucharistiae sacramento. Rectus nanque ordo postulat, vt post baptismum & post confirmationem sumatur hoc venerabile sacramentum ab adultis. Legimus siquidem quod submersis Aegyptijs in mari rubra transactoque mari praedictos filijs Israel nouum pascha in azimo pane fecerunt in deserto: sic & nos submersis demonibus in baptismo cum peccatis nostris in deserto huius mundi pascha nouum in azymis sinceritatis & veritatis, huius sanctissimi panis facere debemus. Ad rem igitur iam accedendo erunt aliquot difficultates de Eucharistiae sacramento.

Exod. 14.

PRIMA DIFFICULTAS.

Utrum Eucharistia sit sacramentum.

Riusquam huic difficultati respondeamus, scire oportet, quod hoc sacramentum inter cetera ha-

bet, quod non solum est sacramentum, verum & sacrificium. Et nunc prima agendum est de illo prout est sacramentum: deinde quatenus est sacrificium. Tunc est con-

☩

Concl. uni conclusio affirmatiua ad questionem
ed. propositam responsiua, nempe eucharis-
 tiam non tantum esse sacramentum,
 verum etiam omnium sacramentorum
 maximum sacramentum. Hæc conclu-
 sio habetur diffinita in quam plurimis
Concl. Flo. locis: videlicet in concilio Florentino
Con. Trid. & Trident. sessione. 7. can. 1. de sacra-
 menti in genere, & sessione. 13. ¶ Item
 ecclesia appellat eucharistiam sacramen-
 tum. Canit enim: tantum ergo sacramen-
 tum, & in collecta illa. Hoc tuum sacra-
 mentum non sit nobis reatus ad poenā,
 &c. Quocirca conclusio est de fide. ¶ Pre-
 terea hæc conclusio tenent omnes
 scholastici doctores in. 4. à distinctio-
 ne. 8. vsque ad. 13. ¶ Comprobatur etiā
 duabus rationibus, quarum prima sit.
 Quia cum sacramenta ecclesie ad sub-
 ueniendum homini in vita spirituali or-
 dinentur: & vita spiritualis corporali cō-
 formeretur, (eo quod corporalia spiritua-
 lium similitudinem gerunt) fit, vt quæ
 admodum ad corporalem vitam nō so-
 lum generatio exigitur, per quam ho-
 mo vitam accipit: verum etiam alimen-
 tum, quo ad ipsius vitæ perfectionē per-
 ducitur: ad eundem modum spiritualis
 generatio, quæ fit per baptismum, & spi-
 rituale alimētum (quod est eucharistia
 sacramentum,) quo homo cōseruetur,
 requiritur: ac subinde eucharistiam sa-
 cramentum esse neutiquam alicui ambi-
 gere licet. Secunda ratio est. Quia eucha-
 ristia est signum sensibile conferens gra-
 tiam ex opere operato, vt ex illo Ioan.
 6. c. Qui manducat me, viuit propter me,
 liquido patet: animæque vitæ per gratia
 habetur, ergo eucharistia est sacramen-
 tum. ¶
Dubium. Sed dubium est, pro quo nomē hoc
 sacramentum eucharistie supponat. Est
 enim in eo quatuor considerare, videli-
 cet species panis & vini consecratos: cor-
 pusque & sanguinem quæ sub ipsis latet,
 & genio eorundem consecrationem, ac
 denique usum & sumptionem. Contro-
 uersia igitur non parua inter doctores

A. est, an eucharistia sacramentum sit cō-
 secratio, an ipsius eucharistia sumptio,
 an species sensibiles panis & vini, an cor-
 pus Christi contentum sub illis. ¶ Et
 imprimis est opinio Gabrielis in. 4. dist. **Gabri.**
 8. q. 1. Maioris, & aliorum asserentium **Ioā. Mat.**
 ipsas species panis & vini consecratos,
 quatenus sub illis corpus Christi conti-
 netur, sacramentum eucharistia esse, &
 pro illis supponere. Secunda opinio est
B. Capreoli in eadem dist. q. vnica, ad. 1. cō- **Caprea.**
 conclusio. 1. quod hoc sacramentum po-
 test accipi pro vtroque simul: itaque cō-
 fitur ex speciebus panis & vini, & ex
 corpore & sanguine tanquam ex dua-
 bus partibus. Vnde sicut hæ sunt falsæ,
 homo est forma, homo est materia: ita
 ista sunt falsæ secundum hanc sententiā,
 Eucharistia est species consecrata, &
 eucharistia est corpus Christi: & hæc
C. opinio fundamentum habet in D. Tho. **D. Thom.**
 eadem dist. q. 1. art. 1. q. 1. ad. 2. vbi dicit:
 q̄ ex his duabus cōstat hoc sacramen-
 tū. ¶ Sed omnibus opinionib⁹ omis-
 sis, eo quod nostrū institutum non est nisi
 veritatem ostendere, ac probabiliorē
 sententiā ob oculos proponere, ad du-
 bium propositum hac conclusione re-
 spondetur. Neque consecratio, nec sum-
 ptio est sacramentum. Hæc conclusio
 quo ad primā partem probatur. ¶ Nā
D. cum sacramentum sit sacræ rei signū,
 quatenus homines sanctificat, consecra-
 tio autem non homines sanctificet, sed
 ipsam hostiam: Hostia autem consecra-
 ta homines sanctificet: euidēter elicitur
 consecrationem non esse sacramentū:
 & hæc est expressa Scoti sententia in
 4. dist. 8. q. 1. Cum dicat consecrationem
 non esse sacramentum, sed sacramenta-
 le quoddam, & viam ad sacramētum. ¶
 Præterea nam consecratio vt nomē so-
 nat, non est nisi actio qua per formam
 perficitur sacramentum: quare sicut for-
 ma qua fit consecratio, non est sacramē-
 tum, ita neque consecratio ipsa, sed est
 via ad sacramentum. Præterea proba-
 tur. Nam nomina artificialia non sup-
 ponunt

ponunt pro forma, sed pro materia cō-
 notando formam, vt domus. Cum igitur
 sacramētum sit quoddam artificia-
 tum: non pro forma qua fit cōsecratio,
 neque pro ipsa consecratione suppone-
 re debet. Quoad secundam verò partē,
 nempe quod non sit sumptio eucharis-
 tia sacramentum, probatur. ¶ Nam cū
 sumptio non sit forma, nec materia, nec
 minister determinatus, satis rationi cō-
 sentaneum est, non esse sacramētū. Si
B. quidem sacramentum, ex his tribus cō-
 stat. ¶ Probatur etiam, Nam hoc sacra-
 mentum secundum omnes doctores est
 perfectum ante sumptionem, quia vsus
 non est de necessitate huius sacramen-
 ti. Hæc nanque differentia est inter eu-
 charistiam, & alia sacramenta habētia
 materiam sensibilem: quod eucharistia
 continet aliquid sacrum absolute, scili-
 cet ipsum Christum, & ideo perficitur
C. in ipsa consecratione materia: alia verò
 sacramenta perficiuntur in vsu & appli-
 catione materiae ad hominem sanctifi-
 candum, vt inquit S. Tho. in. 3. p. q. 73. ar-
 1. ad. 3.
 Vtrum vero supponat pro corpore
 Christi, an pro speciebus: etiam solet ef-
 se ambiguitas: sed nos ponimus concl.
 ambiguitati huic responsiuam, videlicet
 sacramentum eucharistia perfectum ef-
 se, id quod remanet post consecratio-
 nem, nempe species panis & vini, & Cor-
 pus Christi sub illis contentum. ¶ Itaq;
 hostia consecrata, vnigenitusque Dei fi-
 lius in sacramento eucharistia contē-
 tus est id, quod toti populo proponitur
 adorandum cultu latræ, etiam externo:
 atque festiua peculiari celebritate vene-
 randum, & in processibus secundum
 laudabilem & vniuersalem ecclesie san-
 ctæ ritum, & consuetudinem solemniter
 circum gestandum, & ad infirmos
 honorifice deferendum: atque in sacra-
 rio referuandū: & horum opposita sunt
 errores damnati in sacra Tridentina sy-
 nodo, sessione. 13. can. 6. & 7. differenter
 tamen species & corpus Christi sub il-

lis contentum adoratur, quia licet spe-
 cies adoratione latræ adorari possint, si-
 cut crux & vestis Christi: atramen ado-
 ratio principaliter fertur ad ipsum Chri-
 stum quandoquidē eucharistia in quā-
 tum sacramentum & in quantum sacri-
 ficium, principaliter importat Christū
 & supponit pro illo, eo quod Christus
 ipse est qui immolatur & sacrificatur,
 vt in concilio Tridentino, sessione. 22. **Con. Tri.**
 cap. 1. decernitur. Differēter etiam sunt
 sacramentum, & species nanque sacra-
 mentum tantum sunt, quia sunt inuisibi-
 lis gratiæ visibilis forma, putā tam Cor-
 poris Christi & sanguinis, quā gratiæ
 sacramentalis: at vero Corpus Christi
 sacramentum & res sacramenti simul:
 sacramentum scilicet, quia Corpus Chri-
 sti quatenus sub eisdem speciebus vela-
 tur, corpus mysticum representat. Res
 autem quia significantur per species, &
 per consecrationem perficiuntur, &
 hoc est quod dicit Augustinus in capi-
 tulo. Hoc est, de consecratione. dist. 2. **D. Aug.**
 cum ait, hoc sacramentum constare ex
 visibili elementorum specie, quæ, scili-
 cet, est sacramentum tantum, & inuisibi-
 li Christi carne & sanguine tanquam sa-
 cramento & re sacramenti. Vnde cū
 in diffinitione sacramenti dicitur, sacra-
 mentum esse sacræ rei signum, de signo
 sensibili (quod quidem sacramētū tan-
 tum est,) intelligi oportet: nō autem de
 illo, quod sacramentum, & res sacramē-
 ti simul est, quale est corpus Christi in
 hoc sacramento. Nam hoc non requi-
 ritur, quod sit sensibile signum, sed satis
 est intelligibile esse. Et quod species pa-
 nis & vini sint sacramentum tantum, te-
 net expresse Magister Sent. in. 4. dist. 8. **M. Sent.**
 & Aug. in epist. 23. ad Bonifacium (in-
 quit enim illic) has species signum ef-
 se ordinatū ad homines sanctificandos.
 Quod aut corp⁹ Christi sit sacramētū, &
 res sacramenti simul, habet D. Th. 3. p. q. **D. Thom.**
 73. art. 1. ad. 2. & Thomas Vvald. lib. de **Vvald.**
 sacramētis. c. 21. & habetur in cap. Cum
 Marte. de celeb. missarum.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum sacramentum sit vnum, aut plura?

Arist.

Pro huius difficultatis elucidatione annotare oportet ex Arist. 5. Metaph. tex. 7. quod vnu dicitur tripliciter, scilicet indiuisibilitate, vt angelus, continuatione vt linea, & perfectione vt domus, quae licet sit plura in genere substantiae, vt ligna, lapides, &c. est tamen vna in genere qualitatis: quia vnicam formam habet. Hoc autem sacramentum est vnum perfectione. Est

Pri. conclus.

ergo conclusio qua ad difficultatem respondetur, quod quamuis hoc sacramentum sit multa materialiter, nempe panis & vini diuersae species, nihilominus, vnicum sacramentum est perfectione. Habent se nanque huiusmodi multa, vt vnum integritate: quandoquidem ad vnam integram, & perfectam spiritualē refectioē ordinatur: ex vnitatem enim finis, proprii sacramenti vnitatem necesse est summi. Quemadmodum ex refectioē corporalis vnitatem prandij, aut coenae vnitatem sumitur, & sicut ad perfectam refectioē corporalem, duo requiruntur, scilicet cibus & potus: ita ad spiritualem concurrere debent cibus spiritualis & spiritualis potus, iuxta illud Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Hae conclusio diffinitur in cap. firmiter. de summa Trinitate, & fide catholica, vbi habetur quod sub speciebus panis & vini perficitur mysterium vnitatis, & in concilio Florentino & Tridentino, & alijs, vt vnum sacramentū proponitur, & 1. Corinthiorum. cap. 10. vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus. Denique omnes doctores & sancti & concilia, imò & omnes Christiani vocant eucharistiam vnum sacramentum. Nam

Con. Flor.

Con. Tri.

1. Ad cor.

10.

A cum Gabriel in. 4. distinctione. 8. quaestione. 2. & alij iuniores asserunt non esse vnum sacramentum simpliciter & proprie, sed per quandam aggregationem, solum ad obiecta naturalia & materialia, scilicet ad species panis & vini (quae plures diuersae sunt) attendunt, & ob eandem rationem in eadem scientia plures habitus ponunt, & de virtutibus asserunt vnam abstinenciam esse circa carnes, & aliam circa pisces, &c. quod tamen quam vanum ac superfluum sit, probatione non indiget. Vnde nos in his omnibus ad rationem formalem & ad vnitatem finis respicientes eucharistiam vnum tantum esse sacramentum dicimus: quia quamuis ibi materialiter sint plura, omnia tamen sunt propter vnum, & vbi vnum propter aliud, ibi tantum vnum, teste Aristot. Nec enim

Arist.

omnes res siue naturales, siue artificiales in eodem gradu vnitatem habent, si cut nec esse. Nam cum vnitatem sit passio entis, iuxta diuersitatem essendi vnitatem maior, vel minor consequitur. Maiorem nanque vnitatem habet angelus, quam res corporales, eo quod magis perfectum esse habet, & maiorem homo, quam domus, maioremque domus, quam populus. De hac re vide Diuū Tho. 3. par. quaestione. 73. artic. 2. & ibi dominum Caietanum. Ex praehabitis iam perspicue elicitur, perfectius refici sacerdotem sub vtraque specie communicantem populo sub vna tantum sumente: quonia non sumitur totum sacramentū quo ad integram eius representationē, cum ex vi consecrationis non sit illic nisi corpus, & sic tantum est cibatio sine potu. Requiritur enim ad potum, quod sumatur sanguis, qui sit primo per se illic ex vi consecrationis. Itaque licet qui suscipit sub vna tantum specie totum sacramentum essentialiter suscipiat, non tamen totum integraliter, & sacramentaliter: quia vt sic constat ex integra refectioē, quam solus potus non efficit, sed vtrunque simul. Nec ob id licet inferre,

D. Thom.

Caieta.

E

inferre,

inferre quod populus defraudetur: cum defraudari idem sit, quod priuari illo, quod sibi debetur. At vero communicare sub vtraque specie minime populo debetur. Est enim vsus approbatus ab Ecclesia, quod soli sacerdotes communent sub vtraque specie, laici vero sub vna tantum. Obseruat nanque hunc vsus ecclesia propter huius sacramenti reuerentiam, quam in hoc maxime praetedit. Multoties enim effunderetur sanguis, si populari genti daretur.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum sacramentum Eucharistiae sit de necessitate salutis.

E

Pro huius difficultatis declaratione annotare oportet, duo esse in hoc sacramento scilicet sacramentū, & rem sacramenti. Res huius sacramenti, vnitatem corporis Christi mystici dicitur: quod quidem corpus ecclesiam esse nemo est, qui ambigat. Et iste effectus, scilicet vnire speciali quadam ratione eucharistiae tribuitur, quonia specialiter est sacramentū vnitatis & pacis, vnitatemque corporis Christi specialiter representat, atque ob id vnio ad Christū, & ad eius membra res huius sacramenti vocatur, sine qua impossibile est, salutē posse hominibus patere. Itē quia cum vndeque vnio ista habeatur (etiā ante baptismū in re susceptū) per ipsum Christū, & meritū passionis eius habetur, & cum passio Christi, & effusio eius sanguinis expressissime in hoc sacramento representetur, (quandoquidem Christus in illo realiter continetur) sit, vt gratia & vnio huic sacramento specialiter tribuenda sit, tāquā fontis omnis perfectionis & gratiae. Sicut enim riuuli aqua fonti tribuitur, ita gratia quae in ceteris sacramentis confertur, eucharistiae sacramento tribuenda est. His sic praemissis, sit prima conclusio, Eucharistia quantum ad hanc vnitatem de necessitate salutis est. Hae concl. tenet

conclus.

A expresse D. Th. 3. p. q. 73. art. 3. & coprobat ex eo, quod nulli patet aditus salutis extra ecclesiam: sicut in diluuiō nemo extra arcam Noe fuit seruatus, quae quidem arca hanc nostram ecclesiam significabat, & est determinatio ecclesiae. c. Firmiter, extra de summa Tri. & fid. cath. Imo est articulus symboli, Credo in Spiritū sanctū, sanctā ecclesiam, sanctorū comunione.

2. Conclus.

B Secūda cōcl. Tā paruuli, quā adulti ex solo voto & desiderio possunt percipere huius sacramenti effectū. Hae cōcl. habet S. Tho. vbi supra. Et pbatur aperte. Cū enim volūtas pro facto reputetur, sit cōsequēs, vt sicut adultus baptismi effectū suscipere potest, per votū illius: ita effectū huius sacramenti. Tripliciter enim res eucharistiae haberi potest, scilicet per votū propriū adulti, per realē susceptionē ipsius, & per baptismi sacramentū antecedēs, & ordinās hominē ad eucharistiā. Quia in reali susceptione baptismi votū ipsius eucharistiae includit.

D. Tho.

conclus.

Tertia cōcl. Quāuis effectū baptismi sicut effectum huius sacramenti possint adulti solo voto & desiderio suscipere, attamē effectū baptismi nō possunt paruuli obtinere, nisi in re suscipiant ipsum baptismū, bene tamē effectū eucharistiae vt dictū est in. 2. cōcl. Ratio discriminis est, quia baptismus est principium spiritualis vitae, & omnium sacramentorum ianua: eucharistia vero est quasi cōsummatio spiritualis vitae, & omnium sacramentorum finis. At verò principium scilicet baptismus haberi debet in re, itaque de per se ac suapte natura non saluat nisi in re sit susceptus, & ideo per se cōsetur necessarius in re, per accidēs autē, nempe quia copia eius haberi non potest, vsu venit, vt votum in adultis sufficiat, qui tale votum habere possunt. Eucharistia vero, eo quod est finis, ex natura sua habet per votū sui salutē operari, secūdū esse in intentione. Nā causa finalis habet mouere per apprehensionē, anteq sit, & idcirco per se nō est necessaria in re, & secūdū ipsius actuale susceptionem, nisi tempore

I pore

pore statuto ab ecclesia, vnde paruulis non est administrandū hoc sacramētū antequā perueniāt ad annos discretiōis. Nō enim est dignū, vt quispiā absq; veneratione & reuerētia sacrosanctam eucharistiā suscipiat, quam quidē reuerentiā minime habere possunt infantes ante istud tēpus, & tunc tenentur (ad minus in paschate) illud in re suscipere, vt habetur in. c. Omnis vtriusq; sexus. de poenit. & remis. Ante verō istud discretionis tēpus cū paruulus baptizatur, in ipso baptismo tanquā in medio suscipit effectū huius sacramenti, eō q̄ est finis: & in medio virtualiter clauditur finis.

¶ Et sic licet homo ad baptismū non ordinetur per aliquod præcedens sacramētū: ordinatur tamē per baptismū ad eucharistiā. ¶ Quo circa pueri dum baptizantur intētionē ecclesiæ ordinantur ad eucharistiā. Et sicut fide ecclesiæ credunt, ita & eius voto suscipiunt eucharistiā: & hoc proprie vocatur habere rē eucharistię in sui initio.

4. Conclu. Quarta conclusio: Sacramentum eucharistię nō est ad eō necessarium, sicut baptismus. Hęc conclusio sequitur manifeste ex præcedenti. 3. & probatur. Nā absque baptismo suscepto realiter, vel saltē in voto proprio explicito, nemo potest consequi salutem. At sine susceptione eucharistię sacramentaliter, vt in ipso sacramēto à nobis māducatur, & sine voto proprio explicito illam suscipiendi, puer consequitur salutem, & māducat hoc sacramētū spiritualiter. De qua manducatione spirituali intelligenda est sententia Domini Ioā. 6. Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ita enim illam intelligit D. Hierony. super. 1. cap. ad Ephes. & iste sensus habetur de consecra. dist. 2. c. Dupliciter. Non enim eadem ratio est de alimēto spirituali & corporali, eō quōd alimentū corporale conuertitur in substantiā aliti. Quo circa nisi realiter edatur homini prodesse ad vitę conserua-

tionem non potest. Alimētum vero spirituale econuerso hominem in seipsum conuertit, iuxta illud Augustini lib. cōfess. qui vocem audiuit Christi dicens ei, Nec tu me mutabis in te sicut esse carnis tuę, sed tu mutaberis in me. Potest autem homo in Christum mutari, eiusque fieri membrum per mentis votum proprium, vt adultus absque reali sacramento, & per votum alienum scilicet ecclesiæ vt puer postq̄ aīam re sacramentum baptismi suscepit, vt dictū est. ¶ Tunc nanque habere sacramentum eucharistię censetur in voto, quod est de necessitate salutis. Vt enim aliquid sit de necessitate salutis in voto, duę conditiones requiruntur simul, nēpe & quōd sit in præcepto, & quōd sit instrumentum ad gratiam conferendam ex opere operato. Ex defectu enim primę conditionis quatuor sacramenta videlicet confirmatio, extrema vnctio, ordo, & matrimonium minime in voto necessaria sunt, eō quōd non sunt in præcepto, dato sint Dei instrumenta. Ex defectu autem secundę eleemosyna & parentum honoratio non sunt in voto necessaria ad salutem. Quia quamuis sint in præcepto, non tamen sunt instrumenta Dei ad gratiam causandam ex opere operato. At verō in baptismi, eucharistię & poenitentię sacramētis post peccatū cōmissum vtraque conditio concurrir, quare hęc tria sacramenta necessaria esse ad salutem in voto, cum in re haberi nequeunt, fateri necesse est. Quia enim omnis res naturaliter suam vltimam perfectionem appetit, siue actu elicit, si illum habere potest, vt homo, siue propensione quadam & pondere ipsius, vt lapis centrum, & materia formam appetit, eō quōd illic esse lapidis & materię perficitur: paruulus autem per baptismum gratiam imperfectam & minimam habet, ideo statim vt esse spirituale per baptismum obtinet, inest illi propensio & naturalis inclinatio ad gratiam perfectam consequendam,

dam, quę in hoc eucharistię sacramentō datur, cum sit consummatio gratiæ. Deinde probatur. Nam quemadmodum eo ipso quod amans habet rem amatam secundum affectionem & esse intentionale; mox etiam ipsam secundum esse reale habere appetit: sic etiam eo ipso quo puer baptizatur, & Christum spiritualiter manducat per baptismum, illico id circo siue actu elicit, siue spirituali propensione ipsum habere Christum præsentem in eucharistiā desiderat, vbi realiter māducatur, & quemadmodum Christus veniens in mundum per incarnationem maiorem contulit gratiam pluraque & maiora spiritualia bona nobis donauit, quam antea patribus antiquis contulerat: ad eundem modum veniens in eucharistiā secundum realem præsentiam abundantiorē ac vberiorē gratiam & plura maioraque bona ex opere operato quam antea per manducationem spiritualem digne fumentibus confert: non tamen hęc realis manducatio paruulis est necessaria, vt ex sacra Tridentina Synodo, Sessio. 2. cap. 4. & can. 4. liquet, sed tantum spiritualis, quę fit in baptismō vt eleganter docet Diuus Augustinus lib. 3. de peccat. merit. & remis. cap. 4. & in epist. ad Bonifac. Verum est tamen, quōd gratiæ gradum sacramentalis absque susceptione huius sacramēti in re nec paruulus, nec adultus consequi valet. Ex quibus iam perspicue elicitur: non ita simpliciter eucharistię sacramentum medium esse necessarium ad salutē paruulis, sicut baptismum. Siquidem baptismum ab eis suscipi in re exigitur: eucharistiā vero tantum in voto in baptismō incluso sufficit. ¶

IIII. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum sit appellandum sacrificium?

A Hic difficultati vnica conclusio. Hinc me posse sufficienter respondere, non ignoro, nempe appellandum esse sacrificium. Hęc conclusio est omnium sanctorū. Habet nanq; illā Ambrosius cuius verba habentur de consecratione. distinctione. 2. cap. in Christo, & Diuus Augustinus libro. 22. de Ciuitate Dei cap. 10. Habetur etiam hęc nostra sententia de consecra. dist. 2. cap. Nihil. & in concil. Ephes. & in cap. Firmiter. de summa trinitate & fide catholica. & in concilio Tridentino, sessione 22. Eandem sententiam habet Caiet. in quodam tract. de hac materia & super Matth. cap. 26. super illa verba. Hoc facite in meam commemorationem. Cōfirmatur ratione, quia in omni lege tam naturali, quam scripta apud omnesque nationes vbiq; inuenitur sacerdos, sacrificium quoque inuenitur. Cū igitur in noua lege inueniatur verus sacerdos, necesse est, quōd inueniatur verum sacrificium. Nec est de ratione sacrificij occisio animalis vt Vuitlef & Lutherus volunt: vnde quia Christus semel oblatu est & occisus in cruce, negant eucharistiā esse sacrificium, vt refert Thomas Vvaldens. tom. 2. de sacramentis. c. 31. Maxime enim in hoc errant, nā licet noluit iterum offerri in cruce, voluit tamen sub speciebus panis & vini multoties offerri, vt eius corpus & sanguis nunc virtutem nobis cōferrent, ac si modo Christus immolaretur & moreretur: atque adeo in hoc sacramento eum nos in satisfactionem pro nostris expiandis piaculis offerimus. Satis nanque est ad esse sacrificij, quōd offeratur, id quod mortuum est.

Scire tamen hic opus est, quōd hoc sacramentum alijs pluribus nominibus nuncupatur. Dicitur enim synaxis (hoc est) communitio seu congregatio: quia per hoc sacramentum Christo coadunamur, & in vnum vnimur corpus, ob idque in sacro cano. Missa dicitur sacro

sancta communio: ac ex consequenti sacramentum pacis & charitatis. Dicitur etiam viaticum, quia viam nobis ad illam foelicitatem ac coelestem patriam praebet, & idcirco infirmis porrigitur viam vniuersae carnis ingressuris. Neupatur quoque eucharistia (hoc est) bona gratia, quia continet in se Christum, qui est plenus gratia.

V. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum fuerit in coena à Christo institutum.

Hic difficultati hac conclusione affirmatiua respondetur, nepe conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in coena, quae fuit vltima Christi cum suis discipulis conuersatio. Hac conclusio est de fide tenenda. **H**abetur enim in concilio Vienne. de reliquijs & veneratione sanctorum, & de consecratione. distinctio. 2. per multa cap.

¶ & in Euangel. Matthaei. 26. & Luc. 22. & 1. Corinthiorum. 11. Probatum etiam triplici ratione. Prima, quia decuit, vt quando se in propria specie à discipulorum conspectu subtracturus erat, tunc in sacramentali specie seipsum eisdem relinqueret. **Q**uemadmodum in absentia regis eius imago exhibetur veneranda. **V**nde Eusebius Emif. & habetur cap. Quia corpus. de consecra. distinctio. 2. quia corpus (inquit) assumptum ablaturus erat ab oculis & illaturus sideribus, necesse erat, vt die coenae sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret nobis. Secunda, quia ea quae vltimo dicuntur ab amicis recedentibus magis memoriae commendantur, eo quod magis tunc inflammantur affectus ad amicos: vt ergo in maiori veneratione haberetur, vehementiusque cordibus ac memoriae discipulorum infigeretur, dominus in vltimo dis-

A scessu suo à discipulis, hoc sacramentum instituit. **T**ertia ratio est, quia cum Christi fides semper fuerit ad salutem necessaria, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. fit, vt omni tempore oportuerit esse apud homines aliquid dominice passionis representatiuum & figuratiuum; cuius in veteri lege praecipuum sacramentum erat agnus paschalis, cui in nouo testamento eucharistiae sacramentum (quod praeteritae passionis memoratiuum est) successisse, omnibus perspicuum est. Et sciendum est hic, quod sicut pluribus nominibus hoc sacramentum nuncupatur, ita pluribus figuris propter eius dignitatem & obscuritatem oportuit significari. Quas quidem apponit Magister in. 4. distinctione. 8. Gabriel ibidem. quaestione. 2. Petrus à Palud. quaestione. 1. artic. 2. Bonauen. etiam ibidem quaestione. 1. arti. 1. & quidem quantum ad id quod sacramentum est tantum, scilicet species panis & vini, potissima figura sacramenti huius fuit oblatio Melchisedech, qui obtulit panem & vinum iuxta illud Psalmi. 109. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Quantum autem ad Christum crucifixum contentum sub illis speciebus, qui est res & sacramentum simul omnia veteris legis sacrificia fuerunt huius sacramenti figurae, & praecipue expiationis sacrificium, quod erat solemnissimum, in quo vitulus pro sacerdotis peccato, aries vero & hircus, in holocaustum pro peccato populi imolabatur, vt Leuit. cap. 16. & 23. & in Paul. ad Hebr. 9. legitur. Denique quantum ad id quod est res tantum figura eius potissima fuit manna, vt ex ipso Apostolo. 1. Corinthiorum. 10. liquido constat. Effectus namque huius sacramenti est gratia qua nutrimur. Habet enim manna omnis saporis suauitatem; vt Sapien. 16. legitur. Omnes enim eandem

B

D

E

¶

Matth. 26. Luc. 22. 1. Ad Cor. 11.

¶

Eusebius Emif.

E

Ad Rom. 3.

M. sent. Gabri. Palud. D. Bonau.

Psal. 109.

Leuiti. 16. Ad Hebr. 9.

1. Ad Cor. 10.

Sapien. 16.

Joan. 6.

1. Ad Cor. 5.

¶

eandem escam manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt, &c. & Ioan. 6. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in eternum. Sed quantum ad haec tria simul potissima figura fuit agni paschalis imlatio. De quo ait Paul. 1. Corinthiorum 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. ¶

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinum?

Præcoclus.

Con. Flor.

Con. Tri.

Con. Car.

Math. 26

Luca. 22.

Marci. 14.

1. Ad Cor. 10.

¶

Vvald. Castro.

Hic difficultati per aliquot conclusiones respondetur. Quarum prima fit. Panis & vinum sunt materia conueniens huius sacramenti. **H**aec conclusio habetur expresse in capite firmiter de summa Trinitate & fide catholica, & in concilio Florentino & Tridentino, sessione. 13. & concilio 3. Carthaginensi capite. 24. & cap. cum Marthae de celebratione Missarum. & de consecratione. distinctio. 2. capite. In sacramento, & cap. Cum omne, & capite. non oportet. Probatum insuper ex sacro eloquio. Legimus enim Matth. 26. quod accipiens panem benedixit, ac fregit, dicens, Accipite, & manducate, Hoc est corpus meum, & consecratio calice, subiunxit. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum in regno patris mei. Idem etiam habetur Luca. 22. & Marc. 14. Praeterea. 1. ad Corinthios. 10. ait Apostolus, Omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. **E**x quibus locis multi errores circa huius sacramenti materiam exorti damnantur. Quos refert Thomas Vvalden. cap. 19. & Alfonso à Castro libro de haeresibus, verbo eucharistia. haeres. 1. & sequentibus. Fuit

A enim error primus, quod materia huius sacramenti est panis cum caseo. Secundus fuit quorundam asserentium, sanguinem infantis mixtum farinae eucharistiae esse materiam. Tertius fuit aliorum qui aquarum nuncupantur, ed quod sobrietatis gratia aquam puram consecrabant: vinum autem quoniam inebriare potest, quod in vsum tantum sacramenti veniret, indignum iudicabant esse. Excluduntur praeterea omnes hi & alij errores per hoc, quod Christus hoc sacramentum sub specie panis & vini instituit, vt patet Matth. 26. Hos etiam errores recenset Diuus Augustinus libro de haeresibus ad Quodauultdeum, primum, cap. 28. secundum, cap. 26. tertium cap. 64. ¶ Ratio etiam congruens, quare ista duo sint materia huius sacramenti est, quia hoc sacramentum ordinatur ad spiritualem nutritionem: vnde sicut nutritio corporalis consistit in cibo & potu corporalibus: ita nutritio hac spiritualis consistit in cibo & potu spiritualibus. Ideo in isto sacramento datur Corpus Christi sub speciebus panis & vini, panis (inquam) in cibum, & sanguis Christi sub specie vini in potum, & ita dicit ipsemet Christus Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Quo fit, vt neque propter panis defectum solum vinum consecrandum, nec propter vini defectum solum panis, quia non esset perfectum sacramentum, & ob id immane sacrilegium committeretur quamuis si deficeret vinum, & consecraretur solum panis verum sacramentum conficeretur. **E**t bene ait Innocentius libro 3. de mysterio missae. cap. 23. aduersus quosdam asserentes, consecrante sub vna specie tantum non solum mortaliter peccare, sed nihil facere. ¶ Et pbatur aperte. Cosecratio enim vtriusque per se speciei absoluta actio est, no dependens ab altera: forma enim absolu-

Matth. 26. D. Aug.

¶

Ioan. 6.

Innoc.

¶

te enuntiat, hoc esse corpus, sine dependen-
 A dentia à forma consecrationis sangui-
 nis. **E** Virum autem ex dispensatione summi Pontificis liceat consecrare sub vna tantum specie. Casus profecto est inauditus, & fortassis non cadit sub dispensatione, **¶** & animaduerte, quòd quantum ad passionis representationem, valde congruum fuit corpus per se sanguinemque seorsum consecrare, eo quòd sanguis non continuatur corpori, & in passione ab ipso corpore fuit separatus.

Sed nunquid requiritur ad materiam huius sacramenti, quòd sit panis iste triticeus? Quòd enim panis & solus panis debeat esse materia huius sacramenti, veritas est euangelica, de qua haud dubitare licet. Quo fit, vt nequaquam conficiatur panis huic sacramento idoneus: nempe ex faba, cicere, lente, & id genus alijs. Nam quauis hæc in cibum humanum assumantur, nõ tamè tanquàm panis, & multo minus fiet ex commolitis fructibus & commassatis, puta ex amygdalis, castaneis, nucibus, radicibus, siue arborum siue herbarum, &c. **E** Nam non proprie & simpliciter dicuntur panes ex his cõfecti, sed secundum quid, videlicet panis fauarum, panis nucum, &c. Sicut aqua rosacea non est aqua, licet egestatis causa homines illis vescerentur, seu vescantur. **¶** Similiter quòd requiratur panis de frumento confectus, non est dubium. Restat igitur ambiguitas, vtrum de omni frumento possit huiusmodi confici materia, an solum ex tritico? Pro quo fit

2. conclus. secunda conclusio in ordine. Panis triticeus est necessaria materia huius sacramenti, ita quòd sine illo nullum esset sacramentum. Hæc conclusio est omnium doctorum communis sententia, quam tenet sanctus Thomas, 3. par. quæstione. 74. artic. 3. & Alexan. 4. par. quæstione. 32. membr. 2. & Bonauen. distin. II. artic. I. quæstione. 4. & Scotus quæ-

D. Thom.
 Alex. Alex.
 Bonauen.
 Scot.

stio. 6. & Durand. quæstio. 4. Palud. Richard. Accedit quoque his doctoribus conciliū Florētinum vbi materia huius sacramenti ponitur panis triticeus. Probatur etiam ex facto Christi qui in pane triticeo hoc sacramentum confecit, & de se dixit, Ego sum panis viuus, &c. Cum dico, ex pane triticeo, intelligendum est de quacunque specie tritici, ex qua verum nutrimentum in omnem vsum hominum conficitur. Vnde si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possint, (sicut ex grano tritici feminato in malis terris nascitur siligo, quod Hispani appellamus centenum.) Est enim symbolum & transitus ex tritico ad siliginem & econuersio: ex tali frumento panis confectus, potest esse materia huius sacramenti, nõ obstante aliqua accidentium dissimilitudine. Itaque regula sit certa, quòd omne & solum triticum sit materia absque disputatione, an sint plures species tritici, an vero omnes sint eiusdem speciei? **E** Siue enim triticum quod vocatur trechel & rubion sint eiusdem speciei specialissimæ, siue subalternæ, quomodocunque sit, modo ex illis verus panis fiat: & siue vinum album & rubeum specie differant, siue secus, modo sit verum vinum, potest in vtroque sacramentum confici. **¶** Ex quibus iam colligitur, neque ex hordeo, neque ex spelta, neque etiam ex farre, quod inter omnia grana similis est tritico, posse confici panem, qui sit materia legitima, in qua fiat consecratio, quia illa similitudo est in figura & colore, non autem in identitate specifica, & quia non sunt species tritici, neque panis apud homines vsualis, sed iumentorum pabulum, & defectu veri panis ab omnibus hominibus vsurpatus. Item quia spelta non nascitur ex tritico. Et eadem ratione excluditur etiam auena, quæ pariter brutorum alimentum est, & à fortiori excluditur à materia huius sacramenti milium, quod vt

Durand.
 Palud.
 Ricar.
 Conc. Flo.
 Ioan. 6.

E

¶

E

ex

D. Tho.
 Siluester.
 Marfil.
 Alber.
 Tho. de Argen.
 Palud.
 Durand.
 Caieta.
 Soto.
 Ricar.

ex grani figura alijsque accidentibus constat, ab omni specie tritici differt. De his agit S. Thom. 3. part. quæst. 74. artic. 3. ad. 2. a. 3. & Syluester verbo eucharistia I. §. 2. & Marfil. in. 4. q. 6. a. 1. **E** De spelta autem scio Albert. in. 4. d. II. quæstio. 7. Thom. de Argen. eadem. d. a. 1. Petrum à Palud. quæstio. I. Durand. & Caieta. tenere eam esse materiam aptam ad consecrationem: imo & Soto & Richardus licet dubitent, magis inclinantur in hæc sententiam. Nos vero oppositam Diui Thomæ, vt pote probabilioram amplectimur, propter rationes à nobis assignatas. Nec obstat ratio quam prædicti doctores faciunt, quòd multæ ecclesiæ consecrant in spelta, & non est credibile Deum eas errare permittere in re tanti momenti, non (inquam) obstat, quia ecclesiæ huiusmodi si quæ sunt in spelta consecrantes opinionem probabilem sequuntur, nos autem probabiliorum. **¶**

¶

Eandem insuper rationem in maycio reddendam esse crediderim, quare in hoc nouo occidentis orbe consecratio nem minime fieri posse, quia grana attestantur non esse speciem tritici, cum ex tritico non generetur, neque aristas habeat, quod intelligo etiam si non fuerit aliud granum nisi maycij, & licet sit panis vsualis apud istos neophytos: non tamè est materia apta ad consecrationem. Nam Christus instituit hoc sacramentum in pane, qui est vsualis apud gentem polyticam, non autem apud barbaram. Item quia eadem ratione sanguis posset consecrari in vino, quo vtuntur isti Indi: quod neutiquam concedere licet. Hanc sententiam de Maycio habet Soto in. 4. distinctione. 9. quæstione. I. & nota quòd debet esse panis confectus ex aqua elementalibus, non autem cum aqua rosacea, vel cum alio liquore, sicut cum vino, vel cum lacte. Nam si ex huiusmodi aquis artificialibus commassaretur pa-

Soto.

nis, non esset consecrabilis, vt inquit Soto vbi supra, quamuis Caietanus videatur declinare in contrariam sententiam.

Soto.
 Caiet.

Annotare oportet circa hanc nostram secundam conclusionem, primo quod aliquando est tanta corruptio tritici, vel in pane cocto vel in grano, quòd soluitur species panis triticeus: quod ex discontinuitate, sapore, & colore, atque ex alijs accidentibus apprehendi potest. Vnde ex tali materia non potest confici corpus Christi. At vero quando non est tanta corruptio, vt speciem soluat, sed est aliqua dispositio ad corruptionem, quod declarat aliqualis mutatio coloris & saporis: tunc optime ille panis consecrari potest: peccaret tamen conficiens propter irreuerentiam sacramenti, & à fortiori esset graue peccatum, quando res esset dubia, an panis esset corruptus, an non. Vnde ex amylo (quod vulgus almydon appellat) & ex tritico corrupto, quod per dies aliquot mansit in aqua, vt fiat amyllum, non videtur posse confici panis, qui materiam huius sacramenti esse possit. Ita tenet sanctus Thomas vbi supra, & Scotus distinctione. II. quæst. 6. quamuis quidam contrarium dicant.

D. Thom.
 Scot.

Annotandum est secundo quòd in pane cocto ex duabus speciebus tritici mixtis, si vtraque est apta materia potest confici Corpus Christi. At vero in pane cocto ex duabus speciebus, quarum vna sit apta, scilicet verum triticum, & alia inepta, scilicet hordeum: si sit multo maior de vero tritico quantitas, fieri potest consecratio, nõ autem si mixtio fiat vel ad æqualem vel illi proximam quantitatem ex inepta specie panis, quia tunc species triticeus panis mutatur, atque adeo idonea non est sacramenti materia.

Scire vltimate opus est, quòd signanter dixi in conclusione, quòd debet esse panis:

panis: Nam citra controuersiam omnes fatentur pastam non coctam non esse legitimam materiam huius sacramenti. Ratio huius notabilis est, quia secundum probabiliorē sententiā, quā habet sanctus Thomas in 3. part. quæstione. 74. artic. 3. & eleganter ibi docet Caeteranus, & Syluester in verbo eucharistia. i. per decoctionem pasta mutat speciem. Item quia siue specie differat à pane cocto, siue secus, non est panis, imò nec est humanus cibus, quia sub illa forma non est apta ad edendum. Non enim edi potest nec si edatur nutrit: verum plurimum saluti nocet. At verò Christus hoc sacramentum instituit, ut esset alimentum spirituale ad similitudinem alimenti corporalis, non ergo potest esse huius sacramenti materia. Itē quia in cap. firmiter. de summa Trinitate & fide catholica habetur, quòd panis transubstantiatur in corpus Christi, ergo supponit panem habere formam substantialem.

D. Thom.

Caieta. Syluester.

¶

¶

3. conclus.

conci. Flo.

D. Greg.

Sed dubium est, utrum panis iste debeat esse azymus? Pro hoc dubio sit tertia conclusio in hac difficultate, quòd quanquam non sit de essentia & necessitate sacramenti, ut consecratio fiat in pane azymo vel fermentato, quia in quocunque fiat, erit verum sacramentum, cum in euangelio solum habeatur panis, ut ex concilio Florentino constat: vnusquisque tamē ritum suę ecclesię seruare tenetur sub præcepto, ut ex eodem concilio Florentino habetur. Sunt namque diuersę consuetudines de hoc. Nam Græci in pane fermentato, ut Gregorius ait in registro: Latini verò in azymo consecrant: & vtraque ecclesia habet suas causas, prout idē Gregorius dicit illic, cuius verba sunt, Romana ecclesia offert panes azymos, propterea quod dominus sine vlla commixtione, scilicet virilis feminis, suscepit carnem: sed Græca ecclesia offert fermentatum, pro eo quòd verbum patris indutum est carne, sicut fermentatum mi-

scetur farinæ. Ex his sequitur corollarium, quòd sicut peccat presbyter in ecclesia Latinorum celebrans in fermentato, ita peccaret presbyter Græcus in ecclesia Græcorum celebrans in pane azymo, quasi peruertens ecclesię suę ritum, nec est dubitandum, quin mortaliter peccaret, qui modo apud Latinos in pane fermentato consecraret, tum quia res grauissima, tum etiam quia in iure apponitur pœna grauissima consecrati in fermentato. Habetur namque in cap. literas. de celebratione missarum. de quodam qui propter hoc in perpetuum fuerit ab officio priuatus. Ex pœna autem graui, aut leui in iure transgressoribus apposta, mortale vel veniale esse colligimus. Quod quidem verum est, etiam si sacerdos ad manum non habeat panē azymum ad infirmum extremē laborantē communicandum. Non enim hoc sacramentum tantę necessitatis est, ut propter huiusmodi necessitatem tam egregia & antiqua consuetudo Romanę ecclesię mutari queat. Sicut nec existente eadē necessitate vna species sine altera potest consecrari, nec absque vestibus, aut vasis sacris celebrari.

Quarta conc. Rationabiliorem esse consuetudinem celebrandi in pane azymo fateri oportet: tum quia legimus Christum in azymis consecrasse. Prima namque die azymorum instituit hoc sacramentum. Ut habetur Matth. 26. & Marcæ. 14. & Luc. 22. qua die nihil fermentatum in domibus Iudæorum esse debebat, ut Exod. 12. præceptum esse à Deo legitur. Tam etiā quia hoc aptius fidelium synceritati congruit, cum ad sacramenti vsum exigatur. Iuxta illud. I. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur in azymis synceritatis & veritatis. & rationes istas hic appostas facit Anselmus in dialogo de fermento & azymo. De qua re videndus est Gabriel. lect. 34. super canon.

¶

¶

4. conclus.

Matth. 26
Marcæ. 14.
Lucæ. 22.
Exod. 12.

I. ad Cor. 5

Ansel.

Annotandum nobis est impræsentiarum quòd quanuis temerarium sit asserere, Christum Dominum in fermentato consecrasse, eò quod communiter tota Rom. Ecclesia a sui principio vsq; in præsentem diem conficit in azymo, non tamen est hæreticum. Possit enim quis dicere, tunc Christum dispensasse, ut fieret consecratio in fermentato, propter causas græcorum congruentes, quemadmodum legimus, dispensasse circa præcepta decalogi, ut quòd paralyticus in sabbato tolleretur lectum. Quanuis enim à principio nascentis Ecclesię tam Græci quam Latini in azymo conficerent, ut videre est apud Innocent. li. 4. de mysteriis. c. 4. post multum tamen tempus propter dictas causas de necessitate sacramenti esse ut in fermentato fieret consecratio, censuerunt, & ob id Latinos hæreticos azymistas vocabant, eò quòd in azymo consecrabant, ut inquit Ansel. loc. cit. & fuit iste error Armenorum, ut Alfon. à Cast. lib. de hæresib. verbo Eucharistia hæres. 2. tradidit, & in concilio Flo. (vbi Ecclesia Græca cum latina coniuncta fuit,) pro bono pacis & concordie Græcis concessam fuit, ut in fermentato possent consecrare, sicut Latini in azymo. Ex quo euidenter colligitur, eos in fermentato consecrantes non peccare, neque ut schismaticos habendos esse, dum modo id esse de necessitate sacramenti non dicant, nec Latinos in azymo consecrantes hæreticos esse reputent, ut ex Innocent. vbi supra & ex conc. Flo. atque ex S. Tho. 3. p. q. 74. art. 4. liquido constat. Quo fit, ut minime sit fides adhibenda Scot. Gabriel. & Pet. à Palude in 4. d. n. q. 1. art. 4. asserentibus, quòd Græci conficientes in fermentato mortaliter peccant, & ut schismatici habendi sunt.

Innocent.

Ansel.

Castro.

Conc. Flo.

D. Thom. Scot. Gabriel. Palude.

¶

4. conclus.

ius sacramenti. Hæc con. est de fide tenenda. Habetur enim diffinita in concilio Flo. sub Eugen. 4. & in concilio Carthag. 3. cap. 24. & c. Firmiter. de summa trini. & de consecra. d. 2. c. Didiscimus, & cap. Cum olim. & cap. Non oportet. & cap. In sacramento, vbi sicut determinatur, quòd panis debet esse ex frumento, ita quòd vinum sit ex vuis. Probatum etiam quia in tali vino Christus hoc sacramentum instituit. Inquit namq; Matthe. 26. Non bibam à modo de hoc genimine vitis & c. Vbi Chrysostomus homil. 83. de genimine (inquit) vitis, quæ certe vinum, non aquam producit. Per quod cõdemnatur error ille asserentium quòd sola aqua sufficit, & ratione confirmatur. Nam ad materiam sacramentorum assumitur id, quod propriè & communiter habet talem speciē. At vero quod proprie vinum nuncupatur, de vite sumitur: ceteri autem liquores qui vinum dicuntur ut vinum malogranatorum l. pomorum. l. herbarum. l. radicum. l. lyceræ. & c. nō sunt idonea materia, quia non nisi æquiuoce & secundū quandā similitudinem ad vinum vitis, vina dicuntur. Et annotare oportet hic primo, quòd si vinum misceatur cum melle & aromatibus, ut fiat vinum conditum, si fiat tanta permixtio, siue in quãtitate, siue in virtute, & qualitate, ut species vini soluatur, non poterit esse materia huius sacramenti, & idē est si per multas decoctiones soluatur species vini, ut ex vino fit sapa. Vnde perfecta sapa non est materia huius sacramenti, tum quia non manet vinum, tum etiam, quia non est materia potabilis, sed comestibilis. Secus si adhuc maneat species vini. Animaduertere oportet secundo circa hanc con. quòd in aceto. l. in agresta non potest celebrari, quod intelligendū est de aceto, quod omnino est acetum, nempe quando vinum per corruptionem fit perfecte acetum. Tū quia maximum argumentum est, quòd mutat speciē. Tum vero, quia siue speciē

Cõci. Flo. Cõ. Carta.

Matthe. 26

Chris.

¶

¶

E mutet, siue secus, non est vinum. **E** Habent enim vinum & acetum omnino contrarias qualitates, quia vinum simpliciter est calidum, acetum vero simpliciter est frigidum, vinum est suave, acetum vero acre. Præterea quia secundum humanum usum acetum materia potabilis non est, è contrario vero vinum est materia potabilis: in vino autem aliquantulum acido, si tamen non amiserit speciem vini fieri potest consecratio. Sic enim intelligendus est Innocent. ubi supra cap. 30. cum ait, consecrari posse vinum acidum, ut refert Alexand. Alenf. 4. p. q. 32. memb. 8. si vero simpliciter esset acidum, nullo modo in illo conficeretur consecratio. Vnde non est auscultanda glossa in cap. sicut in sanctificando. de consecra. d. 2. pro certo affirmans acetum esse huius sacramenti materiam, quia explicari nequit. **¶** At verò quoniam est notabile dubium, an sit acetum, graviter peccaret qui in illo celebraret, sicuti peccat, qui celebrat in pane aded corrupto, ut esset ambiguitas, an sit iam vere panis. **E** Tū propter irreuerentiā, quæ fit sacramento, tum propter periculum, cui se exponit, non consecrandi. **¶** Similiter neque posset celebrari in vino congelato, si aded contingeret indurescere, ut desineret esse vinum, quod deprehendi posset, si postea liquefactum vini virtutem non haberet. Vnde si species consecratæ congelarentur, experimentum sumendum esset, an sanguis Christi adesset, ex colore & sapore: nam si liquefactæ postea haberent colorem & saporem vini iudicaremus esse illic sanguinem, secus autem si illum non seruerent. At vero in musto nemini dubium est, quin fieri possit consecratio, quantumvis nondum sit perfectum vinum propter defectum decoctionis. Habetur. n. in c. didiscimus, & c. cum omne. quod permittitur, ut botrus vuarum tempore necessitatis in calice exprimat, & per mixta gutta aqua, fiat consecratio, & ita

A tenet. S. Tho. 3. p. q. 74. ar. 5. **E** Nec nocet id, quod obijci solet, massam non esse panem dicimus ex eo, quod ex illa fit panis. Cum ergo ex musto fiat vinum, aperte colligi videtur non esse vinum, (non inquam nocet,) quia mustum verum vinum est, sed imperfectum, ad modum quo puer est verus homo, sed imperfectus. Vnde sicut ex puero non fit simpliciter homo, sed vir perfectus: ita ex musto non fit vinum simpliciter, sed perfectum. At verò massa nullo pacto est panis, quia cibus humanus esse nequit, mustum autem potabile est, quod quidem sufficit, ut in eo fieri possit consecratio. **¶**

VII. DIFFICULTAS.

Utrum requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti?

E **O** Missa sententia Petri Palu. in 4. d. 11. q. 1. afferentis, quod quantumvis quo ad nos non sit determinata quantitas: quoad Deum tamen est determinata, eo quod consecrationis verba habent determinatam virtutem ad certam quantitatem. Bonau. quoque. d. 10. q. 4. tenet determinatam quantitatem exigere in hoc sacramento. **¶** (Hac inquam opinione omissa) ad hanc difficultatem vnica con. negatiua respondetur, nempe quod neque ad minimum, neque ad maximum terminatur quantitas consecrabilis, sed quæcunque quantitas quantumcumque parua. l. quantumcumque magna, sub qua potest conseruari substantia panis & vini, quæ sit ad distantiam, ubi videri potest, & habet esse per se existens in hostia, consecrari potest. Itaque si sacerdos vellet consecrare totum panem, qui venditur in foro, & totum vinum, quod est in cellario, vere consecraret: peccaret tamen, & immane sacrilegium committeret. Hanc conclu. tenet S. Tho. 3. p. q. 74. ar. 2. & ratione

tione probatur: quia quælibet pars est panis & vinum, cum sit corpus mixtum ex elementorum qualitatibus constans. **E** Et ad rationem Palud. facile satisficit dicendo, quod verba consecrationis minime virtutem naturalem, sed diuinam habent, & ideo non limitatæ, sed illimitatam in se continent, nam alias profecto nunquam omnino aboleretur scrupulus, an quantitas à Deo determinata excedatur necne. **¶** Nec obstat huic nostræ sententiæ argumentum, quod fieri solet: quia Christus suis ministris non dedit potestatem ad irrisionem fidei & sacramentorum, sed in ædificationem ut dicit Paul. 1. Corint. 10. At si sacerdos totum panem, qui in foro venditur, aut totum vinum, quod est in cellario consecraret, irrisioni exponeret religionem & sacramenta nostra (non inquam obstat) nam magnum discrimen est, inter potestatem characteris & potestatem iurisdictionis, quas habet sacerdos. Potestas namque iurisdictionis si suspendatur. l. tollatur per Papam, non habet effectum. Quo circa sententia excommunicati. l. suspensi iudicis non tenet: & sic solutio à sacerdote suspenso impensa, non tenet. Attamen potestas ordinis, quia character est indebilis. nec impediri potest per superiorem, quin factum teneat: neque per iniquam consecrantis intentionem, (si tamen consecrare velit.) Vnde si quis totum panem, qui venditur in foro, consecrare intendat, propter irrisionem sacramentorum peccaret, & sacrilegium committeret: verumtamen sacramentum conficeret. Sed nunquid oportet ut materia sit præfens? Pro hoc sit con. affirmatiua nepe, quod materia debet esse præfens ad sensum, quo rem præsentem intelligimus, videlicet ante oculos nostros existentem, licet distantem, dum modo aliquo sensu, scilicet visu, aut tactu, aut olfactu & c. percipi possit. Imo etiam si sit sub patena. l. corporali, vel aliquo alio opperculo hostia contacta. **E**

A Hanc conclusionem tenet Durand. in 4. dist. 11. Pet. Palu. ubi supra. Caiet. & Soto hic. **¶** Ex hac conc. inferitur, quod & si cæcus non possit sine dispensatione consecrare: attamen ubi fit dispensatio, potest consecrare, quia tactu l. gustu. l. olfactu potest materiam percipere **E** & Soto dicit se vidisse in conc. Trident. quendam sacerdotem cæcum ex Papæ dispensatione consecrantem. **B** **¶** Elicitur etiam ex conc. non esse audendum Ioan. Maior qui in 4. d. 10. q. 2. art. 2. ait, posse sacerdotem hostiā, quā à tergo habet, ac illam, quæ trans parietem est, consecrare, (non inquam est audendus) quia alioqui forma esset falsa. Nam in vtraque forma tam sanguinis, quam corporis, ponitur pronomen demonstratiuum, ut dicit S. Tho. in 4. dist. 11. q. 2. art. 1. q. 3. ad. 1. Probatur etiam ex vniuersali usu Ecclesiæ, quæ solam materiā præsentem consuevit consecrare. **E** Et exemplo ipsius Christi qui panem & calicem accepit in sanctas ac venerabiles manus suas. **¶** Ita enim sacerdos debet facere: quando habet consecrare plures hostias, non determinare se debet ad certum numerum, sed debet habere intentionem, ut consecret, quidquid est ante se. Nam si sacerdos per certitudinem sciret ibi esse vndecim hostias, & tamen non intenderet consecrare nisi decem tantum ex eis, si ipse intendat consecrare omnes præter supremam. l. infimam, & sic de qualibet alia prout placet: tunc illa vndecima, quam mente signat, & à consecratione excludit, non est sacrata. Omnes autem aliæ sunt consecratæ, & hoc dese patet, quia illud, quod in speciali cadit sub intentione sacerdotis consecrantis, consecratur, & sic est in proposito. Si vero sacerdos sciens ibi esse vndecim hostias, & non intendens consecrare nisi decem tantum, non signet mente illas decem, quas consecrare intendit, nec illam vndecimam, quam consecrare non intendit, sed stat sua intentio in tali generalitate, videlicet

cet quodd non intendit consecrare omnes vndecim, sed solum decem ex eis: tunc talem sacerdotem nullam illarum hostiam consecrare, quantumcumque verba proferat cum prædicta intentione generali fateri oportet. Cuius ratio est, quia cum constet, ipsum non intendere omnes vndecim consecrare, sed tantum decem: & illas non signet, non est maior ratio, quare ista excludatur à consecratione, potius quàm illa. l. alia. Vnde nulla consecratur, & idem est, si intendat consecrare decem de totali numero & ignorat numerum hostiarum, nisi illas decem signet: etiam nullam illarum consecrat.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum aqua sit vino permiscenda?

AD hanc difficultatē tribus concl. respondetur, quarum prima sit affirmatiua qua directe ad quæstionē respondetur. Hæc con. habetur de consecr. d. 2. à c. 1. vsq; ad. 7. inclusiue, & c. cum Marth. de celeb. missa. Habetur etiā in conc. 3. Carthag. c. 24. & in. 6. Synod. generali canon. 32. & in conc. Flo. & Cyprian. lib. 2. epist. epistola, 32. ex qua desumpti sunt illi canones citati. Et ratione probatur hæc nostra sententia. Probabiliter nanq; creditur, Dominum Iesum Christum consecrasse in vino aquæ permixto, iuxta illud Prouer. 9. Bibite vinum, quod miscui vobis. Præterea, quia hoc sacramentum Dominicam passionem representat. At vero vtrumq; nēpe aqua & sanguis in sua passione profusus legitur. Præterea, decuit hæc permixtio propter significationē: nam cum per aquam intelligatur populus, & per vinum sanguis Christi cum in calice vino aqua permiscetur, significatur, quodd Christo populus adunatur. Ex quibus omnibus iam condemnatus est ille error, qui sic vinum in calice apponit, vt nullam penitus misceat aquam: asseritque eam minime miscendam esse, & er-

Aror iste non tantum fuit Armenorum, vt sentit Caiet. quem Guido Carmeli. errore 24. in ordine recenset: verum etiam Græcorum ab eodē Guidone vndecimo loco inter errores Græcorum locatus, vt sentire videtur Innocen. 4. lib. de myst. missic. 32. Durand. q. 5. *Caiet. Guido. Durand.*

Secunda conclusio. Licet ista permixtio aquæ sit de necessitate præcepti, non tamen est de necessitate sacramenti. Hæc conclusio probatur ex prædictis concilijs in quibus nihil aliud dicitur, nisi quod vinum vitis est materia sacramenti huius, & nulla fit mentio de aqua: & licet aliquid præmittatur à Christo institutum, si illud sit accidentarium, & non substantiale, verum conficitur sacramentum. Et ostenditur euidenter ex verbis Cypriani, quæ habentur in decretis de consecr. dist. 2. Si quis (inquit ille) de antecessoribus nostris vel ignoranter, vel simpliciter non hoc seruauerit & tenuerit quod nos Dominus facere & exemplo & magisterio docuit, poterit simplicitati eiusdem indulgentia Domini venia concedi: nobis vero non potest ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instituti sumus, quod quidem si mixtio necessaria esset minime dixisset. Et ratio potissima quare aqua non est de essentia huius sacramenti est, quia effusio sanguinis directe ad ipsam passionem pertinebat cum naturale sit vulnerato corpori humano, sanguinem emittere: aqua autem solum fluxit ad demonstrandum effectum passionis, nempe ablutio-

Cdem antecessoribus nostris vel ignoranter, vel simpliciter non hoc seruauerit & tenuerit quod nos Dominus facere & exemplo & magisterio docuit, poterit simplicitati eiusdem indulgentia Domini venia concedi: nobis vero non potest ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instituti sumus, quod quidem si mixtio necessaria esset minime dixisset. Et ratio potissima quare aqua non est de essentia huius sacramenti est, quia effusio sanguinis directe ad ipsam passionem pertinebat cum naturale sit vulnerato corpori humano, sanguinem emittere: aqua autem solum fluxit ad demonstrandum effectum passionis, nempe ablutio-

De essentia huius sacramenti est, quia effusio sanguinis directe ad ipsam passionem pertinebat cum naturale sit vulnerato corpori humano, sanguinem emittere: aqua autem solum fluxit ad demonstrandum effectum passionis, nempe ablutio-

Ex necessitate sacramenti quæ aqua miscetur vino, siue sit naturalis siue artificialis. Arbitror tamen esse mortale apponere aliam aquam, quam naturalem, quia de latere Christi non fluxit nisi vera aqua naturalis & non humor stegmaticus vt diffinitur ab Inn. 3. c. Cum Marthæ de celebrat. missa. Nam secundum aliquos expositores, fluxit aqua ex latere Christi, vt ostende-

Caiet. Guido.

Durand.

2. con. luf.

E

Cypria.

E

Innocen.

retur eius corpus esse compositum ex quatuor humoribus.

3. Conclu. Tertia conclusio. Licet ista permixtio aquæ non sit de necessitate sacramenti, quia tamen est de necessitate præcepti Ecclesiæ, qui illam prætermitteret, mortaliter peccaret, nisi forsitan ex obliuione omitteret: est enim mos Ecclesiæ sollemnissimus. Item quia est contra Christi institutionem, & res est grauissima. Et est aqua admiscenda in ea quantitate, quæ facile possit transire in vinum. Habetur enim hoc expressè in cap. cum Marthæ. & cap. Pernitiosus. & in concilio Flo. Quo fit, vt non miscenda sit in magna quantitate, ne conuersio ipsius aquæ in vinum impediatur, quæ quidem conuersio necessaria est, vt consecratio non impediatur. Si enim tanta fieret oppositio aquæ, vt solueretur species vini, non posset perfici sacramentum. Vnde dum apparet aquæ plus iusto infusum, debet calix effundi, & iterum vinum cum pauciori aqua infundi. Ex magnitudine enim aquæ hoc periculum nasci potest, quod tamen ex paucitate nullatenus potest oriri, imo quanto minus aquæ misceatur, tanto erit tutius etiam si sit aquæ guta dumodo sit aqua. Et annotare opus est, quod vt tempus suppetat aquæ in vinum conuertendæ, mos est laudabilis, qui in ordine nostro D. Dominici & in alijs Ecclesijs seruatur, statim ante missæ introitum aquam vino miscere.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, & conueniens forma, Hoc est corpus meum, in consecratione corporis.

HÆc difficultas duas in se claudit partes. Et quidem quoad primam est conclusio affirmatiua, quæ habetur diffinita in cap. cum Marthæ. de celebrat. missa. & in concilio Flo. sub Eugenio 4.

A habetur etiam de consecra. dist. 2. cap. panis, & 1. Corint. 11. ponitur expresse prædicta forma. Eam quoque habet Cyprianus in sermone de cena Domini, & Ambrosio lib. 4. de sacramentis cap. 4. dicens, quod consecratio fit verbis & sermonibus Domini Iesu, per reliqua verò omnia quæ dicuntur laus Deo refertur, nam oratione petitur pro populo, pro regibus, & pro cæteris, vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos vtitur, sed Christi. Sermo ergo Christi conficit hoc sacramentum. Rationibus denique probatur. Prima, quia cum forma debeat rei sacramenti congruere, & forma huius sacramenti solum importet transubstantiationem: necessum est vt sit hæc. Hoc est corpus meum. Et eadem ratio est de forma consecrationis sanguinis, Hic est calix sanguinis mei. Secunda ratio est, quia hac forma consecrauit Christus. Profertur namque forma huius sacramenti à sacerdote quasi ex persona Christi loquentis, Hoc est corpus meum, vt significetur, sacerdotem tantum proferre verba per quam prolationem minister concurret ad conuersionem. Verè instrumentaliter effectiue. Cum enim sacerdos verè formam proferat, & forma ipsa effectiue concurret, fit consequens, vt etiam sacerdos concurret effectiue. Tertia ratio est, quia hoc sacramentum in duobus à cæteris sacramentis differt: primò, quia hoc in consecratione materiæ, cætera vero in vsu consistunt. Secundò, quia cæterorum sunt quædam in quibus consecratio in benedictione materiæ consistit, per quam materia consecrata quandam spiritualem virtutem consequitur, quæ quidem per ministrum tanquam per instrumentum animatum ad inanimata instrumenta procedit. Episcopus namque per chrisimatis consecrationem, materiæ illi virtutem ad confirmandum & ad vngendum sacerdotem tribuit, quædam verò, quæ applicatione materiæ perficiuntur absque bene-

Con. vnic. conc. Flor.

1. ad Co. 11. Cypria.

E

E

E

E

E

benedictione, veluti poenitentia. At vero in hoc sacramento materiae consecratio in miraculosa conuersione substantiae consistit. Ex quibus differentijs perspicue alia elicitur, nempe quod aliorum sacramentorum formae vltimum important, vt Ego te baptizo, Ego te Chrismo, at vero huius sacramenti forma transubstantiationem, & idcirco debet esse haec, Hoc est corpus meum. Et sciendum nobis impraesentiarum est, quod quauis secundum Scotum in 4. dist. 8. q. 2. imò & secundum D. Thom. 3. p. q. 78. arti. 2. & 3. forma ista non sit dicenda sacramenti sed consecrationis: attamen quaestio est de nomine, & absque trepidatione aliqua potest concedi, quod sit sacramenti forma vt D. Tho. in eadem q. ar. 1. concedit, & sic loquitur Magister in Sent. Con. Flor. ait forma huius sacramenti sunt verba saluatoris, quibus hoc conficitur sacramentum. Possumus tamen dicere, quod est forma sacramenti in fieri, non autem in facto esse, quemadmodum panem triticum esse materiae sacramenti in fieri non autem in facto esse perspicuum est omnibus, cum fides doceat perfecta consecratione panem non manere. Ex quibus in hac difficultate dictis colligitur manifestè hanc esse veram sacramenti huius formam, ac subinde condemnatio haeresis VValdensium asserentiu non debere confici istud sacramentum per verba ista, Hoc est corpus meum, sed per dominicam orationem septies dictam, & benedicendo panem & vinum, se consecrare dicebant, vt refert Guido Carmelita in lib. de haeresibus cap. 9. sed Alfonso à Castro libro de haeresibus verbo Eucharistia Haeresi. 3. negat errorem istum inter errores VValdensium reperiri, ad quod probandum adducit Aeneam Syluium & D. Antoninum. Colligitur praeterea damnatio erroris Lutheri in lib. de abroganda missa priuata, dicentis formam consecrationis, non esse coarctandam, sed liberè sacerdotibus esse

Scot.

D. Thom.

D. Thom.

in Sent.

Con. Flor.

Guido.

Castro.

Aeneas Syl.

D. Anton.

relinquendum, vt quisque sacerdos consecret prout velit, quem errorem eleganter impugnat ac confutat Clithoueus in ante Lutherum cap. 19. & lib. de forma missae. Excluditur tandem ex dictis temeraria & insolens loquutio Erasmi in prologo super priorem Epistolam ad Corin. dicentis, vti nam aperuisset nobis Paulus, quibus verbis hoc conficitur sacramentum: & in annotationibus super. c. 11. eiusdem Epistolae licet nimis irreuenter loquatur, calide tamen vt solet, ait enim non constare ex euangelio, quibus verbis Christus confecerit, nam verba illa, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, potius sunt porrigentis, id quod iam confectum erat, quam de nouo conficientis. Haec tamen Erasmi doctrina etiam si non sit damnata, vt haeretica, eò quod Innocentius. 3. lib. 4. de mysterio missae dicit, Christum non consecrasse sub verbis illis, Hoc est corpus meum, sed propria virtute, quia quatenus Deus habebat potestatem absolutam, & quatenus homo potestatem excellentiae: ac subinde poterat conuertere substantiam panis in corpus Christi, quoniam virtus illius verbis non erat alligata, & D. Tho. 3. p. q. 78. ar. 1. vocat illam opinionem, & in principio solutionis dicit, quod est multiplex opinio de hoc, & cum Innocentius fuerit grauisimus doctor, haud credibile est, quod ita errauerit, nec reperitur post illum haec veritas diffinita, & ideò subdit, quod loquebatur opinatiuè, magis quam determinatiuè (etiam si non sit inquam damnata vt haeretica) est tamen vt temeraria ac malefonans condemnata, & ideò tenenda est conclusio vt certissima, Christum Dominum eisdem verbis consecrasse quibus Apostoli & nos modo consecramus, ita asserit D. Tho. vbi supra & super priorem Epistolam ad Cor. cap. 11. lectione. 5. Et probatur tum, quia sacerdos consecrat istis verbis in persona Christi (vt dictum est) tum etià quia hoc sacramentum instituens protulit

Clitho.

Erasmus.

Matth. 26.

Innocent.

D. Thom.

D. Thom.

1. ad Cor. 11

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

tulit illa verba. Hoc est corpus meum, cum tam aperta scripturae testimonia reperiantur apud Matthaeum. c. 26. Marcum. 14. & Lucam. 22. dicentia, Christum Dominum corpus suum consecrasse, supra acceptum panem dicendo, Hoc est corpus meum. Quorum vnus scilicet Lucas addidit, Christum facta consecratione dixisse, Hoc facite in meam commemorationem. Quo elogio & illa facere & eisdem verbis, quibus ipse fecerat iussit. Et Paulus in priori epistola ad Corin. eandem commemorat, quae cum sint luce clariora praetereo. Quod autem nos sub hac forma consecrare debeamus secundum orthodoxam fidem tenendum est, & adeò hoc euidentius est, vt nulla probatio ne indigeat cum omni dubitatione careat. Habetur namque ex traditione Apostolorum, ex vsu, & consensu vniuersalis Ecclesiae & conc. Flor. Sed dubium est, an verba praecedentia hanc formam, scilicet, Qui pridie quam pateretur, sint necessaria ad consecrandum. Pro hoc dubio praemittere oportet quandam distinctionem: nempe duplicem esse necessitatem, alteram sacramenti, alteram vero praeccepti. In missa ergo quaedam sunt verba de necessitate sacramenti, & quaedam de necessitate praeccepti. De necessitate praeccepti sunt omnia illa verba quae a beato Petro Apostolo, & ab alijs summis pontificibus successoribus suis fuerunt instituta dici in missa. De necessitate autem sacramenti sunt illa quae Christus in cena protulit. Quando istud sacramentum instituit. Hac distinctione sic praelibata, est modo prima conclusio. Si quis dimitteret verba quae sunt tantum de necessitate praeccepti, & diceret illa quae sunt de necessitate sacramenti, & haberet intentionem consecrandi, vere consecraret: mortaliter tamen peccaret, grauiusque esset puniendus. Secunda conclusio. Si diceret omnia verba quae sunt de necessitate praeccepti & dimitteret quae sunt de necessitate sa-

¶

Prim. con.

2. conclus.

cramenti: quantumcunque intenderet consecrare, tamen non consecraret. Ex his iam colligitur manifestè, quod cum sola illa verba, Hoc est enim corpus meum, sint dicta à Christo in consecratione, quod sola illa sunt de necessitate sacramenti non autem praecedentia: & conc. Flor. vbi tradita sunt formae sacramentorum, solum possuit pro forma, Hoc est enim corpus meum, caetera autem verba ponuntur ad narrandam historiam. Vnde si esset magna necessitas, vt si essent Christiani in praelio, vbi maximè inimicos timerent non dubito quin posset summus pontifex dispensare, vt omitterentur huiusmodi verba praecedentia. Et nota, quod verbum illud, Est, vnit pro vltimo instanti prolatis, & tota loquutio debet ad illud instans referri: & quoniam effectus huius sacramenti non importatur in fieri, sed in facto esse, ideò non ponitur verbum fit, sed, Est. Et hinc rursus fit, vt licet panis sit materia, quia tamen non manet post conuersionem, pro quo instanti vnit (vt dixi) verbum est, ideò non ponatur pro nomen, Hic, sed pro nomen vagum, Hoc, vt demonstrat in genere quod continetur sub speciebus mutatum est, vt in sequenti difficultate diffusius tractaturus sum. Ex his iam perspicue elicitur formam hanc, Hoc est corpus meum, conuenientissimam esse: per quod respondetur ad secundam partem difficultatis. Vniuersalissimus enim Ecclesiae vsus, quae nutu spiritus sancti gubernatur, ostendit Christum his formis consecrasse corpus & sanguinem, cum à tempore Apostolorum perpetuum morem his consecrandi formis habeat. Nec putare licet Christum in consecrando, alium ordinem seruasse praeter euangelicum. Sunt enim de hoc plures modi dicendi, quorum quatuor refellit D. Th. p. 3. q. 78. ar. 2. ex quibus omnibus vnum tantum hic adducam, ac illum refellam. Dixerunt igitur quidam, prius dixit Christus haec verba occultè & secrete ad consecran-

Con. Flor.

secrandum & postea alta voce ad in-
struendum quando post fractionē por-
rexit discipulis suis, ita vt prius conse-
crauerit, quā frugerit. Effet enim tunc
maximum periculum, quod remaneret
aliqua micā consecratae in mēsa, quod
nullatenus est credibile: fuit ergo res
gesta, vt referunt euangeliste, nempe, vt
prius frugerit, feceritque duodecim vel
tredecim buccellas (si ipse sumpsit vt te-
nendum est) quas in patella vel parop-
side posuit, ac deinde paropsidem offe-
rens, porrigensque dixerit, Accipite &
comedite, & postremo. Hoc est corpus
meum, ita quod verba porrigentis fue-
runt pariter consecrationis. Ex omni-
bus his vltimè colligitur quod cum ec-
clesia praescriptis sacramentorum for-
mis vtatur, fit vt sola verba sint neces-
saria: quauis Scotus in 4. distinctio. 8.
q. 2. tenet oppositam sententiam: nempe
quod illa verba praecedentia, Acci-
pите & comedite, licet non sint de essen-
tia, sunt tamen necessaria necessitate cō-
secrationis, neque verò sola illa, sed &
alia antecedentia in canone, Accipiens
panem &c. Sed tandem in fine man-
et net dubius & anceps, concluditque, quod
si sacerdos cōsecrasset sub solis his ver-
bis, Hoc est corpus meum, dubium ef-
fet, an hostia maneret consecrata, & ob-
id (inquit) sub conditione esset adoranda.
Fundamentum illius est, quia vt for-
ma illa suum obtineat effectum, exigi-
tur, vt verba in persona Christi dicantur,
quod quidem fieri nequit, nisi praе-
cedentia verba praemittantur, quoniam
si sola verba illa, Hoc est corpus meū,
proferantur, ex vi horum verborum
non videtur significari, quod ibi sit cor-
pus Christi, sed sacerdotis corp⁹. Sed nō
apparet quomodo ista Scoti sententia
defendi possit, quod multipliciter ostē-
ditur. Primo, quia sola illa verba appo-
nuntur in concilio Flor. Secundo, quia
sola illa scribuntur literis maioribus, &
pulchrioribus separatim tam in missa-
libus quā in tabulis. Signum igitur

Scot.

E

Con. Flor.

A est manifestū, quod illa sola verba sunt
de necessitate consecrationis. Tertio,
quia si illa verba, Accipite, & comedi-
te, essent de necessitate sacramenti, alia
quoque praecedentia essent de neces-
sitate illius, quod non minimum incon-
ueniēs esset, quoniam ignoraremus vn-
de in consecratione, tanquam de neces-
sitate sacramenti esset incipiendum, vt
enim ex vi verborum in persona Chri-
sti verba accipiantur, saltem oportet in-
cipere ab illo loco, Per Christum domi-
num nostrum, Qui pridie quā pate-
retur accepit panem &c. Quarto de-
nique, quia cum in alijs sacramentis so-
lam formam proferre sufficiat, etiam si
formaliter non exprimat, ministrum
in persona Christi sacramentum con-
ferre, fit consequens, vt in hoc etiam
Eucharistiae sacramento intentio mini-
stri satis sit ad hoc, vt verba illa intelli-
gantur, quasi ex Christi persona prola-
ta etiam verbis praecedentibus non re-
citatis, vt ait D. Tho. vbi supra ad quar-
tum, quod quidem ex eo liquido con-
stat, quia quemadmodum verba quae
proferuntur per intentionem ministri
ad praesentem determinatur panem,
& non ad illum, quem Christus acce-
pit, & consecrauit in coena: sic eadem
ratione, eadem intentio sufficit, vt for-
ma ista, Hoc est corpus meū, ex vi ver-
borum ad corpus Christi & non ad cor-
pus sacerdotis determinetur. Vnde ne-
mini dubitare licet quin si sacerdos praе-
dicta verba sola proferret cum inten-
tione debita & requisita: verum confi-
ceret sacramentum. ¶ Annotare hic
vltimò opus est, particulā illam, q̄ pro
vobis tradetur, apud Latinos, neq; apud
Græcos (etiam si Græci illam ponunt
in sua forma) esse de essentia: tum, quia
Ecclesia Romana illa non vtitur, tum, q̄
neque in forma calicis similis particu-
la, Qui pro vobis effundetur, est de es-
sentia, vt in sequenti difficultate osten-
dam: tū deniq; quia particula illa, Hoc
est corpus meum, satis effectum signifi-
cat.

D. Thom.

¶

cat. Est tñ apud Græcos de integritate,
qui illam particulam ponunt in forma.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum hæc sit conueniens forma in con-
secratione calicis, Hic est enim calix
sanguinis mei.

Con. unica.

Capreoli.
Palu.

Luc. 22.

D. Bonu.

A D hanc difficultatem est conclu-
sio affirmatiua. Hæc conclusio
habetur in locis pro conc. praecedentis
difficultatis adductis, & sic de fide est te-
nenda. Sed dubium est, an sola illa ver-
ba, Hic est enim calix sanguinis mei, suf-
ficiat, an requirantur omnia sequentia
quae in consecratione calicis ponuntur:
videlicet, noui & æterni testamenti &c.
De hac resunt quatuor opiniones,
quarum prima est Capreoli in 4. d. 8. q.
unica cano. 6. ad argumenta contra illā
& Petri à Palu. eadem distin. q. 3. & ferè
omnium antiquorum Thomistarū asse-
rentium, omnia verba illa, quibus in cō-
secratione sanguinis Ecclesia Romana
vtitur, esse de essentia formæ, aded vt
vna praetermissa particula nulla fieret
consecratio. Secunda opinio est media,
scilicet, quod nec omnia illa apposita
in forma Romana requiruntur, nec suf-
ficiunt sola priora, sed necesse est super-
addere alia verba, secundum alicuius
Euangelistæ, vel Pauli tenorem. Opor-
tet nanque (inquit hæc opinio) in for-
ma ista cōsecrationis sanguinis effectus
passionis Christi exprimere secundum
vsum Ecclesiae vniuersalis, siue Latinae,
siue Græcae, siue alicuius alterius, quod
quidem nisi aliqua addantur verba illos
explicantia, minime fieri potest. At ve-
rò in consecratione panis sola Ecclesia
Græca addit, Quod pro vobis tradetur.
Nec omnes Euangelistæ particulā istā
apponunt, sed duntaxat Lucas. In conse-
cracione autem sanguinis, omnes Euan-
gelistæ praeter verba illa, Hic est calix
sanguinis mei, apponunt aliqua alia: &
praeter istam rationem Diuus Bonauēt.

A in 4. dist. 8. q. 2. ar. 3. Ricardus artic. 3. q.
2. ad primum tenent hanc sententiam,
vt probabilem. Signum igitur euidentis
est, alia p̄ter priora verba in consecratio-
ne vini esse de necessitate facti, non autē
in cōsecratione panis. Tertia opinio est
Scoti q̄ in eadē d. q. 2. dubius hæret, imò
cōsulit, vt nemo diffiniat, quæ nā sit for-
ma necessaria. Quare si sola illa verba
proferatur, Hic est calix sanguinis mei,
incipitem esse censet & dubiam conse-
cracionem, cui Marsilius in 4. q. 6. arti. 1.
adhæret. His tamē tribus opinionibus
omissis, est iam quarta cui nos libentif-
simè subscribimus, sed priusquam illam
apponamus, ¶ praemittenda est distin-
ctio, scilicet aliquid esse partem formæ
alicuius sacramenti dupliciter: nempe,
essentialiter, idest de essentia formæ, &
integraliter, idest de integritate. Illud
dicitur de essentia rei, sine quo res non
potest esse, illud autem de integritate,
quo sublato adhuc manet res. Verbi
causa in homine manus, pes, digitus
&c. sunt partes integrales, quibus abla-
tis, adhuc manet homo: ablata tamen
forma vel materia manere non potest,
cum sint partes essentielles. His praeha-
bitis, fit conclusio. Sola illa verba, Hic
est enim calix sanguinis mei, seu, Hic
est sanguis meus, sunt de essentia for-
mæ, reliqua verò quae sequuntur, de sub-
stantia (hoc est) de integritate, ita quod
quemadmodum homo sine manibus
esset mancus (quia licet istae partes non
sint de essentia formæ: sunt tamen de
substantia formæ) ita forma quauitmur
in consecratione calicis, esset velut im-
perfecta, seu manca, sine ipsis verbis,
E Noui & æterni, &c. quia sunt de sub-
stantia formæ, licet non de essentia for-
mæ. Et ita intelligere oportet. D. Tho.
in tertia parte. quæst. 78. ar. 3. quando di-
cit, quod illa verba sunt de forma, intel-
ligitur (idest) de substantia, & ita tenet
Caletanus super quæstionem citatam.
artic. 1. & 2. & 3. Et quod ita sentiat
D. Thomas, aperte ostenditur, nam in
K ar. 1.

Ricard.

Scoti.

Marsil.

¶

Con. unic.

D. Thom.

Caletan.

¶

ar. i. solum quæsiuit, vtrum hæc sit forma, Hoc est corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei, & nihil amplius, & respondet affirmatiuè. Sicut igitur per illa sola verba, Hoc est corpus meum cōsecratio corporis conficitur: ita per sola illa, Hic est calix sanguinis mei, sanguinis cōsecrationem fieri, fateri necessum est. Quod ex eo liquet, quia in 3. ar. quæsiuit, vtrum hæc esset conueniens forma, per quod insinuatur, quod in 1. articulo quæsiuit de essentia. Et subscribunt huic D. Thom. sententiæ Alexan. Alex. 4. parte. quæstion. 33. articulo. 3. Durand. in 4. distinct. 8. quæstio. 2. Gabriel super canonem missæ lectione. 53. Soto in 4. distinct. II. q. I. arti. 3. & videntur illam accepisse à Magistro sentent. in 4. distinct. 8. vbi solum refert hæc verba, Hic est calix sanguinis mei, & ipse desumpsit ex D. Ambrosio. lib. 4. de sacramentis. capit. 5. cuius verba canonizantur de consecratione. distinct. 2. cap. panis. ¶ Probatum nunc hæc conclusio: nam verba sacramentorum id efficiunt quod significant, sed illa sola verba, Hic est enim calix sanguinis mei, significant quod hic est sanguis Christi, ergo id efficiunt. Præterea, quia illa verba non sunt minoris virtutis & efficacitæ, quam illa quæ in consecratione corporis proferuntur: solis autem illis conficitur consecratio, & scilicet transsubstantiatio & conuersio panis in corpus Christi. ¶ Igitur & solis istis, Hic est enim calix sanguinis mei, fit consecratio, videlicet cōuersio vini in Christi sanguinem. ¶ Item, quia Græci solis istis verbis consecrant sanguinem, nec in hoc sunt damnati, & in missali Beati Basilij ista sola verba erant scripta literis rubris tanquam forma. Item quia hæc verba tantum ponuntur pro forma in consecratione calicis. de consecratione, distinct. 2. in capitulis ex Ambrosio citatis. ¶ Item, quia necessum est, aliquam formam certam assignare, in qua conueniant omnes fide-

Alex. Alex.
Durand.
Gabr.
Soto.
Magi. sent.

Ambro.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

les, cum ergo in prioribus verbis omnes conueniant, in reliquis verò differant, priora tantum videntur esse de essentia: sequentia autem non item. ¶ Postremo patet, quia cum effectus nō sint de essentia sacramenti, fit vt neque illa verba illos significantia, sint de essentia forme. Concluditur iam ex omnibus prædictis quod si sacerdos per sola illa verba, Hic est enim calix sanguinis mei, intendat consecrare: verè consecrat, à mortali tamen peccato non excusatur, & sacrilegium committit, quia aliqui doctores videntur dubitare, & in re grauissima non debet sacerdos exponere se periculo. ¶ Græci tamen omitendo aliquod verbum ex illis posterioribus, quæ in forma latina apponuntur, non peccabunt, quia permittitur illis, si cut cōsecrare in fermentato, cum tamē Ecclesia latina consecrat in azimo. ¶ At verò si sacerdos habet intentionem non consecrandi, quousque verba omnia sequentia proferat, vsq; tunc nanq; non fiet consecratio: & hanc intentionem sacerdos habere debet. ¶ Cum Ecclesia in vsu habeat per omnia illa verba consecrare, nec calix adoratur quousq; omnia finiuntur. ¶ Annotandū est primò circa hanc formam consecrationis sanguinis, & circa formam consecrationis corporis, quod hæc dictio Enim, non est de necessitate sacramenti, imò nec est de substantia forme, sicut sunt partes integrales (vt prædictum manet) sed Ecclesia addidit ornatus, & continuitatis gratia, vt seruiunt in homine pili, & vngues: vnde male faceret qui illam scien:er omittet.

Secundò nota, quod cum dicitur, calix, ponitur continens pro cōtento per metonymiam, vt sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice.

Tertiò notandum est, quod verba quæ apponuntur post hæc verba, Hic est enim calix sanguinis mei: scilicet noui & æterni testamenti &c. non ornatus causa,

¶

¶

¶

¶

¶

causa, sed ad aliquod mysterium significandum adduntur. Quatuor nanque beneficia, quæ à passione Christi recepimus (cuius passionis istud sacramentum est rememoratiuum) nobis insinuantur per hæc verba consecrationis sanguinis. Primum enim beneficiū passionis est, quod per ipsum, sumus à potestate dæmonis liberati, & istud tangitur in forma sacramenti cum dicitur, Hic est calix sanguinis mei. Sicut enim olim filij Israel fuerunt de potestate & seruitute Pharaonis liberati per sanguinem agni paschalis, sic populus fidelis est de potestate dæmonis liberatus per sanguinem Christi, secundum quod cōfiteretur Ioan. in Apocal. cap. 5. loquens Christo, Redemisti nos, Deus in sanguine tuo.

Secundū beneficiū quod recepimus à passione est, quod per ipsam sumus coelestis gloriæ hæredes effecti. Et istud tangitur in forma ita cum dicitur, Noui & æterni testamenti. Sicut enim pater cōdens testamentū, filios hæredes cōstituit, sic Christus nouum testamentū ordinans, cōstituit nos hæredes gloriæ paradisi. & istud testamentū fuit in sua passione ordinatum, atq; confirmatū, quia testamentum morte testatoris confirmatur, vt dicit Apostolus ad Heb. 9. inquit enim, vbi testamentū est, mors testatoris necesse est intercedat. Sciendū est, quod lex euangelica dicitur nouum & æternum testamentū, ad differentiam legis Mosaycæ, quæ fuit vetus testamentū & transitorium. Dicitur nouum, quia noua promittit, scilicet bona coelestia, quæ nūquā leguntur permissa fuisse in veteri testamento, sed solum temporalia. Et ex hoc quod bona temporalia trāsitoria sunt, ideo testamentum vetus transitorium fuit, & quia bona coelestia æterna sunt, ideo testamentum nouū dicit æternū.

Tertiū beneficiū quod per passionem Christi accepimus est, quod per ipsam sumus de fide catholica informati. Et istud tãgiē cū dicitur, Mysteriū fidei. Nā quod Christus sit in hoc sacramento: sola fide tenetur,

Apocal.

ad Heb. 9.

cum occulto modo sit ibi. Dicitur namque Mysterium fidei, quasi fidei obiectū, qua veritatem sanguinis non oculis cernim⁹ in sacramento, sed fide tenemus.

Quartum beneficiū quod per passionem Christi accepimus est, quod sumus per ipsam à peccatis emūdati, & hoc tãgitur in forma ista cū dicitur, In remissione peccatorū. Dicitur etiam, Qui pro vobis, & pro multis effundetur, quasi diceret, nō tantū habet passio mea efficacitā in vobis, verū etiā in alijs multis. Et nota quod nullus euāgelista posuit ambas has particulas simul. Lucas enim dixit, pro vobis. Mathæus verò & Marcus, Pro multis: sed Ecclesia ambas coniunxit. Possunt etiā hæc verba intelligi, Effundetur pro vobis, quia adepturi estis vitam æternā, quantū ad efficaciam, & pro multis, id est, pro toto genere humano quātū ad sufficientiā: quia ad totū mundū remediū fuit sufficiens. ¶ Sed solet impræsentiarū moueri dubiū, quō accipiatur verba formatū huius sacri, nepe materialiter, an significatiuè. De qua re sunt diuersæ opiniones. Prima illarū est Innocentij de mysterio missæ. c. 17. & gl. in c. Timorē. de conse. dist. 2. Durand. in 4. d. 8. q. 2. Maioris ibidē, quod per dictionem (Hoc) nihil demonstratur, nā ipsa materialiter ponitur ibi, sicut cū Dauid dixit, Dixit insipientis in corde suo, nō est Deus. Hæc sententia nec fidei aduersatur, neq; omnino est improbabilis, nā ad argumentum, quod sit aduersus illam, quia tūc dictio illa tantum demonstraret panem quem Christus consecrauit, & dictio, Hic in consecratione calicis tantum vinum, quod ipse consecrauit, facilè responderetur dicendo, quod ex intentione ministri hic & nunc pronomina illa trahuntur ad hanc præsentē materiam demonstrandam, etiam si materialiter accipiuntur. Secunda opinio est, quod non tantum significatiuè accipiuntur verba illa, & non materialiter, nec recitatiuè, sed etiam cætera verba præcedentia formam essentialē accipiuntur signifi-

Innocentij
Durandus
Maior.
Psalm. 13.

Alex. Alē. ficatiuē. Hæc est expressa sententia Ale
 D. Bon. xan. Alen. 4. par. q. 33. membro. 3. arti. 2.
 Ricardus. Bonauentur. dist. 8. q. 1. artic. 1. Ricardi.
 Marfil. artic. 3. q. 1. Marfil. quæst. 6. arti. 1. Gabrie-
 Gabri. lis lectione. 48. super Canon. Et ratio-
 nibus multipliciter comprobatur sen-
 tentia ista, primo quidem, quia cum sa-
 cerdos profert verba illa in persona
 Christi, per illa conficit sacramentum,
 vt ex concilio Florentino liquido con-
 stat, ergo significatiuē dicuntur, nam si
 materialiter acciperent in persona pro-
 pria, & non Christi loqueretur. Secun-
 do, quoniam cū legatus in persona sui
 principis loquitur, significatiuē loqui-
 tur. Similiter, cum angelus in pluribus
 sacrae scripturæ locis, signanter autem
 Exo. 3. Exod. 3. loquebatur in persona Dei di-
 cēs, Ego sum Deus patris tui, Deus Abra-
 ham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, signi-
 ficatiuē verba illa proferebat. Eadem er-
 go ratione, cum sacerdos in persona
 Christi consecrat, vt ex concilio Florē-
 tino patet, significatiuē illa verba pro-
 fert. Tertio, quia si verba illa in sacra-
 mentorum formis materialiter accipe-
 rentur, nequiquam efficerent id quod si-
 gnificant, cum tamen hoc dicere ratio-
 ni sacramentorum noue legis aduerse-
 tur, eō q̄ significatio efficiunt signa pra-
 ctica. Nec solutio illa à tenentibus pri-
 mam opinionem assignata satisfacere
 plenē potest, scilicet, quod verba illa per
 ministri intentionem ad præsentē ma-
 teriam applicantur. (Non inquam satis-
 facit) quando quidem licet intentio mi-
 nistri sit necessaria: attamen non est de
 essentia sacramenti (vt supra dictū est)
 sed duntaxat materia & forma. Quo fit,
 vt si forma significatiuē non applicetur
 nec futura sit forma, nec aliquid effice-
 re possit. Tertia opinio media est, quod
 verba consecrationis significatiuē te-
 nentur contra primam sententiam, &
 recitatiue contra secundam: non ta-
 men materialiter. Hanc arbitror esse
 D. Thom. Diui Thomæ opinionem, nam dicit,
 q̄ recitatiuē dicuntur in persona Chri-

A sti, ac subinde significatiuē. Vnde, non
 sequitur, accipiuntur recitatiuē, ergo
 materialiter, quia aliud est verba acci-
 pi recitatiuē & aliud materialiter. Re-
 citatiuē nanque proferre verba stat du-
 pliciter. Vno modo, cum quis verba al-
 terius præcise narrat, nihil aliud facien-
 do, vt fecit Regius propheta quando di-
 xit, Dixit insipiens in corde suo, non
 est Deus, & isto modo idem prorsus est
 B verba recitatiuē, & materialiter acci-
 pi: alio modo cum quis non tantum ver-
 ba alterius refert: verum etiam perso-
 nam illius repræsentat, & vices illius
 gerit: itaque eius autoritate loquitur,
 & facit quicquid facit, vt legatus prin-
 cipis, & tunc verba licet recitatiuē ac-
 cipiantur: non tamen materialiter, sed
 significatiuē. Quemadmodum enim
 C contactu carnis Christi vis & virtus re-
 generatiua non tantum ad aquas, quæ
 Christum tetigerunt peruenit: verum
 etiam ad omnes, quæ sunt in toto orbe
 propter suam infinitatem: sic etiam nõ
 solum illis verbis numero, quibus Chri-
 stus consecrauit, virtus consecrandi fuit
 ab ipso collata, sed etiam verbis à quo-
 cunq; sacerdote in persona Christi pro-
 latis, ac si Christus ea præsentia liter pro-
 ferret. Quod autem verba illa non ac-
 D cipiantur materialiter, ostenditur aperi-
 ta ratione, quia cum sacerdos profert
 verba in persona Christi conficit sacra-
 mentum, ergo non materialiter, sed sig-
 nificatiuē accipiuntur. Efficit enim for-
 ma illa quod significat. At verò verba
 præcedentia formam essentialem, scili-
 cet, Accipite, & comedite, materialiter
 accipiuntur. Probatur ex Diuo Thom.
 D. Thom. tum, quia in articulo 5. quæst. 78. tantum
 loquitur de forma essentiali: nõ autem
 de verbis præcedentibus: tum etiam,
 quia solum quando sacerdos profert
 verba consecrationis, repræsentat per-
 sonam Christi, cū verò alia profert nihil
 aliud facit quàm narrare. Materia-
 liter igitur, & recitatiuē tantum ver-
 ba præcedentia accipiuntur, verba verò
 for-

formarum significatiuē & recitatiuē. A
 Sic enim Dominicus à Soto explicat Di-
 uum Thomam. Ex quo perspicuē elici-
 tur, q̄ solus sacerdos, dum cōsecrat pro-
 fert illa verba significatiuē. Si autē pro-
 ferat non consecrando, vt modò nos se-
 pe proferimus disputando, vel si mulier
 vel laicus non ordinatus etiam cum in-
 tentione consecrandi illa proferat, solū
 materialiter dicit illa, cū non profe-
 rat illa in persona Christi. Elicitur præ-
 B terea, quod quantumuis sacerdos sit il-
 literatus, & ignorans, si accipiat illa ver-
 ba, vt Christus & Ecclesia vult, vt acci-
 piantur, & habeat intentionem quam
 vult vt habeat, non materialiter, sed si-
 gnificatiuē illa profert, verè consecrat,
 licet doctus. Quamuis enim Innocen-
 tius & Durandus speculatiuē loquendo
 dixerunt verba consecrationis materia-
 liter accipi. Attamen practicè non nisi
 iuxta intentionem quam vult Ecclesia,
 vt sacerdos habeat, illa accipiebant, dū
 consecrabant. Sed consequenter solet
 dubitari, quid per illa pronomina, Hoc
 & hic demonstratur & pro quo suppo-
 nant. De qua re sunt etiam opiniones,
 quarum prima est, q̄ cum dicitur, Hoc
 est corpus meum, sensus est, idest panis
 est corpus meum, sicut si dicatur, Petra
 est Christus, sensus est, quod id quod
 D per petram significatur est Christus: dif-
 ferentia tamen est, quod illa, Hoc est
 corpus meum est factiua. Facit enim,
 vt ibi sit Christus, altera verò non est fa-
 ctiua, sed tantum significatiua, cum non
 faciat, vt ibi sit Christus. Opinio ista so-
 let tribui Alexandro Alen. 4. p. q. 33. art.
 2. membro. 3. Secunda opinio est, quod
 per pronomina illa demonstrantur ac-
 cidencia, vt sit sensus, hoc est corpus
 meum, idest accidentia significant cor-
 pus meum præsens, Hoc est sunt figu-
 ra corporis mei, itaque accidentia, quæ
 sunt sacramentum tantum significant
 Christum. Hæc opinio videtur esse Di-
 uii Augustini contra Adimantum Ma-
 nichæi discipulum. cap. 12. vbi ait, non

dubitauit dominus dicere, Hoc est cor-
 pus meum, cum signum daret corporis
 sui. Est etiam Tertuliani. lib. 4. contra Tertul.
 Martionem circa finem, vbi dicit, quod
 Christus acceptum panem, & distribu-
 tum discipulis, corpus suum fecit, dicen-
 do, Hoc est corpus meum, idest, figura
 corporis mei. Sed licet modus iste lo-
 quendi non sit hereticus: periculosus ta-
 men est, & contra communem sensum
 sanctorum & doctorum, quia omnes in
 hoc conveniunt, quod pronomina ista
 non demonstrant accidentia, sed sub-
 stantiam sub illis contentam. Et verba
 Augustini sunt propriè interpretanda,
 scilicet non quod ibi non sit verè & rea-
 liter corpus & sanguis Christi, inuisi-
 biliter sub aliena specie occultatum, sed
 quod non erāt māducaturi corpus, nec
 bibaturi sanguinem Christi sub propria
 specie carnis, & sanguinis, vt in macello
 C carnes venduntur, vt difficultate sequenti
 magis patebit. In hoc enim sensu acci-
 dentia sunt figura, & signum corporis
 Christi sub illis inuisibiliter contentū.
 Tertia opinio est D. Bon. in 4. dist. 8. D. Bonau.
 q. 1. Ait enim sensum huius loquutio-
 nis, Hoc est corpus meū esse, idest hoc
 fit corpus meum, siue vt magister ait,
 Hoc vertitur in corpus meum.
 Quarta opinio est Ocham qui dicit Ocham.
 sensū huiusmodi loquutionis esse, Hoc
 1. Concl. est corpus meū, idest panis erit corpus
 meum, sed his omisis opinionibus sit
 prima conclusio fundamentalis. Loquu-
 tiones istæ Christi, Hoc est corpus meū,
 & Hic est enim calix sanguinis mei ac-
 cipiendæ sunt, vt iacent in proprio sen-
 su. Hæc conclusio ostenditur satis eui-
 denter, tum quia est magna licentia, &
 præsumptio sensum verborum Christi
 mutare, tū etiam, quia si semel harū for-
 marum mutationem admitteremus, ia-
 nuam hæreticis aperiremus, vt cæte-
 ra pro suo libito mutare præsumant,
 tum denique, quia ista verba, vt à
 Christo domino sunt prolata semper
 ab Ecclesia fuerunt intellecta, ita vt

veram, & realem corporis & sanguinis Christi præsentiam præbeant in hoc sacramento; quod sufficienter ac perfectissime, ut iacent, significant, atq; idcirco mutanda non sunt. Secunda conclusio quætionis istæ verificatur pro ultimo instanti prolotionis, ut D. Tho. dicit ubi supra & Scotus dist. 8. q. 2. art. 3. & cõprobatur duabus rationibus, quarum prima sit, quia cum conuersio non successiue, sed in instanti fiat, eo quod fit virtute diuina, concurrente instrumentaliter forma ratione suæ significationis, consequens fit, ut non reddatur vera, nisi pro instanti prolotionis terminatiuo. Secunda; quia ante finem prolotionis, non habent completam significationem, nec operantur, quod significant; eo qd antea Christus non continetur in sacramento. Verba enim sacramentorum simul sunt significatiua, & operatiua. Ad veritatem igitur harum loquutionum expectanda est vitima syllabæ prolotionis, sicut ad numerum ternarium expectanda est vitima vnitas, nã tunc ex toto rigore sermonis redduntur veræ, sicut in cæteris propositionibus præcticis contingit. Non enim in illis est accipienda veritas, nec falsitas ante finem prolotionis prædicati, quoniam nec subiectum, nec prædicatum, nec copula habent officium suum in actu exercito, donec tota propositio sit finita: & vanum est antea quære re quid demonstratur per prædicta pronomina & quid vniat copula, est. Ex inconsideratione enim huius rei doctores abierant ac diuersificati sunt in tot, tâq; varias sententias.

3. Conclu. Tertia conclusio. Hæc propositiones, Hoc est corpus meum, Hic est calix &c. prius natura sunt veræ, quæ corpus, & sanguis Christi sub accidentibus sint, quanuis vtrûq; sit simul tempore. Ratio huius est euidentis, nam cum sint causæ efficietes sui significati, eo qd sunt præcticæ & causæ sit prior natura suo effectu, fateri necesse est, ut sicut rationale

A in genere causæ efficientis est prius risibilitate, ut potè causa illius, licet sit simul tempore: sic veritas harum propositionum sit prior natura quæ Christus sit sub speciebus panis & vini, licet sint simul tempore. Nec me latet Scotum ubi supra t. Scotus: nere contrariam sententiam, nempe Christum prius natura esse illic, quam propositiones prædictæ sint veræ, & probatur, quia ab eo quod res est, vel non est propositio dicitur vera, vel falsa. Ex quo colligit, qd causa veritatis propositionis debet esse existetia rei à parte rei. Sed hæc ratio facillè diluitur dicendo, quod maxima illa vniuersaliter habet verum in propositionibus speculatiuis, non autè in practicis, quales formæ sacramentorum sunt, quæ suum efficiunt significatum, ut quæ Deus dixit, fiat lux, ilico facta. Secundo dicitur quod in philosophia non est inconueniens, quod in diuersis generibus causarum vnus sit prius & posterius, altero. Sic igitur in presenti, hæc propositio, Hoc est corpus meum in genere causæ efficientis prius natura est vera quàm sit eius effectus, cum sit practica, nam significando efficit, in genere autem causæ formalis prius natura est effectus, quàm illa sit vera. Hoc enim modo in practicis veritas illius axiomatis communis, ab eo quod res est, vel non est propositio dicitur vera vel falsa.

Quarta conclusio sit. Quod in hac forma, Hic est enim calix sanguinis mei, non demonstratur vinum, nec sanguis Christi: Similiter in forma corporis, Hoc est enim corpus meum, non demonstratur panis, nec corpus. Probat, nam quando profertur pronomen hoc, vel pronomen hic, adhuc est ibi substantia panis, & vini, cum transubstantiatio fiat in ultimo instanti prolotionis, ut dictum est. Itè, quia essent huiusmodi formæ falsæ, cum faciant hunc sensum, panis est corpus Christi; & vinum est sanguis Christi. Non demonstratur etiã corpus nec sanguis Christi, quia

2. Conclu. D. Thom. Scotus.

Scotus:

Gen. 1.

4. Cõcln.

quia si hoc verum esset, iam consecratio non fieret, cum iam ibi esset corpus & sanguis Christi: ac ex consequenti verba sacramentorum non efficeret, quod significant, cuius contrarium concilia determinant, ut supra à nobis dictum manet.

5. conclus. Quinta conclusio. Non demonstratur per ista pronomina accidentia. Probatur, quia cum ipsa accidentia iam sint non sunt, & ista pronomina demonstrant id quod fit. Itè, quia huiusmodi pronomina, nullo nomine apposito à parte subiecti, significant substantiam sine qualitate (id est) sine determinatione alicuius propriæ naturæ, videlicet panis, aut corporis Christi, sed abstrahendo ab utroq; & à tempore illo, quo pronomen profertur: quia nomen & pronomen nõ significat tempus: sed verbo id competit.

6. conc. Sexta conclusio. Huiusmodi pronomina, Hoc, & Hic, vage (quod aiunt) & in confuso demonstrant contentum in generali sub his speciebus (id est) substantiam in cõmuni, quod prius est panis & vinum, post verò corpus & sanguinem Christi. Non enim singularizant pro in diuiduo, sed pro specie. Quæuis enim si demonstratur hæc substantia particularis in actu absolute exercito, scilicet, Hoc contentum sub speciebus, repugnet stare pro pluribus: cum sit omnino singulare in actu, nõ tñ repugnat in actu signato dicendo hæc substantia, ut intelligit Capreol. & Soto, ad modum quo solent Dialectici dicere, Hæc herba nascitur in horto meo. Sensus namq; nõ est, quod hæc herba numero, cum hæc in alio loco existat: sed sensus est, qd herba eiusdem speciei nascitur in horto meo. Hanc sententiam habet D. Th. 3. p. q. 78. art. 5. & super priorem epistolam ad Cor. II. & Ricardus in 4. dist. 8. ar. 3. & Duran. eadè dist. q. 2. & glo. or. super Mathæ. 26. c. & Caietan. in opuscu. 7. in libello de cœna Domini. Et quanuis exemplum de herba sit optimum, sed commodius exemplum est si Deus tribueret virtu-

Capreol. Soto.

D. Thom. Ricardus Duran. Caieta.

A tem meis verbis faciendi ex argento aurum, & ostenderem bursam argento plenam, dicens hoc est aurum. Pronomen tunc demonstraret contentum in hac bursa, quod ex argento fit aurum. Quod autem inhæreat verbis consecrationis prædictarum formarum virtus creata instrumentalis ad conuersionem faciendam panis in corpus, & vini in sanguinem, sicut & in alijs sacramentis, & quomodo inhæreat: nempe nõ ad modum quo virtutes insunt causis naturalibus ad suos effectus producendos, sed ad modum quo inest virtus causis moralibus, iam satis superque monstrauimus supra cum de sacramentis in genere ageremus, & patet ex determinatione concilij Florentini, ubi habetur quod sacerdos in persona Christi loquens, conficit sacramentum. Et subditur, nam ipsorum verborum virtute, substantia panis, & vini in corpus & sanguinem Christi conuertitur. Deinde patet autoritate Ambrosij libro de sacramentis, & refertur de conse. dist. 2. c. Panis est, ubi ait, si tanta est vis in sermone Dñi Iesu, ut inciperet esse, quod non erat, quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud cõmutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat. Sicut enim Christus digitorum tactu sanauit leprosum & cæcum, sua voce suscitauit Lazarum per virtutem instrumentalem diuinitus in ipsis creaturis receptam: sic verba ista cõcurrunt ad sacramentalem conuersionem efficiendam. Unde, quotiescunque siue in scriptura, siue in sanctis reperitur solus Deus causare gratiam & efficere conuersionem, aut quid simile nõ excluditur causa instrumentalis, sicut cum dicitur solus artifex facit cathedram, vel arcam, non excluduntur instrumenta. Ex quibus manet iam explosa ac refutata hæres Begeri negantis realem existentiam Christi in hoc sacramento, ac ex consequenti virtutem effectiuam consecra-

Con. Flor.

Ambro.

tionis in verbis sacramentalibus, & similiter manet condemnata hæresis illa, quæ licet concedat, Christum ibi realiter contineri: negat tamen etiam præfatam virtutem inesse verbis ad cōsecrandum, sed fidendum esse, inquit, dicto Christi dicentis: Hoc facite in meâ commemorationem: dicit tamen hæresis ista, quod sunt verba illa Christi recitanda. Hoc est corpus meû. Hic est calix, &c. sicut Paulus narrat Christû fecisse. Est enim ratio conuincens contra has hæreses; quæ cum hæc verba in persona Christi proferantur ex eius mandato virtutem consequantur, sicut ex eo quod Deus in principio creationis dixit, Producat terra herbam virentē &c. accepit terra virtutem quandam naturalem producendi herbam, quæ durat & durabit in illa vsque in finem seculi: ita hæc verba, Hoc est corpus meû, & hic est calix, &c. ex quo semel à Christo domino dicta sunt, quandam supernaturalem virtutem acceperunt, qua illis prolatis, panis in corpus, & vinum in sanguinem Christi conuertatur. †

II. DIFFICULTAS.

Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem?

Expedita quæstione de materia & forma huius eucharistiæ sacramenti, meritò sequitur statim hæc difficultas, vtrum corpus secundum veritatem existat in hoc sacramento: quæ quidem quæstio eadē est quæ de sanguine. Huic difficultati hac vnica conclusione respondetur: nempe corpus Christi quod sumptû est de virgine Maria, quod passum & sepultum est, quod resurrexit, ad cœlumque ascendit, sed etque ad dexteram Dei patris, vnde venturus est filius Dei iudicare viuos & mortuos: sub specie panis, & sanguinem sub vini specie contineri veraciter, & realiter, nemi ni licet dubitare. Hæc conclusio est habenda de fide: habetur nanque diffinita

Con. vnic.

A in concilio Ephesino in quadam epistola Cyrili à concilio approbata. Habetur etiam in concilio Constan. sess. 8. & in c. firmiter. de summa trin. & fide catholica. habetur quoque nostra conclusio in concilio Floren. sub Eugen. 4. & in c. ad abolendam de hæretic. & c. cū Martiæ. de celebratione missarum, & in clementina vnica de reliquijs, & veneratione sanctorum. **E** & tandem diffinitur hæc veritas contra hæreticos sacramentarios in concilio Triden. sessione 13. c. 1. & cano. 1. † Et præter hoc quod est determinatio ecclesiæ: sufficienter in sacris literis probatur fuisse hoc sacramentum apostolis traditum per Iesum Christum redemptorem nostrum, vt ex euangelio aperte ostenditur. Dicitur enim Matth. 26. quod accepit panem, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, accipite, & comedite: hoc est corpus meum, & Marci. 14. ait Dominus, Sumite, hoc est corpus meum, & Lucæ. 22. habetur idem, & Io. 6. dicit Dominus, panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, & sequitur, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē: non habebitis vitam in vobis. & multi ex discipulis eius audientes hoc verbû dixerunt, durus est hic sermo: quibus ipse ait, spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quicquam, quasi diceret, exponit Augustinus super psalmum. 98. Non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, nec bibituri illum sanguinem, quē effusuri sunt qui me crucifigent: quod non intelligendum est, vt prauè Berengarius intellexit, quod non erat in sacramento corpus & sanguis Christi, quia non intendit Augustinus excludere per ista verba veritatem corporis Christi, sed modum quo discipuli putabant esse manducandum: scilicet in propria specie qua ab illis videbatur, quia nō erant illud manducaturi visibiliter in forma qua passus est, & extesum ac sensibile: quia sic, solum est in cœlo, & semel tantum

Con. Eph.

Con. const.

Conc. Fla.

E

Co. Trid.

†

Math. 26.

Mar. 14.

Luc. 22.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

August.

August.

1. Ad cor. 11.

Hilarius.

Cyrilus.

D. Aug.

Damasc.

Conc. Tri.

tantum immolatus est, sed inuisibiliter & aliena specie occultatum: videlicet sacramentaliter, & sic quotidie in sacramento immolatur. Probatur etiam ex Paulo. 1. Corinth. 11. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, inquit, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit, accipite, & manducate: hoc est corpus meû quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Habetur postremò hæc nostra conclusio, de cōsecra. dist. 2. per totum. Vltimo probatur sanctorû testimonijs: Hilarius enim cap. In Christo. de veritate, inquit, carnis & sanguinis Christi in sacramento, non est relictus ambigendi locus. idem diffinitur in cap. Necessariè eadem distin. Et Cyrilus ait, Qui dubitat an hoc verû sit, Christû ipsum qui veritas est facit mendacem. **E** Item Diuus Augustinus lib. 83. quæst. 1. & alij sancti ponunt hæc regulam, quod proprius sacræ scripturæ sensus est venandus ex contextu & circumstantijs, & lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10. statuit aliam regulam, scilicet quod sacræ scripturæ verba semper sunt in proprio sensu accipienda, nisi aliquid absurdum contra fidem, vel bonos mores ex illo sequitur. Damascenus quoq; lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 14. ait, ille panis, & illud vinû nō est figura corporis Christi, sed verum corpus, & verus illius sanguis. Absit enim contrarium dicere, dicente Domino, Hoc est corpus meû, quia non dicit, hoc est figura corporis mei. Breuiter veritas ista, nempe quod consecrationis verba sint accipienda in proprio sensu habetur ex ecclesiæ traditione, & omnium sanctorum consensu, & quotquot verba consecrationis non accipiunt in proprio sensu, vt hæretici ab ipsa ecclesia damnati sunt maximè in sacrosancta œcumenica & generali Trident. Synodo, sessione. 13. cap. 1. & in canone. 1. sub his verbis, si quis negauerit in sanctissimæ eucharistiæ sacramento contineri verè & realiter, & substantialiter corpus & sanguinem vna cū ani

Ama, & diuinitate dñi nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantum modo esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute: anathema sit. Rationibus insuper congruentissimis comprobatur, quarum prima sit, quia cū proprium, & natium amicitia sit, vt sibi inuicem amici præsentibus viuant (vt ait philosophus. 9. Ethic.) ipsius Christi charitati, ex qua pro salute nostrorum corpus nostræ carnis assumpserat congruebat, vt suam ablaturus corporalem præsentiam ab oculis mortalium (ne nos in hoc peregrinationis exilio orphanos & destitutos relinqueret) quotidie nos sibi in hoc sacramento per sui veri corporis & sanguinis sumptionem coniungeret. Secunda, hoc competit perfectioni fidei, quæ sicut est de diuinitate Christi, ita est de eius humanitate, secundum illud Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite, & quia fides est inuisibilium, sicut diuinitatē suam nobis exhibet Christus inuisibiliter: ita & in sacramento carnem suam nobis exhibet inuisibili modo: quæ quidem non attendentes, posuerunt corpus & sanguinem Christi non esse in hoc sacramento, nisi sicut in signo, quod est tanquam hæreticum abijciendum, vt potè verbis Christi cōtrarium. **D** Hæc ratio est D. Tho. 3. p. q. 75. arti. 1. † Ex quibus omnibus manifestè elicitur refutatio hæresis Vuitelæ, & Oecolampadij, & Berengarij, Carolo stadij, & Caluini, qui omnes verba Christi metaphoricè & figuratiuè debere intelligi assererent, vt cum dicitur, hoc est corpus meû, id est hoc est figura corporis mei, ita quod peracta consecratione, secundum hos hæreticos non manebat sub speciebus corpus aliud, quā panis & vini, quæ antea erant. Quæ quidem expositio si vera esset, nihil in tota scriptura maneret firmum: nam cum dicitur, verbum caro factû est: facile possent perfidi isti illud interpretari, id est verbum figura carnis factum est. Et illud, Ego & pater vnus sumus, possent Arriani exponere

Arist.

Ioan. 14.

†

D. Thom.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

per metaphoram, Ego & pater figuram
 vnius habemus, & ita consequenter in
 omnibus alijs vt facit Oecolampadius.
 Secundum ergo rei veritatem sub his
 speciebus panis & vini continetur cor-
 pus & sanguis Christi, vt nostra conclu-
 sio asserit, nec de hoc licet dubitare. De
 hac re qui voluerit videre diffusè legat
 Gabrielem lectione. 39. super canonè,
 & Thomam Vvald. in lib. de sacramen-
 tis à cap. 21. vsque ad. 35. & Magistrū sen-
 ten. in. 4. dist. 10. & Alfosum à Ca-
 stro lib. de hæresib. verbo eucharistia.
 hære. 3. Nec obstant plura sacra scriptu-
 ra loca, quæ in contrarium adduci solēt
 ab hæreticis, vt est illud, Ego sum vitis
 vera, & pater meus agricola est. Ioan. 15.
 & illud Esai. 40. cap. Omnis caro fœnū,
 & vere fœnum est populus, & Ioan. 15.
 Ego sum ostium, & Apostolus. 1. Corin.
 10. Petra autem erat Christus, omnia au-
 tem loca ista in proprio sensu intelli-
 gi nequeunt, nam Christus non nisi topi-
 ce, & metaphoricè est vitis, & pater agri-
 cola, & similiter caro, & populus nō rea-
 liter, sed metaphoricè dicuntur fœnum.
 Igitur eadem ratione cū Christus. Ioan.
 6. dicit, qui manducat hunc panem, &c.
 & panis quem ego dabo caro mea est,
 &c. & caro mea verè est cibus, & amen
 amen dico vobis, nisi manducaueritis
 carnem filij hominis, &c. non in sensu
 literali sed figuratiuè intelligendum est
 Christum esse panem & carnem, & san-
 guinem Christi esse in hoc sacramento.
 Non inquam obstant, quoniam omnes
 has authoritates in antecedenti apposi-
 tas ex contextu ipso nequeunt intelli-
 gi in sensu proprio: at verò adductas in cō-
 sequenti, vt qui manducat hūc panem,
 &c. & contrario ex ipso contextu, Chri-
 stum intelligere de vera & reali corpo-
 ris & sanguinis sui existentia in hoc sa-
 cramento, omnibus perspicuū esse oportet,
 maximè adiuncto alio loco, Hoc est
 corpus meum: in proprio ergo sensu se-
 cundum primam regulam eas intelligere
 debemus. Sed adhuc grauis etiam in-

A ter ipsos catholicos hic oriri solet di-
 sputatio, nempe vtrum huiusmodi loca
 de spiritali manducatione, quæ fit per
 fidem formatam, intelligi queant, an de
 manducatione visibili reali & sacramē-
 tali? Sed huic dubio sufficienter meo iu-
 dicio fit satis dicēdo, quod Christus do-
 minus in omnibus his locis loquitur de
 manducatione reali & sacramentali etiā
 si simul de spiritali loquatur: asserereq;
 ipsum tantum de spiritali absq; respec-
 tu ad hoc sacramentum loqui, non so-
 lum falsum verum & temerarium, imo
 periculosum esse arbitror, quod quidē
 ostenditur ex concilio Ephesino in epi-
 stola contra Nestorium qui in Christo
 duas hypostases alteram diuinam, alte-
 ram vero humanam ponebat, ac subin-
 de vnionem hypostaticam inter huma-
 nitatem & verbum, carnem que coniun-
 ctam fuisse hypostaticè cum diuinitate
 negabat. Sed dicebat carnem illam esse
 cuiusdam hominis sanctissimi, qui erat
 Deo coniunctus per amicitia, aduersus
 igitur illum, concilium prædictum diffi-
 niuit, in hoc sacramento veram Christi
 carnem esse verbo diuino vnitam: & ad
 id probandum adducit verba euangeli-
 ca Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem
 filij hominis, &c. Et constat præterea ex
 clementina vnica de reliquijs, & venera-
 tione sanctorum, & ex alijs locis à prin-
 cipio huius difficultatis citatis & ex cō-
 sensu communi omnium sanctorū. Chry-
 sost. Homil. 45. super Ioan. & Homilia
 83. super Matthæum in illa verba, Acci-
 pite & comedite, ex Theophylato etiā,
 & Cyrilo super Ioan. cap. 6. & quando-
 cunque sancti aliqua huius capituli ver-
 ba de manducatione spiritali interpre-
 tantur: nunquam manducationem rea-
 lem, & sacramentalem excludunt, vt Ca-
 iet. in opusculo docet. Præterea, quia si
 de sola manducatione per fidē Christus
 Dominus loqueretur, satis fuisset de præ-
 senti dicere, Ego sum panis viuus, nec ef-
 set opus addere de futuro, Panis quem
 ego dabo caro mea est, &c. siquidem iā
 fidem

fidem apostolis & alijs multis dederat.
 Cōfirmatur quia congruentius diceret,
 diuinitas mea verè est cibus, quam caro
 mea verè est cibus, quandoquidem ma-
 ioris necessitatis est credere diuinitatē,
 quam humanitatem, licet vtrunque cre-
 dere, necessum sit. Præterea, quia si de
 manducatione veri corporis, & sangui-
 nis Christi non loqueretur, neququam
 murmur illud ortum fuisset inter disci-
 pulos dicentes, Quomodo potest hic
 nobis carnem suam dare ad manducan-
 dum: facile enim Christus dominus il-
 lud sedare potuisset dicendo, se loqui de
 spiritali, & figuratiua manducatione,
 quod tamen non fecit, quin potius cum
 affirmatione repetijt dicēs. Amen, amē,
 dico vobis, nisi manducaueritis, &c. so-
 lum exposuit modum, videlicet, quod
 non sub speciebus carnis & sanguinis,
 vt in macello venduntur, & laniatur, ef-
 fet illis suam daturus carnē, sed sub spe-
 ciebus panis & vini. Postremò, quia si
 corpus & sanguis Christi non esset rea-
 liter in hoc sacramento, quorsum tanta
 solemnitas in sacerdotum ordinatione,
 in seruanda eucharistia, in deferēdo
 ad infirmos, in gestanda in processione,
 in preparatione ad communicandum?
 profecto non tanta reuerentia eam ve-
 neraremur. Nec obstat, quod licet occa-
 sione desumpta de cibo & potu materia
 li, quo in deserto multitudinem illā ho-
 minum satiauit: sermonē tamen ad man-
 ducationem spiritualem transtulit, quæ
 fit per fidem formatam, cum dixit, Hoc
 est corpus Dei, vt credatis in eum quem
 misit ille, & qui venit ad me non esuriet,
 & operamini non cibum qui perijt, sed
 qui permanet in vitam æternam, quem
 filius hominis dabit vobis, quæ omnia
 de fide formata, ac bonis operibus factis
 in fide intelliguntur, ac proinde videtur
 loqui de manducatione spiritali. (Nō
 obstat) quo minus de reali & sacramē-
 tali loquat, siquidē postea per apostro-
 phē figurā transitū fecit ad manducatio-
 nem visibilem sacramentalem euhari-

A stia ab illo loco, Panis quem ego dabo
 caro mea est pro mundi vita. Tūc enim
 secundum D. Tho. & Chrysofo. Chri-
 stus non sedauit, nec sedare voluit scan-
 dalum quantum ad hoc, quod verū cor-
 pus & sanguis illius sit in hoc sacramē-
 to, quin potius iterum atque iterum re-
 petendo hanc confirmauit veritatem,
 sed solum sedauit scandalum quantum
 ad id, in quo errabant putantes eum lo-
 qui de māducatione sui corporis & san-
 guinis sub propria specie, cū explicuit
 se dicendō, Verba quæ ego loquor vo-
 bis spiritus & vita sunt, ac si diceret spi-
 ritualiter, & sub aliena specie intelligen-
 da sunt, hoc est non estis carnes meas af-
 las comesturi. Quod si quis querat an
 hæc veritas sit articulus fidei, & ad quē
 articulum fidei spectet, ac reducatur no-
 stra conclusio? Respōdebitur ei quoad
 primam partem, quod quamuis secun-
 dum Scotum in. 4. dist. 10. quæst. 11. non
 constet vtrum sit articulus fidei, an nō?
 attamen Durand. in eadem dist. Magi-
 ster à victoria vt referunt & Clithoueus
 contra Oecolampadium lib. 9. cap. 10.
 asserunt esse articulum fidei, Magister
 autem Soto dicit trifariam aliquam ver-
 itatem articulū fidei dici. Primo, quia
 est expressum in sacris literis. Secundo,
 quia habetur diffinitum in sacris concil-
 ijs. Tertio, quia ab ecclesia ponitur in-
 ter quatuordecim articulos fidei cre-
 dendos: asseritque omnibus istis tribus
 modis nostram conclusionem esse arti-
 culum fidei. Et quidem de duobus pri-
 mis modis ex dubio præcedenti liqui-
 do constat. Tertio autem probatur, nā
 cum veritas fidei contineat specialē dif-
 ficultatem credēdi, quam omnes catho-
 lici scire explicite tenentur, & hæc veri-
 tas sit huiusmodi, vt ex dictis constat, fit
 vt necesse sit fateri, quod sit articulus fi-
 dei. Ideo enim festum corporis Christi
 sic solēniter celebratur & quotidie pro-
 ponitur eucharistia toti populo adoran-
 da, quia oportet omnes Christi fideles
 scire, quid sit, ne nobis dicatur quod ipse
 Iesus

Gabri. Vvald. m. sent. E Castro.

Ioan. 15. Isai. 40. Ioan. 15. 1. ad Cor. 10.

Ioan. 6.

Cōci. Eph.

Ioan. 6.

Chryf.

Theoph. Cyril.

Caiet.

D. Thom. Chryf.

Scot.

Durand. M. Victo. Soto. Clithou.

Ioan. 4.

D. Tho.

1. Ad Cor.
10.

⊕

Iesus dixit mulieri Samaritanæ, vos adoratis quod nescitis, & ideo quando communicant fideles interrogantur, an credant quod sub illis accidentibus sit verum corpus Christi. Quoad secundam verò partem D. Thom. 2.2. q. 1. artic. 6. & quæst. 2. artic. 7. dicit, quod quatenus est sacramentum & homines sanctificat, veluti cætera sacramenta nouæ legis pertinet ad articulum sanctificationis, quatenus verò sub his speciebus continetur corpus & sanguis Christi per quandam mirabilem atque ineffabilem conuersionem, pertinet ad articulum omnipotentia quia est miraculum. Secundum autem, quod hoc sacramentum est commune iuxta illud verbum pauli. 1. Corin. 10. Multi vni corpus sumus omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus: peculiariter pertinet ad illam particulam symboli, Credo sanctorum communionem. ⊕

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem?

Concl. vni
ca.

AD hanc difficultatem est conclusio, quod nihil substantia panis aut vini manet post consecrationem. Hæc conclusio est contra hæreses aliquorum, asserentium manere simul cum corpore Christi substantiam panis, diuersimode tamen: nam quidam taliter dicebant simul manere, vt non facerent vnum suppositum, sed duo omnino distincta, quidam autem vt fuit Ioan. Iacobita, assererat quod sicut verbum in vterovirginis assumpsit humanitatem, ita & in sacramento virtute verborum, mediante corpore assumpsit substantiam panis in vnitatem suppositi, & mediante sanguine substantiam vini: virtute cuius assumptionis dicebat verificari has propositiones, Panis est corpus & vinum sanguis. Qui-

Adam verò, vt Valeranus, dicebant quod corpus erat coopertum pane, sicut Nestorius aiebat, quod verbum erat coopertum humanitate, in qua erat sicut in tabernaculo. Contra omnes has hæreses habetur definita nostra conclusio in conc. Constan. sess. 8. **E** Contra Vuitclæ asserentem substantiam panis materialis & vini materialis manere in sacramento al-

Concl. C. b.
Sam.

B subiecto in eodem sacramento. Habetur etiam conclusio nostra definita, ⊕ in concilio Later. vt patet cap. Firmiter extra de summa Tri. & fide Catholica, scilicet in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter contineri corpus & sanguinem Christi, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem. Et cap. Ad abolendam, & cap. cum Marthæ. de celebratione missæ. & clemetina vinica de reliquijs & veneratione sanctorum, & in concilio Florentino & Tridentino, sessione. 13. cano. 2. ac demum accedit determinatio ecclesiæ, vt de consec. dist. 2. multis capitibus decernitur vt in cap. Panis. qui est Ambrosij lib. 4. cap. 4. & lib. 6. cap. 1. vbi ait, Panis est vsitatus ante verba consecrationis, vbi accessit consecratio, de pane fit caro Christi, & cap. Omnia. licet figura panis & vini videatur, nihil aliud post consecrationem quam corpus & sanguis Christi credendum est. In his namque omnibus, determinatur non manere panem nec vinum, sed transsubstantiari in corpus & sanguinem. **E** Et quia possent hæretici dicere, quod hoc nomen transsubstantiatio non reperitur in sacris literis, & idcirco non est facta trans-

Con. Late.

Con. Florent.
Con. Tri.

E substantiatio, sed manet substantia panis, facile eis respondere possumus catholici quod quemadmodum non reperitur in sacris literis hoc nomen incarnationis nec nomen trinitatis: attamen reperitur secundum rem, & ecclesiæ traditionem: scilicet hoc nomen transsubstantiatio in illis non reperitur: satis tamen est, quod reperitur secundum rem, & secundum

⊕

D. Thom.
Vvald.
Damasc.
Theoph.Castro.
⊕

cundum determinationem conciliorum, & sensum totius ecclesiæ vniuersalis, quæ Christi sponsa est, & vocem ipsius nouit, habetque eundem spiritum ad interpretandas, ac intelligendas sacras literas, quo ipse scriptæ sunt. ⊕ Eandem sententiam tenent omnes catholici doctores D. Thom. 3. p. q. 75. art. 2. Thom. Vvaldensis in libro de sacramentis cap. 65. & 66. **E** Et Damasc. 4. libro orthodoxæ fidei cap. 14. & Theophilus super Ioan. cap. 6. in illa verba, Panis quem ego dabo, dicit, quod figura panis tantum manet, cætera verò transsubstantiatur. & tandem agit pulchre & diffuse Alfonso à Castro in lib. de hæresib. verbo eucharistiæ hæres. 5. ⊕ Sunt etiam supposita fide, quinque vrgentissimæ rationes pro hac conclusione probanda. Quarum prima sit, scilicet quia non potest esse aliquid alicubi vbi non erat prius, nisi vel per loci mutationem, vel per alterius conuersionem in ipsum, vel illic creetur: Manifestum est autem, Corpus Christi non incipere esse in hoc sacramento per motum localem, nam desineret esse in coelo, cum id quod localiter mouetur, non possit ad aliquem locum peruenire de nouo, nisi priorem deserat, mediaque omnia pertranseat. Quare corpus Christi prius esset in aere quam in sacramento, quod minimè dici potest. Nec per creationem: igitur incipit esse Christus in hoc sacramento per conuersionem panis in ipsum, ac ex consequenti post consecrationem non remanet substantia panis, sed sub eisdem accidentibus sub quibus erat substantia panis, incipit loco illius esse corpus Christi: quia quando vna res conuertitur in aliam pre-existentem, resumit locum alterius rei in quam conuertitur, vt alimentum cum conuertitur in substantiam aliam, & intelligit Diuus Tho. illam maiorem de potentia ordinaria. Vnde si cum Scotus in. 4. dist. 10. quæst. 3. & 4. & dist. 11. quæst. 2. & Durand. dist. 11. quæst. 4. asserunt, quod possit Deus manente substantia pa-

D. Thom.
Scot.

Durand.

Anis ponere corpus Christi in hoc sacramento, quod tunc inciperet ibi esse & non per loci mutationem, neque per conuersionem alterius in ipsum, intelligant de potentia ordinaria, non est eis fides adhibenda, secus si de potentia absoluta intelligant. Intelligit etiam D. Tho. vel D. Thom. per conuersionem alterius in ipsum, vel in aliquod sibi realiter coniunctum. Eadem namque præsentia omnino numero est, qua corpus Christi est præsens in hoc sacramento, & qua est anima præsens corpus concomitans, sicut eadem præsentia qua corpus denominatur præsens huic loco, denominatur etiam anima illi realiter coniuncta, ac illud informans præsens illi. Et sciendum nobis est hic, quod licet non prius tempore, prius tamen natura est, quod panis conuertatur in corpus Christi, quam quod sub specie panis ipsum corpus contineatur, & ideo denominatur præsens, quia conuersio est causa factiua continetia atque præsentia Christi. Habet se enim sicut fieri ad factum esse, & sicut generari ad genitum esse, & sicut essentia respectu passionum fluentium ex ipsa quodammodo in ratione causæ efficientis. Nec ex concilio Florent. & Trident. si attente legantur, continentia & præsentia corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini potest colligi absque transsubstantiatione & conuersione, quoniam postquam concilia præfata diffinierant illic esse corpus Christi præsens, quasi causam assignans concil. Flor. subdit, transsubstantiatis pane, & vino in corpus & sanguinem Christi. Cum enim hæc sit causa primo & per se impossibile est saluari præsentia corporis, & sanguinis Christi sine illa conuersione seu transsubstantiatione de potentia ordinaria: secus de potentia absoluta. Secunda ratio est, quia contrarius error huic nostræ sententiæ formæ sacramenti huius aduersatur: Cui enim in forma ista, Hoc est corpus meum, omnem substantiam illic existentem demòstret pronomen,

ma-

manente substantia panis, posset illa de monstrare, & tunc proculdubio forma esset falsa, quia non esset illic corpus Christi, potiusque esset dicendum, Hic est corpus meum. Tertia, quia si illic remaneret substantia panis adorari non posset adoratione laetiae, qua eucharistiae sacramentum adoratur. Quarta, quia cum secundum ecclesiae ritum post corporale cibum corpus Christi sumere minime liceat, & tamen post unius hostiae consecratae sumptionem alia sumere liceat fit consequens, ut non manere illic substantiam panis, fateri necessum sit. Postrema ratio est, quoniam cum constet secundum fidei substantiam panis transsubstantiari, & converti in corpus Christi, illam non manere, fateri oportet, siquidem quod transsubstantiatur, & convertitur in aliud, manere nequit. ¶ Nec obstat huic nostrae assertioni quam plurima loca novi testamenti, quibus haeretici nitebantur defendere, manere post consecrationem substantiam panis. Appellatur namque in illis corpus Christi, panis, ut est illud Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, &c. Et Apostolus. 1. Corin. 11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Et illud Luc. 24. quod cognitus fuit Dominus in fractione panis: interpretatur Aug. de sacramento eucharistiae. (Non inquam obstat) mos enim scripturae est, ut res nomen illarum rerum retineant, ex quibus factae sunt. Ait namque Adam Gene. 2. de Eva, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: quia ex eius costa fuerat formata. Et Exod. 7. serpens virga vocatur dum dicitur, quod virga Moysi deuorauit virgas magorum: & tamen iam non erat virga, sed serpens, factus tamen ex virga. Et Matth. 11. Matthaei. 11. Qui caeci fuerant licet iam tunc non sint caeci, caeci dicuntur, cum dicitur, caeci vident, & claudi ambulant, &c. Quia igitur corpus & sanguis ex pane & vino fiunt, panis & vinum dicuntur. Item mos est, ut res quales apparerent, nominentur. Legitur enim Genes. 18. ap-

paruisse Abraham tres viros, qui tamen erant angeli: eodem ergo modo quia corpus Christi sub speciebus panis videtur, frangitur & comeditur, & sanguis sub speciebus vini adoratur & bibit, panis & vinum merito dicuntur. Item nomina rerum quandoque transferuntur ad significandum imagines rerum, sicut imaginem Diui Petri vocamus Petrum. Quia igitur ille exteriores species panis & vini repraesentant Christum sub illis contentum: idcirco appellatur panis corpus Christi, quamuis nullatenus ibi sit panis, sed verum corpus & caro Christi, & per hoc aperte excluditur Ruperti Abbatis sententia, qui cum alias fuerit vir catholicus, & doctissimus: nihilominus tamen in 2. lib. super Exod. cap. 10. sicut dicit, quod filius naturam humanam non destruxit, quando factus est homo, sed illam sibi hypostaticè vniuit: ita in hoc sacramento substantiam panis non destruit, sed assumit, & sibi vnit, sed errauit, & ideo in hoc sequendus non est. ¶ Notandum est: quod quamuis (ut dictum est) per consecrationem desinat esse ibi substantia panis & vini omnino, ita ut neque maneat sub speciebus sacramenti neque alibi, non tamen dicitur panis annihilari, quia haec mutatio non terminatur ad nihil: nempe ad defitionem panis, sed ad praesentiam corporis Christi, & sanguinis sub his speciebus. Semper enim motus denominationem accipit à termino ad quem. Vnde, quando ex aqua frigida fit calida: appellamus hunc motum, calefactionem. Ita enim declarat hanc materiam Dominus Caietanus in commenta. 3. part. quaestione. 75. articulo. 3. & Ambrosius de sacramentis, cuius verba habentur de consecratione. dist. 2. cap. Reuera. & capit. Panis, inquit, virtute sermonis Christi, id quod erat panis, iam corpus Christi est, quia sermo Christi creaturam mutat: scilicet substantiam panis in corpus Christi, quae mutatio transsubstantiatio appell-

Ioan. 6
1. Ad Cor.
11.
Luc. 24.
D. Aug.
Gene. 2.
Exod. 7.
Matth. 11.
Gene. 18.

Rupert.
¶
¶
¶

Caietani
Ambro.

appellatur, quod autem transsubstantiatur seu in aliud conuertitur non annihilatur: nam terminus annihilationis est nihil: terminus autem conuersionis est illud, in quod fit conuersio. Item, quia quemadmodum in generatione manet materia sub vtraque forma, ita in hac conuersione sunt species, sub quibus successiue duae substantiae continentur, seclusa inhaerentia, quia species non inhaerent corpori Christi sicut inhaerebant substantiae panis. ¶ Item, quia cum virtute Dei hoc sacramentum perficiatur, & Deus causa tendendi in non esse, non sit, ut docet D. August. lib. 83. quae sit, ut in hoc sacramento nullatenus substantia panis & vini annihilentur. ¶ Secunda conclusio. Haec conuersio in instanti fit, itaque primus instans non esse verborum, est instans primum, in quo est ibi corpus Christi, & anima rationalis, & caro Christi, & ossa, & sanguis. Non enim dixit dominus, Hoc est corpus tantum, sed hoc est corpus meum: id est humanum, quod quidem secundum philosophum in 2. de anima est corpus physicum organicum. Haec conclusio probatur, nam non est ibi successio ex parte formae substantialis, cum forma substantialis corporis Christi non suscipiat magis & minus: nec ex parte materiae, cum in hac conuersione non sit aliquod subiectum, quod successiue praeparatur ac disponatur, nec etiam ex parte agentis: cum agens sit ipse Deus qui est infinite virtutis, ac ex consequenti in instanti operari potest. A nullo enim tempore pendet. Vnde Marci. 7. habetur, quod cum Christus dixisset cuidam surdo, Epheta, quod est adaperire statim aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum linguae eius. Non igitur est ponenda aliqua successio in hac conuersione seu transsubstantiatione, quia ex his tribus duntaxat contingit successio in rebus naturalibus, ut dicit D. Th. in 3. p. q. 73. ar. 7. ¶ Vel aliter dicere possumus, nepe duplicem esse actionem in

¶
D. Aug.
¶
2. Conclus.
¶
Arist.
¶
Marci. 7.
¶
D. Tho.

prolatione verborum, Alteram naturalem, quae verbis in significando, & representando correspondet, & hanc esse successiuam, nemo est qui ambigat, eod quod sicut audimus, ita concipimus. Alteram vero supernaturalem quae ab agente supernaturali, & ad ipsius nutum fit, & hanc non successiuam, sed instantaneam esse, omnibus perspicuum esse debet. Quoniam autem Deus voluit, quod in ultimo instanti verborum prolationis corpus Christi ibi esset: idcirco quaeuis diuina virtus per verborum prolationem tanquam per instrumentum operetur: attamen per successionem verborum non operatur. Quemadmodum enim in fine prolationis completa & integra significatio habetur, sic etiam tunc consecrationis effectus incipit esse, quia tunc operatur forma illa, Hoc est corpus meum. Quod si quis in contrarium obijciat, quod verborum forma in illo ultimo instanti prolationis, iam non est in actu secundum successionem, ergo non operatur. Respondendum est illi satis esse, quod sit in virtute & secundum perfectionem, quia toto illo tempore praecedenti, quo verborum forma proferebatur, fuit forma illa causa in ordine ad instans consecrationis ultimum, & toto illo tempore sacerdos dicitur consecrare accipiendo consecrationem pro actione tendente ad conuersionem, licet in ultimo instanti, & non antea sit ibi corpus Christi, secus accipiendo illam pro termino illius prolationis verborum, in quo est definitio panis, & inceptio essendi corporis Christi in hoc sacramento, nam sic non est verum dicere quod toto tempore praecedenti sacerdos consecrat, quia isto modo conuersio fit in instanti ultimo tantum, eod quod tunc tota forma prolatio completur. ¶ Ex hac conclusione secunda, & ex dictis in hoc notabili pro eius intelligentia elicitur non esse hanc conuersionem conuersionibus naturalibus similem, siquidem naturales non in instanti fiunt: haec autem in instan-

¶

instati. Quocirca, omnino est supernaturalis, & sola Dei virtute effecta. Ex hoc rursus inferitur, quod in hoc sacramento diuina virtute tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini in tota substantiam sanguinis Christi, quod per actionem agentis naturalis neutiquam fieri posset. Hæc nanque differentia sollet assignari inter agens naturale & ipsum Deum, quod agens naturale non potest producere nec destruere materiam, sed tantum supposita materia, pelere vnam formam & introducere alteram, vt ignis expellit ex aqua frigus, & inducit calorem per alterationem, & excludendo formam aquæ, introduxit formam ignis, quæ est generatio, itaque remanet commune subiectum sub vtraque forma, scilicet materia prima. Deus autem, quia nullo genere aut differentia limitatur, sua virtute infinita non solum potest facere, vt diuersæ formæ in eodẽ subiecto sibi succedant, sed & conuersionẽ totius entis, & cuiuslibet eius partis: nepe, vt tota substantia vnius rei, quatum ad materiam & formam, conuertatur in substantiam alterius, & hoc agitur diuina virtute in hoc sacramento: quo fit vt appelletur transubstantiatio. Hoc corollarium habetur in Synodo Tridẽtina, sessione. 13. de sacramento eucharistiæ. c. 2. Si quis, inquit, dixerit in sacrosancto eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis & vini vnã cū corpore domini nostri Iesu Christi & eius sanguine, & negauerit mirabilem illam & singularem conuersionem panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manẽtibus dumtaxat speciebus panis & vini: quam quidem conuersionem catholica ecclesia aptissimẽ transubstantiationem appellat, anathema sit. Quod dictum est multoties in hac difficultate: scilicet manere species panis & vini post consecrationem, quamuis nõ maneat substantia panis & vini: habetur diffinitum in omnibus locis quæ ad sta-

abiliendã conclusionem adduximus, & maximẽ in c. Species. & c. Nos autẽ. de consecratione. distin. 2. vbi dicitur. Nos autem in speciebus panis & vini quas videmus, res inuisibiles, id est carnẽ & sanguinem adoramus, quod non parum prodest fidei merito: nam vt ait Gregorius, fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Et notato, quod huiusmodi species eadem notitiam sensitiuam producant in sensu post consecrationem quã antea producebant, quando panis & vini substantiæ inhærebant, & naturale est eis, dum in hoc sacramento existunt, per miraculum sine subiecto generare notitias substantiarum, earum in quibus præfuerãt, ac si eisdem inessent, non solum in sensu, verum etiam in intellectu, & proinde ex natura sua habent producere iudicium in intellectu quod illic est panis & vinum, nisi quod per fidem impediuntur, & intellectus corrigitur in Christiano ne credat illic esse panem & vinũ. Et sciendum est hic quod cum apud Diuũ Augustinum (cuius verba canonizatur de consecra. dist. 2. cap. Qui manducat) reperitur, Panis est corpus Christi, Calix sanguis, & cum etiam apud Ambrosium lib. 4. de sacramentis. cap. 4. (cuius verba referuntur de consecra. distin. 2. cap. Panis) legitur. Quomodo autẽ potest, quod panis est, esse corpus Christi? & respondet, consecratione. Non sunt huiusmodi loquutiones extendendæ, nec in vfu à nobis recipiendæ, sed potiùs explicandæ, scilicet quod vel intelligatur verã esse ratione accidentium, quia sub speciebus panis est corpus, vel quia exterius ratione ipsarum specierum apparet panis, vel corpus fit ex pane, quia præpositio Ex nihil aliud dicit, quam ordinem inter terminum à quo, & terminũ ad quem, vel quia est panis cœlestis & diuinus. Hæc tamen præpositio, de, vt de pane fit corpus Christi, propriè & in rigore loquendo nullo pacto est concedenda, & sic D. Tho. 3. p. q. 75. art. 8. non

D. Greg.

D. Aug.

Ambro.

D. Thom.

vult

vult illam concedere, quia hæc præpositio, de, designat causam consubstantialitatem, quæ quidem consubstantialitas extremorum in transmutationibus naturalibus, attenditur penes conuenientiam in subiecto, quod in hac mirabili conuersione non contingit, sed quoniã hæc præpositiones, de, & ex, nonnunquam in sacris literis eidem æquipollent, ac conuertuntur (nã cõceditur Christũ natũ esse de virgine & ex virgine, cõceptũ esse de Spũ sancto, & ex Spũ sancto, de patre, & ex patre natũ ante omnia secula) idẽ secundum quandam similitudinem absque errore loquutiones huiusmodi possunt concedi, scilicet, quod panis fit corpus Christi. Sicut Diuus Ambrosius vbi supra concedit & alibi. Similiter concedit ex pane fit corpus Christi: oportet tamen, vt nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in vniuersali hoc quod sub speciebus panis continetur, sub quibus prius continebatur substantia panis, & postea corpus Christi.

Ambro.

¶

XIII. DIFFICULTAS.
Vtrum totus Christus contineatur sub vtraque specie panis & vini?

Hic difficultati per aliquot conclusiones non insufficienter respondetur, præmissa tamen quadam distinctione: videlicet aliquid esse in hoc sacramento dupliciter: nempe aut ex vi sacramenti, id est ex vi formæ verborum, aut ex naturali concomitantia. Tunc est prima conclusio. Omnino necesse est considerari secundum fidem catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento sub vtraque specie. Hæc conclusio habetur expressè in concilio Florentino, & in concilio Tridentino, sessione 13. cano. 1. & in bulla Martini quinti, quã approbat Conci. Constan. & de consecra. dist. 2. cap. Qui manducant, & cap. Omnia, & in c. Firmiter de summa Trinitate & fide cathol. Colligitur etiam hæc conclusio ex more ecclesiæ aqua-

Pri. conclus.

Conci. Flo.

Co. Trid.

¶

liter adorantis sanguinem ac corpus, quod nisi sub vtraque specie totus esset Christus, non faceret. Secunda conclusio. Ex vi formæ humani, Hoc est enim corpus meum, solum corpus continetur: sanguis autẽ, anima, & diuinitas, ex reali concomitantia. Similiter ex vi huius formæ, Hic est enim calix sanguinis mei, tantũ sanguis continetur, at verò concomitãter corpus, anima, & diuinitas. Hanc conclusionem tenet D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 1. & 2. Et quod ex vi huius formæ, Hoc est enim corpus meum, non contineatur sanguis, neq; ex vi huius formæ, Hic est enim calix sanguinis mei, contineatur corpus, secundum catholicã fidem est tenendũ. Dicitur enim in conc. Latera. Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinẽ, & in conc. Florent. etiã dicitur, quod virtute ipsorum verborum substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur. Probatur, nã formæ in hoc sacramento id efficiunt, quod significant, sicut in cæteris sacramentis: significat autẽ forma ista, Hoc est enim corpus meum, quod ibi sit corpus, & nihil dicit de sanguine. Igitur ex vi formæ solũ est ibi corpus. Quãuis enim verũ sit, quod omnia quæ sunt in hoc sacramento, sint ibi virtute verborũ, & ratione formæ sacramentalis: nihilominus tamen ex cõmuni theologorum vfu illud tantũ dicitur ibi esse ex vi sacramenti, quod in ipsa forma verborũ formaliter exprimitur, & quod est immediatus terminus conuersionis. Et annotare hic primo oportet, quod corpus impræsentiarũ non accipitur pro materia cũ forma corporeitatis, vt vult Scot. in 4. dist. 11. quæstio. 3. cum non detur talis forma quia alias omnis mutatio esset accidentalis, siquidem adueniret enti existenti in actu, nec accipitur pro sola materia prima existente sub quantitate; vt vult Gab. lect. 42. super Canon. & Aegidius Romanus Theoremate. 28. & sequent. sed accipitur, vt illud accipit Arist. pro corpore

2. Conclu.

D. Tho.

Con. Late.

Cõci. Flo.

¶

¶

Scotus

Gab.

Aegid.

Aristo.

L

pore

pore physico organicas partes habente, composito ex materia & forma substantiali rationali date esse corporeum, vt expresse tenet Diuus Thomas. 3. par. quæstione. 75. articulo. 6. in corpore, & in solutione ad. 2. vbi dicit, quod terminus ad quem est substantia in actu, & nõ sola materia, aut sola forma. Cui subscribunt Durand. distin. 10. quæstio. 2. & Palud. distin. 11. quæstio. 3. quod quidẽ manifestum esse ex eo liquido constat, quod cum in transubstantiatione terminus à quo & ad quem eiusdem rationis esse debeant, quoniam est transitus à substantia in substantiam, & terminus à quo sit substantia completa panis fit, vt etiã terminus ad quem sit substantia completa corporis Christi, & non sola materia prima, nec cũ forma corporeitatis, nec sub quantitate. In hac enim conuersione mirabili totum transit in totum, nõpe materia in materiam, & forma in formam. ¶ Annotare oportet: secundò, quod hic non sumitur corpus pro viuo, neque pro mortuo, nec pro mortali, nec immortalis: sed simpliciter corpus prout verba sonant, siue viuum, siue mortuũ siue passibile, siue impassibile. Similiter in forma consecrationis sanguinis nihil dicitur de corpore. Quod autẽ cætera contineantur concomitanter, & ex eisdem concilijs Florent. & Trident. vbi supra liquet. Totus enim Christus sub specie panis, & totus sub specie vini continetur. ¶ Et probatur, Nam cum sit viuum corpus Christi, sine anima ei vnita post resurrectionem minimè reperiri potest, quia Christus resurgens ex mortuis, iam moritur. ¶ Item, quia si duo sunt realiter coniuncta, vbicumque est vnum, ibi est alterum, nisi vnum illorũ eminentiorem modum existendi habeat: ob id enim licet diuinitas ratione suã infinitatis sit vbique: non tamen humanitas ei coniuncta est vbique, sed solum est verum, quod vbicumque est humanitas diuinitati coniuncta, est etiã diuinitas, vt in coelo & in altari. Nun-

D. Thom.

Palud.

¶

¶

¶

¶

quam igitur corpus sine anima sibi vnita post resurrectionem reperiri poterit. ¶ Secus autem esset in triduo mortis Christi, quando anima à corpore realiter fuit separata. Tunc enim si hoc sacramentum celebraretur: re vera non adesset anima corpori, neq; ex vi sacramenti, neque etiam ex reali concomitantia: & eadem ratione, nempe quia in rei veritate corpus erat seiunctum à sanguine (tenendo vt tenendum est, quod totus sanguis fuit effusus & à corpore separatus) si tunc fieret consecratio, neutrum esset sub speciebus alterius, etiam concomitanter secundum potentiam ordinariam, secus secundum Dei absolutam potentiam. Nec obstat huic nostræ secundæ assertioni id quod obijci solet: videlicet quod si nihil continetur sub vna specie quod non sit sub altera, tunc consecrato pane, superflua esset consecratio vini (non inquam obstat) quia decuit vt seorsim fierent duæ consecrationes, tum ad representandum Christi passionem, in qua sanguis à corpore fuit separatus: quare in eius consecratione mentio fit effusionis sanguinis, tum etiam quia vsui sacramenti hoc congruit: scilicet vt sumeretur sub forma cibi & potus, ex quibus alimentum constat.

Tertia conclusio. Carnem esse in hoc sacramentum ex vi formæ verborum, minimè dubitare licet. Hac conclusio probatur, nam pollicitus est nobis Christus carnem suã dare in cibum Ioan. 6. Caro mea, inquit, verè est cibus. Præterea, quia cum in hoc sacramentum accipiatur corpus pro corpore physico organico habente partes heterogeneas, id est diuersa membra ad diuersa officia, vt accipit Aristoteles in. 2. de anima: quando dicit animam esse actum corporis physici organici potentia vitam habentis, & vt accipit apostolus 1. Corin. 12. oportet, quod in Christi corpore caro, & ossa, & alia huiusmodi claudantur. Præterea, quia canit ecclesia

¶

3. conclus.

Ioan. 6.

Arist.

1. Ad Cor.

12.

lia

fia. Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit. Et alibi, Quibus sub bina specie carne dedit & sanguine, &c: vbi caro accipitur p corpore includete prædicta: scilicet neruos, & omnia alia. Præterea, quia Christũ reliquisse nobis corpus suũ pro alimento spiritali, liquido constat ex Ioã. c. 6. At verò corpus quatenus corpus aptũ ad manducandũ nõ esse, sed quatenus caro est, nemo ambigere valet: ex vi igitur formæ verborũ existunt in hoc sacramentum caro, ossa, & nerui, & ita tenet D. Th. 3. p. q. 76. art. 1. ad. 2. ¶ Et probatur ratione euidenti, nam quia istæ partes integrales corporis humani sunt perfectæ, & omnino in actu, & non in potentia, idcirco sunt sub specie panis ex vi verborũ formæ. Aliæ verò partes vt sunt quatuor humores quamuis sint in actu: quia tamen sunt in potentia, vt ex illis aliæ fiant, tantum sunt in hoc sacramentum per concomitantiam. Item, partes integrales ille primo loco appositæ sunt de necessitate humani corporis, non autem appositæ in secundo loco, saltem sanguis, qui inter humores præcipuus est, & idcirco sanguis & cæteri humores concomitanter sunt in hoc sacramentum, caro verò, ossa, & nerui ex vi verborum. ¶ Nec solum sunt ista ibi ex vi verborum, verum etiam accidentia quæ ad esse carnis, neruorum, & ossium requiruntur. Attamè accidentia, seu dimensiones corporis Christi, vt quantitas, & alia, sunt in hoc sacramentum solum indirecte & concomitanter, sicut diuinitas & anima, & nõ ex vi consecrationis, quando quidem accidentia panis & vini non conuertuntur in accidentia corporis & sanguinis Christi.

Ioan. 6

D. Thos

¶

Annotare hic opus est, quod si quis attentaret consecrare in triduo mortis Christi, quamuis non esset illic ex vi consecrationis, nec ex concomitantia sanguis (vt diximus) nec etiam caro viua cum anima: tamen adesset ibi caro. Eadem nanque caro quæ fuit sepulta, est

A in hoc sacramentum, vt ex Ambrosio habetur de consecr. distin. 2. cap. Re vera. Quando enim dicitur quod in hoc sacramentum est caro, abstrahitur à carne viua & mortua (vt diximus) ¶ Et cũ enim caro seu corpus sit sub speciebus panis ex vi sacramenti tantum, non autem viuum, aut mortuum, passibile, vel impassibile, sed duntaxat per concomitantiam, fit, vt si corpus Christi in sua natura extra sacramentum sit viuum, in sacramentum sit etiam viuum, & si extra sacramentum sit mortuum, in sacramentum sit etiã mortuum, & si extra sacramentum sit passibile, & in sacramentum, & si impassibile, etiam in sacramentum sit impassibile. Signãter diximus eadem caro, nam quamuis caro & corpus Christi nõ fuerit eadem forma informatum, siquidem ante mortem anima rationali, post mortem verò forma cadaueris, quia cum secundũ fidem verè Christus fuerit mortuus, fateri necessum est, animam à corpore fuisse separatam, ac subinde successisse ei formam cadaueris, cum corruptio vnus sit generatio alterius: attamè vere fuit eadem caro & idem corpus propter diuini suppositi identitatẽ, cum corpus non habeat esse corpus à forma tanquam à parte sibi intrinseca, sicut homo habet esse ab anima rationali. ¶

Quarta conclusio. Christus est in tota hostia totus, & totus in qualibet parte specierum panis vel vini, quantumcunque minima, dummodo in ea conseruetur species illorum. Hanc conclusionem habent omnes sancti D. Aug. in sermone dominicæ quintæ post Epiphaniã, & refertur de consecratione. distincione. 2. c. singuli. ¶ & cap. Qui manducant. & Hilarius cap. statim proximo, vbi pars, & adducit exemplum de manna. de quo legitur Exodi. 10. & 1. Corin. 8. Quod neque qui plus colligerat habuit amplius, neque qui minus parauerat, reperit minus, sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt. Et Concilium Florentinum,

Ambro.

¶

¶

4. conclus.

D. Aug.

Hilar.

Exod. 10.

1. Ad Cor.

8.

Cõc. Flor.

L 2

&

Con. Trid. & Trid. sess. 13. cano. 3. Eam quoque tenet
 Alex. Alen. vniuersi doctores. Alex. Alen. 4. p. q. 40.
 Bonauen. membr. 3. art. 5. Bonauen. d. 10. q. 2. & D.
 Tho. 3. p. q. 76. art. 3. & Caie. in hunc lo-
 cum Tho. Postremo eam tenet vsus
 Ecclesie quae vnam hostiam in plures
 communicantes distribuit, tantum sin-
 gulis tribuens quantum omnibus. ¶
 5. conclus. Quinta conclusio. Et si forsan sunt, qui
 dicant non esse erroneum asserere, quod
 ante fractionem non sit totus in qualibet
 parte: eod quod Ecclesia non videtur
 determinasse totum esse in singulis par-
 tibus, nisi quando frangitur: sic enim le-
 gitur in conc. Flor. & Triden. sub qua-
 libet parte, separatione facta, totus est
 Christus. Et in cap. Singuli, hoc tantum
 habetur quod in singulis portionibus
 dum sumitur, totus est Christus, & non
 habetur definitum, quod ante diuisionem
 totus Christus est sub qualibet parte ho-
 stiae, nihilominus (vt inquit Soto in. 4. di-
 stin. 10. q. 1. art. 3.) Ego dicere non aude-
 re minoris esse erroris, negare totum esse
 in singulis particulis ante fractionem,
 quam post fractionem. ¶ Tū, quia est
 concors omnium theologorum senten-
 tia, Christum esse in hoc sacramento per
 modum substantiae. Cum autem substā-
 tia panis post diuisionem tota esset in
 tota hostia, & tota in qualibet parte il-
 lius, consequens fit, vt etiam corpus Chri-
 sti ante diuisionem sit totum in qualibet
 parte, tum etiam, quia vt Alex. Alen. &
 Bonau. vbi supra dicunt. Quemadmo-
 dum anima rationalis est tota in toto,
 & tota in qualibet parte, sic etiam Chri-
 stus, & c. tum verò, quia in cap. vbi pars
 sine discrimine aliquo dicitur, vbi pars
 est corporis est etiam totum, tum deni-
 que, quia eadem ratio videtur militare,
 ac conuincere: nepe, quod sit totus Chri-
 stus in singulis particulis ante fractionem
 sicut post, cum non fiat virtute fractionis
 huiusmodi existentia sub singulis parti-
 culis. Existentia namque corporis in sa-
 cramento non est naturalis, sed miracu-
 losa per diuinam virtutem: fractio autē

A illa non est actio nisi humana, ergo exi-
 stentia corporis sub qualibet particula
 non est virtute fractionis, sed virtute cō-
 secrationis. Diuina enim virtus in sacra-
 mento, non nisi per vim consecrationis
 operatur, consecratio igitur fecit, vt sub
 singulis particulis esset corpus, & non
 fractio. Hac enim ratione vtitur Inno. Inno.
 cen. 4. lib. de mysterio Missae. c. 8. Et con-
 fir. quia cum peracta diuisione non ite-
 retur consecratio fit, vt si post diuio-
 nem Christus totus sit in qualibet par-
 te, etiam ante diuisionem. ¶
 B Sed oritur hic paruum dubium, sup-
 posito, qd tota quantitas corporis Chri-
 sti sit in hoc sacramento, quomodo sit
 ibi? Et priusquam proposito dubio re-
 spondeamus duas hic opiniones appo-
 nere opus est, quarum prima fuit Ochā,
 qui cum teneat quantitatem non distin-
 gui à re quanta, sed esse modum quen-
 dam se habendi substantiae, consequen-
 ter etiam in tractat. de eucharistia. cap.
 29. & in. 4. distin. 10. quæst. 4. asserit non
 esse in hoc sacramento verum corpus
 Christi, nec in illo habere veram quan-
 titatem, quā habet in coelo, nec in quan-
 tum extendit partes subiecti in ordine
 ad se ipsas, nec in quantum in ordine ad
 locum. Secunda sententia est Durandi
 in. 4. distinctione. 10. quæstione. 2. dicen-
 tis, quod cum substantia non habeat fa-
 cere partium extensionem in ordine ad
 locum nisi mediante quantitate, si cor-
 pus Christi in hoc sacramento ponere-
 tur absque quantitate, facile quisque in-
 telligere posset quomodo totus Chri-
 stus sit in tota hostia & totus in quali-
 bet parte eius, quod tamen secundum
 Diui Thom. sententiam difficiliter in-
 telligitur, & concludendo dicit, Impos-
 sibile esse, quod corpus Christi in hoc
 sacramento veram quantitatem habe-
 re possit, quoniam id quod alicui rei ex
 natura sua conuenit, illa manente, per
 nullam potentiam ab illa separari po-
 test, vt quod sit homo, & non sit ratio-
 nalis: quantitati autem ex natura sua cō-
 uenit

uenit extendere partes subiecti in or-
 dine ad locum, cum sit illi intrinsecum.
 Sed his duabus opinionibus omisis
 6. Conclu. Sit sexta conclusio in ordine, per quam
 dubio à nobis proposito sufficienter
 respondetur, scilicet quod totam quan-
 titatem quam corpus Christi habet in
 coelo: habet etiam in hoc sacramento.
 D. Thom. Hæc conclusio est expressa Diui Tho-
 mæ sententia. 3. par. quæstio. 76. ar. 4. &
 lib. 4. contra gentes. cap. 63. & sequen-
 tibus. & Alexan. Alen. vbi supra arti. 4.
 & Scoti dist. 10. q. 1. ar. 2. Ricardi. quæst.
 2. Marfilij. q. 7. arti. 1. Gabrielis lectione
 43. super canonem, imò Bonauen. vbi
 supra credit oppositam sententiam esse
 proximam errori, & Alex. Alen. esse er-
 roneam absolutè affirmare ausus est,
 cui Dominicus à Soto astipulatur.
 7. Conclu. Septima conclusio. Quauis omnes
 partes Christi sint simul in qualibet par-
 te hostiae, sed non sunt simul inter se.
 Hanc conclusionem tenent vnanimi-
 ter doctores adducti pro præcedentibus
 conclusionibus. 4. & 5. Et probatur, quia
 corpus Christi in hostia est extensum,
 & membra Christi non sunt simul, sed
 separatim sicut in coelo. Habet namque
 corpus Christi in ordine ad seipsum eaf-
 dem omnino differentias, quas in coelo,
 vt videlicet sit caput supra pectus, & pe-
 ctus supra ventrem. Attamen in ordine
 ad locum, & ad species panis, non ha-
 bet talem ordinem. Quo fit, vt quomo-
 docunque hostiam vertas, nunquam fu-
 turum sit corpus supinū, nec resupinū,
 neque frontem ad nos vertat. Duo nan-
 que in corpore officia quantitas habet:
 nempe intrinsecum, quod quidem in se-
 parando ponendoque partem extra par-
 tem subiecti, ita vt caput sit seiunctum à
 manu, & manus à pede, consistit. Alterū
 extrinsecum, quod in extendendo par-
 tes in situ in ordine ad locum, consistit,
 ita vt vna pars corporis sit extra locū,
 in quo est alia. Et licet secundum offi-
 cium ex primo naturaliter oriatur: Deus
 tamen in hoc sacramento supernatura-

A liter & per miraculum facit, vt quanti-
 tas primum officium exerceat, non autē
 secundū. Et ratio huius est, quia corpus
 Christi in hoc sacramento non est mo-
 do quātitatiuo, sed per modū substātiæ,
 id est non correspondet vna pars specificæ
 naturæ vni parti quātitatiuæ hostiæ, &
 altera alteri, sed integritas naturæ ita est
 sub totis dimensionibus, vt etiā integra
 natura sit sub qualibet parte dimensio-
 nū, & hoc est esse indiuisibiliter & sub-
 stācialiter, & non quātitatiuè, seu diuisibi-
 liter: hoc est extēse, sicut quātitas locati
 coextēditur quātitati loci. Diuisio nāq;
 dicit ordinē ad locum, substātia verò ex
 natura sua tota cōtinetur in parua quan-
 titate, imò & in pūcto. ¶ Et quidē quod
 primū officium in hoc sacramento quā-
 titas exerceat, multipliciter ostēditur, pri-
 mo, quia corpus Christi est organicū (vt
 D. Th. loco citato ar. 3. ad. 2. dicit) & idē
 officium ponēdi in subiecto partem extra
 partē, ordinemq;, atq; extensionē inter
 ipsas partes cōstituēdi inseparabile esse
 ab ipsa quātitate, nemini in dubiū veni-
 re potest, cū sit de eius essentia. Secūdo,
 quia si corpus Christi in hoc sacramēto
 quātitatē non haberet, omnes partes ef-
 sent inuolutæ atq; cōfusæ. Tertio, quia
 cū terminus cōuersionis panis in corp⁹,
 & vini in sanguinē Christi in hoc sacra-
 mento per se & ex vi formæ verborum
 sit substātia corporis & sanguinis Chri-
 sti: quātitas autē nec ex vi sacramēti, nec
 per cōuersionē alterius in ipsam, sed per
 accidēs ratione substātiæ, cui realiter est
 cōiūcta sit terminus, fit, vt per diuinā po-
 tētiā ipsa quātitas primū officium exerce-
 re valeat, non autē secundū. Situs namq; &
 partiū positio in ordine ad locū & ad spe-
 cies sacramētales, cū de essentia ipsius
 quantitatis non sit, per diuinam poten-
 tiam ab illa separari potest, quod quidē
 exemplo manifesto videtur ostēdi,
 quoniam si corpus aliquod poneretur
 in vacuo: corpus illud partiū positionē
 in ordine ad se haberet, non autem in
 ordine ad locum, cū illic tunc non es-

set locus. Sic igitur Deus in hoc sacramēto de facto supernaturaliter fecit, vt quātitas exerceat primum officium, non autem secundum (vt dictum est.) Per hanc iam facillē fundamentum Durandi euellit, atque diruitur, ac subinde ratio illius soluitur. Non enim sic naturaliter, & intrinsecus quantitati competit partes subiecti in ordine ad locum extēdere, sicut esse indiuisibile & extensum cōuenit animæ rationali. Ex dictis colligitur apertē, corpus Christi in hoc sacramento non esse per seipsum in loco: nam substantia (vt diximus) non est in loco nisi ratione suæ quantitatis. Cū ergo corpus Christi non sit subiectum specierum panis, nec habeat aliquā colligationem cum illis, sicuti habebat panis, nec accidentia ipsius corporis Christi sint in sacramento, nisi per concomitantiam, atque adeo ad modum substantiæ, fit, vt licet panis ratione suæ quantitatis esset in loco, corpus tamen Christi non sit per se in sacramento localiter (per se inquam) nā per accidens ratione alienæ quantitatis, non est negandum quin corpus Christi in sacramento sit in loco, vt difficultate sequēti liquebit. Hinc rursus elicitur, corpus Christi in sacramento nec esse circumscriptiuē, nec diffinitiuē, quia non est illic per suam quantitatem aut virtutem limitatus, sed per conuersionem panis in ipsum. Sic nanq; est in sacramento, vt virtute illius non repugnet simul esse in cœlo & in alijs altaribus. Est tamen diffinitiuē in cœlo: quia illa quantitas illo finitur, & terminatur loco, cui quantitati ex natura sua non competit in maiori esse aut in pluribus simul. Itē non est circumscriptiuē, quia non est ad mensuram suæ propriæ quantitatis, quæ est maior quàm hostia. Quod autem sit in loco adæquato hostiæ, non est nisi quia (vt diximus) incipit illic esse per conuersionem panis in ipsum. Et hæc est omnium doctorū sententia. Postremo euidenter ex dictis elicitur, modū existendi corporis Christi

in hoc sacramento omnino excedere capacitatem nostri intellectus. Vnde Innocen. 3. lib. 4. de mysterio Missæ, loquens de modo ineffabili existēdi Christi in hoc sacramento ait, Nouit ille qui fecit quo modo fit hoc, ego quod residuum est igne comburo. Nam credere iubemur: discutere autem prohibemur, & infra alia multa possunt inquiri, quæ tamē melius est intacta relinquere, quàm temere diffinire. Damascenus etiam li. 4. orthodoxæ fidei. cap. 14. Sicut inclusio (inquit) Dei intra virginis vterum est ineffabilis, est tamē veraciter ita modus quo in hoc sacramento totus Christus cum tota quātitate sua existit in qualibet parte hostiæ est ineffabilis: est tamen verus. Et sicut quærenti virgini quomodo fiet istud? respondit angelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & c. itaque nō dixit ei modum: sic in præsentem, silentium est quod hoc mysterium veneratur, cū hoc esse miraculū ex præcipuis nostræ fidei, omnibus perspicuum sit. Quo circa per hoc, quod captiuemus intellectū in obsequium fidei, contenti esse debemus, dummodo intelligamus hoc non implicare contradictionem, esseq; Deo possibile iuxta verbum angeli ad virginem, Non erit impossibile apud Deum omne verbum, & sciamus soluere hereticorū argumēta, sicut illa quæ faciūt in materia de trinitate & incarnatione.

XIII. DIFFICULTAS.

Vtrum Corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento?

Ad hanc difficultatem per aliquot cōclusiones respondetur, & earum prima sit. Corpus Christi per se localiter in hoc sacramento minimē moueri potest. Probatur, quia (vt in præcedenti difficultate diximus) non est per se in loco, nec est in loco commensuratiuē modo quantitatiuo, ita vt partes quantitatiuæ corporis Christi

correspondeant partibus quantitatiuis hostiæ, ergo non potest per se moueri, nec transire de vna parte in aliam. Itē, quia impossibile est idem per se moueri & quiescere: corpus autem Christi in cœlo quietum residet, igitur non est in sacramento mobiliter per se.

2. conclus.

Secunda conclusio. Ad motū hostiæ, mouetur per accidens localiter, vt quādo hostia eleuatur, aut defertur ad infirmum. Hanc conclusionem tenet Diuus Th. 3. p. q. 76. art. 6. & Marsilius in. 4. q. 7. ar. 3. Et ratio est manifesta, nam semper motis nobis, mouetur ea quæ sunt in nobis, vt anima mouetur ad motum corporis. Nec me latet Scotum in. 4. distin. 10. q. 6. & Durandum ibidē. q. 3. contrariam tenere sententiā, nempe quod corpus Christi prout est in hoc sacramento nec per se nec per accidens potest moueri. Nec enim (inquiunt) cū sacerdos mouet species deferendo sacramentum ad infirmum, aut eleuando hostiā mouet corpus Christi, sed nihilominus conclusio ista D. Tho. ab omnibus est amplectenda & colligitur apertē ex capit. Firmiter. de summa Trinitate & fide catholica. Diffinitur nanque illic, q; corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter cōtinētur, veram ergo esse vnionem inter species sacramentales continētes & corpus Christi contentum (inhærentia seclusa) fateri necessū est, ac proinde motis per se speciebus absque nouo miraculo corpus Christi per accidens moueri oportet. Item, quia cū corpus Christi post consecrationem esse sub his speciebus ad modū, quo ante illā ibi erat substantia panis nemini dubitare liceat, fit consequens, vt sicut sacerdos tūc sub substantiam panis mouere poterat: ita nūc corpus Christi sub eisdem speciebus illi succedens. Nec obstat ratio ab Scoto & Durando pro sua sententia facta, quia corpus Christi in hoc sacramento nec habet coniunctionem cū speciebus naturalem accidentis ad subiectū, nec ma-

D. Thom. Maffi.

Scot. Duran.

D. Thom.

Scot. Duran.

teria ad formam, nec aliam, quàm voluntariam habitudinem præsentis ipsius corporis, ad species, videlicet, quia propria voluntate seipsum voluit præsentē facere. Non ergo mouetur per accidens, siquidem ad motum per accidens aliqua colligatio inter id quod per se mouetur & id quod ad motum illius mouetur, necessaria est. (Non inquam obstat hæc ratio) cū fundamentum illorum sit falsum, quoniam de lege ordinaria etiam si propria voluntate se fecit præsentem hoc instituendo sacramentum: attamen hac institutione supposita, factaque conuersione, statim est ibi vnio inter corpus Christi & sacramentales species, quæ quamuis non sit accidentis ad subiectum, nec materiæ ad formam, nec naturalis: est tamen sacramentalis, & per modum nature, scilicet continētis ad rem contentam, quæ sufficit ad hoc, vt mouens continens moueat contentum saltem per accidens. Dicere nanque quod corpus Christi mouetur in hoc sacramento à solo Deo præterquam, quod merè voluntariè dictum videtur, eò quod nulla necessitas est, vt illud immediatē moueat, si quidem omnia Deus mediātibus causis secundis operatur, nec est in huiusmodi motu nouū aliquod miraculum. Præter hoc (inquā) negant isti doctores comunē loquendi modum totius ecclesiæ. Omnes enim Christiani vnanimiter confitentur sacerdotem corpus Christi eleuare, illud que ad infirmos deferre. Item quia nihil est à quo sacerdos impediri possit, quo minus illud mouere queat, maximē cum in hoc sacramento sit per modum substantiæ, & nec habeat pondus, nec Christus resistat sacerdoti mouenti in quantum Deus nec in quantum homo. Non obstat quoq; ratio quam facit Durandus quia alias idem corpus numero posset simul & semel moueri duobus motibus contrarijs, vt si in eodē tēpore sint duo sacerdotes celebrātes, quorū alter sursum eleuet hostiā, alter verò deprimat deorsum.

sum. (Non inquam obstat) quia nullum est inconueniens, quod res aliqua duobus contrarijs motibus moueatur, vt si Petrus eleuet vnum brachium & alterum deprimat. Tunc enim certum est animam Petri duobus motibus contrarijs, per accidens moueri. Sed nota est latissimum discrimen inter motum, quo panis mouebatur, quando erat sub illis speciebus, & motu quo corpus Christi sub illis mouetur: nam panis, quia est proprie in loco ratione proprie quantitatis, ideo per se mouetur: non quidem ad motum suae quantitatis, imo quia substantia mouetur, quantitas mouetur, licet extensio quantitatis sit ad motum corporis requisita: at verò, non quia corpus Christi mouetur, mouetur species panis, quia non sibi insunt ac adheret, sed quia mouetur species, ipsum mouetur. Et quauis corpus Christi moueretur in caelo, non ideo moueretur in sacramento per se nec per accidens, cum mouere dicat ordinem ad locum, quem in sacramento non habet. Non enim quiescente hostia, corpus mutaret locum, & eadem ratione quauis loqueretur in caelo, non loqueretur in sacramento, quia hoc etiam dicit motum linguae, nec si in caelo stat, sedet, aut recubit, tales situs habet in sacramento in ordine ad locum. Non enim in sacramento est capax istarum praedicationum, nec etiam prout est in sacramento potest recipere species, vt oculo corporali videat, vel audiat nos. Et eadem ratione non potest videri nec audiri à nobis, quia haec specierum multiplicatio ordinem dicit ad locum. Haec sententia est contra Scotum, qui in 4. dist. 10. quaestione. 5. ait, Omnem operationem quae conuenit Christo in caelo, conuenire illi in sacramento. Hoc tamen solum habet verum in operationibus spiritalibus, vt intellectus & voluntatis: hoc est non solum quia intelligit, & vult in caelo, sed quia per se potest intelligere & velle in sacramento: & ratio est, quia illae actiones nec requirunt, nec

Scot.

dicunt ordinem ad locum, & eadem ratione si tempore passionis fuisset seruatum corpus Christi in sacramento quod Christus consecrauit, dum extra sacramentum flagellabatur in propria specie & non flagellabatur, nec vulnerabatur in sacramento, cum hoc ordinem ad aliquid extrinsecum dicat, vulnus tamen & liuorem atque dolorem inde causatum haberet in sacramento propter reale concomitantiam. Dolorem enim tunc sentiret in sacramento: esset tamen dolor ille innatus, sed non illatus conuenit illi illic: id est, non potest illi inferri, potest tamen innatum sentire si in propria specie inferatur: atque eadem ratione dum anima separata fuit à corpore, separata etiam fuisset in sacramento (erat enim idem in cruce & in sacramento) quare quando moriebatur in cruce, etiam moreretur in sacramento, quia huiusmodi actiones non dicunt ordinem ad locum. Mors enim non dicit ordinem ad extra, sed ad interna: hoc est separationem animae à corpore, quae potest accidere in sacramento per passionem susceptam in propria specie, non tamen habet verum in operationibus corporalibus. Passio namque, quam sustinuit in propria specie per quam mortuus est, non potest ei accidere in sacramento, cum passio dicat contactum à circumstanti corpore: nec potuit mori per passionem quam recepit in sacramento. Similiter prout est in sacramento, non poterat irrideri, conspui, crucifixi, flagellari, & caetera huiusmodi, sed solum in propria specie: licet enim idem in substantia sit in propria specie & in sacramento, non tamen eodem modo, quia non existit in sacramento modo passibili, vt tunc erat in propria specie, sed impassibili. Haec de potentia naturali & ordinaria intelligenda sunt. Secus de potentia absoluta, quoniam de ea non est negandum quin corpus Christi prout est in hoc sacramento pati ab agente naturali possit: vt in operationibus miraculosis liqui-

liquido constat. Creaturam namque corporalem, vt est instrumentum Dei, agere in creaturam spiritualem posse, certissimum est, quando quidem ignis per Dei potentiam detinet, ac detorquet animas in inferno & in purgatorio. Tertia conclusio. Neutiquam corpus Christi potest etiam per accidens alijs motibus moueri, vt motu calefactionis, frigectionis, aut corruptionis, &c. ad motum specierum panis. Ratio est, quia actio naturalis minimè sequi potest, nisi sit contactus interagens & patiens. Cum ergo corpus Christi non sit in sacramento modo quantitatio, nec accidentia inhaereat illi tanquam subiecto, (vt dictum est) nec quantitas illa specierum panis extendatur in ordine ad locum, consequens fit, vt aliquam mutationem physicam in se recipere non possit. Non enim sequitur, quod licet quantitas panis frigeat, vel caleat, corpus Christi sic afficiatur per se, nec per accidens. Quoniam est ibi per modum substantiae. Sicut enim anima, quia est in corpore, motu corpore, mouetur per accidens, calefacto autem corpore, aut percusso, non calefit, nec percutitur anima, cum sit ibi per modum substantiae tota in toto, & tota in qualibet parte: ita licet corpus Christi per accidens ad motum specierum moueatur localiter: non tamen alijs motibus ob eandem rationem mouetur. Nec ex eo quod frangitur quantitas, sequitur quod corpus frangatur: bene tamen per accidens frangitur denominatione extrinseca. Cum enim dicitur de consec. dist. 2. cap. Ego Berengarius, quod corpus Christi in sacramento sacerdotis manibus tractatur, & frangitur, & diuiditur, ac inter plures distribuitur, & dentibus atteritur, & deglutitur: omnia referuntur ad species ipsas panis, sub quibus per accidens corpus dicitur atteri, frangi &c. Sed quauis ita dixerit Soto, nempe, quod corpus Christi per accidens frangitur & diuiditur: melius tamen meo iudicio loqui-

3. Conclus.

E

Soto.

atur D. Thom. 3. p. q. 76. ar. 6. & in 4. dist. D. Tho. 12. q. 1. ar. 3. quoli. 1. ad primum, & in corpore & Bonauen. eadem dist. q. 1. arti. 7. ad primum, & est communis Theologorum sententia, quod quauis per accidens corpus Christi moueatur, nullo tamen modo diuiditur, aut frangitur. Imò etiam si verè manducetur, prout manducatio importat traiectionem ex ore ad stomachum ad motum specierum: non tamen manducatur per accidens, prout manducatio importat attritionem cibi, & masticationem. Probatur, nam de Christi corpore partes non facimus, quia est indiuisibiliter in hoc sacramento. Est enim diuersa ratio de motu locali, & de fractione, quoniam Christus verè continetur sub speciebus, quando est in altari, respectumque tunc habet ad locum, non quidem ratione sui, sed ratione specierum, & cum inde ad infirmum deferretur verè est in domo infirmi, & habet respectum ad talem locum ratione specierum, & idcirco verè mouetur per accidens, quia hoc non ponit aliquam passionem in illo: at vero in fractione, & diuisione vera reperitur passio. Et ad argumentum quod ex confessione Berengarij fit, sufficienter respondet D. Tho. ubi supra ad tertium, nempe quod fractio illa tantum ad species sacramentales est referenda (vt diximus.) Ita quae illae solae sunt quae franguntur, non autem ipsum corpus Christi. Sic namque locus ille Pauli. 1. cor. 10. intelligendus est, cum dicit, Panis quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est? Confessio autem Berengarij admissa est à patribus sub illis verbis fractionis, & attritionis, eò quod ille negabat praesentiam veram & realem corporis Christi sub sacramento, vt autem illam expressè confiteretur, ac nulla cauillatione subterfugere posset (vt mos est hereticorum) compulsus fuit fateri, quid dentibus fidelium frangatur, atque atteratur, cessante verò huiusmodi causa, non sic est loquendum. Similiter quauis corruptis speciebus,

L 5 panis

Soto.

panis, desinat esse corpus Christi sub illis, non tamen corrumpi per accidens per hoc dicitur, vt Soto concedit, sicut nec ego per hoc, quod desino esse in hoc loco dicor corrumpi, sed quia desinunt esse illae species per corruptionem desinit esse sub illis corpus Christi, ipsum tamen non desinit esse, cum esse habeat indeficiens, sicut Deus cuius esse est indeficiens, desinare esse dicitur in aliqua creatura corruptibili, per hoc quod ipsa creatura desinit esse: ita Christus, cum esse indeficiens, & incorruptibile habeat de se, corruptis huiusmodi speciebus panis, desinit esse sub illis, & ipsis manentibus, semper manet contentus sub eis, & etiam si mus vel canis hostiam consecratam deglutiret, substantia corporis Christi non desineret esse sub illis. **E** Sed solet hic moueri dubium, vtrum Christus in hoc sacramento aliquam operationem in exteram materiam transeuntem habere possit, vt mouere species sacramentales, calefacere manum, aut os sacerdotis &c. Cui dubio hac quarta conclusione in ordine respondetur, scilicet, quod nec potentia corporalis Christi, neque spiritualis anime eius naturaliter potest mouere rem exteriorem. Hae conclusio quo ad primam partem adeo est nota, vt probatione non indigeat. Est enim ibi Christus indiuisibiliter per modum substantiae in ordine ad locum. **Q**uoad secundam vero & si Scotus vbi supra q. 7. huius secundae partis nostrae conclusionis contrarium teneat, cum dicat, quod eo modo quo angelus lapide mouere potest spiritualis potentia anime Christi etiam rem exteriorem mouere valet, quia anima separata, vel coniuncta corpori glorioso virtutem motiuam habet, sicut angelus, nisi adsit impedimentum: nihilominus tamen tanquam verissima etiam quo ad secundam partem tenenda est conclusio. Ratio enim Scoti facile diluitur, quoniam secundum D. Tho. prima par. q. 117. art. 4. inter angelum & animam est differentia, nam

4. Conclu.

Scotus.

D. Thom.

angelus aliena corpora mouere potest, anima autem solum corpus, quod informat mouere valet: verum est tamen, si anima Christi potentia super naturali, quam ex vnione ad verbum habet ad miracula facienda vt voluerit, optime quidem poterit, sed iam tunc non naturaliter, sed supernaturaliter operabitur.

XV. DIFFICULTAS.

Vtrum corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato?

Hic difficultati quatuor conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Sine miraculo, scilicet naturaliter loquendo, nullus corporalis oculus (Christi oculo excepto) potest videre corpus Christi in Eucharistia, & modum existendi illic, nec etiam si sit oculus corporis glorificati. Hanc conclusionem tenet D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 7. & Scotus in 4. distin. 10. q. 5. & q. 9. & Marsilius. q. 7. ar. 3. & Durand. distinctione eadem q. 4. Et probatur tripliciter, primo quidem quia cum corpus Christi in hoc sacramento non sit modo quantitatio, neque extensionem habeat in ordine ad species sacramentales, neque in ordine ad earum locum (vt dictum est) sed sit indiuisibiliter per modum substantiae non potest multiplicare species per aerem, quae oculum corporalem tangunt, quod tamen requiritur, vt corporalis oculus videre possit. **E**t eadem ratione punctus, & angelus videri nequeunt oculo corporali. Secundo, quia modus existendi corporis Christi in hoc sacramento est supra totam naturam. Neutiquam igitur naturaliter ab oculo corporali videri poterit. Tertio, quia cum huiusmodi modus existendi non sit quantus, nec coloratus, nec lucidus, sitque extra obiecti corporalis oculi latitudinem sit,

1. Conclu.

D. Thom. Scotus. Marfi. Durandus

E

Ocham. Gab.

Phi

Phi

Scotus. D. Thom.

Phi

2. Conclu.

D. Thom.

fit, vt ab oculo corporali percipi nequeat, imò nec à sensu interiori, scilicet imaginatiua, vel phantasia, quod quidem liquido constat, cum nihil ad sensum interiori peruenire queat, nisi prius in exteriori extiterit. Quauis enim corpus Christi in hoc sacramento sit. quantum & per sua organa distinctum: non tamen in ordine ad species, & ad locum (vt dictum est): Quo factum est, vt minimè fides sit adhibenda. **O**cham. q. 5. & Gabrieli lectione 45. super canonem asserentibus, quemlibet oculum naturaliter posse corpus Christi in hoc sacramento videre, nisi à Deo impediretur (vt fides locum habeat). **Phi** De potentia tamen absoluta, nihil obstat quod Deus possit producere notitiam intuitiuam corporis Christi in aliquo oculo corporali, obiecto ipso scilicet corpore non concurrente per species: quia cum species concurrant in genere causae efficientis, & quicquid potest facere per causam secundam efficientem, possit se solo: sine illis poterit Deus producere, atque conseruare notitiam intuitiuam. **E**t ita tenet Scotus vbi supra q. 9. & D. Thom. nam bis dicit, Nisi forte supernaturaliter. Sentit igitur, quod per potentiam diuinam oculus corporeus Christum in hoc sacramento videre possit. **Phi** Dixi in conclusione quod nec etiam si sit oculus corporis glorificati (Christi oculo excepto) quia non est simile de alio oculo glorioso, eò quod etiam ipse oculus Christi est sub ipso sacramento, in quo non conformatur ei alius oculus gloriosus. Signanter etiam dixi, oculus corporalis: nam ab intellectu beati poterit videri. Est namque per modum substantiae corpus Christi in Eucharistia: substantia autem ab intellectu videri poterit. **2. Conclu.** Secunda conclusio. Quauis corporalis oculus Christi videat se ipsum sub sacramento existentem, non tamen potest ipsum modum existendi quo est sub sacramento videre. Hanc conclusionem tenet D. Tho. 3. p. q. 76. arti. 7. & ibidem

A Caietanus. Ratio primae partis huius conclusionis est, quia corpus Christi diffundere potest species vsque ad ipsummet Christi oculum. Quauis enim quantitas corporis Christi non facit extensionem in ordine ad partes specierum hostiae & loci, siquidem ad corpora extrinseca nullum ordinem, nec proportionem habet: facit tamen extensionem inter ipsas partes corporis Christi (vt dictum est) ac ex consequenti aliae partes ab oculis diffundere possunt species, vsque ad ipsummet Christi oculos. Secunda vero pars huius conclusionis probatur, quia modus ille existendi corporis Christi in hoc sacramento, est spiritualis: igitur ab oculo corporali videri minimè potest. **3. conclus.** Tertia conclusio. Neque intellectus hominis viatoris, neque angelicus, per sua naturalia potest cognoscere modum illum existendi, nisi per fidem, imò neque etiam anima Christi secundum veriorē sententiam potest cognitione naturali intueri illum modum existendi sui ipsius in sacramento, & mysterium incarnationis, sed lumine gloriae qua perfruitur. Hanc conclusionem tenet D. Tho. supra, & ibidem Caietanus contra Scotum in 4. distin. 10. q. 9. & contra alios scholasticos nominales, asserentes non solum animam Christi, verum etiam intellectum angelicum, & quoscunque intellectus separatos non dependentes in intelligendo à rebus sensibilibus, posse intelligere lumine naturali modum existendi corporis Christi in Eucharistia, nisi impediatur à Deo. Probatur etiam haec nostra conclusio contra istos. Nam modus iste existendi, modus est omnino supernaturalis, sicut & vnio hypostatica ad verbum. Cum ergo intellectus anime Christi sit creatus, & quicumque alius (intellectu diuino excepto) consequens sit, vt hunc existendi modum intelligere non possint lumine naturali: quia res sicut se habet ad esse, sic se habet ad cognosci. **4. Conclu.** Quarta conclusio. Ab intellectu beato

Caietan.

3. conclus.

D. Thom. Caieta. Scot.

4. Conclu.

to angeli vel hominis, & a fortiori ab intellectu Christi, per visionem diuinæ essentiae videtur modus iste existendi corporis Christi in hoc sacramento. Hæc conclusio ostenditur manifesta ratione, nam hæc visio in beatis correspondet fidei visioni, quam habuerunt in via viatores, ut illud Psalmi verificetur. Sicut audiuius, sic vidimus in ciuitate Dei nostri, videtur ergo modus iste existendi à quocunque intellectu beato. Præterea, quia obiectum quod per se est supernaturale, à supernaturali intellectu percipitur, qualis est Deus, & ab eo qui eius lumen participat, ut est intellectus beatus, vera ergo est conclusio. Et animaduertere hic opus est, quod signanter dixi in conclusione, Ab intellectu beato: nam dæmones non solum non vident istum modum existendi corporis Christi in sacramento, sed neque ipsum corpus Christi intuitiue, sicut angeli beati vident in verbo, sed dumtaxat abstractiue per coactam fidem. Et sciendum est hic, quod licet Scotus in 4. dist. 10. q. 8. pro opposita sententia huius nostræ quartæ conclusionis à Thomistis adducatur, nam dicit, quod beati non vident hoc mysterium in verbo per visionem diuinæ essentiae: crediderim tamen ego ipsum nequiquam velle negare, quod beati aliquas in verbo creaturas videant maximè, cum D. Aug. dicat angelos duplicem creaturarum cognitionem habere, nempe alteram matutinam, qua eas in verbo vident, alteram autem vespertinam, qua eas in proprijs naturis per species inditas cognoscunt, quod etiam Scotus admittit vbi supra q. 5. Solum igitur Scotus (meo iudicio) dicere voluit, non esse de ratione beatitudinis videre hoc mysterium, vel aliam quacunque rem creatam in verbo, sed tantum essentiam diuinam, & tres personas, cum obiectum beatitudinis sit ipse Deus secundum se. Quod euidenter comprobatur ex eo, quod si per possibile, vel impossibile quis Deum solum videret, esset beatus.

Dicente D. Aug. Beatus est qui te scit, etiam si alia nesciat. Nec hoc est contra D. Tho. Siquidem non dicit, quod videre hoc mysterium sit de essentia beatitudinis: sed solum, quod vident illud beati per visionem diuinæ essentiae. Cum enim beati videant in verbo omnia mysteria gratiæ & fidei nostræ, & inter omnia præcipuum sit Eucharistiæ mysterium, fit consequens, ut de facto illud videant, quod Scotus, Gabriel, & alij non negant: differunt tamen à Thomistis in hoc, quod ipsi dicunt, quod videre reliqua omnia in verbo pertinet ad beatitudinem accidentalem: Thomistæ autem ad essentialem, licet secundario, quia primario spectat ad beatitudinem ipsam essentialem videre Deum. §

XVI. DIFFICULTAS.

C Vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro vel puer, sit ibi corpus Christi.

Respondeamus supponere oportet distinctionem bimembrem, scilicet, bifariam apparitionem illam euenire posse, vno modo nulla circa species mutatione facta, sed solum ex parte videntium, quorum oculi immutatur, ac si exterius carnem, vel sanguinem vel puerum viderent. Et indicium quod ex parte obiecti non fiat mutatio est, vel quia aliquibus illa figura apparet, aliquibus verò minime, sed hostia ut antea: vel quia modo apparet & statim disparet, nec hoc ad aliquam attinet deceptionem, ut in magorum præstigijs euenit, eò quod tales species in oculis diuinitus formantur, non quidem ad fallendum, sed ad aliquam veritatem indicandam, videlicet verè Christum in hoc sacramento existere, sicut Christus apparuit discipulis euntibus in Emaus ad fidem suæ resurrectionis astruendam. Alio modo potest talis caro & puer representari non per solam immutationem oculorum videntium, sed specie, quæ videtur realiter exterius

terius existente, cuius indicium est, quod non quibusdam præcise, neque ad horam illa apparitio fit, sed cunctis, & in longum tempus: & tunc sunt qui arbitrantur veram carnem & sanguinem corporis Christi esse, quæ in propria forma oculis subiicitur. Hoc tamen est expresse contra D. Tho. cum teneat non esse veram carnem illam apparentem. Probat, primo, quia cum corpus Christi videri in propria specie nequeat, nisi vbi est diffinitiuè, & dumtaxat sit diffinitiuè in cælo, fit ut simul non appareat alibi vera caro, cum idem corpus esse in duobus locis simul diffinitiuè non possit. Secundo, quia sicut corpus gloriosum apparet, ut vult, ita subinde vbi vult disparet. Lucæ enim ultimo habetur, quod euauit dominus ex oculis discipulorum: hoc autem quod sub specie carnis apparere solet, diu permanet, quinimo legitur quandoque, multorum Episcoporum consilio in pixide inclusum, & asseruatum, quod de Christo secundum propriam speciem nefas esset concedere, itaque dicendum est fieri huiusmodi apparitionem eo pacto, quod manentibus dimensionibus, quæ prius fuerant, fit circa accidentia immutatio quædam coloris & figuræ, atque aliorum accidentium, ut videatur caro, vel sanguis, aut puer. His sic præhabitis quatuor conclusionibus arbitror me non insufficienter satisfacere posse, & earum prima sit, iuxta primam apparitionis modum, id quod apparet non esse veram carnem & sanguinem liquidum est. Hæc conclusio ostenditur perspicua ratione: quia cum nulla mutatio fiat ex parte sacramenti, & mutatione facta ex parte videntium non desinat illic esse corpus Christi, fit, ut id quod apparet non sit vera caro & sanguis Christi, & hoc habet verum, siue hæc apparitio & immutatio contingat in sensibus interioribus tantum, siue in exterioribus, contingit enim in interioribus, cum species conseruata in memoria sensitiua ad sensum communem veniunt cum tam vehementi ap-

prehensione, ut iurare quis possit se exterius videre, cum tamen non videat, ut sæpius contingit in iamjs ex dæmonum illusionem, & nonnunquam ex cerebri infirmitate, ut in freneticis, nonnunquam verò ex virtute diuina producente species, vel in oculo externo, vel etiam in potentia imaginatiua, quemadmodum in visionibus prophetarum vsuuenit, cuius indicium est, quia tunc etiam si claudantur oculi: nihilominus tamen talis figura apparet, sicut antea: in sensibus autem exterioribus, ut in plurimum contingit hanc apparitionem fieri à Deo ad aliquam veritatem manifestandam, quod quidem fit, vel quia Deus à parte rei producit species visibiles in oculo, etiam si res ipsa à parte rei non videatur, sed Deus suppleat vicem obiecti, vel si Deus idem corpus in duobus locis localiter poneret, quod de potentia absoluta posset facere secundum Alex. Alen. 4. par. q. 44. membro 7. & Scotum distinctio. 10. q. 2. Marsilium q. 7. dubio. 1. art. 3. Gabrielem lectione 46. super canonem, & aliquos Thomistas. Sicut potest ponere duo corpora in eodem loco penetratiue, ut cum Christus exiuit de corpore virginis clauso utero & de tumulo, & cum ingressus est ad discipulos clausis ianuis, & hanc opinionem probabiliorē esse arbitror, vel si hoc non placet, saltē habeantur pro problemate.

Secunda conclusio, Quandiu manet quantitas dimensiuæ quæ fuerat panis, & fundamentum aliorum accidentium remanet corpus Christi sacramentaliter sub illis earum immutatione non obstāte. Hæc conclusio præter hoc quod constat ex dictis, comprobatur manifesta ratione, quia tali apparitione facta, eadē reuerentia exhibetur hostiæ, quæ antea exhibebatur. Manent enim illic accidentia, quæ conseruare substantiam panis sufficerent. Calor namque & figura ad conseruationem panis minimè necessaria sunt. Testatur enim experientia, quod si quis ex pane aliquam faceret figuram pueri,

D. Thom.

Luc. ultim.

1. Conclu.

D. Aug.

D. Tho.

Scot. Gabr.

§

§

Luc. 24.

exterius

Psal. 47.

Scotus.

August.

Scotus.

Alex. Alen. Scot. Marsi. Gab.

2. conclusio.

pueri, & deinde depingeret aliquem colorem, quod maneret ibi aliqua substantia panis. Sic etiam si consecrata hostia appareat caro, aut puer, etiam si immutetur color & figura, manebunt accidentia panis, quae quoadiu manent, manet corpus Christi sacramentaliter, eod quod hoc sacramentum non in usu, ut alia sacramenta, sed in consecratione materiae consistit. Ex quibus liquido elicitur minime fidem esse adhibendam Durando B asserenti in 4. distin. 10. q. 4. non manere corpus Christi sacramentaliter, nec veram carnem Christi in huiusmodi apparitionibus dum species mutantur, sed accidentia carnis in genere sine subiecto, & ideo non esse adorandas species adoratione patriae, sed tanquam reliquias miraculose seruatas. Quod autem huiusmodi apparitiones fiant in sacramento, quamplurimae historiae referunt. Tradit enim Alex. Alen. 4. p. q. 40. membro 3. ar. 4. quod cuidam religioso dubitanti, quomodo totus Christus esset in sacramento, & in qualibet parte, apparuit in eleuatione hostiae puer quidam in magna quantitate. Et in vita Gregorij legitur apparuisse ei digitum in sacramento. Et Paschasius eius diaconus narravit, quod apparuit iterum Christus sub figura iuuenis formosi. Et in linteolis Darocensibus in regno Aragoniae custoditur, adoraturque hostia carnea, & sanguinea.

Tertia conclusio. Quando apparet talis figura carnis, vel pueri non est sumenda hostia a sacerdote. Probatur, quia sacerdos sumere hoc sacramentum sub apparentia, & speciebus panis & vini, eod quod ista sunt magis apta esui humano, quod non contingit quando apparet sub specie pueri, carnis, aut sanguinis: unde non debet illam sumere propter horrorem, sed referuare in pixide, & durabit quoadiu species durauerint, quas posset Deus per infinitos annos conseruare si vellet, an vero ita fiat, nos nescimus. Quo fit, ut si multum temporis interces-

fit, ut naturaliter quantitas non maneat, posset quidem adorari adoratione patriae sub conditione tamen, quia fortasse Deus supernaturaliter conseruat quantitatem: vel possit adorari, sicut adorantur caeterae reliquiae, ut Christivestes, quia aliquando Christus fuit sub illa. Et annotare oportus est, quod dicta de speciebus panis, sunt etiam intelligenda de speciebus vini.

Quarta conclusio. Quando casus huiusmodi contigisset, etiam si sit probabilis, quod non teneretur sacerdos aliam hostiam, siue vinum apponere, & de nouo consecrare, probabilior tamen reputo oppositam sententiam. Conclusio ista est expressa sententia D. Tho. in 4. distin. 10. q. 1. ar. 4. quolib. 3. ad secundum. Et probatur, quia sacerdos consecrans sub vniuersali precepto tenetur sumere sub vtraque specie, ut ex cap. relatum; de consec. dist. 2. constat, quod quidem preceptum non humanum, sed diuinum esse videtur, ut inferius docebimus. Nec excusatur sacerdos ab hoc precepto de integra sumptione sub vtraque specie propter miraculum.

XVII. DIFFICULTAS.

Verum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento?

Ad hanc difficultatem duobus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Per virtutem diuinam & miraculum, accidentia, nempe quantitatem, & alia, sine subiecto in eodem esse in diuiduato (facta consecratione) quae ante consecrationem in substantia panis, & vini habebant, manere in hoc sacramento, non licet dubitare. Hae conclusio diffinitur in cap. firmiter de summa tri. & fid. catho. & in conc. Floren. sub Euge. 4. & in conc. Constan. sessione 8. aduersus Vuicleff. & in conc. Trident. sess. 13. canon. 2. aduersus Lutherum, qui hac nostra tempestate hunc errorem habuit, scilicet accidentia sine subiecto esse non

4. Concl.

D. Thom.

☩

1. conclus.

Coci. Flor. Conci. Const. can. Trid.

non posse. Existimabant enim huiusmodi haeretici, quod est de diffinitione, & quidditate accidentis esse in subiecto, quod falsum & absurdum est, cum suam quidditatem habeat accidens per se. Solum enim verum est, quod conuenit essentiae accidentis, ex natura sua habere esse in subiecto: in sacramento vero non datur accidentibus, ut per suam naturam subsistant, sed (ut diximus in conclusione) per virtutem diuinam illa sustentant, tribuitur illis modus essendi substantiae, videlicet sine subiecto. Hac de re non minus egregie quam diffuse agit Tho. Vualden. in lib. de sacramentis a cap. 76. vsque ad 80. contra Vuicleff. Et hanc sententiam tenet vniuersim omnes catholici doctores, & vniuersa sanctorum testimonia supra citata illam probant, quibus asseritur, conuersionem panis & vini fieri in corpus & sanguinem Christi. Et Thom. Vualden. ostendit vbi supra, non repugnare rerum naturae, ut accidentia sint sine subiecto, eod quod non defuerunt philosophi qui hoc arbitrarentur, ex quibus dum taxat Basilium in suo hexameron homilia 6. hic adducat vbi ait, Lucem illam quae fuit in prima die creata, fuisse accidens sine subiecto. Cui & Damascenus ad stipulatur. Ratio nibus quoque confirmatur conclusio. Prima, quia accidentia panis & vini (consecratione facta) non remanent subiectiue in substantia panis & vini, cum panis & vini substantia secundum fidem non maneat, nec in substantia corporis & sanguinis Christi, quia cum corpus sit gloriosum & impassibile minime huiusmodi accidentibus affici potest. Secunda, quia accidens de subiecto in subiectum migrare non potest. At vero si facta consecratione, esset subiectiue in corpore & sanguine Christi, certum est quod migraret &c. Siquidem ante consecrationem in substantia panis & vini erat subiectiue. Et eadem ratione non potest esse subiectiue in aere & circumstante: tum, quia non mouentur accidentia ad motum

Vuall.

Vuall.

Basilius.

Damasc.

☩

aeris, siquidem ipsis permanentibus potest transire aer, tum vero, quia motu proprio pellunt aerem de loco suo, breuiter dicere quod subiectentur in aere, vel in aliquo alio, crediderim ego haereticum esse, aut haeresi proximum. Tertia, quia quemadmodum corpus humanum in utero virginis Deus sine virili semine formauit, & Adam sine femine produxit de limo terrae: ita quantitatem sine subiecto seruare potest, & de facto in hoc sacramento seruat. Constat namque infinitam Dei virtutem nullatenus a causis secundis dependere. Sciendum est hic, quod non tantum a principio quantitas eget miraculose in hoc sacramento a Deo sustentari, sed semper conseruari: cum esse sine subiecto ei naturaliter non conueniat, sed supernaturaliter. Sed nunquid quantitas sic a Deo conseruata miraculose, est aliorum accidentium subiectum? Pro hoc sit secunda conclusio affirmatiua, nempe quod necesse est dicere accidentia alia, quae remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto in quantitate dimensiuam panis, vel vini. Hae conclusio, & quanuis ad fidem non pertineat, cum ex sacris literis, aut ex concilijs, aut ex Ecclesiae traditione probari nequeat: est tamen manifesta secundum philosophiam naturalem, & metaphysicam: tum, quia apparet ad sensum aliquid illic manere coloratum, & lapidum, alijsque accidentibus affectum: unde nutrire & inebriare possunt, tum etiam, quia est principium indiuiduationis aliorum accidentium: nam facit ut sint indiuisa in se, & diuisa a quolibet alio: quare necesse est, ut sit eorum subiectum, licet enim dum quantitas est in subiecto, solum est subiectum quo mediante substantia recipit alia accidentia, ut superficies est subiectum coloris: nihilominus quando ei datur diuinitus, ut per se sit, subinde tribuitur, ut aliorum subiectum existat, quia habet modum substantiae.

Tertia conclusio. Accidentia illa separata peracta consecratione nullam entitatem

☩

2. conclus.

☩

☩

3. Concl. titas

titatem, nec actū essendi à Deo recipiūt, sed existunt per esse, quod in substantia panis habebant ante consecrationem. Hæc conclusio ostenditur euidenti ratione, quia superfluum profecto, & otiosum esset ponere, quod detur aliquod esse illis de nouo, quoniam aut illud esset substantia & essentialis, aut accidentale, aut mixtum, nullum autem istorū potest dari, ergo &c. Non quidem substantiale, cum iam tota accidentis natura mutaretur: est enim esse substantiale terminus intrinsecus substantiæ. Nec esse accidentale, cum iam antea habeant: nec mixtum, cum sicut ens diuiditur in substantiam, & accidens: ita actus essendi sufficienter diuidatur in actū substantialem & accidentalem, & non detur actus aliquis mixtus.

4. conclus. Quarta conclusio. Formaliter loquēdo possumus concedere aliquid de nouo dari accidentibus virtute diuina præter meram conseruationem. Conclusio ista est Caieta. contra Scotum in 4. dist. 10. q. 1. afferentem, nihil accidentia recipere à Deo per consecrationem præter meram conseruationem. Quod si quaeratur quid sit illud quod eis de nouo additur? facile respondetur, quod illa quæ accipiebant à pane, nempe conseruationem & efficaciam agendi & patiendi, tanquam instrumenta media ad agendum, & patiendum, retinent etiam separata, quod quidem formaliter loquēdo aliquid aliud est, quam mera conseruatio, quanuis dum erant in substantia panis, omnia prædicta agebant tanquam instrumenta quo, separata autem tanquam agentia, quod, non quidem, quæ accipiant de nouo existentiam substantialem, sed quæ habeant modum substantiæ.

5. conclus. Quinta conclusio. Alia accidentia à quantitate, nempe albedo, caliditas, frigiditas &c. illo solo supposito miraculo quod per se existat & conseruetur quantitas sine subiecto, & habeat locū & modum substantiæ, absque nouo miraculo & absque Dei speciali concursu susten-

A tantur in ipsa quantitate. Vnde, huiusmodi qualitates suas operationes, sine nouo miraculo habent, nempe si vinū est frigidum, postquam species illius remanentes post consecrationem naturaliter frigefaciunt, sicut quando erant subiectiue in substantia vini, & sicut vinum lætificat cor hominis ita species, nam iam quod virtute diuina datum est illis speciebus sacramentalibus, vt esse possint sine substantia, etiam conceditur illis, vt agere possint sine nouo miraculo, quia non est necessarium multiplicare miracula, sicut cæcus licet miraculose sit illuminatus: tamen postea naturaliter videt. Similiter præsupposito miraculo, videlicet quod illæ species sacramentales esse habent sine subiecto, quod prius habebant in subiecto, naturaliter corrumpuntur. Item, cum quantitas in sacramento habeat vicem subiecti, potest recipere peregrinas alterationes, vt expulso calore, introducit frigiditas, manentibus semper speciebus quæ possent conseruare panem. Postremò, quia cum accidentia maneant in quantitate, tanquam in subiecto, fit, vt ad corruptionem illius quantitatis, sequatur corruptio ipsarum specierum: vt si species mittantur in ignem, aut per putrefactionem vertantur in puluerem, & tam quantitas, quam alia accidentia corrumpuntur ad modum quo corrumpentur, si essent in subiecto, eò quod eundem modum essendi seruant. Quod quidē verissimum est, sumpta corruptione largè, vt idem sit corrumpi, quod desinere esse, seu mutari ex esse in non esse, & tunc dicuntur species corrūpi & desinere esse, cum substantia panis desineret esse sub illis, si ibi esset, & tam diu conseruantur, & manet Christus sub illis, quam diu maneret substantia panis sub illis, si non esset facta consecratio. Secus autem corruptione strictè, & in rigore sumpta, quæ non contingit, nisi cum interuenit separatio formæ à materia, sicut e contrario non est generatio, nisi cum

cum cōiunctio formæ cum materia adest. Quo fit, vt isto modo non sint dicendæ species sacramentales corrumpi, quādo quidem secundum fidem in illis, nec manet materia, nec forma panis post consecrationem.

6. Conclu. Sexta conclusio. Quod generatur, corruptis speciebus non ex corpore & sanguine Christi, nec ex substantia panis & vini illic remanente, nec ex aere circumstante generatur. Hæc conclusio, quo ad primam partem liquido constat, cum corpus & sanguis Christi sint incorruptibilia & generatio præsupponat corruptionem. Quoad secundam autem nulla indiget probatione. Siquidem per acta consecratione, substantia panis & vini secundum fidem non manent ibi. Quoad tertiam etiam probatur, quia cū ex eo (teste experientia) generetur aliquid quod prius alteratur, & corrumpitur, & nulla alteratio vel corruptio prius in aere circumstante apparuerit, consequitur, vt ex eo non generentur cineres, vel vermes. Nec potest dici quod substantia panis & vini, postquam conuersa est in corpus & sanguinem Christi iterum conuerso in substantiam panis & vini, quod est impossibile, cum tempus quando redeat assignari nequeat, nam (vt dictum est) speciebus manentibus, corpus & sanguis Christi manent, quæ non sunt simul cum substantia panis & vini: manentibus ergo speciebus, substantia panis & vini redire nequit, imò nec ipsis desinentibus esse, quoniam si tunc eadem substantia panis rediret: esset sine proprijs accidentibus, quod etiam est impossibile, quod tamen de potentia ordinaria intelligendum est: nam de potentia absoluta expresse dicit Diuus Thomas. quod in 4. articulo quinto. quod res permanens corrupta, vel annihilata redire potest, & eodem pacto, de potentia absoluta ex aere circumstante posset Deus generare cineres & vermes, substantiamque panis, sine suis accidenti-

A bus producere & conseruare. Non est etiam dicendum, quod in corruptione specierum materia prima panis reuertitur, & ex illa generantur cineres & vermes (vt dicit Innoc. 4. lib. de mysterio missæ. capitu. 13.) Communiter enim hoc refutatur à Theologis præsertim à D. Thom. 3. parte. quæstione. 77. articulo. quinto. & ab Scoto in quarto distinctione. 12. quæstio. 6. Non est insuper dicendum, vt Aegidius Romanus theoremate 44. & 45. dicit, scilicet quod cum vermis generatur, forma illius in quantitate recipitur, quantitasque locum materiæ tenet, vt pars essentialis compositi, ita vt sicut homo constat ex materia & forma: ita vermis ex quantitate & forma substantiali vermis. (Non inquam sic est dicendum) quoniam cū de essentia substantiæ physici sit habere materiam & formam substantialem, fit consequens, vt per nullam potentiam fieri possit, quod vermis constet ex quantitate & forma substantiali, sicut fieri nequit, vt homo constet ex quantitate & anima rationali, quia alias esset omnes rerū naturas peruertere. Item, quia cum actus & potentia in eodem genere esse debeant: & forma substantialis sit actus materiæ primæ cōsequitur, vt actus quantitatis esse nequeat.

7. Conclu. Septima conclusio. Ex speciebus sacramentalibus aliquid generari posse, fateri necessum est. Hæc conclusio euidenti ratione ostenditur, nam (teste philosopho) semper corruptio vnius est generatio alterius, quod ad sensum patet, cum ex hostia combusta generantur cineres, & ex putrefacta, vermes & ex speciebus vini acetum videamus. Quicquid enim posset generari ex materia panis, si adesset, totum generari posset ex prædicta quantitate: quia quantitas illa vicem materiæ gerit. Quo fit, vt dum per actionem ignis quantitas specierum corrumpitur, non annihilatur, quia eius desitio non terminatur in nihilum, sed in generationem ignis: quare ad

M des-

definitionem illius, quæ fit per primum non esse, subsequitur per primum sui esse existentia materiæ informata forma ignis. **E** Datur enim ipsi quantitati in consecratione ipsa miraculosè, quod sit primum subiectum subsequentium formarum, quod proprium est materiæ. Unde communis Theologorum sententia est, quod in ultimo instanti, quo corrumpitur accidentia, producit materia prima substantialis, & illa est quæ recipit formam vermis, & ideo non creatur illa materia, ut scholasticorum communis tenet opinio, præsertim Scotus in 4. distinct. 12. q. 6. ad secundum, quia fit ex quantitate illa, & est ingenerabilis & incorruptibilis, & in isto sensu intelligitur, quod ex quantitate fit generatio, quoniam ex illa producit materia in quâ introducitur forma. Unde, neque est creatio cum non fiat ex nihilo, nec generatio, cum non fiat directè ex quantitate, sed est congeneratio ad sensum positum. Ita tenet D. Thom. 3. p. q. 78. artic. 5. Et Ricard. dist. 12. quæst. 2. artic. 2. Sed adhuc est hic paruum dubium à quo producat materia illa. Cui dubio diuersi doctores diuersimodè respondent, nam Petrus à Palude distinctione 12. quæstione quarta dicit, quod producit ab agente naturali, tanquam à Dei instrumento, & à potentia obedientiali quantitatis virtute diuina. Sed hic dicendi modus refutatur à Caie. quoniam agens naturale non producit subiectum in quo agit, sed illo supposito agit, sicut ignis supponit lignum, cum illud comburit, & ideo Caie. ponit alium modum dicendi, videlicet, quod cum ex speciebus sacramentalibus corruptis aliquid generatur, talis generatio fit per conuersionem quantitatis in materiam primam virtute prioris miraculi, ita quod ipsa quantitas transeat in materiam primam, taliter ut sit verum dicere, quod ipsa quantitas, quæ prius disponebatur per calorem ignis, eadem est facta materia prima, quæ recipit formam substantialem

vermis aut cineris. Arbitratur enim, quod sicut supra docuimus hanc esse veram, Quod erat panis, est corpus Christi: ita impræsentiarum fit verum dicere, illa entitas quæ erat quantitas, corruptione specierum facta, iam est materia prima. Sed hic modus dicendi Caietani non recipitur à cæteris thomistis, imò Dominicus à Soto reputat illum impossibilem & intelligibilem. Tertius modus dicendi est, quod sicut substantia panis conuertitur in corpus Christi, itaque sicut in consecratione ad panis definitionem, & ex vi ipsius definitionis succedit ibi substantia corporis Christi: ita in specierum corruptione desinit esse quantitas, & ex vi definitionis incipit ibi esse materia prima. Sic enim videtur seipsum D. Tho. explicare, vbi supra ad tertium, cum dicit, quod quantitas transit in substantiam & dimensionem, quia accipit miraculosè vim & proprietatem substantiæ. & in ar. 6. dicit, quod species sacramentales possunt conuerti in substantiam aliquam, quæ ex eis generatur & in corpus humanum, & hunc modum dicendi sequitur Capreolus in quarto distinct. 12. quæstion. vnica ad argumenta contra tertiam conclusionem, & Dominicus à Soto super hunc locum D. Tho. quorum sententiæ ego libenter subscribo, quoniam per hunc dicendi modum multiplicatio miraculorum euitatur. Quia quantitas quando à principio incipit per miraculum existere à Deo sine subiecto: accipit etiam virtutem substantiæ, ut virtute diuina posset conuerti in materiam. Hoc namque modo generationis naturalis similitudo saluatur, nam sicut in illa idem quod prius disponebatur ad formam, postea recipit illam: ita in presenti quantitas quæ ad sensum disponebatur per agens naturale recipit formam vermis vel cineris, non quod agens naturale sua actione faciat illam miraculosam conuersionem quantitatis in materiam, sed quod habeat se ad illam tanquam causa sine qua non, non corrupendo quantitatem. Nam Deus solus est, qui quasi ex lege, & ex pacto virtute prioris miraculi facti in consecratione operatur conuersionem illam quantitatis in materiam primam etiam non dispositam, nec hoc est mirum, cum consequatur ad primum miraculum. Vel potest dici, quod quia quantitas vicem materiæ habet quantum ad agere & pati, & ipsa est quæ disponitur, atque in materiam conuertitur, perinde est ac si materia per se esset disposita. Sic enim saluatur, quod forma in materiam dispositam introducatur, non quidem in se, sed in quantitate, quæ eius vicem gerit, in illamque conuertitur. Possumus etiam dicere, ut dicunt peripatetici, quod in naturalibus forma in materiam nudam introducitur, & in instanti introductionis, licet virtute dispositionum præcedentium in passo introducatur forma substantialis in genitum: omnes tamen corrumpuntur, aliæque illis similes de nouo producantur quas forma de nouo adueniens secum affert, & sic dicitur in materiam nudam introduci cum respectu tamen ad præuias dispositiones, quoniam si illæ non præcessissent, neutiquam talis introduceretur forma. Et ita impræsentiarum quauis quantitas sit disposita per dispositiones præcedentes: attamen in instanti, quo cineres vel vermes generantur, corrumpuntur, & alijs similibus disponitur materia, quæ de nouo producit, & sic forma dicitur introduci in materiam nudam respectu dispositionum præcedentium, dispositam tamen dispositionibus illis, quas secum adducit.

corrupendo quantitatem. Nam Deus solus est, qui quasi ex lege, & ex pacto virtute prioris miraculi facti in consecratione operatur conuersionem illam quantitatis in materiam primam etiam non dispositam, nec hoc est mirum, cum consequatur ad primum miraculum. Vel potest dici, quod quia quantitas vicem materiæ habet quantum ad agere & pati, & ipsa est quæ disponitur, atque in materiam conuertitur, perinde est ac si materia per se esset disposita. Sic enim saluatur, quod forma in materiam dispositam introducatur, non quidem in se, sed in quantitate, quæ eius vicem gerit, in illamque conuertitur. Possumus etiam dicere, ut dicunt peripatetici, quod in naturalibus forma in materiam nudam introducitur, & in instanti introductionis, licet virtute dispositionum præcedentium in passo introducatur forma substantialis in genitum: omnes tamen corrumpuntur, aliæque illis similes de nouo producantur quas forma de nouo adueniens secum affert, & sic dicitur in materiam nudam introduci cum respectu tamen ad præuias dispositiones, quoniam si illæ non præcessissent, neutiquam talis introduceretur forma. Et ita impræsentiarum quauis quantitas sit disposita per dispositiones præcedentes: attamen in instanti, quo cineres vel vermes generantur, corrumpuntur, & alijs similibus disponitur materia, quæ de nouo producit, & sic forma dicitur introduci in materiam nudam respectu dispositionum præcedentium, dispositam tamen dispositionibus illis, quas secum adducit.

XVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum possit aliquis liquor vino consecrato commisceri, & tali mixture facta, an esset totum vinum

consecratum, an tantum pars, an nihil?

PRO huius difficultatis elucidatione annotare opus est, quod potest permisceri, vel liquor eiusdem speciei, puta vinum, vel alterius, ut aqua, idemque in magna, vel in parua quantitate. Tunc est prima conclusio quæ directè difficultati respondetur. Alius liquor vino consecrato permisceri potest, sicut ante consecrationem. Hæc conclusio experientia constat, quod si alius liquor adiungeretur vino consecrato permisceretur ei.

Secunda conclusio. Si vino consecrato admisceatur tantumdem aquæ, vel alterius liquoris, non manebit ibi Christi sanguis. Ratio huius conclusionis est, quia iam non manet species vini.

Tertia conclusio. Si vino consecrato misceatur vinum non consecratum eiusdem speciei, & maxime si esset diuersarum qualitatum, ut album, & rubeum in quantitate sufficienti, non manet ibi sanguis Christi. Hæc conclusio verissima est, sed tamen intelligenda est, quando per multum temporis curricula, & per motum maximum fieret perfectissima commixtio, taliter ut pertingeret ad totum vinum consecratum (quod quidem raro contingere solet) tunc enim iam non manerent partes vini consecrati unitæ: quia essent dispersæ, & esset aliud vinum numero. Quo fit, ut si fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quod non possit diffundi per totum, sed vsque ad aliquam partem specierum, desinet sanguis Christi esse sub illa parte vini consecrati: remanebit tamen sub alia, ut dicit D. Thomas. 3. par. q. 77. artic. 8. in fine corporis artic. 1.

Annotare tamen hic oportet, quod si vinum, vel alius liquor post consecrationem mittatur in calicem, non transit in sanguinem, neque sanguini commiscetur, miscetur tamen

D. Thom. speciebus sacramentalibus : secundum nanque has dimensiones tangit sanguinem Christi, non autem secundum proprias dimensiones eius. Ita dicit expresse **D. Thom.** ubi supra ad secundum & tertium.

De effectibus Eucharistiæ.

XIX. DIFFICULTAS.

Utrum per hoc Eucharistiæ sacramentum conferantur aliqui effectus illud digne suscipientibus?

Con. unic. 1. Effectus. **H**ic difficultati vnica conclusio-
ne affirmatiua respondetur: nempe quòd sex sunt effectus quos confert, & eorum primus est cauere gratiam, de quo habetur Ioan. c. 6. Panis què ego dabo, ait Dominus, caro mea est pro mundi vita, & qui manducat me, viuet propter me, & nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Vitam autem spiritualem nemo, nisi per gratiam adipiscitur, igitur confert gratiam. Habetur etiam de hoc primo effectu diffinitum in conc. Floren. & in conc. Ephes. in cõfessione fidei, & adducitur de consecratione distinct. 2. cap. necessariè. ubi dicitur, quòd accipimus carnem viuificantem, verbum Dei vnies seipsum propriæ carni, fecit ipsam viuificatiuam. Item, quia dispensantur sub forma cibi & potus, Caro, inquit, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quo fit, vt omnes effectus quos corporeus cibus, & potus exhibet in vita corporea, præstet & hoc sacramentum in spiritali vita: nempe sustentare, augere, reparare, & delectare. **¶** Vnde **Ambr.** libro 5. de sacramentis. capit. quarto. inquit, Iste panis est vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Et hoc idem dicunt **Cyrillus, Chryso. D. Aug.**

A super Ioann. capit. 6. & **D. Thom.** super **D. Thom.** Matthæum. capit. 26. in illa verba, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, & insuper **Innocent.** 4. lib. de mysterio missæ. capit. vltimo. Per hoc manet iam explosa, aut confutata hæresis illa Messalianorum asserentium, nihil prodesse, aut lædere hoc sacramentum. Quâ hæresim tutatur Armeni, vt eis impingit **Guido Carmelita**: verum est tamen, quòd hi à Messalianis in hoc diuiduntur, quia dicunt soli corporis saluti prodesse, licet concordi sententia omnes asseuerent nihil prodesse animæ, vt tradit **Alfonso à Castro.** lib. de hæresi. verbo Eucharistiæ. Hæresi 8. **¶** Ex loco præallegato Ioan. cap. 6. manifestè colligitur, non solum gratiam cõferre hoc sacramentum, verum etiam primam gratiam, si quidem viuificare habet. Sicut enim ignis, eò quòd ex se continet calorem, ex se habet etiam illum conferre, vt **D. Thom.** inquit in 3. p. q. 79. ar. 1. ad 1. ita ex se habet hoc sacramentum conferre gratiam, quia eam continet, imò & eam auget in existenti in gratia, itaque fit homo ex iusto iustior. Annotanda tamen sunt hic tria. Primum, quòd hoc sacramentum ex se virtutem habet conferendi gratiam, scilicet primam, quia homo iustificatur, & ex iniusto fit iustus, quia nemo sine eius susceptione, vel in re, vel in voto potest illam suscipere: videlicet, vel in voto proprio, vt habent adulti, vel in voto Ecclesiæ, vt paruuli dũ baptizantur. Cum enim hoc sacramentum sit finis baptismi, sicut baptismus susceptus in re concurrat ad primam gratiam, ita & hoc sacramentum concurrat in voto quod illic includitur. **¶** Continet enim hoc sacramentum ipsum Christum, vt causam primariam omnium bonorum, quæ nobis conferuntur, & passionem illius, vt secundariâ in illo representatâ, eò quòd ab illa omnia sacra sua habeant virtutem. Quocirca necesse est, vt qui per susceptionem aliorum sacramentorum in re, vel in voto susceptorum iusti-

iustificatur, in voto & virtute huius iustificetur. Sicut enim qui ex riuulo appetit bibere, vel actualiter bibit, dicitur appetere & bibere ex fonte: ita qui suscipit alia sacramenta, appetit suscipere istud, & ex illo tanquam ex fonte bibere, cum sit fons & origo omnium bonorum, atque finis ceterorum sacramentorum. **¶** Secundum est, quòd dum in re suscipitur, eadem gratia augetur. Vnde, hoc sacramentum, in voto quidem, per se conferre habet primam gratiam, in re verò non nisi augmentum, sed per accidens ratione dispositionis suscipientis: scilicet, quia accedit attritus, putans se esse contritum, confert dum suscipitur, primam gratiam. **¶** Sed ex se in re susceptum non habet eam conferre, sed potius illam supponit, quia est sacramentum viuorum. **¶** Tertium, quòd hoc sacramentum differt à confirmatione: quia illic augetur corroboraturque gratia ad propugnandam fidem contra exteriores impugnationes hostium Christi: hic verò ad sustinendam perficiendamque spiritualem vitam, vt homo perfectius, tanquam per spirituale alimentum adnetur Christo, in ipsumque magis ac magis conuertatur. Ex his attentè colligito, desiderium & votum Eucharistiæ nõ sufficere ad conferendam gratiam eius sacramentalem. Est enim regula in omnibus, vt hoc etiam comprehendatur, vniuersalis, quòd gradus gratiæ qui correspondet sacramento, nunquam nisi in re suscepto confertur. Et ideo admonendi sunt maxime parochiarum sacerdotes, ne ex quacunque leui causa omittant buccellam infirmis porrigere, fraudantes eos illo gradu gratiæ, quam virtute operis sacramenti reciperent. Grauius enim falluntur putantes, idem esse adorare & suscipere, nisi quantum ad præceptum implendum. Canones enim qui referuntur de consecratione distinctione 2. desumpti ex **Augustino**, scilicet, credere in Iesum Christum, hoc est manducare, & crede, & manducaisti: so-

A lum de illa manducatione intelliguntur, quæ est de necessitate salutis. Ad salutem enim sufficit hoc sacramentum suscipere in voto, si tamen per susceptionem baptismi, aut poenitentia, aut veram contritionem, alias sit homo in gratia. Vnde, si infirmus non sit, nisi tantum attritus, nunquam per adorationem sacramenti fiet contritus, nec recipiet gratiam potius quam dum sanus adorat in Ecclesia. Aduerte tamen, quòd quando vomitus, vel alia irreuerentia timetur, tunc saluti infirmi præferenda est reuerentia sacramenti, atque adeò non est ministrandum, vt optinè dicit **Soto** in 4. distinctione 11. quæstione 2. artic. 1.

Sed nunquid ratione huius sacramenti datur æqualis gratia ex opere operato omnibus sumentibus? Pro hoc est conclusio affirmatiua, imò nec maior confertur recipienti illud sub vtraque specie, quàm sub vna suscipienti. Nam alioquin maiorem hostiam suscipienti, maior gratia daretur: quod absurdum esse constat. Quod si non recipitur maior gratia ratione maioris quantitatis cõtinuæ: igitur nec ratione maioris quantitatis discretæ, cum sub vtraque specie, videlicet panis & vini sit vnicum sacramentum. Præterea, quia si maior gratia daretur sub vtraque specie, quàm sub vna, populus cui mater Ecclesia tantum sub vna specie, scilicet panis dat hoc sacramentum, priuaretur magna gratia sacrificij.

Sed nunquid conferre gratiam est effectus genericus Eucharistiæ? Pro hoc dubio est conclusio affirmatiua. Hæc conclusio manifesta ratione ostenditur, quia omnia sacramenta habent hunc effectum præstare, quodlibet tamen habet suum effectum sacramentalem peculiarem & effectus peculiaris huius sacramenti est cibare spiritualiter. Habet nãq; Eucharistia cauere quo ad vitam spirituale, omnè effectum in suscipientibus dignè, quæ materialis cibus & potus cau-

fant quo ad vitam corporalem, nempe A sustentare, augere, nutrire, reparare, & delectare, & ob id Euangelista ait, caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, & adhuc amplius, nam latam esse differentiam inter cibum istum Eucharistiæ spirituales, & cibum corporeum liquido patet, eò quòd corporeus cum in se sit mortuus viuificare nequit: at verò spiritualis Eucharistiæ cibus, cum in se Christum, qui est panis viuus, & viuificator, contineat: vitam spirituales animæ præstare valèt. Item, quia cum homo corporaliter mortuus nullum in se vitæ principium habeat, fit, vt nec comedere possit, nec cibus corporeus ab illo sumptus ei prodesse queat: at verò spiritualiter mortuus, quandiu viuuit, aliquod principium vitæ habet, nempe liberum arbitrium, quo cooperari potest Deo, siquidem fidem & spem (licet informem) actusque istarum virtutum, & aliarum, atque bonas inspirationes cum auxilio supernaturali, quæ dispositiones quædam saltem remotæ sunt ad vitam gratiæ habere potest, & ideo attrito sumenti cibum hunc Eucharistiæ prima gratia confertur. ¶ Et annotato hic attentè, quòd Eucharistia non tantum confert gratiam quando actualiter sumitur, & est in ore, & in gutture, verum etiam postquam est in stomacho. Quo fit, vt si aliquis quando actualiter sumebat, esset in mortali peccato, postea verò contritionem haberet antequam species corrumperentur gratiam obtineret, & veram salutem consequeretur. Hoc notabile tenet expressè Caietanus in cõmentar. super terciã part. Diui Thomæ. quæstione. 79. articul. 1. Et probat, quia cibus & potus corporalis quandiu est in stomacho, prodest, sed hoc sacramentum sumitur per modum cibi & potus, & durat in stomacho: ergo toto illo tempore prodesse poterit spiritualiter. Item, quia non paruam iacturam faceret si quis hoc sacramentum recipiendo, non

habuit illam reuerentiam, quæ requiritur ad gratiam recipendam, si quando postea se disponderet, illam non reciperet durantibus speciebus in stomacho. ¶ Eandem sententiam tenet Ioannes Maior in quarto distinctione 9. quæstion. prima. articul. quinto. & Decanus Louanien. articul. vndecimo, de Eucharistia. ¶ Nec me latet Soto vbi supra, tenere contrariam sententiam, inquit nanque solum habere Eucharistiæ suum effectum, dum sumitur, sed mihi magis placet Caietani sententia, & tanquam magis pia. Nec obstat id quòd à tenentibus contrariam sententiam obiicitur, nempe quòd ex Caietan. sententia inferri posset, quòd hac ratione quo quis plures, aut vnam grossiorem, vel maiorem, & plus vini, aut grossioris sumeret, vberiore consequeretur gratiam, eò quòd tunc diutius durabunt species in stomacho tardiusque digerentur, consequens est contra Diuum Thomam. D. Thom. tertia parte, quæstione. 79. articulo septimo ad tertium dicentem. Ex hoc, quòd sacerdos plures hostias consecrat in vna missa, non multiplicatur effectus huius sacramenti: quia non est nisi vnum sacrificium: nihil enim plus est virtutis in multis hostiis consecratis, quàm in vna, cum sub omnibus, & sub vna non sit, nisi totus Christus: vnde nec si aliquis simul in vna missa multas hostias consecratas sumat, participabit maiorem effectum sacramenti. (Non inquam hoc obstat) quandoquidem nec Caietan. nec nos cum illo negamus, quòd omnes cõcedunt, nempe gratiam in hoc sacramento, sicut in alijs non in tempore, aut successiue, sed in instanti infundi, nam quæ admodum consecrationis forma, Hoc est enim corpus meum in vltimo instanti prolationis verborum, suum operatur effectum, videlicet conuersionem panis in corpus, & vini in sanguinem Christi, & sicut cibus corporalis secundum veriorem opinionem non nutrit, aut auget successiue, sed in instanti, quãuis

Ioan. 6.

107. Maio.

¶

¶

D. Thom.

¶

Caiet.

uis alterationes & dispositiones præcedant: sic hoc mirabile sacramentum suum præcipuum effectum, scilicet gratiam, non successiue, nec per partes, sed in instanti, siue in isto, siue in illo, non limitado ad instans in quo sumitur & intrat in stomachum, infundit. Ex quo apertè elicitur nihil interesse vnam, aut plures hostias grossiores, aut tennes sumere, plusque, aut minus caloris stomachum habere, quorù ratione digestio citius, aut tardius fiat, vt hoc sacramentum suscipiens maiorem vel minorem cõsequatur gratiam. Et ad eundem modum, quo cibus corporeus producit suum principale effectum, cum est sufficienter dispositus & causa naturalis debite approximata, & ex parte stomachi recipientis nullum est impedimentum: ita cù hoc sacramentum verè applicatur, nullum interuenit impedimentum ex parte animæ illud recipietis, suum principale effectum, scilicet gratiam causat. At verò non tantum in ipsa sumptione hoc sacramentum applicatur: verum etiã cù est in stomacho, & tollitur obex. Cù enim veritas ipsa dicat Ioan. 9. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi, & homo sit mundus paruus, fit, vt quãto tempore Christus realiter sit in illo, eum pascat, & illuminet, sed existit præsentia corporis Christi in stomacho, do nec species per corruptionem desinunt esse, ergo toto illo tempore prodesse poterit spiritualiter, si tollatur obex. ¶ Secundus effectus huius sacramenti est adeptio gloriæ. ¶ Probat, nã Christus qui in hoc sacramento continetur, per suam passionem, quæ in illo representatur, sempiternæ vitæ aditum nobis pandit, quoniam vt dicitur ad Hebræ. 9. Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, qui vocati sunt, repromissionem æternæ hæreditatis accipiant, & propterea in calicis consecratione dicitur, Hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti. ¶ De hoc effectu dicitur Ioannis 6. capitu. Si quis manducauerit ex hoc

pane, viuuet in æternum: vita autem æterna, vita gloriæ dicitur, ergo adeptionem gloriæ conferre habet Eucharistia. Annotare tamen hic oportet signanter Euangelistam dixisse, viuuet de futuro, non autem viuuit de præsentia, loquendo de vita æterna, quia per hoc sacramentum adipiscimur gloriam, sicut per passionem Christi cuius virtute operatur. At verò passio Christi non statim nos introducit in gloriam, quãuis sit causa sufficiens gloriæ. Prius nanque oportet nos compati Christo in hac vita, si volumus postea conglorificari, vt Paulus ait ad Roman. 8. cap. ita ergo hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit: præstat tamen nobis virtutem, & præbet vires & robur ad perseverandum in bonis operibus vsque in finem, & fortitudinè ad gloriam perueniendi, ¶ quatenus est viaticum subsidium sustentandi spirituales vitam, per quam peruenimus ad gloriam, in cuius figuram legitur 3. Regum. 19. cap. Eliam in fortitudine cibi illius, scilicet subcinerij panis què comedit, & ambulasse quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Oreb, quo celsitudo gloriæ contemplationis designatur: ita christiani dignè hunc panem sumentes, ambulabunt in illius fortitudine vsque ad montem gloriæ, & ob id sancti consulunt, vt frequenter (dignè tamen) suscipiamus hoc sacramentum, si volumus habere vitam in nobis. ¶ Tertius effectus quem confert Eucharistia, est remissio peccati mortalis. Si enim consideretur virtus huius sacramenti secundum se quæcunq; peccata habet remittere ex passione Christi, quæ est fons & causa remissionis peccatorum, vt D. Thom. ait 3. parte. quæstion. 79. art. tertio. At verò, si consideretur per comparisonem ad eum qui recipit hoc sacramentum, distinguendū

Ioan. 9.

2. effectus.

Ad Heb. 9.

Ioan. 6.

Ad Rom. 8.

3. Reg. 19.

3. effectus.

D. Tho.

est: nam vel accedit ad hoc sacramentū cum conscientia peccati mortalis cognita, & scita sine dolore, & huic non tantum non remittitur peccatum, verū etiā peccatum mortale de nouo committit.

1. Ad cor. 11. **1. cor. 11.** Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit. **¶** Cū enim hoc sacramentum detur in nutritionem, eò quòd est cibus viuentiū, quibus solum competit nutrimentū, fit consequens, vt quicumque cum peccati mortalis conscientia accendens ad mensam domini, obicem huic sacramento apponat, tum, quia non viuit spiritualiter: tū verò, quia vniri Christo, tanquam eius membrum nequit, cum tamen iste sit proprius huius sacramenti effectus, **¶** vel ignoranter accedit: nempe quia doluit de præteritis, & proposuit cauere in futurum, itaque secundum humanā probabilitatem, preparat se sufficienter: ad huc tamen manet in mortali propter ignorantiam vel obliuionem peccati illius (propter ignorantiam inquam) quia si sciret, ac in se peccatum agnosceret, doleret de illo & vellet conūteri: tunc nanque iste qui sic accedit, & in re recipit, remissionem peccatorū accipiet, quia iam probat seipsum, vt Paulus præcipit, & non ponit obicem si reuerenter accedat. Et hæc est concors omnium doctorum sententia. Est enim **D. Thom.** in **3. p. q. 79. ar. 3. & q. 80. ar. 4. ad 5. & Bonau. Alex. Alen.** in **4. dist. 9. ar. 3. quolib. 2. & Alex. Alen. 4. p. q. 46. membro. 3. ar. 2. Gabrie. Scot.** in **8. super canonem & Scoti eadem dist. Durandi dist. etiam 9. q. 4. & ibidem Palud. & Capreo. Adria. in 4. tracta. de Eucharistia. ar. 1. Non enim arbitrator posse negari, quòd sic disposito, seu attrito, detur per huius sacramenti perceptionem prima gratia, cum omnia sacramenta faciant de attrito contritum, vt per doctē **D. Tho.** docet super **Ioan. cap. 11. super verbum illud, soluite illum loquendo de Lazaro, & de hoc sacramēto, inquit, quòd cibat quos inuenit viuos sed viuificat quos inuenit mortuos. Nec****

A videtur quomodo aliter possit verificari sententia concilij Flo. asserentis gratiā omnia sacramenta continere, & eam cōferre non habenti. Confirmatur etiam ex illo **Ioan. 6.** Qui manducat me, viuet propter me. **¶** Et qui manducat hunc panem, viuet in æternum, & **Lucę 22.** Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. **¶** Ex quibus omnibus iam constat, quam falsa sit sententia Ioannis Maioris, qui inter Theologos solus in **distin. 9. q. 1. tenuit**, quòd sic accedenti cum peccato ignorato non remittitur peccatū mortale. Falsissima nanque est hæc assertio, siquidem dicit, quòd ad hoc, quòd per susceptionem Eucharistiæ remittatur homini peccatum, & gratia conferatur, exigitur, quòd habeat euidentiā ex se, quòd sit contritus, quam quidem certitudinem nemo habere potest.

C Annotare hic vltimatē oportet ex **Caictan.** **Dño Caiet.** in commentarijs super **3. par. q. 79. art. ad 2.** quòd est magna differentia inter Baptismi & Eucharistiæ sacramenta, & ex parte sacramenti, & ex parte suscipientis. Ex sacramento quidem, quia sacramentum Eucharistiæ ex proprio vsu habet rationem nutrimenti, ac proinde conuenientis viuus, & nō mortuis. Baptismus autem ex propria ratione habet regenerare & abluere. Generatio autem non præsupponit, sed facit ens & viuum, & similiter ablutio nō præsupponit mundum, sed mundat. Ex parte autem suscipientis est discrimē, quia suscipienti Baptismum, sufficit non ponere obicem, & non habere complacētiam, ad hoc vt diuinam gratiam consequatur: quia omnia condonat Baptismus, vt ex supra dictis patet. Suscipienti autem Eucharistiam, non sufficit nō ponere obicem: sed oportet probare seipsum & habere dispositionem positiuē, vt inquit Paulus. Neque existimo **Caictanum** per hoc asserere voluisse, Baptismū recte à peccatore suscipi posse, omni displicentia etiam imperfecta remota,

ta, quòd si forsan ita sensit, omilla eius sententia, dicimus oppositam esse tenendam. Requiritur enim in adulto saltem imperfectus dolor, quem theologi attritionem appellant. Est enim hoc diffinitum nuper in concilio Tridentino, sessione. 6. cap. 6. Et probatur ex illo **Acto rum. cap. 2.** Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum.

4. Effectus Quartus effectus sacramenti huius est remissio peccatorum venialium. Probatur ex **D. Ambro. lib. 4. de sacramentis. cap. vltimo,** vbi ait, Iste panis quotidianus in remedium quotidianæ infirmitatis sumitur. Patet etiam ex **Innocentio lib. de mysterio missæ,** dicente, Hoc sacramentum venialia delet, & cauet mortalia. Et quia peccata venialia gratiam non excludunt, dignè quis cum illis potest ad hoc sacramentum accedere, cui idem virtute sacramenti remittitur, nisi qui accedit, obicem ponat alicui venialis, tunc solum non remittetur ei illud veniale in quo complacet, vt si habet tunc propositum mentiendi officiosè, nam cætera venialia omnia remitterentur, quia respectu illius ponit obicem: non autem respectu aliorum. Venialia enim aliqua possunt remitti sine alijs venialibus. Probatur etiam quòd per hoc sacramentum remittantur venialia, nam quemadmodum nutrimentum cibi corporalis est necessarium corpori, ad restaurandum id quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis: ita, quia quotidie aliquid in nobis deperditur de feruore charitatis ex calore concupiscentiæ per peccata venialia. Licet enim non contrariantur venialia charitati, contrariantur tamen feruori illius, atque illum diminuunt. Vnde, ad hoc prodest sumptio Eucharistiæ. Quo circa competit huic sacramento, vt peccata venialia per se remittat.

5. Effectus Quintus effectus quem causare habet eucharistia est remissio poenę: hunc

A tamen effectum habet indirectè, sicut indirectè & secundario habet remittere peccata (indirectè inquam) quia in quantum sacramentum, non est institutū ad satisfaciendum: sed ad spiritualiter nutriendum, quæ quidē nutritio per vnionem ad Christum & ad eius mēbra fit. At verò vnitas ista per charitatem fit, ex feruore cuius consequitur homo remissionē nō solum culparum venialium, sed & poenarum, quatenus est actus amicitiae Dei. Et sic per quandam concomitantiam ad principalem effectum, consequitur remissionem poenę: non tamē totius. **¶** quia hoc solius baptismi proprium est, vt habetur in concilio Tridentino, sessione. 6. c. 14. & cano. 30. & sessio ne. 14. cano. 12. Sed secundum modum & quantitatem deuotionis, & feruoris fumentis. Verum est tamen, quòd tā parua posset esse poena debita, aut tantā posset esse deuotio communicantis, vt etiā si esset magna poena debita, tota remitteretur, quod quidem prouenit ex bona dispositione suscipientis: **¶** in quantum verò sacrificium est, licet nō remittat culpam nisi per modum meriti, si offerens sit in gratia, attamen vim habet satisfactiuam pro offerente & pro quibus offertur: non tamen secundum hoc totam poenam remittit, sed secundum quantitatem affectus & deuotionis offerētis, vel etiam illorum pro quibus offertur. Crescit nanque satisfactio per deuotionem offerentis, tanquam per causam agentem: quia magis attenditur penes deuotionem illius, quàm penes quantitatem rei oblatae, vt patet in exemplo de vidua illa. **Lucę. 21.** quæ cum duo tantum minuta æra mississet, iudicio Christi pluris fuit eius oblatio æstimata, quā aliorum oblationes, qui pretiosiores nūmos in gazophylatium mittebant, sed fortè nō crescit in eadem proportione, qua deuotio vnus offerentis excedit deuotionē alterius: quia est cōsiderāda & deuotio, & res oblata, & quia res oblata non duplicatur, non totum quod facit

Sot. 6.

Petrus duplicatur respectu eius quod facit Paulus, & ita tenet Soto in. 4. distin. 11. quæst. 2. art. 5. Nota tamen quod ex se sufficiens est hoc sacrificium ad satisfaciendum pro omni pœna: ratio est, quia ea quæ in hoc sacrificio offeruntur nêpe corpus & sanguis, cû sint diuinitati coniuncta, sunt suppositi infinitè grati, & idcirco quantum est de se, est hoc sacrificiû sufficiens ad infinitum effectum. Ex his quæ diximus, scilicet satisfactionem cre-

6. effectus

scere iuxta quantitatem deuotionis: subsequitur tantam posse esse deuotionem offerentis, vt pro vniuersis pœnis & venialium & mortalium virtute huius sacrificij plenissimè fieret satisfactio. Infertur rursus ex præhabitis, quod hoc sacramentû prodest sumentibus per modum sacrificij, in quantum pro salute eorum offertur: non tamè æqualiter, sed secundum quantitatem deuotionis.

Psal. 103.
Joan. 6.

Joan. 6.

à morte peccati tuendi. **E** Vnde merito Vrbanus Papa in Clementina. Si Do-
 minum. de reliquijs & veneratione sanctorum. comparat hoc sacramentum ligno vitæ quod erat in paradiso, quod hominem à morte præseruabat. Dedit se nobis in pabulum, vt quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipse releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum releuatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pe-
 pendit esca mortis, in isto peependit vitæ alimentum. Illius esus meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatem: gustus sauciauit, & gustus sanauit, & vnde mors subijt, exinde vita euenit. De illo siquidem gustu dicitur, quacunque die comederis, morte morieris. De isto verò legitur, si quis comederit ex hoc pane viuet in æternû. **¶** Aduerte tamè
 quod cû homo habeat liberum arbitrium, quod in hac vita non est confirmatum in bonum, licet hoc sacramentum habeat virtutem ipsum seruandi, non tamen potestatem tollit, quin possit ipse in malum flecti. Satis nanque est, quod quatenus est de se, præseruet homines illud suscipientes contra ea quæ intrinsecus sunt causa mortis, dando se in cibum & potum, quibus anima reficitur, & contra exteriores impugnationes inimicorum eorum. Proinde Christus redemptor noster in coena ante passionem discipulis hoc sacramentum tradidit. Vnde, tentatis optimum remediû est hoc sacramentum recipere, vt à peccatis futuris præseruentur.

XX. DIFFICULTAS.

Vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti?

PRO huius difficultatis decisione distinctione bimembrè præmittere oportet, videlicet quod peccatû veniale, aut consideratur vt in præteritû solû reatum relinquens, aut in actu, scilicet quod

vrba. pp.

Gene. 2.

¶

1. conclus.

quod tunc exercetur, dum sacramentû sumitur, vt cû quis accedit cum complacentia peccati aut proposito peccandi, vel accedit propter vanam gloriam. Hac distinctione sic præhabita, sit prima conclusio. Peccata venialia secundû priorem modum, nullatenus impediunt effectum huius sacramenti. Hæc conclusio probatur primo, quia non obstant gratiæ peccata venialia. Secundo, quia nihil quod remouetur per actionem alius cuius causæ, impedire potest eius effectum: at peccatum veniale præteritum remouetur per hoc sacramentum, non ergo eius effectum impedit.

2. conclus.

Secunda conclusio. Peccata venialia secundo modo accepta, scilicet in actu, ex parte impediunt huius sacramenti effectum, & ex parte non. Pro cuius elucidatione notato, quod huius sacramenti duplex est effectus: scilicet habitus tam gratiæ quàm charitatis, & actualis refectio spiritualis dulcedinis per actualem deuotionem. Ex parte igitur huius sacramenti effectus impeditur: nempe quod ad actualem refectioem spiritualis dulcedinis. Quod quidem euidenti ratione probatur. Nam venialia peccata mentè distrahût ab attentione & actuali deuotione sacramenti. Deinde patet, quia refectio & dulcedo actum gustandi dicit, sicut gustare & idcirco sine actuali deuotione haud contingere potest actualis refectio & dulcedo, quia esset habere actum sine actu. Ex parte verò non impediunt, scilicet quo ad augmentum habitualis gratiæ & charitatis, ita tenet D. Tho. 3. par. quæst. 79. art. 8. & Adrianus in. 4. q. de eucharistia. art. 1. Ait enim quod per peccata venialia, & quomodocunque per absentiam deuotionis, nihil habitualis gratiæ aut charitatis impeditur, sed actualis tantum refectio spiritualis dulcedinis. Et ratio huius assertionis est, quia peccata venialia non ponût obicè gratiæ, & hæc est generalis omnium aliorum sacramentorum conditio, vt accedeti in gratia per solam sui susceptionem

D. Thom.
Adrianus.

illam augeant ex opere operato quando obicem non inueniant. Nô ergo deneganda est hæc conditio eucharistiæ sacramento, nempe quod quando sine actuali deuotione accedit homo ad hoc sacramentum, nutritur habitualiter per augmentum gratiæ, licet non actualiter per sensum dulcedinis. quâ tamè dulcedinem poterit postmodum sentire si habuerit deuotionis actum, itaq; prius natura augetur quàm excitetur deuotio & feruor charitatis, qui est effectus sacramenti. Nec tamen ignoro Caietanû
 in commentarijs super quæstionem citatam Di. Thomæ art. 2. habere oppositam sententiam. Dicit nanque, quod ad recipiendum vtrunque huius sacramenti effectum, requiritur vt sumatur cum actuali deuotione. **E** Et quâtû ad hoc, quod si sit distractus nô recipiat augmentum gratiæ, fuit etiam sententia Durandi in. 4. distin. 12. quæst. 4. ad. 3. & Bonauenturi. ibidem art. vltimo. quæst. 1. **¶** Sed quod non requiratur actualis deuotio ad hoc quod per hoc sacramentum conferatur eius effectus, habitus scilicet gratiæ, est communis doctorum sententia, scilicet D. Tho. & Adriani. Quo circa illis adherendum esse censeo: quibus etiam adheret Soto in. 4. distin. 11. quæst. 2. art. 8.
 Non enim prius natura est actualis deuotio quàm augmentum gratiæ, vt Caietanus arbitratur, sed e conuerso vt dictum est. **E** Dicit secundo Caietanus, quod si postea habeat deuotionem & attritionem recipiet illos effectus ratione sacramenti iam sumpti. Sed quoad vtrunque dictum videtur sententia ista Caiet. esse contra Diui Thom. doctrinam
 in pluribus locis, nam in illo articulo. 8. citato in solutione ad primum & secundum expresse tenet oppositum primi dicti, cû dicat, quod peccata venialia impediunt actualem refectioem spiritualis dulcedinis, non autem augmentum habitualis gratiæ vel charitatis. Idem ferè dicit, licet alijs verbis. 1. Cor. 11. in illa verba, Qui manducat indignè, & expressius
 in

Caiet. d.

Durandus.
Bonauent.

Soto.

Caiet.

D. Tho.

in 4. dist. 12. quæstio. 1. ar. 3. quodl. 2. ad. 3. (Inquit enim) Extra sacramentum nullus iustificatur sine actuali motu liberi arbitrii, si sit adultus, in sacramento autem potest, si tamen præcessit motus liberi arbitrii prohibens fictionem, & vniuersaliter hoc dicit de omni sacramento. Idem ferè dicit. 1. 2. q. 113. art. 3. ad. 1. & 3. p. quæst. 72. ar. 7. ad. 3. vbi agens de sacramento confirmationis dicit, quod confert primam gratiam, multo ergo magis Eucharistia, nec id impediunt peccata venialia, nec distractio. Præterea, quia cum ad sacramentum cõficiendũ actualis attentio, & intentio non requiratur, sed virtualis sufficiat, fit, vt etiam ad suscipiendã gratiã non requiratur actualis attentio & deuotio, sed virtualis sufficiat. Præterea, quia melius dispositus est homo existens in gratia, etiam si sit actualiter distractus, quàm existens in mortali actualiter deuotus & attritus, sed iste consequitur primam gratiã, ergo & ille absque actuali deuotione augmentum illius. Postremo, quia durissimum esset asserere, quod propter huiusmodi inaduertentiam homo tot & tam ingentia bona amitteret, siquidem talis inaduertentia nonnunquam est naturalis, & aliquando leuissimum peccatum, præsertim cum sacerdos occupatur circa exteriorem reuerentiam, ne sanguis effundatur, & ne species palato aut dentibus adhæreant. Quod autem secundũ dictum Caietani sit contra D. Tho. probatur, quia in 3. par. quæst. 80. art. 9. dicit quod in articulo mortis est hoc sacramentum conferendũ freneticis & olim dabatur pueris, & tamen illi nullam habent actualem deuotionem, ergo tam freneticis, quàm pueris augetur gratia per huius sacramenti sumptionem, nam alias frustra eis daretur. Item, quia ex Caietani sententia sequeretur, quod regulariter, cum quis sacramentaliter absoluitur, non maneret absolutus, aut non reciperet gratiam, sed postea cum haberet deuotionem, siquidẽ regulariter tẽ-

porè illo poenitentes sunt turbati, & occupati in cogitãdo, an fuerint obliti alicuius peccati, an non. Postremo, quia solius baptisimi proprium est, aut certè poenitentiaẽ consequi effectum suum recedente fictione, igitur hoc non est concedendum eucharistiaẽ sacramento. Nec obstat id quod ex eodem D. Thoma. in 4. dist. 12. quæst. 2. ar. 1. quodl. 3. obijcitur, dicente, quod interdum absque peccato mortali potest effectus huius sacramenti impediri: ita quod aliquis augmentũ gratiaẽ non consequatur propter varias distractiones, & peccata venialia quibus actualis deuotio potest impediri. (Non inquam obstat) primo, quia hoc dixit in 4. postea verò in 3. par. doctior seipso factus mutauit sententiam. Secundo dicitur, quod illic solũ asserit, quod vt hoc sacramentum effectum suum plenè habeat in fumente, oportet, quod ad sit actualis deuotio, quod nos libenter concedimus: verũ nihilominus est non nunquam tantam esse posse indeuotionem, vt nec augmentum gratiaẽ recipiat, nec mortaliter peccet, sed tantũ venialiter. Si quæ verò sint alia loca Diui Tho. in quibus insinuet actualem deuotionem requiri, ad spiritualem actualem refectioem dulcedinis, non autem ad augmentum gratiaẽ referri oportet. Nõ obstat quoque, quia cum suavis dispositio Dei exposcat, vt creatura rationalis rationabiliter iustificetur ac perficiat, & rationabiliter perfici cõsistat in hoc, quod actualiter attendat per modũ vigilantis, & non dormiẽtis, fit consequẽs, vt si sit mentis euagatio, non sit rationabiliter dispositus. (Non inquam obstat) nam hæc ratio solũ probat extra sacramentum non posse hominem aliter quàm per actualem vsum liberi arbitrii iustificari. Secundo dicitur, quod postquam quis videns & sciens vult suscipere sacramentum, etiam si postea mens illius euagetur ac distrahatur, iam suavis dispositio saluatur, cum ratione fuerit vsum, Deusq; illum sine ipso sibi cooperante

perante tunc non iustificet. Tertio, quia certè contra hominis naturam esse videtur, (fragilitate eius supposita) ex necessitate exigere ab illo actualem deuotionem. Non nocet tãdem quod opponitur, quia videmus plures sacerdotes per multos annos quotidie celebrãtes, & tamen illorum charitatem non augeri, eò quod indeuotè & cum mentis euagatione communicant. Distractio igitur illa augmentum charitatis impedit. Consequentia ista liquido constare videtur ex eo quod secundum D. Grego. Amor Dei non est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit, amor non est: cum ergo isti sacerdotes non operentur magna, signũ est per frequentem huius sacramenti sumptionem, charitatem in illis non esse auctam. (Non inquam nocet) quoniã operari magna bifariam potest cõtingere, vno modo, id est ingentia & heroica virtutum opera facere, & sic non necesse est semper magna operari, sed occasione data. Stat enim hominem magnũ gratiaẽ augmentum habere, & huiusmodi opera non facere, cum opportunitas non se offerat. Alio modo operari magna idem est quod seruare Dei præcepta, perseuerareque in gratia. Certũ namque signum augmenti gratiaẽ est sic in obseruatione Dei mandatorum perseuerare præcipuè his corruptissimis temporibus, quando tot se occasiones peccandi offerunt: non autem signum huius est exterior deuotio, & feruor. Cum multoties videamus viros perfectos huiusmodi deuotionis feruore exteriori carere: & contrario imperfectos & nouiter conuersos illum habere, quod quidem sæpe ex complexione naturali, & teneritudine cordis, & nonnũquam ex cerebri humiditate prouenire, perspicuum est. Non igitur est signum euadens sacerdotes absq; actuali deuotione hoc sacramentum sumpsisse, & ex frequentia eius sumptione non esse auctam charitatem in illis, quia feruorem, & deu-

tionis dulcedinem non sentiunt, nec operatur magna, maximè cum hoc frequenter peccata venialia, & malæ inclinationes impediunt. Quemadmodum quotidie videmus eos, qui cibis multis optimisque vescuntur nõ fieri pinguiores nec fortiores propter malos humores intus in eis existentes. Sed ne secordiã sacerdotum fauere videamur, præter hoc, quod Caietani opinio est probabilis, omnes homines, cum ad hoc sacramentum accedunt, exhortandi sunt, vt pro suo virili conentur actualem deuotionem habere. Et quoniam tanti sacramenti receptionem diligens conscientia examina & sufficiens attentio præcedere debet vix sine peccato veniali, mentis distractio & euagatio adesse poterit, nisi sit merè naturalis. Vnde, non tanta poena remittitur, nec tanta gratia augetur hoc sacramentum absque actuali deuotione suscipientibus, quanta remittitur & augetur eis qui cum illa suscipiunt. Imò sacerdoti qui per totam missam, vel magnam illius partem præsertim canonis attentus non esset, crediderim ego nullam, aut certè paruam augeri gratiam, cum illa actio sit peccatum veniale: & tanta potest esse distractio, & indeuotio, vt sit irreuerentia mortalis, cum tunc videatur locum habere illud Pauli. 1. Cor. 11. Non diiudicans cor pus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. ☩ ☩

XXI. DIFFICULTAS.

Vtrum solius huius sit hoc sacramentũ spiritualiter sumere?

PRO huius difficultatis elucidatiõẽ annotandi sunt quatuor modi manducandi spiritualiter. Quorũ est primus manducare spiritualiter per fidem, de qua manducatione ait Christus Ioan. 6. Ego sum panis qui de cœlo descendi: qui manducat me, viuet propter me. Et iste

Ioan. 6.

mo.

modus manducandi consistit in credendo in Christum, per cuius fidem incorporamur in ipsum: & dicitur spiritualis ab Spiritu sancto. Secundus modus manducandi spiritualiter est, ut distinguitur à reali, quia non est susceptio in re, sed in voto. Et hæc est quæ simpliciter impresentiarum dicitur spiritualis manducatio, & per hanc non recipitur gratia sacramentalis, quam vocant Theologi ex opere operato quousque sumatur in re, ut supra diximus. Et dicitur spiritualis, quia per actum mentis per modum meriti est causa gratiæ. Tertius modus spiritualiter manducandi est in re & in spiritu, ut cum iustus sumit sacramentum. Quartus modus est per figuram & metaphoram. Et dicitur spiritualis, non ab spiritu, sed ut distinguitur contra literalem seu verum modum manducandi. Istis modis sic annotatis, sit prima conclusio, Tribus prioribus modis solis hominibus conuenit spiritualiter manducare hoc sacramentum tam in re quam in voto. Probat, nam manducare spiritualiter his modis non est utcumque vniri Christo per cognitionem, sed credere in ipsum per fidem cum effectu vel affectu manducandi ipsum sub speciebus sacramentalibus, & per fidem vnimur atque coniungimur corpori mystico, & sacramenta nostra sunt sacramenta fidei, per quam in speculo & in enigmate cognoscimus. Quo fit, ut modi isti angelis conuenire non possint, quia certum est quod in re hoc sacramentum manducare non possunt, cum non habeant corpora, nec os, nec stomachum, imò nec in corporibus assumptis in quibus apparere leguntur, propriè possunt manducare, quia non vniantur eis sicut animæ eadem informando corpora: quod si in re non possunt manducare frustra esset desiderium manducandi. Item, quia licet angeli ad societatem corporis mystici pertineant, eidem tamè corpori mystico non per fidem, sed per manifestam ac claram visionem coniunguntur.

A Secunda conclusio. Angeli manducant spiritualiter Christum in celo quato modo, scilicet per metaphoram, cum illum illic vident per claram visionem in propria specie. Hæc conclusio ex se est nota: dicitur enim illa foelicissima visio & fruitio spiritualis manducatio, quia est spiritualis refectio, hoc est, complementum & societas omnium quæ vel angelus vel homo desiderare potest, secundum illud psalmi. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

XXII. DIFFICULTAS.

Vtrum confessio ante eucharistiæ assumptionem requiratur, an sola contritio sufficiat cum proposito confitendi peccata?

C Hæc quæstio præsupponit alterius quæstionis determinationem: vide licet an peccator corpus Christi sacramentaliter manducare possit? Cui respondetur affirmatiuè: nepe quod non solum iustus homo, verum etiam peccator Christianus potest manducare corpus Christi sacramentaliter, licet non manducet spiritualiter: & opposita sententia est erronea & damnata Vuitclef, contra quem scripsit Thomas Vvalden. tomo. 2. de sacramentis. cap. 60. Et patet euidenti ratione, nam nunquam Paulus diceret, Qui indignè manducat, iudicium sibi manducat & bibit: nisi pro comperto haberet quod peccator sumens hoc sacramentum, manducat illud sacramentaliter. Secus de peccatore infideli nondum baptizato, quia non utitur eo ut sacramento, sed sicut prophano cibo. Quocirca non sacramentaliter manducaret, si contingeret hoc sacramentum sumere: imò etiam si esset cathecumini existens in gratia ut Cornelius, non reciperet per eucharistiæ gratiam sacramentalem, etiam si inuincibili ignorantia illud sumeret putans religiose facere, quia nullum sacramentum gratia confert virtute operis operati,

rati, nisi baptizatis. Possent tamen tunc illi ratione meriti operantis gratia augeri, propter reuerentiam quam sacramento exhibet. Præmissa igitur hac determinatione, quod Christianus existens in mortali, si hoc sacramentum sumat, manducat sacramentaliter illud, licet non spiritualiter, subsequitur præfens difficultas: scilicet an priusquam sumat sacramentaliter, requiratur confessio, an sola contritio sufficiat. Et ut certa ab incertis separemus, notandum est quod aliquem esse in peccato mortali potest contingere duobus modis, vno modo ut sit in peccato mortali notorio: alio modo quod sit in peccato mortali occulto. Et quidem primo modo accipiendo, est conclusio. Si sit notorius hæreticus, schismaticus, excommunicatus, symoniacus vel fornicarius, quando sic peccatum est notorium, ut sint secundum iuris ordinem condemnati de tali crimine, vel sponte in iudicio confessi, vel canonicè conuincti, vel propter euidentiam facti, quando factum est ita notorium, ut non indigeat testibus cum non possit aliqua tergiversatione celari, minime huiusmodi peccatores possunt ad eucharistiæ accedere sine præuia poenitentia publica: quia de publicis peccatis publicè poenitendum est. Et ratio huius conclusionis est, quia ista quatuor crimina maximè huic sacramento repugnant. Nam in hoc sacramento est secretum fidei, & ideo repelluntur hæretici. Est quoque vinculum charitatis, & eo fit, ut prohibeatur schismatici & excommunicati. Eleuat in super eucharistiæ hominem ad statum spirituale, & inde est quod propelluntur fornicarij, qui omnes sunt carnales. Vnde sacerdos existens in aliquo istorum, celebrando mortaliter peccaret, imò non solum ipse, verum etiam omnes qui eius missam audirent scienter. Vnde, de huiusmodi peccatoribus non est præfens difficultas, si quidè nullum est dubium de illis. Si verò sit in peccato mortali occulto, adhuc est di-

stinguendum: nam tribus modis potest accidere. Primo modo, quia scit se commisisse tempore præterito aliquod peccatum mortale, de quo non dolet: nec poenitet, nec conteritur: & tunc est prima conclusio, quod accedendo in hunc modum, mortaliter peccat, ut iam dixi in præcedenti difficultate, & sacrilegiū committit tanquam sacramenti violator. De tali enim verificatur sententia Pauli. 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium, id est, condemnationem mortis æternæ sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini: id est non discernens inter corpus eius verum in ara crucis immolatum ab alijs, indifferenter ipsum assumens sicut alios cibos qui mensæ prophanæ apponuntur. Leuiti. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram domino. Probatur etiam ex parabola illa Dominica Matthæi. 23. de rege qui fecit nuptias filio suo, & cum vniuersos ad conuiuium inuitasset, quendam, eò quod ad mensam absque veste nuptiali (per quam sancti charitatem intelligunt) sedentem videret, ligatis manibus & pedibus, iussit mitti in tenebras exteriores. Itè, quia priusquam Christus hoc sacramentum suis Apostolis exhibuisset, lauit eorum pedes, quo facto, palam indicauit purgandos esse prius animorum affectus, quam peccatores ad hoc tam eximium accederent sacramentum, id est, non solum mundos esse à grauioribus peccatis, quæ per manus significantur: verum etiam à leuioribus & à prauis affectibus: qui per pedes intelliguntur. Ex veteri quoque testamento non desunt exempla. Legitur namque Exodi. 30. quod quoties Aaron & filij eius ingressuri essent tabernaculum testimonij, lauare suas manus & pedes iubeantur, ne forte morerentur. Item. 1. Reg. 21. legitur, quod sacerdos Achimelech nunquam sanctum panem Dauidi famem cum suis patienti tradere voluit, nisi certior prius factus, an sui pueri

Pri. conclus.

2. conclus.

Psal. 16.

Con. vnica.

Vvald.

1. Ad Cor.

11.

Pri. conclus.

1. Ad cor.

11.

Leuiti. 22.

Matth. 23.

10. 13.

Exod. 30.

1. Reg. 21.

pueri mundi essent maximè à mulieribus. Possent ad huiusmodi propositum multa alia exempla adducere nisi breuitati studerè. Postremo patet, quia cum per sumptionem huius sacramenti profiteatur homo sese vnitum Christo, & quando accedit cum conscientia mortalis peccati non vnitur, ideo tunc falsitatis crimen incurrit. Secundo modo, quia est in peccato occulto, quod quidem in rei veritate commisit, & non fuit confessus: tamen non recolat de illo peccato. Tunc est secunda conclusio, quod si talis ita diligenter examinavit conscientiam suam ante eucharistiæ sumptionem, vt sit existimata contritio, quando videlicet quis fecit diligentiam quæ arbitrio prudentis viri videtur sufficere, & bona fide putat se dolere propter Deum. Et hæc sufficit vt homo per sacramentum fiat ex attrito contritus, & si in generali priusquam accedat, conteritur de omnibus peccatis oblitus, non peccat accedendo, imò virtute huius sacramenti absoluitur ab illo peccato: cum hoc sacramentum (vt diximus) habeat viuificare mortuos. Tenetur tamen, si postea talis recordatur de peccato, confiteri de illo. Quare quilibet tenetur antequam accedat ad hoc sacramentum, diligenter examinare conscientiam suam. Et multo magis sacerdos antequam vadat ad celebrandum: hoc enim est quod Apostolus præcipit, quando ait, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Et habetur hoc definitum in concilio Tridentino, Sessione. 13. canone ultimo contra Lutherum, sub his verbis, si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ eucharistiæ sacramentum: anathema sit. Hæc tamè conclusio intelligitur, dummodo non sit ignorantia iuris, quæ neminem excusat, vt cum id quod peccatum est, peccatum esse ignorat, vt si fornicationem simplicem conseret non esse peccatum. At verò si sit notà attritio, puta quod ille ho-

quod dicitur

2. conclusio

ad Cor.

Ad Cor. 11.

Conc. Tri.

§

§

§

A mo videt se non dolere propter Deum, sed propter pœnas inferni, aut alias temporales, illa attritio non sufficit, quia manet in conscientia peccati mortalis & hoc sacramentum est viuorum, & idcirco cum tali conscientia indignè homo accedit ad illud, è contrario, quia baptisimus est sacramentum mortuorum dignè ad illud accedit cum attritione cognita. Et annotato hic, quod impresentiarum per conscientiam iudicium, siue assensus, quod mortale peccatum commiserit intelligitur, siue huiusmodi assensus sit certus, siue opinatiuus. Si autè tantum quis dubitet, conscientiam peccati mortalis non dicitur habere, sed potius scrupulum. Ex quibus perspicue elicitur de fide esse tenendum, quod aliqua præparatio & dispositio ad eucharistiæ sacramentum suscipiendum prærequiritur, nam qui absque huiusmodi dispositione ad tam eximium sacramentum accedere audent, necesse est, vt patiantur quod febricitantes pati solent, cum sanorum cibos præsumunt, sibi metipsis inferentes exitium. Nec tantum à mortalibus: verum etiam à venialibus de consilio, & bene esse mundi esse debent. Sed est parum dubium, vtrum semper, quod quis ad hoc eucharistiæ sacramentum accedit cum conscientia peccati mortalis, peccet mortaliter, an medio modo se possit habere, nepe, quod nec mortaliter peccet, nec gratiam consequatur. De qua re sunt duæ extremæ sententiæ, quarum prima est affirmatiua, scilicet quod potest dari medius accessus, quam tenent Alexan. Alen. vbi supra Bonauen. in. 4. distinctione. 9. questio. 3. ar. 2. Petrus Paludanus, Caietanus, & alij, quod quidem prouenire potest vel ex obliuione peccati mortalis, vel ex defectu discussionis suæ conscientie, quia licet fecerit diligentiam aliquam in inuestigandis peccatis, quam putat sufficientem esse: tamen in rei veritate non fuit sufficiens, vel ex defectu attritionis & doloris, & cum solus Deus sciat quæ attri-

E

Alex. Alen. D. Bonauen. Palud. Caiet.

attritio sufficiat ad primam gratiam recipiendam per huius sacramenti susceptionem, fit, vt nonnunquam illud recipiens attritus iustificetur, nonnunquam vero non: non tamen incurrat nouum peccatum mortale sumendo hoc sacramentum, cum ignorantiam inuincibilem habeat, nec remissionem peccati mortalis præcedentis consequitur. Datur igitur ex parte ignorantie non solùm facti, sed iuris accessus medius. Secunda sententia opposita est Magistri à Victoria (vt fertur) scilicet quod non solum non datur huiusmodi accessus medius ad eucharistiæ: verum etiam si cum attritione minima eam suscipiat consequetur primam gratiam. Et huic sententiæ subscribit Soto, cum dicat, quod si non fuit ex parte diligentie defectus & fuit oblitus alicuius peccati mortalis, si dolorem habeat aliorum in communi qui sit attritio, semper per huius sacramenti sumptionem iustificabitur: & videtur esse expressa Diu. Thom. sententia. tertia part. quæstione. 79. articulo 3. vbi asserit, quod si non habens conscientiam nec affectum peccati mortalis ad eucharistiæ accedat recipiet per accidens primam gratiam, & hoc ipsum repetit. quæstione. 80. articulo. 4. ad. 5. Rationibus insuper comprobatur. Prima, nam cum non ponat obicem gratiæ qui cum minima attritione accedit, fit consequens, vt si communicet: primam recipiat gratiam. Secunda, quia cum minimam contritionem extra sacramentum iustificare ex opere operantis, omnibus perspicuum sit: minimam etiam attritionem cum sacramento ex opere operato iustificare, concedendum esse videtur. Tertia, quia omnino esset difficile assignare, quæ attritio sufficeret cum sacramento ad conferendam primam gratiam, quæ autem minimè. Et licet prima sententia sit probabilis: probabiliorem tamen reputo secundam propter has rationes. Credide-

St. Victoria.

Soto.

D. Thom.

A rim tamen ego has duas opiniones posse conciliari, hac distinctione, scilicet, quod si sufficienti conscientie examine & discussione facta, nullum reperit mortale & dolet in communi, tunc per quancumque attritionem etiam minimam mediante sacramento iustificabitur. Si verò alicuius mortalis criminis recordetur de quo & si doleat: tamen tam exiliter ac parum & tantum exigua attritione dolere potest vt non iustificetur, excusetur tamè à nouo mortali peccato, cum sufficienter suo iudicio probet seipsum, insufficienter autem in re. Et in hoc casu habet verum primam opinionem. Sed adhuc præsens difficultas non est de his peccatoribus, de quibus istæ duæ conclusiones loquuntur. Tertio modo aliquis potest esse in peccato mortali occulto, scilicet quia recordatur se determinate aliquod peccatum mortale commisisse, & dolet de illo. Et de hoc est in præsentiarum sermone, an ante eucharistiæ sumptionem sit necessaria confessio, an satis sit priuatim suam secum discussisse conscientiam, & sic habere contritionem cum proposito peccata confitendi? Ac proinde est tertia conclusio, quod habens copiam confessionis, tenetur antequam accedat ad eucharistiæ, confiteri peccata omnia mortalia: & nisi confiteatur, mortaliter peccat accedendo. Nec sufficit confessio generalis quæ fit ante sumptionem, nec sacerdoti illa, quam facit in principio missæ, imò & peccata venialia confiteri prius quam ad hoc sacramentum accedat, optimum consilium est, cum gustum, & dulcedinem impediunt (vt dictum est) licet ad hoc non teneatur quis. Habet hanc conclusionem Hugo de S. Victore in lib. de ecclesiastica potestate ligandi atque soluendi. Si sacerdos inquit, antequam confiteatur ad corpus Christi accesserit, reus erit corporis & sanguinis Domini: quantumuis poeniteat, & vehementer doleat, & ingemiscat. Cyprianus quoque in sermone. 5. de lapsis

§

3. Conclusio

Hugo

Cyprianus

N lapsis

lapsis, acriter reprehendit sui episcopatus presbyteros, eo quod ad communionem lapsos admittebant sine praevia confessione. Idem dicit libro tertio Epistolarum, Epistola decima quarta, & Epistola decima quinta. Idemque Epistola decima sexta. Ait enim quoddam euangelij immemores communionem ante confessionem suscipere. Quibus locis aperte Cyprianus insinuat ordinem hunc, ut confessio eucharistiam praecedat, esse de iure divino. Probatur insuper ratione, quia illud cuius initium non stat, neque in concilijs statutum reperitur, sed semper retentum est: credendum est ab Apostolis emanasse: ac ex consequenti de iure divino esse. Hoc enim fundamentum ponit Divus Augustinus libro quarto de baptismo contra donatistas cap. 24. Omnes igitur tenemur ex iure divino ad hanc praeviam confessionem ante eucharistiae sumptionem. Habent etiam hanc nostram sententiam omnes Theologi Divus Thomas in 4. distinctione. 16. & 17. quaestione. 3. articulo. 1. quodlibet. 4. & Scotus, & reliqui omnes in distinctione. 9. & 17. Vnus dumtaxat Caietanus inter theologos in commentarijs. 3. partis. quaestione. 80. articulo. 4. & in summa verbo communio, & super illa verba, Probet autem seipsum homo. 1. Corinthiorum. 11. & inter Canonistas Abbas Panormitanus super cap. De homine, de celebratione missarum habent oppositam sententiam: nempe non esse necessariam confessionem praeviam, sed sufficere contritionem: attamen iam non licet tenere sententiam Caietani villo modo, & cum sit decretum concilij Tridentini, sessione. 13. canone ultimo, vbi contraria sententia determinatur sub his verbis, Et ne tantum sacramentum indigne atque adeo in mortem & condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta

D. AUG.

D. Thom.

Scot.

Caieta.

1. Ad Cor. 11. Abbas Panormit.

Conc. Tri.

A Synodus, quod nullus sibi conscius mortalis peccati quantumvis sibi contritus videatur absque praemissa sacramentali confessione ad sacram eucharistiam accedere debeat: quod perpetuo sancta synodus servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris: & subdit quod si quis praesumpserit docere, predicare vel affirmare contrarium pertinaciter seu etiam publice disputando defendere, eo ipso excommunicatus existat. Et probatur ex Paulo praecipiente, ut unusquisque probet seipsum priusquam ad hoc sacramentum accedat, inquit, Probet autem seipsum homo, &c. Quae locum omnes doctores sic intelligunt, ut diligenter examinet conscientiam suam ne sit in eo voluntas peccandi mortaliter, vel aliquod peccatum praeteritum, de quo non poeniterit: & si videat se habere aliquod mortale, quantum tunc non de illo doleat & ingemiscat, non prius accedat ad suscipiendum hoc sacramentum, quam illud confiteatur: per quod Caietani opinio destruitur. Non enim Apostolus voluit dicere quod secum se probet solus, ut Caietanus sentit, sed adhibito confessore qui eius sit examinis iudex: ita namque habet ecclesiae consuetudo cuius initium non constat, quam frangentes existimant se gravissime peccare. Vbi annotandum est, ecclesiae consuetudinem non in medium afferri tanquam potissimum & primum fundamentum huius ritus, quasi sit de iure tantum ecclesiastico, sed quasi declaratoriam divini praecipi, quod Paulus insinuat. Et praecipuum non habet vim ex hac consuetudine, sed potius consuetudo orta est ex praecipto divino. Generalis ergo regula sit, quod vbi potest haberi sacerdos habens auctoritatem absolventi, nullatenus est ante confessionem ad eucharistiam accedendum. Nec valet

⊕

⊕

⊕

⊕

consequentia, alia sacramenta in peccato mortali sine praevia confessione cum contritione absque nouo peccato mortali potest quis ministrare, vel suscipere, ergo potest administrare, vel suscipere Eucharistiam, siquidem ad omnia sacramenta suscipienda sufficit gratia, quae per contritionem habetur. (Non inquam valet) tum, quia confessionem requiri ante communionem ex iure divino positivo habetur, ut ex consuetudine per sacram Tridentinam Synodum declarata, liquido constat: at vero ante aliorum sacramentorum susceptionem praemittendam esse confessionem ex nullo iure divino, nec ex Ecclesiae usu habetur: tum vero, quia non est eadem ratio, eo quod propter huius sacramenti dignitatem, quod continet ipsum Christum realiter, daturque per modum cibi, maior certitudo requiritur ad illud suscipiendum, vel administrandum, quod administrans, vel suscipiens sit in gratia, quam ad ministranda vel suscipienda alia sacramenta. Haec autem certitudo per se loquendo melius haberi nequit, quam praemittendo confessionem. Sufficit ergo ad alia suscipienda, quod quis putet se esse contritum, ad hoc autem sacramentum suscipiendum non nisi actualiter confiteatur. Sed dubium est, utrum sint aliqui casus, in quibus absque praevia confessione liceat ad Eucharistiam accedere? Pro hoc dubio sit quarta conclusio affirmativa, nempe quod si non habeat copiam confessoris, sicut sacerdos, cum est in pago, vbi non est alius sacerdos cui confiteri possit, & imminet sibi necessitas celebrandi: puta quia iste est curio, maxime si esset dies dominica, vel dies solennis, & populus sibi commissus vellet audire missam, & esset scandalum in populo nisi celebraret, vel forte aliquis parochianus suus esset infirmus periculose, & requireret illum;

Conc. Tri.

⊕

4. conclus.

A vt daret sibi corpus Christi, & iste curio non haberet hostiam consecratam vel immineret sibi aliqua alia necessitas celebrandi, sicut sunt nuptiae, vel aliquid tale: in ijs casibus ac similibus, ipse teneretur conteri, & poenitere de peccato suo, & esse in proposito confitendi ipsum cum primum se obtulerit confitendi opportunitas: scilicet copia confessoris, & sic celebrare poterit. Intelligendam tamen esse existimo hanc conclusionem, quando sacerdos per quatuor millia passuum distaret a sacerdote, cui confiteri poterat: & adhuc quod non fuisset per hebdomadam in illo peccato: nam re vera tunc ego illum non excusarem, cum tempus habuerit ad quaerendum confessorem ante dominicam diem, vel aliud festum: nisi esset claudus, & non haberet equum, vel sequeretur adhuc scandalum ex hoc quod ad aliud oppidum per hebdomadam abiret. Censetur etiam sacerdos non habere copiam confessoris quando iam est in altari, & recolat se aliqua culpa mortali esse irretitum: tunc enim non tenetur vocare confessorem, nam sequeretur illi infamia apud audientes rem divinam, & adiuuantem, fati namque est tunc habere contritionem, & propositum confitendi, ut possit inceptum perficere. Secus tamen existimo censendum esse, si esset sacerdos qui adiuuasset, & recordatur aliquis mortalis ante offertorium: nam tunc posset, imo credo quod teneretur dicta epistola, vel tempore lotionis manuum vocare sacerdotem adiuuantem, & confiteri, nisi oriatur scandalum. Post inceptionem tamen secretae, ac deinceps usque ad finem missae non solum non teneretur, sed etiam male faceret: quia maximam irreverentiam irrogaret sacramento. Similiter, illi qui adsunt parati ad suscipiendum sacramentum, quantumcumque

B

C

D

E

recordentur alicuius mortalis peccati si sunt comunicaturi, in conspectu plebis, non est condecens, ut illic confiteantur, sed vel communionem si sine nota possunt, differant usque ad aliam missam, vel proponentes ilico post communionem confiteri, sacram buccellam fumant. (Non inquam est condecens) propter irreuerentiam, quæ tunc sacramento irrogaretur querendo confessionem: satis enim est habere propositum confitendi. Similiter, si occurreret necessitas præcepti Ecclesiastici, ut si quis in die paschatis inuenit se ubi non habet copiam confessoris proprii, qui eum possit absolueri, vel si sacerdos haberet aliquem casum reseruatam Episcopo, si non posset facile adire ipsum Episcopum, quia abest: & non celebrando, aut non communicando infamia illi, & grande scandalum sequeretur, posset, absque præuia confessione celebrare sacerdos in quacunque dominica, & in quocunque notabili festo: & laicus occurrente præcepto de communicando in paschate, posset communicare ad euitandum huiusmodi scandalum, & infamiam. Idem est de religioso dicendum habente aliquod peccatum reseruatam prælato, si esset in aliquo oppido distante à loco, ubi est prælatus, posset enim tunc huiusmodi religiosus celebrare in diebus prædictis, sine præuia confessione ad euitandum scandalum ac infamiam, quæ illi sequeretur non celebrando. Idem dicendum est, si religiosus haberet peccatum reseruatam in die solenni, cum totus conuentus communicat, & non adest prælatus domi, potest communicare eadem ratione sine præuia confessione: si autem citra scandalum potest laicus communicare, & sacerdos celebrationem differre, tutius est abstinere à communione, vel celebratione, quam communicare, aut celebrare in casibus prædictis.

Aduerte tamen, quod si existeret huiusmodi sacerdos habens peccatum reseruatam, ubi est prælatus, vel secularis, quando occurrit præceptum de communicando in paschate, ubi est Episcopus, & ipse prælatus nollet concedere casum sibi reseruatam alteri confessori, sed ipse vellet audire confessionem illius: subditus verò nollet illi confiteri, vel præuerecundia, vel ne in posterum illum paruipenderet, certè ob istam causam, licet male faceret prælatus non concedendo licentiam, tamen non ideo illi liceret sine præuia confessione ad Eucharistiam accedere, nisi tyrannus esset ille prælatus, à quo timeretur, vel diuulgatio confessionis vel aliud malum: nam tunc si non pateret accessus ad alium superiorem, absolueretur subditus ab eius obedientia in ea re.

Annotare hic etiam oportet, quod omnes hi casus, præter in articulo mortis intelliguntur ubi non sit crimen annexam habens excommunicationem, quia excommunicatio, nec propter officium, nec propter scandalum, aut generale præceptum Ecclesiæ de communione, licet ad sacramentum accedere. Vnde, qui irreuitus est culpa pontifici reseruata: quia omnes huiusmodi annexam habent excommunicationem, caueat ad sacramentum hoc an tequam absoluat, accedere.

Sed adhuc dubium restat. Si quis sacerdos recipiat pecuniam ab aliquo, ut illi dicat missam de Requiem, vel aliquam aliam, an ob hoc habeat legitimam necessitatem celebrandi sine præuia confessione peccati mortalis, in quo existit, si non habeat copiam confessoris? Ad hoc dubium sit conclusio, quod talis existens in mortali peccato nullo modo, antequam confiteatur, debet se exponere ad dicendam rem sacram: quia peccaret mortaliter dicendo. Nec existens in tali casu debet recipere pecuniam

cuniam pro dicenda missa statim: imò debet se excusare dicendo, Amice, ego non sum bene dispositus pro nunc pro dicenda missa, sed Deo volente, cum ego sim dispositus, libenter faciam id quod petis. Et si adhuc alius instanter petat, ut statim dicat missam, si iam receperit pecuniam eam sibi statim restituat, & nullo modo exponat se ad celebrandum. Non potest insuper sine præuia confessione accedere ad Eucharistiam ob solam deuotionem volentis sacramentum sumere, aut celebrare. Requiritur enim necessitas vrgens, ut expressis verbis concilij admonetur, cum dicat, Quod si necessitate vrgente, sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.

XXIII. DIFFICULTAS.

Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti?

Pro huius difficultatis declaratione bimembrem distinctionem hominum in peccatis existentium, annotare oportet. Nam quidam peccatores sunt occulti, alij verò manifesti: scilicet, aut per euidenciam facti, ut publici vsurarij, meretrices, & latrones, raptores, & alij huiusmodi, ita ut eorum crimina non possint aliqua tergiversatione populo celari: appellatur similiter publicus peccator, qui per aliquod iudicium Ecclesiasticum, aut seculare est condemnatus, ut habetur in c. tua nos, de cohabitatio clerico. Occulti verò peccatores appellantur quorum crimina sunt occulta. Distinctione hac sic præmissa, per aliquot conclusiones respondetur, quarum prima sit, Peccatori publico, ut vsurario, concubinario, & meretrici non est conferendum hoc Eucharistiæ sacramentum, quandiu perseverauerint in

artis suæ dedecore, etiam si sacerdoti constet in confessione iam reliquisse illum statum, cum semper scandalum sequatur quandiu populo non satisfecerit. Hanc conclusionem habet D. Thom. D. Thom. in tertia parte, quæstione 80. articul. 6. nec non Cyprianus, cuius verba habentur de consecratione distinctione secunda, cap. pro dilectione tua. Tenet eam insuper Chrysol. in libro primo de corruptione cordis, ubi adducit illud, Nolite sanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos. Idem quoque affirmat homilia 83. super Matthæum, circa finem. Et confirmatur ratione, quia huiusmodi publici peccatores non habentius, eò quod nondum populo satisfecerint, ad hoc sacramentum petendum, cum non probent se, ut Paulus. I. Cor. II. præcipit. Non ergo illis infert iniuriam sacerdos Eucharistiam denegando, imò dum quis iure potest id negare alicui quod iniuste petit, si conferat, sponte sua confert, atque adeò particeps fit illius criminis. Intelligitur tamen hæc conclusio in loco ubi eius crimen est publicum, & est diffamatus: nam in alio valde distante, ubi habet bonum nomen, conferendum est illi sacramentum: ut si commisit crimen in Italia, & Salmanticæ petit à sacerdote Eucharistiam, vel si commisit in Hispania veteri, & postulat in hac noua, non esset ei deneganda Eucharistia. Ratio est, quia tunc præsumendum est esse emendatum. Si verò sacerdoti constaret hoc loco non esse emendatum de crimine de quo scit iudicio publico fuisse alibi condemnatum, maxime si est peccatum contagiosum, probabile est, quod deberet illi denegare: imò credo, quod si esset probabilissimum, quod tale crimen de quo fuit diffamatus, deferretur ad locum ubi Eucharistiam petit, sacerdotem posse illi illam denegare.

Secunda concl. Peccatori occulto, quæ

faceros scit esse peccatorem, imo & si sciant duo aut tres homines vicini alicuius magnae ciuitatis: non ideo publicus peccator dicitur, nec dicitur crimē notorium, eò quòd probari potest per testes: illud enim est nondum manifestum, sed manifestabile. **E** Licet enim probabile sit, quòd cum sacerdos peccatorem accusare potest, ac testibus sufficientibus eum conuincere, eucharistiā ei denegare valeat: nihilominus tamen oppositam sententiam probabiliorē esse existimo, vt magis piā, Christianāque charitati conformem, tum, quia ante iudicis sententiam adhuc ius peccator habet ad communicandum, cum nondum vt publicus peccator habeatur, tum etiam, quia sacerdos ante iudicis condemnationem, non est iudex, vt peccatorem punire queat, tum denique quia ex eo quòd duo aut tres sciant non vtique sufficit, vt publicus peccator dicatur, quamuis sufficiat ad eum accusandum, & condemnandum. Vnde, infamia, quae sic habetur, **¶** non est sufficiens causa ad excludendum hominem à sacramētis, vt cauetur in cap. Tua nos. Solum enim infamia, & indicia prēbent ius ad inquisitionem faciendam. Animaduerte tamen, quòd posset esse tam paruum oppidum vel parochia, vt decem criminis cōscij sufficerent, vt diceretur notorium crimen, & in ciuitate illi non sufficerent. Petenti ita occultoq; peccatori Eucharistiā tenetur sacerdos ipsam dare. Hāc conclusio probatur ex Diuo Augustino, cuius verba habētur. 2. quæstione. 1. cap. Multi corriguntur. Dicitur enim illic. Nos verò quenquam prohibere à communione non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, aut seculari nominatum atque conuictum. Et de consecratione distinctione. 2. cap. Non prohibeat, vbi habetur, sacerdotem non debere occultos peccatores prohibere à assumptione eucharistiæ etiam percusso-

res clericorum si petant: monere tamē eos debere, vt timeant Deum, vel vt ab assumptione huius sacramenti se abstineant. Habetur etiam nostra hęc secunda conclusio in concilio Carthaginensi cap. vltimo, cuius verba habentur. 6. quæstione. 1. cap. Si tantum. & cap. Placuit. Probatum quoque exemplo Christi redemptoris nostri, qui quauis sciebat Iudam peccatorem esse, non illi denegauit sacramentum: eò quòd peccator occultus erat, & scandalum oriretur, si ei non traderet, cum erat inter conuiuantes. Ratione etiam probatur, nam denegando illi sacramentum, sacerdos maximum nocumentum ei inferret, siquidem prohibere illum à comunione non potest, quin crimē illius occultum detegat. Quamuis enim minus malum esset peccatori infamari, quàm indignè sumere: sacerdoti tamen peius est peccare mortaliter infamando peccatorem occultum, quàm quòd ille peccet. Nemini enim delinquere licet, vt alium à delicto liberet. Vnde, nec licet sacerdoti homini peccatori tradere hostiam non consecratam, etiam de consensu ipsius peccatoris occulti, vt scandalum euitet apud alios, & peccator non sumat indignè (quamuis aliqui hoc dixerunt) quoniam tunc sacerdos quantum in se est faceret alios idololatrare, qui hostiam adorarent. Constat igitur iam ex his, non posse sacerdotem huiusmodi peccatori occulto eucharistiā petenti, denegare. Admonere tamen debet in generali, ne aliquis cum conscientia peccati mortalis accedat, exemplo redemptoris, qui in communi discipulos admonuit quādo dixit, **Vnus vestrum me traditurus est.** Tertia conclusio. Si peccator ille occultus occultè petat, siue sacerdos sciat eius peccatum per confessionem, siue extra confessionem, citra controuersiam doctores aiunt, quòd debet ei sacramentum denegare. Tenet hanc conclusionem

Con. Cart.

Matth. 26.

3. conclus.

D. Aug.

D. Tho. clusionem Diuus Thomas in. 4. distinctione. 9. articulo. 5. quæstione. 1. articulo. 1. Et **Alex. Alen.** 4. part. quæstione 49. membro. 1. & **Bonauen.** eadem distinctione. articulo. 2. quæstione. 4. & **Ricardus** eadem distinctione. articulo. 3. quæstione. 1. Et **Durand.** quæstione. 5. Ratio huius conclusionis est, quia tunc neque reuelatur confessio, neque proditur crimen peccatoris occultè petentis, si ergo potest denegari quando sic petit in occulto sine obiectione & exprobratione confessi criminis, denegandum est etiam à proprio prælato, & tempore paschatis, quamuis quidam teneant oppositum, **E** vt **Palud.** eadem distinctione quæstione. 4. cōclusionē. 3. scilicet, quòd si tantum scit in confessione & petit in paschate & in mortis articulo illum parochus communicare tenetur, & huic sententiæ subscribere videntur **Syluest.** verbo. Eucharistia. 3. §. 8. & **Dominicus** à **Soto.** Et quanquam hęc sententia probabilis sit: probabiliorē tamen esse arbitror priorem in nostra conclusione contentam. **4. Conclus.** Quarta conclusio. Peccatori occulto publicè petenti secundum nonnullos doctores, nempe **Adrianum** quodl. 3. quæstione. 3. **Durand.** distinctio. 9. quæstione. 5. **Palud.** ibidem. **Syluest.** verbo. Eucharistia. 3. §. 7. **Solus** parochus hoc Eucharistiæ sacramentum in paschate, & in mortis articulo conferre tenetur. Extra illa autem duo tempora homini iniusto eucharistia denegari potest. At vero secundū **Dñicū** à **Soto,** & nonnullos alios doctores non tantum in duobus prædictis casibus, sed quotiescūque subditus petit, proprius parochus ei conferre tenetur, dummodo nimia non sit frequentia. Imò secundum **Caietanum** in commentarijs super quæstione. 80. articulo. 6. non solum proprius sacerdos: verum etiam quicumque alius hoc sacramentum peccatori secreto publicè petenti conferre tenetur, modo esset expositus, & paratus ad quoscunque ad se

E Palud.

Syluest.

Soto.

4. Conclus.

Adrian. Durand. Palud. Syluest.

Soto.

Caieta.

A venientes communicandum, quorum sententiæ adharendum esse cōseco, cum idem inconueniens in hoc casu sequi ac si proprius sacerdos illi in paschate denegaret, scilicet infamiam, omnibus perspicuum sit. Item, quia quando occultus peccator publicè petit eucharistiæ sacramentum, iure suo vititur. Quocirca sacerdos expositus ad omnes communicandum nullatenus ei negare potest hoc sacramentum. Nec ideo illius peccato cooperatur formaliter, nepe quantum ad malitiam, sed tantum materialiter. **¶**

XXIII. DIFFICULTAS.

Vtrum pollutio nocturna impediatur summptionem Eucharistiæ?

PRO huius difficultatis explicatione annotare oportet duo fundamenta. Primum est, quòd pollutio nocturna nūquam secundum se est peccatum: quia actus qui accidit in somnis nō est liber: ac proinde nec bonus nec malus. Tamen potest esse bonus vel malus in sua causa, nam satis est ad hoc quòd sit bonus vel malus, vt habeat libertatem in sua causa, quanquam in se non habeat, quemadmodum motio brachij, qua quis mouet ensē, & occidit hominē, licet in se non sit libera, satis tamen est ad hoc vt occisori imputetur, vt sit libera in sua causa, scilicet in voluntate. Eodem modo pollutio quæ accidit in somnis, licet in se non sit libera: potuit tamen esse voluntaria, & libera in vigilia. Idcirco potest esse peccatum mortale, vel veniale, vel nullum, secundum quod illius causa potest esse peccatum mortale, vel veniale, vel nullum. Ex quo iam sequitur secundum fundamentum: nempe semper recurrendum esse ad causam, vnde prouenit & accidit dormienti ista pollutio. Potest enim prouenire, vel ex cogitatione præterita, vel ex ebrietate & cra-

pula, vel ex tentatione diabolica, vel ex infirmitate, vel ex eleuatione naturæ. Primis duobus modis non potest esse sine peccato mortali vel veniali, quia si cogitatio deliberata cum consensu præcesserit, vel ebrietas; vel crapula fuerit deliberata, peccatum mortale est. Quibus præhabitis, sit prima conclusio bimembris. Quando pollutio vel immunitas fuit à culpa, vel venialem tantum habuit annexam, non impedit de necessitate sacramenti sumptionem, ita ut sumens reus fiat corporis & sanguinis Domini. Si vero illa causa fuit peccatum mortale, tunc nocturna pollutio impedit de necessitate sumptionem istius sacramenti: quia sequuta fuit ex causa mortaliter culpabili. Si autem cogitatio non fuerit cum de liberato consensu, vel ebrietas sine crapula non fuerit deliberata, peccatum est veniale aliquando, & aliquando nullum. Proinde ut distinctius procedamus est secunda conclusio, quod pollutio subsequuta ex his, de necessitate non impedit, ut dixi, sumptionem istius sacramenti, sed tantum de congruitate, maximè si fuit cum turpi imaginatione: quia ex cogitatione (ut communiter dicitur) deprimatur mens, & ideo optimè facit non accedendo die sequenti ad eucharistiã qui sic sine peccato, vel cum peccato veniali pollutus est in somnis. Item, quia semper accidit corporalis foeditas quædam, cum qua propter reuerentiam sacramenti non decet ad altare accedere. Legitur namque Leuiti. 15. Vir de quo egreditur semen coitus, immundus erit usque ad vesperam. Animaduertere tamen oportet, quod si sit aliquid quod præpoderet, sicut reuerentia festiuitatis occurrentis, vel timeatur de scandalo, vel est aliqua alia obligatio ad celebrandum: non debet dimitti propter hoc corporis Christi perceptio. Idem existimo dicendum de concubitu coniugali, qui fit causa prolis generandæ, vel causa reddendi debitum. De congruitate tamen & decencia non deberent illa die sumere

re corpus Christi (ut dixi) Secus est, si fiat concubitus iste coniugalis ratione voluptatis: nam tunc prohibendus esset, ne sequenti die ad hoc sacramentum accederet, ut tenet Diuus Thomas in 3. p. quaestione. 80. articulo. 7. ad 2. Non tamen intelligas peccatum esse mortale accedere, si non præcessit mortale in opere, cuius reatus manet. Imò etiã si ratione debiti reddedi, & etiã si actus ille sit meritorius: attamen foeditas corporis absque peccato, ac mentis distractio manet, ac proinde melius tunc faceret abstinendo ab huius sacramenti sumptione, nisi vel necessitas vrgeret vel festum adesset solenne, vel maximam communicandi deuotionem haberet. Tertia conclusio. Si pollutio proveniat ex illusione diabolica, non credo quod debeat dimitti: maximè si veniat tempore magnæ festiuitatis, vel communis liue generalis communionis. Quarta conclusio. Si ex naturæ infirmitate proveniat pollutio (quæ quidem potius est poena quam culpa) vel si ex eleuatione naturæ proveniat, laudabile est non accedere ad eucharistiã propter reuerentiam, quando nulla est necessitas accedendi, ita habetur in decretis distinctione. 6. cap. Testamentum nisi potior causa reformet peccatum, ut magna deuotio, vel huiusmodi: & intelligendum est de congruitate & consilio saluberrimo, id quod dicunt doctores quod post talem pollutionem abstinendum est à sacramento. 24. horis, quia isto tempore reputatur natura deordinata, & non de præcepto. Quinta conclusio. Si illa pollutio nocturna sequuta fuit ex causa mortaliter culpabili, si die sequenti confiteatur de illa causa pollutus, post contritionem & confessionem non est impedimentum de necessitate, quin possit ad eucharistiã accedere. Habet conclusionem hanc communis doctorum sententia: illam enim tenet Petrus à Palude & Bonauentura in 4. distinctione. 9. & Gabriel lectione. 10. super

D. Tho.

E

Phi

3. conclus.

4. Conclu.

5. conclus.

Palud. Bonaue. Gab.

per

per canonem. Gerson in tractatu de pollutione nocturna. Siluestr. in verbo Eucharistia. 3. §. 10. Ratio huius conclusionis est, quia in illo iam non manet immunditia spiritualis, quæ simpliciter impedit sumptionem huius sacramenti. Quocirca non erit mortale accedere: tamen melius ac congruentius est tunc abstinere, ut D. Thom. sentit in q. allegata ar. 7. ad 4. & 5. ne irreuerentia fiat sacramento. Quod si pollutio nocturna de congruitate impedit, multo magis impediet pollutio flagitiosa & enormis habitata in vigilia, quantumcumque sit culpa illius peccati poenitentiam remissa. Sexta conclusio. Ex hoc quod aliquis frequenter pollutur propter confessionum audientiam, vel propter hoc quod multum comedit, vel bibit (iuxta complexionem tamen suam) non tenetur intermittere confessiones, & alias necessarias operationes. Secus tamen esset si huiusmodi frequentes pollutiones sequerentur, eò quod immundos, & inhonestos libros legit: nam tunc à lectione talium librorum abstinere teneretur. Septima conclusio. Si immunditiæ corporales non sint culpa, sed poena, habeantque horrorem secum, ut lepra, & scabies &c. si sint perpetuæ vel diuturnæ, communionem non impediunt. Quod si cito transeant, ex congruentia quadam per illud tempus sumptionem huius sacramenti impediunt, & non amplius. Hæc conclusio est expressa D. Tho. sententia. 3. p. q. 80. ar. 7. ad tertium. vbi adducit Grego. in epistola ad Augustinum Episcopum Anglorum, & cum dicitur in c. tua nos extra de clerico egrotante, quod sacerdos lepra percussus remoueri debet ab administratione populi, non intelligitur, quod non consecret, & seipsum communice, sed ne populo sacramenta administret propter horrorem. Octava conclusio. Quauis in vet. lege mulieres certis diebus post partum immundæ reputabantur, & ob id ab ingressu templi illis diebus arcebantur, tangereq; sacra

10. Gerson. Siluestr.

D. Tho.

6. conclus.

7. Conclu.

D. Thom.

8. conclus.

prohibebantur: attamen cum iam huiusmodi lex cessauerit, poterunt statim, si velint, templum ingredi, ac communicare. Hæc conclusio, adeò perspicua est, ut probatione non egeat, cum partus culpa non sit, etiam si multoties ex culpa proveniat. Quod si propter reuerentiam aliquandiu ab ingressu templi abstinere voluerint: earum deuotionem nullatenus improbandam esse, cetero. Vtrūque nanque Innocen. in cap. volens. de purification. post partum diffiniuit. Nona conclusio. Mulieribus diuturnum, aut perpetuum sanguinis fluxum patientibus: Eucharistia denegari non debet, siquidem perspicue liquet Christum deum se tangi à muliere illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, non prohibuisse. Decima conclusio. Si mulieres propter menstruum & sanguinem regularem quolibet mente obuentem, ex reuerentia à communione abstinere voluerint, laudandæ sunt, & si ex deuotione communicare voluerint, repellendæ non sunt à communione. Vnde, suo iudicio sunt relinquendæ, ut Grego. in præfata epistola ait. Quid autem si huiusmodi mulieres petant consilium à suo confessore, instantque opportunè & importunè illis respondere debeat? Cui dubio mihi respondendum esse videtur quod si tractato menstruo facile communionem habere possint, illam differre debent, si autem eam tunc facile habere nequeant, ex eo quod moniales, aut virgines, vel conjugatæ sunt, quæ licentiam exeundi non habent, cum volunt si adsit dies solennis, deuotionemq; habeant: consulere illis poterit confessor, ut communice, quia humilitate, & deuotione illa indecentiam compensare poterunt.

Innoc.

9. Conclu.

10. conclus.

D. Greg.

XXV. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc Eucharistiæ sacramentum debeat sumi à ieiunis?

N 5 Huic

1. Concln. **H**ic difficultati duabus conclusio nibus respondetur, & earum prima est. Præcepto Ecclesiæ quilibet christianus tenetur ad Eucharistiā ieiunus accedere. Hæc conclusio habetur expresse. 7. q. 1. c. nihil. Habetur etiam de consec. dist. 1. c. sacramenta. & dist. 1.

Con. Carth. 2. c. liquido. Et in concil. 3. Carthag. c. 29.

Concl. Bra. & in concil. 2. Bracha. c. 10. & de celebra tione missarum. c. ex parte. & in concil. Constan. sessio. 13. vbi condemnati sunt Priscilianistæ, asserentes quod tenebamur sumere parum vini ad purgandum os, & guttur ante huius sacramenti sumptionem. Aduersus quos scripsit Thom.

Vald. **Clithou.** Vualden. 2. de sacramentis. c. 87. & maxime contra Lutherum, & Clithoueus de sacrificio missæ. cap. 20. Et rationibus etiam probatur conclusio, prima, quia conueniens & maxime decens est, vt prius intret in os christiani ille sanctissimus cibus, quàm quicumque aliuscibus, ita vt ille qui sumit istum cibum sacrosanctum, nihil ante sumperit ista die, vel per modum cibi, vel medicinæ. Et hoc decet maxime propter vomitus, & ebrietatis periculum, quæ quandoq; contingere solent ex hoc, quod homines inordinate cibis vtuntur. Secunda ratio est, quia hoc plurimum refert ad hoc, vt cum maiori reuerentia ad tantum sacramentum accedatur: si enim (vt Leuiti. c. 10. habetur) prohibebatur, ne Aaron & filij eius biberent vinum, & omne quod inebriare potest, eò q̄ intraturi erant sanctuarium, vt haberent scientiam discernendi inter sanctum, & prophanū, inter pollutum & mundum: multò magis sacerdotibus noui testamenti celebraturis conuenit, vt ieiuni accedant ad tam mirabile sacramentum. Nec obstat id quod à Luthero in libello de abroganda missa priuata obijcitur, videlicet Christum post cœnam discipulis corpus suū tradidisse. Nam illud fecit Christus, vt vehementius sacramenti huius sublimitatem commendaret, & magis discipulorum cordibus infingeret, & vt prius

Len. 10.

A impleret figuram, nempe esum agni paschalis, quam veritatem institueret. At verò cessante figura, noluit Ecclesia, vt deinceps eodem ordine, hoc est, post alios cibos sumeretur, sed apostolos docuit, qui ecclesias instituerent, vt nõ nisi ieiunus traderetur.

Sed notandum, quod duplex est ieiunium, quoddam naturæ, aliud ecclesiæ, ieiunium naturæ est illud quod priuationem cuiuscunque præsumpti per modum cibi, vel potus importat, ita q̄ soluitur per sumptionem cuiuscunq; cibi vel potus sumpti in modum cibi, vel potus, vel etiam medicinæ. Ieiunium verò Ecclesiæ, quod ad carnis macerationem institutum est, soluitur per comestionem cuiuscunque sumpti per modum cibi, vna comestione facta. Quando ergo dicitur in nostra conclusione, quod

C sacramentum Eucharistiæ debet sumi à ieiuno, intelligitur de ieiunio naturæ, ita vt neque post sumptionem aquæ, vel medicinæ, vel alterius cibi & potus in quacunque minima quantitate, liceat hoc sacramentum accipere. At ieiunium istud prærequisitum, quanuis apud diuersas nationes à diuersis horis incipiat (nam secundum aliquos à meridie, secundum alios ab ortu, secundum verò alios ab occasu solis): tamen Ecclesia Romana sumit à media nocte. Vnde, qui post mediam noctem aliquid per modum cibi vel potus sumperit, quantumcunque post hoc dormiat, & digestus sit, nunquam tamen poterit ad hoc sacramentum accedere illa die. Quicquid verò ante mediam noctem sumperit,

D ab occasu solis): tamen Ecclesia Romana sumit à media nocte. Vnde, qui post mediam noctem aliquid per modum cibi vel potus sumperit, quantumcunque post hoc dormiat, & digestus sit, nunquam tamen poterit ad hoc sacramentum accedere illa die. Quicquid verò ante mediam noctem sumperit, licet postea non dormiat, non impedit huius sacramenti sumptionem. **E** nihil enim, vel somnus, vel indigestio refert, quantum ad rationem præcepti. Vbi autem aliter dies computaretur, quàm in Ecclesia Romana prædiximus, standum esset consuetudini patriæ, quæ Ecclesiæ decreto esset recepta.

Secunda conclusio. Infirmis debet dari Eucharistia manè, si id commodè

fieri potest. Verumtamen, si obseruari id commodè non potest, quia de eorum salute timetur, detur illis in quacunque hora diei siue noctis, post prandium, siue ante, ne sine viatico discedat. Conclusio hæc habetur ex vsu Ecclesiæ, quæ quidem id seruat in illa ratione communi fundata, quod necessitas caret lege. Ponitur hæc sententia expresse de consecra. dist. 2. cap. presbiter. Sciendum tamen, quod si non est hostia consecrata, non debet sacerdos ob communicandum infirmum post cibum, vel potum sumptum consecrare, quantumcunque periclitetur infirmus. Ita tenent omnes doctores, vno excepto Ioanne Maiore.

Ioan. Mai.

in 4. dist. 9. q. 3. cui fides non est in hoc adhibenda. Nam vt habetur de consec. dist. 2. c. relatum. sacerdos consecrare non potest ad communicandum alios, nisi ipse prius cõmunicet. Vnde, si post prandium propter communicandum infirmum deberet consecrare, esset frangenda consuetudo Ecclesiæ de communicando post prandium. Satis nanque esset tunc infirmo baptismus & pœnitentia in re, & Eucharistia in voto cum realiter haberi nequeat. Sed quid si aliquis sacerdos, vel alius qui debet communicare, manè lauet os suum, & fortè transglutiat aliquid de aqua: nunquid impeditur à susceptione huius sacramenti illa die? Pro quo sit prima conclusio. Si aliquid transglutiat non in magna quantitate cum salua permixtum, ac per modum saluæ (quod euitari non potest) non impedit susceptionem istius sacramenti, dummodo fecerit præter intentionem. Secunda conclusio. Si aliquid de reliquijs remanserit inter dentes, & cum abluit transglutit de hoc quod remanserat inter dentes præter intentionem, non impeditur à sumptione huius sacramenti: quia non deglutuntur per modum cibi, sed per modum saluæ.

Pri. conclus.

2. Concln.

3. Concln.

Tertia conclusio. Si post ablutionem inuenerit sacerdos reliquias hostiæ consecratæ in lintheaminibus, non solum po

test, sed tenetur eas sumere, ita tenet Syluest. verbo Eucharistia. 3. §. 8. & Caietan. quodlibeto. 1. q. 17. quam de hoc composuit. Et probatur, nam totum reputatur vnum sacramentum, nec censetur perfectum quousque omnes reliquiæ sumantur. Præterea, quia si particula hostiæ ad hæsit palato post primum haustum, licet sacerdoti sumere haustum vini, quod possit facere transglutire illam particulam, quia reuerentius sic fit, quàm digito extrahendo illam. Præterea, quia in Parasceue sumit sacerdos hostiæ consecratæ particulam positam in vino non consecrato. Præterea, quia licet sit præceptum Ecclesiæ, vt sacerdos ieiunus ad melsam Domini accedat: non tamen ad singulas particulas illius mensæ & cœnæ, & ideo etiam si post digitorum ablutionem reliquias remanentes sumat, frangere hoc præceptum non censetur. Postremo patet, quia si has reliquias inuentas non posset sacerdos sumere, non posset succurrere quàm plurimis difficultatibus, quæ quotidie contingunt. Secus est de portionibus quæ post communionem populi superfuerint: nam illæ reseruandæ sunt in pixide: tum, quia illæ nõ sunt consecratæ ad sumptionem sacerdotis, tum etiam, quia sunt notabilis quantitates. Nec valet argumentum, quod contra ea quæ diximus fieri posset. Quod si sacerdos reliquias sumere potest, eadè ratione posset sumere integram hostiā, cum integer Christus sub quacunq; particula sicut sub integra hostia contineatur. (Non inquam valet) eò quod integra hostia ad aliam mensam, ac cibationem pertinet, non autem reliquiæ. Annotare tamen hic oportet, q̄ laicus post lauatorij sumptionem, neutiquam reliquias sumere potest, quia suo officio, & conuiuio functus est. ☩

XXVI. DIFFICULTAS.

Verum non habentibus vsu rationis sit conferendum hoc sacramentum?

Ad

AD difficultatem hanc per aliquot conclusiones respondetur, & prima in negatiua. Non debet dari pueris antequam perueniant ad annos discretionis, vt habetur in cap. omnis vtriusq; sexus, extra de poeni: & remissio. Ratio est, quia ante istud tempus nesciunt discernere inter istum cibum, & cibum corporalem: & sic ipsi non exhiberent reuerentiam debitam tanto sacramento. Cui enim hoc sacramentum sit viuentium, voluntatem propriam requirit suscipiens: secus est de baptismo, qui est sacramentum mortuorum. Vnde, satis pueri per alienam voluntatem, tanquam non viuentes offeruntur vitæ. Nec propter hoc aliquod detrimentum vite spirituales & æternæ patiuntur, cum hoc sacramentum spiritualiter manducant in baptisimi susceptione, quando membra huius corporis mystici efficiuntur, inquit enim Augu. in epistola ad Bonifacium, tunc vnusquisque fidelium corporis, & sanguinis Christi particeps fit spiritualiter, quando in baptisinate membrum corporis Christi efficitur: sic enim intelligitur illud Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Iudicium verò discretionis quando in eis incipiat, vt possint hoc sacramentum suscipere, relinquatur examinandum parentibus in conuersatione, & confessorii in confessione. Qui cum deprehenderit eos habere usum rationis: scilicet discernere inter bonum & malum, & inter hunc cibum & alios seculares (quod pluribus accidit à decimo vsque ad duodecimum annum, imò & aliquibus antea) tenentur ipsis conferre Eucharistiã. Alioquin licet pueri excusari videantur, parentes tamen nõ excusarentur, vt notat Caieta. in commentarijs. 3. p. q. 80. ar. 9. De qua re agit Alexan. Alen. 4. par. q. 49. membro 5. Palud. eadem dist. q. 4. & Siluest. verbo Eucharistia. 3. q. 5. Annotandum tamen est hic, quòd cum certa regula assignari non possit, consuetudo

August.

Io. 6.

Caiet. Alex. Alen. Palud. Siluest.

quæ est optima legum interpret distinguit inter annum discretionis ad confitendum, & annum discretionis ad communicandum: quasi ad confitendum quælibet discretio sufficiat, ad communicandum autem exigatur discretio deuota & reuerentialis. Vnde, parentes curam paruorum & puellarum gerentes, ad confitendum paruulos decem annorum cogunt: ad communicandum autem communiter non mittunt, nisi post plures annos, & est optima consuetudo sic assuescere confiteri per aliquod temporis spacium priusquam Eucharistiã suscipiant. Quòd si de facto sacerdos modo communicaret paruulum ante usum rationis, quamuis ex opere operantis non conferri illi gratiam perspicuum sit: nihilominus tamen si in primitiua Ecclesia paruulis Eucharistia conferebatur probabilis est, quòd daretur illis gratia ex opere operato. Cum enim Ecclesia tollere, aut essentiam sacramentorum mutare nequeat, imò nec effectum & virtutem illorum, postquam sunt applicata, impedire valeat, consequens est, vt tunc per Eucharistiæ sacramentum illis gratia conferretur: & modo etiam conferatur. Si autem ille usus approbatus per Ecclesiã non erat, probabilis esse existimo, quòd nec tunc, nec modo per hoc sacramentum detur illis gratia, si de facto eos sacerdos communicaret. Possumus etiam dicere, quòd si in primitiua Ecclesia paruulis antequam usum rationis attigissent hoc sacramentum administrabatur, nõ ad eis gratiam conferendam, sed ad alios consequendum effectus id fiebat, nempe vt ab insidijs diaboli liberarentur, & ab infirmitatibus sanarentur, atq; incolumes seruarietur. ¶ De amentibus autem distinguere oportet, quia aut huiusmodi fuerunt amentes seu furiosi à natiuitate, ita vt nunquam habuerint usum rationis. Et de istis sit secunda conclusio in ordine, quòd sacramentum, istud Eucharistiæ non debet illis dari, tum, quia nesciunt diiudicare inter

S

¶

2. conclus.

tes

ter istum cibum & cibum corporalem, tum etiam, quia istud sacramentum requirit actualem deuotionem in suscipiente, & tales non possunt eam habere, nec vllam vnquam habuerunt: aut tales habuerunt aliquando usum rationis, sed amiserunt ipsum propter aliquam causam, & habent aliqua lucida interualla. ¶ Et de istis sit tertia conclusio, quòd tempore quo habent talia lucida interualla, si petant cum deuotione istud sacramentum, & velint ipsum recipere reuerenter, debet eis dari. Si verò non habent lucida interualla, sit quarta conclusio, quòd si priusquam in amentiam incidissent, in eis poenitentia signa præcesserint, & Eucharistiã petierint, & sint qui de hoc dent testimonium: eis in articulo mortis denegari nõ debet hoc sacramentum, nisi vomitus, vel alicuius irreuerentiæ imminet periculum. Hęc conclusio habetur expresse in 4. concilio Carthag. c. 77. habetur etiam. 26. q. 6. cap. his qui, & cap. qui recedunt. Ratio est, quia isti tales habent nunc virtualiter deuotionem, licet actualiter illa careant, quia nec necessaria est actualis. Nam deuotio præterita quam habuerunt quando usum rationis habebant, nunc tempore amentia manet in virtute, siue præcesserit ante duos, siue quatuor, siue decem annos, siquidem non est per contrarium actum intercisã, nec tamen sequitur, vt singulis annis sint ad communionem admittendi, sed satis est vt discessuris, tanquam viaticum prouideatur. Gratiam igitur, ceterosque effectus accipiunt in huius sacramenti sumptione: secus si nunquam talem deuotionem habuerint. ¶ Et annotato cum Siluestro, quòd etiam si expresse non petierint verbo, vel signo antequam usum rationis amitterent, si tamen credibile, ac probabile esset, quòd requisiti peterent, hoc sufficit, vt virtualiter censeatur petere. Ex quo apertè elicitur minimè esse fidem adhibendam Gabrieli, in 4. distin. 9. q. 2. dubio 4. afferenti, his qui

3. Conclu.

4. Conclu.

Cõ. Cart.

Syluest.

Gab.

aliquando usum rationis habuerunt, & postmodum amiserunt & freneticis, nõ esse hoc sacramentum conferendum. ¶ De dæmoniis sit quinta conclusio, quòd si dæmoniaci cum deuotione, & reuerentia peterent, credo quòd deberet eis dari: dum tamen tales habeant usum rationis & actualem deuotionem ad istud sacramentum. Imò credo, quòd tantam deuotionem habere possent ad sacramentum, vt virtute eius à dæmonio liberarentur. ¶ De Leprosis sit. 6. conclusio, quòd istis non dari debet hoc sacramentum. Quòd tamen intelligo de leprosis sic infectis, vt non possent corpus dominicum recipere & tractare in ore suo, quin ipsi reijcerent, sicut sunt multi, quibus ceciderunt labia & dentes, & sunt toti corrossi vsq; ad guttur: talibus nanq; sic leprosis non debet dari corpus Christi: alijs autè leprosis bene potest dari. ¶ XXVII. D I F F I C V L T A S I. Vtrum liceat quotidie hoc Eucharistiæ sacramentum suscipere? ¶ Pro huius difficultatis elucidatione annotandum est, bifariam Eucharistiã considerari posse, vno modo, secundum se: & sic est prima conclusio, quòd quantum est ex parte ipsius sacramenti vtile est quotidie communicare, vt in suscipiente, quotidie gratia augeatur. Itè, quia cum sit medicina peccatorum quotidie sumere debemus qui quotidie peccamus. Alio modo ex parte dispositionis sumentis: & sic est secunda conclusio, quicunque inuenerit se paratum, nõ pe vt non solum se liberum à peccatis sentiat, verum etiam cum deuotione magna, quotidie poterit comunicare. Hęc conclusio probatur ex D. Aug. de verbis domini, cuius verba habentur de consecra. distin. 2. c. non iste panis. Iste panis (inquit) quotidianus est, accipe quotidie.

¶

5. Conclu.

6. conclus.

2. Conclu.

D. Aug.

die, vt quotidie tibi profit, sic tamen vi-
ue, vt quotidie merearis accipere. Quo
fit, vt si homo satis cauerit, ne in pecca-
to communicet, quanuis quotidie toto
anno, & pluribus annis ad sacramentū
accedat, redargui nō possit peccati mor-
talis. Si quis nanque quotidie se paratū
inuenerit: id est purgatū à peccato mor-
tali, laudabile est quotidie sumere. Quo
circa, licet quis crebro peccaret, si toties
legitimo proposito eum poeniteret, pos-
set absque reatu mortalis culpæ accede-
re. Annotare tamen hic oportet, quod
istis qui corruptis affectibus fluctuant,
licet quotidie resurgant, non est sanum
consilium quotidie ad sacramentum ac-
cedere, etiam si sint sacerdotes: tū, quia
timendum illis est, ne non sit eorum poe-
nitentia legitima: tum, quia neque synce-
ram & castam reuerentiam afferre pos-
sunt, vt decet, tanto sacramento. Vnde
fit tertia conclusio, quod vt in plurimū,
& communiter loquendo, non expedit
istis quotidie communicare. Probat,ur,
nam sunt multa impedimenta, quæ de-
uotionem impediunt. Et sic laudabile
est, aliquando abstinere, vt D. August.
in lib. de Eccle. dogm. ait, cuius verba ha-
bēt de cōse. d. 2. c. quotidie. Inquit em̄
quotidie Eucharistiā accipere nec lau-
do, nec vitupero. Nec existimet aliquis,
hoc de secularibus dixisse Augustinū,
quia cum sacerdotibus tantum loque-
batur. Si tamen sint aliqui sacerdotes &
religiosi, à seculari tumultu semoti, diui-
næque contemplationi, lectioni, & ora-
tioni vacantes, ita vt sint integræ & pro-
batæ vitæ, laudabilius est quotidie com-
municare: tum, quia maiorem fructum
quotidie celebrantes percipient, tum
etiam, quia maius religionis exemplū
alijs exhibent. Sciendum est hic, quod
seculares in primitiua Ecclesia, quando
sanguis Christi recens in pectoribus fi-
delium feruebat: quotidie accedebāt ad
sacramentum, postea verò, crescente nu-
mero fidelium, ac subinde repescente in
eis charitate fuit consuetudo, vt tantum

A singulis diebus dominicis communica-
rent. Quæ quidem consuetudo vsque
ad Aug. tempus durauit, vt habetur in
epistola 108. ipsius Augu. ad Ianuarium; ^{Aug.}
cuius verba habentur in decretis. dist.
12. c. illa autem. Et de consecra. distin. 2.
c. quotidie. omnibus, inquit, dominicis
diebus communicandum suadeo, & ad-
hortor: si tamen mens sine affectu pec-
candi sit. Postmodum autem Fabia. Pa- ^{Fabia. Pa.}
pa instituit, vt saltem ter in anno com-
municarent: nempe in natali Domini, in
Pascate, & in Pentecoste, vt habetur de
consecra. dist. 2. cap. Et si non frequētius.
Tandem Innocentius. 3. in conc. Later. ^{Innoc.}
propter multitudinem fidelium, & pro-
pter in deuotionem eorum instituit, vt
semel in anno tantum communicare te-
nerentur sub præcepto, vt patet ex cap.
omnis vtriusque sexus, & recitatur à cō-
cil. Triden. sessio. 13. cano. 8. Nec tamen ^{Con. Trid.}
per hoc voluit christianis prohibere
pluries communicare, cum sit laudabile
sæpe infra annum communicare, sed de-
bent optimum confessorem habere, qui
eis dicat quādo expedit cōmunicare. ^E
Expedit autem, cum confessarius poeni-
tentes habere deuotionem (quam san-
cti exigunt ad accedendum ad hoc mira-
bile sacramentum) iudicauerit, non autē
ex necessitate exigunt exteriorē lachri-
mosam deuotionem, sed voluntatis pro-
ptitudinem, firmumque mentis propo-
situm abstinendi à peccatis mortalibus
& pro posse à venialibus, atque seruien-
di Deo. Denique cum viderit eos habe-
re auiditatem, & sitim manducandi cor-
pus Christi, bibendique eius sanguinem
quæ quidem auiditas ex appetitu vitam
spiritualem conseruandi, atque augendi
oriri solet, sicut auiditas, ac corporalis
cibi desiderium, ex appetitu conseruan-
di, atque augendi vitam corporalem ori-
tur. Non tamen hæc à nobis dicta sic in-
telligenda sunt, vt certam velimus regu-
lam statuere, cum nullus eam statuere
queat, sicut nec de cibo corporali. Vn-
de, quando expedit eos communica-
re,

3. Conclu.

Aug.

Aug.

Aug.

re, quando verò minimè iudicandū ar-
bitrio sapientis relinquitur, qualitate, &
hominum statu, ac eorum discretione
considerata, nempe an iuuenes, vel se-
nes, viri vel foeminae, montales, vel vi-
duæ, virgines vel coniugate sint. [⊕] Sed
quid dicendum est de quibusdam mu-
lierculis beatis & alijs secularibus, qui
omnibus diebus dominicis habent con-
suetudinem communicandi? Ad hoc
ego dico, quod mihi non videtur lauda-
bilis consuetudo: cum obseruetur in re-
ligionibus approbatis, ac bene institu-
tis, vt religiosi, qui non sunt sacerdotes,
tantum bis in mense communicent, sci-
licet de quindena in quindenam. Satis
ergo erit, huius generis mulierculis, si
sic communicent. ^E Hæc tamen regu-
la non sic generaliter est intelligenda
cum omnibus, vt cum aliquibus in parti-
culari dispensari non possit, vt frequen-
tius, scilicet saltem singulis dominicis
diebus communicent. Non enim cer-
tior regula assignari potest, quàm iam
supra posita, nempe relinquere iudicio
confessorum earum, vt ipsi perspecta
vniuscuiusque dispositione iudicēt, qui-
bus frequentius hoc sacramentum ad-
ministrari expedit, quibus autē mini-
me: Nec enim eadem ratio currit de to-
ta religiosorum, ac monialium commu-
nitate, & de priuatis religiosis, sicut nec
de omnibus laicis. Hoc nanque prospici-
ens. D. Chryso. homi. 7. super episto-
lam ad Heb. certissimam regulam sta-
tuit, Plurimi (inquit) semel, alij bis, alij
pluries communicant in anno: nullam
tamen istorum laudo, sed q̄ munda cō-
scientia omnes communicent. [⊕]

⊕

E

Chryf.

⊕

XXVIII. D I F F I C V L T A S.

Utrum sit præceptum de Eucharistiæ
sumptione?

Præclus.

A D hanc difficultatem aliquibus
conclusionibus non insufficiēter

A respondetur, quarum prima sit. Ex præ-
cepto diuino omnes communicare. ten-
entur. Expresse habetur hæc conclusio
in euangelio Lucæ 22. Hoc facite in
meam commemorationem. Verbum
enim, facite, præceptum importat. ^E Li-
cet enim verba hæc Apostolis & sacer-
dotibus dicta sint: non tamen incōgruè
laicis etiam competunt, nam cum sacer-
dotes sub hoc diuino præcepto conse-
crare & sumere, populoque dispensare,
atque administrare teneantur, vt liqui-
do patet ex illo Pauli 1. cor. 4. Sic nos exi-
stimet homo, vt ministros Christi, &
dispensatores & c. fit, vt populus ipse sub
eodem præcepto, illud suscipere tenea-
tur. Sicut ex eo quod potestatem dedit
illis ligandi, atque soluendi, iudices eos
constituens euidenter colligimus popu-
lum teneri eis peccata confiteri. [⊕] Et ex
illo Ioan. 6. Nili manducaueritis carnem
filiij hominis, & biberitis eius sanguinē,
non habebitis vitam in vobis. ostendi-
tur etiam conclusio. Et præterea habēt
hanc conclusionem D. Tho. in 3. par. q. ^{D. Tho.}
80. ar. 11. quanuis in 4. dist. 9. ar. 1. quæstio
cula. 2. habuerit oppositum, & dominus
Duran. in 4. eadem dist. q. 2. & Palud. ea- ^{Durand.}
dem dist. q. 1. conclusio. 3. Non enim au-
thoritas illa euangelica est intelligenda
de sola manducatione spiritali per fi-
dem, qua in Christum creditur (vt Caie-
tanus super hunc locum Ioannis existi-
mat) sed de manducatione reali, scilicet
sacramentali, vt tenet D. Augu. lib. 1. de ^{August.}
Baptismo paruulorum. c. 21. Nec man-
ducatio spiritalis sufficit, nisi quatenus
includit & claudit in se manducationē
sacramentalem, nempe votum suscipiē-
di hoc sacramentum. Sic enim exposui
mus iam supra spiritualem manducatio-
nem sufficere. Vnde necesse est adultis
ad salutem suscipere hoc sacramentum
in re, habita copia ministri, vel saltem in
voto quando non potest haberi in re.
Tenet expresse hoc corollarium Nico-
laus de lyra super locum præallegatum ^{Nico. lyra.}
Ioan. c. 6. Præterea, quia in prologo cō-
cilij

Lucæ 22.

1. Ad Cor.

Ioan. 6.

D. Tho.

Durand.

Caictan.

August.

Nico. lyra.

Con.Eph. cilij Ephesini aduersus Nestorium, eadem verba, Nisi manducaueritis &c. in sensu de manducatione sacramentali al legantur. **E** Ex hoc enim quodd sancti locum istum præceptum importare pro comperto habuerunt, cœpit in primitiua Ecclesia inolescere consuetudo cōfendi paruulis hoc sacramentum. Præterea, quia cum cibus spiritualis non minus sit necessarius ad vitam spiritualem conseruandam, atque augendam, quàm corporalis ad corporalem, sit cōsequens, vt sicut iste sub naturali, & diuino cadit præceptum: ita & ille. **¶** Præterea, quia cum votum nihil aliud sit quàm promissio sumendi, præceptum esse diuinum, aliquando sumendi sacramentum hoc in re necessum est. Imo & Caietanus corripit sententiam postmodum in instructione circa errores libelli de coena Domini, vbi eundem locum Ioannis demonstrat intelligi de manducatione sacramentali. Accedit postremò optima ratio, quia eodem tenore Ecclesia præceptum posuit sacramenti Eucharistia & poenitentia: at sacramentum poenitentia non solum tanquàm de iure positum expressit, sed determinando tēpus diuini præcepti, ergo etiam est præceptum diuinum de Eucharistia sumptione. **E** Et quauis hæc sententia non sit de fide, siquidem Alexan. Alen. 4. par. q. 51. membro vltimo. Bonauen. in 4. dist. 12. ar. vltimo. q. 4. Gabriel super canonē lectio. 87. tenent oppositum: attamē est tutior, & ideo amplectenda. Nisi enim de communionem esset præceptum diuinum, non tam sedulo curaret Ecclesia, vt fideles communicarent. Nec obstat ratio, quā tenentes oppositam sententiā faciunt, videlicet, quia cum nihil sit de necessitate salutis, quod gratiā præsupponat, & hoc sacramentum illam præsupponat, consequens sit, vt non sit de necessitate salutis sumptio illius, ac subinde, q̄ tantum ex Ecclesie præcepto obligentur homines ad comunicandum. (Non inquam obstat) qm̄ licet nō sit de

Alex. Alen.
Bonauen.
Gab.

A necessitate salutis, sicut baptismus, aut fides: est tamen de necessitate præcepti diuini. Multa enim sunt de necessitate præcepti, quæ gratiam supponunt, & peculiariter noluit Christus dominus relinquere hoc remedium in consilio, sed sub præcepto propter suam dignitatem & maximam vtilitatem, quam nobis affert. Non obstat quoque, Ecclesia modo non communicat infantes, nec amētes à natiuitate, igitur non est præceptum diuinum de communionem, aliàs malefaceret, maximè in articulo mortis. Sicut si parentes non baptizarent puerum malefacerent. (Nō inquam obstat) quoniam in vsu huius sacramenti consideranda est vtilitas sumentis, & reuerentia debita sacramento, & ob id non confertur infantibus, nec amentibus, sicut nec laicis sub vtraque specie. Reliquit enim Christus suæ Ecclesie potestatem determinandi, qui & quo tempore, & ætate & sub qua specie debeāt laici comunicare, vt œcumenica ac generalis Tridentina Synodus sessione 21. cap. 2. **Conc. Tri.** decernit. **¶** Dubitatur consequenter, quādo hoc præceptum obliget? Pro hoc dubio sit secunda conclusio. Hoc præceptum diuinum obligat, sicut alia præcepta affirmatiua, nempe pro loco & tempore: scilicet quando quis ad talem statum deuenit, vt probabiliter credat, se non habiturum vltimus opportunitatem suscipiendi Eucharistiam. Ex hac conclusione manifestè colligitur, præceptum diuinum esse de suscipienda Eucharistia in mortis articulo, ac ex consequenti, si ex sua negligentia quis non recipiat Eucharistiam, quando probabiliter imminet ei exitus de statu viatorum, & Ecclesie militantis, habita copia ministri eam cōferre valentis & volentis, non effugiet mortale peccatum, cum præceptum diuinum contemnere videatur, & scandalum alijs præbeat. Hanc sententiam habet Gabriel lectio 87. super canonem. & Innocentius in libello de officio

Gabr.
Innoc.

cio missæ. Adrianus quoque in materia de confessione quæst. 3. ad primum. Præterea, vniuersalis Ecclesie mos est per totum orbem Christianum à tempore Apostolorum inuolubiter obseruatus, exhibendi infirmis viaticum, præceptum ergo est diuinum. Accedit verbum concilij Niceni, quodd refertur. 26. quæst. 6. cap. De ijs. vbi dicitur, quodd necessario viæ suæ viatico qui discunt, non fraudentur, & hoc ipsum colligitur ibidē ex multis tex. & 27. quæst. 1. Præterea, quia maximum commodum huius sacramenti sumptio in illo temporis momento præstat: tum, contra illusiones & pugnas dæmonum, tum præsertim, quia cum per hoc sacramentum Christo incorporemur, per illius sumptionem profitemur discedere tanquam membra in Christo viuente. Et eadem ratione sacerdos cui incumbit ex officio sacramenta administrare, si propter eius negligentiam sine viatico infirmus de hac vita discedat, peccabit mortaliter.

Conc. Nice.

Damnatis ad mortem pro suis criminibus: sicut illis qui suspenduntur, vel submerguntur, vel comburuntur, vel quomodolibet aliter interficiuntur, quauis, vt habetur. 13. quæst. 2. cap. Quæsitum. nunquam negaretur Eucharistia: modo tamen propter reuerentiam sacramenti nisi de gratia speciali non datur. Videtur nanque irreuerentia irrogari sacramento, si qui sacrosantum Christi corpus suscepit, ilico in patibulum & crucem rapiatur. Et quandoque propter mortis atrocitatem, periculum vomitus imminere posset. Existimo tamen non vsque adeo tutam esse hanc consuetudinem, cum posset absque aliqua irreuerentia & periculo eis conferri die præcedenti ante supplicium, & cum sæpe per hoc sacramentum fiat homo ex attrito contritus, & suscipiat gratiam, quam non recepit in poenitentia.

3. Conclu.

Tertia conclusio. Ex Ecclesie statuto

A quilibet fidelis tenetur communicare semel in anno: scilicet in paschate. Habetur expressè hæc conclusio in. c. Omnis vtriusque sexus. de poeni. & remissi. & quantum ad hoc præceptum spectat, intelligitur pascha durare duabus hebdomadibus vt Eugenius. 4. declarauit: ita quodd communicans in hebdomada sancta, vel in hebdomada paschatis, aut in dominica immediate sequenti, satisfacit præcepto Ecclesie: potest tamen de consilio proprii sacerdotis ex rationabili causa differre ad tempus aliquod huiusmodi communionem, & tunc adimplebit Ecclesie præceptum de communicando in paschate, vt in prædicta decretali habetur. Si autem peccator velit in suo peccato permanere, & petat Eucharistiam propter formam dūtaxat nullo modo satisfacit præcepto, quia cum teneretur se præparare, ac disponere, & ex culpa sua non se disposuerit, consequens est, vt ex culpa sua ad communionem non admittatur, ac proinde nec præcepto satisfaciat.

Euge.

XXIX. DIFFICULTAS.

Vtrum sacerdos cum celebrat, vtranque speciem consecrare teneatur, & quo iure diuino, an humano?

Priusquam presenti quæstioni respondemus præmittenda est opinio Alberti magni lib. de Christi corpore, vt citatur à Card. Turrecrem. c. Comperimus. de consecratio. dist. 2. asserentis, in prouincia, vbi vinum inueniri nequit, posse papam dispensare, vt sacerdotes sub specie panis tantum consecrent, & huic sententia subscribit Gabriel super canonem lectione. 53. & Adrianus in quarto. in materia de Eucharistia. Vnde secundum istos doctores solo iure humano vtranque speciem sacerdotem consecra

Alb. mag.
Turrecre.

Gabri.
Adrianus.

○ re te-

re tenentur. Sed omiffa hac fententia, **A** unica hac conclufione affirmatiua me non insufficienter poffe fatisfacere arbitror, nempe, quòd facerdos dum celebrat, vtranque fpeciem confecrare tenetur. Hæc conclufio expreffa videtur effe **D. Thom.** fententia. 3. part. quæft. 74. articu. 1. in corpore & in folutione ad fecundum & quæft. 80. arti. vltimo, præcipuè ad fecundum & tertium. Vbi docet, quòd in ipfa huius facramenti confecratione repræfentatio dominicæ paffionis agitur, in qua corpus abfque fanguine confecrari non debet. **Eft etiam Innocentij.** 4. lib. de myfterio miffæ cap. 22. & 23. Et rationibus non leuibus oftenditur, quarum prima fit, nam cum in calicis confecratione expreffius paffio Chrifti repræfentetur, eò quòd per illius confecrationem effufio, Chriftique fanguinis feparatio ab eius corpore repræfentatur, fit, vt fub vtraque fpecie hoc facramentum fit conficiendum. **Secunda defumitur ex illo Lucæ. 22.** vbi poftquam Chriftus Dominus vtranque fpeciem confecrauit, fubiunxit, Hoc facite in meam commemorationem, quæ verba fecundum catholicos Apoftolis & omnibus facerdotibus eorum fuccefforibus ab eo dicta fuiſſe neutiquam alicui ambigere licet. Vtranque igitur fpeciem teneri facerdotes confecrare, fateri oportet. Tertia, quia cum fecundum fidem ad facerdotes ex officio hoc facramentum conficere pertinere conspicuè liqueat, confequitur, vt ad ipfos illud conficere integrum fpectet. Eſſet nanque immane facrilegium, ac contra ius diuinum aliquod facramentum imperfectum relinquere, vt fi facerdos duas tantum vnctiones infirmo conferret: relinqueretur autem imperfectum fi facerdos vnã folam fpeciem confecraret. **Eft ergo fub vtraque fpecie conficiendum.** Poftremò probatur, nam fagra Tridentina Syno-

odus feſſione. 22. cap. 1. diffiniens hoc facramentum eſſe facrificium à Chriſto Domino fub vtraque fpecie inſtitutum mox fubiunxit, Ac fub earundem reru fymbolis, Apoftolis, quos tunc noui teſtamenti facerdotes conſtituebat, vt fumerent tradidit, & eiſdem eorumque in facerdotio fucceſſoribus, vt offerret ficut ipſe Deo patri obtulerat præcepit per illa verba, Hoc facite in meam cõmemorationem. Ex quibus iam tanquã magis certum aperte elicitur, non tantum iure humano: verum etiam diuino teneri facerdotes hoc facramentum fub vtraque fpecie conficere. Nolumus tamen per hoc negare, eum, qui vnã duntaxat fpeciem confecraret, verum Chrifti corpus conficere. ☩

XXX. DIFFICULTAS.

C Vtrum fit neceſſarium hoc facramentum fub vtraque fpecie ſumere?

AD hanc quæſtionem, quæ grauiſſima eſt, duabus conclufionibus reſpondetur, quarum prima fit. **Sacerdotibus de neceſſitate facramenti, atque adeo præcepti, neceſſario eſt ſumere fub vtraque fpecie.** Hæc conclufio probatur ex verbis **Gelaſij Pape** in cap. Comperimus, & cap. Relatum de confe. diſt. 2. facerdotes, inquit, tenentur communicare fub vtraque fpecie, quia fub vtraque tenentur confecrare. Non enim niſi fub vtraque fpecie quantum ad integram ſignificationem perficitur hoc facramentum. Ratione quoque probatur, quia facerdos repræſentat Chriſtum offerentem corpus & fanguinem ipſius Chrifti. Quocirca, conficere, & ſumere fub vtraque fpecie tenentur. Niſi enim fub vtraque fpecie communicaret facerdos, facramentum perfectum non eſſet, cum fub vnã tantum fpecie: ſcilicet panis vel vini, perfecta refeſtio eſſe non poſſit.

E Ex quo merito fanè elicitur primo, quòd

quòd quanuis cum Euchariftia fub vtraque fpecie confecratur eſſentialem habeat perfectionem: attamen cum vtriufque fpeciei ſumptio deficit, accidentaliter perfectione caret, quoniam ſicut potentia viſiua per actualem viſionem perficitur: ita Euchariftia per ipſam ſumptionem ſuum finem, ſeu accidentalem perfectionem confequitur, ex eo quòd cibum & potum ad ſumptionem ordinari liquido conſtat. Elicitur quoque ſecundo, probabilius eſſe, non ſolum iure humano, verum etiam diuino teneri facerdotes vtranque fpeciem confecrare, & non tantum confecrare, ſed etiam ſumere, quod maxime ex eo liquet, quia fruſtra ſanguis in Eccleſia confecraretur, ſi nullus iure diuino ſumere teneretur. Secus tamen dicendum eſt, quando facerdotes non confecrant & communicant, nam tunc non vt facerdotes, ſed vt laici ſe habent. ☩

2. Conclu. Secunda conclufio. Seculari populo, tantum fub vnã fpecie conferendum eſt hoc facramentum. Hæc conclufio habetur in **Conc. Baſilienſi**, & in **Conc. Conſtan.** feſſione. 13. Vbi expreſſè præcipitur, dari hoc facramentum populo fub vnã fpecie tantum. ☩

Sic nanque eſt præceptum vniuerſale omnes Chriſti fideles obligans. ☩ **Quantum enim in primitiua Eccleſia,** inquit **Concil. Conſtan.** huiusmodi facramentum reciperetur à fidelibus fub vtraque fpecie, vt eſt videre apud **Cyprianum** **Epiftola. 2.** Vbi ait, quòd martyribus dabatur ſanguis, vt aciores eſſent ad pugnam. Et in **hiſtoria Laurentij** legitur dixiſſe **Sixto**, Experimente vtrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem. Vbi notatur, diaconum tunc miniſtraſſe ſanguinem populo. Licet (inquam) ita eſſet in primitiua Eccleſia, conſuetudo tamen quæ nunc temporis obſeruatur, rationabili-

ter pro diuerſitate temporum mutentur leges, populis mutatis. Et hanc conſuetudinem ſi quis modo damnaret, aut diceret ſanctam Eccleſiam id non potuiſſe, aut non debuifſe facere, tanquam hæreticus, & tanquam aſſerens Eccleſiam poſſe errare, per inquietos hæreticæ prauitatis vel per dicesanos puniendus eſſet grauius. Et hoc ipſum diffinit **fagra Tridentina Synodus** feſſione. 21. **Cano. 2.** ſub his verbis, ſi quis dixerit, ſanctam Eccleſiam catholicam non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos atque etiam clericos non conficientes ſub panis tantummodo fpecie communicaret, aut in eo erraſſe: anathema ſit. Licet enim ea quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, Apoftoli abſque ſpeciali reuelatione nequiuertint mutare: tamen ea quæ ad vſum ſacramenti ſpectant abſque alia reuelatione per generalem prouidentiam mutare potuerunt. Item in eodem loco præcipit **Concil. Conſtan.** ſub pœna excommunicationis, vt nullus presbyter communicet populum fub vtraque fpecie panis & vini. Et quidem ſi pœnitentiam rem introſpiciamus, de figuris huius ſacramenti videbimus omnes facere pro hac noſtra ſententia. Legimus namque, agnum paſchalem qui figura huius ſacramenti erat, fub ſpecie carnis ſolum filiis Iſrael datum fuiſſe. Manna quoque, quod typum huius ſacramenti Euchariftiæ gerebat fub vnã tantum ſpecie illis collatum fuiſſe. ☩ Item, in exitu Iſrael de Egypto populus manducauit agnum & azimos panes tantum. ☩ Poſtremo patet, quia Chriſtus non plebi, ſed duntaxat Apoftolis, quos facerdotes inſtituebat vtranque communicauit ſpeciem, atque adeo verbum **Matthæi**, Bibite omnes, non ad omnes Chriſti fideles, ſed præſertim ad Apoftolos, ac proinde ad facerdotes refertur. Et dũ tanquã præambul-

liter introducta eſt, cum rationabiliter pro diuerſitate temporum mutentur leges, populis mutatis. Et hanc conſuetudinem ſi quis modo damnaret, aut diceret ſanctam Eccleſiam id non potuiſſe, aut non debuifſe facere, tanquam hæreticus, & tanquam aſſerens Eccleſiam poſſe errare, per inquietos hæreticæ prauitatis vel per dicesanos puniendus eſſet grauius. Et hoc ipſum diffinit **fagra Tridentina Synodus** feſſione. 21. **Cano. 2.** ſub his verbis, ſi quis dixerit, ſanctam Eccleſiam catholicam non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos atque etiam clericos non conficientes ſub panis tantummodo fpecie communicaret, aut in eo erraſſe: anathema ſit. Licet enim ea quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, Apoftoli abſque ſpeciali reuelatione nequiuertint mutare: tamen ea quæ ad vſum ſacramenti ſpectant abſque alia reuelatione per generalem prouidentiam mutare potuerunt. Item in eodem loco præcipit **Concil. Conſtan.** ſub pœna excommunicationis, vt nullus presbyter communicet populum fub vtraque fpecie panis & vini. Et quidem ſi pœnitentiam rem introſpiciamus, de figuris huius ſacramenti videbimus omnes facere pro hac noſtra ſententia. Legimus namque, agnum paſchalem qui figura huius ſacramenti erat, fub ſpecie carnis ſolum filiis Iſrael datum fuiſſe. Manna quoque, quod typum huius ſacramenti Euchariftiæ gerebat fub vnã tantum ſpecie illis collatum fuiſſe. ☩ Item, in exitu Iſrael de Egypto populus manducauit agnum & azimos panes tantum. ☩ Poſtremo patet, quia Chriſtus non plebi, ſed duntaxat Apoftolis, quos facerdotes inſtituebat vtranque communicauit ſpeciem, atque adeo verbum **Matthæi**, Bibite omnes, non ad omnes Chriſti fideles, ſed præſertim ad Apoftolos, ac proinde ad facerdotes refertur. Et dũ tanquã præambul-

bulum huius sacramenti miraculum **A** res vitarentur, scilicet error Pelagij as-
Math. 14. quinque panum quibus turbas satiauit, ferentis debent Eucharistiam tam par-
 pramissit, nullam fecit vini aut potus uulis quam adultis sub vtraque spe-
 mentionem. **E** Similiter, cum disci- cie conferri ratione illius dicti redem-
 puli euntes in Emaus cognouerunt ptoris, Nisi manducaueritis carnem,
 eum in fractione panis (quod sancti &c. Error etiam VVicleff & eius se-
 de Eucharistia pane explicant) & quacium asserentium saltem teneri om-
 & actorum cap. 2. Erant perseuerantes in nes adultos Eucharistiam sub vtraque
 comunicatione fractionis panis, & ora- specie suscipere. Insuper vt error Ne-
 tionibus, & cum ipsa veritas dicit, si storianorum, & Bohemorum vitare-
 quis manducauerit ex hoc pane, viuet **B** tur, **¶** qui asserbant, sub specie pa-
 in aeternum, & panis quem ego dabo, nis non esse nisi corpus, & sub specie
 caro mea est pro mundi vita: nulla fit vini non nisi sanguinem: sub amba-
 mentio de potu. **¶** Ex quibus satis eui- bus autem simul, dicebant, totum
 dens argumentum sumitur, laicis sub Christum esse, & ideo asserbant po-
 vna tantum specie hoc sacramentum pulum teneri recipere vtranque spe-
 conferendum esse: sicut consuetudo Ec- ciem: quem errorem suscitauit postea
 clesiae nunc habet. Qui voluerit videre, Lutherus. Aduersus hunc errorem
 cur expediens fuerit vt deberet esse scripsit Thomas Vualden. in lib. de
 alia consuetudo a consuetudine illa *Vuald.*
 quae erat in primitiua Ecclesia consu- *Rosen.*
 lar Cardinalem Turrem crematam in **C** fensis aduersus Lutherum articu. 16.
 cap. Comperimus, & cap. Presbyter de Leone decimo condemnato. Et Io-
 de consecr. distinct. 2. Et ex omnibus docus Clithoueus lib. 1. ante Lutherum
 causis quas illic adducit, tres tantum de forma missae a cap. 28. vsque ad. 31.
 hic apponere decreui, quarum prima *Clithou.*
 est propter periculum effusionis san- *Coc. Cost.*
 guinis, quod immineret si populo credendum esse, & nullatenus dabi-
 sub vtraque specie traderetur. **E** Si tandum, integrum Christi corpus &
 quidem senes propter debilitatem, & sanguinem, tam sub specie panis, quam
 paruuli propter eorum imprudentiam sub specie vini, veraciter contineri.
 difficile possent sanguinem sumere. **D** Idem diffinit Concilium Tridentinum
 secunda ratio est, quia cum tunc pauci *Coc. Trid.*
 essent Christiani, facile eis sanguis ad sessione. 21. canone. 3. Et Caietanus in
 ministrari posset, absque tanto pericu- commenta. 3. par. quaest. 80. articu. 12.
 lo. **¶** Tertia ratio est, quia non posset probat hanc sententiam. Nam vt di-
 commodè sanguis conferuari eo quod ximus supra, & ex concilijs constat,
 vinum facillimè acefcit, & corrumpi- quatuor sunt in hoc sacramento sub
 tur: & tamen propter infirmos sicut specie panis, nempe corpus Christi
 corpus, ita & sanguis esset conferuan- ex significatione verborum, deinde
 dus, **E** quod tamen nunquam factum anima Christi, mox est sanguis, po-
 est, imo cum in illo cap. Presbyter. de stremò diuinitas. Hac tria vt illic di-
 consecr. distinct. 2. praecipitur parcho, xi, licet non sint illic nisi ex reali & na-
 vt habeat paratam Eucharistiam pro turali concomitantia, tam verè sunt
 infirmis, ne discedant sine illa, nulla fit ibidem quam corpus: quia vbicun-
 mentio de sanguine. Quarta est, prop- que est corpus viuum, animam esse
 ter confirmationem fidei, & vt erro- oportet & in corpore habèti animam,
 res vitarentur, scilicet error Pelagij as- sanguinem esse necessum est: & cum
 ferentis debent Eucharistiam tam par- anima & sanguis sint ibidè in corpore
 uulis quam adultis sub vtraque spe- viuo, necesse est, vt ibi sit diuinitas: quia
 cie conferri ratione illius dicti redem- quod

quod semel assumpsit Deus, nunquam **A** tempore, pro quo currit praecipuum
 dimisit (teste Damasceno). **E** Nec ob- non haberemus vitam. Et nos vtrun-
 stat argumentum quod Lutherani de- que sumimus sub specie panis ex natu-
 sumunt ex Gelasio Papa, qui tanquam rali concomitantia, & ideò non opus
 superstitiosum reprehedit comunicare est sumere sub vtraque specie, vt pul-
 sub vna tantum specie. (Nò inquam obstat) cherrimè dicit Iodocus Clithoueus. Et
 quia loquitur pro tempore, quo vige- *Clithou.*
 bat vsus in Ecclesia laicos comunican- fatis est vt hoc sacramentum sit perfe-
 di sub vtraque specie: & idcirco meri- ctum, quòd sacerdos sumat sub vtra-
 to eos summus Pontifex reprehende- que specie, licet laicis sub vna tantum
 bat, qui tunc illum frangebant. Vel aliter admittretur. **E** Non obstat etiam quia
 ter potest dici, videlicet, quòd illud di- **B** species sunt causa instrumentalis, qua
 xit Gelasius aduersus Manicheos, qui Deus gratiam confert: at verò vtilius
 vt Leo Papa insinuat, sermone. 4. qua- esse tangi à Christo duplici instrumen-
 dragesimae, asserbant, nullo pacto lice to, quam vno perspicuum esse videtur.
 re sacerdotibus sumere vtranque spe- Duplicem ergo gratiam dari commu-
 ciem, eò quòd secundum illos Christus nicanti sub vtraque specie etiam com-
 non verè erat mortuus, nec sanguis à pertum esse videtur, cum duplicata cau-
 corpore separatus, & ideo Gelasius qui sa duplicari debeat effectus. (Non in-
 Leoni successit, vt his haereticis contra- quam obstat,) eò quòd licet sint duo in-
 diceret reprehendit non communican- strumenta materialiter, vnicum ta-
 tes sub vtraque specie, & è contrario mo- **C** mè est formaliter, nam causa principa-
 do, vt Nestorianis, & Lutheranis con- lis, nempe Trinitas & Christus Domi-
 tradicamus, expedit vt populus sub vna nus vnica tantum est. Nihil enim re-
 tantum specie comunicet. Vel tertio fert, quòd causae minus principales sci-
 dicere possumus cum D. Tho. quòd so- licet instrumenta sint plures. Tantam
 lum Gelasius reprehendebat sacerdo- enim sanctitatem, ac sanitatem poterat
 tes non sumentes vtranque speciem, & Christus conferre leproso tangendo
 haec est legitima expositio. **¶** Et scien- vno digito, vel manu, sicut ambabus
 dum est hic, quòd gratia quae in sum- manibus, quoniam nihil refert, quòd
 ptione huius sacramenti confertur, prin- sint plura instrumenta quando causa
 cipalius causatur ab istis quae sub specie **D** principalis est vna. Postremò, non ob-
 panis continetur concomitanter: sci- stat, quia sacerdos recepta gratia per
 licet à diuinitate & ab anima Christi, Christi corporis sumptionem, vel reci-
 quàm à corpore quod ex vi verborum pit nouam gratiam sumendo calicem,
 continetur. Neque ex illo loco Ioannis vel non, si sic, ergo datur maior gratia
 6. c. Nisi manducaueritis carnem filij ho- comunicanti sub vtraque specie, cuius
 minis &c. conuincitur, populum tene- contrarium statim dicemus. Si fe-
 ri ad sumendam Eucharistiam sub vtra- cus, ergo frustra, & otiose postea fu-
 que specie panis & vini. Christus nan- mit calicem, quod haud asserere licet.
 que non dixit, Nisi manducaueritis car- **E** (Non inquam obstat) nam sacerdoti
 nem sub specie panis, & biberitis san- vtranque speciem sumenti, cum ce-
 guinem sub specie vini: quia si ita dixif- lebrat, gratia in hostiae sumptione da-
 set, praecipuum illud omnes homines, tur, nam si sit dispositus ne utiquàm
 tam laicos, quàm sacerdotes obligaret vsque ad calicis sumptionem est expe-
 ad comunicandum sub vtraque spe- ctandum, datur tamen illa gratia ra-
 cie, sed tantum dixit, quòd nisi sumere- tionem vtriusque speciei. Quo fit, vt si
 mus corpus & sanguinem, scilicet eo tunc moreretur, non minorem gra-
 tiam susciperet: Non tamen ex hoc fit
 O 3 conse-

consequens, vt frustra calicem sumat, A quandoquidem expressius Christi passio, & integra refectio per huiusmodi sumptionem significatur. Cum enim sacerdos corpus & sanguinem consecrare teneatur, & sanguis ipse ab ipso sacerdote celebranti, vel ab alio, & non à laico consumi debeat, cum commode feruari nequeat, fit, vt non frustra sumatur. Si verò non esset dispositus ad hostiæ sumptionem, & ideo non reciperet gratiam, disponeretur autem ad calicis sumptionem: tunc daretur illi gratia in virtute sumptionis vtriusque speciei, cum vnicum sacramentum, vnicæque refectio sit, imo si postea quando suscipit calicem, magis sit dispositus, quàm tempore quo hostiam suscipit, maior ei gratia conferretur. Ex quo euidenter colligitur vtilius esse illi sub vtraque specie communicare, quam sub altera tantum, sed hoc fit propter superuenientem dispositionem duntaxat, nam si æquè esset dispositus ad vtriusque speciei susceptionem, non maior ei daretur gratia sumendo sanguinem, quàm aliam hostiam consecratam, vel reliquias sumendo. Et quoniam regulariter loquendo populus non maiorem haberet dispositionem, idcirco non expedit, vt laicis sub vtraque specie hoc sacramentum conferatur, verum est tamen alios effectus, nempe spiritualis dulcedinis refectio, charitatis feruorem, & cordis lætitiã, fortasse dari posse maiores communicando sub vtraque specie. Nec ob id fit iniuria laicis, cum propter sacramenti reuerentiam, & propter maiora incommoda euitanda prohibuerit Ecclesia ne sub vtraque specie communicent. ¶

Animaduertendum tamen est hic, & ex dictis manifestè colligitur, non esse contra ius diuinum communicatio sub vtraque specie, siquidem in antiqua Ecclesia erat consuetudo communicandi sub vtraque specie, & nam D. Tho-

mas, tertia parte quæstione 80. articulo duodecimo ait, Multarum ecclesiarum esse vsum, in quibus populo communicanti datur corpus Christi sumendū, non autem sanguis. Ex quo videtur aperte dicere, quòd in alijs Ecclesijs datur. Item, refert Renanus super Tertullianum in libro de corona militum in ordine D. Benedicti, & in ordine Carthusiensium morem fuisse, vt laici haurirent sanguinem à calice fistula quadam aurea, vel argentea. ¶ Ex quibus colligitur, vt per eiusdem Ecclesiæ privilegium possit nunc etiam sub vtraque specie conferri Cæsari, & regibus, & cardinalibus non sacerdotibus. ¶

Sed adhuc oritur hic paruum dubiū, vttrum sacerdotibus sumentibus vtraque speciem detur maior gratia, quàm laicis sub vnam tantum communicantibus? Cui dubio vnica conclusione affirmatiua non insufficienter satisfacere possumus, nempe, quòd per se loquendo cæteris paribus, id est, si eadem reuerentia, deuotione, & fide sacerdos vtraque speciem recipiat: laicus verò præcise speciem panis, æqualis gratia conferretur laico & sacerdoti. Hæc conclusio præter hoc, quòd ex prædictis liquido constat, & præter hoc, quòd est Caieta-

ni in commentar. tertiæ partis quæstione 80. articulo duodecimo, quæstion. 2. & Dominici à Soto ibidem, Rophensis, vbi supra articulo 17. Clitoui & Cardinalis Turrecrema. vbi supra & Decani Louanien. articulo 13. imò est Diui Thom. in loco citato ad tertium expressa sententia, nam dicit ibi, quòd corpus sine sanguine à populo sumi non potest. Nec ex hoc aliquod nocumentum populo infertur, cum sacerdotem in persona omnium sanguinem offerre & sumere, totumque Christum sub vtraque specie contineri, omnibus perspicuum sit. (Præter hoc inquam) probatur multipliciter. Primo, quidem, quia bonum humanum bono diuino postponendum esse, nemini in dubium veni-

Renanus.

¶

¶

concl. vnic.

Caiet.

Soto.

Rosen.

Clito.

Turrecre.

Dec. Lou.

D. Tho.

¶

D. Tho.

venire potest, & ob id ecclesia diuino afflata spiritu, licet nõ ratione culpæ: propter reuerentiam tñ sacramenti sanctissimè legem, ne laici sanguinem susciperent, statuit. Multa enim peccata (quæ effundèdo sanguinè committerentur) euitantur per illam. Secundo, quia cum (vt dictum est) hoc sacramentum (formaliter loquendo) non sit nisi vnum signum, vnumque instrumentum duntaxat, quanuis materialiter sit veluti duo, fit, vt cæteris paribus vnum tantum effectum, hoc est, æqualem gratiam omnibus conferat. Tertio, quia tantam virtutem prouenire à Christo cõtento sub qualibet specie seorsum, sicut sub vtraque, & non minorem sub vna quàm sub ambabus simul sumptis, omnibus compertum esse debet: atque adeo tantam gratiam conferri sumentibus vtraque, neutiquam alicui ambigere licet. Quarto, quia quemadmodum non nunquam sumpto cibo solet corpus quo ad cibum & potū refici, vt poma, aut vas comedendo, nonnunquam verò è contrario contingit, videlicet, quòd hi, qui liquores duntaxat bibunt, vt infirmi, quo ad cibum & potum reficiantur: ad hunc modum in præsentia laici sumpto Christi corpore, spiritualiter quoad cibum & potum reficiuntur. Quinto denique, quia per hostiæ sumptionem non solum confertur gratia sumentibus ratione corporis (quod ex vi sacramenti in illo continetur) verū etiam ratione sanguinis ibi concomitanter contenti, sicut ratione diuinitatis, quanuis sub illa specie formaliter non contineatur, sed concomitanter, atque adeo æqualem gratiam cõferri cõicanti sub vna specie sicut sub vtraque, fateri necessum est. Nec nocet, quod ambæ species simul sumptæ expressius animæ refectioem representant, quæ vna sola. (Non inquam nocet) quia cum res significata per vtranque speciem sit vna, nõ minore effectu habet pducere vna species, quàm ambæ simul, maximè cum edere,

A & bibere spiritualiter idem sint.

De ministro huius sacramenti.
XXXI. DIFFICULTAS.
Vtrum huius sacramenti minister sit solus sacerdos?

AD hanc difficultatem vnica conclusione affirmatiua respondetur nempe ministrum sacramenti Eucharistiæ, id est ministrum qui potest & debet celebrare missam, oportere esse sacerdotem ritè & legitime ordinatum. Hæc conclusio de fide est tenenda. Habetur enim de summa trin. & fide cath. c. Firmiter, & in bulla Martini quinti, & in con. Floren. sub Eugen. 4. in quibus locis habetur, in solis presbyteris facultatè inesse consecrandi: ita vt si quis extra ordinè sacerdotalem hoc sacramentum consecrare tentaret, nullum cõficeret sacramentum: namque Ecclesia, cuius officium committi voluit solis presbyteris, quibus sic congruit, vt sumant & dent cæteris. ¶ Et in con. Tri. ses. 22. c. 5. & cano. 2. & ses. 23. c. 1. & 4. & can. 1. constat præterea ex traditione & perpetuo vsu Ecclesiæ. ¶ Et probatur in super rationibus. Prima, quia hoc sacramentum non conficitur, nisi in persona Christi, soli ergo illi quibus tradita est potestas agendi in persona Christi, conficere poterunt: huiusmodi autem sunt sacerdotes, soli igitur sacerdotes sunt huius sacramenti ministri. Secunda, quia quemadmodum in veteri lege non ad omnes offerre sacrificium pertinebat, sed ad solos sacerdotes obtulit namque Abrahã decimas, & Melchisedech panem & vinum, quia erant Dei sacerdotes: ita in lege euangelica nõ ad omnes hoc sacrificium pertinet offerre, sed tñ ad sacerdotes, qui ad hoc officium specialiter ordinati & instituti sunt. Ex quibus omnibus iam manere explosam ac refutatã hæresim Vuitcleff, & Lutheri, cõstat. Asserebãt. n. quæ hoc officium quantum est de se, cõuenire pót omnibus secularibus, & psuadebãt neque sacerdotes laicos

i. Concl.

Concl. Flor.

Concl. Tri.

Gene. 14.

Clithou. Voald. Tertullian.

Rophen. Deca. Lon. 1. Ad Cor. 12. Rom. 12.

Ad Eph. 4. 1. Ad Tim. 4.

Luc. 12.

1. Pet. 2.

Apoc. 5.

Pfal. 50.

præcellere, neque agricolis Episcopos, sed omnes christianos esse æquales. Adversus hunc errorem scripsit Iodocus Clithoueus in li. 2. de offi. missæ ante Lutherum c. 4. 5. & 6. & Tho. Vual. in li. de sacramentis. c. 7. 28. & Tertullianus in lib. de præscriptionibus hæreticorū. Et Rosenfis ar. 13. & Decanus Louanien. articu. 17. Præterea ostenditur apertè ex Paulo. 1. cor. 12. & Rom. 12. in quibus locis ipse Apostolus docet, in Ecclesia esse multa membra, nempe quosdam oculos, quosdam verò manū officii agentes. Et ad Eph. 4. Alios, ait, dedit Apostolos alios Evangelistas &c. Et 1. ad Tim. 4. Noli negligere gratiam quæ data est tibi per prophetā cum impositione manuum presbyteri. Præterea legitur Luc. 12. Christum dominum duodecim Apostolos elegisse, & deinde designasse alios 72. discipulos. Non ergo omnes fideles sunt Apostoli, nec doctores, nec discipuli, quia aliās (vt alibi à nobis dictū est) esset euertere funditus totam politiā, Ecclesiasticāq; hierarchiam. Nec nocet illud. 1. Pet. c. 2. Vos autem genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis &c. Et Apocalyp. cap. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. (Non inquam nocet) tū, quia generali quodam nomine omnes Christiani vocari sacerdotes solent, sed sacerdotium hoc modo sumptū, cōmuni nomine, generale & spirituale est ad offerendas spirituales hostias, scilicet bona opera iuxta illud Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor cōtritum &c. At verò sacerdotium de quo impræsentiarum loquimur, proprium & spirituale, & visibile est, in quo homo constituitur per sacramentum ordinis visibile, p visibilem q; consecrationem, & hoc modo nō omnes christianos sacerdotes esse, sed tantū ritè & rectè ab episcopis ordinatos, haud alicui dubitare licet, tūverò, qm̄ verba illa Petri & Apoc. intelligi possunt de omnibus fidelibus, nempe qd dicatur regale sacerdotiū quatenus à re

gale Christo sacerdote, atq; ab eius successoribus reguntur & gubernantur. Annotare oportet, qd quando sacerdotes ordinantur omnes simul cū Epō consecrant. Vnde plures possunt vnū sacramentum perficere. Hæc sententia, quæ non est assertio euangelica, neq; vniuersalis Ecclesiæ, nō est de fide tenēda. Quare non desunt qui oppositam habent tãquam veriore, vt est Dur. in 4. d. 13. q. 3. & Caiet. in commentariis. 3. p. q. 82. art. 2. Dicunt enim, qd si plures cum Episcopo illos ordinante conueniant, ceteros verò nihil facere, cum iam sit factū. Et quanuis hæc opinio sit probabilis: probabiliorem tamen esse existimo nostram sententiam, quam tenet D. Tho. in q. citata. & Innocentius lib. 4. de mysterio missæ. cap. 25. Nec tantum habet verūm hæc sententia quando in eodem instanti verba omnes finiunt: verū etiam qm̄ non simul simultate metaphisica cum epō finiunt: nam in materia de sacramentis in genere diximus, & in materia de baptismo, in sacramentis nō necessaria est simultas metaphisica, sed factis est simultas moralis, vt omnes qui ordinantur, simul proferre formā cōsecrationis dicantur: dūmodo intētio omnium ad idem instans consecrationis, quo ep̄s consecrat referatur, & vnusquisque per se habeat intentionē totalē cōsecrādi, & non dependentē ab intētionē alterius. Singuli aut tunc cōsecrāt eandē hostiā: vna enim est tunc intentio omnium, & hic est mos qui obseruatur. Vnde quanuis opinio Caiet. nempe, qd noui sacerdotes cū ordinantur pferant formā eā recitādo cū alijs verbis canonis, sed tñ absque intentione cōsecrādi, aut nō cōsecrādi determinata non sit hæretica, nec erronea: tñ nō est cōsona ritus qui obseruatur, & ab ipso Epō ordināte iubetur. Debet ergo dicere qd maxime possūt simul cū Epō, & oēs dicant verba cū intētionē cōsecrādi. Et curet p̄t̄ifex, vt morosè & altè canonē dicat, vt oēs possint dicere cū illo, vt habet in pontificali nouo à

Duran. Caieta. Thom. Innoc.

E

tempore Innocentij octauo paulo ante annum Domini millesimum quingentesimum. Nec obstat quia in alijs sacramentis quæ consistūt in vsu quamuis sufficiat simultas moralis: nihilominus tamen ilico, vt forma super debitā materiam finitur, sacramentum conficitur. Pari ergo ratione cū plures in sacerdotes ordinantur, & cum Episcopo consecrant, statim vt forma à primo proferente finitur sacramentum conficietur, ac subinde reliqui nihil efficient. (Non inquam obstat) siquidem Christus per excellentiā potestatem, ita voluit, & ordinauit, vt omnes consecrent, etiā si nō omnes simul finiant consecrationis formam, cum ecclesia suspēdere effectum aut anticipare nequeat, & ita voluerit ex consuetudine multarum ecclesiarū à posteriori colligitur, cū vsus iste per ecclesiā sit approbatus. Nec est periculum sacrilegij, eo quod omnes suam intentionem ad vltimum instans referunt, vt D. Th. & Innocentius asserūt. Similiter, non obstat, quia in pontificali Romano nouo cauetur vt noui sacerdotes simul cum episcopo verba consecrationis finiant: supponere igitur videtur eos qui aliter faciunt non consecrare, sed eū, qui prius verba protulerit. (Non inquam obstat) cū illic tantū id quod securius est, & quod omnes intēdere debent, scilicet simul verba finire decernatur: non autem quod si secus factum fuerit, sit irritum & inane. Tandem non nocet, illud præceptum diuinum, quo sacerdotes quotiescunque celebrant, vt tranque speciem suscipere tenentur. (Non inquam nocet) nam præceptum illud de eo qui principaliter celebrat, nempe de sacerdotibus cum dicunt missas priuatas, & de episcopo consecrante dum ordines confert intelligere oportet: at verò qui tunc de nouo sacerdotes fiunt non quidem principaliter celebrāt, sed episcopo concelebrant illiusque sunt coadiutores, vt ecclesiæ vsus testatur. Et animaduertendum est hic, quod si epi-

B

C

D

E

scopus hanc nostram teneat sententiā, malefacit, proponendo hostiam populo adorandam priusquam omnes noui sacerdotes verba consecrationis finiant, cum secundum illam vsque tunc nō sit hostia illa consecrata. Sed nunquid huius sacramenti dispensatio fieri potest per alios ministros inferiores sacerdotibus? Pro hoc est prima conclusio, quod ad solos presbyteros pertinet ex propria autoritate, & ex officio eucharistiā administrare, & populo dispensare. Hæc conclusio est Petri Palu. in 4. dist. 13. & Syluest. verbo eucharistia. 3. §. 4. & habetur in cap. Peruenit. de consecra. dist. 2. & in cap. Omnis vtriusque sexus, de poeni. & remissio. & colligitur præsens conclusio ex iure diuino, iuxta verbum Pauli. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et si baptismi administratio permittitur laicis, est ppter eius necessitatem. Probatur etiam duabus rationibus. Prima quia, videmus non solū in lege veteri, sed etiam apud omnes nationes quantumcunque barbaras, hoc obseruari: nempe administrationē seu dispensationem sacramentorum à solis sacerdotibus fieri. Secunda est, quia sacerdos constituitur medius inter Deū & populum: vnde, sicut ei conuenit populi munera offerre, ita & Dei donā populo tradere. Notato tamen non esse tantūm ius vt soli sacerdotes sacramentum administrent, quā vt soli consecrent: nam consecrare neque ex dispensatione alij possent, sicut possunt administrare vt itatim dicam. Secunda conclusio. Diacono conuenit dispensare sanguinē ex officio. Hæc conclusio patet ex historia Laurētij diaconi citata supra difficultate. 26. præcedenti, & mos iste erat in primitiua ecclesia quando sub specie vini ministrabatur toti populo. Sed modo iam vsus ille cessauit: durat tamē Romæ, celebrāte solemniter pontifice, vt refert Durandus

Phi

E

palud. Siluest.

Phi

1. Ad cor.

4.

2. conclus.

Durandus

435
 E
 D
 3. Conclu.
 Palud.
 D. Thom.
 Syluest.
 dus vbi supra. quæst. 4. Dicit enim, quod post sumptionem corporis fessum vadit, & tunc diaconus consecratum calicem ei adfert, & porrigit. Et ratio est, quia cum mediante vase sacro dispensetur, non opus est, ut manus dispensantis sint consecratae.

3. Conclu.
 Tertia conclusio. In necessitate, tempore quo presbyter agrotat, iubete episcopo, vel ipso presbytero ex quadam commissione, potest diaconus deferre eucharistiam alicui infirmo. Hanc conclusionem habet expresse Petrus Palu. in. 4. d. 15. & D. Th. d. 13. q. 1. art. 3. & Syluest. vbi supra, & de hoc non est dubitandum, imò tanta potest esse necessitas, ut sine commissione possit diaconus hoc facere, ut in casu quo sacerdos eucharistiam deferret ad infirmum, & cecidit in terram, ac amplius non potuit deferre, posset diaconus deferre sacramentum ad infirmum illum, sine aliqua commissione, in hoc enim conveniunt omnes prædicti doctores. Imò tanta esse potest iniquitas sacerdotis nolentis misero infirmo in extremis succurrere, ut secluso scâdalo posset tunc diaconus suum munus præstare. Hoc tamen debet diaconus facere semper præsentem presbytero ut habetur. 99. d. c. Præsentem. Laicus etiam in necessitate potest, imò & debet sacramentum de terra levare, quia ad hoc non requirit consecratio, sicut ad dispensandum.

Sciendum tamen, quod hanc dispensationem sacramenti eucharistiae non possunt facere subdiaconi & alij inferiores ministri. Nunquam enim hoc in ecclesia factum fuisse reperitur.

4. Conclu.
 Quarta conclusio sit, quod licet omnes sacerdotes ex officio administrare possint hoc sacramentum, ex determinatione tamen ecclesiae soli proprii parochi possunt. Hæc conclusio habetur in. 3. concil.

Con. Cart. Carth. c. 7. & in Clemetina Dudu. de sepul. & in c. Omnis utriusque sexus de poenitentia. & remissio. Probatum insuper ratione, quia de iure divino tantum ad prelatos & proprios parochos spectat per sacramenta populum pascere. Præterea,

quia sacramentorum administratio actus iuridicus est, requiritur ergo amplius, ut administras iurisdictione habeat in eos quibus administrat, vel iure communi, vel ex privilegio, ut possit illos absolvere, & absolutis eucharistiam dare. Quare in paschate, soli curiones seu parochi possunt suis subditis eucharistiam administrare, reliquo vero tempore omnes religiosi, id possunt sicut confessiones audire, ut patet. c. Religiosi. de privilegijs.

XXXII. DIFFICULTAS.

Utrum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit.

Hic difficultati unica conclusio affirmatiua respondetur, nempe quod sacerdotes hæretici, vel excommunicati, vel schismatici, vel degradati, vel perditis moribus dediti, si ritè & legitime fuerint ordinati, si habeant intentionem faciendi quod facit ecclesia, cum celebrat veraciter cõficiunt corpus Christi: peccat tamen mortaliter. Conclusionem hanc habuit D. Aug. in lib. de baptis. 23. scribens aduersus Donatistas. Et Chryl. super Ioan. ait, quod sicut per asinam Balaam loquutus est Dominus. Ita per malos sacerdotes verè sacramenta præstat. Probat etiam sententiam hanc Tho. Vvald. tom. 2. de sacramentis. c. 7. aduersus Lutherum, & deinceps per multa capita.

Habetur insuper ista conclusio definita in conc. Constan. sessi. 8. aduersus Vitelium, imò colligitur ex sacra Trid. Synodo, sessione. 23. capitulo. 4. quia ex eo quod in ordine character imprimatur indelebilis: meritò (inquit) sancta synodus dânat eorum sententiam, qui asserunt noui testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere: ac semel ritè ordinatos iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exercent. Rationibus insuper corroborat. Prima, quia sacerdos non virtute propria, sed sicut Dei minister & eius persona consecrat.

At

At vero malignitas non priuat ministerium Domini potestate. Potestates namque diuinitus collatae, non in bonum singularem personarum, sed in bonum commune totius ecclesiae, non pendent ex moribus ministrorum: alioquin cum hominum crimina occultissima sint, vix vnquam esse possemus certi, an publici ministri potestatem habeant, & sacramenta ab eis collata solida & valida sint. Item, nunquam essemus certi, an verum sacramentum adorarem, an verò idololatrarem. Secunda ratio est, quia character, id est potestas consecrandi, non amittitur per hæresim vel degradationem: cum enim redeunt ad unitatem ecclesiae, non reordinantur, sed solum amittitur executio. De hac re satis superque diximus de sacramentis in genere.

XXXIII. DIFFICULTAS.

Utrum missa mali sacerdotis sit minoris valoris quam missa boni sacerdotis?

Postea quam in præcedenti difficultate determinauimus, malos ministros verè consecrare si illud attentent, meritò quaeritur, an eorum missae sint tanti valoris, ac si dignè consecrarent. Pro cuius elucidatione annotare oportet, quod in missa sunt duo scilicet sacramentum, quod est principale. Et quantum ad hoc est prima conclusio, quod ex opere operato, id est, ex parte Christi sub illis speciebus contenti, tantum prodest missa mali ministri, quantum missa boni. Alterum est, quod in missa sunt aliquae orationes & istae sunt in duplici differentia, quaedam quae procedunt ab hac persona particulari, & istae per accidens se habent ad sacrificium. Quare de illis nihil hic dicendum est: aliae verò sunt quae ex institutione ecclesiae fiunt, & procedunt à sacerdote in persona ecclesiae, quae quidem dupliciter conside-

antur, vno modo quatenus sunt ecclesiae & eius nomine funduntur quibus ecclesia instituit sacrificium offerri. Et tunc est secunda conclusio, quod eisdem sunt valoris in bono & in malo ministro. Ratio huius conclusionis est, quia huiusmodi orationes procedunt à malo ministro tanquam à persona publica & totius ecclesiae vicem gerente, & non innituntur merito ministri, sed ecclesiae: & idcirco tales orationes efficaciam habent ab ipsa ecclesia, & non à ministro: sicut si vir bonus equalem elemosinam per seruum nequam, & per bonum faceret, nihil enim malitia serui noceret domino. Alio modo consideratur eadem preces, quatenus ex peculiari deuotione sacerdotis orantis emanant. Et sic est tertia conclusio, quod maioris sunt valoris in bono sacerdote, quam in malo. Hanc conclusionem tenet expresse Scotus in. 4. distin. 13. quaest. 2. ad 3. principale, & Soto in. 4. eadem distin. quaest. 1. art. 6. Et est conformis doctrinae D. Thom. in. 3. par. quaest. 82. ar. 6. Et probatur ratione, quia licet meritum ecclesiae sit in personis reipublicae Christianae, nihilominus applicatur per istum ministrum, quare applicatio & oblatio sacrificij non est tanti valoris, dum fit per prauum sacerdotem, cum persona ministri sit Deo minus grata. Sic namque intelligendus est canon ille, Ipsi sacerdotes. 1. quaest. 1. vbi habetur quod quanto sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur. Quo fit, ut missa boni sacerdotis simpliciter & absolutè omnibus pensatis, melior sit, quam mali. Sicut enim elemosyna per malum seruum ministrata, licet nihil de merito domini tollat, nihilominus considerata in particulari, quatenus per istum nequam seruum datur, non est Deo aequè grata: ita missa, quatenus offertur Deo per malum ministrum, non est illi aequè grata, sicut quando offertur per bonum. Et probatur, nam cum constet boni sacerdotis missam habere

bere omnia bona, quæ missa mali sacerdotis habet, nempe virtutem Christi & ecclesiæ, & ultra hoc bonitatem ministri secundum quod est persona particularis, fit, vt missa boni sacerdotis sit melior quàm mali.

1. conclus. Quarta conclusio. Quamuis quantum ad sufficientiam missa à quocunque, & quocunque tempore oblata eiusdem sit valoris, attamen quantum ad efficaciam maioris erit valoris vno tempore quam alio. Hæc conclusio quoad primam partem probatione non indiget. Cum in illa meritum passionis Christi (quod infiniti valoris est) applicetur. Quoad secundam vero ostenditur perspicua ratione, nam in ecclesia quo plures fuerint iusti, maior effectus ex sacrificio missæ sequatur pluresque iusti in ecclesia vno tempore quam alio esse possint, consequitur, vt sicut missa prodest ipsi sacerdoti eo tempore quo cum maiori deuotione celebrat, quàm cum tepidus est: ita quando adfunt plures iusti maioris valoris sit missa.

5. conclus. Quinta conclusio. Missam ex parte sacrificij & orationum, quæ ab ecclesia institutæ sunt, vt publicè fundatur, magis satisfactoriam ac impetratoriam esse posse vno tempore, quam alio omnibus perspicuum esse debet. Ecclesiam enim hanc militantem nonnunquã maiore, nonnunquã autè minorem esse liquido constat. Siquidè quandoq; plures iustos, quandoq; verò pauciores in ea inueniri contingit. Præterea, quia licet oratio & sacrificiũ meritis Christi principaliter innitatur: nõ tamen illis solis, verum etiam ecclesiæ meritis, saltem de congruo innitatur, & quia ecclesia plures iustos, ac proinde maiora merita melioresque orationes atq; satisfactiones vno tempore, quam alio habet, ideo condecens est, vt tunc magis exaudiatur. Demum probatur, quoniam cum plures iustos vno tempore esse in ecclesia quam alio & sacrificium oblatum, orationemque ab ipsa ecclesia publicè fu-

A sam, nemo sit qui ambigere queat, consequens subinde est, vt sacrificium fructuosius esse vno tempore, quàm alio, fateri oportet. ¶

XXXIII. DIFFICULTAS.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus communionem recipere & eorum audire missam?

B **A**D hanc difficultatem aliquibus conclusionibus responderetur, quarum prima sit. Quamquã secundum ius antiquum posituum à publicè suspensis, concubinarijs, vsurarijs, & symoniacis publicis, non liceat suscipere sacramentum neque audire missam, vt expresse habetur. 32. distin. cap. Nullus, & cap. Præter hæc, in concilio tamen Constantiensi, & Basiliensi, ob pacandas timoratas conscientias, sic cõsultum est, vt excommunicatos vitare non teneamur, nisi sint vel nominatim excommunicati pro quocunque crimine, vel manifesti clericorum percussores. In his enim duobus casibus nunc duntaxat tenemur non recipere sacramenta neque audire missam ab eis. Et aduerte, quod censentur nominatim excommunicati, qui de hæresi, schismate aut apostasia condemnati sunt, vel Lutherani Vuitclistiæ, &c. Item, illi, qui vel nomine proprio, vel nomine dignitatis, vel prætor aut decanus propter quancunque inobedientiam excommunicantur. Quare publici excommunicati ob alia crimina vt incendiarij, nisi nominentur, non sunt excommunicati huiusmodi vitandi. Et eadem ratione licet excommunicentur participantes cum excommunicato, nisi nominentur, non sunt excommunicati excommunicatione maiori. Et quidem, quod ab hæreticis nec communionem recipere neque eorum missam audire liceat, habetur. 24. quæst. 1. c. Si

1. conclus.

concl. Cõsta
Con. Basi.

Si quis dederit, nisi in mortis articulo. Et idem habetur in cap. Si quæ forte. & cap. Cœpit. 24. quæst. 1. & 1. quæst. 1. cap. Superueniente. & 32. in dicto cap. Nullus. & cap. Tua nos. & extra de cohabitatione clericorum & mulierum. cap. Vestra. ¶

2. conclus. Secunda conclusio. Ex naturali iure ex quadruplici causa tenemur non recipere sacramenta, neque audire missam ab huiusmodi. Prima causa est, ne simus eorum fautores: nam qui alienis peccatis fauet, consentire cū eis videtur, & nõ solū, qui faciunt, sed qui cõsentunt faciētibz digni sunt morte, teste Paulo ad Rom. 1. Secunda, quādo scilicet videmus, quod separare nos ab eorum confortio prodesse possit, vt corripentur. Tertia ad euitandum scandalum, vt si aliqui scandalizarentur, eò quod vident nos ab illis missam audire, vel recipere sacramenta. Quarta, quando esset nobis periculum incidendi in suum errorem, ac maximè quando immineret periculum quod eorum peccatū inficeret republicam, quia tunc non solum tenemur separare nos ab huiusmodi viris criminosis, verum & illos accusare.

3. conclus. Tertia conclusio. Quamuis extra duos casus appositos in priori cõclusionē de iure posituo, & extra appositos in 2. cõclusionē de iure naturali, semper liceat ab huiusmodi peccatoribus sacramenta recipere & audire missam, tamen optime quis faceret separando se à receptione sacramentorum, & ab auditione missæ, vt illis ruborem & verecundiam incuteret: nam forsā sic ad pœnitentiã conuertentur. Hanc tamē conclusionem intelligo, quando sine scādalo posset ista facere, videlicet non audire missam nec recipere sacramenta.

Sciendum est hic, quod licet nullus in particulari esset per publicam sententiam ecclesiæ excommunicatus, tamen si tota communitas cuius est ille particularis esset ab ecclesia propter hæresim excommunicata, ipse etiam cense-

A retur excommunicatus, & quemlibet illius cõmunitatis teneremur vitare. Vnde non liceret ab aliquo ministro illius communitatis sacramenta recipere, neque audire missam.

XXXV. DIFFICULTAS.

Vtrum liceat sacerdoti nunquam celebrare?

DE hac re sunt tres opiniones, quarum prima est Alexan. Aleni. 4. par. quæst. 51. membro. 2. asserentis, sacerdotem solum ratione curæ animarum obligari ad celebrandum. Vnde conclusa huiusmodi cura animarum, aut alia obligatione, scilicet ratione stipendij: cessare omnino à celebratione, nullum est peccatum. Sed hæc opinio tanquam profus improbabilis ab omnibus rejicitur. Cū omnis omnium cõsensus concedat, ipsum sacerdotem sub veniali peccato ad id teneri, non tamen peccat mortaliter etiam si per totam vitam non celebret. Secunda opinio est in alio extremo Archidiaconi scilicet, quod sub mortali sacerdos quotidie teneatur celebrare, quæ citat Syluester verbo missa primo. §. 7. Tertia opinio est Domini Caietani, quod sacerdos teneatur aliquando sub peccato veniali, non autè sub mortali celebrare. Et licet hæc opinio sit probabilis: nihilominus tamè ea, & alijs duabus primis omisis, nos duabus conclusionibus præfenti difficultati respondere decreuimus, & earū prior sit. Non licet sacerdoti per totam vitam, hoc est, omnino à celebratione cessare, etiam si nulla ei parochialis ecclesiæ, aut alterius obligationis cura incumbat, & omittere non solum est veniale, sed mortale. Hæc conclusio est cõtra prædictas opiniones, vt intuenti facile liquet. Et probatur apertè ex Paulo 2. ad Corin. 6. Hortamur vos, ne in va-

Alex. Alen.

Archid.

Syluester
Caietan.

1. conclus.

2. Ad Cor.
6.

cuum gratiam Dei recipiatis: reciperet autem in vacuum qui nunquam celebraret, non ergo licet per totam vitam a celebratione abstinere. Præterea, quia Matthæi. 26. & Lucæ. 16. grauiter reprehenditur à Domino seruus ille qui abscondit talentum in sudario: sed iste qui nunquam celebraret absconderet talentum, non igitur licet in perpetuum non celebrare. Præterea, quia vniuersis sacerdotibus, seclusa quacunq; iurisdictione & cura animarum, dixit Dominus, Hoc facite in meam commemorationem: vbi non tantum consilium, sed præceptum designatur. Præterea, quia omnes Christiani qui nunquam vident sacerdotem aliquem celebrare scandalizantur. Postremò, hanc sententiam tenet D. Thom. in. 3. par. quæst. 82. art. 10. & Ricardus in. 4. distin. 13. artic. 1. quæst. 2. & Durand. & Paludanus etiam quæst. 2. & Syluester verbo missa. 1. §. 7. habetur itidem expresse in cap. Dolentes de celebratione missarum, vbi reprehenduntur qui vix quater in anno celebrant.

Matth. 26. Luc. 16.

Luc. 22.

D. Thom. Ricard. Durand. Palud. Syluest.

Et in concilio Tridentino, sessione 22. cap. 1. habetur per illa verba, Hoc facite, &c. Præcipit Christus Dominus apostolis & eorum successoribus in sacerdotio, vt offerrent.

2. Conclm.

Secunda conclusio. Etsi quoties teneantur in anno celebrare non habeatur præceptum, crediderim tamen ego quòd saltem in festis præcipuis teneantur. Probat, nam videtes sacerdotem non celebrantem istis diebus, maxime in festo natiuitatis, & paschatis, & pentecostes, scandalizantur. Valde tamen dubium esse, an sit peccatum mortale ommittere in ijs festis præcipuis ex mera negligentia sine causa rationabili vel apparente celebrare, ait Syluester vbi supra. Ego tamen credo, quod non erit mortale propter hoc quod in aliquo festo præcipuo non celebret, nisi ad sit scâdalum (dummodo alias celebret). Sed saltem ter, aut quater in anno sacerdos sub mortali celebrare tenetur. Cùm cõ

trarium facientes in dict. cap. Dolentes reprehendantur. Quocirca ad hoc sunt obligandi in confessione, nisi causa ratioabilis ad eos excusandû sufficiens existat, videlicet infirmitas vel cæcitas.

De ritu huius sacramenti.

XXXVI. DIFFICULTAS.

Vtrum missa pro pluribus oblata tantum singulis pro sit, ac si pro vno duntaxat offerretur?

Præiusquam huic difficultati respondeamus, aliqua fundamenta præmittere oportet, & eorum primum sit, quod hoc eucharistiæ mysterium & est sacramentum & sacrificium: aliter tamen & aliter, nam quatenus est sacramentum, habet sua propria nomina. Dicitur enim synaxis, hoc est, communio, & viaticum, & eucharistia: quatenus vero sacrificium, dicitur missa, vt idem sit quod missio. Vnde in fine missæ diaconus ait, Ite, missa est, hoc est, Ite, missio est. Transmittitur enim ad Deum hæc oblatio per sacerdotem qui inter Deum & populum mediator est. Item, ratio huius mysterij quatenus est sacramentum, in consecratione perficitur, & tantum prodest sumentibus quibus alimentum spiritalis vitæ gratiam confert & dulcedinem, atque adeo deuotionem excitat. At vero in quantum sacrificium, ratio eius in oblatione consistit, & non solis sumentibus, verum & offerentibus & pro quibus offertur prodest. Vnde, dum in pixide seruatur, aut infirmo in domum defertur sacramentum est, non sacrificium, sed dum à sacerdote consecratione, oblatione, & sumptione celebratur, est sacrificium. Ad essentiam nanque sacrificij attinet sumptio vtriusque formæ & ob id ecclesia statuit vt nunquam sacerdos consecret,

quin

quin vtramque sumeret. Et quòd eucharistia sit sacramentum, & quòd quatenus est sacrificium proficiat non tantum sumentibus: verum etiam illis pro quibus offertur, siue viuis siue mortuis, ad culpæ & pœnæ remissionem, & ad impetrandum temporalia & spiritualia bona, probat eleganter Clithoueus lib. 2. de officio missæ. c. 8. & Ioannes Ekhus in tractatu de sacrificio. Phigius Campani. controuersia. 5. & 6. in. 2. lib. Ecclesiast. hierarchiæ. cap. 5. & concil. Coloniense in tractatu de sacrificio missæ. Driedo. lib. 6. de Ecclesiast. dogma. cap. 5. part. 4. Ricard. in materia de eucharistia. Caieta. in opus. de instructione nunciij contra errores Lutheri. cap. 8. Et tandem doctissimus Magister Cano lib. 12. de locis. cap. 13. latissimè de hac re agit. Et quamuis plura ad id probandum adducere hic possemus; ea tamen consulto missa fecimus, ne limites nostri instituti transire videremur.

Clito.

Ekhus.

Phigius.

Cœci. Col.

1641. Drie.

Ricard.

Caieta.

Magister

Cano.

Exod. 5.

Secundum fundamentum est, quod offerentes sunt in triplici gradu. Primum est sacerdos, qui immediate, hoc est, per se tanquam publicus ecclesiæ minister sacramentum consecrat, offert, & consumit propriam Christi personam representans. Generalissime verò & mediatur, hoc est, per sacerdotem, offert totus populus Christianus, qui quodammodo singulas missas offerunt, iuxta verbum Domini Exodi. 5. Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto. Particularius verò, quodammodo tamen etiam generaliter offerunt omnes, qui aliquem specialem actum circa hoc sacrificium exercent, vt circumstantes: sunt tamen inter illos gradus, nam principalis & specialius ministri altaris offerunt & chorus, quam plebs. Item, qui sacerdoti celebranti alimenta & subsidia ministrant. Quare, in missa curati totus parochiæ populus offert, & in missa episcopi tota diocesis. Specialissimè tamen offerunt illi qui peculiarem eleemosynam in hanc missam conferunt, vt offeratur

pro se & suis: & quidem isti omnes sunt simul offerentes & pro quibus offertur: illi autem pro quibus offertur & non offerunt, sunt defuncti, & illa persone pro quibus offertur, licet nihil subsidij contulerint nec sint præsentis, tamen sacerdos sua sponte sacrificium offert. Et isti sunt omnes Christiani baptizati non excommunicati, nec per ecclesiam priuati, nec sciunt, nec cogitant de illa missa: & tamen sacerdos sua sponte sacrificium offert pro illis omnibus, vt pro ecclesiæ membris, cùm sit sacrificium commune totius ecclesiæ.

Tertium fundamentum est, quòd huiusmodi offerentes, dummodo sint in gratia quando offerunt, tripliciter valorem & fructum sacrificij consequuntur: scilicet per modum meriti, per modum satisfactionis, & per modum impetrationis. Per modum inquam, meriti tam de congruo quam de condigno. Merentur enim de congruo per hæc sanctam oblationem salutem corporis, & reliqua id genus subsidia, & temporalia dona: nam & illic panem petimus quotidianum. Huiusmodi nanque caduca bona sub merito de condigno non cadunt: nempe, vt certa & ineffabili lege semper petentibus, & merentibus concedatur, sed prout Deus expedire nouerit tanquam remedia salutis animæ. Merentur præterea de condigno augmentum gratiæ, non modo per deuotionem & orationes quas illic fundunt, sed etiam virtute operis scilicet ratione hostiæ quam offerunt. Satisfaciunt præterea per istam victimam pro pœnis delictorum, quæ sibi quoad culpam remissa sunt. Et hæc etiam satisfactio fit certa & infallibili lege, sicut in merito de condigno. Nam iste est proprius effectus operis operati, id est, hostiæ oblatæ. Assequuntur postremo & alios effectus per modum impetrationis & suffragij: nempe defunctis releuationem tormentorum purgatorij, aut perfectam liberationem, quæ non fit ex rigore iustitiæ per modum meriti

de

de condigno, sed per modum deprecationis, si Deus acceptauerit, & per modum applicationis sacrificij ad satisfaciendum pro ipsis, etiamsi singularem elemosynam non reliquerint.

Quartum fundamentum est, quod hoc sacrificium quantum ad res contentas in hoc sacramento, nempe corpus & sanguinem Christi, infiniti valoris est: quatenus verò dicit actionem, scilicet oblationem, consecrationem, & assumptionem offerentis, non est infiniti pretij, cum ista se teneant ex parte hominis. Et ideo simpliciter loquendo sacrificium missae finitum est. Nam licet res oblata sit infinita: non tamè ex hoc infertur, ipsum esse infinitum simpliciter ex omni parte, sed secundum quid, scilicet ratione rei oblatæ: sicut non valet consequentia, Peccare in hominem plebeium habet aliquam malitiam, maiorem autem in ciuem, & adhuc maiorem in regem, ergo peccare in Deum in finitam habet malitiam, nam cum peccatum hominis actionem (quæ est finita) & cum intentione finita includat, cõsequens est, vt infinitam nequeat habere malitiam, sed secundum quid, videlicet ex parte obiecti. ¶ Qua propter nõ est omnino eadem ratio de oblatione quã Christus in cruce, vel in cœna obtulit & de nostra, quia in illa nõ solum res oblata erat infiniti valoris, sed actio ipsa Christi, quia erat persona infinite grata, in nostra autem tantum res oblata est infinita, accipiendo tamen totum ipsum sacrificium possumus dicere esse infinitum secundum se ipsum absolutè, & infinitum de se habere conferre effectum, quantum ad sufficientiam, sed secundum se ipsum applicatũ huic quantum ad efficientiam, non confert nisi finitum & limitatum, quia est instrumentum, quo passio Christi limitato modo applicatur, nempe secundum quantitatem deuotionis offerentis, confert effectus plus minusve vberes, vt insinuat D.

D. Thom.

Thom. in. 3. par. quæstione. 79. articulo

5. Quo fit, vt licet ex opere operato non multiplicetur effectus nisi multiplicetur sacrificium, tamen ex maiori dispositione suscipiētis quodammodo creuit: secundum enim quantitatem deuotionis est magis estimanda satisfactio, quã secundum quantitatem rei oblatæ. Plus nanque omnibus misit vidua illa, quæ obtulit duo minuta, propter maiorem deuotionem quam habuit: sicut enim in cæteris causis vniuersalibus, quæ quidem (teste experientia) contrahuntur, & limitantur ad suos effectus producentes iuxta virtutem causæ inferioris, sic iuxta quantitatem deuotionis offerentis habet prestare hoc sacrificium maiorem vel minorem effectum. Itaque qui cum maiori deuotione petit missam, vel audit, vel adiuuat, maiorem effectum recipit. Et secundum quod magis huic sacrificio appropinquat, semper tamen finitum, cum nulla creatura sit capax infiniti meriti, nec infinitæ satisfactionis: non tamen est intelligendum, quod duplicata deuotione, missæ fructus duplicetur in eadem quantitate, sed respectiue & proportionabiliter, vt si vnus audiat missam cum deuotione, vt. 10. & recipiat fructũ vt quatuor, alius autem cum deuotione vt viginti, non accipiet fructum vt. 8. sed vt quinque, vel sex, quia quamuis deuotio duplicetur, res tamen oblata non duplicatur, sed manet eadem. At verò vt fructus duplicaretur, vt unum duplicari oportebat, loquendo autem de existentibus in purgatorio, & de alijs pro quibus offertur, ipsi autem non sunt offerentes, aliquem fructum ex hoc cõmuni sacrificio correspondere eis concedere oportet. Et verisimilius est æqualem in omnibus esse, nam cum illi non nisi largo modo & materialiter offerant, eò quod nihil de hoc sacrificio cogitant, nec sua deuotione concurrunt, sintque æquales in gratia & charitate, consequitur, vt æqualem ex hoc sacrificio fructum percipiant. Non enim prodest

dest illis missa secundum eorum deuotionem, sed secundum deuotionem hominum & Ecclesiæ, qui pro ipsis offerunt hoc sacrificium: nam quemadmodum baptismus applicatus paruulis, certum illis gradum gratiæ æqualem, in omnibus confert, qui correspondet, & tribuitur ipsi sacramento secundum se ex opere operato, cum nulla sit deuotio ex parte eorum, deuotioque baptizantis non prodest illis ad gratiæ augmentum, etiam si ad alios prodest effectus: adultis verò, cum baptizantur datur maior vel minor gratia ex eo quod cum maiori vel minori deuotione diuersisque dispositionibus ad baptismum accedunt: Sic sacrificio missæ secundum se ex opere operato certus satisfactionis gradus correspondet. Et adeo hoc est verum vt etiamsi sacerdos offerens & omnes alij offerentes, & omnes pro quibus offertur in peccato mortali existerent, sacrificium tamen suam virtutem, & efficientiam haberet, cui ille certus & determinatus satisfactionis gradus correspondet, qui in tali casu in thesauro ecclesiæ esset reponendus. Itaque licet tunc virtute propriæ deuotionis sacerdotis offerentis, imò virtute deuotionis cuiuscunque peccatoris offerentis, siue offerat, quia interest sacrificio, siue quia elemosynam confert, nullus sit sacrificij valor: preces tamen & ecclesiæ orationes oblatae per malum sacerdotem, quatenus ecclesiæ est minister, fructuose sunt in missa, & correspondet tali sacrificio cum huiusmodi orationibus certus & limitatus satisfactionis gradus ex opere operato (vt dictum est.) ¶ Secus tamen erit de precibus & orationibus laicorum existentium in peccato, nec ipsis nec alijs, pro quibus ipsi offerunt quicquam hoc sacrificium proderit, licet ipsi satisfaciant

¶

præcepto de audienda missa. Hac Soto. 4. distinctione. 13. quæstione. 2. articulo primo. Ex quibus aperte elicitur, quod si sacerdos hæreticus, vel excommunicatus vel degradatus offerat pro anima existenti in purgatorio, illa missa neququam proderit illi animæ, cum animabus existentibus in purgatorio prodest missa ratione deuotionis alicuius offerentis, & sacerdos offerens nullam habeat deuotionem, imò peccet mortaliter celebrando. Pari ratione, nihil proderit missa huius hæretici, vel degradati, vel nominatum excommunicati petenti ipsam à tali sacerdote, nec animæ pro qua illam petit, quando ipse petens scit, sacerdotem illum, à quo petit esse hæreticum, &c. Nam tunc talis sacerdos non offert in nomine alicuius particulariter nec generaliter offerentis, scilicet ecclesiæ. Non inquam, offert in nomine specialiter offerentis vtiliter, cum iste qui petit mortaliter peccet petendo, nec offert in nomine ecclesiæ, cum hic sacerdos non sit eius minister nec eius membrum. Secus tamen erit quando petit catholicus iste ab isto degradato, vel excommunicato, vt celebret pro ipso, vel pro anima sui defuncti existentis in purgatorio, ignorans ipsam esse degradatum vel excommunicatum: tunc nanque proderit illi sacrificium illud, cum non peccet petendo, & ille sacerdos offert in nomine specialiter offerentis, licet non in nomine ecclesiæ quæ illi vsum prohibuit. Et adhuc priusquam ad quæstionem respondeamus sunt aliqua annotanda, primum est, quod hic non agitur de Eucharistia in ratione sacramenti, siquidem vt sic solum prodest fumentibus, sed in ratione sacrificij. Sic nanque offerentibus, & his pro quibus

P

bus

bus offertur prodest, modo sint in gratia. Secundum, quod sacrificium istud in ratione sacrificij, nempe ut missa appellatur, non tantum rem oblatam, verum etiam orationes tam appositae in canone, quam alias quae per totam missam dicuntur, imò omnia alia quae sunt in illa à confessione usque ad Ite missa est, includit. Tertium notabile est, quod non quaeritur impresentiarum de sacrificio, & orationibus, ut sunt impetratoria, quam sic saltem secundum Thomistas ita prodest ad impetrandum pro pluribus sicut pro vno tantum. Totà ergo quaestio est de missa in ratione satisfactionis, an cum pro pluribus offertur tanta poena remittatur omnibus, ac si pro vno solo offerretur. De qua re tres sunt celebres sententiae, quarum prima est Scoti quodlibet. 20. partem negatiuam tenentis, nempe missam pro multis oblatam non tantum prodesse singulis, quam si singulariter offerretur pro vno: eandem tenere videtur Petrus à Palud. in. 4. distinctione. 45. quaestione. 2. & Bonauentura ibidem & canonista super capit. Mediocriter. de consecratione. distinctione. 5. quos citat Syluester verbo Eucharistia. 1. §. 9. Et breuiter haec est communis theologorum opinio. Secunda sententia est Caietani in commentarijs. 3. part. quaestione. 79. artic. 5. & in quodam opusculo de sacrificio missae in. 2. tomo suorum opusculorum. quaestione. 18. in quibus locis partem affirmatiuam tenet, scilicet, quod tantum prodest omnibus, ac si pro singulis offerretur. Itaque censet idem quod de generali obligatione, videlicet, quod pro quocunque numero offeratur, tantumdem profit singulis, ac si pro vno offerretur. Ratio illius est, quia ex parte rei oblatæ valor est infinitus in hoc sacramento, & vnusquisque iuxta quantitatem suae deuotionis, cæteris paribus reci-

pit. Cæteris inquam paribus, nam si vnus det eleemosynam, & alius non cum aequali deuotione, plus participabit illius sacrificij dans eleemosynam; & huic sententiae ex parte consentire videtur magister Cano libro 12. de locis. cap. 13. Tertia sententia est Syluestri vbi supra, quae in bimembri distinctione consistit, nempe, quod si sacerdos generaliter offerat pro pluribus non applicando intentionem ad hunc vel illum, sed ad omnes in genere, missa non tantum prodest singulis ac si pro vnoquoque solum offerat, quod quidem maxime locum habere videtur, cum sacerdos sua sponte & non rogatus, nec stipendiatus pro multis offert. Si verò offerat in particulari pro pluribus, ita ut intentio eius sigillatim in plures feratur, non minus prodest singulis, ac si pro vnoquoque illorum offerret, ut si rogatus, vel stipendiatus celebret pro illis. His omnibus sic praemissis difficultati propositæ per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit. Loquendo de illis qui sunt offerentes quia habent specialem actum circa tale sacrificium, & simul pro illis offertur. Numerus offerentium non minuit valorem sacrificij in singulis. Hac conclusio probatur ex Diuo Hieronymo, cuius verba canonizantur. de consecratione. distinctione. 5. cap. Non mediocriter, vbi inquit, Cum pro cunctis omnibus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus valet, quam si pro vnoquoque illorum diceretur. Deinde ostenditur exemplis, nam sicut lectio, & concio omnibus audientibus prodest, & sicut lux solis etiam si sit finita, sic prodest omnibus & singulis hominibus, ut nemo ex consortio aliorum detrimentum patiat: ad hunc modum in missæ sacrificio vnus non leditur ex aliorum consortio, nec minus accipit, nam vnusquisque offerentium

magister
Cano.
Syluest.

conclus.

Hieros.

tium perinde hostiam offert, ac si nullus alius offerret, & ideo nemo propter aliorum societatem suo fructu aut merito, aut satisfactionis defraudatur: Crescit enim tunc in omnibus simul valor sacrificij. Et quemadmodum vnusqueque res naturalis lucem solis iuxta capacitatem, & dispositionem suam magis vel minus recipit: sic vnusquisque missæ valorem participat ac recipit, scilicet secundum quantitatem deuotionis. Tandem, quia sicut per hoc quod vnus plus de solis luce participat, non obstat quominus eam alij, prout eis competit, participent: ita huius sacrificij participatio non minus æquè prodest pluribus, quam si pro vnoquoque illorum dumtaxat offerretur. Cum enim vnus deuotio aliorum deuotionem tollere aut impedire nequeat, imò nec minuere, merito consequitur, ut propter alios alij suo munere non frustrantur. Quod maxime verum ex eo habet, quia alias, quo plures eandem audirent missam, deteriores fierent conditionis, quandoquidem minus illis valeret, ac subinde quilibet procurare deberet solus rem diuinam agere, eamque solus audire, aut certè vbi pauciores essent. Quod quidem quam sit absurdum haud in dubium alicui venire potest, cum quod plures idem offerunt sacrificium, eò sit gratius Deo. Præterea, quia (ut supra docuimus) quamuis valor missæ, qui sacrificio correspondet secundum se sit certus, & limitatus, verbi gratia, ut quatuor: attamen valor ille integer ab vnoquoque offerentium recipitur. Vnde extensiuè effectus erit maior, nempe si sint duo, vt. 8. si quatuor, vt. 16. & c. Singuli tamen fructum ut quatuor percipiunt, ex aliorumque consortio non leduntur. Ex conclusione videtur perspicue inferri, quod cum Petrus petit pro se missam, & Paulus similiter petit eandem pro se, vel cum Pe-

trus dat eleemosynam sacerdoti pro eadem æqualem fructum percipient, quatenus ex parte ipsorum est, quoniam illi æqualiter se habent quo ad omnia, & vnus (ut ex dictis supponimus) ex alterius consortio non damnificatur. Loquendo autem de his pro quibus offert sacerdos, ipsi autem non sunt offerentes distinguendum est. Sunt enim quidam pro quibus sacrificium ex ecclesiae instituto generaliter offertur, nempe pro papa, pro rege, pro episcopo, & pro circumstantibus, & pro parochianis, qui decimas soluunt, imò & pro omnibus viuus & defunctis. Et de his est secunda conclusio, Propter maiorem numerum eorum nemo villo suo fructu satisfactionis, aut merito defraudatur. Hæc conclusio euidenter ostenditur, tum quia generali instituto ecclesiae singulis sacrificium applicatur, vnicuique in suo ordine & gradu, & vnus illorum non impeditur ab alio, tum vero, quia missa in magna aut parua diocesi, vel in magna vel parua parochia celebrata ab episcopo, vel parochia æqualem fructum in singulis fidelibus habet, nec minuitur nec augetur in eis, sed semper idem perseverat intensiuè, & gradualiter: extensiuè tamen verum est, quod in omnibus simul sumptis augetur, ita ut si duo eandem audiant missam, vterque deuotione ut quatuor, cæteris paribus vterque satisfaciatur ut quatuor, sed tota missa habet fructum, vt. 8. & sic de alijs proportionabiliter. Alij vero sunt pro quibus hoc sacrificium specialissime offertur, ut cum sacerdos alio obligationis vinculo non tenetur celebrare, scilicet nec animarum cura, nec ratione stipendij, sed potest libere sacrificium specialiter pro hoc, aut illo offerre viuo vel defuncto, vno vel pluribus, qui eleemosynam non sunt largiti, eò quod sacerdos non rogatus nec stipendiatus

P 2 offert.

offert. Et de his est tertia conclusio. **A** seu pitantiam sacerdoti, petere totam missam, & ut sacerdos pro se solo in particulari celebret. Quamvis enim in communi iuxta ecclesie institutum celebret pro omnibus, & ita in memento alios admittere queat quoad satisfactionem, cum in illo dicatur, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis sue: nihilominus tamen vult ut sibi soli sacrificium applicetur, quoniam est veluti pactum inter sacerdotem recipientem eleemosynam, & eam dantem, & ideo ipse sacerdos vel omnes illas missas dicere per se, vel per alium, vel ipsam eleemosynam restituere tenetur. Quocirca optimè in ordine nostro consultum, ac statutum est, ut pro vna missa non recipiantur à pluribus eleemosynæ seu pitantiæ, ac si pro vno esset offerenda. Deciperentur enim eleemosynam largientes in sua opinione, ut inquit doctissimus Dominicus à Soto: quare deterrerentur, & alienarentur ab earum eleemosynarum largitione. Item, quia eleemosynæ non debent suscipi pro valore sacrificij, sed in subsidium & alimentum sacerdotum. **E** Quapropter dicimus cum eodem Soto, quod possit forsan sacerdos duas pitantias pro suo victu suscipere (duas inquam) ut ambæ argenteum nummum, vel paulo plus non excedant in Hispania, in alijs autem terris id quod in illis æquiualeat argenteo nummo & sufficit diurno victui, poterit suscipere: & hoc siue sit pauper siue diues sacerdos, dum tamen latius non se extendat hæc licentia, quoniam status apparatus non licet sacerdotibus hac ratione sustentare, sed pauperè vitam ducere. Hac enim ratione iure cautum est, ut est videre in concilio Tridentino, sessione. 21. capit. 2. ut absque beneficio aut aliqua bonorum possessione ad ordines non admittantur. Nulli namque

3. conclus. Sacrificium missæ oblatum pro singulis personis, ut à sacerdote ipso procedit, non tantum prodest omnibus, sicut si pro vno solo offerretur, ut si pro solo Petro offeratur magis illi prodest, quàm si pro Petro & Paulo. Conclusionem istam tenet Scotus ubi supra; & Dominicus à Soto & alij, & fortasse erat communis sententia ante Caietanum. Signanter dixi in conclusione, ut ab ipso sacerdote procedit, quoniam si ad Petrum & Paulum petentes, vel audientes, vel eleemosynam dantes respiciamus, non impeditur vnus per alium (ut dictum est in prima conclusione). Hæc conclusio probatur, nam præter generalem ecclesie applicationem ad omnes fideles ex libera sacerdotis offerentis intentione sit singularis applicatio ad Petrum & Paulum: at vero huic intentioni certum satisfactionis gradum correspondere asserimus, ac subinde necessum est fieri, ut quanto in plures distribuatur: tanto minus de valore missæ singulis proueniat. Confr. Nam cum ipse sacerdotis deuotioni celebranti certa correspondeat satisfactio, consequens est, ut si inter plures ipse distribuatur, minus singulis proueniat: sed ait Caietan. illum effectum non deberi illis, qui eleemosynam offerunt. Pari ergo modo, effectus oblationis, & precum, quæ libere ipse ut minister ecclesie, potest singularibus personis applicare, est certus & finitus, atque adeo si diuidatur inter plures minus vnusquisque recipit.

4. conclus. Quarta conclusio. Sacerdos eleemosynam recipiens à pluribus, non satisfacit vna missa pro omnibus illis, sed vel totidem missas dicere, vel restituere tenetur. Hæc conclusio ostenditur, tum rationibus pro tertia conclusione factis, tum etiam, quia ex communi omnium consensu constat, vnumquemque dantem eleemosynam

seu pitantiam sacerdoti, petere totam missam, & ut sacerdos pro se solo in particulari celebret. Quamvis enim in communi iuxta ecclesie institutum celebret pro omnibus, & ita in memento alios admittere queat quoad satisfactionem, cum in illo dicatur, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis sue: nihilominus tamen vult ut sibi soli sacrificium applicetur, quoniam est veluti pactum inter sacerdotem recipientem eleemosynam, & eam dantem, & ideo ipse sacerdos vel omnes illas missas dicere per se, vel per alium, vel ipsam eleemosynam restituere tenetur. Quocirca optimè in ordine nostro consultum, ac statutum est, ut pro vna missa non recipiantur à pluribus eleemosynæ seu pitantiæ, ac si pro vno esset offerenda. Deciperentur enim eleemosynam largientes in sua opinione, ut inquit doctissimus Dominicus à Soto: quare deterrerentur, & alienarentur ab earum eleemosynarum largitione. Item, quia eleemosynæ non debent suscipi pro valore sacrificij, sed in subsidium & alimentum sacerdotum. **E** Quapropter dicimus cum eodem Soto, quod possit forsan sacerdos duas pitantias pro suo victu suscipere (duas inquam) ut ambæ argenteum nummum, vel paulo plus non excedant in Hispania, in alijs autem terris id quod in illis æquiualeat argenteo nummo & sufficit diurno victui, poterit suscipere: & hoc siue sit pauper siue diues sacerdos, dum tamen latius non se extendat hæc licentia, quoniam status apparatus non licet sacerdotibus hac ratione sustentare, sed pauperè vitam ducere. Hac enim ratione iure cautum est, ut est videre in concilio Tridentino, sessione. 21. capit. 2. ut absque beneficio aut aliqua bonorum possessione ad ordines non admittantur. Nulli namque

que nisi qui suis fructibus ac patrimonio viuere possent, ordinandi sunt: nam admittere ad sacerdotium illos, qui non nisi mendicatis eleemosynis viuere possunt, nefas est: & qui sua culpa per ordinatus est, paupertatem suam perferat. **¶**

Annotandum est hic vltimate, quod quamuis secundum opinionem Caietani quantitas satisfactionis pensetur penes quantitatem deuotionis offerentium: & si hi pro quibus offertur, haberent tantam deuotionem in vna missa quantam in triginta, illa vnica missa satisfaceret sacerdos pro triginta: sed tamen quia semper petens habet maiorem deuotionem in triginta quàm in vna, & merito, quia maior honor exhibetur Deo in pluribus quàm in vna cæteris paribus, qui promisit dicere triginta, teneatur eas dicere, ut dicit idem Caietanus ubi supra, **E** & ideo secundum omnem opinionem omnes illæ missæ sunt dicendæ. Vnde, etiam si alicui opinionem Caietani, speculatiue defendere liceat: practicè tamen nullo modo id licet, nec ipse practicè amplius quàm nos eam extendere voluit, ac subinde male aliqui ex Caietani sententia iniustitiæ & avaritiæ occasionem suscipiunt eam extendendo plulquam Caietanus ipse intellexerit. **¶**

XXXVII. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacrificium quotidie in ecclesia sit celebrandum?

1. conclus. Pro hac difficultate sit prima conclusio. Quamuis quatenus sacramentum est, satis esset consecrare illud toties quoties populo sumere esset necessarium, sed tamen quatenus sacrificium est, oportet in ecclesia quotidie celebrari. Vnde hæretici Luthe-

rani negantes esse sacrificium, subinde negant esse quotidie celebrandum, ut patet in abominabili illo libello de abroganda missa priuata Lutheri, ubi dixit satis esse si iugulis dominicis diebus, & quod in ijs vnica dumtaxat eucharistia consecraretur, & quod illa die populus concurreret ut comunicaret. Aduertus quem errorem Thomas Vvaldensi. tomo. 2. de sacramentis non minus pulchre quàm late differuit. Pro batur nostra conclusio breuiter ex illo **Lucæ. 11.** ubi quod die Dominus docet nos petere panem nostrum quotidianum in oratione dominica. Panis autem iste secundum Augustinum in libro de verbis Domini, Eucharistia intelligitur. Quotidie enim fructu dominicæ passionis indigemus propter quotidianos defectus, ut inquit Diuus Thomas in 3. **D. Thom.** part. quæstione. 83. articulo. 2. Item, quia cum hoc sit sacrificium Christianorum proprium, manca esset nostra religio nisi quotidie sacerdos nomine publico ipsum consecraret, adorandumque populo exhiberet, & in satisfactionem pro peccatis offerret.

Sed nunquid est obligatio sub reatu mortali quotidie celebrare? Pro hoc sit secunda conclusio, quod curiones plebani, qui curam habent animarum, quoties populus audire missam obligatur, tenentur & ipsi celebrare: quemadmodum tenentur omnia sacramenta administrare, quæ populus tenetur suscipere. **E** Sic enim habet usus ecclesie & parochi hoc non adimplentes munus, ab episcopis, & eorum visitatoribus puniri solent, & se peccare mortaliter existimant. **¶** Quo fit, ut saltem in diebus festis celebrare teneantur. In profestis verò diebus non tenentur nisi vel ratione decimarum, & stipendij, vel alia ratione.

Tertia conclusio. Omnes ecclesie collegiatæ, & monasteria ubi est episcopus, vel abbas, vel rector, vel prior, tenentur quotidie missam celebrare sub **3. Conclu.**

peccato mortali: quod peccatum quoque omissionis celebrandi non toti communitati, sed praelato, nempe episcopo vel abbati vel rectori imputabitur. Hac conclusionem tenet Panormitanus in cap. Cum creatura, extra de celebratione missarum, quem omnes Canonistae sequuntur, & omnes Theologi in 4. distinctione. 13. Intelligenda tamen est haec conclusio regulariter, nam existenti causa rationabili, licet non celebretur in aliquibus profestis diebus, non erit mortale.

4. Conclu. Quarta conclusio. Et si (vt praedictum est) teneantur ecclesiae collegiatae quotidie collegialiter celebrare, non tamen tenentur quotidie dicere duas missas, vnam diei, & alteram pro defunctis (vt Canonistae dicunt), sed satis est semel in hebdomada celebrare pro defunctis. Probat, Nam si hoc verum esset oporteret in diebus solennibus celebrare pro defunctis collegialiter: quod tamen non expedit. Illud vero quod Panormitanus & caeteri Canonistae dicunt de missa defunctorum in cap. Cum creatura, iam abrogatum est contraria consuetudine.

3. conclus. Quinta conclusio. Non licet parochi seu curae pro missa diei festi stipendium suscipere, si populus dedit iam sufficientem alimentum pro illis diebus. Imo si pro singulis diebus hebdomadae iam dederat sufficientem alimentum, quotidie pro suis ouibus per se vel per alium singulariter celebrare teneretur. Propterea enim soluunt decimas & eum sufficienter alunt, vt quotidie pro illis celebret. Secus vbi sufficientem stipendium non haberet, nam tunc bis vel ter, vel pluries in hebdomada ad arbitrium prudentis viri, & secundum usum suae ecclesiae, & episcopi consilium, celebrare tenebitur. Simili modo, non licet rectori alicuius collegij, nec priori alicuius conuentus si iam acceperunt elemosam nam pro tali missa diei festi, stipendium accipere.

XXXVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum idem sacerdos plures in eodem die possit missas celebrare?

Hic difficultati vnica conclusio: ne responderetur, nempe quod regulariter est peccatum mortale pluries in die celebrare. Haec conclusio habetur expresse in ca. Consultisti, extra de celebratione missarum. Habetur etiam de consecratione, distinctione. 1. c. Sufficit & cap. Relatum de consecratione, distinctione. 2. vbi Alexander Papa ait; Sufficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: & valde foelix est qui vnam dignè celebrare potest. Dixi in conclusione, Regulariter, quia sunt aliqui casus in quibus licet pluries celebrare, quos adducit Syluest. verbo missa primo. §. 7. Primus casus est in Christi natiuitate, in qua ter licet celebrare: nam propter aeternam natiuitatem ex patre, quae nobis occulta est, in nocte canitur missa, cuius introitus est Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et propter spiritualem, qua Christus oritur tamen quam Lucifer in cordibus nostris, canitur missa in aurora, cuius introitus est, Lux fulgebit hodie super nos. Ac demum propter temporalem, visibilemque natiuitatem in carne adijcitur tertia missa clara luce, cuius introitus est, Puer natus est nobis. Secundus casus est si defunctus est praesens non sine missa sepeliendus: scilicet quia sic habet loci consuetudo. Tertius casus est, ex necessitate infirmorum viaticum petentium: si aliter haberi non potest, & non est hostia consecrata in pixide, & iam antea quando non erat necessitas celebrauerat. Quartus propter necessitatem viatorum die festo, quando omnes debent audire missam, si non aduenerint antequam

Concl. vni ca.

Syluest.

Syluester.

Palud.

missa diceretur. Quod intelligendum est, siue huiusmodi viatores sint magnates siue alij, & si sit episcopus, qui aduenit dicta missa, poterit iterum celebrare, etiam si non sit dies festus, quia episcopus quotidie oportet dicere aut audire rem sacram. Quintus casus est, pro necessitate nuptiarum, quando tempus laboretur. Sextus casus, quando est vnicus sacerdos, & habet duas ecclesias commendatas: vel vnam commendatam & aliam in titulo propter pauperem: & omnes volunt missam, ac non potest habere vicarium. Septimus, si eodem die occurrunt duae missae: vna de festo, alia de ieiunio. Octauus, si esset ecclesia collegiata, consuetumque esset in illa vt dicerentur duae missae, ac ex duobus sacerdotibus qui ibi sunt, vnus solus esset aptus. Nonus propter ecclesiarum, & sacerdotum paupertatem. Decimus, quoties occurrit necessitas aliqua vrgens arbitrio boni viri. Dicitur namque in illo capitulo praallegato Consultisti, quod licet causa necessitatis pluries in die celebrare: & haec necessitas non est determinata per legem. Ex quo dicto eliciunt doctores praedictos casus, quos ponit ad litteram Syluester in verbo missa. §. 7.

Animaduertendum tamen est hic circa omnes hos casus cum Petro de Palude in 4. distinctione. 13. quaestione. 2. quod nunquam licet dicere plures quam duas missas, nisi in natali. Neque potest sacerdos dicere duas in praedictis casibus, nisi sit ieiunus. Vnde postquam in prima celebratione lotionem sumpsit, nullus superueniens vel defuncti, vel magnae personae, vel cuiuscunque alius rei casus vel necessitas, causa esse potest legitima vt iterum celebret. Similiter nemini licet bis in die communicare: posset tamen quis plures hostias consecratas simul sumere, quia tunc semel dicitur communicare. Qui autem praeter casus iuris, nempe pro pecunia, vel adulationibus secularium pluries con-

secraret, a reatu mortali non excusaretur, & in foro exteriori puniendus esset.

Aduertere quoque oportet, peccatum esse mortale in die Parasceue consecrari, atque adeo priuatim celebrare: quia contra iustissimas ecclesiae ceremonias esset agere. In alijs vero duobus diebus: scilicet coenae & sabbatho sancto, licet ritus ecclesiasticus etiam habeat, vt sola vna celebretur missa, non tamen eius obseruatio tanti refert, quin priuatim saltem ex facultate praelati, praeter missam solennem possit quis celebrare.

XXXIX. DIFFICULTAS.

Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis?

Pro huius difficultatis explicatione in memoriam reducere opus est quod supra diximus, nempe diem a media nocte incipere. Tunc est prima conclusio. Regulariter solemniter missa a tertia vsque ad nouam est in ecclesia celebranda. De qua re videndus est Syluest. verbo missa. 1. §. 6.

Secunda conclusio. Missae priuatae regulariter debent in die celebrari & non in nocte, scilicet ab initio aurorae quando solis splendor apparere incipit quocumque tempore anni vsque ad meridiem. Priuilegium namque est natalis Domini vt illa nocte missarum solennia fierent, vt habetur in cap. Noctem de consecratione, distinctione. 1. Potest etiam ex priuilegio hora parum tamen anticipari, tum & postponi. Ait enim Petrus de Palude, Papam dispensare cum cardinalibus, vt paulo ante auroram celebrent. Et sunt magnates qui habent priuilegium, vt eis per horam a meridie celebretur. Sed tamen si hoc faciunt ad seruiendum delicijs, qui noctes aleis & crapulis vacando in dies vertunt,

1. conclus.

Syluest.

2. Conclu.

Palud.

Soto.

dieſque dormiendo in noctes, vituperio, inquit pulchrè Soto, dignum eſt. Dixi in conſuſione, Regulariter: nam propter cauſam legitimam, vt cauſa celebrandi in die feſto, quando quis iter facit, licet paululo, vel ante auroram, vel poſt meridiem celebret, etiam ſi ſine diſpenſatione id fieret, non cèſeretur peccare mortaliter: ſecus ſi anticipatio, vel poſtpoſitio longior eſſet. **E** Ratio eſt, quia tunc contra noſtrarum eccleſiarum morem faceret. Item, quia in ordine noſtro habemus priuilegium, vt vna hora ante diem & alia poſt meridiè celebrare poſſimus, & nonnunquã in bulla cruciatæ hoc ſacerdotibus conceditur. Signum igitur eſt eos, qui abſq; huiusmodi priuilegio oppoſitum faciunt, mortaliter delinquere, niſi cum ſonat duodecima veſtibus ſacris iam eſſet indatus ſacerdos, tunc enim crediderim ego, ipſum poſt meridiem celebrantem non mortaliter peccare. Et de licentia epiſcopi imminente neceſſitate, puta, quia moritur infirmus, nec habetur euchariftia, poſſet ſacerdos celebrare nocte, vt dicit Sylueſter verbo miſſa. 1. S. 6. **†**

Sylueſt.

†

Vtrum autem liceat ante officium matutinarum dictum celebrare? quamuis canonica omnes teneant quod eſt mortale ante prædicti officij ſolutionem celebrare, ſit tamen conſuſio tenenda, quod non ſolum ſi occurrerit aliqua neceſſitas cui obuiari non poſſet: ſcilicet ſi eſſet infirmus ſacerdos, & recitare non poſſet, non ideo impeditur quin poſſit celebrare: vel ſi eſſet proprius ſacerdos qui nondum recitauerat, & populus eum coget ſtatim celebrare, poſſet abſque peccato: verum etiam ſi non ad eſſet tanta neceſſitas, dummodo eſſet cauſa aliqua, nulla eſſet culpa. Hanc conſuſionem tenet expreſſe Soto lib. 10. de iuſtitia & iure. quaſtio. 5. articulo. 4. Probat, quia ſacrificium miſſæ non connumeratur inter canonicas horas, cum tantum ſint ſeptem. Itè,

Soto.

A quia non eſt mortale ordinem horarum peruertere, vt ſi quis tertiam ante primam, vel primam in choro, & poſtea matutinas priuatim ſoluat, multo ergo minus celebrare prius miſſam, erit mortale, quandoquidem diſtincta ſunt officia, neque vnum habet neceſſarium ordinem ad alterum. Neque obſtat conſuetudo, quam canonica pro ſe allegant, quia non omnis conſuetudo quavis laudabilis, obligat ſub reatu mortali. Dicit tamen illic Soto, quod vbi fieri poſſet commodè, ſi non prius nocturnum ſolueretur officium, forſan ob conſuetudinem peccatum eſſet, veniale tamen: cui ſententiæ libentiſſime adhæreo.

Soto.

De prima autem, nullus reſtat ſcrupulus. Qui enim in cõuentu auroræ miſſam, & reliquas ante primam dicere iubentur, melius facient poſt miſſæ celebrationem intereſſe choro ad primam, quam illam ante miſſam ſoluere: niſi quis eos velit obligare vt bis eandem dicant, quod eſſet ridiculum: decens tamè eſt, vt ſi quis poſt primam celebrauerit, illam prius ſoluat.

XL. DIFFICULTAS.

Vtrum oporteat hoc ſacramentum celebrari in domo & vaſis ſacris?

AD hanc difficultatem aliquibus conſuſionibus reſpondetur, quarum prima ſit, quod regulariter non licet niſi in domibus conſecratis ſacramentum celebrare. Conſuſio hæc habetur de conſecratione. diſtinctione. 1. cap. Nullus. Nullus præbyter inquit Sylueſter Papa, miſſas celebrare præſumat niſi in conſecratis ab epiſcopo locis, qui ſui particeps de cætero voluerit eſſe ſacerdotij. Idem dicit Felix Papa. cap. Sicut non alij. Præterea, quia tam in lege naturæ, quam in lege ſcripta

Pri. cõcluſ.

Gene. 28.

ſcripta fuerunt altaria dedicata ad ſacrificandum Deo. Legitur nanque Gene. 28. de Iacob, quod cum à ſomno ſurgeret in quo ſcalam illam vidit attingentem cœlum, lapidem erexit in titulum. Quod quidem documentum eſt, locum in quo cum Deo colloquimur, quandam habere ſanctitatem.

Deut. 12.

Præterea, Deutero. 12. ſic lex habebat, caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in eo quem elegerit Dominus. Vnde, Felix Papa in diſtinctione citata cap. Tabernaculum. Si Iudæi, inquit, qui umbræ legis deſeruiabant, diuinis ſupplicationibus conſecrata habebant templa: multo magis nos, quibus veritas patefacta, & gratia quæ per Ieſum Chriſtum facta eſt, templa Domino ædificare & ſolemniter ſacrare debemus. Præterea, quia conueniens eſt vt templa ſint conſecrata, tum ad reſentandam ſanctificationem quam Eccleſia conſequuta eſt per Chriſti paſſionem, tum vero ad admonendum quanta ſanctitate debeant pollere ſacerdotes & populus ſacrificantes. Præterea, quia per conſecrationem ſunt templa & vaſa inſtrumenta Dei ad excitandam deuotionem noſtram: & propterea, quia per conſecrationem ſunt templum Salomonis legitur.

3. Reg. 8.

Aduerte hic tamen, canones iſtos de neceſſitate Eccleſiarum conſecratarum, iam non ſecundum illam antiquitatem ſeruari, ſed ſatis eſſe Eccleſias eſſe benediſtas. Non enim facile Eccleſia conſecrari poſſet, quia non niſi ab epiſcopo, & cum multis cæremonijs conſecrari poſſet vt habetur de conſe. diſt. 1. c. Nemo. Intelligenda eſt hæc noſtra conſuſio, ſecluſis priuilegijs ſpecialibus à ſummis pontificibus conceſſis: vel ſecluſa diſpenſatione, & conſenſu epiſcopi, quia propter neceſſitatem bene poſſet epiſcopus conferre licentiã, vt miſſa celebretur in domibus non conſecratis: imò nec benediſtis. Vnde, eadem diſt. cap. Miſſarum ex conc. Tri

A burienſi præcipitur, miſſarum ſolemnia non niſi in locis ab epiſcopo conſecratis, vel vbi ipſe permiferit, celebranda eſſe. Non tamen diſpenſare poſſet, vt celebretur ſine altari portatili conſecrato, ſcilicet ara. Fratribus prædicatoribus & minoribus indultum eſt priuilegium, vt vbiſcunq; fuerint etiam præter neceſſitatem cum altari portatili poſſint etiam ſine licentia epiſcopi extra Eccleſiam celebrare, dum modo id faciant debita reuerentia ſeruata & ſine parochialis iuris præiudicio, vt patet cap. In his extra de priuilegijs.

Sciendum eſt etiam hic, quod priuilegia ſummi pontificis celebrandi in domo non conſecrata, ſemper ſupponunt decentiam, & honeſtatem loci. In locis enim vbi, vel menſa, vel lectus ſternitur ac vir, & vxor dormiunt, & in menſis vbi per totum diem ludunt, niſi ob grauem iacentis infirmitatem, vt communionem ſuſcipiat, indecentiſſimum eſt huiusmodi priuilegijs vti. Ita nanque intelligunt priuilegia doctiſſimus Soto in. 4. diſt. 13. quaſt. 2. articulo. 3. & magiſter frater Melchior Cano dicit, quod qui ſine neceſſitate facit, celebrando in domo ſua grauiter peccat, & Soto dicit illic, quod niſi eſſet perilluſtris perſona, mallet, vt cæteri quando exire ad Eccleſias non poſſunt, die etiã feſto miſſam non audirent, quam domi audirent. **E** Celebrare nanque in domibus priuatis reprehenditur tanquam magnus abusus & immane ſacrilegiũ, de conſe. diſtinct. 1. per multa capita, maxime cap. Sicut. & in ſacra Tridentina ſynodo ſeſſione. 22. in decreto de obſeruatione & euitatione in celebratione miſſæ, ſtatuitur ne celebretur extra Eccleſiam, & in oratorijs ad diuinum cultum tantum dedicatis, & ab eiſdem ordinarijs viſitandis. Vnde prius huiusmodi oratoria debent per ordinarium viſitari & approbari, quam in eis hoc ſanctum ſacrificium à ſecularibus, aut regularibus quibuſcunq; peragatur. **†**

Soto.

E

Con. Trid.

†

2. *Conclus.**Siluest.*

Sed utrū celebrare in locis non cōsecratis, vel benedictis sine papæ vel Episcopi facultate sit peccatum mortale. Pro hoc sit secūda conclusio, quōd ex necessitate etiam sine licentia Episcopi licet, vt patet de conse. distin. 1. cap. Consecrationem. Et ita tenet Siluest. verbo Missa. 1. §. 5. Tametsi vbi licentia haberi potest, concedet vt peccatur. Nec opus magna necessitas vt peccatum mortale excusetur. Quæcunque enim honesta necessitas excusabit, si tamen debita reuerentia seruetur. Dixi, Ex necessitate: nam citra necessitatem nunquam licet sine licentia Episcopi, bene tamen de eius licentia.

Sed dubium paruum oritur hic, utrū in locis & vasis sacris sit aliqua virtus, quæ maiorem effectum & deuotionem efficere valeat? Et quidem de hac re sunt tres opiniones, quarum prima est negativa asserens deuotionem tantum ex parte nostra se tenere, nulloque speciali auxilio Deum cum celebrante, vel orante in Ecclesia consecrata, vel in calice consecrato magis concurrere, quàm cum celebrante in Ecclesia non consecrata, vel calice non consecrato. Secunda opinio est omnino in alio extremo. Affirmat enim res cōsecratas aliquam per consecrationes virtutem diuinam per modum cuiusdam qualitatis permanens consequi, quemadmodum ordinibus initiati characterem consequuntur. His tamen duabus omisissis opinionibus, sit tertia media, nempe, quōd in rebus consecratis est aliqua spiritalis virtus per modum transeuntis, quam Caie. vocat inchoatiue. Asserit nanque hæc opinio non solum ex parte nostra deuotionem se tenere: verum etiam ex parte ipsarum rerum consecratarum, aliquam esse virtutem, Deumque speciali quodam auxilio ad nostram excitandam deuotionem ibi nobiscum concurrere, quæ quidem virtus perficitur, ac in actum reducitur, quando huiusmodi rebus actualiter vtimur. Vnde,

A ceteris paribus credendum est, sacrificium, quod in Ecclesia consecrata & vasis & vasis consecratis celebratur, maiorem habere effectum, quam si absque istis celebraretur. Ex quo perspicue elicitur, hæreticum esse, asserere quōd vasa sacra, & Ecclesia consecrata nihil ad christianam religionem conducunt, vt VVicleff, & lutherani asserunt. Et aduersus hunc errorem scripsit pulcherri-

B mē Thomas Vualden. li. 5. de sacramentalibus titu. 4. & titu. 17. c. 143. & Clitonus de sacrificio missæ & Gabriel lectione. 13. super Cano. & insuper habetur hæc veritas diffinita in sacra Tridē. Synodo sessione. 22. cap. 5. canone. 7. & 9.

Tertia conclusio. De alijs ritibus si quid omittatur non ex malitia, sed ex negligentia inculpabili, non est existimandum mortale, vt si quis celebrans manipuli fuerit oblitus: vel si inaduertenter celebraret sine casula aut stola, quæ omnia debent esse benedicta secundum communiorem opinionem: vel si in panno serico celebraret, quia panno lineo carebat: oportet enim vt lintamina non sint serica, sed lineæ, quia corpus Domini in syndone lineæ sepultum fuit, vt patet in cap. Consulto. de conse. distin. 1. Quocunque horum deficienti, si verba consecrationis proferat sacerdos super materiam debitam cum intentione consecrandi, verum corpus Christi conficiet, nec de peccato mortali timeat, etiam si absque ara imo & absque calice consecrato celebrauerit. Secus si aduertenter, vel cum negligentia culpabili ista præmitteret: quia tunc licet verè consecraret, nihilominus à mortali culpa non excusaretur: vnde potius debet non celebrare, etiam si sit dies festus. Et quauis summus Pontifex nunquam in hoc dispensauerit, nec dispensaturus sit, si tamen de facto dispensasset, vt sacerdos absque prædictis rebus celebrare possit, dispensatio teneret, cum conficere hoc sacramentum

✠
Ricar.

mentum in illis non sit de iure diuino, sed humano. Quōd si celebret sine eis, etiam dispensatione quacunque seclusa, ✠ non efficitur irregularis, vt dicit Ricar. in. 4. senten. dist. 13. cū non sit cautum in iure. Similiter sine missali celebrare videtur mortale, quia celebrans exponit se periculo errandi in canone, imò & in consecratione: & faceret contra generalem consuetudinem ecclesiæ: sine calceamentis tamen celebrare secluso contemptu, & ex eo quōd non habentur, non videtur mortale. Ocreæ vero vbi consuetum est, possunt esse loco calceamentorum.

Sed dubiū est, utrū in Ecclesijs violatis liceat propter necessitatem celebrare? Sed priusquam huic dubio directè respondeam, operè pretium erit annotare casus, in quibus Ecclesia violari contingit. Sit igitur primus casus, ex effusione sanguinis graui & notabili & iniusta, quæ prouenit ex eo, quōd aliquis percussit alium in Ecclesia voluntariè, violatur Ecclesia. Vnde, si ob sui defensionem cum moderamine inculpatae tutelæ quis hominem interfecerit in Ecclesia, non idèd polluitur. Sequitur etiam quōd non violatur per homicidium casuale: puta per lapidem cadentem de pariete. Similiter nec violatur per factum contra se ipsum ex amentia furia. Similiter si effusio huiusmodi sit per nasum in rixa puerorum, non violatur, vt notatur super caput propositi. Secundus casus est, ex effusione seminis in Ecclesia, non solum illicita, sed etiam licita cum irreuerentia voluntaria. Vt quoties illicitè sit per mollitiem, aut quencunque coitum cum foemina, vel masculo. Simili modo per licitum coitum cum propria vxore secundum probabiliorem opinionem, de quo casu habetur de consecratione Ecclesiæ vel altaris cap. fina. & cap. Significasti, extra de adulterijs. Fit enim tunc cum propria vxore cū irreuerentia Ecclesiæ voluntariè etiam sine peccato. Credide-

A rim tamen ego non violari Ecclesiam, si coniuges longo tempore in loco sacro obsidentur: quia si nō violat effusio sanguinis facta ad conseruationem vitæ corporalis, quando per medici incisionem extrahitur à tonsore, quare violabit effusio seminis ad conseruandam vitam spiritualem? A pollutione etiam nocturna contingente in somnis, ex quacunque causa proueniat: non violatur Ecclesia. Tertius casus est, quando in Ecclesia sepelitur excommunicatus vel gentilis: tunc est conclusio ad dubium responsiua. In his omnibus casibus non licet celebrare in Ecclesia violata sub mortali peccato, quousque reconcilietur, nisi in graui necessitate, quæ maior esse debet quam ad celebrandum extra Ecclesiam, & hoc de consensu Episcopi, vel eius vicarij, si Episcopus haberi non potest, tunc enim posset ibidem celebrari quousque Episcopus accersiri posset: non tamen irregularitas committitur propter celebrationem in Ecclesia sic violata & interdicta à iure, etiam si sciens & prudens ibidem celebraret, vt patet cap. is qui, de senten. excommunicationis lib. 6. Secus quando est à iudice interdicta, vt ait Palud. in. 4. dist. 13. Intelligenda tamen est hæc nostra conclusio, cū delictum est publicum, & in foro iudiciali notorium. Secus quādo est occultum, vel sacerdos scit in cōfessione, quia tunc omnes Doctores cōueniunt, quōd licet in tali Ecclesia celebrare, nec est opus reconciliatione. Ita nanque tenet Siluest. verbo. Missa. 1. §. 5. & Hostien. & Ioā. Andreas super cap. vnico de consecra. Ecclesiæ, vel altaris. Colligitur eadem sententia ex cap. Significasti. de adulterijs. vbi ecclesia violata ob id censetur reconcilianda, quōd adulteri sacrilegium suum confessi publicè fuerant. Vnde, nisi vel facti euidentia, vel iuridica confessio intercedat, nō opus est abstinere à sacris: quia ecclesia de occultis nō iudicat, nec propter occulta crimina cēsetur ecclesia aliq̄ polluta.

Sed

Pri. cōclus. Sed dubium est à quo est reconciliāda Ecclesia violata & polluta? Ad quod dubium est prima conclusio. Quod si ecclesia fuerit consecrata, non potest nisi Episcopus illius loci per se, vel per alium Episcopum de eius licentia eam reconciliare, vt habetur in cap. Aqua. de conse. Ecclesie, vel altaris. Potest etiam vnus Episcopus aquam benedicere, & alius reconciliare. Per simplices vero sacerdotes huiusmodi reconciliatio fieri non potest, nisi ex commissio-
ne summi Pontificis: aqua tamen prius per Episcopum benedicta cum vino & cinere.

2. conclus. Secunda conclusio. Si verò ecclesia non fuerit consecrata, sed tantum benedicta, potest à simplici sacerdote per asperionem aquæ lustralis reconciliari. De ijs omnibus diffusius agit Siluester in verbo missa. §. 5.

Silue.

Sciendum tamen est primò, quod si ecclesia consecrata esset polluta, & Episcopus ægrotaret, posset dare licentiam vt interim ibi celebraretur omnia diuina officia.

Cō. Nic.

Sciendum est secundò, consecrationem ecclesie, & vasorum & vestium, quia est indelebilis, non iterari. Habetur nanque in concilio Niceno, quod ecclesijs semel Deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiusquam semine polluta fuerint. Adducuntur hæc verba concilij de consec. dist. 1. c. ecclesijs.

Sciendū tertio, quod ecclesia præcipuè consecrata, oratoria, monasteria, & huiusmodi, ad secularem habitationem, vel prophanos vsus non debent reuerti. c. Quæ semel. 16. quæst. 3. nec hospitalia ad alium vsus. c. Ad hæc. De lignis tamen & lapidibus destructi monasterij potest dormitorium vel alius honestus locus construi. Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum si fuerint iu-
tustate consumpta, incendio dentur: cineres quoque eorum in baptisterio in-

ferantur, aut in fossis pauimentorum iactentur.

Sciendum est postremo, quod vsus eorum prophanus genere suo est peccatum mortale, vt si quis auderet calice consecrato in mēsa prophana vti, aut corporali ad tergendum nares, aut vestibus facris in torneamentis. Hæc enim contemptum præferrent mortalem.

B De præcepto audiendi missam.

XLI. DIFFICULTAS.

Vtrum sit præceptum Ecclesie audire rem sacram in dominicis diebus & festis?

Ad difficultatem hanc est prima conclusio affirmatiua, nempe quod est præceptum pontificium iure diuino fundatum, obligans sub reatu mortali. Hæc conclusio habetur in concilio Agateni, & de conse. dist. 1. cap. Omnes fideles. Patet etiam aperte ex communi ecclesie consuetudine, & vsu, à temporibus Apostolorum vbique recepto. Et fundatur hoc præceptum in illo mandato diuino, Sabbata sanctifices.

Pri. cōclus.

Cō. Agæ.

B Secunda conclusio. Hoc præceptum non obligat missam proprii festi audire, vt expressè tenet Siluester in verbo. Missa. §. 2. Sufficit enim audire quancunque missam. Nam præceptum solum dicit, quod ijs diebus audiamus missam. Item, quia esset magna molestia Christianis, si teneretur scire si est missa diei. Tametsi sacerdotes reprehensione non careant, si in die festo vnanquamlibet aliam missam dicant.

E Tertia conclusio. Hoc præceptum non obligat ad audiendum, si quidem sunt pauci qui sermonem latinum intelligant: obligat tamen ad assistendum præsentialiter: qui enim in magna ecclesia sacerdotem à longe spectat, licet non audiat, præceptum implet. Conclusio.

3. conclus.

clusionem hanc tenet vbi supra Siluester.

Sylue.

4. Concl.

Quarta conclusio. Quanquam dicta Epistola ingrediantur, verè adimplent præceptum: sed si ingrediantur dicto iam euangelio, magnus est scrupulus, licet magister Soto dicat solum, quod non esset tutum. In quo dicto non videtur asserere expressè quod non adimpleant præceptum: crediderim tamen ego cum Archi. Floren. quod illud non adimplent. In fine verò missæ, si post summptionem sacramenti quis exiret, non censeretur transgressionis reus: neque si quis partem vnus missæ, & reliquam alterius audierit, censendus est non adimplere præceptum, quando quidem omnia audit necessaria. Quantum ad attentionem quæ requiritur ad implendum præceptum de audienda missa, Est quinta conclusio, quod fat est more humano, hoc est, libere interesse sacrificio, & his quæ dicuntur in missa, vt scilicet intersint vt rationales, id est, cum proposito quo quilibet vadit ad missam, vt faciat quod ecclesia ordinauit ac intendit, sufficit, inquam, hoc dummodo voluntariè ac dedita operam mentem postea non diuertat ad alia notabiliter, videlicet per magnam partem missæ: nec arbitror tantam attentionem requiri ad impletionem huius præcepti, quantam ad canonicum officium perfoluendum, vt bene dicit Soto, sed sufficit quod sit actus humanus ad sensum expositum.

Soto.

D. Anto.

5. Concl.

Soto.

Dubium tamen consurgit hic non contemnendum, nempe an si infra præceptam missam aliqua oratio alias præcepta, vt hora canonica dicatur, simul vtrique præcepto fiat satis, quemadmodum præcepto de audienda missa fit satis, quanuis ibi recitet ex deuotione rosarium? Huic dubio, quanuis Siluester teneat sententiam negatiuam in verbo missa. 2. §. vltimo, & summa Armilla eodem titulo: decreui tamen affirmatiuè adhærere cum domino Caietano in

Sylue.

Sum. Arm.

Caietan.

A quodam opus. de valore orationum dictarum ab audientibus missam in die festo. Cui sententiæ adhæret Soto in. 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2. & Magister Cano. Et probatur triplici ratione, Prima, quia optimè quis potest vnico actu duobus præceptis satisfacere: vt quando debet Petro centum, qui nunc est in extrema necessitate, soluendo illi faciet satis & eleemosynæ & iustitiæ præcepto: & eadem ratione cum in quadragesima tenetur ex præcepto pontificio ieiunare, vel cum pontifex ex causa rationabili iniungit infra annum ieiunium aliqua feria. 6. in qua quis ratione voti etiam ieiunare tenetur: ieiunando faciet satis vtrique præcepto. Secunda ratio est, quia conitatur licitum esse audienti missam præceptam, assumere quancunque deuotionem votiuam ad habendam mentem Deo vacantem tempore sacrificij, & nihilominus præcepto de audienda missa satisfacere, ergo eadem ratione recitando ibi horam canonicam, faciet satis vtrique præcepto, cum tantam attentionem habeat circa orationem votiuam, quantam circa horam canonicam. Tertia & potissima ratio est, quia si dum audit missam habeat attentionem ad misericordiam Dei, qua voluit nos redimere, facit satis præcepto de audienda missa, quia non potest illic meliorem attentionem habere, maximè si latinum sermonem ignorat, ergo eadem ratione si ibi recitet horas canonicas, faciet satis vtrique præcepto, cum soluere vocaliter horas canonicas non plus minuat attentionem quam attendere ad Dei misericordiam: & præcipuè hoc habet verum, quia licet teneamur tam horas quam missam exoluere attentè, non tamen inuenitur præceptum, quod duobus attentionibus nec duobus temporibus exoluere teneamur, propterea quod sub vnica attentione & sub eodem tempore exolui possunt. Idem est dicendum de orationibus iniunctis in poenitentia & debitis ex voto, vtrique enim per-

per-

perfolui possunt audiendo missam.

Annotare hic oportet, quod seculares habentes pontificum diplomata, per quod sibi liceat tempore interdicti missam audire: teneri in diebus festis tempore isto interdicto eam audire. Nec obstat ratio, quam faciunt habentes oppositam sententiam: quia si tenerentur, verteretur eis in incommodum illud privilegium, cum tempore interdicti non habentes privilegia non cogantur audire missam, cogantur autem privilegiati: non, inquam, obstat, quoniam preceptum audiendae missae obligat omnes commode potentes audire: & privilegium de se non obligat, sed solum facit hominem potentem audire. Quo circa habentes diplomata, tempore interdicti obligantur hoc precepto de audienda missa.

Annotandum est hic postremo, quod sunt multi qui excusantur legitimo impedimento a precepto audiendi missam, ut sunt infirmi, & qui eis ministrant, & qui inimicitias gerit, si timet hostem sibi dari obvium. Viduae etiam ubi mos est maritis mortuis, quod per certum tempus non exeant. Excusantur quoque puellae nobiles, ubi mos est, quod propter honestatem sint clausae, & non prodeant in publicum, nisi eas ad choreas & tauros ducant. Item excusatur vxor quae a marito propter zelotypiam prohibetur. Excusantur in super itinerantes, si ob missam audiendam societatem necessariam vel vitalem amitterent. ita, habet Silvester in verbo. Missa. 2. §. 2. Serui vero si a suis dominis ob aliqua negotia gerenda prohibeantur missam audire, excusantur. Ipsi tamen domini sibi videant, an ex iusta, vel illegitima causa illos impediant. Mulieres etiam pauperulae, non habentes unde decenter vestiantur, & quae exeuntes ad missam sic deriderentur: & breuiter, quoties quis missam dimittit propter aliquod, quod rationabile iudicatur secundum rectum iudicium, remoto contemptu, ex-

A cusatur a mortali: ut sunt custodes portarum, rerum, domus, & huiusmodi qui libenter irent ad missam, nisi praedicta obstarent. Excusaretur quoque sacerdos quando missam audire nequit, nisi ipse solus celebraret: non enim consulerem, illum absque ministro posse celebrare (quanuis quidam oppositum affirmant) nisi ex summi pontificis dispensatione. Imo etiam si adesset foemina quae adiuuaret, eod quod in concilio Magunti. cap. Inhibendum. de cohabit. cleric. & mulierum, prohibitum est hoc ministerij munus foeminis, & accedere ad altare, & tangere vasa sacra, & sacratas pallas. cap. Sacratas. 23. distin. quanuis Caie. dicat quod post primam lotionem possunt tangere. Similiter inhibitum est foeminis incensum circa altare deferre. de consec. dist. 1. c. vestimenta. Imo etiam si sit monialis, non poterit ista facere. Ex privilegio tamen Sixti, 4. possunt moniales lauare corporalia, dum modo sint prius lota a fratribus.

De defectibus qui possunt occurrere in missa.

XLII. DIFFICULTAS.

Utrum possit sufficienter occurrere defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta Ecclesiae seruando.

PRO huius difficultatis elucidatione annotare oportet, defectus in missa posse contingere ante consecrationem vel post consecrationem vel in ipsa consecratione. Ante consecrationem possunt esse defectus si non ministraretur debita materia: puta si loco vini ministraretur aqua. Unde ponimus quod sacerdos vel minister qui seruit & ministrat sibi in missa, posuit in calice aquam credens esse vinum album: quid tunc debet facere sacerdos? Ad hoc est conclusio. i. quod si sacerdos percipit istum errorem ante consecrationem, debet aquam eicere, & miscere vinum

vinum cum aqua, & sic peragere ministerium suum.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Si aduertit post consecrationem corporis ante quam summat ipsum corpus debet deposita aqua, apponere vinum cum aqua in calice, & reincipere ab illo loco. Simili modo &c. & proficere usque in finem. Si autem percipit post sumptionem corporis, est tertia conclusio; quod debet administrare unam hostiam non consecratam, & ibi apponere vinum cum aqua in calice, & reincipere a principio canonis secundum quosdam. Credo tamen quod sufficeret reincipere ab illo loco, quam oblationem. Et in fine debet etiam tumere hanc hostiam consecratam & sanguinem, non obstante quod prius sumpsit aquam, quae loco vini fuit posita in calice: ac proinde non est ieiunus, quia preceptum de perfectione sacramenti, id est, quod celebrans semper consecret sub utraque specie: scilicet panis & vini, fortius est, quam preceptum quod sumatur a ieiuno, cum illud respiciat essentiam sacramenti, & istud eius usum.

Notato tamen, quod licet ubi homo priuatim coram vno vel duobus celebrat consultius sit opinione D. Th. seruare, nempe quod reincipiatur ab illo loco cum signis & verbis, tamen ubi in publico, & praesertim coram aliquo magnate celebraretur, ad euitandum scandalum ac turbationem populi, forte non esset absurdum quod dicit Scotus in 4. dist. 8. quaest. 3. nempe quod sacerdos secreto tingens lotionem sumere, vinum tunc infunderet, & consecraret, & sumeret statim ad scandalum euitandum. Quid si ille qui ministrat vinum, non apposuit ibi aquam in calice? Ad hoc est. 4. conclusio in ordine, quod si sacerdos percipit hoc ante consecrationem sanguinis, debet apponere aquam in calice, & consecrare. Si vero percipit post consecrationem sanguinis, debet procedere in missa, quia appositio aque

non est de necessitate sacramenti, ut dictum est supra: debet tamen confiteri de negligentia, & conteri post finitam missam. Est enim negligentia illa rea poenae.

Secundus defectus est, si quis sacerdos aduertat venenum missum esse in calice, vel araneam, vel muscam ibi incidisse, sit prima conclusio; quod quantum ad venenum, vel araneam non debet sumere, ne calix vitae in mortem cedat. Sed sanguis iste debet diligenter seruari cum reliquijs in aliquo vase mundo & apto cum aliqua scriptura notificari tibi esse sanguinem Christi, & non sumatur ab aliquo, quia speciebus illis est admixtum venenum. Si autem sacerdos nondum sumpsit corpus Christi, debet ponere aliud vinum in calice cum aqua & reincipere ab illo loco, simili modo. Si vero iam sumpsit corpus Christi, debet apponere aliam hostiam non consecratam (ut dictum est in priori casu) & debet calicem diligenter lauare, & apponere vinum, & reincipere ab illo loco, quam oblationem &c. In hoc tamen casu crediderim satis esse vinum tunc iterum consecrare, & statim sumere: quia ubi erat venenum erat legitima consecratio sanguinis. Quo circa verba & cruce non opus erat repetere, cum legitime fuerint facta: ubi vero est mera aqua, ut in priori casu, nunquam fuit sanguis cum corpore, quare non legitime iuerunt facta. Unde, reincipiendum est a principio canonis, vel saltem ab illo loco, quam oblationem, nisi forsitan propter maximum scandalum, ut illic diximus. Quantum ad muscam sit secunda conclusio, quod propter muscam non debet dimittere quin sumat sanguinem, & si non timet vomitum deglutiat illam cum sanguine ad excusandas illas caeremonias: non tamen credo quod illam transglutire teneatur, etiam si vomitum non timeat. Quod si non transglutiat, debet musca illacapi, & diligenter lauari, post comburi, & cinis

cinis in piscinam mitti, & lotio debet sumi. Idem est dicendū de aranea, scilicet quod debet comburi, & cinis mitti in piscinam sacrarij.

Tertius defectus. Si contingat quod calix cadat & sanguis fundatur, quid agendum est? Ad hoc respondetur ex quodam decreto Pij papæ, quod si per negligentiam aliquid stillauerit in tabulā vel in terram, lingua lambatur, & radatur tubula, ac in igne consumatur, cinisque intra altare recondatur: tametsi commodior vsus est, ut proijciatur in piscinā: sacerdos demum quadraginta dies poeniteat. Si autem super altare stillauerit calix, forbeat minister, & tribus diebus poeniteat. Si super lintheum altaris & ad aliud stilla peruenerit, decē diebus poeniteat. Si vsque ad tertium, nouē diebus poeniteat. Si vsque ad quartum, viginti diebus poeniteat, & lintheamina quæ stilla tetigerit, tribus vicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recodatur. Posset etiam sumi in potum à ministro, nisi propter abominationem dimitteretur. Et pars illa lintheaminum super quam effusus est sanguis, comburatur, & cineres in altari vel sacrario recondantur. De hac materia, & de poenitentia quam debet sacerdos effundens sanguinem facere, multa sunt scripta de consecratione dist. 2. c. Si per negligentiam, & cap. Si quis per ebrietatem. Vbi dicitur, si quis per ebrietatem, vel voracitatem eucharistiam euomuerit, quadraginta dies poeniteat, si laicus est: clericus, seu monachus, seu diaconi & presbyteri septuaginta diebus poeniteant, Episcopus nonaginta. Si autem infirmitatis causa euomuerit, septem diebus poeniteat. Qui non bene custodierit sacramentum, & mus vel aliquod aliud animal comederit, quadraginta diebus poeniteat.

Quartus defectus. Si aliquis sacerdos induat se ad celebrandū, & ubi processit ad missam, reminiscitur se aliquod

A peccatū cōmississe de quo non est confessus, vel recolit se fuisse excommunicatum: tunc sit prima conclusio, q̄ si in memoria venit post consecrationē, debet missam conficere, & sacramentū perficere: & tunc illic poenitere de peccato cum proposito confitendi & satisfaciendi, ac proinde digne suscipere. Si vero recolit ante consecrationē, Est secunda conclusio, quod si non posset dimittere missam absq̄ graui scandalo, sufficit q̄ doleat, & poeniteat, ac cōteratur de peccato suo, & proponat confiteri quā primū se opportunitas obtulerit: & sic cōsecret in nomine Domini, quia in huiusmodi casibus summus sacerdos, scilicet Christus absoluet eum. Tutius tamen, & merito, reputat S. Tho. 3. p. q. 83. ar. 6. ad. 2. maximē in casu excommunicationis, & dum ieiuniū fregerat, missam inceptā deserere, nisi grāde scādalu timeatur, nā posset fingere se esse infirmū, vel habere aliquā necessitatē, nepe aliquā necessariā ac legitimā causam, Imō etiā si tale scandalū sequeretur, si illa culpa ad eō illi cordi inhæreat, ut poenitere nolit, potius debet dare illud scandalū, quā sumere sacramentū in peccato, quia sic illud est intrinsece malū, ut nulla de causa excusari possit, & postquam in sua est potestate poenitere, si eum nō poeniteat, necessariō peccabit: tā sumendo, quā relinquendo sacramentum.

Quintus defectus est. Si sacerdos nō habeat memoriā, an verba consecrationis dixerit, vel etiā alia quæ in celebratione sacramēti dicuntur. Sit prima conclusio, quod si probabiliter ei constet se aliquid de verbis quæ non sunt de essentia sacramenti omisisse, non ideo existimo quod debeat resumere, sed consiliū est procedere, & non iterū resumere. Si verō sint de essentia, Est secunda conclusio, quod si certificetur, vel etiā si tantū habeat cōsciētiam probabilē se aliquaverba, nepe formā consecrationis omisisse, debet totū tunc repeterē, & resumere à forma consecrationis, & cetera per ordinem

dinē reiterare, ne mutet. ordō sacrificij. Sed nota, quod non sufficit quicunq̄; scrupulus ad resumendū, & ideo dixi in conclusione: Si certificetur, vel saltem habeat probabilem conscientiam de omissionē huiusmodi verborum.

Conc. vii. Sextus defectus. Si contingat q̄ propter frigus sanguis cōgeletur in calice, tunc sit conclusio, quod sacerdos debet tantū anhelare in calicem, quod lique fiat. Credo tñ quod tutius est, ut calix inuolueretur in pannis calidis, & si nō proficeret, ponatur in aqua calida ac ferueti, cauendo ne aqua subintret.

Septimus defectus. Si cōtingat quod sacerdos quādo dicit missam, moriatur vel percutiatur aliqua infirmitate, ita q̄ non possit finire missam, tunc sit prima conc. quod si sacerdos moriatur, vel mēte alienetur, vel alia causa sufficienti impediatur ante inceptionē canonis, vel si post inceptionē canonis ante cōsecrationē, non oportet quod per alium sacerdotē suppleatur. Tutius tamen est, si sacerdos alius reperitur ieiunus, suppleat illū defectum: & si scitur ubi dimisit ibi incipiat: q̄ si ignoratur, incipiat à principio canonis. Quod si deficit postquam incepit cōsecrare hostiā, & non finiuit formam consecrationis, incipiat ibi, qui pridie, siue sit ieiunus siue nō, quādo nō adest sacerdos ieiunus.

2. Conclu. Secunda conclusio. Si sacerdos deficiat post consecrationē corporis solum vel corporis & sanguinis ante sumptionē, alius sacerdos debet supplere illud q̄ remanet, & suscipere sacramentū. Idē est faciendū si moriatur postquā sumpserit corpus: & non sumat sanguinē, nā alius sacerdos debet in isto calu sumere sanguinē, & perficere officiū missæ. Et si nullus posset haberi sacerdos ieiunus, posset ille qui nō est ieiunus perficere sacramentū, & sumere, quia præstātius est præceptū ut sacramentū perficiatur, quā prohibitionis præceptū ne quis nō ieiunus sumat: & si sacerdos haberi nō

A posset, nō idē posset sumere laicus qui paratus esset ad cōmunionē, quia laicū in primis sanguinē sumere nefas est, sed neq̄; hostiā sumere debet, quia laico nō licet sacramentū perficere, sed esset hostia referuanda in pixide, & potius esset subeundū periculū, quod species in acetum corrumperetur, quam laico liceat ministrare calicem.

B Octauus defectus est. Si contingat, q̄ sacerdos tanto tēpore referuauit sacramentū sine renouatione, quod iam sint putrefactæ & corruptæ illæ species sacramentales, tunc dico quod in ista materia habendum est pro regula generali, quod tādiu manet sub istis speciebus corpus & sanguis Christi, quādiu sub ipsis maneret substantia panis & vini ante consecrationē: & tam cito corpus & sanguis desinunt esse sub istis speciebus, quam cito desineret ibi esse substantia panis & vini. Quo circa, si ille species veniret in tantā corruptionē, quod substantia vel apparentia panis & vini sub eis non maneret, neque ibi iam posset manere, non est corpus neque sanguis Christi. Vnde, sit prima cōclusio, quod non deberent sumi ut consecratæ, sed sacerdos postquā in missa sumpserit corpus Christi, sumat eas reuerenter, sed non ut consecratas. Si autem non venierint ad tantā corruptionē, quin sub ipsis posset manere substantia panis & vini, est secunda conclusio, quod debent sumi ut consecratæ.

Sed quid si ex illis speciebus corruptis sint vermes generati quid debet fieri ex illis vermibus? Ad hoc sit conclusio, quod debent comburi, & cineres intra altare recondi, sacerdos vero, cuius negligentia hoc accidit, debet grauiter puniri, idcirco sacerdos caueat ne minis longo tēpore referuet eucharistiam, & quod non seruet eam in loco nimis humido, ita quod illæ species possint facile corrumpi. Hæc de Eucharistiæ sacramento dicta sufficiant.

Q

D E

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Vemadmodum de per se homo non tantum generatione, atque augmento ad vitæ corporalis esse, & nutrimento ad eius conseruationem indiget, verum etiam medicamento in eius infirmitate, pari modo ad esse vitæ spiritualis homo non solum baptismo per quem spiritualis vitæ acquiritur generatio, & confirmatione per quam spirituale habetur augmentum, atque eucharistia quæ nutrimentum est spirituale, sed etiam poenitentia in spirituali infirmitate quæ peccato est acquisita, indiget. Est enim tabula secunda post naufragium poenitentia. Nam sicut primum remedium est nauigantibus nauem seruare integram, vbi vero frangitur, est secundum tabula adherere, ita transeuntibus per huius vitæ mare, remedium primum est se à peccato in baptisimi nauis immunem seruare, amittenti vero integritatem per peccatum, secundum remedium est tabula huic adherere, quam diuina maiestas prouidit, vt per eam homo à Deo per peccatum elongatus, ad ipsum appropinquaret. Hinc est, quod saluator veniens in hunc mundum, tanquam bonus medicus egrotis consulens, dicit, poenitentiam agite, agite, inquam, quia medicina est ad sanandam morbum, ac veluti clavis ad reserandū cælū. Actor enim poenitentia sanitatem vulnerum cordis, & regni celestis apertionem consequitur. Et cum iam sit dictum de sacramentis quæ produciunt, promouent, & conseruant hominem in spirituali esse, vt baptismus, confirmatio, ac eucharistia sacramentum, superest nunc dicere de poenitentia sacramento. Quæ si homo cadit, facit vt resurgat. Tractatur itaque de poenitentia, primo dicemus de ipsa in generali, deinde in speciali, & quatenus est virtus, postea vero quatenus sacramentum, ac postremo de qualibet parte poenitentia agam in particulari, de contritione scilicet, confessione, & satisfactione. Et vt nobis fiant cætera peruia, exordium à diffinitione sumere opus est, nempe dicere quid sit poenitentia, & vnde dicatur. Ad quod sit.

PRIMA DIFFICULTAS.

Vtrum poenitentia sit dolor de peccatis quia contra Deum fuere commissa?

RO huius difficultatis explicatione primo annotare oportet, quod quanuis alij dicant congruentius esse incipere à poenitentia quatenus est sacramentū, pro eo quod tractatus præsens sit de sacramento, nihilominus mihi cō-

gruentior ordo visus fuit quem sequutus est Durandus, nempe incipiendum esse à poenitentia quatenus virtus, quia actus interior exteriorem præcedit.

Est etiā notandū, quod in hac materia diuersi Doctores, diuersas diffinitiones poenitentia assignat. Ambrosii. enim sic

Nota. 1.

Duran.

Nota. 2.

Ambros.

fic

fic diffinit. Est præterita peccata plange re, & plangenda iterū non cōmittere.

August. vero sic, poenitentia est quadā dolentis vindicta, puniens in se quod se dolet commisisse. Eisdem August. in lib. de vera, & falsa poenitentia, multa dicit in laudem poenitentia, sed illius locus insignis habetur homilia. 50. inquit enim illic, Ascendat homo ad tribunal mentis suæ, & constituto iudicio, accedat accusatrix conscientia, carnifex, timor, sanguis animæ cōfiteus per lachrimas fluat. Et dicitur poenitentia à poena, & teneo, es, quasi poenitentio: in quantum scilicet poenitens per poenam quā sustinet, punit se ppter illicita, quæ cōmisit. Ex hac Augustini diffinitione colligitur concl. ad difficultatē respōsiua, nepe quod poenitentia est dolor, nō quicunq; sed dolor spontaneus pro peccatis assumptus, vt sit vindicta culpā voluntaria. Nec solū vindicta satisfactoria, sed etiā amica, & salutaris: quoniam debeat esse satisfactoria, patet, quia non satis est à malo cessare, nisi quā iniuriā intuleris, satisfactione repentes. Colligitur etiam ex his diffinitionibus, quod non sufficit ad veram poenitentiam dolor de peccatis præteritis, & de testatio veteris vitæ: sed etiam propositū firmum deinceps vitæ di futura, ac vitæ nouæ inceptio. Nemo enim mentē in melius mutat, nisi & male acta derelictur. Neque detestari quis præterita potest, nisi meliora proponat, ita habet magister sen. dist. 14. & 15. in. 4. & Albertus eadem dist. Durandus in. 4. d. 17. q. 2. ar. 2. Caietanus quoque in additionibus. 3. partis. q. 1. ar. 1. habet in super D. Thom. in. 3. p. q. 85. ar. 3. & in. 3. lib. contra gentes cap. 15. & in. 4. lib. cap. 72. probatur etiā ex sacris literis: nam ista duo requiri ex sacris literis: nam ista duo requiri

august. conelu.

Ø

Mag. sen. Albertus. Duran. Caie. D. Thom.

Ephes. 4. Gene. 6.

si nouus homo induatur. Dauid quōque in Psal. 50. postquam petijt poenitentia, inquit, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c. Cor mundum, ait crea in me, Deus, & spiritum rectum in noua in visceribus meis. Idque nunc in concilio Triden. sessione. 6. c. 5. & 6. & sessione. 14. can. 13. diffinitur contra impijssimum Lutherum, & antea in concilio Floren. fuerat declaratum.

Hoc idem probat magister Cano in priori parte suæ relectionis de poenitentia. Asserebat enim Lutherus poenitentiam non dicere dolorem de præteritis peccatis, neque aliquem respectū ad illa, sed tantum ad futura cauenda. Nam dixit poenitentiam idē esse, quod Græce metanea, id est mentis mutationem, & resipiscenciam, & sic etiam Erasmus super illa verba Matthæi. 4. poenitentiam agite, ait, melius fuisse transferre, redite ad mentem, resipiscite. Sed nos dicimus, quod etiam si poenitentia idem esset, quod metanea, & resipiscencia: nihilominus tamen secundum bonam philosophiam debet importare respectum ad præterita: eo quod omnis mutatio respicit terminum à quo, quem relinquit, & à quo recedit, & terminum ad quem tendit, qui ergo mutat mentem siue vitam, dolere debet de priori mala vita acta, cum proposito bonæ futuræ. Et si quando sancti vtatur proloquio illo optima poenitentia est noua vita, nolunt excludere dolorem præcedentium delictorum, sed loquuntur aduersus quosdam homines, qui solent frequenter poenitere, & statim labi in eadem peccata: quasi ab illis perseverantiā bonæ vitæ inceptæ exigentes.

Notare etiā hic oportet, ad verā poenitentia, & remissionem mortalium, non satis esse habere propositum abstinēdi ab aliquibus mortalibus, sed requiritur vt proponat ab omnibus & singulis se abstinere: cum existens in gratia, possit vitare omnia, & singula mortalia. Ita D. Thom. in. 3. par. quæst. 87. artic. 1.

Nota. 3.

D. Thom.

Q. 2 ad. 1.

ad. Ratio est, quia si habet propositu non abstinendi ab aliquo mortali peccato, tam est in mortali: quia illud propositum est mortale.

II. DIFFICULTAS.

Utrum Penitentia sit virtus?

Difficultati huic vnica conclusio- ne respondetur affirmatiua. Con- clusio hac non vtcunq; est vera, sed ca- tholica fides, & semper apud catholi- cos indubitata, & pbatur in primis ex

Baruch. 2. Habetur enim Baruch. 2. Anima quæ tristis est super magnitudi- ne mali, & incedit curua, & in hirma, & oculi deficietes, & anima esuriens, dat ti

Luc. 6. bi gloria, & iustitia, Dñc. & Luc. 6. Beati

2. Cor. 7. qui nũc stetit q̄ ridebitis. Et. 2. ad Cor. 7. gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentia. Cõ- tristati enim estis secundũ Deum: quæ enim secundũ Deũ tristitia est, poeniten- tia in salutẽ stabilẽ operatur: vnde hac tristitia non de incõmodis, & iacturis se- cularibus propter nimiu eorũ affectũ, sumenda est, sed de offensa Dei esse de- bet, & cũ rationis moderamine. Dauid

insuper Psa. 50. laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lacrimis meis stratu meũ rigabo. Ecce

quomodo ppheta sanctũ laborat, gemit lacrymatur in lecto, & per singulas no- ctes, & non ob quodcunq; incõmodũ, sed ob vnã noctẽ, quã in iniquitate con- traxerat: ob id enim vitæ totius laborẽ, gemitum, lacrymasq; designat. Et

Psal. 118. Psal. 118. exitus aquarũ deduxerunt ocu- li mei, quia non custodierunt legẽ tuã.

Isai. 26. Isaiæ quoq; cap. 26. ait, sicut quæ cõcipit cũ appropinq;auerit ad partũ clamans clamat in doloribus suis, ita facti sumus à facie tua, à timore tuo concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis. Et Ezechias Rex insuper dixit, Recogita- bo tibi oēs annos meos. Ac demũ pa- tet ex illo Joel. 2. conuertimini ad me in fletu, & plãntũ. Præterea, virtus, ait Phi-

losophus, est quæ bonũ facit habetẽ, & eius opus bonũ. At verò per poenitentia homo ex iniusto fit apud Deũ iustus, iux- ta illud Ezechiel. 18. Si impius egerit poe- nitentia vita viuet, est ergo poenitentia virtus. Probatur quoq; conclusio ratio- nibus: prima, quia hominẽ, in quẽ pecca- mus iniuste, placare virtus est. Deo ergo quẽ offendimus satisfacere virtus est. Secunda, quia zelus ille quo quis aliena peccata execratur, & officium iudicis, quo in malefactores animaduertit, vir- tus est, multo ergo magis ille, quo quis sua spõte propria peccata abominatur, & vlciscitur, vt cõsequatur salutẽ. Ter- tia, nã finis poenitentis bonus, & hone- stus, ac rectæ rationi conformis est, cũ habeat pro fine sumere vindictã sui, eli- gatq; propria delicta vindicare, ac Deũ placare, & sibi eũ reconciliare, morboq; spirituali mederi. Mediũ igitur, videli- cet poenitentia quã pro peccatis accipi- mus, bonũ & honestũ esse, ac ex conse- quenti virtutẽ, necessum est. Neq; exi- stimes bonã esse poenitentia, quia iustam (vt ieiunium, quia iure positio iustum est,) sed quia suapte natura bonam. Quod si obijciat contra nostram con- clusionem, quod non possumus hanc virtutem habere, nisi ante peccaueri- mus: eò quod poenitentia est quẽdam virtus respiciens peccatũ prius cõmissum, quo fit vt neque in Adam in statu naturæ in- tegræ, neque in innocentibus sit ponen- da: facile ei satisfacere poterimus, sup- ponendo prius doctrinam quandã om- nibus notissimam, videlicet, quod quẽ- admodum in naturalibus sunt quædam medicina corporales ad victã & cor- poris salutis conseruationem ordinatæ: etiam nulla infirmitate existente, aliæ vero ad salutem reparandam si quando fuerit amissa, quæ morbum in subiecto supponunt, cui debent applicari, (Scien- tiam enim medendi verã esse dicimus, quãuis supponat infirmitatem) ita sunt quædam virtutes, quæ de sui ratione nul- lam imperfectionem important, nec subie-

Ezech. 18.

B

C

D

E

E

subie-

subiectum supponunt sub contrario vi- tio existere, ad bonam animã valetudi- nem tuendam per se ordinatæ, vt chari- tas, & iustitia, & huiusmodi virtutes fue- runt in statu innocentia simpliciter, & quantum ad habitum, & quantum ad actũ. Quædam vero sunt, quæ de sui ratio- ne imperfectionẽ important, vel ex par- te actus, vel ex parte materia: quod si huiusmodi imperfectio non repugnet perfectioni primi status, nihilominus huiusmodi virtutes poterant esse in pri- mo statu, sicut fides quæ est eorũ, quæ non videntur, & spes, quæ est eorũ quæ non habetur. Vnde fides & spes esse po- terat in primo innocentia statu, & quã- tũ ad habitũ, & quantũ ad actũ. Si vero imperfectio quæ est de ratione virtutis alicuius repugnat perfectioni primi sta- tus, poterat huiusmodi virtus ibi esse se- cundum habitũ, & non secundũ actum, & talis est virtus poenitentia, quæ est do- lor de peccato cõmissõ. Sicut enim vin- dicatio sceleris alieni supponit vitium in alio: sic vindicatio sceleris proprii supponit vitium proprium. Vnde hac poenitentia virtus licet in Christo non fuerit, nec secundum habitũ, nec secun- dum actũ, sicut nec fides, aut spes, tum quia denotant hæ virtutes imperfectio- nem in subiecto cui adhærent, tum ve- rò, quia nec peccauit, nec peccare pote- rat, quia erat Deus, nec requiritur, vt quis sit perfectus, quod habeat virtutes, quæ defectum dicunt, sed illas, quæ illũ non important: tamen erant in primo hominẽ secundum habitum, quia erat primus homo sic dispositus, vt si pecca- tum præcessisset, doleret. Et licet tunc ante peccatum virtus ista non posset exire in actum principalem, & absolu- tum, scilicet, dolere de peccato cõmissõ: attamen poterat habere actum con- ditionatum, & secundarium: Ac si di- cat innocens, si forte peccauero volo poenitentiam agere, & quia poterat peccare sicut de facto peccauit, exiuit post peccatum in actum, quo iustifica-

tus est, per accidens tñ fuit peccare ad illã virtutẽ habendã. Nã cũ gratiã infu- dit, tunc Deus tã Adã in statu innocẽ- tia, quã modo pueris in baptisimo oēs virtutes necessarias ad hominis statum pertinẽtes, ac per consequẽs poenitentia: siue postea peccent, siue nunquam per totam vitam peccent mortaliter, ma- ximẽ quia omnes peccant venialiter: & ideo vtile eis est, habere istam virtu- tem, quæ quanuis non principaliter, proprie tñ versetur circa venialia pec- cata: imo in beata virgine fuisse huius virtutis habitũ probabile est, quia quã- quã nec mortaliter, nec venialiter pec- cavit, siue ante verbi Dei incarnationẽ siue post: illud tñ ex speciali priuilegio Dei habuit. Nam de lege ordinaria na- tura illius peccabilis erat, & idcirco pec- care poterat. In beatis autem homini- bus licet quantum ad displicentiam peccati, poenitentia maneat, sine dolo- re tamen & tristitia. vt D. Thom. 3. D. Thom. par. quæst. 84. articu. 4. asserit. Quõ cir- ca manent in illis habitus ad ornatũ, & aliquem secundarium actum habẽ- re possunt. In angelis vero non solum qui nullum habuerunt peccatum, sed neque in malis necdum adhuc erant in via, nec quandõ iam sunt in termino fuit hac poenitentia virtus, quia eo- rum peccatum est irremissibile, eo quod liberum arbitrium inflexibile si- ue in bonum siue in malum habent, quoniam immobiliter adhærent cui semel adhæserunt, imo nec in homi- nibus damnatis est vera poenitentia virtus, eo quod non dolent de offen- sa Dei, neque cum spe veniæ, sed pro- pter penas, quas inuiti patiuntur, ali- qua poenitentia similitudo dicitur esse in illis. Sic nanque intelligendus est lo- cus ille sapientia. c. 5. poenitentiam agẽ- tes, & præ angustia spiritus gementes. Non obstat etiam cõclusioni nostra id quod obijcitur, quia nullum aliorum sacramentorũ est virtus. Nam materia aliorũ sacramentorũ non sunt actus sus- cipientis,

Q. 3. cipientis,

Joel. 2.

Phil.

Sapient. 5.

¶

ipientis, sed illa, quae à ministro applicatur, vt in baptismo aqua, & in confirmatione chrisma, materia vero sacramenti poenitentiae sunt actus suscipiendis, vt contritio, confessio, & satisfactio, vt inferius videbimus. & haec materia virtus est.

III. DIFFICULTAS.

Utrum Poenitentia sit specialis virtus?

Præius quam directe huic difficultati respondeam, tres conclusiones sunt præmittendae quarum prima sit. Dolere de peccatis ad eum finem, vt languenti animo medeamur: non opus est alia virtute præter charitatem. Probatur, nam sicut ex amore naturali medicinam apponimus morbis corporis, ita ex charitate, quanos metipsum diligimus propter Deum, medicinam afferimus egritudinibus animi. Vnde quantum ad hoc, non indigemus speciali virtute.

1. conclus.

2. Conclus.

Secunda conclusio. Dolere de peccatis eò quod contra rationem rectam facta sunt, non pertinet ad aliquam specialem virtutem. Nam cum omnis virtus sit conformis rectae rationi, eadem virtus sufficit: & vt placeat quicquid rationi consentaneum est, ac vt displiceat, quod à recta ratione discordat. Eadem enim virtutis est ratio in prosequendo bonum, & fugiendo malum, & ad vnamquamque virtutem attinet, vt suum proprium bonum prosequatur, & suum contrarium detestetur malum. Quo circa temperantiae virtus satis est, vt detestemur actus intemperantiae: & iustitia, vt iniustitiam abominemur. Ad iustitiam namque attinet poenitere de commissa iniustitia, & ad temperantiam de contraria intemperantia: & sic de singulis.

3. conclus.

Tertia conclusio. Tristitia de peccato quatenus offensa Dei est, non requirit specialem virtutem præter charitatem. Ratio huius conclusionis est in promptu: per eandem etenim amicitiam bonum amicis volumus, & mala amicorum auertimus. Ita habet expresse D. Thom. in. 3. p. q. 85. ar. 2. ad. 1. & in his tribus conclusionibus conuenit

A nobiscum Scotus in. 4. dist. 14. q. 2.

Scotus. 4. Conclus.

Est iam quarta conclusio ad difficultatem responsiva. Quando tristitia est de culpa eo fine, vt compensetur offensa commissa aduersus Deum cum emendationis proposito, exigit propriam, specialemque virtutem. Probatur, nam non respicit poenitentia singularem rationem peccati in aliqua singulari materia, quia sic (vt diximus in. 2. conclus.) sufficerent virtutes singulae particulares, sed respicit generalem rationem peccati quatenus Dei offensa, & sub ratione emendabilis propter Dei amicitiam.

Proprius enim actus poenitentiae est operari, ad destructionem præteriti peccati, in quantum est Dei offensa, vt dicit D. Thom. in. 4. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 3. ad. 1. & 2. vbi dicit, quod obiectum proprium poenitentiae est peccatum destruere, non quidem hoc, aut illud, sed absolute, scilicet quatenus peccatum est emendabile per actum humanum poenitentis, Deo adiuuante. Et quauis iste actus materialiter contra omnia præcepta feratur, à sola tamen poenitentiae virtute respicitur: sicut sensibile coloratum à sola potentia visiva, sonus à potentia auditiva &c. sensibile autem coloratum à sensu communi respicitur. Et quemadmodum per ista distincta obiecta exteriores potentiae distinguuntur ad eundem modum per obiectum prædictum, virtus ista poenitentiae distinguitur ab alijs virtutibus.

Non enim ad hoc sufficiunt reliquae morales virtutes: tum quia illae non attingunt Deum pro immediato fine: tum etiam, quia non habent castigare malum vniuersum, emendando vitam in omni genere virtutum, sed hoc proprium est poenitentiae. Conclusio haec est contra Scotum in loco allegato, & probatur adhuc efficari ratione: quia idem actus propter diuersa motiua quae habet illum eliciens, spectat ad diuersas virtutes. Si enim quis det Petro vt releuet eius miseriam, pertinet ille actus ad virtutem misericordiae. Si autem det illi vt beneficiat ei, quia est suus amicus pertinet ad amicitiam. At vero tristari de peccato, vt vindicet quis delictum contra Deum commissum, & re-

D

E

& recopensationem faciat, habet speciale motiuum, & finem, quod non pertinet nisi ad virtutem poenitentiae. Accedit & alia non infima ratio, quod nolle poenitere est singulare peccatum, quod non apparet cuiquam virtuti sit contrarium, nisi speciali virtuti poenitentiae. Insuper ostenditur aperte ex Arist. 2. & 3. ethi. sententia asserentis, Vbi cumque specialis ratio boni & difficilis est, specialis ponendam esse virtutem. At vero in detestando omnia peccata perspicuum est speciale esse difficultatem, siquidem videmus aliquando hominem vnum detestari peccatum, & non aliud, speciali igitur virtute scilicet poenitentiae opus est. Item quia si dolere de iniustitiae peccato pertineret ad virtutem iustitiae, & dolere de peccato intemperantiae ad temperantiam, sequeretur quod non posset homo poenitere, & iustificari in instanti. Cum enim homo habeat plura peccata distinctarum specierum, deberet habere plures diuersarum virtutum actus, quos in instanti habere nequit. Cuius contrarium habetur Ezechielis. 18. & 33. in quacunque hora id est, in quocumque momento, vt sancti exponunt, at vero ponendo quod sit vna specialis virtus, vniuerso actu detestari, & destruere omnia peccata possumus, ac subinde iustificari in instanti. Nec obstat huic nostrae conclusioni quod philosophi non possuerunt specialem virtutem poenitentiae. Nam si non posuerunt, illud fuit ex duplici ratione: primo, quia non considerauerunt virtutes nisi in ordine ad bonum humanum: poenitentia autem non est virtus specialis nisi in ordine ad diuinam prouidentiam in quantum per illam recociamur Deo, & à nobis separamus penam aeternam. Secundo quia finis huius virtutis superat omnem hominis rationem. Quod enim Deus concilietur, eiusque offensa compensetur per poenas voluntarie sumptas: ratio naturalis non assequitur. Solus fidelis, qui lumen fidei habet, intelligit clementiam Dei Patris poenitendo posse placari: & indulgentiam peccatorum comparari, fierique posse poenitendo compensationem iniuriae Deo factae: ac morbos omnes animi aboleri. De hac re egregie agit D. Thom. in. 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 3. ad. 4. Ex omnibus his iam est manifestum poenitentiam specialem virtutem à cæteris virtutibus, quas philosophi cognouerunt, esse distinctam: quae quidem virtus non ad religionis virtutem pertinet, vt Caieta. sentit, in com. 3. p. q. 85. artic. 2. tum, quia est contra D. Thom. in. 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. quaestiuicula. 4. & dist. 15. q. 4. ar. 7. ad. 2. Vbi expressè ait, poenitentiam distingui à laetitia, qui est actus religionis: tum quia religio, vt idem D. Thom. ait. 22. q. 81. ar. 3. est virtus, quae proprie exhibemus reuerentiam Deo, in qua tum est primum creationis & gubernationis rerum principium, & hoc habet pro fine reddere honorem Deo & cultum. At vero poenitentia non habet hoc proprium, quod est exhibere reuerentiam Deo, sed proximus finis poenitentiae est Deum offensum placare, eiusque castigare offensam, emendando vitam, & compensando iniuriam ei factam. Quo fit, vt licet compensare hanc iniuriam Deo factam spectet ad iustitiam, non tamen simpliciter acceptam, sed ad iustitiam commutatiuam acceptam secundum quid, qualis inter Deum & homines esse potest. Non enim reddit poenitens per poenitentiam aequale Deo simpliciter, sed secundum quod potest: sufficit namque, quod poenitens faciat quantum rationabiliter potest. Rationabiliter, inquam, nam si quis excederet rationis normam, vt si tantum se ploratu, aut inedia maceraret, vt se occideret, non solum non esset virtus, sed vitium. De hac iustitia habetur Ezechielis. 18. si autem impius egerit poenitentiam, & fecerit iudicium, & iustitiam &c. & psal. 118. fecit iudicium, & iustitiam. & ad Rom. 6. sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati: ita nunc exhibete seruire iustitiae. Quod autem non sit iustitia, simpliciter inter Deum, & homines, tenet D. Thom. in. 3. p. quaest. 85. artic. 3. & ratio illius est, quia inter Deum, & homines non potest constitui perfecta aequalitas propter Dei excellen-

A
B
C
D
E

D. Thom.

Caieta.

D. Thom.

Ezech. 18.

Ps. 118.

Rom. 6.

5. Ethic.

Dura.

excellenciam: & ea quæ constituitur, est ex acceptatione ipsius Dei, bifariam nanque dicitur iustum, vt author est philosophus. 5. Ethico. scilicet simpliciter, quale est inter æquales, eò quòd iustitia est æqualitas quædam, & secundum quid inter eos, qui non sunt simpliciter æquales, sed vnus est sub potestate alterius: & tale est iustitiam inter dominum, & seruum, virum & vxorem, patrem & filium. Ex prædictis aperte constat, falsitas opinionis Durandi, asserentis poenitentiam non esse speciale virtutem, sed ipsammet virtutem iustitiæ, cum enim iustitia dicat æqualitatem, & inter Deum, & nos non sit æqualitas, nisi secundum quid, poenitentia non amplectitur totam quidditatem iustitiæ. Item quia iustitia non amplectitur totam quidditatem poenitentiam, eò quòd iustitia non habet nisi reddere æquale, non autem emendare vitam, aut reconciliare amicum. Cum enim iudex alicuius rei peccata vindicat, non emendam hominis quem suspendit, intedit, sed supplicium sumere. At vero vindicta poenitentiam procedit ex amore filiali ad emendam vitam.

IIII. DIFFICULTAS.

Vtrum hæc poenitentiam virtus sit habitus infusus?

Quædam mihi sunt iacienda fundamenta pro huius difficultatis elucidatione. Primum, aliquam virtutem esse infusam, aut ex genere & natura sua, quia videlicet per actus nostros acquiri, & generari non potest. Vnde necesse est à Deo nobis supernaturaliter infundatur: vt virtutes theologicas, nempe fides, spes, charitas, aut virtus dicitur infusa per accidens, quia licet per actus nostros naturales acquiri possit, miraculose tamen alicui infunditur, vt scientia rerum naturalium Adæ fuit collata: & vsus linguarum collatus apostolis. Loquimur autem in præsen-

tiarum de virtute infusa iuxta priorem modum.

Secundum fundamentum est, quod non est alia causa necessaria ponendi habitus infusos à Deo, nisi quia per tales virtutes disponitur homo ad actus supernaturales producendos. Hoc fundamentum est D. Th. in. 1. 2. q. 51. arti. 4. & probatur, quonia ad actus naturales, quos potentia cum Dei auxilio generali, (quo cum omnibus causis concurrat) producere potest, non est opus habitu scilicet virtute supernaturali, & sic per accidens infunderetur ad istos actus eliciendos.

Tertium fundamentum est. Actus poenitentiam, qui sufficit ad iustificationem (quæ Theologi contritionem appellant) non potest esse in homine sine motu Dei præuenientis, & conuertentis, iuxta illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & secundum illud Thre. ultimo, conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Et ite nos in omni opere bono non incipimus, sed ipse Deus est, qui primo incipit in nobis, & inspirat tui timorem & amorem iuxta illud Pauli, Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, & Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Nec sine actu fidei supernaturalis: nam sine fide vt ait Paulus, impossibile est placere Deo, ad Hebræos. 11. & accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia remunerator est. Quod ostenditur ex Aug. in lib. de vera & falsa poenitentiam. c. 2. Vbi inquit, si fides fundamentum est poenitentiam, constat poenitentiam, quæ ex fide non procedit inuile esse. Est quoque testimonium Hiere. 31. Postquam conuertisti me, egi poenitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi sumur meum: oportet ergo, quod prius nobis per fidem ostendat.

Sequitur rursus ex his quartum fundamentum, nempe quòd actus poenitentiam, qui est sufficiens ad remissionem peccatorum, non producitur à voluntate cum solo concursu, & auxilio Dei generali, sed eget auxilio

B

C

D

E

D. Tho.

Ioan. 6.

Thre. ult.

E

D. Paulus.

ϕ

Hebræ. 11.

D. Aug.

Hier. 31.

auxilio

Aug.

Rom. 2.

Coc. Afri.

Leo Papa.

Coci. Tri.

Hierem. 31.

D. Hiero.

ϕ

Ezech. 36.

D. Thom.

auxilio supernaturali Dei, quo ipse moueat voluntatem nostram ad veram poenitentiam. Habet hoc fundamentum Diuus Augustinus, de fide ad Petrum. c. 31. firmissimè, inquit, tene, nemine hic posse poenitentiam agere, nisi quem Deus illuminauerit, & gratuita sua misericordie conuerterit. Et probat ex Apostolo ad Rom. c. 2. vbi ait, Bonitas Dei ad poenitentiam te adducit. Fuit etiam hoc de terminatum contra Pelagium in quodam Africano concilio. Idem diffiniuit Leo Papa in Epistola. 69. Et nunc temporis diffiniuit concilium Tridentinum, sessione. 6. canone. 3. Si quis dixerit sine preuenienti Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem poenitere posse sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur: anathema sit. Et Hierem. cap. 31. Postquam conuertisti me, egi poenitentiam, quo loco D. Hierony. Vide, inquit, infirmitatem hominum, quod hoc ipsum quod est agere poenitentiam non possumus implere, nisi si Dei innitatur auxilio. Indubie ergo, imo & de fide tenendum est, non solum Deum esse qui iustificat, sed & qui cor preparat, & disponit, iuxta illud Ezechielis. 36. Auferam ab eis cor lapideum: dabo eis cor carneum. Aduerte tamen quòd non mouet nos tanquam inanimè corpus, sed vt liberè ei assentiamur, si eidem inspirationi assentimus credendo, sperando, diligendo: ac subinde detestando peccata, gratiam nobis eodè instanti infundit. Dicit nanque concilium Tridentinum. Sessione citata, cap. 6. quod disponuntur ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt: itaque principaliter Deo operante iustificantur, non tamen sine ipsis dispositiue, & materialiter cooperantibus per Dei auxilium. De hac re pulchrè tractat Diuus Thomas in. 4. lib. contra gentes. c. 72. Quintum fundamentum est. Quod actus poenitentiam

à timore seruili procedit sicut à primo motu nostri affectus ad hoc ordinato: & dicitur ordinari ad poenitentiam, quia non est ad id sufficiens, cum non sit vera contritio. Et timor iste seruilis per se non sufficit, amicitiam inter nos & Deum conglutinare, seruit tamen charitati induendæ: sicut seta non est satis firma, vt possit frustra corij confluere, sed est accommodata ad induendum filum, & sicut filum introductum, foras excludit setam, sic charitas introducta foras excludit timorem. Quòd si timor iste sit suppliciorum, vt euitet poenam æternam, est bonus, quia habet finem honestum, secus si sit amissionis rerum temporalium, quia non est finis honestus, sed vtilis, & delectabilis. Et probatur quòd timor poenarum sit bonus: nam Dominus exhortatur ad hunc timorem poenarum: Ergo est bonus, ac proinde actus ab illo timore procedens, erit bonus: antecedenis probatur ex illo Luca. 12. Nolite timere eos, qui occidunt corpus: timete eum qui postquam corpus occiderit, habet potestatem mittendi animam in gehennam ignis. At verò metus gehennæ non potest esse filialis. Habetur etiam de hoc timore Psalm. 118. Confite timore tuo carnes meas, & Ecclesiastic. 1. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non potest iustificari. Et rursus, Initium sapientiam, timor Domini. Vbi non de timore filiali, sed seruili loquebatur sapiens, cum filialis sit effectus dilectionis, & sic iam supponit charitatem: seruilis autem initium. Tenet etiam glossa interlinealis, & breuiter, asserere hunc timorem non esse bonum est hæresis Lutherana condemnata nuper in concilio Tridentino, sessione. 6. canone. 8. sub his verbis, Si quis dixerit gehennæ metum per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Nec solus propter timorem poenæ inferni, verum

B

C

D

E

Luc. 12.

Psalm. 118. Eccle. 1.

Glossa.

Con. Trid.

Q 5 &

& mortis, & dehonorationis, & similiu: quæ omnia sub timore seruilis comprehenduntur, bene agere, & legem seruare bonum est. Poenam nanque mortis subiecit edentibus de ligno scientiæ boni, & mali Deus. Nec obstat huic nostræ cõclusioni, quia timor seruilis est extra charitatem, non enim sequitur, ergo est malus: quandoquidem non omnia quæ sunt extra charitatem sunt peccata, vt Lutherus vult, quoniã extra charitatem sunt actus moraliter boni, licet non sufficiant ad gratiam comparandam, vt expresse aduersus Lutheranos diffinitur in concilio Tridentino, sessio ne. 6. canone. 7. De bonitate huius timoris agit diffusissime Ioannes Echius homilia. 40. de pœnitentia. Intelligendum tamen est hoc fundamentum, scilicet, quod timor seruilis sit bonus, quando non induit conditionem seruitutis, vt si quis ex metu inferni mouetur ad detestandum peccatum, & ad cogitandum vitam studiosam, bonus est talis timor. Si verò quis dolet de peccatis propter ponas inferni, cum hac adiecta negatione, si mihi non imminerent illæ pœnæ, non me pœniteret, profecto ista conditionalis esset mala, & pertinens ad seruitutem: quia ille plures faceret pœnas illas euitare, quam Dei offensam, & iste actus est qui repugnat charitati. Dicit enim Augustinus, cuius verba habentur de pœnitentia. d. i. c. Si propterea. Si propterea, ait, non facis furtum, quia time ne iudicaris, jam intus in corde fecisti, & reus furti teneris, etiam si nihil tulisti.

D. Thom. De qua re agit Diuus Thomas. 2. 2. questione. 19. articulo. 4. & ibi diffusissime Doctores. Et vltimum fundamentum est, quamuis omnes virtutes infusæ simul cum gratia donentur: actus vnus virtutis sua natura præsupponitur ab alijs, vt actus fidei, & spei informium, & actus timoris seruilis laudabilis & boni moraliter, possunt etiam tempore, habitum pœnitentiæ infusum præcedere. Vnde pœnitentia non est simpliciter

Con. trid.

D. Aug.

D. Thom.

C

A prima virtutum, neque ordine temporis, nec naturæ: eo quod actus fidei, spei, & charitatis præsupponuntur. **¶**

His iactis fundamentis, est conclusio responsiua ad difficultatem, Necessarius est habitus infusus virtutis ad actum pœnitentiæ. Probatur, quoniam hac sola ratione ponimus virtutes theologicas infusas, non solum vt sub opinione in cap. Maiores. de baptismo relectam est, sed tanquam certissimum, vt nuper in Synodo Tridentina, sessione. 6. canone. 11. assertum est: quia actus earum excedunt naturæ facultatē. Nō enim possumus cognoscere Deū, vt est finis supernaturalis sine lumine supernaturali, scilicet fide. Nec possumus illum diligere super omnia, nisi dono supernaturali, videlicet charitate. Tales autem sunt actus pœnitentiæ, quare ad actum pœnitentiæ necessarius est habitus infusus. Sunt nanque quædam virtutes, quæ ex genere, & natura sua sunt infusæ, quia intrinseca ratione sunt supernaturales, vt sunt Theologicæ, quæ Deum habent pro obiecto, tãquam finem naturalem. Et negare habitus harum virtutum theologiarum esse infusos, est erroneum. **¶** Aliæ vero sunt peraccidens infusæ, & sunt eiusdem speciei cum virtutibus acquisitis, **¶** quæ scilicet cum Deum non habeant pro obiecto, possunt naturaliter acquiri, vt iustitia, & reliquæ virtutes cardinales: infunduntur tamen quandoque à Deo ad perfectionē naturæ, vt scientiæ quas infudit Adæ. Pœnitentiam non sic esse infusam per accidens, intelligendum est, sed ex genere suo, quia quamuis non habeat Deū pro obiecto, vt theologica, habet tamen illum pro intrinseco fine, est enim eius proprius actus pœnitere de peccato, quatenus offensa Dei, ad eius amicitiam conciliandam, vt supra dictum est. Et negare autem habitus harum moralium virtutum & pœnitentiæ esse infusos non est erroneum, est tamen falsum. **¶**

Conclu.

¶

¶

¶

Sed

Dubium. Sed dubium est, an semper debeat præcedere actum pœnitentiæ actus charitatis. Ad hoc est conclusio prima, quod actus pœnitentiæ nõquam est sine actu charitatis. Hanc conclusionem habet **magister.** Magister sententiarum in. 4. distinctione. 14. cap. 4. & habetur de pœnitentia. dist. 3. cap. vlt. habet etiam illam Diuus Thom. 12. quæst. 113. arti. 4. ad. 1. & artic. 5. & 8. Durandus in. 4. distinctio. 17. quæstio. 1. & probatur primo ex illo Ioãnis 3. qui non diligit, manet in morte. Deinde probatur ex illo Zachariæ. 1. conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Sed conuersio ad Deum non fit nisi per actum charitatis, quia ad iustificationē sola fides, quæ per dilectionem operatur, valet. Item Lucæ. 7. capit. inquit Dominus, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, per quod datur nobis intelligi, à redemptore dolorem & lachrymas nullas esse, nisi essent cum charitate. Secunda conclusio. In genere causæ formalis prior natura est actus charitatis, quam actus pœnitentiæ: id est prærequiritur ad illam, vt esse animal ad esse hominis. Probatur hac conclusio, nam pœnitens detestatur peccatum, quia est offensa Dei, ergo prius natura amat Deum. Nam nisi quem amare prosequimur eius mala exhorrescere non solemus. Præterea, quia id habetur diffinitum in concilio Tridentino, Sessione. 6. cap. 6. inquit enim conciliū, peccatores ad pœnitentiam se disponunt, incipientes diligere Deum: & propterea detestantur peccata.

3. Conclusio. Tertia cõclusio. In genere causæ materialis, seu dispositionis, prior natura est actus pœnitentiæ, scilicet contritio, quàm habitualis gratia, & actus charitatis. Nec inconuenit in diuersis generibus causarum idem esse prius, & posterius altero, teste Aristot. in. 2. Physicorum. Sanitas enim est causa finalis moderati exercitij, quæ ideo prius mouet hominem ad deambulandum: sed tamē deambulatio prior est sanitate in gene-

Dubium.

Pri. cõclu.

magister.

D. Thom.

Durandus.

Ioan. 3.

Zach. 1.

Lucæ. 7.

2. conclusio.

Cõc. trid.

A re causæ efficientis, & ventus aperiens fenestram, prior est in genere causæ efficientis a pertione: sed tamē a pertio prior est in genere causæ materialis, quia nisi prius natura aperta esset, aer non ingrederetur, & calor vt. 8. si sit vltima dispositio in generatione ignis: in genere causæ materialis, seu dispositionis præsupponitur ad introductionē formæ ignis: & sic est prior forma ignis. In genere vero causæ formalis posterior est ipsa forma: ita etiam in genere causæ formalis, prior est gratia, & actus charitatis cõtritione, quia dat esse contritioni formaliter. Item quia esse gratum sine gratia minime esse potest. At vero contritio sequitur esse gratum: quapropter in hoc genere posterior gratia est cõtritio, sed in genere causæ materialis motus ipse pœnitentiæ est prior, quia nisi hominē pœniteret, non fieret gratus. Quamuis namq; in eodem puncto tēporis Deus per auxilium speciale moueat liberum arbitrium, & infundat gratiam, nihilominus motio illa est dispositio, & via ad infusionem gratiæ, & prius natura in genere causæ materialis. Vnde licet idem omnino actus eliciatur à libero arbitrio, & simul gratia, & habitu pœnitentiæ, nihilominus qua ratione procedit à libero arbitrio, est prior natura, quæ gratia, & quam habitus pœnitentiæ, & dispositio ad vtrumque.

Quarta conclusio. Sequitur corollaria ex duabus præcedentibus, nempe quod contritio, seu actus ille pœnitentiæ est meritorius, & non gratia, sed illius gloriæ, quæ eidem gratiæ, qua actus informatur, correspondet. Hanc cõclusionem tenet Diuus Thom. 12. questione. 112. artic. 2. Et in primis, quod sit meritoria, patet: nam illa contritio est opus amici Dei, quia proficitur à gratia: & in eodem momento quo ille actus producit, pœnitens est amicus Dei, & operatur propter Deum, igitur erit meritoria cõtritio illa. Quod autem non sit cõtritio illa meritoria prime gratiæ, patet

4. Conclusio.

ex

Rom. 2. ex Paulo dicere, quod si ex merito, iam non esset gratia, quod vero sit meritoria gloriae, probatur. Nam fingamus hominem post primam illam contritionem, a vita discedere: tunc quaero, an isti dabitur aliqua gloria? quod, quia negari non potest, quaero rursus an illam gloriam talis homo meruerit: si meruit, habetur intentum, scilicet quod illa contritio est meritoria: si non meruit, ergo ad ulto seclusis sacramentis, quibus datur gloria, ex solo merito Christi, ut patet in parvulis, datur gloria absque merito proprio. reclamante Paulo. 1. Corinthio. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, & quidem concedimus libenter, primam gratiam dari gratis, negamus tamen exinde, primam gloriam dari sine merito. Eadem enim contritio ut quatuor & est dispositio ad gratiam ut quatuor, & meritoria gloriae ut quatuor ratione iam dicta, scilicet, quia in genere causae formalis prior natura est gratia, ipsa contritione.

V. DIFFICULTAS.

Vtrum poenitentiae virtus sit ad salutem & iustificationem necessaria?

Priusquam huic difficultati respondeam, illud suppono, quod cum duplex poena sit, altera interior hoc est dolor animi, altera exterior, hoc est afflictio corporis: duplex ex consequenti est poenitentia, altera interior, de qua Actuum. 2. cap. Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, altera vero exterior, de qua. 2. ad Corinthiorum 7. quae secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.

1. conclusio. Et de poenitentia interiori est prima conclusio, quod est necessarium remedium ad remissionem mortalium peccatorum. Actuum. 3. poenitemini & co-

Auertimini, ut deleantur peccata vestra. Ezechiel. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, vita viuet, & non morietur. Nullum enim aliud proponitur poenitentibus remedium, item Ecclesiastici. 21. filii, peccasti, non adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Apocalypsis quoque. 2. c. 2. Memor esto unde excideris: & age poenitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi cito, & mouebo candela tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris. Habetur etiam haec nota conclusio nuper definita in concilio Trid. Sessio. 6. c. 14.

De exteriori vero poenitentia est secunda conclusio. Exterior poenitentia est quoque ad salutem necessaria. Haec conclusio habetur expresse Matth. 11. Olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent. Probatum etiam ex Apostolo. 2. ad Corinth. 7. Nam auctoritas illa, tristitia quae secundum Deum est, Poenitentiam operatur, de exteriori intelligenda est. Tristitia namque, quae secundum Deum est, poenitentiam videlicet exteriorem, in salutem stabilem operatur. Vera enim poenitentia interior intelligi non potest, quam non exterior consequatur. Praeterea Joel. cap. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Praeterea quia de iure naturali est, ut aliquis poeniteat de malis, quae fecit: quantum ad hoc quod doleat se fecisse, & doloris remedium quaeratur per aliquem modum, & aliqua etiam signa doloris ostendat: sicut Niniuitae fecerunt. De hac poenitentia, quae ad satisfactionem refertur exteriori, tractat eleganter Ambr. ad virginem Lapsam. c. 8. Idem etiam elegantissime docet Chrysost. in epistola ad Hebr. homilia. 9. Idem quoque Cyprianus sermone. 5. de lapsis circa finem.

2. conclusio. Tertia conclusio. Actus poenitentiae virtutis est in precepto obligate sub mortali. Haec conclusio ostendit aperte ex illo Matth. 4. Poenitentiam agite, &c. & cap. 3. Agite

Luc. 13. Agite fructum dignum poenitentiae, & **Luc. 13.** Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Cum enim ex illis verbis Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. colligant sancti baptismum esse in precepto, & eodem tenore dicat redemptor noster illic, Nisi poenitentiam egeritis, &c. euidenter consequitur, actum poenitentiae virtutis esse similiter in precepto. Quod quidem vel ex eo liquet, quod poena mortis siue corporalis, siue spiritalis, siue lege humana, siue diuina, non nisi pro peccato mortali infligi solet, infligitur autem non poenitentibus, ut ex Christi testimonio elicitur. Actus ergo poenitentiae est sub precepto. Et propter ista testimonia domini hoc idem asserit Dominus Thomas. 3. par. questio. 85. artic. 1. & 2. in argumentis in contrarium, cui subscribunt caeteri ferè omnes theologo in. 4. d. 17. agentes namque illic de contritione supponunt de illa esse speciale preceptum. Deinde probatur nostra conclusio tribus non leuibus rationibus, quarum prima est, quia cum omnis actus virtutis ad salutem necessarius sit in precepto, & quo magis actiones hominis studiose ad ultimam ordinantur felicitatem, & ad illam conducunt: eo sub maiori obligatione esse censentur, & poenitere sit actus ad salutem necessarius, ut ex precedentibus duabus conclusionibus constat, sit subinde, ut iste actus sit sub precepto. Secunda ratio. Omnis actus virtutis necessarius ad spiritualem hominis salutem est in precepto diuino, & naturali, quotiescunque huiusmodi actus commodè fieri potest, ut patet de correctionis fraternae actu, multo ergo magis actus virtutis necessarius ad vniuscuiusque salutem propriam illis erit in precepto. Tertia ratio, In lege gratiae est preceptum confessionis sacramentalis, ut ostendemus infra in additionibus. q. 6. At verò confessionem non esse validam absque dolore, qui est poenitentiae virtutis actus, nemo est qui ambigat, siquidem dolor siue

A sit contritio siue attritio ad sacramentalē confessionē necessari⁹ est. Quos fit ut etiā seclusa lege euangelica (supposita fide) omnes peccatores teneantur ad poenitentiae actum formalem, cum sit ad salutem necessarius. Sine illa namque ex lege ordinaria nequit aliquis iustificari, quod dixerim propterea, quia si quis voluntatem efficacem habens pro Christo moriendi absque peccati commissi memoria ad martyrium ducatur, sine poenitentia formali, ex Dei speciali priuilegio iustificabitur. Verum est tamē quod si postea superuixisset, teneretur, formalem suorum peccatorum dolorem habere. Quomodo autem poenitentia sit necessaria ad salutem, quatenus est sacramentum, infra tractabimus, quando erit sermo de poenitentia ut est sacramentum.

De Poenitentia quatenus est sacramentum.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum Poenitentia sit sacramentum?

Hic difficultati vnica conclusio-
Dne affirmatiua respondetur. Haec conclusio de fide est tenenda contra No-
uatianos, qui primo negarunt poenitentiae sacramentum, sequuti sunt eos postea Vuitclefite, ut auctor est Thomas Vvalden. in lib. de sacramentis. cap. 135.
E Tandem sequutus fuit eos Luther. Quamuis enim à Principio sacramentū poenitentiae non negauerit, negauit tamen eius necessitatem. Postmodum discipuli eius, praecipue Calvinus agens contra sacrum Tridentinum concilium docuit non esse aliud poenitentiae sacramentum quam baptismum. Habetur haec nostra conclusio definita in cap. Ad abolendam. extra de hereticis, vbi dicitur, vniuersos qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri, vel baptis-

mate, seu peccatorum confessione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana ecclesia praedicat, & obseruat, vinculo perpetui anathematis innodamus. Habetur etiam in concilio Florentino sub Eugenio. 4. vbi poenitentia inter reliqua nouae legis sacramenta annumeratur. In concilio quoque Tridentino, sessione. 7. canone. 1. de sacramentis in genere, & sessione. 14. cap. 1. & cano. primo. Habetur insuper in cap. Firmiter. quod Christus redemptor noster apostolis, & eorum successoribus, clauces, scilicet potestate aperiendi regnum caelorum: ac proinde absoluedi a peccatis commisit. Quodcumque inquit solueris, &c. Matthaei. 16. & Ioan. 20. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Accedit ad hoc consensus ecclesiae, omnes enim fideles credunt, cum peccata sua sacerdotibus confitentur, & ab eis absolutionis formam percipiunt, remissionem peccatorum simul percipere. Igitur sacramentum est, siquidem peccata remittit. Sic enim diffinitur, Poenitentia est sacramentum remissionis peccatorum, quae post baptismum committuntur. Vbi proximum genus diffiniti ponitur sacramentum, & loco differetiae proprius eius effectus exprimitur, quo & a caeteris sacramentis, quae non sunt in remissionem peccatorum instituta, distinguitur, & a baptismo, quo originale, & actuale quando in illo qui baptizatur inuenitur imo & tota poena remittitur. At vero per hoc sacramentum actuale peccatum tantum, & non semper tota poena remittitur. Item quia est signum sensibile a Deo institutum in remissionem peccatorum, vt ex praedictis auctoritatibus constat. Sensibilia in baptismo, aqua, in hoc autem sunt actus poenitentis, nempe contritio cordis, confessio oris, satisfactio operis: quae quasi materia huius sacramenti sunt. Neque ait synodus quasi insinuans non esse veram materiam, sed

eo quod non sunt materia extrinsecus appositae, vt aqua in baptismo, & chrismata in confirmatione. Vnde, in sacramentis materiam habentibus extrinsecam, eam oportet sicut formam sacramenti per ministrum ecclesiae gerentem vicem Christi adhiberi: sed huius sacramenti materiam, quia actus humani sunt ipsa materia, non minister, sed poenitens, Deo per internam inspirationem operante, applicat. Item baptismi subiectum est homo nodum baptizatus, poenitentiae vero baptizatus. Est etiam absolutio sacerdotis, quae est forma, per quam minister exhibet complementum sacramenti, & iste minister debet esse certus, scilicet sacerdos habens iurisdictionem, siue ordinariam, siue delegatam. Minister vero baptismi nequaquam sic determinatus requiritur, cum a quocumque siue viro, siue muliere, & infideli confiteri queat. Sed solet hic dubium moueri inter catholicos, vtum omnia ista quatuor scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio, quae se tenent ex parte poenitentis, & absolutio quae se tenet ex parte sacerdotis sint de essentia huius sacramenti poenitentiae. Pro cuius elucidatione scire oportet, aliqua esse de necessitate rei, & non de eius essentia, vt causam efficientem, & praeuias dispositiones ad hominis generationem. Non enim ista sunt de essentia, quandoquidem non intrans compositionem rei, quinimo corruptur forma succedente. Similiter partes integrales, vt manus, pes, &c. sunt de integritate non autem de essentia, imo nec de omnimoda necessitate, eo quod homo sine manu posset generari, vel postea amputari, at vero corpus & anima, non tantum sunt de necessitate, verum etiam de essentia. Hoc fundamento sic praehabito, hac vnica conclusione ad dubium respondetur. Haec duae partes nempe contritio, siue perfecta, siue imperfecta quae dicitur attritio, & peccatorum confessio sunt de essentia huius sacramenti, ac proinde necessariae ad illius consistentiam. satisfactio autem saltem est de

Cōci. Flo.
Conc. Tri.

Matth. 16
Ioan. 20.

de integritate sacramenti, non tamē de omnimoda necessitate, quoniam absque illa hoc sacramentum consistere posse, omnibus compertum est, vt si praetemporis angustia, vel imponi vel impleri nequeat. Ex quo colligitur non esse totam essentiam huius sacramenti formam, scilicet absolutionem a peccatis, quae se ex parte sacerdotis tenet, contra Scotum oppositum tenentem in. 4. distin. 14. quae. 4. Vbi diffinit hoc sacramentum esse absolutionem a peccatis, & hoc idem explicatū repetit. distin. 16. quae. 1. & contra Durand. distin. 16. quae. 1. asserentem solam confessionem esse materiam huius sacramenti, cui scilicet soli forma tota adiungitur. Sententiam nostram tenet Caietanus, Soto & caeteri omnes iuxta decreta conciliorum. Habetur enim in concilio Florent. omne sacramentum ex rebus tanquam materia, verbis tanquam forma constare iuxta verbum Augusti. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Materia autem, vt idem concilium postea dicit, tres actus praedicti poenitentis sunt, quod si absolutio esset tota substantia sacramenti, non daretur huius sacramenti materia, quae sit eius pars. & concil. Trident. sessione. 14. cano. 4. idem sub anathematis poena tenendum esse diffinit. Praeterea quia cum in hoc sacramento sit vera forma, & vera materia esse debet, quae huiusmodi forma informetur, si quidem sunt correlative, non igitur tota essentia huius sacramenti, est absolutio. Praeterea quia poenitentia non est absolutio poenitentis, quandoquidem poenitentia actus est poenitentis: quandoquidem quemadmodum in iudicio fori exterioris, si quis per legitima testimonia, & suam confessionem absoluetur omnia haec verè sunt causa illius absolutionis, & confessio ipsius delinquentis sunt verè causa illius absolutionis, & sunt veluti instrumentum quo iudex utitur in condemnando vel absoluendo

reum, licet ipsius iudicis sententiam, vt praecipuam causam spectemus. Non aliter in foro conscientiae interiori, principalis quidem causa absolutionis sacerdotis sententia est, sed ratio tamen, & causa concurrens, vt ritè poenitens absoluetur, illud testimonium etiam fuit quod aduersus se poenitens dixit. Vnde non incongrue loqueretur si quis diceret, poenitentiae sacramentum accipi pro quodam medicinali composito ex actibus poenitentis, & absolutione sacerdotis, ita vt supponat pro confessione in recto connotando absolutionem in obliquo, licet principaliter significet absolutionem, ad modum, quo album supponit pro corpore, & principaliter significat albedinem. Et quod ratione vtriusque partis, principaliter quidem ratione formae, secundario autem ratione materiae, id est actuum poenitentis, vt subiiciuntur clauibus ecclesiae, causat hoc sacramentum remissionem peccatorum. Sicut namque ex confessione, & absolutione tanquam ex materia, & forma efficitur vnum integrum signum sacramentale, ita producit ex illis vnus effectus, & sicut non sola forma baptismi, sed absolutio ipsa est causa gratiae, sic fatendum est quod actus poenitentis, scilicet cordis contritio, oris confessio, ac operis satisfactio, concurrunt ad causandam gratiam, tanquam pars sacramenti, ita tenet Caietanus in commentarijs. 3. par. quae. 84. articul. 1. Contritio enim non quomodocumque est pars huius sacramenti, sed quatenus refertur ad clauces ecclesiae. Pertinet equidem virtualiter ad exteriorem poenitentiam in quantum implicat propositum confitendi, & satisfaciendi, ad arbitrium sacerdotis. Et licet ipsa contritio per se non sit sensibilis, satis tamen est quod sit ratio, quare aliae duae partes sensibiles ad hoc sacramentum pertineant. Non enim oportet quamlibet huius sacramenti partem esse sensibilem per se, sentitur enim contritio per exteriorem confessionem,

Scotus.

Durandus.

Caietanus.

Notab.

Confessionem, quae in voto includitur: sicuti confessio contrahitur per hoc, quod foris exprimitur, efficiuntur inuicem materia & forma. Notato namque quod dum quis accedit attritus ad sacramentum, per gratiam sacramentalem fit contritus, & hac ratione contritio est effectus confessionis, & absolutionis, & causa remissionis peccatorum. Sed dum accedit verè contritus propter Deum, illa contritio etiam non est contritio, nisi quatenus, prius natura informatur gratia per sacramentum in voto. Unde semper sentitur per exteram confessionem. Itaque contritio est per se pars sacramenti, sed non est per se sensibile signum, nisi quatenus per confessionem, & satisfactionem innotescit. Unde in hoc sacramento actus exterius exercitus tam per peccatorem poenitentem, quam etiam per sacerdotem absoluentem, est sacramentum tantum, res autem & sacramentum est poenitentia interior peccatoris, res vero tantum, & non sacramentum est remissio peccati, qui est huius sacramenti principalior effectus ad quem ordinatur, quorum primum totum simul sumptum est causa secundae, primum autem & secundum sunt quodammodo causa tertij, ut dicit D. Thom. 3. par. quaest. 84. art. 1. ad 3.

Coci. Flor.

Sciendum tamen est hic primo, quod in praesentiarum nomine contritionis amplectimur attritionem. Non enim esse potest perfectum sacramentum sine attritione, vel contritione. Et concil. Flor. posuit contritionem partem esse sacramenti: & non posuit attritionem, eo quod contritio est certa & indubitata materia. Quod autem attritio sufficiat, quantum verum sit, non est tamen adeo certum & indubitatum, & ideo tenens certum reliquit incertum.

Sciendum est, secundo, quod satisfactio, quamvis sit posterior tempore absolutione sacramentali, verè tamen est de integritate huius sacramenti: videmus namque accusationem, testimonium,

A sententiam iudicis, & solutionem poenae esse de integritate iudicij, cum tamen non sint simul. Similiter capilli, & unguis partes hominis sunt integrales, nec tamen simul cum homine nascuntur. Breuiter in omnibus cuius partes quendam successionis ordinem habent, non oportet partes integrantes simul esse. Licet enim praecesserunt, quando tamen aduenit absolutio, completur ratio sacramenti, & informatur ut dictum est.

Unde usque ad instantem prolationis ultimae syllabae absolutionis tota confessio quae praecessit, manet in virtute, & tunc verba formae operantur in ordine ad praecedentia, sicut de forma eucharistiae dictum est, & ob id confessio praesens confertur in instanti prolationis formae, etiam si die praecedenti facta fuerit. Vel secundo potest dici quod cum quis absoluitur à peccatis iam antea confessis, regulariter quando absoluitur accusat se, siue de solis illis siue de aliquo quod postea commisit, imò dato hoc verbis non faciat, re ipsa tamen, & in actu exercitio facit, vel flectendo genua, vel pectus tundendo, vel confessioni se subiiciendo, & idcirco ratione huiusmodi actus poenitentis confessio praesens esse iudicatur.

VII. DIFFICULTAS.

Utrum peccata sint propria materia huius sacramenti?

Priusquam huic difficultati respondeam, annotare oportet duplicem esse materiam huius sacramenti, nempe propinquam, & remotam. Tunc est prima conclusio. Proxima seu propinqua materia huius sacramenti sunt, omnes illi tres poenitentis actus, quos in praecedenti difficultate posuimus, scilicet quibus homo conteritur, confitetur, & satisfactio, & pro istis actibus supponit sacramentum poenitentiae, connotando, quod sub-

Coci. Flo.

subdantur formae eiusdem sacramenti, quae est absolutio. Haec conclusio habetur expresse in concilio Florentino. Eandem etiam habet sententiam Alexander Alensis quarta part. quaestione 60. membro secundo, & Ricardus in 4. distinctione 16. quaestione 1. articulo 1. & Marsilius quaestione 10. articulo 1. Diuus Thomas in 3. par. quaestione 84. articulo 2. ac ut breuiter dicam, sententia haec est communis: vnus tamen Scotus in quarto distinctione 14. quaestione 4. licet affirmet peccata esse materiam, quae per sacramentum expellitur, non tamen agnoscit materiam propinquam, scilicet actus poenitentis, sed tutior est sententia communis omnium praesentium Doctorum. Habent enim se huiusmodi actus, sicut in alijs sacramentis, aqua, vel chrisma, & concurrunt actiue, tanquam instrumenta Dei, & sunt partes poenitentiae, atque adeo sacramenti simpliciter, & proprie materia ex qua, sicut in baptismo ablutio, quae quidem materia intrat compositionem rei, scilicet sacramenti, & hoc est in hoc sacramento speciale, quod actus suscipientis sunt materia poenitentiae, in baptismo autem minime. Materia vero in qua omnium sacramentorum est homo: in poenitentia vero sacramento homo peccator, sic nanque intelligere oportet Diuum Thomam in opusc. 22. c. 4. & alios Doctores in 4. distinctione 14. asserentes materiam huius sacramenti esse hominem peccatorem.

Notab.

Animaduertendum est circa hanc primam conclusionem discrimen inter materiam aliorum sacramentorum, & hanc huius, quod aliorum materia (excepto matrimonio) res est, aut naturalis, aut artificialis, ut aqua, & Chrisma, & panis: materia vero huius, nempe contritio si sit perfecta res supernaturalis est per auxilium speciale diuinitus inspirata, iuxta illud Ioannis. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus

Ioan. 6.

A traxerit eum.

Secunda conclusio. Peccata commissa post baptismum sunt materia remota. Conclusio haec probatur. Nam peccata ipsa sunt materia horum actuum, quia de his poenitens dolet, & confitetur, & pro his satisfacit.

Notab.

Notandum vero est circa hanc secundam conclusionem, quod peccata non sunt materia ex qua, sed circa quam versantur actus sacramentales ad destruendum illa, sicut lignum materia est, circa quam ignis, quia per ignem destruitur, & non manet. Ita peccata non manent post poenitentiam, quantum ad culpam, non igitur peccata sunt materia ex qua, quae manet, sed materia circa quam quae non manet post actionem. Materia enim remota huius sacramenti cum materia remota aliorum sacramentorum, & cum materia remota rerum naturalium aut artificialium similitudinem non habet, quia cum in alijs sacramentis haec materia sit quid positium. Aliquo modo manet, ut triticum est materia remota eucharistiae, & manet in pane, qui est materia proxima, & aqua quae est baptismi materia remota, manet in ipso baptismo, & sic de alijs. At vero in hoc sacramento nullatenus contingit, eo quod peccata sunt quid priuatiuum.

Notab. 2.

Annotandum est secundo, quod licet hoc sacramentum poenitentiae sit proprie de peccatis venialibus sicut de mortalibus, & aduersus quosdam qui dicebant de solis venialibus confessionem minime fieri posse, cuius oppositum ex fidelium vniuersali à principio nascentis ecclesiae, usque ad nos liquido constat. Omnibus enim competentum est, quod quamuis nullum adfit mortale crimen, venialia tantum confitentur, & tunc solet sacramentalis absolutio impendi, & ratio Diui Thomae est optima, quia tam venialia, quam mortalia nostra propria

R volun-

voluntate commissimus : tamen non principaliter est contra venialia institutum, sed contra mortalia, quia ad eorum deletionem principaliter institutum est. Originale autem nequam est poenitentiae materia. Non enim potest eius nos poenitere, cum illud propria voluntate non commiserimus, nisi poenitentia largo modo, pro cuiuscunque mali detestatione, & displicentia accipiatur. Quo fit, ut qui nullius actualis culpae recordatur, nullo modo confiteri potest, sicut beata virgo, unde fabula est, quod dicitur solitam fuisse confiteri Ioanni Euangelista. Nullum enim peccatum veniale commisit, nec potuit committere, ut nuper Tridentina synodus pronunciauit: nam ante Christi conceptionem religatum habuit fomitem, ut ait sanctus Thomas qui tunc fuit omnino extinctus.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum haec sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo?

Conc. affir. **D**ifficultati huic vnica conclusione affirmatiua responderetur. Probatur haec conclusio, nam sicut Marci ultimo dixit Dominus, euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. & per hoc illis tradidit formam baptismi, ita etiam quando dixit Matthaei. 18. quodcumque solueris super terram, &c. tradidit eis formam a peccatis, quae est haec, ego te absoluo: verum est tamen, quod non ita formaliter Christus expressit hanc formam sicut illam, hoc est corpus meum, nihilominus per lucide colligitur ex illo verbo ad Petrum, quodcumque solueris, &c. Probatur etiam ex illo Ioannis. 20. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta

A sunt. Ex concilio quoque Constan. probatur in interrogationibus Martini quinti, inter quas ponit hanc. Vtrum credat quod sacerdos rite ordinatus, cum debita materia, & intentione, etiam si sit malus, verè cõficiat, verè baptizet, verè absoluat, & vere conferat alia sacramenta, & quod si non credat est haereticus. Concilium insuper Florent. determinat hanc esse formam in hoc poenitentiae sacramento, & in concilio Tridentino, Sessione decimaquarta, capit. 3. & 6. habetur idem. Ex traditione etiam Romanae ecclesiae probatur, quae quidem semper vsa est hac forma in absolutione sacramentali. **D**iuus Thomas etiam in opusculo. 22. ponit hanc formam, & dicit non esse parui momenti, quod ecclesia canit, iam bone pastor, Petre clemens, accipite vota precantium, & peccati vincula resolue, tibi potestate tradita. Vnde non est blasphemia, quod sacerdos dicat, Ego te absoluo, ut putant haeretici Lutherani, ut videre est articulo 11. & 12. a Leone condemnatis. **V**idendus est Rosenfis articulo. 11. & 12. Rursus aperte sequitur manifestam esse haesim, id quod Lutherani dicunt, videlicet non esse aliam in ecclesia potestatem, nisi praedicandi verbum Dei, declarandi quae peccata remitti per solam fidem, qua quis certo credit se esse absolutum a Deo, adhibendo fidem verbis illis Christi Ioannis. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. prolatis a ministris, & quod ministri ipsi nihil operentur formam proferendo, ego te absoluo. **S**icut enim inter sacramenta veteris legis, & nostra est maximum discrimen: ita & inter sacerdotes nouae, & veteris legis, ut eleganter libro tertio de sacerdotio edisserit Chrysostomus. Veteris nanque legis sacerdotes leprosos coram ipsis assistentes non mudabant: sed eos mundos ostendebant ac probabant, & nullam virtutem habebant spiritualè conferendi gratiam. At vero

E
D. Bern.

rò nouae legis sacerdotes verè mundant, quia vere soluant, & plenissimam potestatem a Christo susceperunt soluedi a peccatis, **E** quia aliquid amplius habere debet veritas, quam figura, & corpus ipsum, quam umbra. **D**iuus etiam Bernardus ait in sermone Petri & Pauli, concione. 2. quod sententia Petri in terra, praecedit sententiam Dei in coelo, & non sequitur illam, quia sacerdos prius soluit in terra, postea Dominus approbat illud. **N**on enim dixit Christus, quodcumque solueris, sed quodcumque solueris, nec dixit, ut D. Aug. super psal. 101. tractatu. 2. inquit, quodcumque tu existimaueris esse solutum, sed quodcumque solueris. Quibus etiam testimonijs exploditur, ac refutatur sententia Magistri Sententiarum in. 4. distinctione. 18. dicentis, tantum esse dicere, Ego te absoluo, id est absolutum ostendo. Quod quidem efficaci ratione conuincitur esse fallum, sacramenta nanque id efficiunt quod significant, significant autem remissionem peccatorum, vere igitur illam efficiunt. Negare ergo per haec verba, ego te absoluo, sacerdotem ministerialiter, atque instrumentaliter, virtute diuina causam esse remissionis, (licet solus Deus authoritatiuè remittat) haeresis est manifesta: quia est negare clauas, **E** item Paulus. 2. Corinthiorum. 2. expresse vtrumque insinuat, cum ait, nam & ego quod donavi, si quod id donavi, propter vos in persona Christi, videlicet, & quod gerat authoritatem Christi, & quod ipse esset minister, & instrumentum efficiens remissionem peccatorum, nam donare, idem etiam est, quod remittere, non igitur solum sacerdos absolutum ostendit, ut Magister sententiarum dicit, sed verè absoluit. **S**icut etiam quia qui ait sacerdotem non absoluerit, pari ratione debet dicere, nec verè baptizare: sed cum ait, Ego te baptizo, sententiam esse, ostendo te baptizatum, quod absurdum est. **E** Simili-

A ter forma illa hoc est corpus meum non efficeret conuersionem panis in corpus Christi, sed solum facta esse a Deo, quod haereticum esse, nemo est, qui ambigat. Quo fit, ut sicut hoc est haereticum, & pari ratione negare sacerdotem verè baptizare, lauare, mundare, ita negare, quod vere absoluat, cum dicit cum intentione debita, ego te absoluo: & quamuis tempore Diui Thomae, non ita manifestè haec Magistri sententia erat haeretica, sed nunc propter concilia oecumenica postea celebrata, nihil ferè videtur differre ab haeresi negantium clauium potestatem, nam vel tollere potestatem a sacerdotibus remittendi peccata, videtur, vel certè nimium illam extenuare, & ob id Hugo de sancto Victore libro secundo de sacramentis. part. 14. capit. 8. multum istam reprehendit sententiam. **Q**uod si aliquando, poenitens absolutionem per istam formam non recipiat, vel quia non accedit dispositus, vel quia iam est in gratia, non illud formae defectui tribuendum est, sed fictioni, cum qua ad hoc sacramentum accedit. Quo circa Diuus Thomas in. 3. part. quaestione. 84. articulo. 3. ad. 3. exponens hanc formam, ego te absoluo, ait, id est absolutionis sacramentum tibi impendo: quod est dicere, ego quantum in me est & per se attinet ad virtutem sacramenti, ego te absoluo, hoc est, sacramentum absolutionis tibi impendo, cuius virtute si cum dispositione debita accederes & si in peccatis existeres, absolutus fieres. **E** & dispositio ista quandoque contingit quod sit attritio, quandoque verò contritio, & quidem si cum attritione quis accedat ad hoc sacramentum, cum absolutione fit contritus, aut iustificatus, & ideo per sacramentum verè remittuntur ei peccata gratuitaque confertur, & verè a sacerdote absoluitur. Quo circa in hac parte non sunt audiendi Alex. Alen. 4. part. q. 80. membro primo. Bonauentura, Ricardus in

4. distinctione. 18. quaestione. 2. Abusé. A prima part. defensorij. capit. 6. Gabriel, & Maior distinctione. 14. quaestione. 2. affirmantes, quod qui tantum est attritus, indignè, & indisposite accedit, & ideo peccat, si vero contritus accedat, iam est in gratia. Ex quo inferunt, nunquam hoc poenitentiae sacramentum conferre primam gratiam. Non inquam audiendi sunt, eo quod poenitentiam posse conferre primam gratiam, non tantum per accidens, ut eucharistia, & confirmatio, quae sunt sacramenta viuorum, sed per se nulli dubitare licet, quoniam est sacramentum mortuorum. Vnde sicut baptismus, ita & hoc sacramentum hominem ex attrito contritum facere ualet, quod amplius adhuc inferius probabimus. ¶ Si verò accedat contritus, licet tunc virtute contritionis existat iam in gratia, nihilominus vere absoluitur. Nam cum legitima contritio votum confessionis pro suo tempore includat, in virtute futuri sacramenti peccata remittit talis contritio. Quapropter dum quis absoluitur, applicatur sacramentum, cuius virtute est absolutus, in quo sensu vera est forma, Ego te absoluo: quia tunc sacerdos complet, quod poenitens in voto gerebat. D Sicuti dum Cornelius in gratia existens baptizatus fuit, vera erat baptizantis forma, Ego te baptizo, quia complebat illud, cuius virtute, & voto fuerat ab originali ablutus. ¶ Itaque dum sacramentum baptismi, & poenitentiae, quis actu percipit, remittuntur ei eadem peccata, quae antea illi per contritionem includentem sacramentum in voto, vel in proposito, remissa erant. Sacramenta enim realiter suscepta, efficacius operantur, quam in voto, imo totam virtutem, quam votum sacramenti habet, suscipit per ordinem ad ipsum sacramentum in re. Exemplum est, si quis propter debita teneretur in carcere & absolueretur sub

conditione, quod intra centum dies soluat, aut illis transactis redibit in carcerem, non solum dicitur absolui à debito cum exit à carcere, sed multo plenius, melius, & proprius, quando actualiter soluit centum. Ita in praesenti contritus absoluitur. Ex quo aperte colligitur, quod si oblata opportunitate non confiteatur, ac absoluaatur, gratiam amittet. Nec nocet id, quod obijci solet, quod in suscitatione Lazari secundum D. Augustinum, & Gregorium suscitationis peccatorum forma iustificata est: & Lazarus prius fuit à Domino viuificatus, quam discipulis absoluendus traderetur. Ex quo inferri posset, quod nihil valet sacerdotis absolutio, antequam homo sit à Deo viuificatus per gratiam, & suscitatus à morte culpae. Ergo sacerdos non habet super culpam potestatem, sed solum ostendit iam absolutum, & viuum. Non inquam nocet, nam ratio haec multiplices defectus pati perspicuum est. Primo quidem, quia argumentum procedit ex metaphoricis loquutionibus, ex quibus non sumitur efficax argumentum. Vnde non impedit, quod solus Christus dedit vitam Lazaro, & non Apostoli, & nihilominus sacerdotes nouae legis ministri, aliter conferant peccatoribus vitam gratiae, quia enim Christus iam corporaliter est in caelo, reliquit suos vicarios in terra ut ministerialiter viuificarent animas. Secundo, quia ratio illa non facit ad propositum. Notum enim est quod Dominus Lazarum suscitauit, & discipulis soluendum mandauit, discipuli ergo soluerunt Lazarum à vinculis, ac per consequens per hoc non ostenditur sacerdotes nouae legis non soluere à vinculis peccatorum, quin potius totum contrarium, ut Diuus Augustinus in libro de vera & falsa poenitentia. capit. 9. annotasse legimus. Quamuis nanque sua auctoritate non habeant potentiam super culpam: bene tamen ut Christi ministri per poenitentiam

tentiae sacramentum, ad culpae remissionem se extendit. Vnde sicut Lazarus ab apostolis absolutus est, ut opera vitalia exercere posset, ita peccator à sacerdotibus nouae legis absoluitur, ut opera meritoria vitae aeternae efficere valeat, instrumentaliter tamen: Deus autem auctoritativè, & principaliter. Sic nanque intelligendus est Ambrosius cum dicit, quod solus ille peccata dimittit, qui pro peccatis mortuus est. Augustinus etià dicit, quod nemo tollit peccata mundi, nisi solus Christus. Itaque quando dicunt sancti solum Deum iustificare, remittere peccata, ac conferre gratiam, intelligunt auctoritativè, & propria virtute, & nolunt negare, quod sacerdotes nouae legis, tanquam Christi ministri id ipsum efficere possint, quod patet ex Paulo dicente, quod ipse donauit, donauit in persona Christi. Non obstat insuper quod obijcitur, quia dominus dedit potestatem discipulis sanandi omnes infirmitates corporales & spirituales, sed in sanatione infirmitatum corporaliu, non dicebant, sano te, sed sanet te Dominus Iesus. Ergo neque in sanatione spirituali, debet dicere sacerdos, ego te absoluo. Non inquam obstat, nam potestas sanandi infirmitates erat gratia specialiter homini data non ad sanandum, sed ad sanitatem impetrandam. Potestas autem clauium non computatur inter gratias gratis datas, sed est virtus sacramentalis, quae principaliter residet in Christo, instrumentaliter autem, seu ministerialiter in sacerdotibus clauis habentibus. Vnde verbum dicentis, sanet te Dominus, non sanabat, sed sanationem impetrabat. Verba autem sacramentalia efficiunt, quod significant. Item potestas sanandi, & faciendi miracula tradita fuit apostolis non per modum habitus, sed per modum actus, sicut prophetiae, & aliae gratiae gratis datae. Vnde non pro libito, & quoties volebant, sanabant, & prophetabant. At verò potestas remitten-

A di peccata datur per modum habitus, & permanentiae, quia consequitur characterem indelebilem, & idcirco exerceri potest, quandoque adest materia. ¶

Annotandum est hic, quod licet verbum Absoluo mutetur in alia verba omnino synonyma, dum modo maneat sensus aequiualens, erit forma sufficiens, ut si loco illius ponatur: Remitto tibi peccata, quia idem effectus causatur, ut annotat Caietanus. Item quia Dominus constituens confessores, sicut dixit, quodcumque solueris super terram, Matthaei. 16. ita dixit, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. ¶ Ioan. 20. & tenet Diuus Thomas. 3. par. quaestione. 84. articulo. 3. ad. 3. & Caietanus, & Soto, super eundem locum Thomae. ¶ Itaque utraque istarum formarum sumitur ex verbis Domini. Forma tamen per verbum absoluo, est congruentior, & male faceret, qui relicta forma hac, qua ecclesia utitur, verbo remitto uteretur. Pari ratione sufficiens esset haec forma, sacramentum absolutionis tibi impendo & similiter dicendo, condono tibi peccata ut dicit Apostolus, ¶ esset tamen haec mutatio pariter peccatum. ¶ Crediderim tamen ego, non esse mortale secluso contemptu, & scandalo, si modo per talia verba sacramentum perficiatur. Aduertat tamen lector quod istam licentiam verba mutandi, non ad quaecumque verba extendere licet, sed verbis determinatis consonantibus diuinae institutioni utendum est. Quo fit, ut non sit satis tutata Scoti sententia asserentis in. 4. distinctione. 14. quaestione. 4. quod sicut non refert iudicem secularem vti quibuscumque verbis ad absoluendum reum, ita quibuscumque verbis sacerdos absolvere intendat, sacramentum conficiet. ¶

Annotato secundo, quod est discrimen inter absolutionem à peccatis, &

absolutionem ab excommunicatione, quia ad absoluendum ab excommunicatione, nulla est praescripta forma, sed quomodocumque; fit absolutio. Secus vero in sacramento, cuius forma habetur à iure diuino. Neque est de necessitate, addere, à peccatis tuis, licet sit congruum.

Non me latet Petrum à Palude in. 4. distinctione. 22. quaestio. 3. tenere quod est necessarium explicare in forma, materiam, circa quam absolutio versatur (scilicet) peccata. Et ratio potissima ad hoc probandum, sunt verba illa Christi, quorum remiseritis peccata. Ioan. 20. Non tamen conuincit haec ratio, nam Matthaei. 16. fit mentio expressior sacerdotalis potestatis, cum Christus dixit Petro, tibi dabo clauas regni caelorum, &c. & quodcumque solueris, &c. non addidit peccata. Item in concilio Florentino & Tridentino non fit huiusmodi additio, sed tantum ponitur pro forma, ego te absoluo. Postremo, quia etiam si baptismus institutus sit in peccatorum remissionem, non tamen in forma illius, fit mentio de peccatis, pari ergo ratione, nec fieri debet in forma poenitentiae. Addere autem, ab omnibus peccatis, de quibus es contritus, & quorum es oblitus, non est prudentia, nec est in usu, nisi apud vulgares, & rurales sacerdotes.

Notab. 3. Annotare oportet quoque tertio, quod pronome, ego, cum in verbo subintelligatur, non est necessarium, quod exprimatur, sicut nec in forma baptismi.

Notab. 4. Quarto demum annotare decet, quod addere inuocationem Trinitatis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel per virtutem Christi passionis, vel auctoritatem Dei, sicut Dionysius exponit. 3. cap. caelestis hierarchiae, congruentissimum est, nam significatur, absolutionem hanc auctoritate diuina fieri, non tamen est de necessitate sacramenti, secundum communem sententiam omnium Theologorum, vno

excepto Durando in. 4. distinctione. 22. quaestio. 2. Constat sententia haec ex concilio Florentino, quod tantum ponit pro forma, ego te absoluo. Relinquitur enim, vt dicit Diuus Thomas in loco citato, talis appositio, arbitrio sacerdotis. Et probatur, nam cum in eucharistiae sacramento (quod est omnium maximum) non necesse sit, hanc auctoritatem, proferendo verba consecrationis explicare, nulla ratio conuincens, imo nec apparens exposcere videtur, quod eam in huius sacramenti poenitentiae forma apponere debeamus. Solu enim in forma baptismi, & confirmationis, explicantur de necessitate sacramenti, personae diuinae, cuius rationem iam illic apposuimus. Vnde in hac forma omisio Trinitatis nullatenus esset peccatum mortale. Bonum tamen, & tutissimum consilium erit, addere semper, ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sicut in concilio Magun. capit. 24. habetur. Orationes autem, quae praemittuntur sacramentali absolutioni, vt, misereatur tui omnipotens Deus, &c. tantum sunt deprecativae, ne impediatur effectus sacramenti ex parte poenitentis. Vnde de congruitate, non autem de necessitate sacramenti adduntur. Nec per se sufficerent ad collationem gratiae. Similiter, manuum sacerdotis impositio non est necessaria necessitate sacramenti, patet, quia in euangelio, vbi data est potestas clauium, nulla fit eius mentio, sed solum habetur, quodcumque solueris, &c. nec in concilio Florentino fit huius usus mentio. Imo, neque de decencia & congruitate est necessaria manuum impositio, nisi vbi in tota prouincia esset in more. Secus tamen est in sacramento confirmationis, & ordinis, in quibus quia confertur copiosior gratiae infusio, & quaedam excellentia potestatis in diuinis mysterijs, congruum est, vt manuum impositio fiat, non autem necessarium.

I X. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc poenitentiae sacramentum sit de necessitate salutis?

Priusquam huic difficultati respondeam, quaedam distinctio praemittenda est, nempe bifariam aliquid ad salutem necessarium esse: vno modo absolute, vt est illud, sine quo nullus salutem consequi potest, sicut gratia Christi, & sacramentum baptismi. Alio modo ex suppositione, scilicet supposito peccato, ac proinde est conclusio. Licet primo modo hoc poenitentiae sacramentum, non sit necessarium ad salutem, est tamen necessarium secundo modo, videlicet peccato mortali subiacentibus. Probatur haec conclusio: nam quemadmodum medicatio corporalis est necessaria ad corporalem salutem postquam homo in morbum incidit, ita sacramentum poenitentiae post peccatum commissum post baptismum, ad spiritualem salutem, est necessarium. Ex quibus refutatur aperte error Lutheranus affirmans, nulla esse opus poenitentiae, sed optimam poenitentiam esse nouam vitam inchoare. Itaque nullo est opus dolore praeteritorum criminum secundum Lutheranos, sed sola resipiscentia, id est proposito mutandae vitae cum fide, qua credimus, Deum nobis peccata remittere. In subsequentibus amplius refutabimus hanc haesim.

Sed an sit hoc sacramentum necessarium in re, an sufficiat in voto & desiderio, merito dubitatur. Ad hoc dubium sit prima conclusio. Non est necessarium ad salutem, sacramentum poenitentiae, in re susceptum, id est potest quis saluari, etiam si in re, non suscipiat hoc sacramentum, vbi non est facultas recipiendi. Conclusionem hanc in primis diffinit Leo Papa in Epistola ad Theodorum episcopum, numero. 69. Item baptismus non est necessarius in re susceptus, sed

satis est in voto, si aliter haberi nequit, ergo nec poenitentia habetur de baptismo, ex Diuo August. libro quarto contra Donatistas. capi. 22. & ex Diuo Bernardo Epistola. 77. ad Hugonem. Innocentius quoque, habet hoc, de baptismo. cap. debitum, & de presbytero non baptizato. cap. 2. & de poenitentia. distinctione. 1. cap. poenitet. Illud vero quod Dominus ait, quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20. eandem intelligentiam habet, quam & illud, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, videlicet cum adest facultas: nam cum deest, sufficit votum suscipiendi huiusmodi sacramenta.

Secunda conclusio. Sacramentum poenitentiae est medium ad salutem necessarium peccatoribus baptizatis, in re susceptum si facultas adest. Et priusquam illam probemus, sciendum nobis est, quod illud dicitur medium necessarium ad salutem proprie loquendo, quod directe institutum est, & ordinatum in remissionem peccatorum, aut ad gratiae Dei conseruationem. Hanc conclusionem probat egregie D. Thom. in. 3. part. quaestio. 65. articulo. 4. & quaest. 84. articulo. 5. Ratio illius est, quia peccator non saluatur, nisi applicetur ei passio Christi, vel in re, vel in voto, non enim est aliud nomen sub caelo, in quo nos oportet saluos fieri. Actuum. 4. Denique eam confirmat concilium Tridentinum, Sessione. 6. cap. 14. inquit poenitentiam secundam tabulam apte patres sanctos nuncupasse post naufragium: sic igitur baptismus, qui prima nuncupatur tabula ad salutem est necessarius ad originale delendum: ita poenitentia quae secunda dicitur ad actualium deletionem, quae homo post baptismum susceptum commisit, necessaria est. Et ne quis hanc esse poenitentem possit ambigere, legat illum in lib. 4. contra gent. cap. 72. quod expresse habet etiam Tho. Vvalden. in lib. de sacramentalibus. titulo. 8. tomo. 5. c. 68.

Ambros. etiam in libro de poenitentia. cap. 7. & in libro de paradiso, cuius verba canonizantur, de poenitentia. distinctione. 1. cap. non potest, tenet idē. Non potest inquit quisquam à peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus, & idem Ambrosius ad virginem lapsam. cap. 8. asserit, non esse aliud remedium, præter poenitentiae solatium, & subdit, si autem passa est naufragium, adhæreat tabula. Est enim baptismus veluti navis integra, qua fracta per peccatum mortale, non relinquitur nobis aliud præsidium, nisi poenitentia. **Aug.** Augustinus etiam in eadem distinctio. c. agite poenitentiam, tenet idem & **Leo papa.** cuius verba referuntur. cap. multiplex, ait, si aliquis sine baptismo, vel sine poenitentia decesserit, remissionem peccatorum, quam hic non habuit, in alia vita consequetur. **¶**

¶ Sed iam quod tatis est, sacramentum haberi in voto, quando deest facultas in re suscipiendi, merito dubitatur, an requiratur votum explicitum, an sufficiat implicitum. Ad hoc sit tertia conclusio. Non satis est, ad aeternam salutem consequendam, peccatoribus baptizatis, votum implicitum huius sacramenti, sed requiritur explicitum, & formale, si illis tunc occurreret memoriae hoc sacramentum. Probat, nam quæ admodum baptismus est necessarius nõ baptizatis: non aliter poenitentia baptizatis existentibus in mortali peccato. At sine voto explicito baptismi nullus saluatur, vt ex illo Marci vitimo deducitur: scilicet, prædicare euangelium omni creaturæ: qui crediderit, &c. qui verò non crediderit, condemnabitur. Ex quibus verbis colligitur primum baptismum in voto satis esse, cum re ipsa suscipi non potest. Idcirco non dixit, qui non fuerit baptizatus condemnabitur, sed qui non crediderit. Colligitur deinde, fidem huius sacramenti baptismi esse ad salutem necessariam id est, quod per baptismum præstatur re-

Amissio peccatorum omnibus gentibus. Tenent sententiam hanc Thom. Vval den. in libro de sacramentis. cap. 130. & Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis. part. 6. cap. 7. & Bernardus in Epistola citata. Si igitur citra baptismi votum explicitum, nullus omnino saluari potest, cum non adest facultas re ipsa suscipiendi, nec sine voto quidem poenitentiae explicito saluabitur, qui peccatum mortale post baptismum perpetravit. Nam quæ sunt vt media necessaria ad salutem, & propterea sunt in præcepto, vt credere in Christum, suscipere baptismum, & sperare, diligere, & poenitentiam agere, de quibus virtutum actibus, dantur præcepta, & non de habitibus. **¶** Si in re haberi nequeunt, oportet teneantur in voto explicito. Alia vero diuina mandata satis est implicite, & in genere propositum habituale tenere adimplendi, cum occurrerint. Nec sufficit ad remissionem peccatorum, quæ post baptismum commissa sunt, sola contritio sine ordine ad clauas. Requiritur igitur votum explicitum confessionis ad aurem sacerdotis, quod iam ex Tridentino concilio definitum est in sessione. 6. c. 14. vbi cum concilium docuisset, hoc sacramentum esse secundam tabulam post naufragium, per quam fieret lapsi hominis post baptismum reparatio: subdit docendum esse Christiani hominis poenitentiam multo aliam esse à baptismali, eaque contineri non modo cessationem à peccatis cessandi, verum etiam eorundem sacramentalem confessionem: saltem in voto, & suo tempore faciendam. **E** & sessione. 14. c. 4. dicit, & si contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam, **¶** quod etiam definitum est in concilio

Cōci. Tri.

Con-

Constantiensi. sess. 8. à Martino. 5. in bulla condemnationis articulorum contra Vuiteless & Ioan. Hus, ac reliquorum discipulorum eius, qui asserebant, quod si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est ei superflua, & inutilis, & condénantur illic. Nec solum sine confessione occultorum peccatorum, cuiusque salutem patere non potest, verum etiam erroneum est dicere, quod sine confessione publicorum peccatorum: quia delictum iudicandum in aliquo foro, notum debet esse in illo foro, in quo est iudex: sed etiam si peccata sint publica, non sunt confessori nota in foro sacramentali. Opus igitur est, vt peccator illa sacerdoti confiteatur, non enim sciebat peccatum publicum antea, vt Christi vicarius, sed solum, vt homo, sicut iudex aliquando scit peccatum, vt homo, quod nescit, vt iudex. Item, quia si peccator non confiteatur publicum peccatum: iudici innotescere nõ potest an doleat, vel non doleat de illo peccato. At vero confessio non tantum ordinatur ad manifestationem peccati, verum etiam poenitentis voluntariam dispositionem manifestandam. quo fit, vt quantuncunque confessor cognouerit poenitentem commisisse adulterium, aut clericum percussisse: nihilominus semper tenetur poenitens illa circumstantia explicare. **E** Colligitur ergo confessionem in re, vel in voto necessariam esse ad salutem. Nec ex hoc licet inferre arctiorem esse viam salutis in lege gratiæ, quam in lege naturæ, & scripturæ. Siquidem tunc per solam contritionem absque huius sacramenti voto iustificabantur homines, nunc autem minimè. Non (inquam) arctatur via salutis, tñ quia vt dicebamus quando deest copia sacerdotis, sufficit habere poenitentiam in voto: tum vero quia peccata sacerdoti confiteri, facile remedium est. Tum demum, quia si quæ sit difficultas, compensatur ex vberiori gratia, quam sacramenta nouæ legis continent, non autem illa, & ex eo quod ex

A attrito contritum faciunt, ac denique ex alijs multis bonis, quæ obtinere homines per ista sacramenta, non autem per illa perspicuum est. **¶** Nec sola confessio, quæ præcipua materia est huius sacramenti, est necessaria, verum etiam satisfactio per ieiunia, elemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, vt patet ex concil. Trid. sess. 6. c. 14. **Con. Trid.** itaque nisi proponant poenitentes, se ecclesiæ potestati subijcere, vt iuxta eius arbitrium peccata compensent, seruari non possunt. Aduerte tamè, quod signanter dixit in conclusione, si hoc sacramentum occurreret memoriæ, tempore quo conteruntur, quia si non occurreret, satis esset votum implicitum confessionis. Sic namque arbitror intelligendos esse, **Adrianum.** q. 1. de confessione, ad secundum. & **Ricardum.** dist. 17. art. 2. q. 1. & **Alex.** Aléf. 4. p. q. 76. mēbro. 2. tenentes, in his locis, sufficere votum implicitum, & inclusum in contritione. Hinc colligitur, quod dum quis rapitur ad martyrium, non opus habet voto confessionis, primum si non adsit copia confessionis, vanum esset, & quantum adesse copia, posset tam subito rapi ad amorē Dei, & inflammari ad martyrium, vt memoriæ non occurreret sacramentalis confessio, & nihilominus per martyriū obtineret veniam: nam martyrium nõ tanquam poenitentia, sed tanquam heroicus actus charitatis remittit peccata: quando tamen meminit sacramenti, tenetur habere votum explicitum, imo si copia suppeteret confessoris, & temporis ad confitendum, confiteri tenetur.

¶

Adrianus Ricard. Alexand.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum de sacramento poenitentiae sit diuinum præceptum?

VT solutionem huius difficultatis manifeste intelligamus, annotare oportet, quod sicut in alijs sacramentis

R 5 materia

materia aut est res naturalis, aut artificialis, ut aqua in baptismo est à natura, panis vero in eucharistia est à natura, & arte: ita materia huius sacramenti, nempe dolor peccatorum, partim quidem naturalis est: naturali enim ratione homo mouetur ad poenitendum de malis, ab ipso commissis: quia malum naturaliter displicet, sicut bonum placet. Sed tamen, quod hoc vel illo modo poenitentia agat, est ex institutione diuina. Quare sit prima conclusio. De poenitentia sacramento quantum ad hanc partem est diuinum praeceptum, licet materia poenitentiae sit à natura. Probat. Nam sacramentum poenitentiae ad salutem necessarium est, ut retro docuimus, quod utique sacramentum citra confessionem constare non potest, quae scilicet est praecipua huius sacramenti materia. Ob id igitur manifestè efficitur de confessione diuinum esse praeceptum. Probat. deinde ex testimonio Ioan. 20. cap. quorum retinueritis, id est non remiseritis, retenta sunt: eò nanque quod dixit, quorum remiseritis, remissa sunt, ostenditur, verbum è regione additum, scilicet retinueritis, perinde esse, ac si dixisset Christus, si non remiseritis, non erunt remissa. At vero, remittere sacerdotes nisi cognoscant, minimè possunt, cognoscere autem nequeunt, nisi peccatores confiteantur. De confessione itaque diuinum praeceptum est. Ambrosius etiam in lib. 1. de poenitentia. c. 2. eodem Ioan. testimonio, quo & nos confirmat hanc sententiam. Ex illo etiam Iacobi. 5. confitemini alterutrum peccata vestra. Post hæc, ut reliqua praetermittamus argumenta, quae modo reperere, esset molestum: sententia hæc nostra habetur diffinita in concil. Còplutensi habito sub reuerendissimo Archiepiscopo Toletano Alphonso Carrillo, ex Pontificis summi commissione, contra Oxomessem asserentem, peccata nostra deleri per solam cordis contritionem sine ordine ad claves: & confessio-

1. conclusio.

Ioan. 20.

Ambros.

Iacobi. 5.

Còpl. Còp.

nem de peccatis esse ex aliquo statuto vniuersalis Ecclesiae, & non de iure diuino, & non debere esse confitenda. Quorum propositio Sixtus. 4. condemnationem approbavit, ut est videre in extrauaganti eiusdem Sixti. 4. Ex quibus iam clare colligitur, hæreticum esse negare, diuinum praeceptum esse de confessione. Sed quando hoc praeceptum apposuit? ad hoc est secunda conclusio. Hoc poenitentiae sacramentum instituit Christus redeptor noster Ioan. 20. quando dixit discipulis suis, Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, &c. Hæc conclusio expressè habetur in Trid. synodo, sess. 6. c. 14. & expressius sess. 14. c. 1. inquit enim, Porro nec ante aduentum Christi poenitentia erat sacramentum, nec post illius aduentum, cuiquam ante baptismum commissis, & subdit, Dominus autem sacramentum poenitentiae tunc praecipue instituit, cum à mortuis excitatus, insufflauit in discipulos suos dicens, accipite spiritum sanctum quorum &c. Poenitentiae namque sacramentum, quoddam iudiciale est. Nam ibi est reus, est accusator, est sententia, est poena iniuncta: sed in hoc loco discipulos suos, eorumque successores fecit iudices. Tunc igitur instituit hoc sacramentum: cum iudicium tunc instituatur, quando instituuntur iudices, frustra enim illos iudices fecisset, nisi peccatores ad confitendum obligaret. Ex quo euidenter elicitur Christum non instituisse hoc sacramentum, quando in principio suae praedicationis dixit, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum Matthaei. 4. c. neque quando dixit, nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis, Luc. 13. Nam loca ista scripturae diuinae, non de poenitentia, quae est sacramentum, sed de ea, quae baptismum praecedere debet, intelligenda sunt, sicut illud actorum. 2. c. Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Verum est tamen, aliquo

Sixto. 4.

2. conclusio.

Ioan. 20.

E

E

E

Matth. 4.

Luc. 13.

aliquo modo, nempe quantum ad materiam, fuisse in locis citatis, & Matthaei. 16. cum dixit, Tibi dabo claves, &c. à Christo Domino institutum, ante resurrectionem, absque aliquo errore in fide concedi posse. Et quauis verba illa Lucae ultimo, Oportebat Christum pati, & praedicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. possint intelligi solum de remissione peccatorum, quae per baptismum, & praedicationem euangelij fit, aut saltem praecipue: attamen verba illa Ioan. quorum remiseritis, &c. aut solum de remissione, quae fit per poenitentiae sacramentum, aut saltem praecipue, ut dicit Trid. conc. sunt intelligenda. De hac re latissime agit Ioannes Echius, homilia. 42. de poenitentia. Vbi quo modo, hæc confessio euangelica in veteri lege fuerit figurata, pulchrè probat. Erat enim in veteri lege, & in lege naturae aequaliter poenitentiae sacramentum, quia erat signum exterius significans, remissionem peccatorum dandam per Christum summum sacerdotem, non tamen illam efficiēbat. Offerre namque homines sacrificium pro peccatis iuxta mensuram, & aestimatione peccati, ut tunc fiebat, quodammodo erat, suum peccatum sacerdoti confiteri, saltem in communi, non tamen hoc faciebant cum proposito subiiciendi se per confessionem auricularem, & satisfactionem clauibus Ecclesiae, quae tunc non erant, ut dicit D. Tho. q. 84. artic. 7. ad 2. & q. 86. arti. 6. ad ultimum. Vnde non conferebat gratiam ex opere operato, imò nec circuncisio, quauis potissimum sacramentum erat, sed conferebatur gratia in illo, in quo alia sacramenta praecellebat: sed solum per modum operis operantis, sicut in alijs operationibus, & actibus meritorijs, scilicet ieiunio, oratione, & elemosina. Cum enim hoc sit priuilegium sacramentorum nouae legis, non est tribuendum sacramentis legis naturae, nec scripturae.

Lucae. vlti.

E

E

E

Sed iam quod est de praepcepto poenitentiae, merito dubitatur, quo tempore hoc praepceptum obliget. Ad cuius dubij euentiam sciendum est, quod nunc in praesentiarum ad dubium hoc de poenitentia exteriori loquendo, scilicet de confessione, non respondebo; quia de hac tractaturus sum infra, in materia de confessione: nempe quo tempore confiteri tenemur. Sermo itaque de poenitentia interiori, hic erit, an statim post peccatum tenetur homo poenitere? Ad quod est conclusio. Non tenetur homo quotiescunque peccata occurrunt memoriae, siue practice, siue speculative occurrant, dolere, & conteri de illis, quia occursum materiae non obligat ad actum eliciendum: potest enim voluntas habere negatiue, hoc loquendo de memoria, & voluntate secundum se, nam si sit sermo de illa, quia scilicet parit, aut detestationem, aut approbationem peccati commissi occurrentis, sic obligat ille concursus ad detestationem. Itaque si eliciat actum debet esse detestatio peccati occurrentis: quae quidem potest esse attritio, aut contritio, ne in approbationem lapsus fiat. Hanc conclusionem ponit dominus Caietanus in opusculo. 27. quaestionum. q. 7. contra Gabrielem Gab. in. 4. dist. 14. q. 3. & contra Alexan. Alefi. 4. p. q. 68. membro. 2. & contra Scotum eadem dist. Ratio Caietani est, quia praepceptorum affirmatiuorum natura licet sit obligare semper, sed non ad semper, sed ad determinatum tempus, hoc est tempus necessitatis. Vnde praepceptum de contritione habenda non obligat nisi ad tempus vrgens ad contritionem, nempe in articulo mortis, & tempus ante sacramenti cuiusque susceptionem, aut administrationem, quoniam tunc nisi esset contritus, mortaliter peccaret suscipiens sacramentum, aut exercens actum, quae sine peccato mortali oportet exercere. Et iuxta hanc doctrinam intelligendus est D. Tho. quando dicit in. 4. dist. 17. q. 13. arti. 1. quaestiuicula. 4. quod

Dubium.

Conclusio.

Caiet.

Gab.

Alex. Alefi.

Scotus.

D. Tho.

quod tenetur homo pœnitere, quando peccata memoriæ occurrunt: id est tenetur non complacere. Et nõ vult dicere, quod semper tenetur detestari positivè, quando occurrunt memoriæ, nã factis est non complacere, vel quod si eliciat actum, sit peccatum commissum detestando.

XI. DIFFICULTAS.

Vtrum hæc pœnitentia durare debeat vsque ad finem vitæ?

PRO plena intelligentia huius difficultatis est præsupponenda illa distinctio sæpius à nobis repetita: nempe aliam esse pœnitentiam interiorem, aliam exteriorem. Tunc est prima conclusio. Pœnitentia interior durare debet vsque ad finem vitæ. Hæc tamen conclusio non debet intelligi quod semper homo actu cogitet de peccatis, ac de illis positivè displiceat, sed quod semper homo tenetur non cõplacere quãdo peccata occurrunt memoriæ ad sensum expositum ex mente Caietani in præcedenti difficultate: nam si peccatũ remissum post aliquando placeret, illa complacentia esset peccatum. Imo licet de lege ordinaria ita sit, quod non tenemur habere semper actum positivum displicentiæ præteritorum, & propositum illud in actu, iterum non committendi: attamen quando vehemens tentatio insurgit, quæ offert periculum consentiendi in malum, fortasse ratione huius periculi tenemur propositum actu confirmare, ad expellendum vehementem tentationis impulsus.

Sed nõquid erit laudabile ei, cui sunt peccata remissa, frequenter in memoriã reuocare? pro hoc dico, quod incipientibus, & continentibus, qui sunt in conflictu carnis, nonnunquam præteritorum memoria periculosa est: & ideò quando periculum offert, rescindi debet: quando vero non est periculosa, salutare consilium est, eadem peccata

identidem memoria repetere, quæ penfatis peccatorum incommodis, & detrimentis, cor humiliet, & in bonum confirmet. Quoniam sunt offensa contra Deum infinitum, & idcirco habent malitiam quodammodo infinitam, & nesciunt an sint remissa. Consultit nanq; Salomon dicens, De propiciato peccato, nolli esse sine metu. David etiam dicebat, lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. & alibi, Delictum meum cõtra me est semper; & de Apostolo Petro legitur, quod quoties per singulas noctes audiebat gali cantum, vberrimè stebat: ad eò vt maxillæ eius essent exustæ lachrimis: Illis vero qui iam satis peccata luxerunt, & perfectionis statum attingerunt, quanvis frequens peccatorũ memoria, quasi humilitatis frenum ad conterendam elationem mentis, utilis sit, tamen sæpe altior diuinorum contèplatio, accommodatior est.

Est secunda conclusio. Pœnitentia interior durat in beatis post hanc vitam, quoad nolitionem peccatorum, non tamen illa displicentia causat in illis dolorem illum neque tristitiam, quam causat in existentibus in hac vita: quia beati non sunt capaces doloris, sicut sunt homines viatores.

Tertia conclusio. Pœnitentiam exteriorem non oportet vsque ad finem vitæ perdurare, sed vsque ad tempus per sacros canones, & confessores constitutum & taxatum.

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc Pœnitentiæ sacramentum debeat iterari?

QVæstio hæc pendet ex alia, scilicet an charitas semel habita, possit amitti: De qua materia tractant Doctores ex professo in 3. sent. à dist. 27. vsque ad. 32. & D. Thom. in. 2. 2. q. 24. ar. 11. Vbi omnes sine discrimine cõcludunt, partem affirmatiuam de fide

Dubium.

E

¶

2. conclus.

3. conclus.

D. Thom.

de fide tenendam esse, contra Iovinianum, & Pelagium, tenentes gratiam, & charitatem in baptismo susceptã, amitti non posse. & cõdemnatur error iste in con. Triden. sess. 6. can. 23. Gratianus etiam de pœnitentiã. d. 2. adducit plures sanctos contra eundem errorem. ¶ Hac quæstione sic absoluta, est conclusio ad difficultatem correspondens. Sacramentum pœnitentiæ est iterabile. Probatur, nam opposita est hæresis Novatianorum asserentium, hominẽ post baptismum lapsum, non posse consequi veniam peccatorum. Aduersus quem errorem disputat D. August. in epist. 108. ad Senleutianam, & in lib. de quæstionibus novi, & veteris testamenti, quæ st. 102. & in sermone. 15. de verbis Domini, & Ambrosius libr. 1. de pœnitentiã à cap. 5. vsque ad. 13. Contra hunc errorem in cap. firmiter de summa Tri. & fide catho. est diffinitũ, quod si quis post baptismi susceptionem prolapsus fuerit in peccatum, semper per pœnitentiã reparari potest. Fuit etiam error hic condemnatus in conc. Roman. 60. episcoporum, & conc. Niceno. c. 8. & est determinatio in concilio Lateranen. si. & conc. Floren. & postremo in sacra Trid. synodo. sess. 6. c. 14. & can. 19. diffinitur hæc veritas. Inquit enim, si quis dixerit hominem lapsum post baptismum, reparari non posse, anathema sit. & sess. 14. sæpius eadem veritas diffinita reperitur, videlicet iterabile esse hoc pœnitentiæ sacramentum. ¶ Nec solum si semel fuerit prolapsus, poterit tantũ per pœnitentiã semel reparari (vt aliqui hæretici dixerunt) sed quoties ceciderit, & veram fecerit pœnitentiã. Sicut nanque in sæculari vita, corporis generatio non est, nisi vna, sanatio vero à frequentibus morbis, multiplex: sic & in vita spirituali, baptismus natura sua non iteratur. Pœnitentia vero toties, quoties lethalis morbus expostulat. Præterea Ezechielis. 18. ait Dominus, si impius egerit pœnitentiã ab

omnibus peccatis suis (non ait his, aut illis, aut semel, aut bis, sed quotiescunq;) vita viuet, & non morietur Hieremias. Hier. 18. sine aliquo præscripto termino, si pœnitentiã (inquit) egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam agam, & ego pœnitentiã super malo, quod cogitavi, vt facerem ei. Quod si in veteri lege, vbi Dominus violationum Deus appellabatur, hoc verum erat: in lege euãgelica, multo magis erit verum. Præterea, quia hoc manifestè colligitur ex illo quod Dominus Petro interroganti illum dixit, Domine quoties peccabit frater meus, & dimittam ei? Respondit hæc verba, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Matth. 18. Præterea, quia repugnet hoc infinitati diuinæ misericordiæ, quæ omnem numerum, & multitudinẽ peccatorum excedit, cuius misericordiæ magnitudinẽ respiciens Propheta regius dicebat, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, quod refertur ad grauitatem peccati, & secundum multitudinẽ miserationũ tuarum, dele iniquitatem meam, quod refertur ad frequentiam. Vnde impietas reprobatu Cain dicentis, Gene. 4. maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Est enim impietas in remittendis culpis terminum misericordiæ Dei præscribere. Vnde colligenda est regula, quod nunquam per Deum stat, quominus quicumque peccator reconciliari cum ipso valeat. Nemini enim auxilium speciale negat, quod ad reconciliationem sufficit, iuxta illud Apocalip. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis auerit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, cenabo cum eo, & ipse meum. Ex quo colligitur illud Osea. 2. perditio tua Israel ex te, id est, tu es illius causa, ex me autem auxilium tuum. & Nee potest quis dicere, loca sacra scripturæ à nobis adducta debere intelligi de pœnitentiã præcedente baptismum, non autem de ipsa post baptismum: notum nanque est

Conclu.

D. Aug.

Ambro.

Cor. Rom. Cõc. Ni. Con. Lat. Cõc. Flo. Con. Trid.

¶

Ezech. 18.

Hier. 18.

Matth. 18.

Gene. 4.

Apoc. 3.

est omnibus, verba illa, quæ D. Petrus Symoni Inago dixit, A. storū. 8. pœnitentiā age ab hac nequitia tua. & Apocalip. c. 2. memento vnde excideris, & age pœnitentiā, & prima opera fac, de pœnitentiā post baptismum intelligenda esse, nam magus ille iam erat baptizatus, & in verbis præcedentibus locum illum Apocalip. dicitur, Sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Non valet etiā solutio, si quis dicat, prædictas auctoritates, de pœnitentiā virtute, non autem de pœnitentiā sacramento esse intelligendas. Cum à nobis ostensum sit pœnitentiā virtutem in noua lege, nō nisi in ordine ad clauēs iustificare. Si igitur pœnitentiā vt est virtus est iterabilis etiā prout est sacramentum erit iterabilis, quandoquidem in eius voto pœnitentiæ virtus producit suum effectum. ¶ Nec obstat illud Pauli ad Hebr. cap. 6. impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cœlestē donum, & participes effecti sunt spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiā. Nam locus iste intelligendus est de pœnitentiā, quæ est in baptismo: Pœnitentiā enim baptismum appellari, habes apud Lucā. c. ultimo. Oportebat, inquit, prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Sensus igitur illius loci Pauli est, impossibile esse per pœnitentiā sacramentum rursus renouari, id est priorem nouitatem, quam per baptismum accipimus, iterum accipere, eò quod resumere iterum baptismum non possumus. Expositionem hanc ponit D. Thom. in. 3. p. q. 84. arti. 10. ad. 1. Eam tenet etiam Chriosthomus, & Theophilatus super Lucam. & Ambro. li. 2. de pœnitentiā. c. 2. & Aug. in lib. de vera, & falsa pœnitentiā, ca. 3. Potest secundo ille locus Pauli exponi, impossibile, id est, difficile valde, ita exponit Hieronymus, cuius verba referuntur, in. c. si enim, de pœnitentiā.

tia. d. 2. ita etiam exponit Ambro. vbi supra. Nec hic modus loquēdi à sacro eloquio alienus est: ita enim exponi solet illud Matthæi. 19. impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum, id est, difficile. Imo & Aristo. in lib. 1. de cœlo cap. 11. inter reliquas significationes huius nominis impossibile, eam annuauit, vt quod non facile, nec cito, nec bene fieri potest, impossibile dicatur. Nō obstat etiam illud dictum Gregorij, quod habetur de pœnitentiā dist. 3. cap. Pœnitentiā. Pœnitentiā est, ante acta peccata flere, & stenda iterum non committere. Non inquam, obstat vt pœnitentiā sit iterabilis, nam pœnitentiā est ante acta flere, & tunc dum fiet, neque actu peccare, neque propositum habere peccandi. Si quis nanque dum actu conteritur, id agit quod pœnitet, aut futurum proponit quod gessit, vel peccatum aliud, irriteret pœnitentiā: quæ autē postquā pœnituit, relabatur, nō excludit quin pœnitentiā præterita fuerit vera. Sicut enim qui verè cucurrit, postea sedet, ita quæ verè pœnituit, potest recidere.

De effectu Pœnitentiæ.

XIII. DIFFICULTAS.

D Vtrum per pœnitentiā remittantur omnia peccata.

Priusquam huic difficultati respondeā, annotare oportet, bifariā posse contingere, quod aliquod peccatū per pœnitentiā tolli nequeat. Vno modo ex parte peccatoris, quia non potest pœnitere, vt sunt dæmones, omnesq; dānati. Alio modo ex parte pœnitentiæ, quātūcūq; veræ: ita quod hominē, illius peccati pœniteat, nulla tñ pœnitentiā, delere sufficiat. Hac distinctione sic præmissa sit prima conclusio. Peccata dæmonū, & omnium damnatorum, non possunt per pœnitentiā deleri, quia non potest eis peccatum displicere in quantum culpa, & Dei offensa est: sed solū in quantum

D. Thom.
Chriost.
Theophi.
Ambro.
Aug.
Hieroni.

Matth. 19.

Aristo.

Grego.

Nota.

1. Conclusio.

quantum est pœna, quam ipsi patiuntur, & illorum pœnitentiā omni ipe veniæ vacua est, & desperatione plena. Sunt nanque illorum affectus confirmati in malo, & immortalī odio Deum semper prosequuntur, iuxta illud Psal. 73. superbia eorum, qui te oderunt, ascēdit semper. ¶ Itaque sola pœna, quam patiuntur, displicet eis, ratione cuius aliquam pœnitentiā, infructuosam tamen faciunt, iuxta illud sapientiæ. 5. Pœnitentiā agentes, & præangustia spiritus gementes. Conclusio ista est tenenda secundum catholicam fidem: & patet ex illo Matthæi. 25. ite maledicti, &c. & illud Iob, in inferno nulla est redemptio. ¶ Secunda conclusio, in viatore nullū est peccatum, quod per pœnitentiā remoueri, ac deleri non possit. Conclusio hæc manifestè probatur: nam liberum arbitrium hominis viatoris flexibile est ad bonum, & ad malum. Vnde asserere, quod est aliquod peccatum, quod in hac vita per pœnitentiā deleri non possit, cerè est erroneū. Repugnat nanque libero arbitrio, diuinęque gratiæ, per quam à Deo cor cuiuscūq; peccatoris mouetur ad agendum pœnitentiā, Prouer. 21. Cor Regis in manu Dei, & quocunq; voluerit, vertet illud. Repugnat quoque diuinæ misericordiæ Iohel. c. 2. benignus, & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ. Repugnaret insuper, infinitæ virtuti passionis Christi, per quam hoc pœnitentiæ sacramentum, sicut & cetera sacramenta operatur. Est etiam contra naturā hominis viatoris, hoc enim homo ab angelo distat, quod, cum angelus sit mere intellectualis, nullo vtēs discursu, primo peccato sic voluntatem suam malo infixit, vt non esset amplius in bonum vertibilis, sed homo cū sit rationalis, sicut per intellectum semper potest discurrere, ita per voluntatē à bono in malum, & vice versa mutari. & Ioan. in sua canonica. c. 2. si quis pec-

cauerit, quocunq; scilicet peccati genere, aduocatum habemus apud Patrē, Iesum Christum iustum, qui propiciatio est, pro peccatis totius mundi, & etiam conclusio ista est contra impijssimum Lutherum asserētē, non esse in nostra potestate vias nostras bonas, aut malas facere, sed in potestate Dei, ex quo infert, quod Deus cogit nos ad peccandum, quod quidem est, homines belluas facere. ¶ Quo circa error est blasphemus Armacha. lib. 9. de quæstio. Armenorum. c. 27. & iniurius in Christum, & eius passionem asserentis, probabile esse secundum scripturā aliquod esse irremissibile peccatum. Nam si aliquod esset irremissibile peccatum, non fuisset vniversalis redemptor, & vt cetera argumenta prætermittam, in huius rei confirmationem dico quod est hæc conclusio de fide tenenda, habetur enim ex illo Matthæi. 16. quodcunq; solueris &c. Qui enim dixit, quodcunq; nullum exceptit, & Ioan. 20. quorum remississet peccata, &c. Ambro. etiam in lib. 1. de pœnitentiā. c. 10. Vbi adducit illud Ioan. c. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitū daret, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat. Vbi signanter dicitur, omnis, nullo excepto. Habetur quoque hæc sententiā, in cap. firmiter, de summa Tri. & fide. catho. Vbi dicitur, si quispiam, post baptismū prolapsus fuerit in peccatum, per verā potest semper pœnitentiā reparari. De hac re non minus egregiè quam diffusè edisserit Thomas Valden. in lib. de sacramentis. c. 151. ¶ Eadem habetur diffinita in sacra ecumenica synodo Trident. sess. 6. can. 6. Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permissiū solum, sed etiā proprie, & de per se, adeo vt sit propriū eius opus, non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli, anathema sit. De qua re doctissimè agit Soto, in. 4. super quæstionem. 86. ar. 1. D. Tho. & in. 1. lib. de

Psal. 73.

2. Conclusio.

Prouer. 21.

Iohel. 2.

Ioan. 2.

¶

¶

Ambrosi
Ioan. 20.
Ioan. 3.

Th. Val.

de

de natura, & gratia. c. 17. & 18. **¶** Nec obstat huic conclusioni illud Pauli ad Hebræos. c. 12. quod Elau non inuenit poenitentiae locum, quāquā cum lachrymis inquisisset eam. Ratio quare non obstat, est, quia non verè poenituit. Non enim eiulabat, nisi propter primogenituram amissam, tamen odium fratris non deponebat. Quod colligitur ex eo, quòd dicebat, venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Idem dicendū arbitror de Antiocho. 2. Macha. c. 9. qui Deum orauit, à quo tamen non erat misericordiam cōsequuturus, eò quòd non dolebat de präterita culpa, quia erat offensa Dei, sed quòd culpa illa causa infirmitatis corporalis, & plagæ fuerat, quam ipse inuitus patiebatur. Similiter non obstat illud, quòd apud Matth. c. 12. habetur. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Non obstat inquam quia loquitur de finali impoenitentia, scilicet quando quis sic est obstinatus in peccatis vsque ad mortem, quòd accedere non vult ad diuinam misericordiam, & post huius vitæ finem; non est remissio peccatorum. In hoc enim sensu aliquod est irremissibile peccatum. vel potest intelligi, Non remittetur ei, id est non facile remittetur, sed cū magna difficultate. **¶** De qua re tractatur ex professo in. 2. 2. q. 14. **¶** & secundū has duas expositiones, intelligendum est illud primæ Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt oret quis, ita exponit hunc locum D. Tho. in. q. de malo. q. 3. articu. 15. ad. 3. scilicet de peccato finalis impoenitentiae. **¶** & D. Augustinus tractatu. 1. super Ioan. cap. 9. exponit finalis impoenitentiae, id est quod durat vsq; ad mortem. **¶** Ambro. lib. 1. de poenitentia. c. 8. & 9. aduersus Nouatianos dat aliā expositionē, videlicet, quod Ioannes appellet peccatum ad mortem, peccatū grauissimum cuiuscunque sit generis, pro quo non sufficit: vt vnus quilibet de plebe

oret, sed requiritur oratio instantissima excellentissimæ personæ, sicut pro peccato Israel adorationis vituli, non vnus quilibet, sed Moyses orauit, & id cum magna exaggeratione: aut dele me de libro vitæ, aut noxam populo remitte. Ex hoc tamen non sequitur, aliquod peccatū esse irremissibile. Et dico, quod quauis Deus adeo esset iratus, vt re vera omnia suffragia orationum ab illis amoueret propter eorum obstinationē in peccatis, adhuc non infertur, illa peccata esse irremissibilia. Quia cum peccator in sua libertate maneat, posset poenitere, & facere quod in se est. Cui Deus suum auxilium necessarium ad eius cōuersionem, non denegaret. **¶** Secundū illud Apoca. 3. Ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit, intrabo &c. **¶** Nec pro homine sic inueterato, & obstinato, vt in concubinato, aut vsura, aut obstinatissima hæresi, prohibet orare, non enim ait, nemo oret, sed non dico, id est non præcipio, vt roget quis. Non enim tenemur orare pro illo quauis possumus. Anima duertendum est, quod si inueniantur in sacro eloquio aliqua loca, vbi videatur dominus vastationem cōminari populo, & non velle illis parcere. vt est illud Hieremias. 14. Noli orare pro populo isto, & si steterint tres viri coram me, non exaudiam &c. intelligenda sunt in sensu cōminatorio, sicut illud Ionæ. 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, hoc est secundū præsentem iustitiam, si non egerint poenitentiam, nam si poenitentiam egerit gens illa, à malo quod fecit, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi vt facerem ei. **¶** Similiter illud actorum. 8. poenitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè tibi remittat, & illud Ioel. c. 2. quis scit si conuertatur, & ignoscat. Sensus legitimus horum locorum esse debet, si forte vere poeniteas, remittet tibi Deus, itaque tota dubitatio non ex parte Dei, sed ex parte

parte poenitentiam se tenet. Nam ipsis verè poenitentibus, compertum omnibus esse debet, Deum omnia peccata remittere. Ad illud autem Amos. 1. & 2. super tribus sceleribus Damasci, & super. 4. non conuertam eum, vbi dare intelligere videtur, quod illud peccatum deleri nequeat per poenitentiam: præter datas solutiones, quæ facile huic adaptantur loco, libet aliam superaddere D. Hieron. in comment. vbi dicit, primum peccatum esse mala cogitare, secundum, mala cogitata velle perficere. Tertium est facto exequi. Quartum denique perseuerare, & complacere in malo, & non poenitere, & hoc est irremissibile, quia est finalis impoenitentiae, non tamen videtur esse iste literalis sensus. Poterit insuper locus iste intelligi in sensu composito, scilicet, quod loquatur Deus de facto prædicens quod futurum erat, constituens illis terminum peccatorum, quæ remittere debeat, sicut etiam terminum vitæ constituit. De possibili verò nullatenus intelligitur, quoniam ipsemet Christus dicit D. Petro. Non dico tibi septies, sed septuagies septies, id est infinities. Postremo, ad illud quod sollet objici prouer. 1. cap. Tunc inuocabunt, & non exaudiam, tunc exurgent ad me, & non inuenient. Ex quo loco aperte elici videtur aliquod esse irremissibile peccatum, siquidem poterit aliquis inuocare, & non exaudiri. Respondetur quod potest locus iste intelligi de poenis. Non enim necesse est, quòd Deus semper illas remittat, aut pro illis clamantes exaudiat. Secundo intelligi poterit de his qui iam sunt damnati, & quod ita sit, patet. Nam præmiserat, vocaui, & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, id est finita vita. Et ad eundem modum alia quam plurima loca scripturæ diuinæ explicanda esse arbitror. **¶**

quod non requiritur aliqua mora & mensura temporis, per quam duret poenitentia, vt Deus reddatur placatus, imo in instanti peccatorem in Dei amicitiam redere posse, nemini dubitare licet. Habetur nanque Ezechiel. decimo octauo. cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam, ipse animam suam viuificauit. Habetur etenim de poenitentia distinctione tertia. capit. Talis, quod tanta est pietas Dei, vt quemlibet peccatorem etiam sceleratissimum, ad poenitentiam recipiat, & ad statum reuocet. **XIIII. DIFFICULTAS.** **¶** Vtrum peccatum possit sine poenitentia virtute remitti? **¶** Vt melius quaestioni huic respondere valeamus, supponendum nobis est, primò duplicem esse potentiam ordinariam scilicet, & absolutam, secundo supponere etiam oportet distinctionem vulgarem quidem, sed quam non omnes recipiunt, nempe duplicem esse poenitentiam, alteram formalem, quæ est actus immediatus contritionis detestantis peccata, dolorque expressus, & formalis: alteram verò virtualem, quæ est quicunque actus per quem homo in Deum conuertitur, & iustificatur, siue sit dilectio Dei super omnia, siue aliud quid, etiam sine dolore, & memoria peccatorum formali. Dicitur nanque virtualis, quia habet virtutem faciendi omnia, quæ poenitentia formalis faceret, si adesset. Tertio opus est supponere, nos in præsentia non nisi de remissione peccatorum, & iustificatione, quæ fit extra sacramentum loqui. **¶** His prælibatis est prima conclusio

Annotare hic oportet secundo,

His prælibatis est prima conclusio

Concl. directe

directè ad quæstionem responsiva, impossibile est, peccatum actuale mortale cuiquam sine poenitentia remitti, loquendo de poenitentia, quatenus est virtus, hoc est sine poenitentia interiori. Hæc cõclusio ex quam plurimis diuini eloquij locis cõstat, habetur enim Hier. 18. si poenitentiam egerit gens illa à malo quod fecit, agam & ego poenitentiam à malo quod cogitavi vt facerem eis, quasi diceret, aliàs ego non dimittam peccata, nisi ipsi poenitentiam egerint. Item Zachariae. c. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Ezechiel. quoque. c. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, vita viuet, quod idem est, ac si dicat, aliàs morietur in peccatis suis, & infra, cum auerterit se impius ab impietate sua, &c. ipse animam suam liberauit. & actuum 3. c. Poenitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, & Lucæ. 13. nisi poenitentiam egeritis, omnes peribitis. & de poenitentia dist. 1. 2. & 3. peculiari- ter in cap. non omnes, & cap. non potest, & cap. firmiter de sum. Trinit. & si de catho. sola poenitentia ponitur remedium pro peccatis, post baptismum commissis, quod si quis in contrarium obijciat ex Cyril. super Leuit. & Origē. homil. 2. super Leuit. qui quidem semper opponunt remedia contra peccatum nempe, baptismum, de quo ait Christus Redemptor noster, Marci ultimo, qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Charitatem, de qua dicitur. 1. Petri. cap. 4. quod operit multitudinem peccatorum. Martyrium, de quo apud Ioan. c. 13. habetur, maiorem charitatem nemo habet. Eleemosinam, de qua sapiens cap. 3. ait, quod sicut aqua extinguit ignem: sic eleemosina extinguit peccatum, & Lucæ. 11. date eleemosinam, & omnia munda sunt vobis. Daniel etiam cap. 10. peccata tua eleemosinis redime. Quintum remedium est, remittere iniurias, de quo inquit ipsamet veritas Matthæi. 16. si dimiseritis homini-

bus peccata eorum, & pater vester dimittet vobis. Sextum remedium, quod ponunt est conuerrere peccatores de quo dicit D. Iacob. c. 5. qui conuerterit peccatorem ab errore via suæ saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Demum apponunt pro septimo remedio poenitentiam. Si quis inquam obijciat, quòd cum sint tot remedia contra peccatum, non videtur poenitentiam esse remedium necessarium ad peccatorum remissionem, facile ei respondetur, hæc omnia duntaxat dici, & esse remedia dum modo poenitentia adsit, quoniam nemo, nisi illam egerit, iustificabitur, etiam per baptismum, siquidem in adultis aliqualis præuia exigitur poenitentia. Non tamen negare volumus, quin eleemosinam conferre, remittere iniurias, imo & audire verbum Dei libenter multum conducant, vt conuertatur peccator, & Deus illi ignoscat. Sed tamen nisi poenitentiam agat, nullatenus iustificabitur. Dicuntur insuper remedia ad satisfaciendum pro poena, quæ remanet remissa culpa. Sed maius dubium est, an de potentia absoluta possit Deus remittere peccatum mortale sine poenitentia, & quidem Scotus qui in. 4. distin. 14. quæst. 1. tenet partem affirmatiuam, cui subscribunt Gabriel, & alij ex recentioribus eadem distinctione. innititur falso fundamento. Ait enim quòd esse in peccato, & reatum culpæ nihil aliud est, quam deputari ad poenam æternam, & quod remittere peccata non est, nisi velle non punire. Quod fundamentum indefensabile fore omnino existimo, nonnullis non leuibus rationibus motus. Prima, quia reatum istum, siue obligationem ad poenam, constat effectum culpæ esse, posterioremque illa, non quidem tempore, natura tamen. Secunda est, quia etiam si per impossibile Deus, neque infernum cõdidisset, neque aliquam temporalé penam, vel

vel æternam statuisset pro peccatis nihilominus qui contra eius præcepta ageret, proculdubio peccaret, & tamen non maneret deputatus ad poenam, cū nulla esset creata, fateri ergo necessum est, aliud esse culpam, aliud autè obligationem ad poenam. Tertia, quoniam peccatum quatenus peccatum, actus malus est, ad quem vt sic Deus non concurrat: at verò punire, & deputare ad poenam est actus bonus ad diuinam iustitiã spectas. Cuius ipsemet Deus est author. Distinguuntur igitur ista duo. Postrema ratio sit, nam cū de fide habeamus, quod remissa culpa aliquando remanet poena exsoluenda, siquidem Deus semper remittit culpam, & non totam poenam, fit vt remittere culpam, non sit remittere poenam, sed mutare voluntatè hominis peccatoris, vt ex auersa fiat conuersa, reducere ad suam amicitiam, tollere maculam, perfundereque illum gratia, ac denique facere illum nouam creaturam. Aliter verò peccatum actuale mortale, vel originale remitti nequit quemadmodum homo esse nequit, quin sit animal rationale. Hoc fundamento Scoti sic confutato tanquam falso, superest, vt tribus conclusionibus, dubio proposito à nobis satisfaciamus. Et earum prima sit. Per Dei absolutam potentiam peccata mortalia absque poenitentia, quæ sit habitus remitti queunt. Probat, nam ad eundem modum quo homo sine fidei, & charitatis habitibus per hoc solum, quòd Deus moueat hominis voluntatem, saluari potest: Deus per actum poenitentia de sua absoluta potetia, sine habitu potest remittere peccata. Conclusio ista adeò est certa, vt ab omnibus doctoribus, (nemine discrepante) recipiatur, præcipuè eam tenet Diuus Thomas. 12. quæst. 62. 63. & 113. & 22. quæst. 24. & in multis alijs locis. Non enim habitus isti infusi simpliciter sunt necessarij ad salutem.

Pri. cõclus.

D. Tho.

2. cõclus.

Secunda conclusio. De potentia Dei

absoluta peccatum mortale sine formali poenitentia, cum virtuali tantum, remitti posse, fateri opus est. Cõclusio ista hac aperta ratione ostenditur, quia Deus potest voluntatem peccatoris ad se, absque vlla detestatione, & peccatorum dolore conuerrere. Igitur sine formali poenitentia. Et cum D. Tho. dicit, quod est impossibile posse remitti peccatum absque poenitentia, debet intelligi de facto, & de lege ordinaria. Et si de poenitentia absoluta loquatur, de formali, vel virtuali intelligendus est iuxta frequentè conclusionem.

Est ergo tertia conclusio. De potentia Dei absoluta peccatum minimè remitti potest sine poenitentia formali, vel virtuali, id est sine eo, quod voluntas peccatoris in Deum conuertatur. Sic enim intelligit D. Tho. doctissimus Scotus, cum ait impossibile esse peccatum remitti sine poenitentia, quauis nanque sine poenitentia habitu, & sine actu formali remitti queat, non tamen sine virtuali, id est sine eò, quod voluntas conuertatur, & mutetur. Voluntas autem neutiquam mutari potest, nisi recedat à termino à quo scilicet à peccato, & aliu terminum acquirat, ad quem mutatur videlicet Deum: vera igitur est conclusio. Item Deus non potest alicui actuale offensam remittere, absque illius voluntatis tali mutatione, quia tunc Deus diligeret eum, quem bonum non efficit, & sic diligeret hominem malum, quod contradictionem implicat. Nam cum Deus sit ipsa per se bonitas, & voluntas, & bonitas sint eadem essentia, eius voluntas nequit ferri nisi in id, quod suus intellectus ei ostendit sub ratione boni, & quia falli non potest, necesse est vt illud sit verè bonum, & iustum eo gradu, quo diligitur. At vero bonum, & iustum impossibile est hominem aduultum fieri nisi voluntatem quam habet à Deo auersam, in ipsum conuertat, quod per solam peccati detestationem,

S 2 que

quæ est poenitentia fieri potest. Ergo impossibile est, quod Deus actuale peccatum mortale alicui remittat, nisi per poenitentiam. Conclusio tamé ista de adultis intelligenda est. Qui quidem sicut proprio actu peccauerunt: ita proprio actu reparari debent. Secus de paruulis, qui sine proprio actu contraxerunt originale peccatum, vt dictum est.

Nec nocet id quod obijcitur contra hanc nostram conclusionem quia cum possit Deus hominem in puris naturalibus creare, scilicet sine peccato, & sine gratia, eadem ratione, videtur esse concedendum, quod possit homini peccatori peccatum remittere, absque poenitentia, & absque gratiæ infusione. Non inquam nocet, nam quemadmodum stat, hominem, qui nec est offensus ab altero, nec ab illo aliquod recepit beneficium, nec illum diligere, nec odio habere positue, attamen si illum offendat, nullatenus ei remittere offensam poterit, absque eo quod cum illo aliqua gratia vtatur, (hoc ipsum enim quod est remittere offensam, gratia quedam, & donum est) ita etiam licet Deus possit creare hominem in puris naturalibus sine gratia, & sine peccato: attamen postquam peccatum siue originale, siue mortale contraxit, nec est factibile, nec intelligibile, Deum illud remittere posse sine aliqua gratia actuali, & sine poenitentia, saltem virtuali, qua eius voluntas mutetur, & fiat homo bonus, obiectum dignum diuino amore ac amicitia. Ob id enim ni fallor D. Tho. 12. q. 13. ar. 2. asseruit ante peccatum dari medium, inter culpam, & gratiam, post peccatum verò minime.

4. Conclu. Quarta conclusio. De potentia absoluta Dei sine poenitentia formali & virtuali, & sine eo quod voluntas peccatoris mutetur, remitti peccatum potest, quantum ad totam poenam & æternam & temporalem. Hæc conclusio probatur, quia non implicat, aliquem

A in mortali existere peccato, & Deum nolle illum punire. Deinde quia aliud est culpa, aliud obligatio ad poenam, imo dæmones, & damnati modo peccant, & tamen eorum poena non augetur. Præterea, quia potest Deus tollere ab aliquo obligationem omnem iuris positui diuini, non tamen naturalis. Vnde cum repugnet ex natura rei, quod sine mutatione voluntatis peccatum remittatur, sicut esse hominem, & non animal rationale, consequitur illud omnino esse factibile, hoc verò minime.

Sed adhuc solet hic grauisimum dubium moueri. Vtrum de potentia ordinaria peccatum mortale sine poenitentia formali remitti possit. De qua resunt tres opiniones, prima est Scoti in 2. d. 28. negatiua nēpe, quod non requiritur formalis poenitentia, sed sufficit virtualis, id est dilectio Dei super omnia, & eandem amplectuntur eius discipuli, saltem in aliquo casu egregio, vt si quis totum censum suum propter Deum pauperibus distribueret, vel profiteretur religionem, vel martyrium subiret. Eandem sententiam sequitur etiam Gabriel in. 4. d. 14. quæst. 1. imo latius illam extendit. Nam dicit quod si circa dilectionem summæ bonitatis esset maxime occupatus, iustificaretur etiam sine peccatorum memoria, imo quod non tenetur tunc illa recolere. Probant ista suam assertionem, quoniã mulieri adulteræ & Magdalene absque poenitentia legimus peccata fuisse remissa, quoniã dilexit multum. Lucæ. 7. & Ioan. 8. & prouerb. 20. ait Sap. charitas operit multitudinem peccatorum, & cap. 10. vniuersa delicta operit charitas. Breuiter inquam plurimis diuini eloquij locis remissio peccatorum, charitati, non autem poenientiæ tribuitur. Ratione tandem probatur, nam proprium est charitatis, hominem cum Deo reconciliare, reddereque ex inimico amicum, quod quidem sine formali poenitentia

Dubium.

fit,

fit, & ad illum locum Lucæ. 13. nisi poenitentiam egeritis, &c. respondetur debere intelligi de poenientiæ formali, vel virtuali.

Contraria opinio secunda est magistri Cano. in sua relectione de poenitentia, ait enim poenitentiam formalem requiri eo quod est medium necessarium necessitate finis, & non tantum necessitate præcepti, vnde dicit, quod sicut ille, qui de fide, & Christo nihil audiuit, & ob id non credit, excusatur quidem à præcepto, nunquam tamen sine fide saluabitur, ita si quis ignorantia inuincibili peccati laboraret, excusaretur quidem à transgressione præcepti, etiam si non doleret de peccatis, non tamé consequeretur salutem quia deest illi ad id medium necessarium. Item quia quemadmodum postquam voluit Deus fidem & baptismum medium esse necessarium ad salutem, ad eius providentiam spectat, facienti quod in se est, providere de fide, & baptismo: ad eundem modum quoque postquam poenitentiam medium necessarium ad salutem statuit, providebit quod occurrant peccata memoriæ facienti quod in se est, de quibus doleat, antequam illum egregium actum agat, & sentit Cano conditionaliter, quod si non habeat dolorem, non saluabitur. Dicit præterea, falsum esse quod timor mortis, & martyrium tollat peccatorum memoriam, quin potius illa ad memoriam reuocat vt in quacunque alia tribulatione experientia didicimus contingere, dicebant enim fratres Ioseph, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem.

Tertia sententia media est magistri Soto. libro secundo. de natura, & gratia. capite. 16. & explicatius in Quarto distinct. 15. quæst. 1. articul. 2. quam quidem ipse tribus conclusionibus explicat. quarum prima est. Si quis post baptismum mortaliter peccauit, & memoriã habet peccati, vel sufficienti diligentia

A adhibita habere potest, absque formali poenitentia, & dolore præterquã per martyrium (de quo agemus in 3. conclusione) non iustificabitur. Conclusio hæc liquido constat ex illo Lucæ. 13. nisi poenitentiam egeritis &c. Vbi Christus non charitatem sed poenitentiam exigit. Deinde quia concilia præcipuè Trident. sess. 6. c. 14. & sess. 14. c. 4. confessoresque semper à peccatoribus dolorem exposcunt. At vero dicere concilia, & sanctos intelligendos esse de virtuali poenitentia, non solum voluntarium, sed & temerarium fore arbitror. Nam alioquin nunquam formalis poenitentia esset necessaria, quandoquidem semper licentiam explicandi de virtuali poenitentia haberemus, cum tamen sint plurima loca in sacra scriptura, quæ non nisi de formali intelligi queunt. Vt est illud loelis. cap. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, &c. & illud Iai. cap. 26. Clamans clamat in doloribus suis, & alia multa, imo videtur abusus, & impropria loquutio dicere, quod Deum diligere sit poenitere. Siquidem diligere suauissimum quid est, poenitere verò poenale, nimisque laboriosum. Præterea, quia eadem licentia, cum dicitur fidem esse necessariam, eo quod sine fide impossibile est placere Deo posset de fide virtuali explicari, nempe de cognitione naturæ, vel quodam simili, quod tamen hæreticum esse haud dubitare licet. Colligitur ergo apertè sicut formalem fidem, ita & formalem poenitentiam ad salutem esse necessariam. Præterea, quia eadem libertate posset quis dicere quod dare eleemosynam, remittere iniurias, audire libenter verbum Dei, esset poenitentia virtualis, quod hætenus nullus dixit. Præterea, quia cum charitas non necessariò, nec ex sua natura includat poenitentiam, eò quod bene stat, quod qui iniuria afficit

S 3 Petrum,

Petrum, vt de illo vindictam sumeret, dicat, vltra se non peccatum in Petrum, & quod vult illum habere amicū posthac, & tamen quod iniuriæ factæ non pœniteat: consequitur charitatem non secum afferre, nec claudere præteriti peccati dolorem, ac subinde nec esse pœnitentiam virtualem. igitur necessaria est pœnitentia formalis.

2. conclus.

Secunda conclusio Magistri Soto est, si ille qui mortaliter peccauit ad eum est oblitus peccati commissi, vt facta sufficienti diligentia illius non recordetur absque formali pœnitentia per dilectionis actum iustificari poterit. Eandem sententiā tenet Gabr. in. 4. d. 14. q. 1. ar. 2. Signanter dixi in conclusione, facta sufficienti diligentia, quoniam nisi illam fecisset, dilectionis actus non sufficeret. Conclusio hæc ostenditur ratione vrgenti, quia ex opposito sequitur, hominem naturaliter oblitum aut peccati ignorantiam inuincibilem habentem, nullatenus pœnitere illius posse. Nisi ergo per dilectionis actum, illud remittatur peccatum, maneret peccator iste absque vilo remedio. Præterea, quia hæc conclusio est expresse D. Tho. sententia. 3. p. q. 87. ar. 1. Vbi dicit ad mortaliū remissionem virtualem pœnitentiam minime sufficere, nisi quoad peccata oblita post diligentem inquisitionem factam. Itaque primam conclusionem, quantum ad peccata, quæ memoriæ occurrunt, vel occurrere possunt, secundam vero quantum ad oblita, post sufficientem diligentiam adhibitam intelligendas esse existimat Soto. Nō enim in eodem gradu inquit omnia media ad salutem necessaria sunt. Fides namque, gratia, & charitas in omni statu, & lege simpliciter ante peccatum, & post peccatū, necessariae sunt, tam in pueris quam in adultis, & etiam in angelis, qui nunquam peccauerunt. Baptismus autem supposito originali peccato, paruulis quidem in re, adultis vero in re, vel in voto medium necessarium est ad salutem. At ve

ro pœnitentia mortale peccatum habetibus, si eis memoriæ occurrat, vel occurrere possit, adhibita diligentia sufficienti, medium est necessarium ad salutem, & non aliās.

Tertia conclusio eiusdem Magistri Soto. Martyrium ad remissionem peccati mortalis absque pœnitentia formali sufficit, quando subtra oblatio illius impediret formalem pœnitentiam. Conclusio istam amplectitur Scotus, Gabriel, & multi etiā ex Thomistis: limitat tñ illā Soto, scilicet, quod si illi adest oportunitas, qua recolere, ac detestari peccata valeat, id facere tenebitur: imō admissio, quod in mortis articulo, præceptū cōfessionis occurrat, tenebitur si potest confiteri. Probat, nā si non esset baptizatus, cū ad martyriū ducitur, & tunc in re baptismum suscipere posset, nisi baptizaretur, re vera martyr nō esset, ac proinde minime salutem conseruetur: eadem ergo ratione, si tunc temporis dolere, & confiteri queat, & facere omittat, nullatenus saluaretur. Limitat secundo, nisi esset in actuali complacentia, vel peccandi proposito, quia si sic se haberet, per mortem illam non iustificaretur. Tertio, limitat dicendo, quod hoc martyrij priuilegium non extenditur ad flagrans patiendi desiderium, sed duntaxat, dum martyr est in actu passionis. Cum his igitur limitationibus probat conclusionem, & in primis ex illo Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. & qui perdidit animam suam propter me, &c. Deinde, quia cum secundum D. Augustini, & aliorum sanctorum sententiam, martyrium vicē baptismi aquæ suppleat vt in suo loco manifestauimus, supplere etiam vicē pœnitentiæ posse, facti oportet, eō quod non minus ad peccati mortalis post baptismum commissi, quam baptismus ad originalis remissionem necessaria est, quia tria baptismata esse, nempe aquæ, flammis, & sanguinis, quorum quodlibet ad salutem sufficiat,

3. conclus.

Soto. Martyrium ad remissionem peccati mortalis absque pœnitentia formali sufficit, quando subtra oblatio illius impediret formalem pœnitentiam. Conclusio istam amplectitur Scotus, Gabriel, & multi etiā ex Thomistis: limitat tñ illā Soto, scilicet, quod si illi adest oportunitas, qua recolere, ac detestari peccata valeat, id facere tenebitur: imō admissio, quod in mortis articulo, præceptū cōfessionis occurrat, tenebitur si potest confiteri. Probat, nā si non esset baptizatus, cū ad martyriū ducitur, & tunc in re baptismum suscipere posset, nisi baptizaretur, re vera martyr nō esset, ac proinde minime salutem conseruetur: eadem ergo ratione, si tunc temporis dolere, & confiteri queat, & facere omittat, nullatenus saluaretur. Limitat secundo, nisi esset in actuali complacentia, vel peccandi proposito, quia si sic se haberet, per mortem illam non iustificaretur. Tertio, limitat dicendo, quod hoc martyrij priuilegium non extenditur ad flagrans patiendi desiderium, sed duntaxat, dum martyr est in actu passionis. Cum his igitur limitationibus probat conclusionem, & in primis ex illo Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. & qui perdidit animam suam propter me, &c. Deinde, quia cum secundum D. Augustini, & aliorum sanctorum sententiam, martyrium vicē baptismi aquæ suppleat vt in suo loco manifestauimus, supplere etiam vicē pœnitentiæ posse, facti oportet, eō quod non minus ad peccati mortalis post baptismum commissi, quam baptismus ad originalis remissionem necessaria est, quia tria baptismata esse, nempe aquæ, flammis, & sanguinis, quorum quodlibet ad salutem sufficiat,

C
D
E

sufficiat, docuit D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 11. & 12. habet ergo hoc priuilegium martyrium, (quod est baptismus sanguinis) vt absque formali pœnitentia martyre iustificet, cum deest oportunitas dolendi, & confitendi. Præterea, constat ex illo Ioan. 15. maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Cum ergo animam pro Christo ponere, maxima charitas, & maior confessio, quam peccati absorbeat, sitque holocaustum, quo homo totum se Deo offert. Consequens fit, vt alius formalis dolor (vbi martyrium adest) non exigatur, ait enim D. Christo. homil. 29. de pœnitentia, martyrium præterita pœnitentia non eget, quia sicut lux diei non querit lucernam, sic iustitia martyris ante Deum sine pœnitentia lucet. Nec constitutus in agone requiritur, quod doleat de suis peccatis in communi, vel sub conditione, si forte peccauit pœnitet me, &c. vt aliqui affirmant, quin huiusmodi dolor inquit Soto proprie non est pœnitentia, quia pœnitere neminem potest, nisi eorum quæ scit, & recolat se commississe, imō dicit, quod consultius tunc faceret, attentione mentis applicando intentionem suam ad fortiter subeundam mortem, fidemque protestandam: quā ad recolenda peccata, nisi ipsa se tunc memoriæ offerrent. Inter has vero opiniones, primam falsam, secundam probabilem, & magis piam reputo. Vnde resolutoriè, (vt nostro instituto morem geramus,) sequentes conclusiones superaddere decreuimus, & primam quidem, scilicet, Afferere non esse necessariam pœnitentiam formalem regulariter loquendo, ad mortalis peccati post baptismum commissi deletionem, erroneum esse censeo, imo hæreticum. Probat tum quia sacris literis, concilii dictisque sanctorum aduersatur, tum etiam quia non sufficit, nisi in vno, vel altero casu de pœnitentia virtuali expli

1. Conclus.

A care, non autem regulariter.

Est secunda conclusio, extra martyrium asserere, vel obliuionem inculpabilem peccatorum, dilectionem aliquam egregiam Dei, & in casu aliquo egregio iustificare, licet non censeamus erroneum esse, falsum tamen, & fortasse temerarium iudicamus. Hanc conclusionem tenet Soto in sua prima assertionem, & eam magister Cano acceptat.

Tertia conclusio sit. Si aliquis videt, & sciens martyrium, pro Christo, subbeat, nisi actualiter complacentiam, vel peccandi propositum habeat, crediderim ego, quod ille infallibiliter saluabitur, siue tunc illi Deus de dolore prouideat, (vt vult Mag. Cano,) siue præoccupatus, & turbatus illum non habeat, (vt sentit Soto.)

Quarta conclusio. Quauis si quis moriendi pro Christo efficacem voluntatem habeat, iustificetur, nihilominus tamen, si postea superuixerit, conteritur, & confiteri re vera, suo tempore tenebitur. Hanc conclusionem, non alia ratione, quam illa communi tenemus, quia quoad essentialia coram Deo, voluntas efficacis moriendi, & actualis mors neutiquam differunt. Cum igitur per mortem pro Christo realiter operitiam, hominem iustificari, concedamus: nulla ratio suadet, cur hoc idem per voluntatem efficacem moriendi pro illo fieri negemus.

Quinta conclusio. Si adultus in peccato mortali dormiens occidatur pro Christo, qui ante non habuit attritionem, nec efficacem voluntatem moriendi pro illo, non iustificabitur. Probat, quia illud non est martyrium, nec fortitudinis, vel alterius virtutis actus, sed mera mortis passio, ac si lapide cadente, vel alio inopinabili casu occideretur. Itaque, si priusquam dormitū iret, non habuit voluntatem moriendi pro Christo, neque oppositam, sed mere negative se habuit, crediderim ego (quicquid alij dicant, quod ille non saluabitur, &

ratio (meo iudicio) est evidens, quia cum ille nunquam pro Christo voluerit mori, non est cur illum martyrem fuisse iudicemus. Solū enim D. Tho. dixit, mortem pro Christo susceptam vicem baptismi habere, quasi diceret acceptatā, & volitā. Cum igitur ista non voluntariē fuerit suscepta, colligitur apertē, quod non saluabitur per illā. Deinde probatur, quia ille qui cū tali dispositione baptizaretur, ne utiquam baptismum suscepisse censeretur, eod quod nunquā baptizari voluit, pari ergo ratione nō esset martyr. Secus autem de paruulis iudicandum erit, quia illi minimē habere possunt actū, quo baptizari, & mori velint.

6. Conclu. Sexta conclusio. Quauis ante Christi aduentum per solam contritionem sine ordine ad clauēs peccata remitteretur, post ipsum tamē in lege gratiē quāuis sine pœnitentiæ sacramento in re, quod sacerdotis officio ligātis, & absolutis perficitur, Deus de potentia absoluta peccata remittere potest, attamē de potentia ordinaria sine sacramento pœnitentiæ in re, vel in voto nō potest ea remittere. Et quidem de prima huius conclusionis parte, nemini dubium esse potest, siquidem tunc sacramenta per quę peccatorū remissio fieret, non erāt. Quoad secundam verō probatur. Quoniam Deus non habet suam virtutē, & potestatem sacramentis alligatam. Remisit enim Deus mulierem adulterā Ioā. 8. & Peccatrici Lucæ. 7. sine pœnitentia, vt est sacramentum, non tamen sine pœnitentia interiori. Quoad tertiam verō partem ostenditur perspicuē, quia vt sic in lege gratiæ non nisi per contritionē includentem votum sacramenti pœnitentiæ remittit peccata, vnde peccatorum remissio, quæ per baptismum fit in lege gratiæ extra sacramentū ex opere operantis potius confessionis, & sacramenti voto, quam contritioni tribuēda est. Nam vt alibi aduersus Petrum Oxomens. ex Triden. conc. diffinitione docuimus, per contritionem sine ordine

ad clauēs Ecclesiæ, peccatorum remissio non reperitur, claudit enim vera contritio, peccatorum præcedentium detestationem, propositumque emendandi vitam, ac denique votum recipiendi sacramentum pœnitentiæ in re, pro loco, & tempore, & satisfaciendi, secundum sacerdotis & Ecclesiæ iudicium. ☩

XV. DIFFICULTAS.

Vtrum possit per pœnitentiam vnum peccatum remitti sine alio.

Hic quæstioni vnica cōclusionē respondetur nempe, impossibile esse, per pœnitentiam vnum peccatū sine alio remitti, probatur primō quia peccatū non remittitur sine gratia, vt expressē D. Tho. tenet. 12. q. 113. ar. 2. sicut nec expellitur frigus à manu, nisi calor ingrediatur, siquidem vnum contrarium expellit aliud. Cum igitur quodcūque mortale peccatum gratiæ cōtrarietur, & nullum expelli possit ab anima, nisi ipsa anima gratiam suscipiente: omnia peccata, simul remitti debēt, vel nullum. Deinde probatur, quia dimittere vnum sine alijs, esset contra perfectionem diuinæ misericordiæ, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deuteronomij cap. 32. Vnde cuius miseretur, totaliter miseretur, & hoc est, quod Augustinus magnificat, in lib. de pœnitentia. c. 9. cuius verba habentur de pœnitentia, dist. 3. c. sunt plures, impium est, ab illo qui iustus, & iustitia est, dimidiā sperare veniam. Probatur quoque nostra sententia ex illo primæ Ioan. 3. qui non diligit manet in morte. Ille autem quem pœnitet, de vno peccato, & non de alio, non vere diligit, ergo manet in morte. Postremō, probatur ex illo Ezechiel. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & cetera vita viuet, & non morietur. Ab omnibus inquit, nullo excepto. Omnium igitur percipiet homo per pœnitentiam

1. conclus.

Deut. 32.

August.

tiam remissionem vel nullius. **E**mpliat vnum remitti sine alio, nam si vnum remittitur, fit per gratiam, & ideo iam est gratus, & si cetera non remittuntur, est ingratus. Vnde simul esset gratus, & ingratus. ☩ Nec impedit non habere memoriam alicuius peccati mortalis, quando pœnitet, quia licet solum ei remittatur peccatum, de quo directē pœnituit, tamen indirectē, extensiuē, & cōsequentiū, etiam illud remittitur, cuius est oblitus, dummodo prius sufficientē diligentia, examenque fecerit: ita quod abque sua culpa quorūdam sit oblitus. Et ratio est, quia illa contritio fuit sufficiens ad gratiæ infusionem, quæ quidē introducta, seu infusa, omnia peccata remittit, & conclusio D. Thom. est intelligenda de peccatis mortalibus, & originali, non autem de venialibus. ☩

XVI. DIFFICULTAS.

Vtrum remissa culpa per pœnitentiam, remaneat reatus pœnæ?

Priusquam huic difficultati satisfaciam, duo sunt annotanda, & eorū primum est, quod in mortali peccato sunt duo, scilicet auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile, id est auersio à Deo, & conuersio ad creaturas. Vnde auersioni à Deo correspondet pœna æterna, & quæ dicitur pœna damni, & carentia diuinę visionis, quia damnati ea æternaliter manent priuati. ☩ Conuersioni autem ad creaturas correspondet pœna temporalis, & quæ dicitur pœna sensus, & perse est finita, quamuis in inferno per accidens erit infinita, eod quod damnati satisfacere nequeunt, vt dicit Diuus Thom. quæstione. 86. articulo. 4. & 12. quæstione. 87. & sequentibus, in materia de peccatis. ☩

Sciendum est ex D. Thom. quod gratia habet duo. Primum est, quod iustificat peccatorem sine eius operatione,

quia si ex operibus iam non est gratia, inquit Paulus ad Rom. 11. Secundū quod habet, est quod cooperatur peccatori, id est concurrit cum illo ad eliciēdas suas operationes meritorias. Vnde remissio culpæ mortalis, & pœnæ æternæ, quæ consequitur ad illam culpam, fit à gratia operante sine nostris meritis, quia in iustificatione impij prius natura infunditur gratia pœnitentiam informās, quam actus noster sit vera contritio, nō tamen gratia operans, ideo sic dicitur, quia operetur omninō sine motu liberi arbitrij **E** hominis, aut quod solū concurrat passiuē, vt dicunt hæretici, verē nanque concurrit actiuē, consentiēdo peccato, & amando Deum. ☩ Imo in adulto gratia nihil operatur nisi mouēdo liberum arbitrium, sed dicitur gratia operans, quia ipsa præuenit liberum arbitrium mouēdo illud per cuius motum ipsa operatur, & remittit peccatū, & motus ille quatenus est à libero arbitrio, nō est meritorius, sed dispositio materialis ad gratiā. Quare in genere causæ materialis est prior quam gratia, & tunc non habet esse contritionis, etiam si sit de offensa Dei, sed quatenus procedit à gratia est posterior cum ipsa gratia, & prior in genere causæ efficientis, quā remissio peccatorum, vt perdoctē ait doctissimus Soto in. 4. dist. 14. quæstio. 1. artic. 6. remissio verō pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, in quantum scilicet homo per liberum arbitrium cum auxilio diuinæ gratiæ, æquanimiter pœnas ferendo, satisfacit iustitię. Soluiturque à reatu temporalis pœnæ. Quare licet vterque effectus sit per gratiam, præcedit tamen effectus gratię operantis, & deinde subsequitur effectus gratię cooperantis cum libero arbitrio. Vnde remissio culpæ, quia est effectus gratię in instanti fit, sed alter qui fit ex merito liberi arbitrij informati gratia, fit secundum quantitatem motus eiusdem liberi arbitrij. Aduerte tamen quod tātus potest esse animi fer-

Præclus. uor, vt vnico actu contritionis tollatur cum culpa tota pœna. His iactis, sit prima conclusio. Remissa culpa mortali si mul tollitur reatus pœnæ æternæ.

2. Conclu. Secunda cōclusio. Nihil vetat quòd remaneat reatus alicuius pœnæ temporalis, remissa culpa. Hæc conclusio probatur ex illo. 2. Regum. 12. Vbi postquã dimisit Dominus peccatum Dauid, dixit, Veruntamen filius qui natus est tibi morietur: quod fit in pœnam flagitij, & sceleris patrati, remissa igitur culpa remanet pœna aliqua. Item, quia postquã Nathan venit ad Dauid, petebat ipse Dauid misericordiam Dei, dicens, miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuã, & infra, amplius laua me, Domine ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Simile habetur Nume

Num. 14. ro. 14. vbi oranti Moyfi pro populo, vt dimitteret eis peccatum, dixit Dominus dimisi, attamen omnes, qui tentauerunt, non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum. Vbi patet, quod dimissa culpa exigitur à Deo pœna pro culpa ipsa. Præterea. 2. Machab. 12. legitur sancta ergo & salubris est cogitatio, pro de functis exorare, vt à peccatis soluantur. Sed hoc de culpa minimè intelligi potest, cum culpa post hæc vitam nequeat remitti: intelligitur ergo de pœna quæ remanet post hæc vitã, & illud Lucæ 3. facite fructus dignos pœnitentiæ, quod de remissione culpæ est intelligendum, & ad Rom. 6. cap. sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificatione. Præterea, quia opposita sententia est hæresis Lutheri condemnata, dicebat nãque quòd homini iusto post remissam culpam, nullius prorsus erat satisfactionis necessitas, quia Christus sufficienter satisfecit per meritum infinitum suæ pœnsionis. Ex quo inferebat, frustra esse indulgentias, & satisfactiones, ac purgatorium, siquidem nulla pœna remaneret remissa culpa. Præterea

A quia omnes fatentur, & ita est in vsu ecclsiæ vniuersalis à principio vsque ad nos quòd postquam aliquis pœnituit imponenda est illi aliqua pœnitentia: quod quidem non derogat misericordix diuinæ: tum, quia nihil vetat, quod iustus puniatur propter iniustitiam priorem: tũ, quia pœna quæ infligitur post culpam remissam non tantum tãquam pœna, sed etiam tanquam satisfactio infligitur, & quidem si aliquis combusit domum alterius, non solum amicitiam illius, sed etiam iustitiam læsit. Potest igitur Iesus recipere in suam amicitiam proximum, qui illum offendit, si ab illo veniam petat, sed nihilominus, salua amicitia, cogit eum satisfacere alteri parti pro iniuria sibi illata, & eum ponit in carcere donec soluat: eodem modo per peccatum læditur Deus in amicitia, & in iustitia. Vnde licet per veram pœnitentiam, & veniæ petitionem, redeat peccator in Dei amicitiam & tollatur inordinatio voluntatis: exigit tamen Deus ab illo recompensationem iustitiæ per aliquam pœnam, & in carcerem purgatorij eum mittit: si ante suę vitę terminum plenè non satisfecerit. Nec hoc etiam præiudicat sufficienti pœnsionis Christi, qui sufficienter pro pœnis omnium peccatorum satisfecit. Nã pœnsio Christi habet tollere reatum cuiuscunq; pœnæ, non solum æternę, sed etiam temporalis, & ideo dicitur quantum ad sufficientiam, infinita. At verò, quia causa non foritur effectum, nisi applicata sit, vt secundum modum applicationis habeat effectum quantum ad efficaciam, itaque secundum modum, quo homo participat illius virtutē, tollit reatum pœnæ aliquãdo totaliter, vt in baptismo, aliquando secundum priorũ actuum modum, vt in pœnitentiã. Volumus dicere, quod pœnsio, & satisfactio illius, quę fuit infinita, & veluti causa vniuersa-

uerfalis, & ob id debet quantum ad efficaciam applicari per causas particulares medias, scilicet per sacramenta, & bona opera facta in gratia, & ita secundum diuersam naturam, & conditionē sacramenti, & secundum intensiōē maiorem, vel minorem boni operis, plus vel minus remittitur de pœna, in baptismo quidem, quia est regeneratio tota remittitur: in pœnitentiã autem licet pœna æterna simul cum culpa remittatur, attamen pœna temporalis non semper tota remittitur. Quo circa nõ statim per primum actum pœnitentiæ quo culpa remittitur, soluitur reatus totius pœnæ, sed completis omnibus pœnitentiæ actibus, vt ait Diuus Thom. in. 3. p. quæstio. 86. articulo. 4. ad. 3. & diffusius in libro. 4. contra gentiles. Quo fit vt nõ irrogetur iniuria pœnsionis Christi, & eius satisfactio, quam fatemur esse infinitam, quin potius extollimus, & glorificamus illam, eò quòd maior est gloria Christi, & illius pœnsionis, si communicet virtutem satisfaciendi nostris operibus, quam si per se solum satisfaceret pro nobis: limitatur tamen effectus iuxta quantitatem nostrarum operationũ, sicut in agētibus naturalibus prima causa non tantum agit, sed etiam dat virtutem causis secundis, vt ipsæ etiam producant suos effectus, quamuis virtute accepta à prima causa, & tamen effectus limitatur iuxta quantitatem virtutis secundæ causæ. Vnde conclusio ista secunda tenenda est secundum orthodoxam fidem. habetur enim diffinita in sacra Tridentina synodo, sessio. 6. cap. 14. & can. 30. & sessio. 14. cap. 8. vbi adducit concilium optimas rationes, & cano. 12. & 13. Quemadmodum enim de fide est post hanc vitam esse locum purgatorij vbi animæ existentes in gratia extollunt pœnas debitas, priusquam gloriam adipiscantur: ad eundem modum & iisdem rationibus probatur remanere reatum pœnæ temporalis, remissa culpa.

3. Conclu. Tertia conclusio. Sicut remissa culpa

A per pœnitentiam, remanere potest aliqua temporalis pœna, vt dictum est, ita remanere posse aliquas reliquias peccati, culpa remissa, nõ licet ambigere. Hęc conclusio suadetur ex eo, quòd istæ reliquix sunt effectus conuersionis inordinatæ ad bonum commutabile, quare cum hæc conuersio contingere possit sine auersione à Deo (vt quando aliquis peccat venialiter) sublato eo, quod est ex parte auersionis, nempe remissa culpa mortali, simul cum pœna æterna poterunt huiusmodi reliquix permanere, quæ se tenent, ex parte conuersionis inordinatę. Quod si quis quærat, quenam sint huiusmodi reliquix, quæ remanent in peccatore sublata culpa? respondendum est ei, quòd non solum sunt mali habitus, aut dispositiones ex malis actibus frequentatis generati, verum etiam debilitas quædam ex parte potētix operatiuæ ad rectè operandum. Quemadmodum enim per corporalem ægritudinē vires corporales debilitantur, ægritudine tũ sanata adhuc remanet quædam impotētia, ac imbecillitas ad operandum: ita ægritudine spiritali curata, quando que relinquitur quædam imbecillitas ad benè operandum. Accedit ex euangelio illud Marci. 8. de cæco per Christum illuminato, qui primo restitutus est ad imperfectum visum, quare aiebat, video homines, velut arbores ambulantes. Deinde restitutus est pfectæ sanitati, ita vt clarè perspiceret omnia. Post primã ergo remissionem culpæ, quia homo restituitur ad visum spirituale, adhuc remanent in eo reliquix peccati præteriti. Nec tantum habet verum, quod possint reliquix manere remissa culpa per pœnitentiam, sed etiam remissa per baptismum remanere possunt. Statim nanque post susceptionem sacramenti baptismi, Ecclesia administrat sacramentum extremæ vñctionis si adsit necessitas, quia contra huiusmodi reliquias institutum est extremæ vñctionis sacramentũ, vt Ecclesia abundè instruta

ita nihil prætermittat, vt hominem ex hac luce proficiscentem perpurgatum mittat ad cælum. Expurgatio namque quantum ad omnem pœnam si in hac vita non fuit perfecta in purgatorio perficitur. At verò, si per baptismum semper tolleretur, frustra extremâ vñctionem ecclesia adhiberet. Item quia ante quam baptismum susciperent, fuerunt dediti vitijs: experiuntur in se quandam inclinationem ad malum, debilitatemque ad rectè operandum. Verùm est tamen, quòd Deus quandoque de repente, & culpam, & pœnam, & omnes reliquias abstergit, vt de Magdalena Luc. 7. legitur. Quandoque vero, vt dictum est per gratiam operantem remittit culpâ, & per cooperantem progressu temporis, pœnas.

Luc. 7.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Quandoque huiusmodi reliquiæ remanent, vt dictum est, tamen remanent debilitatæ, & diminutæ. Probatur hæc conclusio. Nam licet per absolutionem non tollantur vitiosi habitus, nec diminuantur de per se (siquidem habitus vitiosus de per se debet tolli, aut diminui per actus cõtrariæ virtutis, vel per cessationem ab illis actibus, vt habitus iniustitiæ per actus iustitiæ) nihilominus secundariò, quia per pœnitentiam datur gratia: ex consequenti datur frenum ad vniuersa vitia, & ad malas inclinationes cohærendas.

XVII. DIFFICULTAS.

Vtrum ad mortalium peccatorum remissionem, pœnitentia explicita requiratur?

Notab.

1. Conclusio.

Priusquam huic difficultati satisfaciam, annotare oportet, quod per peccatum mortale, mens separatur, ac auertitur perfectè à Deo, cui per remissionem culpæ coniungitur: tunc est conclusio. Ad culpæ mortalis remissionem pœnitentia explicita, & formalis necessaria est. Hæc conclusio, quantum ad hoc

A scilicet, quòd requiratur pœnitentia ad remissionem mortalis peccati, nemini licet dubitare, quia cum per mortale peccatum voluntas deordinetur per inordinatam conuersionem ad bonum creatum, secundum iustitiam exigitur, vt illa deordinatio ad ordinationem reducatur, hæc autem ordinatio per pœnitentiam faciendâ est, necessaria igitur est pœnitentia. Sed quantum ad id quod

B dicit conclusio, nempe quod debet esse explicita hæc pœnitentia, explicatio indiget conclusio. Nam si intelligatur, quod de singulis peccatis recordaretur, intelligenda est conclusio, quantum ad remissionem plenariam omnium peccatorum, quoad culpam, & quo ad pœnam, vt regulariter fit à Deo, confitendo peccata, & examinando suam conscientiam. Tunc namque requiritur,

C quod recordetur de singulis peccatis, & quantum in se est, detestetur singula mortalia, ita enim intelligendus est Diuus Thomas quando dicit in 3. par. quæstione. 87. articulo. 1. quod diligentiam adhibet ad memorandum singula peccata mortalia, vt singula detestetur, & probatur. Nam ad hoc, vt homo consequatur remissionem omnium suorum delictorum, requiritur, vt tantum doloris accipiat, & pœnitudinis, quantum indulsit sibi peccatis. Sed de quocunque peccato homo sibi indulsit, igitur de singulis oportet, quod memoretur, & pœniteat, regulariter loquendo: dixi, regulariter, nam aliquando Deus ex peculiari priuilegio potest concedere tãtam pœnitentiam, & dolorem peccatorum, quod per illum dolorem, remittantur ei omnia peccata, quoad culpam, & quo ad pœnam, si autem intelligatur, quod debet esse tot detestationes, & dolores, quot fuerunt peccata, postea in materia de cõtritiõne agemus. Sed pro nũc dico, quod ad remissionem omnium peccatorum, quauis sint innumera, sufficit vnica contritio generalis omnium peccatorum. Hæc sententia est expressa Dñi Caietani

D. Thom.

Caiet. in

in quodlibet. quæstio. 2. de contritione, & in commentarijs. 3. part. quæstio. 87. artic. 1. dicit namque Dominus Ezechiel. 18. in quacunque hora homo ingemuerit peccatum suum, amplius omnium iniquitatum illius non recordabor. Patet etiã ex illo de latrone, cui in momento remisit Dominus omnia peccata sua.

Ezech. 18.

XVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum peccatum veniale remitti possit sine pœnitentia?

Priusquam huic difficultati respondeam, suppono vnum de fide tenendum, nempe peccatum veniale esse, quod multi hæretici negant hac nostra tempestate, dicentes nullum esse veniale peccatum, sed omnia esse mortalia, inter quos est Vviteles, vt est videre apud Vvaldensem, tomo. 2. de sacrament. cap. 154. sed multis euangelicis telis hæc hæresis perimitur. Ait enim Christus Matthæi. 7.

Vvald.

Matth. 7.

i. Ioan. 1.

Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? vbi mortale, quia visum adimit, trabes appellatur, festuca verò, quæ visum remittit, significat veniale. Et Ioan. Apostolus in sua. 1. Canon. ait, Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. At verò, Apostoli erant confirmati in gratia, & cadere non poterant, imò & illi qui sunt virtute & religione progressi, absurdum esset dicere, quòd tam crebro mortalia committerent. Loquitur ergo illic Apostolus de venialibus peccatis. Insuper Prouerbiorum. cap. 20. dicit sapiens, Septies in die cadit iustus. Postremò Matth. 12. habetur, De omni verbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Verbum autem otiosum non mortale, sed veniale peccatum est. Ex quibus iam satis liquet, quòd non licet negare esse peccatum veniale.

Prouer. 20.

Matth. 12.

Notab.

Annotare oportet, peccatum veniale

A le mentem hominis auertere, & separare à Deo, imperfectè tamen & secundum quid. Vnde impeditur per illud hominis affectus, ne ita promptè in Deum feratur. His sic præhabitis, per aliquot conclusiones respondetur ad difficultatem, quarum prima sit. Sine pœnitentia peccatum veniale non remittitur. Hanc conclusionem habet D. Thom. 3. part. quæstio. 87. artic. 1. Et rationibus manifestis suadetur, primò, quia per peccatum veniale deordinatur voluntas quodammodo per conuersionem ad bonum creatum, secundum igitur iustitiam, illa imperfecta deordinatio ad ordinationem necesse est reducatur: hoc tamen absque pœnitentia fieri minimè potest. Pœnitentia igitur necessaria est. Deinde probatur, nam sicut mortale remitti non potest, quandiu voluntas adhæret peccato (vt diximus) ita nec peccatum veniale, quandiu voluntas adhæret & manet affecta ad veniale, pœnitentia igitur opus est ad venialis remissionem.

1. Conclusio.

D. Tho.

C

Secunda conclusio. Hæc pœnitentia sic prærequisita, ad venialis deletionem non opus est quòd ita sit perfecta, vt ad deletionem mortalis exigitur. Cum (vt ex fundamento à nobis præmissis constat) per veniale non fiat auersio à Deo simpliciter, vt per mortale fit, sed tantum secundum quid. Non enim infringitur diuina amicitia per peccatum veniale: vt pote non contra, sed præter diuinam existens voluntatem: non contra, sed præter charitatem: non contra, sed præter diuina præcepta.

2. Conclusio.

Tertia conclusio. Quamuis ad consequendam à Deo veniam peccati venialis non sufficiat habitualis, nec requiratur pœnitentia explicita & formalis: necessaria tamen est virtualis & implicita. Hæc conclusio quo ad primam partem constat ex eo quòd si habitualis sufficeret nullus in charitate existens vllum veniale habere posset peccatum, quod falsissimè esse nemini dubium est. Quo ad alias verò duas partes sola explicatio

3. conclusio.

E

ne indiget. ¶ Videlicet quid sit poenitentia formalis, & explicita, & quid implicita, & virtualis, & vt breuiter explicem, dico poenitentiam formalem & explicitam nihil aliud esse, quam actualem dolorem, quem poenitens de peccatis habet. At verò poenitentiam virtualem atque implicitam esse actum qui ita afficit ac disponit hominem, vt quicquid sibi occurreret, quod eum ab isto actu, scilicet diuinae amicitiae, retraheret, aut retardaret, ei displiceret, & doleret se commississe, etiam si tunc de illo non cogitet. Itaque tunc dicitur, hominem hanc poenitentiam virtualem & implicitam habere, quando virtute illius actus quem habet, si offerretur peccatum veniale, explicitate displiceret & poeniteret. Ex quibus iam colligitur, hunc actum vim expellendi, remittendique omnia venialia habere, si ponantur: tum, quia non est maior ratio de vno quam de alio, tum etiam, quia omnibus venialibus contrariè opponi perspicuum est, intelligi tamen debet dummodo ille doloris actus generalis sit efficax ad sensum positum, nempe quòd si ei offerretur, ac eius memoriae occurreret aliquod veniale, illud detestaretur per hunc generalem dolorem. Sicut enim peccata venialia non sunt de necessitate confessionis, ita nec de necessitate formalis contritionis, sed sufficit virtualis, quod tamen non sufficit ad remissionem mortalium, nisi quando adhibita sufficienti diligentia illo tempore quo illam tenetur adhibere, non possunt memoriae occurrere, quae quidem diligentia commemorandi venialia non necessaria est, licet sit vtilis. Hanc conclusionem sic intellectam habet D. The. in quaest. de malo. quaestio. 7. ar. 11. Secus si iste dolor inefficax esset, id est si alicui veniali esset affectus actualiter, vel virtualiter. Nam tunc hoc veniali peccato remanente, caetera venialia ei remitterentur per illum actum quem habet, Volo in omnibus Deo placere. Quòd autem illud veniale, cui est affe-

ctus, non remittatur, patet, quia nullus actus, nec feruor charitatis vllum remittit peccatum veniale, quando eius adest complacètia, aut propositum. Ex hac doctrina euidenter elicitur falsitas illius regulae, quam ponit Scotus in. 4. distin. 21. quaestio. 2. dicens quòd peccata venialia remittuntur per charitatis actum magis Deo acceptum, quam venialia peccata ei displiceant. & si peccator non referat talem actum in remissionem venialium, Deus tamen acceptabit illum pro illorum remissione. At verò secundum hanc Scoti regulam per quemcunque actum charitatis quantumuis minimum quodlibet veniale remitteretur, imò omnia venialia simul, eò quòd quilibet charitatis actus etiam minimus est opus amici, & filij Dei, & magis placet Deo, quam omnia venialia ei displiceant, quoniam venialia non sunt opera inimici, nec tollunt nec minuunt gratiam nec gloriam, cuius contrarium verum esse ex dictis liquet. Deinde probatur, quia nihil expellitur nisi à suo contrario, sed non omnis charitatis actus, omni veniali peccato contrariatur. Igitur nec expellit illud. Minor ostenditur ex eo quòd si quis alicuius venialis complacètia habeat, certum est, quòd actus charitatis, quem habet, non contrariatur illi, imò etiam si huiusmodi complacètia non habeat, sed sit tepidus, non contrariatur omni veniali peccato. Et vt clarius hoc explicetur notare opus est, quòd potest dari charitatis actus adeò feruidus, vt per illum omnia venialia peccata remitti queant. Quòd quidem contingit, quando huiusmodi actus omnibus venialibus taliter contrariatur, quòd si memoriae occurrerent, ex natura sua omnium poenitentiam inducerent. Nonnunquam verò aduersatur aliquibus & non alijs, vt cum quis est affectus ad immodicum somnum, vel cibum, vel vaniloquium, & tunc per illum actum etiam summam dilectionis Dei remittentur quaedam, quaedam verò minimè, quia si venialia memoriae

moriam occurrerent, actus ille charitatis quorundam poenitentiam induceret. Aliorum verò quorum complacètia haberet minimè. Nec me latet Durand. in. 4. distin. 16. quaestio. 2. oppositam huius conclusionis D. Thom. sententiam tenere. Afferit enim ad venialium remissionem formalem, ac actualem displicètia requiri. Nihilominus tamen conclusio D. Thom. tanquam verissima communiter ab omnibus Theologis est recepta. Et fundamentum cui ipse Durandus innitur, videlicet quòd in peccato veniali est inordinata conuersio ad commutabile bonum. Hanc autem inordinatio non nisi per actualem displicètia reparari valet, formalis igitur poenitentia exigitur. Hoc inquam fundamentum facile diluitur. Licet enim ita sit quòd in peccato veniali conuersio inordinata ad creaturam sit: non tamè inducit auersionem à Deo, neque illius inimicitiam, quinimò illo stante hominem multa potest opera Deo grata facere, nullatenus licet dubitare, cuius totum oppositum in mortali delicto contingit. Vnde, quamuis ad mortalis criminis remissionem formalis poenitentia exigatur: ad venialis tamen deletionem virtualis sufficere, nam alias nullum discrimen inter veniale & mortale peccatum quoad eorum remissionem assignari posset. Quòd quidem quam falsum sit, nemo est qui ambigat. Item, quia cum amicum ab amico (praesertim si magna amicitia sint coniuncti) de leuibus offensis adinuicem commissis, formalem displicètia non exigere omnibus perspicuum sit: nec ab homine iam iustificato Deum id efflagitare, fateri oportet. Tandem corroboratur nostra conclusio ex Diuo Augu. in enchirid. c. 71. cuius verba canonizantur de poenitentia. d. 3. c. de quotidianis. De quotidianis (inquit) leuibusque peccatis sine quibus haec vita non traducitur, quotidiana oratio fidelium sufficiat, id est, Pater noster. ¶ Et annotato quòd rarissimè contingit, vt homines ab omni ve-

niali peccato sint mudati. Propter hoc nanque concilium Mileuitanum. cap. 6. ait, quòd omnes homines etiam iusti ex veritate petunt, Dimitte nobis debitam nostram: nam primae Ioan. cap. 1. dicitur, si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et Prouerbiorum cap. 20. Quis potest dicere, Mundum est cor meum. Et. Job. c. 25. Nunquid potest apparere mundus natus de muliere? Ratio etiam ad hoc manifesta sumitur ex omnium Theologorum sententia, afferente hominem existentem in gratia posse, moraliter loquendo vitare omnia & singula mortalia. At verò venialia peccata singula vitare posse, sed non omnia, secus est ex priuilegio peculiari, quo usus est cum beata virgine.

Quarta conclusio. Quotiescunque de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur. Hanc conclusio ad litteram est D. Thom. in. 3. par. quaestio. 87. artic. 2. Intelligenda tamen est, regulariter loquendo, quia si quis haberet solum contritionem de mortalibus nullam nec explicitam nec implicitam de venialibus, daretur ei gratia per contritionem illam mortalium, non tamen consequeretur remissionem venialium. Attamen raro hoc contingit, nam regulariter (vt eleganter declarat Caietanus in commentarijs. 3. part. quaest. 87. artic. 2. homines si veram habent contritionem, non praesertim habent illam de mortalibus peccatis, sed communiter de omnibus, etiam venialibus. Ex hac nostra conclusione manifestè sequitur, quòd in receptione cuiuscunque sacramenti nouae legis remittuntur omnia venialia, nisi actualiter alicui mens sit affecta, siquidem quòd libet sacramentum, (quantum ex parte sui est) habet infundere primam gratiam. Dixi, quantum est ex parte sui seu ex vi sacramenti, quia potest contingere, quòd qui recipit sacramentum, habeat iam illam, vel quòd ponat obicem, & sic non conferat illi gratiam illam. Postremò proba-

probatur hoc corollarium, quia quicquid sufficit ad remissionem mortalium, sufficit etiam ad remissionem venialium: sed sacramenta ratione sui habent remittere mortalia peccata non ponentibus obicem, ergo & venialia.

5. conclus.

Quinta conclusio. Quamquam quotiescunque de nouo gratia infunditur: regulariter peccata venialia remittantur (vt dictum est) non tamen requiritur ad venialium deletionem gratia noua infusio. Hanc conclusionem habet D. Thom. loco citato in superiori conclusionem, quam dupliciter probat. Primum, quia sicut per peccatum veniale gratia nec tolli, nec diminui potest: ita pari ratione nec ad illius remissionem exigitur noua gratia infusio. Deinde probat, quia cum vnumquodque tollatur per suum contrarium (vt summè calidum per summè frigidum) & veniale peccatum non contrarietur gratia habituali, vel charitati: sequitur aperte quod non est necessaria gratia noua infusio ad illius remissionem. Sed solet hic dubium moueri. Vtrum peccatum veniale per charitatis actum remitti possit, absque eo quod charitas augeatur, aut nouum illius augmentum infundatur. Sed hoc disputare non ad hunc locum, sed ad charitatis materiam. 22. q. 24. arti. 6. spectat. Obiter tamen (ne lectoris ingenium diligentiam nostram in hoc requirat) dicimus, habitus siue acquisitos: siue infusos (si operatiui sint) non nisi per intensiores actus ipsis habitibus augeri, vt illic D. Thom. docet. Quo fit, vt possit esse aliquis actus siue elicitus siue imperatus per quem ipse habitus non augeatur, vt cum habitus est intensus, vt decem, actus verò vt quatuor. At verò gratia, quia non est habitus operatiuus, nec in potentia animæ, sed in essentia subiectatur, augeri in esse gratia per quemlibet actum meritorium, etiam remissum dicitur, quoniam quolibet actu meritorio fit homo Deo grator & acceptior ad vitam æternam, & in hoc om-

D. Thom.

nes conueniunt. In esse autem habitus & qualitatis, diuersi diuersa sentiunt. Quidam enim asserunt, quolibet actu etiam remisso augeri, quibus doctissim⁹ Soto videtur subscribere. Quidam vero non nisi actibus intensioribus habitu ipso. Probat, quia in hoc naturam & aliorum habituum rationem communem sequi debet. Tu verò lector quam malueris opinionem amplectere. Quamcūq; tamen amplexus fueris, hoc nihilo minus tibi pro cōperto esse debet, quod quauis ad remissionem peccatorum venialium non requiratur noua infusio gratia, vt dictū est, remitti tamen minimè in hac vita possunt, absq; nouo merito, & augmento gratia, eò quod actus virtutis etiā remissus est meritorius maioris gloriae, & etiam maioris gratia, vel tunc dāda, vel falem post hanc vitam, bene tamē fortasse absque augmento gratia in esse habitus & qualitatis iuxta primam opinionem. Siquidem esse potest actus minus intensus, quam ipse charitatis & gratia habitus. Et secundum hanc distinctionem intelligere debes lector hanc nostram quintam conclusionem, cum in ea dicimus non requiri ad venialium remissionem noua gratia infusio.

Soto.

Sexta conclusio. Quamuis noua gratia infusio non sit necessaria ad venialium peccatorum remissionem: aliquo tamē nouo actu à præexistente gratia & charitate elicitio, opus est, quo homo detestetur veniale peccatum explicite, vel implicite, formaliter, vel falem virtualiter. Ex hac conclusione inferuntur duo corollaria. Primum est, quod ad remissionem peccatorum venialium exigitur vt homo sit in gratia, quia sola gratia Dei est peccati remissiuā, vt D. Thom. inquit. quæstio. 87. arti. 4. Ex hoc rursus sequitur, veniale peccatum remitti non posse sine mortalis peccati remissione. Et ratio huius corollarij est, quia in mortali existens, debitam displicentiam peccati venialis minimè potest habere, requiritur namque vt illa displicentia, seu dolor

6. Concl.

D. Thom.

dolor sit propter Deum, & quod illi sit accepta, vt sit sufficiens ad venialium remissionem. At verò sine gratia hoc habere non potest. Item, quia peccatum veniale contrariatur feruori charitatis, sine feruore ergo charitatis remitti non potest. Sed hunc feruorem habere non potest existens in peccato mortali, igitur nec remitti poterit sine remissione mortalis. Nec obstat quod obijcitur, quod tunc aliquis puniretur æternaliter in inferno pro veniali peccato. Nam tunc peccans puniretur, id est ratione status, quia esset in statu, in quo semper maneret culpa, manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna esse æterna. Nec me latet Durandum in quarto, distinctione. 16. quæstione. 1. articulo. 2. & Scotum distinctione decima quarta. quæstione vigesima prima. & Gabrielem distinctio. 16. q. 1. articulo. 3. tenere contrariam sententiam huic nostro corollario, nempe, quod posset veniale in inferno remitti. Rationes tamē quas adducunt, iam ex prædictis manent solutæ. Fatemur tamen libenter posse venialia in purgatorio remitti. Christus namque hoc expresse insinuat Matthæi 12. cum ait, Peccatum in spiritum sanctum non remitti in hoc seculo nec in futuro, vbi datur intelligi à contrario sensu, aliqua remitti in futuro, & 2. Machabæorum. capit. 12. Sancta ergo & salubris est, &c. Vnde D. Augustin. 21. libro, de ciuitate. capit. 24. & Gregorius quarto libro dialogorum ait, aliqua leuia peccata in alio seculo dimitti: neque hoc potest intelligi solum quantum ad pœnas: nam illo modo etiam grauius mortalia illic expurgantur: intelligi ergo debet, quod venialia illic dimittuntur quoad culpam per actum charitatis & patientia continuatum, illo tempore quo veniale punitur: nam est actus Deo placens, & ad remissionem accommodatissimus. Credi-derim autem ego culpam & pœnam

Duram.

Scot.

Gabriel.

Matth. 12.

2. Mach. 12.

August.

Grego.

¶

venialium breuissimè, vt pote vna die, vel hora remitti. Quod si postea multo tempore illic torqueantur animæ pro pœna debita pro mortalibus dimissis iam non torquebuntur pro venialibus per illum actum dimissis. Quamuis namque actus ille non sit meritorius augmenti gratia aut gloria, quia hoc est proprium viatoribus, non autem existentibus in purgatorio, siquidem non sunt capaces merendi: nihil tamen obstat quominus sit remissorius venialis culpa, cum sit charitatis. Sufficit enim eos esse in gratia patienterque ferre pœnas, non quidem secundum, quod gratia est in habitu, quia sic veniale peccatum compatitur, sed prout exit in actum charitatis detestantis peccatum veniale, & ita tenet expresse D. Thomas in Quarto, distinctione. 21. quæstione. 1. articulo. 3. quæstione. 1. & in solutione ad. 4. & in quæstione. 7. de malo & citat pro se Aug. in libro de vera & falsa pœnitentiā dicentem, quod in illo transitorio igne non capitalia, sed minutata peccata purgantur. Ambrosiū etiam adducit de bono mortis asserentem, quod sicut oculi carnales non possunt solem corporalem videre, si aliqua læsio in eis fuerit: ita neque spirituales possunt videre solem spirituales cum læsione: peccatum autem veniale est quædam læsio animæ, non ergo anima potest peruenire ad videndum Deum quandiu habet maculam venialis peccati etiam leuissimi. Oportet ergo talem maculam purgari in purgatorio. Contingit namque quandoque quod aliqui in ipsis actibus venialium peccatorum, vel in proposito venialiter peccandi occupantur fomno vel aliqua passione auferente vsum rationis, & præueniuntur morte, antequam possint habere vsum rationis. Ex quibus clare & manifestè sequitur, quod in hac vita venialia peccata non dimittuntur: & tamen non pro-

¶

¶

D. Thom.

T pteca

pterea impediuntur à vita aeterna, ad quam nullo modo peruenire possunt nisi omnino immunes effecti ab omni culpa. Et ob id dicere oportet, quod peccata venialia remittuntur eis post hanc vitam, etiam quantum ad culpam, cum nihil inquinatum intrabit in regnum caelorum. Quando recedunt cum usu rationis in gratia semper dimittantur venialia in hac vita quantum ad culpam. Non enim est vero simile, quod aliquis in charitate existens, & mortem sibi immunere cognoscens non moueatur motu charitatis & in Deum & contra omnia peccata, quae commisit etiam venialia, quod quidem sufficit ad remissionem venialium quantum ad culpam, & fortassis etiam quantum ad poenam si sit intentia dilectio. ¶

7. conclus. Septima conclusio. Licet Ecclesia auctoritatem remittendi omnia peccata tam mortalia, quam venialia acceperit à Christo Domino ex illis verbis, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt: differenter tamen, quia auctoritatem remittendi mortalia accepit per signa solum à Christo instituta, videlicet sacramenta, nam mortalium remissio non fit sine gratiae collatione. At verò ad remissionem venialium, accepit Ecclesia auctoritatem condendi media seu signa, quibus remitterentur, quandoquidem ad eorum deletionem collatio gratiae non requiritur: de quibus signis seu medijs tractant sequentes conclusiones.

8. conclus. Octava conclusio. Per tunctionem pectoris, & per confessionem generalem, & per orationem dominicam remittuntur peccata venialia. Probat, quia in his omnibus est poenitentia formalis, & explicita. Et quod tunctio pectoris includat displicentiam explicitam, nemini dubium

A est, nisi quis iocose id faciat: & habetur de hac tunctione de poenitentia distinctione. 1. capitulo. Tres sunt autem. Quantum autem ad confessionem generalem, probatur. Nam explicitè dicimus, peccavi comestione, potatione, risu, verbo, opere, & omissione. Et licet non sit aliquod sufficiens testimonium ad hoc probandum, satis tamen est communis omnium catholicorum sententia, ecclesiasticaque consuetudo, & ita dicunt praedicatores, peccata mortalia vestris confitebimini confessoribus: nunc autem pro venialibus dicite confessionem generalem: nec est credendum, quod praedicatores populum decipiant. Praeterea, non leue argumentum est Ecclesiae consuetudo generalis, quae equidem communiter vtitur in prima & completorio hac generali confessione. Sacerdos quoque quando sacramentum facturus est, & ad altare accedit, confiteatur generaliter ante gradum altaris. Propter aliquem enim effectum fit haec confessio. Et hunc effectum credimus esse remissionem venialium. De oratione quoque Dominica patet etiam: dicimus namque, Dimitte nobis debita nostra, &c. Habetur etiam explicitè de poenitentia distinctio. 3. capitulo. De quotidianis, leuibufque peccatis quotidiana oratio fidelium satisfaciatur, scilicet Pater noster.

D Nona conclusio. Asperio aquae benedictae, benedictio Episcopalis, quaelibet sacramentalis unctio, oratio in ecclesia dedicata, operantur ad venialium peccatorum remissionem. Et in primis probatur haec conclusio quadam communi ratione, quia in omnibus his est displicentia implicita & virtualis, cum in his omnibus sit motus reuerentiae in Deum: hac enim ratione ait D. Thom. in. 3. part. quaestio. 87. artic. 3. ad primum, Omnia ista praedicta remissionem venialium peccatorum

rum causare: & eandem sententiam tenet Siluester in verbo, Peccatum. §. vltimo. Deinde probatur haec nostra conclusio quantum ad singula membra in particulari, & primum de aqua benedicta, habetur explicitè de consecratione distinctio. 3. capitulo. Aquam. vbi Alexander. 9. inquit, Aquam sale conspersam benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, & infra, conquinatos sanctificat, & purgat. Intelligenda tamen est tex. quod sanctificat non immundos simpliciter, quales sunt qui mortalis peccati habent maculam, sed immundos secundum quid, nempe quo ad maculam venialis peccati, & hanc mundiciem dominus ostendit, cum dixit, Qui totus est mundus, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. De benedictione episcopali ego non reperio in iure testimonium conuincens, tantum enim habetur. 1. quaestio. 1. capitulo. Dicitur est, quod quanuis aliquis boni meriti sit, non tamen potest benedicere, nisi fuerit ordinatus, ex quo loco non habetur benedictionem Episcopi remittere venialia, factam tamen est communis omnium tam canonistarum quam theologorum sententia, quae quidem habet per hanc benedictionem remitti venialia. D Et adhuc probatur ex communi ecclesiae usu, tenentis hanc sententiam: ad hoc namque Episcopi suam ordinant benedictionem, ut scilicet venialia peccata remittat.

De unctioe sacramentali, & de oratione in ecclesia dedicata similiter non inuenio aliquod testimonium firmum in iure, quod remittant venialia peccata, sed solum reperitur communis loquendi modus doctorum hoc asserentium: sufficit enim nobis ita à patribus nostris accepisse, licet non sint scripta in iure. Multa namque de aure in aurem vsque ad nos deueniunt, & non per scriptum. Omnes praedicti modi intelligi debent iuxta

A superius dicta, scilicet cum homo non habet actualem affectum ad aliquod veniale, nam illo stante, nec per sacramenta remittitur. Et annotato cum doctissimo Soto propter id solum quod quis dignè vult sacramentum suscipere consequitur omnium venialium remissionem, quorum actualem complacentiam non habet, etiam si contritionem illorum non habeat, sed solam attritionem, quae cum sacramento suscipientem contritum reddit. Probat quia sic sacramentum suscipere velle est virtualis displicentia omnium venialium quibus non actualiter inhæret.

Sed dubium est, an ista ex opere operato remittant venialia? Pro hoc sit conclusio. Omnia ista, nempe tunctio pectoris, asperio aquae benedictae, &c. non habent remittere peccata venialia ex opere operato, sed ex sola deuotione secundum communem sententiam theologorum, quam tenet D. Thom. in. 3. part. quaestio. 87. & in. 4. sententia distinctio. 16. quaestio. 2. artic. 2. Dicit enim in corpore & in solutionibus argumentorum maxime ad primum, quod omnia ista efficiunt remissionem peccatorum venialium in quantum excitant, mouent, & inclinant animam ad motum poenitentiae, qui est detestatio peccatorum vel implicitè, vel explicitè. Non autem per quodlibet praedictorum semper totus poenae reatus tollitur: quia sic qui omnino esset immunis à peccato mortali aspersus aqua benedicta statim euolaret ad caelum, sed reatus poenae remittitur per praedicta, secundum modum feruoris in Deum, qui per praedicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus, ut ibidem dicit ad tertium. Et eandem sententiam, nempe quod ex deuotione, &c. tenet in eadem. 3. parte quaestio. 83. articulo. 3. ad tertium. & Caietanus

Scotus.
Palud.
Gabri.

habet eandem, Scotus quoq; in. 4. dist. 16. & Palud. eadem dist. quaest. 1. ar. 1. & Gabriel. q. 3. Et ratio huius conclusio nis est, quia cum Ecclesia non habeat po testatem ex opere operato remittendi peccata nisi per sacramenta : & culpa veniales sint verè peccata, non possunt ex opere operato remitti nisi per sacramen ta. Nec ex hac nostra sententia infertur, quod frustra aqua benedicitur, & Episcopalis benedictio datur, si ex deuotione tantum illam recipientium remittitur eis venia le. Non frustra fiunt, inquam, tum, quia ista consecrationes profunt ad plures alios effectus, scilicet ad expellendos de mones, & ad salutem corporalem: tum etiam, quia Deus peculiariter assistit il lis rebus sensibilibus. Vnde, magis nos mouet ad deuotionem per ista, quam per alia sensibilia, scilicet per aquam be nedictam quam per non benedictam, per orationem factam in Ecclesia conse crata, quam in non consecrata, &c. Per ista enim remedia ab Ecclesia instituta regularius frequentiusque ex diuina qua dam & peculiari assistentia insurgit ma ior deuotio, quam sine illis, ac proinde regularius frequentiusque remittuntur venialia, iuxta intentionem tamen & qua titatem deuotionis maiorem, vel mino rem.

XVIII. D I F F I C V L T A S.

Vtrum peccata per poenitentiam re missa, redeant per sequens pecca tum.

1. Conclus

Hic difficultati aliquibus con clusionibus me sufficienter satis facturum existimo, si tamen praemi serim vnicam distinctionem, nempe duo esse in mortali peccato. Primum culpam ipsam. Alterum poenae aeter nae reatum. Tunc est prima conclu sio. Peccata semel remissa, redire non possunt per sequens peccatum quan

tum ad culpam. Hanc conclusionem te net D. Tho. in. 3. p. q. 88. arti. 1. Et proba tur manifesta ratione, quia opus Dei per opus hominis amoueri, & irritari ne quit, remissio autem priorum peccato rum fuit opus diuinae misericordiae, per sequens igitur peccatum hominis irri tati non poterit. Item, quia Petrus qui oc cidit hominem, Poenitentiamque de illo homicidio egit, & iterum post poeniten tiam furatus est: certum est, quod hoc vltimum peccatum furti non habet ho micidij maculam, non ergo redit per se quens peccatum iam semel remissum. Nam si causa non redit, non est cur effectus redeat.

Secunda conclusio. Peccata dimissa non possunt etiam redire quantum ad poenam. Quantum ad poenam, inquam, non solum sensus, quia noua poena sen sus debetur peccato nunc de nouo com misso, & non illa prior quae peccatis iam dimissis debebatur: sed nec quan tum ad poenam damni. Probatur ista conclusio, quo ad poenam sensus ex illo

Naum. 1. Non surget bis tribulatio, vel secundum Septuaginta, Non puniet Deus bis in idiplum. Et Et Roma. 12. Si ne poenitentia sunt dona & vocatio Dei, remissionem autem peccati domum Dei esse, nemini negare licet. Non ergo Deus postquam huiusmodi donum coecef sit poenitet, aut illud reuocat. Et Et Ezechiel. 18. In quacunque hora ingemue rit peccator, iniquitatum eius am plius non recordabor. Quae quidem testimonia ratione confirmantur, quia Deus non remittit peccata sub hac conditione, in futurum si lapsus non accidat. Quo ad poenam verò damni, probatur, nam poena damni sequitur auersionem & maculam: & in hoc pec cato de nouo commisso, & est noua auersio à Deo, & noua macula, pro ut consurgit ex alio & alio actu peccati mortalis, scilicet ex alia conuersione ad bonum creatum ac, ex consequenti de bet esse alius distinctus reatus poenae

eternae

eternae

D. Thom.

2. conclus.

Naum. 1.

Et ad Ro. 12.

Et Ezech. 18.

Duran.
Palud.
Capreo.

D. Tho.
M. Soto.

aeterne à reatu poenae debite priori pec cato iam dimisso. Sed vtrum ista poena damni sit eadem in omnibus damnatis, & non maior poena in vno quam in alio? Ad hoc Duran. in. 4. dist. 22. quaest. 1. & Paludanus. quaest. 2. & Capreo. dicunt, eandem prorsus esse. Ratio illorum est, quia illa poena non est nisi priuatio & carentia diuinae visionis: quae non recipit magis & minus, vt ait D. Tho. in 3. p. q. 71. ar. 3. ad. 1. doctissimus tamen So to in. 4. dist. 16. q. 1. art. 1. tenet quod non est eadem in omnibus, sed maior in vno quam in alijs, quia poena illa damni cor respondet maculae peccatorum, ergo vbi maior est macula, maior est poena. Itè, quia cum tristitia & afflictio, quae est poe na sensus oriatur ex poena damni, & non solù ex igne & alijs crutiatijs, quae non est aequalis in omnibus sit, vt etiam poe na damni non sit aequalis. Et confirmatur, nam aliàs non maiore poenam damni pateretur Iudas & Lutherus quam pue ri in limbo existentes, quod quidem quae falsum sit, omnibus perspicuum est, quã do quidem illa diuinae visionis carètia pue ros illos non torquet: Iudam verò & Lu therum torquet, quod vel ex eo liquet: quia certum est, eum qui ab homine sibi inimi co in exiliu mittetur acerbius ferre patrie suae priuationem quam si ab alio non ita inimico mitteretur. Vnde dicit, quod licet non sit maior priuatio, quia priuatio vt dictum est, non recipit magis aut minus est tamen maior poena. Possimus etiã dicere, quod licet priuatio gratiae, vt pri uatio est & macula non recipiat magis & minus, si tamen consideretur in ordine ad causas quibus fit, nihil vetat, quin ma ior & minor sit. Ita sentit D. Tho. 1. 2. q. 73. ar. 1. Quo enim, quis plura & grauiora peccata committit, eò magis elongatur at que auertitur à Deo, ac maiore macula habet. Sicut qui maiori tenetur feбри magis à sanitate distat, vnde dicitur, quod per comparationem ad diuersas causas seu conuersiones, est alia atque alia auersio & macula, prout consurgit ex alio atque

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

alio actu peccati mortalis. & licet vtraque sententia sit probabilis, proba bilio rem tamen reputo secundam.

Tertia conclusio. Et si praeterita pec cata iam dimissa, quantum ad eandem priua tionem diuinae visionis numero per pecca tum subsequens redire non possint (vt dictum est) redeunt tamen quantum ad eã dem priuationem specificam. Probatur, nam per subsequens peccatum mortale homo priuatur gratia, & fit reus poenae aeterne, sicut etiam prius erat in priori bus peccatis ante dimissionem eorum, cum hoc commune sit omnibus peccatis mortalibus. Igitur quantum ad eandem spe cificam priuationem diuinae visionis pec catum iam dimissum redire posse faten dum est. Et hoc modo intelligere oportet D. Iacobum apostolum in sua cano nica cap. 2. Cum dicit, Qui in vno offen dit, factus est omnium reus. Incurrit nam que eandem mortem aeterne specificè, quam meruerat per peccata praeterita iam dimissa. Hanc conclusionem sic ex plicatam habet D. Tho. in. 3. p. quaest. 83. artic. 1.

Quarta conclusio. Peccata illa prius dimissa, dicuntur quodammodo redire per subsequens peccatum, scilicet in quan tum reatus eorum ratione ingratitudi nis virtualiter continetur in peccato illo subsequenti: ad istum tamen sensum, quod grauius peccatum est quod nunc post di missa peccata de nouo committitur. Nam ex eo quod redditur ingratus per itera tionem peccati, diuino beneficio iam recep to in remissione priorum delictorum, vide tur grauius peccare, quam prius pecca uerat. Hanc conclusionem habet D. Tho. in. q. citata per totam. Intelligit tamen hæc conclusio, quod si est grauius peccatum quod de nouo committit, non faciendò comparatio ne simpliciter secundum oia quae in vno & in altero peccato considerari possunt, sed secundum quod, puta quod aliqua est noua ingratitudo in posteriori (vt dictum est) exempli gratia, si quis fecit furtum: & postea æquale, ex obiecto & circumstantijs propter

¶

3. Conclus.

Iacobi. 2.

D. Tho.

4. Concl.

D. Thom.

ingratitude prioris remissi, secundum est grauius. Sed tamen si prius fecit homicidium, & postea furtum, non opus est ut furtum cum sua ingratitude aequet grauitatem homicidij prioris, quia caetera ex obiecto non sunt paria.

5. conclus. Quinta conclusio. Et si non poterat quantitate Ingratitudinis aequalem esse absolutam quantitati beneficii suscepti, quia contra aequale beneficium susceptum potest vnus homo esse magis ingratus, quam alius, vel secundum intentionem contemptus beneficii, vel secundum grauitatem culpae contra benefactorum de nouo commissae, ex quibus quantitas ingratitude mensuratur: nihilominus tamen caeteris paribus, quanto beneficium maius est beneficio, tanto ingratitude maiore est ingratitude, quia supposita aequalitate contemptus beneficii, vel offensae contra benefactorum de nouo commissae, quantificatur ingratitude ex suscepto beneficio. Ex quo iam colligitur, quod tanto quis post poenitentiam grauius peccat, quanto maiora fuerunt peccata sibi prius dimissa & pluries. Si quidem beneficium quantificatur ex peccatis illis dimissis, ut dicit expresse D. Tho. & Caic. in. 3. p. q. 88.

D. Thom. Caic. 6. Conclu.

Sexta conclusio. Haec grauitas, quae quidem ratione ingratitude confurgit, non mutat speciem peccati commissi post poenitentiam, quia non apponit deformitatem alterius speciei ab ipso peccato, imo ingratitude trahitur ad speciem peccati, quod circumstat puta fornicationis, si peccatum commissum post poenitentiam, est fornicatio, & sic de alijs. Et haec ingratitude commodum est confiteri. Non tamen necessarium secundum omnes doctores. Non enim opus est dicere, Postquam iam Deus mihi remisit multa peccata fornicauit, & ratio est quia non habet aliam deformitatem, seu malitiam distinctam a peccato quod commisit post poenitentiam. Consequitur namque haec ingratitude ad omnia peccata mortalia, sicut quilibet peccans mortaliter interpretatiue contemnit diuinum praecipitum, quod transgre-

A ditur. Et ite, quia eadem ratione, cum se accusaret de quocunque mortali, teneretur explicare quod peccauit contra obedientiam & charitatem Dei, quod habetens nullus dixit. Sed secus tamen erit quando aliquis offendit, scilicet fornicat cum hac intentione, Quia Deus remisit mihi peccata mea, volo illum offendere, itaque in illo peccato de nouo commissio, ad sit contemptus formalis Dei & beneficii ab eo recepti. Tunc namque ingratitude ista mutat speciem, & est speciale peccatum, & ideo est necessario confitenda. Sunt enim illic duae peccatorum rationes formales, licet materialiter sit vnica actio, nempe fornicationis & ingratitude, licet ille magis nominetur contemptor & ingratus, quam fornicarius. Similiter tanta potest esse ingratitude, ut si quis saepe & saepissime remissionem obtinuit peccatorum, liberatusque fuit a multis periculis, in quae eorum causa fuerat coiectus, tunc profecto licet ingratitude non sit speciale peccatum: est tamen circumstantia necessario confitenda. ita tenet Soto in 4. dist. 16. q. 1. art. 4. Et Quauis enim ingratitude haec non sit formalis, tamen est tanta, ut sit veluti formalis, & actus redeat in naturam suae formae.

XIX. DIFFICULTAS.

Q. Vtrum per poenitentiam restituantur homini gratia & virtutes?

Hi difficultati vnica conclusione affirmatiua respondetur, nempe quod per poenitentiam restituantur gratia & virtutes. Hanc conclusionem in primis citra controuersiam tenent omnes doctores. D. Tho. in. 3. p. q. 89. ar. 1. Deinde probatur quadam vrgenti ratione, Cum enim per poenitentiam detur homini ipsam agendi gratia secundum omnes: necessum est ut etiam illi detur virtutes, quia sicut ex animae essentia fluunt omnes potentiae eius: ita ex gratia consequuntur omnes virtutes, quae sunt restitutu possibiles. Quia per poenitentiam non restituantur nisi virtutes illae, quarum subie-

Soto.

Conc. vni.

D. Thom.

E

subiectum est capax. Sic enim si fidelis in mortali peccato existens, & poeniteat, certum est, quod non restituantur illi fides & spes, eo quod iam has virtutes habebat. Eas enim informes manere posse haud ambigere alicui licet. Si vero haereticus esset, aut desperasset, ac poeniteret, fides & spes, quas amiserat, & quarum est capax, ei restituerentur. Et pari ratione, postquam mulier amisit virginitatem quantumuis poeniteat illam recuperare posse, impossibile est, cum capax illius non sit. Et nota quod non est hic sermo de virtutibus acquisitis. Ille enim non generantur nisi ex similibus actibus. Similiter non est sermo de poenitentia ut est virtus, cum dicitur per poenitentiam restitui virtutes, quia sic ipsa potius simul cum caeteris per sacramentum poenitentiae infunditur, & est effectus gratiae: sed sermo est de poenitentia in quantum est sacramentum, secundum quod est causa instrumentalis gratiae, ut supra dictum est.

Phi

Pri. conclus.

Alex. alen. D. Bonau. Albertus Magn. Durand.

Sed maius dubium est in hac materia. Vtrum poenitens ad aequalem gratiam illi quam ante peccatum habebat, an ad maiorem, vel ad minorem resurgat? Cui dubio per sequentes conclusiones respondetur. Sit igitur prima conclusio in ordine. Poenitens non semper resurgit ad aequalem gratiam, nec ad minorem. Hanc conclusionem tenent omnes antiqui doctores. Alex. Alen. in. 4. p. q. 57. & Bonauen. in. 4. d. 14. q. antepenult. & vltima, & Albertus Magnus. dist. 14. ar. 21. & 22. & Durand. in. 3. d. 31. q. 2. & eam manifesta ratione probare possumus. Videmus namque feruentissimos viros tepide, & non ita feruide post perpetratum peccatum, & poenitentiam operari sicut antea, & eduerso eos, qui antequam peccatum commisissent tepide operabantur, post poenitentiam feruentissimè operari, imo etiam eundem poenitentem quandoque videmus resurgere cum maiori quandoque cum minori feruore. Quare euidenter conuincitur non semper in aequali gratia omnes re-

urgere, contra Henricum de Gandavo quodlib. 5. quaest. 23. afferentem, quod sicut omnes paruuli in baptismo aequale gratiam accipiunt, ita omnes poenitentes in prima iustificatione ad aequale gratiam resurgunt. Et pro probatione supponit ipse duplicem esse gratiam, alteram praueientem, qua homo mouetur ante iustificationem in Dei dilectionem, & odium peccatorum, quae quidem non est gratia habitualis, sed quaedam motio actualis, & auxilium quoddam actuale Dei, quod Hiero. Threnor. c. 5. postulabat dicens, Conuerte nos domine ad te & conuertemur. Alteram vero subsequenter, & est illa quae datur in ipso iustificationis actu, vocaturque a nobis prima gratia. Tunc probat Henricus suam sententiam, quia si homines non resistent gratiae illi praueienti, sed potius obediant ei, dabitur gratia subsequens aequalis omnibus, siue cum aequali dolore omnes poeniteant, siue vnus cum maximo, alius cum minimo, quoniam haec non resistentia aequalis est in omnibus: cum sit negatio in omnibus durans vsque ad instans iustificationis. Omnes enim vsque ad instans illud peccatores sunt, & a Deo auersi, cum autem iustificantur iam non resistent. Quod si non omnes (inquit) in aequali gratia resurgerent, iam gratia daretur ex operibus contra Paulum ad Rom. c. 11. Si autem ex operibus iam non est gratia. Sed priusquam ad hoc argumentum Henrici respondeamus operis pretium est, ut istam eius sententiam refutemus. Cum enim afferit, solam non resistentiam dispositionem esse ad gratiam recipendam in poenitentiae sacramento, hominemque non disponi per liberum arbitrium actuè ad suam iustificationem concurrendo, & illa acceptado, & formaliter detestado peccata, atque proponendo in futurum emendanda, non tantum falsa & erronea, verum etiam haeretica censenda est. Probatur ex illo communi August. dicto. Qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. Nec valet

Heri. Gan.

Thre. 5.

Rom. 11.

August.

huius dicti explicatio, quam Henricus assignat. Exponit enim, Nō iustificabit te sine te non resistente, bene tamē sine te nō cooperāte. Est enim expositio ista & friuola & nullius valoris: Loquitur enim Augustinus de homine secundum eius naturā, eā autē huiusmodi est, vt libere operetur. Cū autē Deus omnia sua uiter disponat, fit, vt hominem non iustificet nisi more humano & libere. Præterea Hier. 31. ait propheta. Postquam conuertistime egi poenitentiam. Non dixit, non restiti, sed egi. Ad hoc etiam facit illud Lucæ. 13. Nisi poenitentia egeritis, &c. & alia huiusmodi. Præterea, quia ex ista Henrici sententia apertè eliceretur poenitentiam ad iustificationē minimè necessariam esse. Est enim poenitentia dolor & contritio, ac peccatorum odium: & tamen secundum Henrici sententiam, ista necessaria non sunt, sed solum non resistere. Præterea quia secundum illam nihil referret poenitentem feruentissimo contritionis motu resurgere, vel tepidissimo: quod concedere absurdum est, alioquin nihil Magdalena profuisset, feruentissimo amore à peccatis surrexisse, quod expresse aduersari euangelio videtur: propter hoc nanque dixit Christus redemptor noster, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, quasi diceret quoniam ista perfectissimum liberi arbitrii motum in Deum illum amando & odio habendo peccatum, habuit, maxima illi gratia est collata, vt maxima ei peccata dimitterentur. Et tandem, amplius hæc Henrici sententia defensari nequit, nā decretum Triden. Synodi, sess. 6. c. 5. 6. & 7. & præcipue cano. 4. condemnatur. Si quis dixerit (inquit) liberū hominis arbitriū à Deo motū & excitatū nihil cooperari assentiendo Deo excitatū atq; vocanti, quo ad obtinendā iustificationis gratiā se disponat ac præparet neq; posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddā nihil omnino agere, mereq; passuè se habere: anathema sit. Explora igitur

tur iā ac reprobata sententia ista facile rationi Henrici satisfacit distinguendo de gratia, quæ quidē quādoq; pro auxilio gratuito, quādoq; verò pro gratia habituali, qua sumus Deo grati, accipi solet. Et si quidē pro auxilio gratuito accipitur, nō præcedit aliqua dispositio ex parte nostra, præcedit nanq; omnē nostrā operationē hoc auxiliū: illud enim est tractio Dei, qua Deus nos præuenit mouēdo liberū arbitriū nostrū. Si autē pro gratia habituali accipitur, præcedere oportet dispositionem ex parte nostra. De hac enim gratia ait D. Th. in. 3. p. q. 89. ar. 1. contritio nē esse vltimā dispositionē ad gratiā consequendā, & in. 2. ar. inquit in iustificatione impij motus liberi arbitrii est vltima dispositio ad gratiā. Ille nanq; motus, per quē Deo consentimus est illa vltima dispositio: itaq; quia per ipsum liberū arbitriū à Deo motū homo cōcurrit & cooperatur, ad suā iustificationē (vt dictū est) secundum qd magis aut minus conatur ad cooperandū Deo, magis vel minus disponitur, ac per cōsequēs maiore aut minore recipit gratiā, etiā si illa dispositio procedat ab ipsa gratia iustificante in genere causæ efficiētis & formalis. Quod quidē aded est fidei cōsentaneū, sanctorūq; dictis, ac conciliorū vt opposita sententia, vt minimū sit temeraria, & periculosa, nō tamē hæretica, modo cōcedat quod de fide esse diximus, nempe liberum arbitrium actiuè concurrere ad iustificationem: quamuis ipsa iustificatio non homini, sed Deo tribuenda sit, eò quod liberum arbitrium ab ipso Deo motum ipsimet Deo cooperatur. Ex quibus iam ad rationem ex Apostolo desumptam facile satisfacit. Nec propter hoc concedere licet, gratiam dari ex nostris operibus, quia opus in sacris literis non quæcūq; operatio nostra appellatur, sed illa tantū cui ex merito merces debetur. Hoc autē non habet illa operatio nostra, cū solū se habet dispositiue, & materialiter, & nō meritoriè, quia vt est à libero arbitrio,

trio, illa dispositio non est meritoria. Quādiu nanque homo disponit se, semper manet inimicus, & sic opus eius tunc non est meritorium.

2. conclusio. Secunda conclusio. Poenitens non semper resurgit ad maiorem gratiam illa, à qua ceciderat. Hanc conclusionē tenent omnes doctores pro præcedenti conclusione citati, contra Ocham in 4. quæst. 8. & 9. & contra Gabrielem in dist. 14. quæst. 3. artic. 3. qui habent semper poenitentem resurgere in maiori gratia & gloria, quam prius habuerat, quia tota omnia restituitur ei, & pro cōtritione præcedenti datur nouus gradus. Et ratio etiam in præcedenti conclusione ex experientia sumpta, vrget pro hac nostra conclusione, nēpe quia videmus quotidie quosdam postquam resurgunt, tepidius operari: non igitur concedendum est, hos resurgere cum maiori amore, & ad maiorem gratiam & gloriam, quia maior amicus Dei diligentius seruit Deo, quando quidē amor Dei, teste Gregorio homilia. 30. non est ociosus, operatur enim magna si est. Præterea ad gratiam dispositio prærequiritur, itaque quāto maior est gratia introducenda, tantò maior dispositio est necessaria, sed contritio est dispositio non solum ad gratiam nouam suscipiendam, verum etiam ad gratiam præteritam, scilicet ad nouum gradum ratione meritorum mortificatorum, quæ tunc viuificantur, vt statim diffusius ostendam. Tantò igitur maior erit gratia etiam præterita, quāto maior fuerit contritio cum qua resurgit. Nec sententiæ huic aduersatur illud Ezechielis. 18. dicentis, Si impius egerit poenitentiam omnium iniquitatum quās operatus est, amplius non recordabor, & in iustitia quam operatus est, viuet. Recordaretur autem illius iniquitatum, si non restitueret poenitenti totam gratiam quam prius habuerat, & totam gloriam meritis mortificatis debitam. Non inquam, aduersatur huic sententiæ, nam

iste locus, scilicet quod non recordabitur illarum iniquitatum post conuersionem peccatoris, intelligendus est quantum ad culpam & poenam æternam, quia quantum ad poenam temporalem, quæ relinquitur soluenda in hac vita, vel in purgatorio, bene recordabitur Dominus: & ita intelligenda sunt omnia alia loca, si quæ sunt in sacris literis de hac materia. Non enim negandum est, nostrarum iniquitatum Deum memoriam habere ad puniendum, etiam post poenitentiam: quemadmodum nō est negandum habere memoriam operum quæ homo ante peccatum operatus est. Iuuant nanque opera prius à viro iusto facta. Iuuant, inquam, illum postea in peccato existentem, vt citius illum Dominus à peccato eripiat: non tamen Deus tenetur illum à peccato eripere, cum illud non sit meritum de condigno, sed tantum de congruo.

Non obstat etiam illud Pauli ad Rom. 5. Vbi abundauit delictū, superabundauit & gratia, nam illud de gratia Christi duntaxat intelligendum est, quæ superat vniuersi mundi delicta, verum est tamen, quod quandoque grauiter peccantes, feruentius dolent, & sic vberior gratia habitum consequuntur, veluti Magdalena. Dicitur etiam semper gratia resurgentis abundans, quantum ad rationem gratiæ, quia ei qui plus peccat, magis gratis beneficium remissionis confertur.

Tertia conclusio. Poenitens quandoque resurgit cum maiori gratia quam prius habuerat: quandoque autem cum æquali: quandoque etiam cum minori secundum proportionem dispositionis maioris vel minoris, cum qua resurgit à peccato. Hanc conclusionem præter auctoritatem omnium doctorū, quos adduximus pro secunda conclusione, qui illam tenent expressè, habetur in dist. 50. cap. Quæcunque. & colligitur manifestè ex. 2. & 3. conclusionibus, nā si non semper resurgit ad æqualem gratiam,

tiam, neque ad minorem, nec ad maiorem restat ergo ut quandoque in maiori, quandoque in minori, quandoque in aequali resurgat.

4. Conclu. Quarta conclusio. Cuiusque resurgenti, praeter gratiam & gloriam quae correspondent contritioni, & dispositioni praesenti, dabitur aliqua gratia, & gloria, hoc est premium essentiale ratione meritorum praecedentium, quae quidem merita debebantur operibus bonis factis in gratia antequam per peccatum mortificarentur. Haec conclusio probatur, nam dato opposito, sequeretur quod si essent Petrus & Paulus, Petrus homo pessimus, qui per triginta annos perseveravit in gravissimis peccatis, & Paulus homo iustus, qui per 30. annos perseveravit in gratia, & cecidit per unum mortale, Sequeretur, inquam quod si ambo resurgerent cum aequali conatu, quod aequale premium haberent, quod minime concedere licet. Deinde ostenditur, na alia opera mortificata, vel non reuiuiscerent, vel saltem nihil, aut parum prodesent. Si homo non resurgit nisi ad gratiam & gloriam essentialem correspondentem contritioni & dispositioni praesenti, asserendum igitur est, aliquam gratiam & gloriam dari ratione operum praecedentium. Ex hac conclusione & eius probationibus aperte elicitur improbabilem esse Caic. sententiam in commen. 3. p. q. 89. arti. 5. & Capreo. in. 4. dist. 14. quaest. 2. asserentium, merita operum praecedentium mortificatorum reuiuiscere per poenitentiam, quantum ad premium essentiale secundum quantitatem contritionis, & gratiam in qua modo resurgit: sed quantum ad premium accidentale, dicuntur omnia resurgere, ut si cecidit quis a gratia ut .20. & statim moritur, dicunt quod propter gratiam praesentem & propter praeteritam, qua habuit, duntaxat dabitur illi gratia, essentialis, ut .20. sed habebit gaudium accidentale, ut centum. Sed profecto sententia istius (ut diximus) improbabilis est manifesta. Non enim saluari secundum illam poterit, quod opera mortificata reuiuiscant, cum concedat resurgenti non dari nisi nouam gratiam quae illi correspondet contritioni, quae quidem etiam si nulla bona opera resurrectione praecessissent daretur profecto. Et ad D. Thom. qui quaest. 89. ar. 5. dist. 3. eandem videtur tenere sententiam, respondetur quod ex hoc quod quis per poenitentiam resurgit in minori charitate, consequitur quidem premium essentiale operum praecedentium secundum quantitatem charitatis. (Ut ait D. Th.) sequitur, secundum eundem D. Thom. quod si resurgit in aequali virtute vel in maiori quod habebit totum premium essentiale, si poenitentia fuerit perfecta. Quinta conclusio. Quando aliquis maiori conatu, & maiori contritione, seu dispositione resurrexerit, tanto plus gratiae, & gloriae amissae recuperabit ratione meritorum, quae debebantur operibus praecedentibus mortificatis per mortale peccatum, secundum proportionem, videlicet quod medietati conatus, & contritionis, seu dispositionis praesentis correspondebit medietas gratiae & gloriae debitae operibus mortificatis, & tertiae parti contritionis tertia pars gratiae, & gloriae amissae: itaque tanta gratia, & premium restaurabitur, quantum fuerit contritio, seu dispositio cum qua resurrexerit, ut si sint Petrus & Paulus, quorum uterque ceciderit a gratia ut .10. post peccatum tamen Paulus cum maiori conatu resurgit, maior gratia datur ei quam Petro. Nec solum habenda est ratio quantitatis, verum etiam & multitudinis, magnitudinisque meritorum, quae fuerunt mortificata. Nam resurgenti per contritionem ut unum, liquida ratio exposcit, ut plus gratiae & gloriae restituatur, si a gratia ut decem ceciderat, quam si a quinque duntaxat cecidisset: & si resurgit peccator cum contritione ut quatuor, dabitur illi gratia,

5. Conclu. Ambrosii, & sic dicit, quod omnia opera resurgunt quoad gloriam, non tamen quantum ad gratiam. Sexta conclusio. Perfecte poenitenti, id est ex toto corde, & cum toto conatu (qui per auxilium Dei haberi potest) resurgenti, praeter gradum gratiae respondentem contritioni, semper restituitur tota praecedens gratia & gloria, a qua ceciderat, siue magna fuerat, siue parua, quae quidem ei debebatur ratione praecedentium operum. Haec conclusio sequitur manifeste ex praecedenti conclusione. Nam si quanto cum maiori contritione & conatu quis resurgit tanto magis ei de gratia & gloria amissa restituitur, igitur resurgenti perfecte sumo conatu, restituetur tota gratia & gloria debita operibus mortificatis. Unde, optimum est semper dolere. Deinde probatur, quoniam cum contritio sit dispositio ad viuificationem operum, fit ut optima quae esse potest, in integrum gratiam & gloriam debitam operibus mortificatis restituat: nam sicut posita dispositione, ponitur effectus: ita posita summa, ponitur summus effectus. Sic nanque intelligendum esse Ambrosii, cum ait, quod poenitentia res optima est, quae omnes defectus reuocat ad perfectum, existimo. Ex his iam perspicue atque euidenter colligitur, quod resurgens, semper ad aliquem gradum maiorem gratiae & gloriae resurgit, quam sit quantitas contritionis: qui quidem mortificatis operibus respondet, aut praecedenti gratiae baptismali, si forsitan post illam antequam boni aliquid faceret meritum apud Deum peccaret. Septima conclusio. Cathecumino, qui magnam haberet copiam gratiae antequam baptizaretur, & peccauit mortaliter, dum postea baptizatur, si sua poenitentia est summa, praeter gratiam baptismalem in totam illam restituatur: sed si tepida contritione baptizaretur, quanuis sit probabile quod in totum restituatur, non tamen est omnino certum. Secus

tia, & gloria ut quatuor: & ultra gradum correspondentem praesenti dispositioni ratione honorum operum praecedentium, dabitur etiam ei gratia & gloria ut quatuor, & sic resurget cum gratia ut .8. Et ratio est, quia contritio, seu dispositio praesens, non tantum est dispositio proportionata gratiae, quae in praesenti datur de nouo, verum etiam gratiae quae restauratur. quod insinuare videtur D. Th. in. 3. p. quaest. 89. ar. 2. ad. 2. & in arti. 5. in solutione ad. 3. ait nanque, quod secundum quod motus liberi arbitrij in resurgente est intensior, vel remissior, poenitens consequitur maiorem vel minorem gratiam. Haec nanque est sententia magistri a Victoria, & Soto. Scio tamen Scotum in. 4. dist. 22. quaest. vnica artic. 2. tenere quod omnis resurgens a peccato resurgit ad maiorem gloriam, quam fuerat illa ad quam ante quam deliquerat, erat ordinatus, licet non oporteat ut semper resurgat ad tantam gratiam quanta fuerat illa a qua ceciderat. Et ratio Scoti est, quia gratia habitualis merum donum Dei est, merita autem, quibus gloria correspondet, sunt hominis, licet cum auxilio Dei, & ista semper manent in acceptatione diuina, etiam quando quis est in peccato, licet mortificata: gratia autem habitualis non manet, quia illam perdidit homo & ita non restauratur, merita vero postea redeunt per poenitentiam. Sed certe probabilior est sententia Thomistarum, cum gratia sit acceptatio ad gloriam: quare resurgere ad gloriam ut decem, nihil aliud est quam esse acceptum ad gloriam ut decem, atque adeo habere gratiam & amicitiam ut decem. Unde secundum Scoti sententiam profecto fatendum esset quod resurgit ad tantam gratiam quanta fuerat illa a qua ceciderat, praeter illam quae correspondit contritioni. Et idem non valet ratio Scoti. Per hoc etiam excluditur opinio magistri Cani asserentis, quod gratia non est acceptatio ad gloriam, sed est

7. Conclu. Secus

Secus autem est de martyrio: nam per illud cum sit intensissimum dilectionis opus, iuxta verbum Christi, Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: citra ambiguitatem asserere possumus, quod restituitur martyr in totam, à qua ceciderat antea per peccatum mortale:

8. conclus. Octava conclusio. Si contritio seu dispositio poenitentis est imperfecta: non statim quando conuertitur, restituitur ei tota gratia amissa, sed per dolores, & gemitus & bona opera, quae homo facit post conuersionem existens in gratia, nempe per actus meritorios sequentes poenitentiam restaurabitur ei: itaque magis operum praecedentium praemium recuperat, quo gratia in dies in eo augetur, quousque in pristinam dignitatem redeat. Et ratio est, quia non recuperabit totum meritum operum praecedentium, donec habeat tantum praemium, quantum antea habuerat, scilicet tantam contritionem seu dispositionem: alioquin fieret consequens ut qui per primam contritionem non recuperaret totum, nequiret postea iacturam reficere: quod est absurdum.

Sed an resurgat homo cum eadem dignitate, quam ante peccatum habebat, dubium est: Cui dubitationi per quinque conclusiones respondetur, quarum prima est. Dignitatem hanc, ut homo connumeretur inter filios Dei, semper per poenitentiam acquirit. Hae conclusiones aperte constat ex illo de filio prodigo, Lucae 15. cui pater reuertenti restituit iussit stolam primam, & anulum, & calceamenta, quae erant filiorum ornatus, & insignia quibus à seruis dignoscebantur.

2. conclus. Secunda conclusio. Poenitens à peccato resurgens, dignitatem innocentiae & virginitatis quam per peccatum amisit recuperare non potest, etiam per Dei absolutam potentiam. Hae conclusio est omnium doctorum: inquit nanque Hierony. super. 5. ca. Amos, Cum Deus

A omnia possit de corrupta facere virginem non potest: non enim est potentia ad praeteritum. Et ratione probatur, quia sunt quaedam, quae de natura sua includunt continuationem: sicut innocentia, & virginitas. Innocentia enim est nunquam peccasse, & virginitas est semper abstinuisse à delectationibus venereis: & talia cum amittuntur, non possunt recuperari, quia caderet in eis interruptio quod est contra rationem suae continuationis. Et ideo innocentia perdita non recuperatur, neque virginitas. Possunt tamen, & debent qui sic irreparabilia damna innocentiae, & virginitatis per infamia crimina incurrerunt, Poenitentia, scilicet lachrimis, ieiunio, &c. Magdalenam & Dauidem imitari, ut errata recompensent, ut eleganter tradit Soto in. 4. Vnde, non est eadem ratio de innocentia, & de gratia, & charitate, quia ista de sua ratione non includunt continuationem, quo circa cum amittuntur per peccatum mortale, recuperari possunt per poenitentiam in aequali gradu vel maiori vel minori, ut dictum est in praecedentibus conclusionibus.

Auerte tamen hic, quod virginitas quando per solum propositum contrarium corrumpitur, recuperabilis est per poenitentiam, ut virgo quae supra habet in proposito, si ante experientiam eam poeniteat, virgo permanet, vel si habuit propositum nubendi, amisit virginitatem: recuperatur tamen permutationem illius propositi solam, quia tunc non opus est poenitentia, cum nubendi propositum non fuerit peccatum. At vero si quis voluntarie & culpabiliter amisit virginitatem per pollutionem, amplius reparari non potest, ita tenet expressè D. Tho. 2. 2. quaest. 152. artic. 3. ad. 3. & in. 4. dist. 33. quaest. 3. artic. 1. ad. 4. & quolib. 5. artic. 24. ad. 2. Dicit enim, quod virginitas potest reparari quantum ad id quod est formale, scilicet propositum abstinendi à venereis: non autem quantum ad id quod est materiale

in

in ipsa virginitate, videlicet experiri voluptatem veneream.

3. conclus. Tertia conclusio. Licet non possit poenitens à peccato resurgens recuperare innocentiam perditam, potest recuperare aliquid vtilius, & melius. Probatur, nam ut Grego. in homilia de centum ouibus author est, qui errasse à Deo se considerant damna praecedentia lucris sequentibus recompensant, & id circo gaudium de eis in caelo maius sumitur. Notum nanque est, ducem in praelio plus eum militem diligere qui post fugam reuersus, hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga praebuit, & nunquam aliquid fortiter fecit.

4. Conclusio. Quarta conclusio. Quando quis commisit peccatum habens irregularitatem annexam, licet verè poeniteat, non restituitur in pristinam ecclesiasticam dignitatem aut officium, imo licet sit casus citra peccatum, ut si quis viduam, vel ab alio relictam duxerit, non admittitur ad clerum propter bigamiam, ut habetur cap. Si quis viduam. dist. 50. & similiter, cum iudex auctoritate publica hominem occidit, irregularitatem incurrit, nisi quando mortem propriam aliter vitare non valens, suum inuasorem occidit, vel mutilauerit. Casus nanque iste optimo consilio in concilio Vieniensi exceptus est, ubi dicitur, ut qui cum moderamine inculpatae tutelae se defendens, homicidium faceret, non esset irregularis, sicuti qui ex ignorantia inculpabili illud perpetraret, quia illud non est voluntarium, ut habetur in Clemen. Si furiosus. de homicidio. Similiter quando aliquis alium accusat in iudicio etiam si sciat esse occidendum, si tamen prius protestatur se occisionem non intendere, sed tantum res suas recuperare, non efficitur irregularis, ut habetur in cap. Praelatis, de homicidio lib. 6.

5. conclus. Quinta conclusio. Qui commiserunt peccatum scandalosum, ut illi qui

capti fuerunt publice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum instituta, dummodo crimina ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria fuerint, & similiter illi quos non verè, sed fictè poenitet, non restituntur in pristinum gradum, & honorem ecclesiasticum. Secus de illis qui pro suis criminibus, dignè Deo poenitentiam obtulerunt per ieiunia, & elemosinam, vigiliisque & sacras orationes. Hae conclusio habetur in dist. 50. cap. Domino ad Missianum Episcopum. Vbi ait Isidorus, illos ad pristinos gradus redire, canones praecipunt, quos poenitentiae praecessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra hi qui à corruptionis vitio non emendantur, neque gradum honoris, neque gratiam recipiunt communionis.

Sexta conclusio. Qui committunt huiusmodi peccata secreto & agunt poenitentiam, & condignam satisfactionem, his datur spes perueniendi ad ecclesiasticam dignitatem pristinam.

XX. DIFFICULTAS.

Utrum opera mortificata per peccatum, reuiuiscant per consequentem poenitentiam?

PRO huius difficultatis elucidatione supponitur tanquam indubitata determinatio alterius quaestionis, nempe opera in charitate facta, mortificari per sequens peccatum mortale, id est impediri à suo proprio effectu, vel operatione, qui est perducere ad vitam aeternam. Sunt enim opera moralia in triplici differentia: quaedam viua, quae ex gratia & charitate procedunt, nullo subsequuto mortali peccato: quaedam verò mortua, quia fiunt in peccato mortali, quae quidem licet sint moraliter bona, non tamen sunt meritoria vitae aeternae: quae-

quædam denique sunt opera quæ facta fuerunt in charitate, ac proinde vitam habuerunt, sed tamen per peccatum mortificata sunt. Tunc ad difficultatem **Conc. vni.** propositam vnica conclusione affirmatiua respondetur, nempe quod opera mortificata per peccatum, reuiuiscunt per pœnitentiam. Hanc conclusionem tenent omnes doctores absque discrimine aliquo. **D. Tho.** 3. p. quæst. 89. articu. 5. & **Mag. sent.** Glo. super illud Iohelis. cap. 2. Reddam vobis annos, quos comedit locusta: inquit, Non patiar perire vbertatem, quæ cum perturbatione animi amisistis: quæ vbertas meritum bonorum operum intelligitur, quod per peccatum fuit perditum. Item **Ezechielis. 18. cap.** habetur. Si homo egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. **E** In iustitia sua quam operatus est viuet, & tamen si per pœnitentiam non redirent merita bonorum operum, quæ fuerunt facta in charitate, recordaretur Deus illius peccati, ergo redeunt. Postremò probatur ex nominis Etymologia, mortificare, quia nihil aliud significat, quam impedire rem à suo effectu, & quod persona impediatur per peccatum ne sit accepta ad gloriam. Vnde opera esse mortificata significat id quod est esse à suis effectibus impedita: semper tamen secundum se manent in Dei acceptatione, etiã postquam per peccatum mortificantur. **E** Quia voluntas eius nunquam mutatur, sed homo est qui mutatur. Item, ad **Hebr. 6.** ait Apostolus, confidimus autè de vobis dilectissimi meliora & vicina salutem, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius qui ministratis sanctis. Recordabitur igitur bonorum operum quæ quis in gratia antequam peccaret operatus est. Vnde super eundem locum lectione. 3. ait **D. Tho.** quod opera mortificata reuiuiscunt: & lectione. 1. in

verba illa, ab operibus mortuis dicit, quod reuiuiscunt & imputantur ad vitam æternam, & similiter super verba illa, Tanta passi estis, &c. lect. 2. dicit idem, Præterea, quia aliàs sequeretur quod si aliquis homo sanctissimè vixisset per. 70. annos, & tãdè leuissimè peccatū inter omnia mortalia cõmitteret, & statim resurgeret, quod nihil illi bona opera, prius in grã facta prodesse, quod quidem quãtū diuinæ largitati, ac bonitati deroget, omnibus cõpertū est. **E** Et quia conclusionē hanc satis difficultate præcedenti elucidauimus, nõ opus est hic amplius eam explicare. **E** Sed solū addere oportet, ad eò certā esse, vt opposita sit erronea, vt ait Dominicus à Soto. **E** Quantum ad opera mortua, est prima conclusio. Opera mortua, id est facta ab existenti extra charitatem, non possunt reuiuiscere per pœnitentiam, quia nunquam habuerunt vitam, neque processerunt ex principio vitæ, nempe ex gratia: & per pœnitentiam licet restituatur gratia, non tamen fit vt ex ipsa processerint, & idèd non viuificantur. **E** Neque vnquam valent ad essentialia præmium obtinendum, bene tamen ad gaudium accidentale profunt, si postea egerit pœnitentiam. **D** Secunda conclusio. Quamquam hæc opera prodesse non possunt ad aliquod præmium æternæ vitæ consequendum, nec sunt satisfactoria pro culpa, nec pro pœna: profunt tñ multū peccatori, cui sex sequentes vtilitates cõferunt. **E** Prima vtilitas est, quod per illa bona opera potest peccator impetrare amicitiam diuinam de congruo, nã Deus miseretur ratione illorum operum. **E** Secunda vtilitas est bona tẽporalia: non quod illa bona opera facta in mortali mereantur de congruo, sed ex sola miseratione diuina. Ait enim **D. Aug.** in. 5. lib. de ciuitate Dei cap. 15. quod Romanis meritò Deus dedit imperium totius orbis, quia obseruabant iustitiam: sed tamen non ex debito, sed ex bonitate

bonitate Dei. Et Exodi. cap. 1. legitur, quod ex eo quod non occiderunt pueros Hebræorum iuxta præceptum Pharaonis. Deus ædificauit illis domos. Tertia vtilitas est, quod per ista bona ex genere adimplemus diuinam mandata, vt honorare parentes, subuenire indigenti, & audire missas, &c. quod si non fecisset homo: de nouo peccaret. Quarta vtilitas est, quod per ista bona opera facta extra charitatem, resilit homo malis inclinationibus, & sic evitantur alia peccata, Gregorio dicente, peccatum quod per pœnitentiam mox non deletur, suo pondere in aliud trahit. Quinta vtilitas est, quod homo bene habitatus in operibus bonis extra charitatem factis, quando postea iustificatur per gratiam, operatur bona cum facilitate, quod non haberet, si non esset bene morigeratus. Nam tunc cum magna difficultate bene operatur. Vnde, virtutibus infusis magnum iuamè præstat per virtutes acquisitas. Sexta vtilitas est, quod per ista bona opera facta extra charitatem, impetramus suffragia sanctorum, & sic citius exit homo à peccato legitè Dominum Adrianum in quæst. peculiari de hac materia. **E** Septima vtilitas est, quod si non conuertatur postea per pœnitentiam profunt ad hoc, vt mitius in inferno puniatur, vt expressè dicit Augusti. in lib. de patientia. cap. 26. quem adducit **D. Th.** 3. p. quæst. 89. ar. 6. ad. 3. verba Augustini sunt, Non possumus dicere schismatico melius fuisset vt Christum negando nihil eorum pateretur, quæ passus est cõfitendo, sed æstimandum est, tolerabilius ei futurum iudicium quam si Christum negando, nihil eorum pateretur, vt est illud Apostoli. 1. Corin. 13. Si tradero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnum coelorum obtinendum, non ad extremi sup-

plicij iudicium tolerabilius subeundum. Non tamè intelligat lector quod propter bona opera facta extrã charitatem aliquis in inferno mitius puniatur quã peccata quæ commisit mereantur, sed quia bene operando extra charitatem vitat aliqua peccata, pro quibus si ea cõmitteret grauius illic torqueretur, & ob id dicitur, quod mitius punietur. **E** **E** **De partibus pœnitentiæ in specie, & primo de contritione.** **I. DIFFICULTAS.** **Vtrum contritio sit dolor voluntariè pro peccatis assumptus cum proposito confitendi & satisfaciendi?** **C** **H**IC iam accedimus ad secundam partem principalem in hac materia à nobis promissam, tractandum: sed priusquam quæstioni huic respondeamus, duo fundamenta à nobis præmittenda sunt. Primum & id notissimum ex præhabitis in superioribus est, quod tres sunt pœnitentiæ partes, scilicet contritio, confessio, & satisfactio, sicut tria sunt peccatorum genera, videlicet in corde, in ore & in opere. Et istæ tres partes quæ ad singulorum peccatorum remissionem sunt necessariae, non erant in lege naturæ, cum non sint partes pœnitentiæ virtutis, sed sacramenti. Vnde in lege euangelica, maximè nunc postquam à Leone. 10. contrarius error damnatus fuit Lutherò, & nuper in Synodo Tridentina. 6. cap. Cano. 14. affirmatur, tres partes esse pœnitentiæ: tanquam veritas orthodoxa amplectendum est hoc fundamentum. Et nota, quod istæ tres partes non sunt subiectiuæ, vt homo & equus respectu animalis, de quibus animal prædicatur, neque potentiales, vt intellectus & voluntas dicuntur partes potentiales animæ. **E** Itaque non sicut anima operatur per potentias: ita sacra-

E
E
Soto.
Pri. conclus.

E
2. Concl. 1. 1. 1.

Aug.

D. Greg.

D. Aug.
D. Tho.

1. ad Cor.
13.

Conc. Tri.

E

ϕ sacramentum operatur per has partes, A
 ϕ sed sunt partes materiales sacramen-
 ti ϕ seu integrales, ex quibus integra-
 tur perfectio huius sacramenti: ϕ sicut
 carnes & ossa sunt partes materiales ho-
 minis. Ratio huius est quia in singulis
 partium subiectiuarum est tota substan-
 tia generis, ita ut hec sit vera, Homo est
 animal, &c. Et tota essentia animae adest
 intellectui, & tota voluntati: sacramen-
 tum vero poenitentiae non totum adest B
 confessioni, sed simul sumptae iste tres
 partes integrales recipiunt formam, a
 qua informantur, sicut omnes partes
 corporis informantur ab anima.

a. Funda.

Secundum fundamentum est, quod
 contritio hic sumitur ad similitudinem
 contritionis, quae fit in corporalibus.
 Vnde sciendum quod res dicitur corpo-
 raliter conteri, quando in minutas par-
 teritur, sicut species aromaticae terun-
 tur in mortariolo. Et sic est differentia
 inter contritionem & fractionem, nam
 fractio contingit quando res frangitur
 in magnas partes. Contritio autem,
 quando frangitur, seu conteritur in mi-
 nutas partes: dolor ergo de peccatis di-
 citur contritio, ad designandum quod
 poenitens debet de omnibus peccatis
 conteri. Sed quare dicitur magis cotri-
 tio, quam dolor? sciendum est, quod in
 contritione tria sunt attendenda. Pri-
 mum, quid est illud quod conteritur. Se-
 cundum, a quo mouetur ad dolorem.
 Tertium, ad quid conteritur, seu ad quid
 contritio terminatur. Illud quod con-
 teritur, est cor peccatoris, quod est qua-
 si vas fictile repletum veneno peccati.
 Vnde Iohel propheta dixit, conuertimini
 ad me in toto corde vestro, in ieiunio
 & fetu & plantu, & scindite corda ves-
 tra, scilicet contritione. Illud vero a
 quo mouetur cor peccatoris, est spes
 veniae ex consideratione diuinae miseri-
 cordiae proueniens, & timor poenae pro-
 ueniens ex consideratione diuinae iusti-
 tiae. Haec enim duo debet tenere sem-
 per verus poenitens coram se, nec vn-

Ioel. 2.

quam debet ea deferere, id est non de-
 bet desperare propter magnitudinem,
 & enormitatem peccatorum suorum,
 sed semper sperare in Dei misericordia,
 nec praesumere debet, sed timere graui-
 tatem tormentorum ex Dei iustitia. Il-
 lud ad quod contritio terminatur, est,
 ut cor peccatoris durum ut lapis, emol-
 lescat, & liquefiat ut cera. Ideo verè co-
 tritus potest dicere, factum est cor meum
 ut cera liquefcat: & de tali corde ait
 Psalmista Psal. 50. Cor contritum & hu-
 miliatum, Deus non despiciet.

Psal. 21.
Psal. 50

Oportet etiam reducere in memo-
 riam ea quae diximus supra, nempe, quod
 quanquam haec contritio secundum se
 non spectet ad exteriorem poenitentiam,
 tamen ut ratio, causa, & initium est ex-
 terioris poenitentiae, ad poenitentiam ex-
 teriorem spectat, sicut in omnibus acti-
 bus tam bonis quam malis actus inte-
 riores, & passiones, ut sunt causae exte-
 riorum ad iudicia extrinseca spectant:
 aliter namque iudicatur offendens ex
 odio, aliter vero offendens ex ira. Ita dici-
 mus de contritione, quod quatenus est
 ratio poenitentiae exterioris pertinet ad
 poenitentiam ipsam: & est materia supra
 quam cadit sententia, seu absolutio sa-
 cerdotis exterior. Et ex hoc sequitur
 aliud, quod non requiritur quod con-
 tritio sit sensibilis in se, ad hoc quod sit
 pars huius sacramenti, sed enim est, quod
 sit sensibilis in suo effectu, id est quod
 sit ratio quare aliae partes sensibiles, vi-
 delicet confessio, & satisfactio ad hoc
 sacramentum, & iudicium pertineant.
 His praehabitis, ad difficultatem vnica
 affirmatiua conclusione respondetur,
 nempe quod contritio est dolor volun-
 tariè assumptus, &c. Hanc conclusionem
 tenent vnanimiter omnes doctores: &
 ad euentiam huius diffinitionis vi-
 dendum est de singulis partibus posi-
 tis in ipsa diffinitione. Dicitur enim,
 contritio est dolor, cum contraria con-
 trarijs curentur, & cum medicinam
 contrariam esse infirmitati oporteat, &

1. Conclis

con-

Apoca. 18.

D. Thom.

contritio sit medela peccati: & si in pec-
 cato fuerit delectatio, oportet quod in
 contritione sit dolor. Habetur namque
 Apocalip. 18. capite. Quantum glori-
 cavit se, & in delicijs fuit in peccati per-
 petracione, tantum ei datur tormentum
 & lutum in contritione. Notandum
 est tamen, quod iste dolor praerequisi-
 tus in contritione, non est sensituius,
 sed intellectuius, ita habet Diuus Tho-
 in. 3. part. quaest. 85. artic. 1. & ratio est
 quia contritio est in nostra potestate,
 quod non habet dolor sensituius. Vnde
 debet esse actus voluntatis. Item, pro-
 priè loquendo, contritio non est essen-
 tialiter dolor sed potius odium & di-
 splicentia peccati, ex quo oritur dolor
 & tristitia in appetitu sensituius, itaque
 contritio ab effectu vocatur dolor. Si-
 cut enim ad amorem alicuius rei sequi-
 tur delectatio, & amor ipse est actus a
 voluntate immediate elicitus, non autè
 delectatio, sed consequitur ad amorem,
 qui est actus voluntatis: ita dolor, seu
 tristitia non elicitur immediate a volu-
 tate: sed potius est effectus, qui conse-
 quitur ad contritionem, quae immedia-
 te est actus voluntatis. Ex quibus iam
 inferitur, beatos in patria non posse ha-
 bere contritionem, cum connotet qua-
 dam tristitiam, quae in illis reperiri non
 potest: posse tamen detestari peccata fa-
 tendum est. Sequitur, voluntarie assum-
 ptus. Cum enim Deo non placeant co-
 acta seruitia, nisi dolor contritionis esset
 voluntarius: non esset Deo acceptus, ne-
 que gratus. Sicut namque peccatum (te-
 ste August.) nisi esset voluntarium, non
 esset peccatum: ita contritio si non esset
 voluntaria, non esset contritio. Et ratio
 istorum est quia oportet quod omnis
 actus meritorius, & demeritorius, sit a
 voluntate elicitus, siue imperatus, alias
 non esset meritorius, nec demeritorius.
 Et dicitur contritio, dolor assumptus,
 quia est spontaneus, ad differentiam do-
 loris, qui extrinsecus incutitur. Tamet

August.

si, ut supra diximus quoniam a gratia
 quoque procedit, sit a Deo datus. Sequi-
 tur in diffinitione, cum proposito con-
 fitendi, & satisfaciendi. Nec solum pro-
 positum non peccati iterum ad veram
 contritionem debet esse explicitum &
 actuale: verum etiam confitendi, & satis-
 faciendi, quando adfuerit opportunitas
 confitendi. Et ratio est manifesta, quia
 cum ad perfectionem totius integralis
 requiratur, quod omnes partes eius sint
 simul, sicut ad perfectionem domus re-
 quiratur quod tectum, parietes, & fun-
 damentum sint simul: ita ad perfectio-
 nem verae poenitentiae requiritur quod
 ista tria, scilicet contritio, confessio, &
 satisfactio, quae sunt partes integrales
 eius, in quantum est sacramentum, simul
 sint, vel in re, vel in voto, & hoc votum
 debet esse explicitum ut diximus supra.
 Probatur imprimis ex sacris literis,
 nam cum dicitur Ezechi. 18. Si impius ege-
 rit poenitentiam ab omnibus peccatis
 suis, quae operatus est, insinuat displi-
 centia praeteritorum, & cum dicit & cu-
 stodierit omnia praeccepta mea, insinuat
 propositum cauendi in futurum, & tandem
 cum dicit, Et fecerit iudicium & iustitiam
 vita viuet, & non morietur, significatur
 satisfactio. Item Ioannis. 8. cap. Dixit do-
 minus mulieri adulterae, vade & noli
 amplius peccare: & Ioan. 5. dixit Paraliti-
 co, Ecce sanus factus es: iam noli pec-
 care, ne deterius tibi aliquid contingat.
 Quibus in locis clare insinuat pro-
 positum illud cauendi in futurum. Et de hoc
 proposito habetur apud D. Tho. in. 3.
 part. quaest. vltima arti. 2. ad. 1. & in quo-
 lib. 4. arti. 10. ad. 3. & 4. lib. contra gen-
 tes capitu. 72. Durandus quoque in. 4.
 distinctio. 17. quaest. 2. Requiritur insu-
 per ad veram contritionem quod sit
 propositum cauendi in futurum, ita te-
 net D. Thom. in. 1. 2. quaest. 113. art. 5. & in
 3. part. quaest. 85. artic. 3. & quaest. 90. arti-
 cul. 4. & in 3. lib. contra gentes capitu-
 158. & 4. libro. capitul. 72. & Alexand. Alex. Alen.

Ezechi. 18

Ioan. 8.

Ioan. 5.

D. Thom.

Durand.

Thom.

Alex. Alen.

V

Alex. 4. part. quæst. 69. membro. 9. & Alber. Mag. in. 4. distin. 14. art. 11. Et Adrianus Quolib. 5. artic. 3. & Caieta. q. 1. de contritione. Deinde probatur vrgentissima ratione, nam cum iuxta Regij prophetæ sententiam duæ sint iustitiæ partes, scilicet declinare à malo, & facere bonum, & pœnitentia & contritio pars sit iustitiæ, fit, vt ad hoc quod quis sit verus pœnitens, non tantum de peccatis commissis dolere, verum etiã propositum infuturum cauendi habere debeat. Quauis enim contritionis essentia in præteritorum displicentia consistat, eo quod præterita peccata & nõ futura sunt illius obiecta: nihilominus tamen respectum ad futura vitanda, includere, necessum est. Siquidem de natura contritionis aut certè illi annexum est propositum mutandi vitam, illamq; in omni statu, & lege consequitur, nunquam enim censetur vera peccatorum detestatio, quæ illud non producit propositum. Duo enim apud homines actus distingui solent, nempe dolor de præteritis peccatis, propositumque de cætero cauendi, vt ex diffinitione Concilii. Florent. & Trident. sessione. 14. capitulo de contritione perspicuè constat, quorum altero deficiente, nullatenus amicitia resarcitur cum Deo, & ob id hoc ipsum est, quod per confessores à pœnitentibus exigitur, quemadmodum cum parentes filios flagellant, ab ipsis ne iterum tale quid committant exposcunt. Ex dictis colligitur euidenter, quod huiusmodi propositum saltem virtuale cauendi in futurum negare est hæreticum, negare tamen propositum formale, licet non sit hereticum, falsum tamen esse arbitror, eò quod maiori proprietate literæ sacræ, concilia dictaque sanctorum cum formali proposito saluantur. Et probatur ex illo Ioan. 8. cap. Dixit dominus mulieri adulteræ, vade & noli amplius peccare, vbi clare insinuatur propositum illud cauendi in futurum. De hac re diffusius tractaui sup.

Cœci. Flo. Con. tri.

Ioan.

II. D I F F I C V L T A S,

Vtrum is qui dolet de peccatis, semper recipiat gratiam.

Priusquam huic difficultati directe respondeam præmittere hic oportet mirabilem domini Caietani opinionem, eamque reijcere, nam in quæstione. 1. de contritione ponit triplicem attritionis gradum, quorum primus est impœnitentium, & huiusmodi attritio est, veletitas quædam non peccandi, cum qua stat voluntas absoluta manendi in peccato, & hæc attritio reperitur in concubinarijs, meretricibus, ac vsurarijs, quæ quidem non solum sine sacramento, sed nec cum illo hominem iustificat. Secundus gradus attritionis est pœnitentium, quibus peccatorum præcedentium adest detestatio cum proposito in futurum ab illis cauendi, sed imperfectè, eò quod huiusmodi pœnitentes, non detestantur peccatum supra omne odibile, nec diligunt Deum supra omne diligibile, quam attritionem pœnitentes communiter habent. Et licet per hanc attritionem non iustificentur absque sacramento, bene tamen aliquando cum sacramento, quoniam fiunt mediante sacramento ex attritis contriti. Tertius gradus est dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, & vt est obiectum beatitudinis cum detestatione peccati supra omne odibile, & cum proposito cauendi ab illo. Dicit præterea Caieta. quod omnia ista facit homo ex viribus naturæ sine gratia, & auxilio Dei speciali, & quod etiam si vocetur attritio, tamen re vera est contritio, informis tamen, cum sit sine gratia. Itaque tenet ipse, dari posse contritionem informem, id est, quod stat hominem perfectè dolere de peccatis & proponere abstinere cauereque ab illis & diligere Deum super omnia, & non habere gratiam. Probat Caieta. quia cū homo viribus naturalibus possit dilige

Caieta.

eccle. 9

D. Tho. Soto.

re patrem, amicum, & quancunque aliã rem creatam super omne diligibile multo magis ipsum Deum, qui summum bonum, origo fontisque totius bonitatis est. Dicit insuper illum attritionis actum esse vltimam dispositionem ad gratiã, non tamen statim ipsam dari gratiam, quia aliàs (inquit) posset homo habere euidentiam, quod est in gratia, cuius cõtrariũ expresse habetur Ecclesiast. 9. Cum ait sapiens, Nemo scit vtrum sit dignus odio vel amore. Hæc Caietani sententiã licet quo ad primum & secundum attritionis gradum sit vera: quo ad tertium tamen falsam esse manifestè conuincitur. Et in primis, quo ad id quod dicit hominem viribus naturalibus, &c. Quancquam verum sit, quod potest homo viribus naturalibus Deum super omnia diligere, loquẽdo de dilectione obiectiua, id est de dilectione illa quæ Deum pro obiecto habet, non tamen de dilectione perfecta & efficaci quæ virtute sua includat omnium mandatorum impletionem, & multo minus loquendo de dilectione infusa & super naturali. De qua re agit ex professo D. Thom. 1. 2. quæst. 100. artic. 9. & 109. artic. 3. & Soto lib. 1. de natura & gratia cap. 20. solum enim in naturali dilectione, & vt Deus est finis naturalis, potest homo viribus naturalibus illum diligere. Quo ad id verò quod asserit, illum actum esse vltimam dispositionem ad gratiam, facile impugnatur, tum, quia vel illa dispositio, est absque Dei super naturali auxilio, & sic nõ est dispositio ad gratiam, quandoquidem est quid naturale, gratia autem est supernaturalis, forma vero & dispositio eiusdem ordinis esse debent. Si verò sit cum Dei supernaturali auxilio & totum quod in se est faciat, iam non est sine gratia & charitate, cum hoc enim auxilio intelligere oportet dictum illud facienti quod in se est, &c. Præterea, quia dicere quod ille actus viribus naturalibus productus sit vltima dispositio ad gra-

tiam, periculosum esse videtur, cum inde apertè sequatur, posse hominem sufficienter se ad gratiam disponere vltima dispositione quod est falsum. Similiter quantum ad id quod affirmat, quod quauis ille actus sit vltima dispositio ad gratiam: nihilominus tamen non statim datur gratia, etiam est falsa Domini Caieta. sententiã. Et expresse enim D. Thom. 1. 2. quæstio. 113. articulo. 8. docet oppositum, cum dicat actus liberi arbitrij, in Deum & contra peccatum concurrentes in iustificatione simul tempore esse cum gratiæ infusione, ad inuicem tamen se præcedere in diuersis causarum generibus. Est enim gratia in genere causæ efficientis & formalis prius natura: at verò in genere causæ materialis prius natura sunt actus pœnitentis. Præterea, quia secundum hanc Caieta. sententiã contingere posset, hominem sufficienter ad gratiam dispositum damnari, vt si tunc moreretur, quod tamen expresse aduersatur axiomati illi theologorum cõmuni, facienti quod in se est, &c. Postremo, quia si homo est sufficienter dispositus, ad eò vt amplius quicquam facere nequeat (vt Caietanus supponit) quid poterit impendere quo minus Deus non illi gratiam ilico conferat. Hac igitur Caieta. opinione sic explosa & omilla, est cõclusio quod cum primum quis fecerit totum quod in se est, statim recipit gratiam. Conclusionem istam tenent omnes doctores D. Tho. 1. 2. quæstio. 112. articulo. 2. ad primum & quæstio. 113. articulo. 7. & 8. & in. 3. part. quæstio. 85. articulo. 5. & 6. Nullatenus esse potest vltima dispositio ad gratiam, quin simul eodem tempore gratia infundatur. Et ostenditur ex sacro eloquio, inquit enim Dominus per Zachari. 1. capitulo. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos quasi sine mora. Et per Ezechiel. 33. Impietas impij non nocbit ei

D. Thom.

Conc. viii. D. Tho.

Zachari. 1. Ezech. 33.

V 2 in

in quacun- que die: hoc est in quocun- que momento couersus fuerit. Et Eccle. 12. facile est in oculis Domini subito honestare pauperem. At vero, si dictum procederet Caietanae peccator conuerteret se ad Deum: & tamē Deus non conuerteretur ad illum. Et Iacobi cap. 4. dicitur, Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Psalmista quoque psal. 50. cor contritum & humiliatum Deus, non despicias. Et Ioan. 14. habetur, Qui diligit me diligitur à patre meo. Et falsum est dicere, quod Deus possit diligi super omnia, vs est finis supernaturalis, & cognosci per fidem sine gratia, & charitate: vera ergo est conclusio. Postremo Chrysost. cuius verba habentur de poenitentia dist. 3. capit. Talis ait, Deus nunquam spernit poenitentiam quantulan- cunque, & quamlibet breui tempore gestam, & de poenitentia dist. 1. capit. Multiplex. Si periculum urgeat: non est neganda absolutio, quia misericordiae Dei non possumus tempora diffini- re, neque mesuram ponere, apud quem nullas patitur veniae moras conuersio. Ratione tandem probatur quia cum conuersio fiat per actum intellectus & voluntatis, quae à tempore non dependen- teo quod sunt spirituales potentiae, fieri necessum est, in instanti fieri posse. Nec ex illa sequitur, poeniten- tem habere euidentiā quod sit ingratia, (vt infert Caietanus) cum ipse poenitens minime possit habere euiden- tiam, quod dolet de peccatis super om- nia, vel quod proponit perfecte cauere in futurum. Et vel quod dolet propter Deum, vel propter alias causas, nec quod illa displicentia sit cum speciali auxilio Dei. Nec potest alicui esse certum, quod habeat fidem infusam, & per consequens non potest habere cer- tudinem, quod cognoscit finem super- naturalē: quod tamē requiritur, ad hoc quod sit ei euidens, quod est in gratia. Sape enim mens humana sibi men-

titur (vt Grego. ait) & fingit se in bono opere amare quod non amat, & non amare quod amat.

III. DIFFICULTAS.

Utrum attritio sic à contritione differat, vt fieri nequeat contritio?

HAEC difficultas ponitur ad duo exploranda, & indaganda. Primū qualis, quantaque sit inter attritionem & contritionem differentia, & id per quod haec differentia cognosci possit. Secundum vtrum idem actus, qui modo est attritio, fieri possit contritio. Et quidem pro intelligentia prioris mem- bri, primò annotare oportet, quod nomine attritionis solum illam detestatio- nē intelligimus, quae per se non sufficit ad delendum peccatum, sufficit ta- men cum sacramento: nomine verò contritionis, illam quae per se sufficit si- ne sacramento, quae quidem est simpli- citer conuersio in Deum. Et contritio & attritio conuenire debent, non solū in hoc quod vtraque sit detestatio pec- cati super omne detestabile, verum & in absoluto proposito nunquam peccā- di pro aliqua re mundi. Quo fit, vt illa displicentia quam Caietanus in prima quaest. contritionis, quam tertiae parti S. Tho. adiecit, appellat attritionem im- poenitentium, nempe, quando poeni- tens non absolute proponit nec inten- dit non peccare: scilicet quia non relin- quit statum, in quo est, vt contingit con- cubinarijs, aut vsurarijs, qui tantum ha- bent veleitatem relinquendi peccatū, neuiquam sit dicenda attritio, vt eleganter probat Soto in. 4. dist. 17. quaest. 2. ar. 5. Quia ille actus sine proposito absolu- to nunquam peccādi neque cum sacra- mento sufficeret, imo neque sic imper- fectē attritis esset impendenda absolu- tio. At verò quando sic est dispositus poenitens, quod displicent ei peccata praeterita, & non intendit pecca- tum mortale aliquod committere, & in-

tendit tanquam in quodam confuso cauere à peccatis, itaque duo priora, nempe displicentiam peccatorum praeteritorum, & negationem intentionis peccandi habet explicitē: tertium au- tem, scilicet affirmationem propositi non peccandi mortaliter, non nisi in confuso habet, dicitur huiusmodi poenitens attritus, attritione quae communi- ter vocatur attritio.

Secundò est annotandum, triplicem esse finem contritionis, seu displicentiae perfectae, quorum primus est, destruere peccata, & hunc finem ponit D. Tho. in. 3. par. quaest. 85. art. 1. ad. 3. Secun- dus finis est, vindicare iniuriam Deo factam, & de hoc sine agit D. Tho. in eodem loco art. 3. Tertius finis contritio- nis seu perfectae displicentiae est, recom- pensatio offensae secundum voluntatē peccantis, & secundum arbitrium Dei offensi, ac subinde reconciliare ami- citiam illius amissam, & de hoc sine agit idem D. Thom. in. 3. part. quaest. 90. art. 2. Ex his sequitur quod illa erit contritio, seu displicentia perfecta, quae ad hos fines consequendos fuerit sufficiens.

Quia omnis res est propter suam operationem, & quod solus ille qui habet hanc displicentiam perfectam, habet contritionem. His sic praelibatis, fit conclusio responsiua ad primum membrum difficultatis, quod inter cō- tritionem, & attritionem quinque dif- ferentiae sunt. Prima sumitur ex parte obiecti, nam contritio est dolor pro- pter Deum: attritio vero dolor peccati ob timorem inferni, aut aliorum nocu- mentorum temporalium. Secunda su- mitur ex parte causae, quia attritio oritur ex timore seruilis poenarum. Quicun- que enim habet pro motiuo suae displicentiae poenas aeternas, & spirituales eui- tare, solam attritionem habet, quia so- lus timor non disponit hominem suf- ficienter ad salutem, seu ad iustificatio- nem, & ideo talis dispositio praecedit, non tantum natura, sed tempore ipsam

iustificationem. At verò contritio ori- tur ex timore filiali, & est actus virtu- tis, quia à virtute charitatis elicitur, vn- de inquit Aug. in li. de vera & falsa poenitentia ca. 27. q. poenitentia debet oriri à charitate, & non à timore, scilicet seruilis poenarum. Ex qua differentia subsequitur & tertia, quod attritio potest ex viribus naturalibus elici, quia non est vltima dispositio ad gratiam, sed potest simul esse cum peccato, & sufficit ad illam generale Dei auxilium: cum motiua multoties sint naturalia, vt quando detestatur peccatum pro- pter deformitatem, & turpitudinem peccati, vel quando dolet propter infamiam ex illo subsequutam. Parit enim peccatum stupri puellae, & peccatum adulterij coniugatae: displicere igitur de huiusmodi peccatis pro- pter infamiam, vel quia inducunt mor- bum, vel quia sunt contra Deum, vt est finis naturalis, est attritio & displicentia imperfecta, quae non solum in homine peccatore catholico reperiri potest, verum etiam in Ethnico & infi- deli, de quibus agit sacra Trident. Syno- dus sessione. 14. capitul. 4. Multoties, dixi, nam timor aeternarum poenarum fugaue illarum sine Dei speciali au- xilio minime haberi potest. Non enim possumus lumine naturali in cognitio- nem aeternarum poenarum venire: at- tamen contritio nasci nequit nisi ex au- xilio speciali Dei supernaturali pra- ueniente liberum arbitrium, cum sit actus supernaturalis. Subsequitur ex- ijs quarta differentia ex parte effe- ctus, quod scilicet attritio non suffi- cit hominem in gratia constituere: be- ne tamen cōtritio id facit. Et hinc tan- dem colligitur quinta, postremaque differentia, quod attritio potest esse actus informis, cōtritio vero nequaquam, vt cō- tra Caie. ostendimus in praecedenti dif- ficultate. Has differentias apposuit lo- quēdo propriè de cōtritione & attritio- ne, q. vt supra dixi, cōtritiolargo modo

Scotus
Caiet.

¶

¶

¶

¶ Concl.

¶

¶ D. Thom.

¶

¶

accepta, amplectitur attritionem. Quantum ad secundum membrum difficultatis, omittitur sententia in 4. dist. 14. quæst. 2. & Caietani. quæst. 1. de contritione, asserentium eundem actum secundum substantiam, scilicet detestationem peccatorum ex viribus naturalibus acquiram præcedentium gratiam, (quam Caieta appellat contritionem informem) & esse attritionem, & postea per legitimam continuationem & vel temporis (vt dicit Caieta.) vel intensiõnis (vt dicit Scotus,) accedente gratia, fieri contritionem. Hac inquam opinione omittitur tanquam falsa, eo quod sicut gratia & charitas in quocumque gradu, etiam minimo hominem iustificare sufficit: ita etiam minima contritio idem efficere valet, ad eum vt in instanti absque tempore & intensiõne, quemadmodum potest in instanti per peccatum mortale gratiam amittere & ex iusto & pio fieri iniustus & impius: ita è contra illam recuperare & ex iniusto & impio fieri iustus & pius. ¶ Sit conclusio negatiua, responsiua ad illud secundum membrum difficultatis, nempe, attritionem minime fieri posse contritionem & etiã secundum substantiam actus. ¶ Hanc conclusionem tenet D. Thom. in additionibus. 3. part. quæst. 1. artic. 3. & probatur, nam secundum omnes doctores contritio nihil aliud est quam dolor perfectus attritio verò dolor imperfectus. Item quia principium contritionis est gratia, & virtus infusa: principium verò attritionis est virtus acquisita, & habitus acquisitus, vel pura potentia. Præterea, quia principium contritionis est timor inuisibilis, principium verò attritionis est timor seruilis, & est etiam attritionis principium potentia naturalis nuda: Contritionis verò potentia supernaturalis cum gratia, non ergo attritio fieri potest contritio. Consequentia est nota, quia illa quorum principia sunt diuersa, vnũ aliud fieri minime potest. ¶ Præterea, quia actus contritionis re-

quirit auxilium speciale: attritio vero solum generale. Postremò quia vt dicit D. Thom. in 3. part. quæst. 89. artic. 1. ad 2. primus actus pœnitentiæ, scilicet contritio se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam. Quod intelligendum est de contritione procedente à libero arbitrio, & gratia, quæ quidẽ quatenus procedit à libero arbitrio est dispositio ad eandem gratiam, vt supra explicauimus; non autem de contritione informi, quam ponit Caieta. aut attritio ne, quia contritio huiusmodi acquisita, non potest esse vltima dispositio ad gratiam. Dicit enim D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 1. quæstioncula. 3. quod illæ detestationes informes ex viribus naturalibus præcedentes gratiam, quales Caieta & Scotus ponunt; transeunt adueniente gratia & virtute pœnitentiæ infusa, & ad modum quo contingit in generatione naturali, vbi dispositio ad formam producendam effectiue est ab ipsa forma, & numero distincta à dispositionibus præcedentibus quæ corumpuntur in instanti generationis. ¶ Vnde absolute concludit, attritionem fieri non posse contritionem. Nec obstat argumentum quod fieri solet, fides & spes informes postea fiunt formata, ergo & attritio potest fieri contritio. Negatur nanque consequentia, quia actus ille informis attritionis transit, & non manet, veniente charitate, habitus verò illi virtutum infusarum permanent, & formantur adueniente charitate. Item, quia absolute loquedo, actus fidei formata nunquam est ille, qui antea à fide informi eliciebatur, cum actus iste fidei informis solũ eliciatur ab habitu fidei, qui est in intellectu, & ab habitu charitatis, qui est in voluntate. ¶ Tertio, negatur consequentia, non enim est eadem ratio de actu fidei, & de contritione & attritione, quia fides est in intellectu & actus illius ab intellectu elicitur, & ideo dicitur informis, vel formata ab intrinseco, scilicet à charitate, quæ existit

D. Thom.

D. Thom.

¶

¶

¶

existit in voluntate. Vnde nulla mutatione facta ex parte intellectus, potest idem actus informis continuari donec fiat formatus per charitatem aduenientem in voluntate. At verò attritio & contritio sunt actus voluntatis & idcirco ante gratiam & charitatem est attritio, adueniente verò ipsa gratia erit contritio, & propterea erit alius actus numero secundum substantiam elicitus à pœnitentia, imperatus autem ab habitu charitatis, quæ quidem virtutes subiectiue sunt in voluntate. Non obstat etiam, quod illi duo actus, scilicet attritio & contritio informis quam Caieta ponit & formata habent idem obiectum, ergo non differunt specie, ac subinde vnus & idem actus secundum substantiam esse potest. Non inquam obstat, quia nulla contritio, quæ verè nomen contritionis meretur potest elici à potentia nuda circa supernaturale obiectum: bene tamen circa naturale. Sunt enim nimis improportionata ista duo, potentia naturalis, & obiectum supernaturale. Quo fit, vt omnis actus voluntatis circa obiectum supernaturale, ante gratiæ infusionem sit imperfectus, & potius sit velleitas quædam & inchoatio dilectionis, quam vera dilectio Dei, & vera contritio peccati. Item obiecta attritionis & contritionis sunt inter se distincta formaliter, nam quemadmodum dilectio informis tendit in Deum cognitum per fidem mortuam sine dono intellectus scientiæ & sapientiæ existente in voluntate & intellectu, hoc est per nudam potentiam, dilectio verò formata tendit in Deum cognitum per fidem viuam cum dono intellectus scientiæ & sapientiæ, & iste modus transit quoddammodo in ratione obiecti: ad eundem modum philosophandum nobis est de attritione & contritione, & ideo habent diuersa obiecta. Qui voluerit tenere, quod vnus & idem actus numero secundum substantiam sunt attritio & contritio, sicut actus fidei

formata & informis vt Scotus & Caieta. asserunt, dicere debet, quod differunt secundum rationem, scilicet in esse nature sunt vnus actus, in esse autem virtutis & meriti sunt diuersi, & vt sic producuntur à diuersis principijs, & iuxta hunc sensum, solet à quibusdam dici, eundem actum numero posse à principio esse bonum & postea malum, vt cum quis feria quinta, circa horam. 12. moderatè carnes comederet & comestionem continuaret vsque ad primam horam quæ post dimidiam noctem sonat. ¶

Animaduertendum tamen est hic, quod dicta intelliguntur dum conuersio per solam fit contritionem: nam quando per sacramentum extrinsecè de attritione fit contritio, non est negandum, attritionem informari sacramentali gratia.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum contritio debeat esse de malo pœnitentiæ, an de malo culpæ.

Vnica conclusione huic difficultati respondetur: nempe, quod contritio solum est de malo culpæ. Hæc conclusio est D. Thom. in additione. 3. part. quæst. 2. artic. 1. & probatur ratione, nam contritio dicitur diminutionem de aliqua re dura: voluntas autem est quæ fit dura per culpam, de solo igitur malo culpæ debet esse contritio. Sed an de omni culpa debeat esse contritio. Pro quo sciendum est, peccatorum quoddam esse actuale, & quoddam originale, actuale est, quod contrahitur actu proprio, videlicet quando homo agit quod agere non debet, vel quando non agit quod agere debet, & isto modo diffinitur sic, Peccatum est omne factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei: originale peccatum est, quod homo ex origine contraxit, in

Scotus
Caieta

Concl. uni.

D. Thom.

Soto.

1. Conclu.

2. Conclu. D. Thom.

quantum scilicet homo descendit ab Adam secundum rationem feminalem. Itaque peccatum originale formaliter nihil aliud est, quam carentia iustitiae originalis; de qua re non minus eleganter quam diffuse tractat doctissimus Soto in 1. lib. de natura & gratia cap. 7. & 8. His praemissis, sit prima conclusio. Contritio non debet esse de peccato originali. Cuius conclusionis ratio est, quia solum debet homo conteri, & dolere de illo quod est actu proprio & propria voluntate commissum, vel, quod fuit in sua potestate non committere. At verò peccatum originale non fuit actu proprio commissum nec fuit in potestate alicuius non committere illud: quare non tenetur dolere vel conteri de peccato originali. Habetur namque in cap. Maiores de baptismo, quod originale quod sine consensu contrahitur, sine consensu remittitur.

Secunda conclusio. De omni peccato actuali tam veniali quam mortali debemus conteri vel dolere. Hanc conclusionem tenet D. Tho. in additio. 3. p. quaest. 2. arti. 3. Et huius conclusionis ratio manifesta est quia per omne peccatum actuale contrahitur quaedam durities in voluntate, quare ad hanc duritiam tollendam necessarius est dolor. Scendum tamen, quod de mortali peccato tenemur dolere necessitate praeccepti: de veniali autem tantum necessitate finis, ut Augustinus de vera & falsa poenitentia. capitulo. 8. ait.

V. DIFFICULTAS.

Utrum de singulis mortalibus culpis singulae contritiones requirantur.

PRO huius difficultatis elucidatione annotare opus est, quod dupliciter potest contritio considerari, vno modo quatenus est actus virtutis, alio modo secundum quod est pars & materia sacramenti, & iste secundus modus claudit in se propositum confitendi. Hoc supposito sic praemisso, respondet Caie. ad

Caie.

A hac difficultate duabus conclusionibus. 1. Conclu.

Prima, quod contritione primo modo considerata, scilicet stando in iure naturali, & ut est actus virtutis, non sunt necessariae tot detestationes peccatorum & contritiones, quot fuerunt peccata mortalia secundum numerum: imò nec secundum speciem, ut videlicet quot sunt peccata numero, tot exigantur dolores numero, nec requiritur vna contritio de omnibus fornicationibus simplicibus, & alia de omnibus adulterijs, alia autem de omnibus homicidijs, &c. sed dicit quod sufficit vnus actus, quo quis detestatur vniuersaliter omne peccatum propter Deum, etiam si tunc non lit cogitare de singulis que habet in memoria. Nec tantum, inquit, hac conclusio est vera stando in lege natura & veteri, quando non erat praecceptum de confessione, verum etiam in lege evangelica, quando huiusmodi praecceptum est, dum modò sit paratus cogitare tempore confessionis, ita tenet. 1. 2. quaest. 113. articulo. 5. ad. 3. & in. 3. part. super. S. Tho. quaest. 87. art. 1. probat, quia potest homo in instanti conuerti in Deum, iuxta illud Ezechiel. 18. In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Et capi.

Impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit, &c. Vbi diem, sancti, pro hora & momento accipiunt. Deinde probatur ex illo. 2. Regum cap. 12. vbi post reprehensionem Natan ad David factam de adulterio & homicidio, dixit David, peccaui Domino, & statim dixit Natan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum à te. Ecce quomodo omnia peccata David vnica contritione deleta fuerunt. Accedit in super illud Lucæ cap. 15. de filio prodigo, qui quidem plurima peccata commiserat, & dicendo solum, peccaui in caelum, & coram te, &c. reddidit ei pater stolam primam, & illud de latrone, de Paulo, & Magdalena, qui in instanti fuerunt conuersi, ac iustificati. Postremò probatur quod hac conclusio sit

D

E

E

Ezech. 18. Ezech. 33.

2. Reg. 12.

Lucæ. 15.

vera

Soto.

☩

☩

M. Cano.

☩

☩

☩

☩

☩

☩

☩

☩

☩

☩

☩

D. Thom.

vera in lege evangelica, quia quod requirantur tot detestationes, quot fuerunt species peccatorum, non reperitur in illa, ut patet per totum euangelium discurrendo. Doctissimus tamen Soto in. 4. distin. 17. quaest. 2. art. 3. licet non improbet hanc sententiam Caieta. nihilominus contrariam tenet, nempe ☩ per se & in iure natura stando ☩ etiam sine ordine ad confessionem requiritur contritio singulorum mortalium specialis & singularis. ☩ Non quod sint necessariae tot contritiones quot fuerunt peccata numero, sed quod non sufficiat de omnibus generaliter dolere. Idem tenet Magister Cano & addit hoc esse necessarium necessitate praeccepti & finis, itaque facta discussione, & habita singulorum memoria, sufficiet vna contritio cadens super omnia, quae agit in virtute praecedentium, quia est illarum finis, & extendit se virtualiter ad omnia & singula mortalia in numero, specie & genere, eò quod vnum peccatum mortale dimitti sine alio & sine contritione nequit, & displicentia vnus mortalis claudit displicentiam omnium mortalium, & hac contritio vocatur impraesentiarum specialis & distincta, non autem sufficiet in comuni & in confuso dolere, sicut oeconomico & dispensatori non sufficit reddere rationem in communi & in confuso, sed requiritur in speciali. Signanter diximus per se, quia per accidens scilicet quando tempus non suppetit ☩ aut comoditas nõ datur aut oportunitas: quare tunc dicit, quod sufficit contritio generalis peccatorum in confuso, quatenus sunt offensa Dei. ☩ Et non requiritur quod habeat plures vel quod illa sit specialis circa singula peccata, nec ante iustificationem nec post, sed sufficit vnica contritio, ☩ cum illa momentanea, & generalis contritio propositam includat pro tempore & loco singulorum poenitentiarum: & sententiam hanc reputo vtiliore; ac securiorem magisque D. Thom. dictis in locis citatis conformem. Inquit

enim D. Thom. quod exigitur, ut quantum in ipso est, ☩ tempore praecedente iustificationem ☩ diligentiam adhibeat ad rememoranda singula peccata mortalia, ut singula detestetur. ☩ Quorum memoriam habet. Ratio etiam id suadet, quia ex tali consideratione praecedenti subsequitur in anima quidam motus detestans vniuersaliter omnia peccata commissa, inter quae clauduntur peccata oblita. Similiter de veritate. quaest. 28. arti. 5. ad. 4. docet ad iustificationem non requiri, quod in ipso iustificationis momento aliquis de singulis peccatis cogitet: debet tamen praecedere recogitatio peccatorum, vel saltem subsequi ipsam iustificationem. Si quis tenere voluerit quod vnus & idem actus numero secundum substantiam per vires naturae produci possit, & continuari vsq; ad gratiae infusionem inclusiue (ut Scotus & Caieta. asserunt) dicere debet, quod differunt secundum rationem, scilicet in esse virtutis & meriti: & sic eliciuntur à diuersis principijs, & iuxta hoc ab aliquibus dici solet, quod idem actus numero potest esse à principio bonus, & postea malus, ut in exemplo supra posito patet. ☩

Secunda conclusio de mente Caietani, & tenenda est, quod si loquamur de contritione prout est pars sacramenti, & materia confessionis, & ut habet propositum annexum confitendi requiritur contritio de singulis distincta, non solum secundum speciem, sed etiam secundum numerum, quia contritio includit simul propositum confitendi singula mortalia secundum speciem & numerum. Tenetur namque homo confiteri omnia peccata mortalia, non tantum secundum speciem, verum etiam secundum numerum, ac proinde requiritur tot contritiones, quot fuerunt peccata in ordine ad confessionem. Hae tamen conclusio intelligenda est in sano sensu, hoc est communiter & moraliter loquendo, ut quando vehementer poenitent

☩

☩

☩

2. conclus.

☩

☩

☩

tet hominem Deū offendisse: postea in memoriam peccata redigens ea omnia & singula detestatur, & omnia confessario dicit, de singulis dolet, & singula excrucatur, nisi sit h̄cta confessio. Aliquādo tamen in principio habet illā contritionem & dolorem generalem, qui sufficit ad gratiam, & deinde peccata inuestigat ad confitendum, & si non habeat cōtritionē specialem de singulis, quando cōfiteatur, vel e contra, si à principio dū quis cogitat de peccatis, & illa confitetur, tantum habet dolores, qui sunt attritiones: sed tamen in termino, id est peracta indagatione, accedit cōtritio generalis de omnibus rememoratis: verē consequitur remissionem peccatorum. Sufficit nanque illa vnica contritio generalis pro omnibus peccatis, quā singulis correspondeat secundum vniuscuiusq; grauitatē, scilicet magno peccato magna, &c. Illa enim agit in virtute dispositionum omnium precedentium.

VI. DIFFICULTAS.

Utrum contritio dolor esse debeat maximus, qui esse potest per naturam?

Scotus.

Missā opinionē Scoti in. 4. d. 14. q. 2. afferentis, quod debet habere certam, tum gradualem intensiōē, tum subinde extēsiōē, & tēporalem continuationē dolor ille, qui est cōtritio, (hac inquā opinione omīssa) per aliquot conclusiones difficultati huic respondetur, quarum prima est. Dolor qui est essentialis contritio, nempe peccatorum detestatio, maximus esse debet appetitiuē dolorum omnium: quod est dicere, Debet peccator sic detestari peccata, vt pro nulla re mundi amplius illa committat. Hęc conclusio probatur ex similitudine vtriusque p̄cepti, scilicet dilectionis Dei, & doloris peccatorum.

Deute. 6. Matth. 22.

Sicut enim scribitur Deut. 6. & Matthe. 22. Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde, in tota anima, & in tota mente: Similiter de contritione legitur Ioel

Ioel. 2.

2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro: Et sicut plures extimare homines debent Deum ipsum, quā omnia alia sub charitatis p̄cepto: itaq; si esset necesse relinquere omnia propter Deum, relinquerent, cū enim ipse sit supremus omnium bonorum finis, ipsum appetitiuē vniuersis p̄ferre debemus: sic etiā dicendum est de dolore, qui est cōtritio, videlicet q̄ requiritur vt odio habeamus peccatū super omne odibiles, ita q̄ plus velle debemus quācunq; mala & damna, scilicet infirmitatē, imō & mortē pati appetitiuē, quā mortaliter peccasse. Ratio est, quia tantum dolemus de amissione rei, quantū de possessione illius gaudemus. Vnde elegātissime D. Greg. ait, Nihil sine dolore amittitur, nisi quod sine amore possidetur. Et cōfirmatur hęc conclusio ex illo Matth.

D. Greg.

Matth. 10.

10. Qui diligit patrem, aut matrem, plus quā me, non me est dignus. Sensus enim huius loci literalis est, Ob nullam rem mūdi nec propter vitā, fas esse peccare.

Secūda cōclusio. Nō opus est, vt eadē detestatio & nolitio peccati sit maxima intēsiuē, nec certā habere intensiōem. Hęc conclusio, quo ad primā partē est contra Adrianū. q. 2. de poenitētia. Et quodlib. 5. artic. 3. quibus in locis asserit, adeo cōtritionē debere esse maximā, vt homo totū conatū apponat detestando peccatū, & totū quod in se est faciendo ad dolendū de illo. Et eā affirmat D. Tho. in. 4. d. 17. q. 2. ar. 3. quæstiuncula. 1. Et probatur rationibus.

2. conclus.

Adrianus.

Prima ratio est, quia actus charitatis quāuis non habeat totam intensiōem, nec ex toto conatu procedat, sufficit ad remittendum omnia mortalia, eo quod elicitur ab habitu infuso, cum quo peccatum mortale nequit stare, pari ergo ratione contritio vera, quæ non nisi à charitate elici potest, sine summa intensiōe dari poterit. Et dicere, quod habitus nūquā producit actū nisi cū summa intensiōe, nō tantū omnibus doctoribus verū etiā experientiē ipsi aduersatur, quia habitibus vti-

D. Thoma.

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

mur cum volumus, & quantū volumus. Secūda ratio est, quia cum homo optime p̄ceptum fidei & spei adimplere possit etiam si non summo conatu hoc faciat, nulla apparens ratio suadet, cur absque huiusmodi summo conatu, charitatus & contritionis p̄ceptum nequeat adimplere. Tertia ratio est, Quia intensio actus voluntatis, fit ex vehementia obiecti mouentis: obiectū autem sensibile vehementius suapte natura mouet voluntatem, quā spirituale: quoniam voluntas sequitur cognitionē intellectus: intellectus autem sumit in hac vita cognitionem à sensu: sensibilia verò sunt propinquiora obiecta, quā spiritualia, ergo amor sensualiū potest esse intensior, quā spiritualium, atque adeo displicentia amissionis eorum, quā displicentia amissionis spiritualium. Et cum dolor peccatorum sit de rebus spiritualibus, scilicet quia per ipsam amittimus Deum, & eius gloriam fit, vt alius dolor possit esse maior intēsiuē, vt quādo homines filios, aut honores, aut alias res charas amittunt. Ex quo colligitur, dolorem, qui est in parte sensitua, vehementiorem esse posse, quā qui ex detestatione nascitur peccatorum absque culpa: quia vires sensitue promptius circa sua obiecta obediunt rationi, quā circa obiecta spiritualia. Per hęc inquit Soto vbi supra artic. 4. consolari debent vulgares, qui nō tā affluenter gemūt, nec tantas effundūt lachrymas propter commissa peccata, quā propter amissas res temporales: est enim natura in causa, & ideo non vergit in culpam. Dum tamen habeant maximum dolorem appetitiuē. Quod si aliquando in aliquo sancto repertum fuerit maximum dolorē requiri intensiū ad contritionem, vt apud Augustinum sermone. 11. ad fratres in eremo reperitur, vbi ait, grauiora peccata grauisimis lachrysis indigere, intelligendū est de plenaria remissione, nempe quo ad culpā & quo ad poenam. Et Ambrosius ad virginem

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

☉

Lapsum. c. 8. inquit, Cor poenitētis sicut cera liquefiat, & totum corpus maceatur, & Deutero. cap. 4. Si quæsieris ibi Dominum Deum tuum inuenies; si tamen toto corde quæsieris & tota tribulatione animæ tuæ. Denique sunt quam plurima exempla sanctorum quæ insinuunt maximum dolorem intensiū requiri, &c. quibus Adrianus nititur suam probare sententiam: David enim dicebat, laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Et alibi, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c. Insuper Petrus Apostolus fleuit amare, & Maria Magdalena lachrymis suis dominicos pedes rigauit. Ex quibus omnibus colligi videtur, illum, qui toto conatu non conuertitur minimē veram habere contritionem, eo quod non videtur facere totū quod in se est, ac p̄inde nec cōferri ei gratia. Sed hęc omnia vel appetitiuē, vel per quandā exaggerationē esse dicta intelligere oportet, vel dicendum est, quod licet contentum in exemplis illis sacrarum literarū & sanctorum sit melius & optimū: non tamē necessarium & in p̄cepto. Nec intelligenda sunt de culpæ remissione essentiali, quia hęc etiā ex minimo charitatis gradu absq; hoc, quod peccator toto conatu intensiū conuertatur haberi potest: modo diligit Deum super omne diligibile, & detestatur peccatū supra omne detestabile appetitiuē, sed intelligendum est, quod requiritur illa omnia quæ sancti exposcunt de remissione plenaria, nepe quo ad culpā, & quo ad poenam totam, ac denique ad totius hominis, quo ad corp⁹ & animā, reformationem. Vnde iuxta hūc modum dicēdi maiorem dolorē esse oportet de peccato maiori, quā de minore, secundum gradualem intensiōem: at tamen nō requiritur maior dolor intēsiuē de vno peccato, quā de alio ad simplicem culpæ remissionem. Nam quælibet sufficiens ad delendū aliquod peccatum quantuncunq; minimum, sufficit

Deut. 4.

psal. 6.

psal. 118.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

cit ad remissionem omnium peccatorum, quaecumque fuerint. Quoad secundam partem, nepe quod non requiritur habere certam intensioem, conclusio nostra est contra Scotum ubi supra. Et probatur, primum quia non reperitur in scriptura locus, ex quo colligere possumus, quod haec certaintensio requiratur. Deinde probatur, quia Deus prior est ad miserendum, quam ad puniendum: sed quaecumque voluntatis intensio etiam in instanti sufficit ad peccandum, quaecumque; ergo intensio, & in quocumque instanti sufficit contra peccatum ad consequendam misericordiam.

3. conclus. Tertia conclusio. Contritio quantum ad eius substantiam, quae est peccatorum detestatio, non potest esse per se nimia, imo per se quanto maior, tanto melior. Dolor vero sensus potest esse nimius, ac proinde vitiosus. Prima huius conclusionis pars probatur, nam contritio est quidam actus charitatis: charitas autem non habet modum, quia ut Bernardus ait, modus diligendi Deum est ipsum sine modo diligere, cum sit infinite bonus, ergo nec detestatiioni offensae Dei imponendus est modus. Secunda vero pars probatur, quia posset homo tanto se dolore & moerore afflictere, ut mortem sibi aut morbum acquireret, quod esset homicidium genus: ac proinde actus vitiosus.

De grauiori culpa, si comparatio inter culpas fiat, maior debet esse contritio appetitiuae, quam de minori. Quia ratio doloris, quae est offensa Dei magis reperitur in uno peccato, quam in alio, eo quod ex magis inordinato actu, Deus magis offenditur. Nec hoc tantum habet verum quando singulis peccatis sigillatim correspondet singulae contritiones, verum etiam quando vnica omnibus simul sumptis, pro maiori enim peccato maiori dolore peccator affici debet, quam pro minori. Et quemadmodum qui vnica dilectione diligit Deum & proximum propter Deum, virtualiter in ea magis diligit Deum, & inter plures proximos, ceteris paribus, magis diligit meliores tam in pra-

sentia vita quam in coelo: Et sicut qui vnica volitione vult media & finem, & vnico amore amat vtrumque, sed media vult & amat propter finem, magis vult & amat finem quam media: ad eundem modum qui vnica contritione dolet de omnibus peccatis virtualiter (quod D. Th. vocat habitualiter) magis dolet de maiori peccato quam de minori, licet namque neque minima culpa venialis sit eligibilis, cum sit intrinsece malum: attamen paratus debet esse animus, ut si aliquod ex hominis fragilitate committendum sit, potius sit minus quam maius ad mittendum, & illud est maius quam plus Deo displicet, & non illud, quod magis honori, & humanae existimationi aduersatur, ut magis displicet Deo adulterium, vel homicidium, quam furtum, licet vulgo furtum maiori infamia denotetur. Sicut enim ad ordinem charitatis spectat Deum praecunctis rebus creatis diligere, sic ea acerbius detestari, quae illi sunt magis execrabilia, & ab eo nos longius alienant. Appetitiuae dicitur, quia intensioe id non est necessarium. Nihil enim obstat, quominus possit homini intensus dolere peccatum magis infame.

Annotato etiam hic, quod appetitiuae magis est dolendum, tam de alieno, quam de proprio peccato, quam de passione Christi, quia neque ad illam euitandam licitum est peccare. Similiter magis est dolendum de minimo peccato proprio appetitiuae, quam de maximo alieno, imo pro nulla quantumuis maxima offensa aliena vitanda, licet mihi minimum peccatum committere. At vero quantum ad intensioem gradualis actus, & acerbitate sensuale doloris, nil vetat quominus Magdalena potuisset amarius flere Christi mortem, quam propria peccata, & ita beata virgo maiori affecta fuit moerore de peccato crucifigenti, quam de morte Christi. Tamen si sensualem dolorem habere potuit maiorem de morte, cuius gladius eius animam transverberauit. Haec Soto ubi supra. Solet hic moueri dubium, an expediat facere huiusmodi comparationem.

ratio-

rationes, videlicet, Mallem amittere peccatas, honorem, vitam, gehennamque tolerare quam Deum offendere. Cui dubio licet Diuus Thomas in additionibus, 3. par. quaestio. 3. artic. 1. ad. 4. multipliciter respondeat, arbitror tamen, me non insufficienter duabus conclusionibus satisfacere posse, quarum prior est. Viris imperfectis, & incipientibus minime licet praedictas comparationes facere, nec confessarij debent eas illis proponere. Probatur, nam praerberetur illis occasio ruinae & peccandi, eo quod obiecta sensibilia ac praesentia multum mouent. Unde satis erit huiusmodi homines admonere, quod tenentur Deum super omnia diligere, & detestari peccatum super omne odibile.

2. conclus. Posterior conclusio. Viris perfectis, & proficientibus cum mala aded praesentia sunt poenalia, ut nullam annexam habeant mortalem culpam, & non sicut poena gehennae, carentiaque in perpetuum diuinae visionis, non tantum has comparationes facere licet, verum etiam optimum esse per eas se exercere, Non ambigo, eas Apostolum fecisse ad Rom. 8. legimus. Si quidem dicebat, Certus sum ego, quod nec moris nec vita, &c. poterit nos separare, &c. & ad Rom. 9. Optabam ego ipse anathema esse, &c. & Moyses dicebat, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis dele me de libro quem scripsisti. Exod. 32.

ad Rom. 8. Ad Rom. 9. Exod. 32.

VII. DIFFICULTAS.

Utrum contritio debeat habere septem conditiones, scilicet quod sit discreta, amara, lacrymosa, praemeditata, vniuersalis, integra, & durabilis?

1. conclus. Hic difficultati vnica conclusio: ne affirmatiua respondetur. Prima namque conditio est, quod debet esse discreta, ac proinde cum spe veniae, itaque vere contritus qui sit, nunquam de ve-

nia, & misericordia Dei desperet. Deus enim plus potest parcere, quam homo peccare. Unde fit, ut Augustinus super illud quod dicit Cain, Genes. 4. capit. Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear, dicat, Mentiris Cain, quia maior est pietas Dei, quam iniquitas tua. Et Ambrosius. Nemo desperet, quia Iudam proditorem non scelus quod commisit, sed sua desperatio fecit penitus interire.

Secunda conditio est, quod debet esse amara: ita dicebat sanctus rex Ezechias Isai. cap. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.

Tertia conditio est, quod lacrymosa sit. Quapropter Psal. 6. lauabo per singulas noctes, &c. scilicet conscientiae, lacrimis meis stratum meum rigabo.

Quarta conditio est, quod praemeditata sit, ut patet in praallegata auctoritate, Isai. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos.

Quinta vero, quod sit vniuersalis, id est, de omnibus peccatis.

Sexta etiam, quod sit integra, id est, cum proposito confitendi, & satisfaciendi, ut dictum est.

Septima quod sit durabilis, quae quidem quomodo sit intelligenda, statim in sequenti difficultate ostendam.

VIII. DIFFICULTAS.

Utrum tota haec vita sit spacium contritionis?

Difficultati huic per aliquot respondemus conclusiones, & earum prima sit affirmatiua directe ad quaestionem responsiua, quam Diuus Thomas tenet in. 4. distin. 17. quaest. 2. ar. 4. quaestiuicula. 1. Et probatur ratione, quia quandiu aliquis est in statu vitae, detestatur incommoda, quibus a peruentione ad terminum vitae retardatur, vel impeditur. Unde cum propter peccatum praeteritum vitae nostrae cursus in Deum retardatur, oportet ut in tempore huius vitae status con-

Contritionis maneat quantum ad peccati detestationem. **¶** Cū enim homo pœnam æternam peccando contra Deum æternū meruit, debet pœna æterna mutata in tēporalē in æterno id est in statu huius vitæ dolor manere. Vnde Hugo de sancto Victore ait: Deus absolvens hominem à culpa & pœna æterna, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati. **¶** Sed an continuè expediat de peccato dolere est dubium: pro quo sit.

2. conclus. Secunda conclusio. Expediens & cōueniens est, semper dolere de peccatis: ita enim consulunt sancti: quia ad amicitiam pertinet dolere de offensa in amicum facta, maximè quia dolendum est quousque detrimentū reparatur propter peccatū factū. Intelligēda tamen est hæc conclusio de dolore seu displicentia voluntatis. **¶** Quæ cum virtus sit superflua & diminutū nequit habere, nā teste philosopho. 2. Ethic. in actibus virtutum minimè ista reperiri possunt. **¶** Non autem de dolore sensitivæ partis. Graue enim esset videre amicum semper tristari: nam potest dolor iste sensitivus habere superfluum & diminutum, & quantum ad intensiōem, & quantū ad duratiōem. Vnde, sicut debet esse moderatè intensus: ita debet moderatè durare, ne si nimium sistat, homo in pusillanimitatem & desperationem labatur.

3. conclus. Tertia conclusio. Actus contritionis non exigit aliquod tempus determinatum, per quod debeat durare, vt peccatum remittat. Conclusionem hæc tenet Chrysostomus de reparatione lapsi. Cuius verba habentur de pœnitentia. d. 3. cap. Talis, & d. 1. cap. Multiplex. & Leo Papa in Epistola. 69. ac ex illo Ezechielis. 18. patet cū auerterit se impius ab impietate sua, animam suam viuificabit, &c. Ratione confirmatur, quia si certū requireretur, staret quod aliquis faceret quod in se est, & quod condemnaretur: vt si illud ante terminationem illius tēporis faceret. Imò etiā si pateretur martyrium propter Christū valde dilectū,

A anteterminationē illius tēporis dānaretur: quod absurdū est dictū. Nec me latet Scotū contrariā huius nostræ assertionis sententiam habere in. 4. d. 14. q. 2. art. 2. sed tamen hæc tenenda est. **¶** Nec nocet quod obijci solet, quia dispositio ex parte hominis ad gratiæ infusionem prærequiritur: quia non tēpore, sed natura præcedere debet. Tū enim in naturalibus agentibus dispositiōem formæ introductionē tēpore præcedere opus est. Vel secundo respondetur negando necessariam esse dispositiōem ex parte hominis, quæ primo oritur ab homine. Ait enim Esai. c. 65. quem Paulus inducit ad Rom. 10. Inuentus sum à nō quærentibus me palam, apparui ijs qui me non interrogabant. Ioannes quoq; in sua prima canonica. c. 4. inquit, Nos ergo diligamus Deum, quia Deus prior dilexit nos: à Deo igitur primo oritur huiusmodi hominis dispositio. **¶**

C Quarta conclusio. De peccato semel dimisso nō tenemur iterū dolere. Ratio est, quia Deus nō punit bis in idipsum. Itē quia post cōtritiōem ad solam pœnā tēporalem soluendā, manet homo obligatus. Hæc autē pœna, sine contritione solui potest, sed quāuis nūquam simpliciter teneatur iterum dolere de peccato dimisso, nisi forsan tantum periculū offerretur cōsentiendū, vt aliter euitari nō posset, nisi positiuo actu voluntatis cōsensum repellendo: tenetur tamen non cōplacere quādo peccatū se practicè offerat, ita quod si voluntas elicit actū aliquem circa illud peccatū iam dimissum, oportet quod sit in illius detestationē, vt diffusius tractauimus supra, secundum mentem domini Caietani in opusculo 21. quæstionū. Nec ignoro fuisse graues doctores. **¶** Scilicet Alex. Alē. 4. par. q. 68. mēbro. 2. ar. 2. Palud. in. 4. dist. 17. quæstio. 1. ar. 3. Ricar. dist. 14. ar. 9. Gabriel etiam in eadem dist. quæst. 3. **¶** Oppositam sententiam tenentes, nempe quod etiam si peccatum sit remissum, quoties cūq; se offert memoriæ, tenetur homo de

Scot.
E
Esa. 65.
Rom. 10.
1. Ioan. 4.
4. Conclū.
Caiet.
Alex. Alē.
Palud.
Ricar.
Gabriel.
E

de illo dolere. **¶** Alias si practicè peccata memoriæ occurrant, & pœnitens cōtritione careat, mortaliter nimirum peccabit, **¶** tenenda tamen est Caietani sententia. **¶** Et probatur, nam potest tunc homo mere negatiuè se habere, suspendendo actum vel ad alia diuertendo, vel fugiendo. Sunt enim quædam peccata veluti luxuriæ, quæ melius his modis vitantur, quàm de illis contradictoriè cogitando. Item sola fidei, spei & elemosinæ memoria, nō dicitur præcepti obligationem inducere nisi tempus necessitatis instet. Pari ergo ratioe sola memoria peccatorū practicè non inducet præcepti obligationem. Postremo, quia in cap. Quod quidem. de pœnit. & remis. præcipitur confessoribus, vt impœnitentium confessiones audiant & recipiant, quamuis non ad absoluendum, ad consilium tamen illis præbendum: & tamen ex opposita sententia expresse colligitur, huiusmodi impœnitentes confitentes peccata sua absque contritione mortaliter peccare, quando quidem tūc practicè memoriæ eorum occurrunt. **¶** Et ne quis ignoret quando peccatum se offert practicè: quando autem speculatiuè, dico, quod tunc occurrit memoriæ speculatiuè, quādo quis de illo cogitat, vel ad tractandum de illo, vel dum audit confessiones, &c. Tunc autem practicè quando occurrit, aut tanquā opere exequendum, aut tanquam delectatione in eius cogitatione sistendo.

5. conclus. Quinta conclusio. Quamuis peccatū nondum fuerit remissum hoc solum quod est memoriæ occurrere practicè, minimè secum affert necessitatem contritionis sub præcepto, nisi aliquod tempus ad sit, quæ eiuscemodi præcepto sunt decreta, vt est articulus confessionis, aut articulus mortis, &c. sed solum tenetur homo non complacere ad sensum expositum.

6. Concl. Sexta conclusio. Nō ilico vt hominem se sentit culpæ, Pœnitentiæ lege pœnitere constringitur. **¶** Est enim præ-

A ceptum affirmatiuum de contritione, & ideò nō pro omni tempore obligat. **¶** Quod ex more & vsu ecclesiæ satis constare videtur. Nemo namque à sacerdotibus vsu clauium habentibus tanquam de nouo peccasse reprehenditur, si non cum primum peccauit resipiscat. Non enim homicida, qui per quodcunque tempus manet in peccato, committit singulare delictum impœnitentiæ, sed manet in homicidio: in quo sensu intelligere oportet Diuum Thom. in. 2. 2. q. 62. artic. 8. vbi ait, quod non licet per aliud quod tempus in peccato manere, sicut non licet furari & occidere, &c. & ideò qui pœnitentiā differt, solum auget culpam homicidij. Augetur namque grauitas culpæ, si statim nō habeat debitor propositum internam restituendi, cum primum illi in mentem venerit in debito esse res alienæ: debet namque proponere habita opportunitate restituere. Quoniam si, Doctore Augustino, nō dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum: absque tali proposito nulla esse potest vera pœnitentia, & augetur grauitas peccati, quando maior est restituendi mora: tum quod peccatum eo peius, quo diuturnius: tum etiā, quod damnū domini semper indies augetur, cū diutius vsu rei suæ priuetur. Quin verò tanta potest esse restituendi mora, vt sit de necessitate confessionis: non tamē erit nouum peccatum mortale, nisi quoties proponit nō restituere: & similiter, quoties creditor legitimè petit: imò verò dū eum videt graui premi necessitate. In his enim casibus nouum peccatum est non restituere. Dicimus ergo de pœnitentiā, quod quantum ad hoc vt eam non differamus in quocunque tempore, cōsiliū sonat. **¶** De consilio enim intelligendus est locus ille Eccles. cap. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, nec differas de die in diem; Subito enim veniet ira illius & in tempore iracundiæ disperdet te: **¶** tempore autem imminētis periculi mortis, præceptum. **¶** Siue huiusmodi

¶
D. Thom.
D. Aug.
Eccle. 5.
¶
¶

modi periculum immineat ab intrinseco, vt cum quis ad mortē infirmatur, siue ab extrinseco, vt cum quis bellū vel duellum ingreditur, vel est suspendendus, vel alio mortis genere à licetore occidendus. ¶ Et similiter dū quis sacramentum eucharistiæ suscepturus est, & non adest copia confessoris. ¶ Singulariter contritionis præcepto obligatur propter sacramenti illius dignitatem: quod quidem præceptum, si non potest perfectè impleri quo ad confessionem, debet saltem impleri quo ad contritionem. ¶ Nec obstat id quod aduersus istam nostram sextam conclusionē obijci solet, Quia si homo quando iniuria proximum affecit famam, vel honorē, vel pecunias ab illo auferendo, ilico ei reconciliari, ac recompensare damnum illatum illi tenetur: à fortiori igitur cū quis Deum offendit, teneri ei reconciliari, ac conuerti ad ipsum fateri oportet. Non inquam obstat, neganda enim esse consequentiam proculdubio existimo propter discrimē maximum, quod inter bona proximi & propria existit. Nam bonorum alterius nullus est dominus, & idcirco non tantū cū quis actualiter accipit bona aliena per furtum vel rapinam infert iniuriam domino illorū bonorum & agit contra iustitiam: verū etiam cum retinet illa ipso inuito, quia idem frangit præceptum, ac proinde ilico ea restituere tenetur, & eadem ratione monachus apostata, cum ratione voti nō sit dominus sui, statim se monasterio cui⁹ est restituere tenetur. Similiter cū quis infirmitate graui corporali laboraret, cui succurrere & mederi possit, statim sub peccato mortali ex charitatis præcepto teneretur, eo q̄ homo nō est dominus suæ vitæ & salutis corporalis. At vero suorum bonorum spiritualium vnusquisque est dominus iuxta illud Ecclesiast. 15. cap. Deus ab initio cōstituit hominē, & reliquit illum in manu consilij sui. Si enim quispiam merita quæ proprijs operibus (supposita Dei

A gratia) acquisiuit, amiserit, non obligatur à Deo ad illa recuperanda, nisi tempore quo ad suam propriam & perpetuam vitam sunt necessaria, nempe in necessitatis articulo. Quo circa nō statim quod in peccatum incidit, conteri tenetur sub nouo peccato. Imò etiam si nōlet conteri, non esset mala illa nolitio, nam quemadmodum nolle missam audire in die quo non tenetur fidelis, non censetur actus malus, ad eundem modū nolle conteri pro tempore, quo non tenetur peccator, non est actus malus, saltem non est peccatū mortale, quia nec est contra charitatem Dei nec proximi, sed ad summum erit actus ociosus. Secus tamen erit si habeat actum posituum, scilicet volo manere in peccato, quasi volendo & acceptando illum statum manendi in peccato, qui est veluti habitus. Annotato etiam hic quod non solum in necessitatis articulo tenetur existens in mortali conteri, verum etiā quodcumque ex eo, quod diu differret contritionem, periculum sibi immineret incidendi in aliud mortale. Quoniam vt ait Diuus Gregorius, peccatum quod per poenitentiam non deletur suo pondere ad aliud trahit, & huic sententiæ subscribere videtur Diuus Thom. cum in 1. 2. questione. 109. articulo. 9. & 10. docet non posse aliquem per lōgum temporis interuallum in mortali peccato existere, quin in aliud incidat. Ratione igitur periculi huius conteri tenetur peccator etiam si non statim, post aliquod tamen tempus, arbitrio prudentis viri determinandum.

Septima conclusio. Quamuis existēs in mortali si non conteratur, dum admistraturus vel suscepturus est aliquod sacramentum mortaliter peccet & sacrilegium committat, eo quod præceptū cōtritionis frāgit, quod tūc per accidens obligat, non tamē duplici peccato peccat, quādo tamē suscepturus est eucharistię sacramentū, quia est speciale præceptū de cōtritione & cōfessione præmittēda

ante

ante huius sacramēti sumptionē, qui in contritus & indigne contra istud præceptum accedit, fortassis nouo sacrilegij peccato delinquit. Quæstionem tamen arbitror esse de nomine dicere, quod vnum vel duo sunt peccata, modo fateamur duplicem illic adesse malitiam. Hoc tamen tanquam certum est habendum, quod quotiescumque cōteri quis tenetur, si cum attritione non solum sacramenta baptismi & poenitentia (quæ mortuorum sunt sacramenta) sed etiā quæcumque alia suscipiat in re per quæ iustificetur, satisfacet præcepto contritionis, siquidem omnia sacramenta ex attrito reddunt hominem contritum. Similiter tenendum est pro certo (quantum ego existimare possum) quod contritionem & confessionem omittens tempore, quo ad illam tenetur, scilicet in quadragesima, vel in mortis articulo nō committit duplex peccatum. Et ratio videtur manifesta, quia Ecclesia cū præcipit annualem confessionem, determinat etiam tempus quo tenemur conteri, & quando facimus satis confessioni etiam contritioni satisfacimus, ac subinde quivtramque omittit simplex duntaxat peccatum committit.

Octaua conclusio. Contritionis præceptum non obligat in diebus festiuis. Conclusionem istam tenet Caic. in summa verbo festum, & latius 22. q. 123. art. 4. Et probatur tripliciter, primo quia cum præcepta non ad finem sed ad media obligent, fit, vt quamuis finis de sabbathi obseruatione, sit animæ sanctificatio quæ per contritionem & Dei amorem fit, nō tamen inde sequeretur, quod nos obliget ad contritionem & ad Dei amorem super omnia habendum in diebus festiuis, sed tantum ad non faciendum opus seruile: & ad rem diuinam ex Ecclesiæ statuto audiendam. Secundo quia obseruare sabbatha actum religionis, conteri autem actum virtutis poenitentia esse liquet. Præceptum ergo sabbathi obseruationis contritionem non

A includit, quandoquidem distinctarum virtutum sunt distincta præcepta. Tertio, quia cum multi dies festiui in anni circulo sint quos obseruare populus Christianus tenetur, difficillimum, imò importabile iugum oneris esset, homines ad contritionem habendam in quo libet illorum dierum obligare. Nec me latet Scotum in 4. di. 37. & ibidem Gabriellem, Summa Angelica, Verbo ferri, Nider in suo præceptorio & D. Antoninus 2. parte titulo 9. tenere contrariā sententiā. Sed nihilominus nostra hæc conclusio est amplectenda. Nec est argumentum aliquod efficax & conuincens pro cōtraria, nam locus ille qui adduci solet pro illa Leuiti. 16. & 23. Sabbathum enim requietionis est & affigeris animas vestras religione perpetua. Vbi dominus innuere videtur, quod in festiuis diebus conteri teneamur & nostras affigere animas, tripliciter exponi solet, primo modo quod illud præceptū legale erat, & ideo iam cessauit: colere autem festa morale atque diuinū est, quod semper manet. Secundo verò, quod dominus non de contritione, sed de ieiunijs & alijs corporis macerationibus loquitur. Tertio denique, quia illud non in singulis festis, sed in expiationis festo tantum à Domino præcipiebatur. ¶

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum post hanc vitam possit esse poenitentia?

Præterquam huic difficultati respondeam, distinguendum est, de triplici statu post hanc vitam, & de tribus quæ in contritione considerantur quæ sunt dolor sensus, cōtritionis forma, quæ est gratia, atque eius efficacia, quæ est remissio culpæ. Tunc est prima conclusio. In patria potest esse peccatorum abominatio cum forma quæ est gratia, sine dolore tamen propter plenū gaudiū, quod illic existit, sed absque efficacia remissionis, quia illa in via obtinuerunt: sunt tamen illic triumphantes de victoria cōtra peccata.

X Secunda

2. Conclu. Secunda conclusio. In existentibus in inferno potest esse poenitentia peccatorum cum dolore maximo, quo illic semper damnati excruciantur, sed absque gratia forma & fructu, & efficacia remissionis propter obstinatum voluntatem.

3. Conclu. Tertia conclusio. In purgatorio existentes, dolorem quidem habent de peccatis, eundemque gratia informatum, non tamen meritum, quia sunt extra viam: quia re nec eorum dolor est contritio efficax ad remittendum peccatorum poenas, & ut est pars sacramenti, quoniam sacramenta cum viatorum medicinae sint, extra hanc vitam esse nequeunt: nec ut est actus poenitentiae virtutis, quia purgatorium non est locus recopensationis voluntariae, sed simpliciter iustitiae vindictivae. Licet enim poena illa voluntarie acceptetur ab animabus in purgatorio existentibus & sit dolor propter Deum, eod quod ad hoc sufficit quod a charitate proficiscatur: non tamen voluntarie accipitur & sumitur, sed a iudice infligitur, quod tamen requiritur ut sit dolor meritorius & satisfactorius. Hactenus de contritione dicta sufficiant.

De confessione.

I. DIFFICULTAS

Utrum sacramentalis confessio fuerit a Christo instituta, tanquam ad salutem necessaria?

1. Not. Vt clarius ea quae de confessione dicenda sunt, explicemus, annotandum est primum, quod in sacra scriptura duobus modis capitur confessio, vno modo, ut idem sit quod Dei laudatio. Unde, confiteri isto modo, idem est quod Deum laudare: & hoc modo accipitur, quando dicitur, confitemini domino, quoniam bonum, id est, laudate dominum &c. Alio modo, idem est quod peccatorum coram sacerdote manifestatio. De qua confessio ne impresentiarum tractare intendimus.

2. Not. Secundum notandum est hic, duplicem esse questionis huius sensum: videlicet an confessio sit diuinitus instituta, & ne-

cessaria necessitate finis, ut sine qua salutem consequi non possumus: & utrum praeterea sit de necessitate praeccepti, vel diuini vel humani. Puerum enim antevsum rationis necessarius est baptismus necessitate salutis, non autem necessitate praeccepti, quod eum liget. Et e contrario, honorare parentes, non est illi ad salutem necessarium: venienti tamen ad usum rationis est in praeccepto, ut optime ait Soto in 4.

B Tertiò est praeterea annotandum, duplicem esse confessionem peccatorum, mentalem scilicet, & vocalem. Mentalis peccatorum confessio est de legis naturae dictamine, adiuta quodammodo per fidem. Cum enim homo scit, & perpendit se offendere, vel offensusse Deum quem non vidit nisi per radium aliquem fidei, natura sibi dicat, quod ab eo misericordia est sibi humiliter postulanda. Quod nunquam fit, nisi recognoscatur culpa, & hoc fit per mentalem confessionem: & haec confessio tantum erat necessaria in lege naturae: Sed hic non intendimus tractare de hac mentali confessione, sed de vocali, ad quam mentalis ipsa ordinatur. Haereticum namque est dicere, quod haec mentalis post Christi aduentum sufficit. Dicitur enim Ioan. 11. quod Christus Lazarum resuscitavit, sed discipulis tradidit absolendum: & Luc. c. 17. legitur, quod decem lepro-

C fit, nisi recognoscatur culpa, & hoc fit per mentalem confessionem: & haec confessio tantum erat necessaria in lege naturae: Sed hic non intendimus tractare de hac mentali confessione, sed de vocali, ad quam mentalis ipsa ordinatur. Haereticum namque est dicere, quod haec mentalis post Christi aduentum sufficit. Dicitur enim Ioan. 11. quod Christus Lazarum resuscitavit, sed discipulis tradidit absolendum: & Luc. c. 17. legitur, quod decem lepro-

D sos quos mundauerat in via, misit ad sacerdotes: per quod significatur, quod peccator licet confessionem adiens, ratione contritionis quam habet, consequatur veniam peccatorum, tenetur tamen confiteri, & venire ad sacerdotem. Sermo ergo noster erit de confessione vocali, quae fit homini: quae sic definitur, Confessio est legitima peccatorum declaratio coram sacerdote, qui clauem habet & potestatem absol- uendi. Sit ergo prima conclusio, De hac confessione vocali, quod in noua lege a Christo redemptore nostro fuit instituta tanquam cuiuscunque post baptismum in mortali crimine lapsi, ad salutem necessaria: Necessaria, inquam, in re vel in voto: nam si votum confessionis in contritione

E

Soto.

3. Not.

Ioan. 11.

Luc. 17.

1. Conclu.

Ioan. 20.

Gene. 3.

Gene. 4. Ambr.

tritione inclusum, est necessarium, causa est, quia confessio ipsa in re est necessaria: sed quia apud Deum voluntas pro facto reputatur, votum sufficit. Haec conclusio probatur praecipue ex illo verbo: Christi Ioan. 20. ad Apostolos, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta erunt. Vbi omnes doctores dicunt, Christum hanc vocalem confessionem instituisse, & tanquam necessariam. Nam cum plenariam Deus potestatem impartitus sit sacerdotibus remittendi & retinendi peccata, iudices eos ordinarios rei huius constituisse, atque ad eum eius iudicium & sententiam necessariam esse voluisse viam ad salutem fieri oportet: & potuit habere haec institutio vocalis confessionis sacramentalis fundamentum in illo Genes. 3. quando dominus dixit, Adam ubi es? & in illo Genes. 4. quando dominus interrogauit Cain, Vbi est Abel frater tuus. Vnde Ambrosio. lib. de paradiso cap. 14. in eadem Adae historia eandem fundat confessionem. Et inde canonem illum, Non potest. 1. de poenitentia dist. 1. elicit, ubi ait, non potest quisque a peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus. Et licet quam plurima testimonia, ac rationes pro hac conclusione probanda supra adduxerim, libet tamen mihi impresentiarum superaddere duas rationes, quare debuit confessio ista vocalis in noua lege institui. Et earum prima haec est: quia confessio, idcirco fit homini, ut homo iudex arbiter sit inter Deum & hominem peccatorem. Arbiter autem debet esse talis, quod possit ponere manum in utranque partem, & ideo oportuit, quod ille cui confessio esset facienda, manum ponere posset in Deum, cui confitens vult reconciliari, & in hominem qui confitetur. Talis autem minime esse potuit, quousque Deus factus est homo: quia tunc datus est nobis mediator Dei & hominis homo Christus Iesus. Sciendum tamen hic est, quod sacerdotes appellari iudices ar-

A bitros, non est intelligendum in hoc sensu, quod in nostro sit arbitrio illis subijci, vel non subijci. Sic namque iudex arbiter nullam habet iudicandi, cogendique potestatem, nisi quam, qui eum elegit, ei tribuit, ut colligitur ex cap. Sanè. de arbitris, & ex toto illo titulo: sed intelligendum est, quod tanquam ordinarij Dei iudices arbitrentur de peccatis nostris, utrum remittere ea nobis, an retinere debeant, cum hac, vel illa iniuncta poenitentia.

B At vero ordinarius iudex est, qui ex se habet potestatem iudicandi, cogendique: ut rex vel eius minister, cui ipse vim coerciuam tribuit. Secunda ratio est, vtilitas maxima, quae nobis inde prouenit. Cum enim naturae lumine doceamur, eis qui corruptis sunt moribus, magnum esse emolumentum corda sua amicis pate facere, a quibus, vel re, vel consilio iuuentur, con- C sultissimè nobis Christus confessionem instituit, quae sub tantum secretum, quantum sacerdotibus praecipit, eis tanquam eius vicarijs morbos nostros exponeremus, qui eius autoritate, & nos ab illis liberarent, & salutaria medicamina in posterum adhiberent. Cum enim Deus disponat omnia suaviter iuxta cuiusque naturam, & homines simus: voluit homines nobis iudices relinquere, ad quos nostras deferremus, causas praesertim spirituales.

E Secunda conclusio est, Confessio sacramentalis quae modo fit ad aures secreta est & fuit semper necessaria, & vtilissima in ecclesia. Conclusio haec est contra errorem Masilianistarum negantium necessitatem confessionis, ut refert Damascenus in lib. de haeresibus, & contra errorem Iacobitarum, ut refert Guido Carmelita in lib. quem edidit de haeresibus & aduersus Viclef & Bohemos asserentes, post cordis contritionem, omnem exteriorem confessionem ociosam ac superflua esse. Quos quidem errores impugnat euidenter Thomas Vual. 2. de sacramentis cap. 135. Est etiam conclusio ista contra Lutheri articulum octauum ut est

2. Conclu.

D. Mas.

Guid.

Vuald.

videre apud Rosenfem. Asserebat enim Lutherus non esse venialia confitenda, imò nec omnia mortalia, cuius ratione subdit in ar. 9. quia si omnia confitenda essent, nihil diuinæ misericordiæ ignoscendum relinqueretur, quasi quod illa quæ confitemur à diuina misericordia non dimittantur. Nec Erasmus liber omnino ab ista existit heresi, nam in colloquijs titulo pietas puerilis introduxit puerum alteri dicentem, Tu quid facis cum peccas? Respondet, confiteor Deo soli. Et rursus, nunquid sufficit? Respondet sufficeret quidem, si placeret primoribus ecclesie. Et clarius in scholis super Epitaphium Fabiolæ ad Oceanum, quæ habetur inter epistolas D. Hieronymi in epistola quæ incipit. Plures anni sunt, ubi dicit, quod tempore D. Hieronymi non erat ista confessio auricularis, & statuit illic veluti regulam generalem quòd quando sancti loquuntur de confessione, intelligunt de confessione illa publica, quam publici peccatores in primitiua ecclesia faciebant. Et dicit quòd in hoc labitur Theologi, qui quod veteres dixerunt de illa publica, ad hanc auricularem longe diuersi generis confessionem trahunt. Probatur modo conclusio nostra quoad vtramque partem. Quoad primam namque constat ex traditione & vniuersali ecclesie usu à tempore Apostolorum vsque ad nos. Ait enim Clemens successor beati Petri in epistola. 1. Petrum Apostolum confessione fuisse usum. Tertulianus etiam lib. 6. de poenitentia in exomologesi. Origenes in psalmo. 37. & in Leuit. cap. 2. & 3. lib. periarcho. ca. 1. Ciprianus quoque lib. 1. epistolarum epistola. 2. 3. & 14. & lib. 3. per plures epistolas & sermone. 5. de lapsis. Chrysostomus. 3. li. de sacerdotio: probat esse istam confessionem necessariam. Quod quidem ex eo liquet, quia alias peccata nisi confessi fuerint absolui nequeunt. Insuper doctores ecclesie tenent eandem sententiam. Hieronymus in Mat. ca. 16. & in Esay. cap. 14. Ambr. in sermone Petri & Pauli & li. 1. de poenitentia à principio

vsque ad cap. 6. & lib. 1. ca. 7. D. Augustinus. in psal. 67. & tra. 27. super Ioan. & de remedio poenitentiae cap. 3. & ad fratres in heremo sermone 30. & in li. 1. de visitatione infirmorum ca. 2. & li. 2. ca. 4. & li. de saluatoribus documentis. Gregorius etiam in Registro li. 1. epist. 24. & tandem Bernardus sermone. 12. ad milites templi & ultimo post istos tenent omnes sancti & Theologi. Quoad secundam vero partem scilicet quod est vtilissima, experientia ipsa docet ex profectu animarum, ex ea subsequente. Nunquam enim homines sua peccata occultissima & turpissima reuelarent nisi in hac secreta confessione & non reuelando illa, nec reciperent consilia saluberrima & monitiones nec remedia quamplurima, quæ peccatoribus confessores adhibere solent vt à peccatis arceantur, quod quidem aded verum est, vt Lutherani cum in ciuitate Vitinergia experientia ipsa didicissent, ipsorum rempublicam, sublatam de medio auriculari confessione corrumpi cepisse & homicidijs adulterijsque ac alijs vitiorum generibus à Charolo quinto postulauerint, vt publico edito præciperet confessionem auricularem ab omnibus fieri. Tertia conclusio. Sacramentalis confessio diuino iure est præcepta. Itaque non solum necessaria est ad consequendam gratiam, vt de contritione diximus, quæ quidem gratia recepta, vt non est amplius necessaria, ita neque habet iam protunc necessitatem præcepti. Imò postquam quis per contritionem suscepit gratiam, tenetur iure diuino ad confessionem: quæ in contritione voto fuerat inclusa. Probatur hæc conclusio ex illo Matthæi. decimo octauo. Quæcunque ligaueritis &c. & quodcumque solueritis super terram &c. quod verbum sic exponit Augustinus. Ego Deus, & omnes caelestes ordines, & omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmant quoscumque ligatis, & soluitis: & loquitur de remissione

B. Clemens.
Tertuliana.
Orig.
Ciprius.
Chrysostomus.
Hieronymus.
Ambr.

Aug.
Greg.
Bernardus.
3. conclusio.
Matth. 18.
Aug.

sione peccatorum. Præterea, quia si Christus spiritum & potestatem contulit Apostolis remittendi, retinendiq; peccata, quæ ipse habet, vt Ioan. 20. patet, manifeste inde colligitur, confessionem iure diuino necessariam esse. Inanis namque, ac irrita esset hæc potestas, si ex iure diuino non teneremur ad hæc confessionem vocalem homini faciendam: quia si non esset præceptum, nullus esset qui sacerdoti diceret sua peccata. Probatur etiã ex illo Iacobi 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Quod verbum de sacramentali confessione merito à sanctis doctoribus intelligitur: nam quia multi, vt ait ad Corinthios Pau. propter peccata infirmantur, infirmos Iacobus admonet, vt accersitis presbyteris, primum confiteantur, vt subinde ipsi orent pro illis. Dicens ergo, confitemini, Apostolus, non se insinuat auctorem huius legis, sed ad admonet, quod Christus instituerat: & per hoc quod præmonuit induci presbyteros, hoc est sacerdotes ecclesie insinuat confessionem illis esse faciendam. Omitto etiã hic alia plurima testimonia, eò quòd iam supra eã adduxerim ad hanc eandem conclusionem comprobendam. Vnde, ex his, quæ illic & hic dicimus concludimus, quod ista tertia conclusio est veritas catholica, & eius assertio contraria est hæretica. Quarta conclusio. De confessione sacramentali adhibitum est præceptum humanum pontificium quoad tempus. Hæc conclusio patet ex cap. Omnis vtriusque sexus de poenitentia & remissio. Cuius verba sunt, Omnis vtriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti. Probatur ex consensu omnium fidelium, omnes enim fideles sentiunt se teneri sub præcepto quotannis confiteri peccata sua. Habetur etiã in concilio Tridentino, Sess. 14. cano. 8. Si quis dixerit (inquit) confessionem omnium peccatorum, qualis ecclesia seruat esse impossibilem &c. aut ad eã non teneri omnes & singu-

Ioan. 20.
Iacobus.
4. conclusio.
E
Con. Tri.

los vtriusque sexus Christi fideles iuxta magni concilij Lateranensis constitutionem semel in anno &c. anathema sit. Ex quo liquet nimis libere, audacter atque temerarie fuisse loquutum Durandum cum in 4. dist. 17. q. 14. in dubium reuocatur (imò totis viribus probare conatur) quæquamuis in illo cap. Omnis vtriusque sexus, confessio consulatur, non tamen præcipiatur. At verò nos existimamus hæresim manifestam esse nunc, asserere confessionem annuale non esse in præcepto, tum propter consensum totius vniuersalis ecclesie, tum propter concilij definitionem. Est tamen hic annotandum, præceptum confessionis non esse nouum præceptum à diuino distinctum: alioquin qui non confiteretur, duos committeret peccata contra duo mandata: sed est determinatio, & interpretatio diuini præcepti: nam cum in Evangelio non sit determinatum expressum tempus confessionis, illa determinatio commissi est ecclesie, cui Christus potestatem commisit iura diuina quoad tempus, & alias qualitates determinandi. Est enim ius diuinum de sacramento eucharistie, Nisi manducaueritis &c. sed tempus est de iure humano: vnde iusta de causa potest Papa, vel concilium Generale dispensare in tempore cum aliqua singulari persona, vt possit diutius confessionem differre. Probatur, quia illa temporis determinatio, vt dictum est, est de iure positiuo ecclesiastico: non tamen potest Papa, aut concilium dispensare super substantiam præcepti confessionis, videlicet vt quicumquam nunquam confiteri teneatur, cum præceptum confessionis sit diuinum, vt dictum est in tertia conclusione. II. DIFFICULTAS. Vtrum necessitas confessionis fuerit de iure naturali aut scripto ante Evangelium? Tribus conclusionibus respondetur huic difficultati, & prima sit. Confessio hæc quæ fit homini (de qua im-

Durandum.
Conclu.
1. Conclu.
X 3 præsen-

præsentiarum fermo est) ne utquam esse potest de iure naturæ, hoc est, sola natura eam dictante. Hanc conclusionem tenet D. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 2. Et ratione probatur, nam sacramenta ecclesiæ sunt supernaturalia: tū quia sunt protestationes supernaturalis fidei: tū, quia effectum habet supernaturalis gratiæ. Non enim ratione naturali, potest quis cognoscere quod aqua baptismi habet mundare à peccato. Item, quia ius naturale est idem apud omnes: quod nō habet confessio.

2. *Conclu.* Secunda conclusio. Et si confessio nō est de iure naturali, non tamen est cōtra ius naturæ, sed est supra naturam. Nec huic secundæ conclusioni aduersatur id quod solet obijci, quia reuelare crimē proprium alteri videtur esse contra ius nature, cū videatur se ipsum infamare. Non inquam, aduersatur, quia reuelare peccatum ad querendum consilium, nō est infamare seipsum. Ac ex consequenti, non est contra ius naturale; imō potius naturalis ratio dicit, ut vnusquisq; querat medicinā proprii vulneris. Quo fit, ut licet ratio naturalis ad eius notitiam non pertingat, supposita tamē per fidem cognitione virtutis huius sacramentalis, instinctus naturalis ad illud suscipiendum instigat.

Non obstat etiam illud, quod si natura docet, ut secretū amici celemus, à fortiori admonet, ut celemus propria peccata: quia non sumus tam domini alieni secreti nobis commisi, quam nostri, & ideo possumus nostrum, non autem alienum detegere.

3. *Conclu.* Tertia conclusio. In lege veteri non erat confessio sacramentalis, ut in noua. Hęc conclusio cōstat ex eo, quod nulla erat sacerdotibus veteris legis clauū potestas spiritualis ad remittenda peccata, ac proinde nec erat tunc obligatio aliqua confitendi peccata occulta sacerdoti, & si forsam aliquis sacerdoti, vel pharisæo reuelabat peccata sua, illud erat per modum capiendi consilij & reme-

A dij, & non ex aliqua obligatione.

E Quarta conclusio. Confessio sacramentalis, est in præcepto iuris diuini a Christo instituta omnibus baptizatis, qui mortale peccatum post baptismum cōmiserunt. Conclusio ista præter hoc quod constat ex dictis in 3. notabili probatur ex concilio Constan. Sess. 8. ex bulla Martini. 5. Vbi determinatur confessionem esse necessariam cōtra Vvicesf.

B & concil. Floren. ponit confessionem vnā partē sacramenti pœnitentiæ. in Concilio etiam Triden. Sess. 6. ca. 14. & Sess. 14. cap. 5. Cano. 3. & 6. hæc veritas diffinitur. Item in cap. Ad abolendam extra de hæreticis. pronunciat hæreticus, qui aliter de 7. sacramentis senserit, quam Romana ecclesia sentiat: in præcepto esse diuino cōfessionē aperte colligitur, & hæreticum esse oppositū asserere. Cō-

C probatur quoque autoritate fere omnium sanctorum, quos Gracianus adducit de pœnitentia dist. 1. per multa capita maxime in cap. Non potest quisq; Insuper ostenditur conclusio nostra tribus rationibus non leuibus, quarum prima est, Quia cum pœnitentia sit quoddam spirituale iudicium animarum, absolutio verò sententia: fit ut confessio quæ ex parte peccatoris se tenet præcedere debeat. Secūda, quia pœnitentiæ sacramētū est in præcepto diuino, & aded necessarium ad salutē, ut sine illo nō pateat hominibus salus. Sed absque confessione certissimum est minime hoc sacramentum existere posse, quia licet sit pars integralis: attamen sunt aliquæ partes integrales aded necessariae, ut sine ipsis totū consistere nequeat, ut caput in homine, & huius generis est confessio: ergo iure diuino, confessionem ipsam esse præceptam, fateri oportet. Tertia ratio est, nā cum ecclesia nobis confiteri præcipiat de omnibus peccatis, tam publicis, quā occultis: etiam in solo patris corde, ut ex cap. Omnis vtriusq; sexus & ex vsu ecclesiæ liquido constat, & hoc nullatenus ecclesia præcipere posset nisi de iure diuino

D

E

diuino esset confessio. Non enim ecclesia super actus mere interiores habet potestatem ut apud D. Tho. 22. q. 1. est videre, consequitur ut iure diuino omnia peccata mortalia confiteri teneamur. Qui videre voluerit alias rationes hoc ipsum, nempe auricularem confessionem iure diuino esse præceptam probantes, legat Adria. q. 1. de confessione ar. 1. & 2. & Rosensem ar. 8. Ex præhabitis iam perspicue exploditur D. Bonauenturæ sententia asserentis in 4. dist. 17. in 2. p. illius dist. q. 3. absolutionem, eò quod in sacramento pœnitentiæ tenet locum formæ à Christo esse institutam, confessionem autem, quia in illo est quid materiale minime, sed esse ab illo insinuatam ab Apostolis vero institutam, & à Iacobo Apostolo promulgatam, quam quidem sententiam ad litteram desumpsit, ab Alex. Ale. 4. p. q. 76. membro. 3. ar. 2. Sed iam nos ostendimus, confessionem institutam esse, ac præceptam à Christo, falsa igitur est sententia ista. Sequitur rursus falsam esse sententiam Scoti sepe ab ipso repetitam, quod in illo loco Ioan. 20. Quorū remiseritis &c. institutum quidem fuit pœnitentiæ sacramentum non tamē ut necessarium sed ut voluntarium, arbitrium & vtile. Et præterea dicit, quod qui dixerit, confessionem de iure humano esse præceptam: difficiliter impugnabitur, quāuis rationabilis asseritur, quod sit de iure diuino. Hęc Scot. Sed hodie iam in sacro concilio Triden. diffinitū est, confessionem ipsam esse de iure diuino (ut supra dictum est.) Quo fit, ut id negare sit iam hæreticum. Nec est dicendum, quod sacerdotes sint iudices arbitri, sed ordinarij, nec quod confessionis iudicium sit arbitrium: quia possunt recurrere pœnitentes ad istum, vel illū confessorem expositum, sed quoniam illi circa nostra peccata & penitentiā imponendas arbitratur, arbitri iudices dicuntur, non tamen quod liberum sit peccatori ipsi confessionem omittere. Tertio colligitur ex dictis falsam esse

A opinionem nonnullorum dicentium, locum illum Ioannis capit. quinto. Ioa. 5. Pater omne iudicium dedit filio, non de iudicio peccatorum, sed de finali quod fit in ultimo die intelligi debere. & similiter illud; Quæcunq; ligaueris super terram &c. de excommunicatione, nō autem de sacramentali confessione, intelligendum esse. Et quidem quam falsa sit opinio ista probatur ex eo, quod quamuis non principaliter nostra conclusio innitatur huiusmodi autoritatibus, sed alijs fortioribus: nihilominus tamen euidenter ex illis elicitur. In illo enim loco, Pater omne iudicium dedit filio, sermonem vniuersaliter de omni iudicio fieri proculdubio fateri oportet, eò quod ad ipsum Christum iudicare expectat de omnibus humanis actibus siue bonis, siue malis; siue in hoc seculo siue in futuro, siue absoluendo, siue ligando, siue per se siue per suos ministros. Ex hoc namque loco D. Chrysostomus tertio libro de sacerdotio probat confessionem necessariam esse, quia pater omne iudicium dedit filio & filius dedit sacerdotibus, quamuis enim clauū potestas ad excommunicationem ferendam se extendat, potissimè tamē & propriissimè ad aperiendū & claudendum regnum cœlorum absoluendo & ligando extenditur. Breuiter omnes sancti vtuntur præfatis autoritatibus ad ostendendum confessionem esse necessariam. Præterea illud Iacobi capit. quinto. Confitemini alterutrum peccata vestra, non de confessione, quæ fit laico, ut ab illo fraternaliter corrigatur debet intelligi (ut nonnulli intelligunt) sed de confessione sacramentali, ut D. August. li. 2. de visitatione infirmorum capit. 4. Hugo lib. 2. p. 14. cap. 1. Beda & alij doctores interpretantur. Vnde non censetur in hoc loco beatum Iacobum confessionem instituisse, sed præceptum diuinum de illa esse admonuisse, ac illud promulgasse. Quemadmodum cum dixit, Nolite iurare fratres mei, non instituit præ-

D. Tho.
Alex. Alē.
Ricard.

poenitentiam in poenitentia virtutem, & poenitentiam sacramentum, asserit primo modo necessariam esse ad salutem, non autem secundo modo, Et eadē sententia colligi videtur ex eodem D. Th. q. 69. art. 4. ad. 2. eandem tenet Alexan. Alē. q. 79. art. 4. p. q. 79. membro. 2. Ricard. etiam tenet in 4. dist. 17. art. 2. q. 1. & probatur, quia antiquis temporibus dubitabatur à viris sanctissimis & doctissimis, an confessio esset de iure diuino, & ad salutem necessaria, & tamen certum est, quod multi illorum saluabantur absque confessione, eò quod putabant se non teneri ad illam, etiam si illum nossent, multo ergo magis poterunt saluari sine voto illius explicito. Præterea, quia cum sine voto explicito confessionis possit homo iustificari in instanti, & quod tunc eum posse mori, certum sit: fit vt sine voto confessionis explicito saluari queat, nam dicere, illum tunc donec habeat votum confessionis explicitum, mori non posse, est diuinare. Propter istas & alias rationes opinio magistri. Cano. fit probabilis ac defensible, tamen probabiliorē esse arbitror magistri Soto opinionē, cui proinde subscribo. Satis namque est votum implicitum confessionis ad salutem saltem in aliquo casu, vt si ex ignorantia inuincibili vel obliuione nō habuit votum illius explicitum: habuit tamen dolorem suorum peccatorum, tunc nō dubito quin absque huiusmodi voto confessionis explicito consequi valeat gratiam & gloriam. Verum est tamen quod in ecclesia latina ad eò est compertum & vulgare præceptum confessionis, vt vix per ignorantiam aliquis excusari possit, ac proinde regulariter loquendo omnes habent propositum explicitum confessionis, vel in instanti quo iustificantur, vel post ipsum. Nec obstat huic nostræ sententiæ id quod potest obijci ex sacra Tridentina Synodo sessione 14. cap. 4. vbi ponitur propositum cauendi à futuris tanquam necessarium, & in eodem contextu eodem

Cont. tri.

A tenore ponitur etiam votum confessionis: cum igitur supra ostensum à nobis sit debere esse votum explicitum cauendi à futuris, consequitur vt etiam votum confessionis explicitum esse debeat. Non inquam obstat, nam longè inter se differunt propositum cauendi à peccatis in futurum, & votum confessionis. Illud nanque de iure naturali intrinsecum est contritioni pro omni statu & tempore, istud verò non nisi in noua lege & de iure diuino positiuo. Quæ admodum sacramentalis confessio licet prout importat recognitionem peccatorum coram Deo sit de iure naturæ: nō tamen sacramentalis confessio quæ fit homini, de qua impræsentiarum fit sermo. Similiter quamuis confiteri peccatum cum quis in iudicio iudicè à iudice interrogatur sit de iure naturæ & obliget: attamen confessio quæ spontè fit homini ad peccatorum remissionem consequendam à Deo, non est de iure naturæ, vt optime docet Diuus Thom. in addi. 3. p. adieclis quæst. sextæ, arti. 2. ad primū. Postremò annotare hic opus est, quod licet in omni lege tam naturali quàm scripta & gratiæ fuerit confessio, aliter tamen & aliter. In lege enim naturæ recognitio peccati interior sufficiebat apud Deum. In lege scripta oportebat peccatum aliquo signo exteriori protestari, sicut per oblationem hostiæ pro peccato, ex quo & homini eum peccasse innotescere poterat, non autem oportebat, vt speciale peccatum à se commissum manifestaret, vt peccati circumstantias, sicut in noua lege oportet. ¶

D. Thom.

III. DIFFICULTAS.

¶ *Vtrum omnibus hominibus, & de omnibus peccatis necessaria sit confessio?*

QVæstio hæc duas in se includit partes. Et quidem quodam primam, omissa opinione Ricardi in 4. dist. 17. articulo secundo, quæst. 4. asserentis omnes tam fideles, quàm infideles teneri præcepto

Ricard.

Pri. Con.

præcepto confessionis, non quatenus est pontificium, sed quatenus diuinum, sit prima conclusio Præceptum confessionis solum obligat fideles: sic enim habet canon concilij, omnis vtriusque sexus fidelis, quod quidem est expressio, & de terminatio diuini iuris. Et probatur hæc conclusio, nam obligatio ad alia præcepta singularia sacramentorum nō exurgit nisi ex ipsa professione fidei, quæ fit in baptismo: infideles ergo non tenentur ad confessionem, quousquē baptismum susceperint.

2. Conclu.

Secunda conclusio. Qui non recordatur alicuius peccati, non tenetur confiteri. Hæc conclusio est manifesta, cum canon non dicat, omnis Christi fidelis teneatur confiteri, sed restrictè, teneatur sua confiteri peccata, ille ergo qui peccata non habet, non tenetur.

3. Conclu.

Tertia conclusio. De iure pontificionis peruenerint: ita vt possint discernere inter bonum & malum, tenentur semel in anno, scilicet in quadragesima confiteri ex statuto concilij generalis. Hæc conclusio est expressa determinatio canonis citati, omnis vtriusque sexus fidelis. extra de poeniten. & remissio. & contra transgressores huius statuti ponitur ibidè talis poena, scilicet quæ uiuēs, ab ingressu ecclesiæ arceatur: & moriens christiana careat sepultura. Sanctissimi huius, ac saluberrimi concilij duplex potuit esse ratio. Prima, sacra cōmunionis reuerētia: cum enim omnes teneantur in pascha cōmunicare, vt dignè & mundè accedere possent ad tātum sacramentum, oportuit præmitti remedium purgationis & lotionis peccati, quæ fit in confessione. Secūda ratio fuit, discretio gregis Dominici, ne scilicet lupi absconderentur in grege, qui manducarent agnos. Quapropter statutum est, vt rectores ecclesiarū cognoscerent vultum ouium suarū: & ne hæretici sub pelle innocentia malitiam suam palliarent, & cooperirent, quod omnes Christi fideles cuius-

A cunque conditionis sint, tenerentur semel in anno confiteri: alioquin & peccarent mortaliter, & poena supra dicta puniri deberent. Hæc quodam primam difficultatis partem: quod ad secundam verò, nempe an de omnibus peccatis necessaria sit confessio, præmissa trimembri distinctione, videlicet quod tria sunt peccatorum genera, originalis, venialis, & mortalis, sit prima conclusio quod nec de originali, nec de aliquo peccato ante baptismum commissio (vt dictum est in materia de baptismo) necessaria est confessio, imò nec fieri licet huiusmodi confessio sacramentalis. De originali quidem patet: nam cum peccatum originale non fuerit nostra propria voluntate commissum, non solum confessio, verum nec contritio, de illo requiritur. De actuali verò peccato commissio ante baptismum, patet, quia in baptismo dum originale remittitur, omnia illuc vsque commissa simul cum illo condonantur.

Pri. conca.

B

C

Quoad venialia (omissa opinione D. Bonauen. & Ricardi asserentium, teneri hominem illa confiteri) sit secunda conclusio, quod nec ex iure diuino, nec ex præcepto ecclesiæ pontificio tenemur confiteri venialia. Primam partem huius conclusionis habet D. Augustinus, in In-

Augusti

D

chiridi. cap. 71. & habetur de poenitentia dist. 3. cap. Quotidianis. & in lib. de ecclesiasticis dogmatibus cap. 53. Eam etiam tenet Diuus Thomas tertia parte, quæst. 65. articulo primo. Vbi ait, ad deletionem venialis peccati nullum esse directè institutum sacramentum, eandem tenet Scotus in quarto distinctione 17. & ibidem Durandus quæstione nona. & Caietanus quæstione prima, de confessione. Ostenditur etiam manifesta ratione: tū, quia hoc sacramentum est secunda tabula post naufragium: & veniale peccatum, quia non separat à Deo, non frangit innocentia nauium, ac proinde nō est naufragium: tum etiam, quia veniale absque gratia infusione, quæ fit per sacramentum

Scotus.
Durand.
Caieta.

E

cramentum, remitti potest per actum charitatis. Præterea, quia si iure diuino tenemur venialia confiteri, eadē ratione qua tenemur aliqua, teneremur omnia: quod tamen impossibile fore, nemo est qui ambigat. Præterea, quia postquam Christiani mortalia peccata sunt confessi; non amplius sunt solliciti de venialibus. Neque huic primæ parti nostræ conclusionis obstat id quod obijci solet, quia iure diuino data est sacerdotibus potestas remittendi omnia peccata: tam mortalia quam venialia. Quorum remiseritis, &c. ergo etiam subditi teneantur confiteri venialia, cum tanta sit subditorum obligatio ad confitendum, quanta est prælatorum potestas ad absolvendum (non inquam obstat) quoniam non est eadem ratio de potestate commissa sacerdotibus ad remittenda peccata omnia, & de obligatione ad confitendum, eò quod facultas remittendi debet esse amplissima, pro illis etiam qui sua sponte peccata quæ non tenentur, confiteri voluerint, vt si quis alijs temporibus quam ab ecclesia constitutis, voluerit confiteri: & peccata iam confessa iterum confiteri, & pariter si venialia quis voluerit confiteri, obligatio verò iudicari debet ex natura peccatorum: & quia confessio instituta est ad recuperandam Dei amicitiam, & vt mediante absolutione, regnum cælorum aperiat, consequens fit, vt nulla sit confessio nis obligatio venialium, siquidem per venialia non amittitur Dei amicitia, neque regnum cælorum clauditur. Secunda verò pars conclusionis, nempe quod neque iure pontificio teneamur confiteri peccata venialia, probatur, quia nullo iure hoc nobis præcipitur. Nam decretalis illa, omnis vtriusque sexus quam habentes contrariam sententiam pro se adducunt, potius facit pro nobis, quia illic ecclesia non statuit nouum præceptum, nec iubet confiteri, nisi ea quæ homo tenetur iure diuino confiteri: sed duntaxat determinauit tempus in quo

A erat præceptum diuinum adimplendū, scilicet semel in anno. Quod si de iure diuino venialia non sunt necessaria materia, non potuit ecclesia eam facere necessaria. Præterea, quia ex verbis ipsius canonis colligitur hæc veritas, ex illo scilicet, confiteatur omnia sua peccata. Hoc autem de venialibus minimè potest intelligi: cū nullus omnia venialia confiteri possit. Colligitur etiā ex poena ibi subiuncta, quæ est ingressu ecclesiæ, & morientē ecclesiastica sepultura arceret. At verò si de venialibus intelligeretur, esset intolerabilis censura, cum minimè omnia venialia homines ad confitendū explorare possint. Præterea, quia textus ille præcipit, quod vnusquisque confiteatur proprio sacerdoti, quod de venialibus intelligi nequit: cum de venialibus non sit proprius sacerdos. Quilibet enim sacerdos absolueret potest à venialibus. Postremò, quia ad delenda venialia non opus est contritione neque confessione, eò quod ecclesia multa alia remedia instituit pro illis delendis, vt supra diximus. Ex ijs iam inferitur, quod si aliquis Christianus ita securus est in conscientia sua, quod nõ reprehenditur de aliquo mortali, quod poterit annualem confessionem dimittere: & sufficit, vt præceptū ecclesiæ impleat, se sacerdoti proprio præsentare, ac ostendere absque conscientia mortalis esse: quod ei pro confessione reputatur, vt D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 3. Arbitror tamē, quod nullus potest esse ita securus, quod per totū integrū annum non comiserit aliquod mortale: quia vt dicit Gregorius, Bonarū mentium est, ibi culpā timere, vbi culpa non est, & vt ait Paulus. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Et Iob. c. 9. Verebar omnia opera mea, sciens quod nõ parceres delinquenti: imò etiam si non haberet remorsum conscientie de aliquo veniali, quod impossibile existimo secundū statū viatoris, cum dicat Ioannes Apostolus in sua canonica, si dixerimus

rimus quod peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed tamen quamuis ita esset adhuc credo quod talis, vt ecclesiæ præceptum non contemneret, deberet se præsentare suo confessori, & dicere, Domine, non habeo conscientiam de mortali nec de veniali, tamen propter præceptum ecclesiæ, & vt illi obedientiam præstem, & dem gloriam Deo, & vt possim à te (qui est meus parochus) eucharistiā petere: & tu mihi tenearis eam conferre, & me tibi præsentō, & hoc sufficit, vt præceptum ecclesiæ adimpleat.

3. Conclus. Tertia conclusio. Licet peccata venialia non sint materia necessario confitenda, & idèd non teneamur ex aliquo præcepto obligante sub mortali illa confiteri, nec etiam monachi (quamuis Caieta. in. q. citata opinetur contrariū, nempe quod teneantur monachi semel in mente venialia confiteri) nihilominus potest esse confessio de solis illis, quia sunt idonea, & sufficiens materia confessionis, ita vt sacerdos à solis venialibus absoluens, verū conferat sacramentū. Hęc conclusio est D. Thomæ in 4. dist. 21. q. 2. ar. 1. ad 1. & Magister sent. dist. eadem cap. 5. est quoque communis sententia scholasticorum, & ratione probatur, nam viri religiosi & boni, qui tantum venialia confitentur, verè existimant se recipere absolutionem à sacerdote. Et quamuis in illis verbis, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Dominus directè, & primariò loquatur, de mortalibus peccatis: quia pro illis tradidit apostolis hanc potestatem, tamen merito ecclesia per quandam consequentiam extendit illam autoritatem ad venialia: quia qui concedit maius, constat concedere id quod minus est. Cùm igitur illa autoritas se extendat ad mortalia, consequens erit, quod etiam extendat se ad remissionem venialium. Nec ex hoc sequitur, quod retentio sacerdotis (de qua ait Dominus, Quorum retinueritis, retenta erunt)

D. Thom. M. sent.

Ioan. 20.

1. ad Cor. 4

Iob. 9.

1. Ioan. 1.

rimus.

A extendat se ad venialia peccata: cum magnum discrimen sit inter remissionem & retentionem. Remissio nanque quoddam est priuilegium: retentio verò quoddam poenale. At verò priuilegia extendenda sunt, poenæ autem restringendæ. De mortalibus verò sit quarta conclusio, quod omnia & sola peccata mortalia post baptismum commissa, quæ in memoria, vel habentur, vel per legitimam diligentiam haberi possunt, cum suis omnibus circumstantijs mortaliter aggrauantibus, sunt necessario confitenda. Hęc conclusio probatione nõ indiget, cum ex prædictis manifesta euadat. Hęc nanque omnia & sola naufragium faciunt spiritualis vitæ, & propter ista peccata Dominus concessit præfatum potestatem Apostolis, & eorum successoribus.

4. Conclus.

III. DIFFICULTAS.

Verum statim homo post peccatū mortale commissum, confiteri teneatur, an verò solum semel in anno, aut etiā in articulo mortis?

Sicere hic operæpretium est ad euidenciam & expositionē huius difficultatis, quod bifariam loqui possumus de confessione, nempe aut in voto interiori, aut in re, scilicet quantum ad verbū exterius. Rursus vel loquimur de confessione per se ratione ipsius præcepti, vel per accidens ratione alicuius rei faciendæ quæ confessionem exigit. Hac distinctione sic præmissa. 8. conclusionibus respondetur, & earum prima fit. Quotiescunque homo tenetur habere contritionē, tenetur habere propositū confitendi, vt in articulo mortis, aut quando debet recipere eucharistiā, aut quando habet administrare sacramenta. Patet, quia ad hoc quod sit legitima contritio, illud votum requiritur.

Secunda conclusio. De confessione in re, absolutè & per se loquendo, quantum

Pri. Conclus.

2. Conclus.

uis homo habeat copiam confessoris, A non tenetur iure ecclesiastico, nec iure diuino statim ubi peccauerit confiteri. Et quidem quod non teneatur iure ecclesiastico, patet, quia est cano expressus ecclesiae, quod duntaxat semel in anno teneamur confiteri: quod autem non teneatur iure diuino, praeter hoc quod est expressa sententia D. Tho. in 4. dist. 17. q. 4. manifestis rationibus ostenditur. Prima quia maior est necessitas contritionis quam confessionis, cum sine confessione dum non est copia confessoris, per solam contritionem potest quis saluari: & tamen confessio sine contritione, vel vera vel existimata non sufficit ad salutem. At vero ad contritionem nemo statim tenetur nisi si necessitas urgeat: ergo neque ad confessionem. Et confirmatur hoc de baptismo, quia non est minoris necessitatis quam confessio, imo maioris, sed non tenetur quis statim recipere baptismum, ut supra ostendimus. Erant enim duo tempora praefinita ad suscipiendum baptismum. Postremo probatur, quia praecipuum de confessione est affirmatiuum, non igitur obligat semper & pro semper, sed pro tempore statuto, sicut caetera praecipua affirmatiua habent sua statuta tempora, quibus sunt necessario implenda. Et annotato, quod stando in iure diuino & communi ecclesiastico, non tenentur pluries religiosi confiteri, quam seculares, ita tenet Diuus Thomas loco citato, secus si suis particularibus statutis autoritate Summi Pontificis confirmatis, ad plures teneantur confessiones. Ego tamen ignoro in qua religione sit praecipuum confitendi pluries quam semel in anno, sed consuetudo & constitutio laudabilis. Aduerte tamen, quod cum hoc habetur in Clementina de statu monachorum §. sane. quod singulis mensibus, tam in monasterijs, quam extra (sublata occasione) quacunque omnes & singuli monachi semel accedant ad confessionem. Itaque, quemadmodum fideles arctantur singulis annis de penitentibus & remissio. cap.

D. Thom.

D. Thom.

Omnis ad confitendum, si habeant peccata mortalia, ita monachi arctantur virtute huius Clementinae singulis mensibus confiteri non venialia, ut putat Caieta. quia esset nimium rigida lex, quae venialium confessionem sub mortali cuiquam iniungeret, ut bene dicit Soto: sed mortalia si habeant. Ratio huius praecipui, respectu monachorum est, quam illic ponit glossa, quia propter religionis professionem aliquid debent ad pensum sanctae institutionis adijcere. Habet enim papa potestatem disponendi super sacramentis: unde, sicut quondam dispositum fuit, quod saltem ter in anno omnes fideles communicarent, de conse. dist. 2. cap. Et si non frequentius, postea fuit dispositum, quod saltem semel in anno. Omnis ita aliter quo ad monachos disponitur in ista clementina quoad confessionem, nempe quod semel in mense saltem confiteantur. Et quanuis hoc statutum obliget monachos, ad hoc ut pluries confiteantur, quam caeteri fideles: non tamen sub mortali (ut dictum est), obligat ad confessionem venialium, nisi ratione voti, vel iuramenti in particulari facti immediate cadentis supra confessionem pluries faciendam, si ita aliqui se voluerunt obligare, quia tunc certum est quod sic astricti voti, vel iuramenti vinculo non seruando tale statutum, mortaliter peccarent, alias minimè. Verum est tamen quod transgressores illius possunt a suis praelatis puniri sicut contingit in ordine nostro D. Dominici, ubi absque culpa religiosi frangentes constitutiones puniuntur.

Tertia conclusio. Confessio in re per se est iure diuino, secluso positio, necessaria in articulo mortis. Haec conclusio tenet D. Thomas in 4. dist. 18. & Quodlibeto. 1. arti. 11. & probatur euidenti ratione: nam confessio est medium necessarium ad salutem quando adest copia confessoris, & tunc si non implet illud praecipuum, exponit se periculo non adimplendi. Probatur etiam

Caiet.

Soto.

D. Cypria.

Innoc. 3.

Eccle. 17.

†

†
3. Conclus.

D. Thom.

†

etiam, quia cum hoc sacramentum sit maxime necessitatis, & in articulo mortis sit maxima necessitas exiendi a peccato, eo quod cum illo saluari homo nequit, fit ut tunc praecipuum confessionis obliget: in cuius confirmationem experimur Christianos instantissime confessionem tunc temporis petere, non petentes autem generare scandalum tanquam de fide male sentientes. Probatur quoque ex Cypriano in epistola ad presbyteros & Christianos, ubi ait Christianos ante mortem teneri ex omni lego sim facere. Postremo probatur, Nam ob id Innocentio 3. confessionis faciendae non meminit in articulo mortis, tanquam pro certo supponens de iure diuino esse. Et annotandum est quod praecipuum diuinum de confessione, non tantum in articulo mortis, sed etiam alias in vita obligat, eo quod Christus hoc sacramentum instituit, ut Deo recociamur, & in eius gratiam rediremus, non ergo est vero simile quod tantum tempore mortis voluerit nos obligare. Habetur enim Ecclesiastic. 17. non demoreris in errore impiorum, ante mortem confiteri. Et subdit, confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis & laudabis Deum. Vbi sciendum est, quod non dicitur articulus mortis, ubi potest quis mori, sicut in hastarum ludo, & in agitatione & applausu taurorum, & in nauigatione placidi maris: nam quanuis interim aliqui illi morti succubant, rarissime tamen ex his sequitur mors, & idcirco non tenetur homo confiteri ante ista exercitia. Articulus igitur mortis est, ubi communiter & regulariter solet sequi mors: unde in ingressu prelij, & in longa nauigatione ineunda in mari vehementer turbato, in partu foeminae, de cuius morte probabiliter propter causas naturales timeretur articulus mortis, agnoscimus quare necessaria est praecipua confessio.

4. Conclus. Quarta conclusio. Per accidens non nunquam occurrit confessionis necessitas: hoc est ratione alius rei faciendae, ut quando quis

est assumpturus eucharistiae sacramentum. Signanter dico, Ad recipiendam eucharistiam, nam ad suscipienda alia sacramenta est quod gratiam conferunt necessaria est contritio, saltem quae obicem tollat, & tamen non est necessaria confessio, nisi in susceptione ordinis sacri, non propter dignitatem illius sacramenti, sed propter eucharistiam, quam illic ordinati suscipiunt. Haec conclusio probatur ex illo quod habetur in cap. Vt ieiunij de conse. dist. 5. ubi dicitur, quod qui confirmandi sunt, si perfectae sunt aetatis, moneantur confessionem prius facere: ubi admonitio de confessione potius videtur consilium, quam praecipuum. Si ergo non est necessaria praecipua confessio in confirmationis Sacramento, in quo (ut in suo proprio loco diximus) copiosior gratia confertur quam in caeteris sacramentis (eucharistia excepta) multo minus erit necessaria in alijs sacramentis. Item quia hoc non habetur ex iure diuino, neque ex aliquo ecclesiae praecipuo. Et si quis roget unde habetur quod magis requiratur praecipua confessio ante eucharistiae susceptionem, quam ante aliorum sacramentorum susceptionem, respondebitur ei, hoc esse singulare privilegium eucharistiae, de quo singulariter ait Paulus, Probet autem se ipsum homo, &c. 1. Corin. 11. colligitur quoque ex usu ecclesiae, & ex dictis doctorum in illo cap. Omnes vtriusque sexus de poenitentia & remissio. Et idem est de administratione solenni sacramentorum, quae contritionem exigit, ut dignè fiat, non autem confessionem. Annotato tamen, quod quanuis hoc sit verum, commodum tamen est propter reuerentiam debitam sacramentis, ut antequam aliquod administremus sacramentum, vel legamus euangelium, peccata nostra confiteamur: si commode id fieri potest.

Quinta conclusio. Secluso etiam iure positio, tenetur quisque iure diuino eo tempore confiteri, quo secundum commune

1. ad cor. 11

5. Conclus.

commune iudicium humanum periculum imminet obliuionis. Hanc conclusionem ponit ad literam Doctissimus Soto in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4. & eam probat eo quod hoc sacramentum sit ad remissionem omnium peccatorum per confessionem & absolutionem institutum, & confessio sine peccatorum memoria fieri nequeat, sit, vt imminente obliuionis periculo, obliget. Pari ratione, quando est probabile, quod tempore necessitatis non habebit confessorem tenetur præuenire confessionem, vt si mare intrat. Pro quo annotato, quædam esse præcepta, quæ sunt homini ad certum & determinatum tempus implenda, vt de ieiunio quadragesimæ, aut vigilia alicuius festi, & de officio diuino diurno, & eiusmodi non est necesse præuenire, neque postponere, etiam si existimemus impedimentum legitimum nos habituros tempore quo essent implenda. Non enim tenemur adimplere in die antea neque in sequenti, transactis his diebus. Alia verò præcepta sunt sine determinatione temporis, quæ videlicet nos obligant, vt aliquando impleantur, vt sunt media ad salutem necessaria, vt de baptismo, & de confessione, & ista tenetur homo præuenire, quâdo probabiliter credit, quod postea non poterit illa adimplere, vt ille qui est nauigaturus periculoso tempore si non habet in nauis confessorem, similiter si credat se non habiturum copiam cōfessoris tempore quo præceptum ecclesiæ de semel in anno confitendo, & communicando tenetur implere, vt si habeat quis proluxa maria transfretare, etiam si aliàs nullum nauigationis periculum esset, tenetur præuenire confessionem.

Annotare hic opus est circa illud exemplum de recitatione horarum, quod duplex impedimentum præstari potest officio diuino. Alterum voluntarium, vt quando se offert aliquod magnum negotium, & obseruat illud tractandum post prandium: tunc deberet

A hoc modo præuenire officium, etiam si impedimentum sit sanctissimum, vt confessiones audire. Aliud impedimentum est violentum, vt contingit in ijs, qui febrem habent quartanam: & tunc non tenentur præuenire officium diuinum: sed sufficit recitare horas, quas tenetur vique ad illud tempus recitare. Ratio est, quia priuilegium datum ab ecclesia, vt possimus horas præuenire: non obligat ad præueniendam, sed dat licentiam, vt facere possimus.

Sexta conclusio. Ratione scrupulorum conscientiæ, vt quando quis existimat se teneri ad confessionem ratione conscientiæ erroneæ, nisi ipsam deponat, tenetur confiteri. Hos casus ponit Duran. in 4. dist. 17. q. 10. Palud. ead. dist. q. 2. & Adrianus in 3. q. de confessione & extra hos casus, nullus est articulus necessitatis confessionis, sed satis est confiteri semel in anno, iuxta prædictam decretalem cap. Omnis vtriusque sexus. Vbi limitatur præceptum diuinum. Reliquit namque Christus quædam præcepta generalia sine determinatione, quæ quidem non poterant commodè seruari, nisi per ecclesiam tempus determinaretur, in quo essent adimplenda, sicut reliquit præceptum de eucharistia sumenda, Nili manducaueritis carnem filij hominis, &c. De quo determinauit ecclesia vt in paschate adimpleretur. Et de præcepto confessionis determinauit quod semel in anno, scilicet in quadragesima obligaret. Annotato tamen hic, quod licet secundum omnes doctores extra hos casus nõ sit necessariũ statim cōfiteri, nec pluries quàm semel in anno, est tamen de consilio multum cōgruum & optimum statim post peccatum mortale patratum cōfiteri, ne amittat meritum bonorum operum quæ facit, & ne in inimicitia Dei maneat, & ob periculum vitandum incidendi in aliud mortale, & moriendi in illo, & sic condemnatur: sic namque est faciendum iuxta verbum sapientis, dicentis, Φ Nõ tardes

6. Conclusio. Ratione scrupulorum conscientiæ, vt quando quis existimat se teneri ad confessionem ratione conscientiæ erroneæ, nisi ipsam deponat, tenetur confiteri. Hos casus ponit Duran. in 4. dist. 17. q. 10. Palud. ead. dist. q. 2. & Adrianus in 3. q. de confessione & extra hos casus, nullus est articulus necessitatis confessionis, sed satis est confiteri semel in anno, iuxta prædictam decretalem cap. Omnis vtriusque sexus. Vbi limitatur præceptum diuinum. Reliquit namque Christus quædam præcepta generalia sine determinatione, quæ quidem non poterant commodè seruari, nisi per ecclesiam tempus determinaretur, in quo essent adimplenda, sicut reliquit præceptum de eucharistia sumenda, Nili manducaueritis carnem filij hominis, &c. De quo determinauit ecclesia vt in paschate adimpleretur. Et de præcepto confessionis determinauit quod semel in anno, scilicet in quadragesima obligaret. Annotato tamen hic, quod licet secundum omnes doctores extra hos casus nõ sit necessariũ statim cōfiteri, nec pluries quàm semel in anno, est tamen de consilio multum cōgruum & optimum statim post peccatum mortale patratum cōfiteri, ne amittat meritum bonorum operum quæ facit, & ne in inimicitia Dei maneat, & ob periculum vitandum incidendi in aliud mortale, & moriendi in illo, & sic condemnatur: sic namque est faciendum iuxta verbum sapientis, dicentis, Φ Nõ tardes

D

E

Eccles. 5. tardes conuerti ad Dominum: & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

7. Conclusio. Septima conclusio. Si ille qui confessus est in quadragesima de peccatis omnibus quæ eius memoriæ occurrunt & oblitus fuit alicuius peccati sine culpa sua in cōfessione, si postea recordetur de illo mortali, q non est confessus, nõ tenetur statim illud confiteri, sed illud potest reseruare in aliam quadragesimam. Hæc conclusio, præter hoc quod est omnium doctorum sententia, probatur ratione, nam ex vi illius præcepti, Omnis vtriusque sexus, tantum tenemur integram confessionem facere, sed ille qui confessus est omnia peccata de quibus recordabatur, fecit confessionem integram, quia ad integram confessionem, secundum concilium Florétinum stat est confiteri omnia peccata, quæ occurrunt memoriæ. Nõ ergo tenetur statim peccatum postea occurrens memoriæ confiteri, sed poterit in venturâ quadragesimam reseruare, cum iam præceptum ecclesiæ adimpleuerit, secus si excuspa fuerit oblitus. Ita tenet doctissimus Soto, mihi tamen probabilius, ac tutius videtur vniuersaliter dicere, nempe quod statim vt recordabitur, hoc est habita oportunitate, id est quâ primum poterit moraliter loquendo, confiteri teneatur. Probatur, nam cum ille iure diuino integram confessionem facere teneretur, eò quod decretalis illa tantum limitat tempus, & non fecerit integram confessionem, quam primum poterit commodè tenebitur eam integram facere. Item, quia iure diuino tenetur omnia peccata confiteri vnusquisque fidelis, quod de mortalibus secundum omnes intelligitur, & illeratione ignorantia & obliuionis excusatur, illa igitur semota statim confiteri tenebitur. Præterea illud peccatum oblitum ante illam confessionem commissum fuerat, & ad illam confes-

Cōci. Flo.

E

E

A sionem pertinebat, ergo, & modo pertinet ad illam tanquam illius reliquia. Præterea probatur ex vsu fidelium, nam ita consulunt confessores nec audent oppositum consulere, & omnes ad hoc teneri se credunt. Præterea, quia certum est nimis difficile esse iudicare, an sua culpa fuerit oblitus nec ne. Quis enim scit an sufficientem debitamque diligentiam in reuocando ad memoriam peccata singula adhibuerit annon? Melius igitur tutiusque erit ad omnem scrupulum tollendum obligare ad statim confitendum moraliter loquendo, hoc est ad sensum expositum. Postremo, quia quamuis multum referat obliuionem fuisse culpabilem vel inculpabilem ad hoc vt ille à culpa excusetur, vel non excusetur, & vt confessionem iterare vel non iterare teneatur, nihil tamè refert ad hoc vt statim confiteri teneatur quod illius recordetur Φ

Octaua conclusio. Qui confitetur in qualibet parte totius anni, scilicet in natali, vel in aliquo festo beatae Virginis, vel in quacunque alia parte anni, satisfacit præcepto illi pontificio. capit. Omnis. & non solum quando cōfiteri in quadragesima. Hæc conclusio probatur ex contextu illius capituli: nam ibi expresse distinguitur præceptum de confessione, à præcepto de sumenda eucharistia, cum textus dicat, quod confessio fiat semel saltem in anno: sumptio verò eucharistia fiat ad minus in paschate. Quod si ecclesia designat tempus quadragesimæ ad confitendum: non id facit quia si extra istud tempus confiterentur Christiani, non adimplerent præceptum, cum præceptum tantum sonet semel in anno, sed quia apposuit præceptum de communicando in paschate, designauit tempus quadragesimæ pro confessione faciendâ, vt parati essent ad sumptionem eucharistia. Unde, qui statim postquam peccauit, confite-

X confite-

confiteretur ante quadragesimæ tempus, multo melius faceret. Quare, si aliquis confessus est in natiuitate Christi: **¶** aut si morbo, aut alia de causa excusetur à cõmunionem, **¶** & postea commisit aliquod peccatum mortale ante pascha, non tenetur iterum confiteri illo anno ex præcepto ecclesiæ, sed ex præcepto diuino, eo quod debet sumere eucharistiã in paschate. **¶** Quod si vsque ad pascha non peccaret mortaliter non teneretur confiteri, nec ex vi præcepti de cõfessione, quãdoquidẽ iam illud adimpleuit, nec ex vi præcepti de præmittenda confessione ante eucharistiã sumptionem, cū mortaliter nõ peccauerit. **¶** Quo fit, vt iste talis, si ad eucharistiã accedat sine præuia confessione, duplici peccato peccet, scilicet quia cõmittit sacrilegiũ, & agit cõtra diuinum præceptum, non autẽ contra ecclesiæ præceptũ. **¶** Quia frangit vnũ præceptum de præmittenda confessione, & alterũ de digna eucharistiã sumptione. Tenetur naque seipsum diuino præcepto probare, cū Apostolus dicat. I. Corinth. II. Probet autẽ seipsum homo. **¶** Et si prælati ecclesiastici excõmunicat eos, qui non cõfitentur in quadragesima, non id faciunt, quia existimant Christianos non implere ecclesiæ præceptũ confitendi, si in parte aliqua anni cõfiteantur, sed quia suspicantur eos in nullo anni tempore confessos esse: qui vsque ad illud tempus vltimum confessionem relinquit.

¶ Annotare impræsentiarum oportet, non sic intelligendum esse punctualiter annum istũ, vt si aliqui desint dies (cum pascha non semper quolibet anno in eundem diem incidat) præceptũ non adimpleatur. Si enim quis vsum cõfitendi haberet, vel in die cœnæ, vel in paschate, vt statim communicaret, proculdubio huiusmodi præceptum annu-
lis confessionis adimpleret, tum, quia parum pro nihilo reputatur, tum etiam, quia ille in communi vsu loquendi, semel in anno confiteri diceretur, tum de

A nique, quia cum ecclesiæ intentio in tempus quadragesimæ designando pro cõfessione facienda fuerit, vt homines per confessionem se ad eucharistiã sumptionem præpararent, & in paschate cõmunicando præceptum communionis adimpleant, fit, vt tunc confitendo etiam præceptum de confessione adimpleant. **¶**

B Sed an qui in quadragesima omisit confiteri, teneatur ea transacta, quam primum poterit confiteri: an possit sine nouo peccato confessionem vsque ad aliam quadragesimam differre, dubiũ est. Cui dubio respondet sanctus Antonius. 3. part. titulo. 14. cap. 19. §. 3. quod transactõ tempore anni, non tenetur de necessitate ante aliam quadragesimam confiteri, secus de congruitate. Idem dicit de eo qui omisit sumere eucharistiã in paschate. Et Antonium sequuntur nonnulli non solum ex summistis, verum ex Theologis scholasticis. Et licet hæc opinio sit probabilis, probabiliorẽ esse tamen existimo oppositam sententiam quantum ad confessionem, & ita existimat Soto in. 4. vbi supra, & Medina in codice de confessione, tractatu secundo. Et rationibus probatur. Prima, quia adiungi solet censura excommunicationis singulis annis, & virtute illius homo negligens, elapso anno, confiteri tenetur: quia non potest ab excommunicatione absolui, donec confiteatur. Secunda, quia non tam verba præcepti videtur attendenda, quàm præcipientis intentio, quæ quidem ex fine præcepti percipitur: finis autem præcepti huius de confessione est reconciliatio hominis in amicitiam Dei: ergo si iure diuino iubetur reconciliari, & ecclesiã explicuit id fieri semel in anno, intentio eius fuit, quod non vltra annum differatur, vt dicit Diuus Thomas, & ideo dixit saltem semel: ac proinde elapso anno necesse est hominem confiteri, quam primum potest,

potest, vt se ecclesiæ intentioni conformet, alioquin negligens semper reatu culpæ commissæ teneretur, quousque præceptum implet, licet non quotidie nouum peccatum committat. Nec obstat ea quæ pro opinione Antonini obijci solent de alijs præceptis ecclesiæ, vt de ieiunio, & de horis dicendis, quia si quis omittat ieiunare vigiliam alicuius sancti, vel quadragesimam transactõ illo tempore, vel illo die vigiliæ, non tenetur per simile ieiunium supplere. Et si omittat horas canonicas, elapso die naturali, non tenetur eas postea dicere. Similiter, certum & indubitatum est, quod elapso communionis tempore, non tenetur homo ad communicandum illo anno, quousque simile tempus anni sequentis adueniat, pari ergo ratione nec elapso anno tenebitur confiteri vsque ad sequentem quadragesimam. (Non inquam obstant) quia intentio ecclesiæ ad huiusmodi obligantis, præcipuè tendebat ad tempus, & diem, nempe tali die & taliter voluit colere sanctum Petrum, vel D. Dominicum, &c. & quod tali die ieiunarem us: & idem dico de horis canonicis. Quo fit, vt elapso illo tempore, nõ sit eius intentio ad eadem obligare in alio die. At verò in præcepto de confitendo semel in anno, non tam habetur respectus ad tempus determinatum, quam ad salutem & bene esse fidelium, quod per confessionem habetur. Ad aliud de eucharistiã dico, quod non videtur esse eadem ratio: quia ecclesiã in præcepto de illa sumenda, videtur principaliter habere respectum ad tempus paschæ, cum ipsum specialiter commemoraret, & intendit dominicam cœnam, quam Christus cum discipulis habuit, celebrare. Et elapso tempore paschæ, non ita videtur quis manere obligatus ad communicandum illo anno, saltem ex vi huius præcepti de communicando in paschate, nisi aliud exigat statutum aliquod particulare, aut consuetudo.

A V. D I F F I C V L T A S.

Vtrum præceptum hoc confessionis obliget in omni ætate, & quando incipiat obligare?

P R O intelligentia præsentis quæstionis operepretium duxi annotare, discretionem non omnibus pueris tam viris quam foeminis eodem ætatis tempore incipere, nec per ecclesiã huiusmodi tempus esse determinatum, quem admodum taxatum est pro matrimonio annus duodecimus pro foeminis, pro masculis decimusquartus, pro voto solenni religionis emittendo decimus sextus, & pro ecclesiæ ieiunio: 21. At verò pro confessione facienda, nihil tale reperitur: sed arbitrio prudentis confessoris, & Christianorum parentum relinquitur. Optimum tamen est mature assuefacere pueros ad confessionem. Hoc notabili sic præhabito, **¶** difficultati huic vnica conclusione respondetur. Secundum omnes doctores, statim cū homines ad vsum rationis, ac discretionis peruenerint, id est cū peccare poterint, siue sint sex annorum siue septem, vel decem: obligantur ex illa decretali cap. Omnis vtriusque sexus. Neq; idem iudicandum est de eucharistiæ præcepto: ratio est, quia ad hoc quod puer teneatur ad confessionem, & confessor possit ei sacramentalem absolutionem impendere, **¶** satis est quod confessor cognoscat, quod puer habet vsum rationis, & quod sit doli capax, ac intelligat se male agere. **¶** Quod nõ sufficit ad communionem, nam opus est quod ex certa scientia confessor cognoscat illum habere vsum rationis. Et ratio huius discriminis est duplex. Prima, propter periculum, & irreuerentiam quæ potest contingere circa eucharistiã: non autem circa confessionem. Secunda, propter hoc, quod puer non incipit simul habere vsum

rationis de omnibus, quandoquidem pro comperto est, prius venire puerum ad tempus, in quo de mortalibus potest iudicare, quam ad intelligendum quod in sacramento sit corpus Christi: Quod tamen requiritur. Nam oportet quod sciat discernere inter bonum & malum, inter panem corporeum & panem cœlestem, & habeat debitam reuerentiam. ☩

De quiditate & qualitate confessionis.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum sacramentalis confessio sit sacramentalis peccatorum accusatio ad indulgentiam virtute clauum ecclesie obtinendam?

Cœl. vni. **H**ic difficultati affirmatiuè respōdetur. Probatur, nam diffinitio debet causas rei explicare, & ita explicatur in ista diffinitione: nam cum dicitur, Accusatio, exprimitur forma, & substantia confessionis: non enim debet esse peccatorum propositio ad iactantiam, nec solum per viam simplicis denunciationis, sed per viam accusationis ad correctionem & vindictam. In hoc vero quod dicitur, sacramentalis, distinctio fit à contritione, quæ tantum est mentalis accusatio. Et in hoc quod ponitur, peccatorum, explicatur materia & causa agens: nam peccata non nisi peccator confiteri potest. Cum autem dicitur ad indulgentiam obtinendam, explicatur finis, quo differt à criminali confessione, quæ semper ordinatur ad supplicium. Tandem dum additur, Virtute clauum ecclesie obtinendam, designatur iudex, nempe proprius sacerdos, qui virtute clauum reum absoluit.

VII. DIFFICULTAS.

A *Vtrum confessio debeat sexdecim conditiones habere ad hoc quod sit perfecta?*

A Respondetur, nempe quod sunt sexdecim, quæ in his versibus continentur, Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lachrymabilis, accelerata, fortis, & accusans, & sit parere parata. ☩ De quibus late agit Caiet. in summa. verbo, confessio, & Syluester etiam. verbo, confessio. i. §. 9. Soto in. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. & Cano in relectione de pœnit. & deniq; omnes Theologi & Summistæ. ☩

Prima cōditio est, quod sit simplex, id est sine admixtione historiæ, & aliorum impertinentium. Requiritur enim, vt non multiplicentur verba ad rem non pertinentia, vnde prudens confessor studeat huiusmodi impertinentia verba rescicare.

Secunda, humilis quo ad actum interiore rem recognoscendo se peccatorē: & quo ad actum exteriorē cū verbis humilibus, nō iactando se, &c. flexis genibus: licet hoc non sit necessarium, tamen est congruum si fieri potest, secus si ob infirmitatem, & huiusmodi non potest fieri.

D Tertia, pura, id est cū bona intentione ad Deū facta, vt ecclesie obediat & Deo placere possit, quoniam si quis confiteretur propter infamiam populi fugiendam, vel vt deuotus tantum appareret, & hoc esset principaliter intētum, id est quando hoc cessante, non confiteretur, mortaliter peccaret. Secus quādo ad confessionem monetur, propter hoc tamē principalis finis est propter Deum & remissionem suorum peccatorum, & vt Dei gratiam consequatur.

E Quarta, fidelis, id est requiritur, vt verè proferatur quod est in corde: nam si quis ex industria talibus verbis vtatur, vt peccata sua non ponderentur à confessore, vel ei non displiceant, peccat. Hic solet quæri, vtrum quodcumque menda-

Pri. cōclus. mendacium in confessione sit peccatum mortale? Cui dubio per aliquot conclusiones respondetur, quarum prima sit. Mentiri in confessione de pertinentibus ad ipsam confessionem, siue negando peccatum mortale commissum interrogatus à confessore, siue affirmando sciēter se mortale commississe, quod tamen non commisit, est peccatum mortale, & committitur sacrilegium. Probatur quia est mendacium in iudicio, non qualicumque sed sacramentali, & in re grauissima. Item, quia negando peccatum mortale, iam accedit fictus: & affirmando mortale quod non commisit præstat materiam falsam absolutioni, & eneruat, quātum in se est, iudicis sententiam.

2. cōclus. Secunda conclusio. Mentiri in confessione de impertinentibus ad confessionem, non est peccatum mortale. Hanc conclusionem tenet Caiet. in summa. verbo, confessio, conditione. 4. & Armilla, in verbo confessio.

3. cōclus. Tertia conclusio. Qui negat, vel tacet quod credit, vel dubitat mortale, mortaliter peccat. Ex hac conclusione elicitur, ad veritatem confessionis expectare, vt dubia pro dubijs, & certa pro certis sint constatenda, ita vt neque quis propter humilitatem debet se accusare de eo quod non fecit, neque pro certo de peccato de quo non est certus, an commiserit, sed sub dubio. Oportet enim, quod talem se narret ore, qualis est in corde. Vnde, debet dicere si est dubius, videtur mihi quod in tale quid consenserim, nō tamen sum certus. Intelligenda tamen est hæc conclusio, quando ex intentione id quis facit: nam mentiri formaliter requirit non solum falsam vocis significationem, verum etiam intentionem fallendi. Quo fit, vt si quis ex ignorantia, vel ratione scrupuli affirmet peccatum dubium pro certo, peccat quidem, quia à recta ratione discedit, sed quoniam non dicit mendacium, sed falsum, nō peccat mortaliter, sed tantum venialiter, vt po-

A re indiscrete se accusans. **4. cōclus.** Quarta conclusio. Si quis in confessione mentiatur, negando peccatum veniale quod reuera comisit, non intendens tunc de eo confiteri, licet à principio hoc intenderet, non peccat mortaliter. Probatur, quia cum in libertate cuiuscunque sit confiteri, vel relinquere venialia, quæ maluerit, eò ipso quod negat, vel tacet aliquid, non vult, illud facere confessionis materiam. Et, similiter affirmando in confessione veniale, quod non fecit non peccat mortaliter ratione paruitatis ac leuitatis materia, quia non grauitur decipit sacerdotem, vt iudicium valde diuersum de pœnitente concipiat. Hoc secundum est contra Caiet. in loco citato, vbi affirmat, quod quicumque venialia facit materiam confessionis, tunc de illis mentiendo, mortaliter peccat, siue neget, se fecisse veniale quod fecit, siue affirmet, se fecisse quod non fecit.

5. cōclus. Quinta conclusio. Quando confitens assumit veniale vt materiam confessionis, & non apponit aliam materiam nisi tantum illud veniale, quod non commisit, crediderim, quod peccat mortaliter. Ratio huius conclusionis est, quia tunc administrat materiam falsam, ac proinde absolutio est irrita & inanis, & ideo peccat mortaliter.

6. cōclus. Sexta conclusio est, si quis negaret veniale quod fecit, quod scire multum refert ad confessionem vt confessor statum illius pœnitentis intelligat & sic remedium illi adhibere possit, crediderim ego, illum mortaliter peccare. Conclusio ista perspicue liquet, ex eo quod licet in se illud veniale sit leue, at tamen, quia ac pœnitentiæ iudicium pertinens est in ordine ad alia, graue censetur. Imo etiam si confessor aliquid quæreret à pœnitente, quod nec mortale nec veniale esset, si tamen multum scire referret ad confessionem, pœnitens mentiendo, mortaliter peccaret, quem admodum si iudici seculari in foro exteriori

juridice quærenti à reo aliquam circumstantiam, vel iudicium ad iudicium pertinens ipse reus mentièdo negaret, nemini dubium est, quin mortaliter peccaret, cum sub mortali tunc dicere veritatem teneatur.

Quinta conditio est. Quod debet esse frequens & accelerata. de hac tamen frequentia & acceleratione non inuenitur præceptum nisi semel in anno, exceptis casibus à nobis appositis in. 4. difficultate, nempe in articulo mortis, &c.

Sexta conditio est. Quod debet esse libens, id est voluntaria, non timore pœnæ vel infamiæ, &c. & accedentem ad confessionem oportet habere voluntatem dicendi omnia peccata sua, etiam si à confessore non interrogaretur.

Septima conditio est, quod debet esse verecunda. Oportet namq; vt confessio incipiat ab horrore turpitudinis peccati: nã si homo solû narraret peccata per modû iactantiæ nulla esset cõfessio.

Octaua conditio, quod debet esse lachrymabilis, scilicet cum displicentia omnium peccatorum mortalium commissorum supra omne odibile, & cû proposito vitandi omne mortale supra omne euitabile, saltem cum attritione, quia virtute clauis ex attrito fit contritus, vt dicunt doctores, & sic est de necessitate hæc conditio, sed tamen lachrymæ sensus, cum non sint semper in nostra potestate, illas exprimere non est necesse.

Nona conditio est, quod debet esse fortis, scilicet vt homo immobiliter operetur, & superet timorem mundanum & verecundiam, ne propter huiusmodi dimittat aliquod peccatum, vel circumstantiam de necessitate cõfiteandam, nã aliter non esset sufficiens.

Decima conditio est, quod sit accusans, videlicet sibi imputans peccatum, non cœlo vel alteri, quia voluntas hominis minimè cogi potest, licet possit persuaderi, vt dicit Diuus Thomas. in. 1. p. quæstio. 82. articulo. 1. in corpore, & ad. 1. & quæstio. 165. articulo. 4. ad. 1. & 1. 2. quæstio.

D. Thom.

6. articulo. 4. & quæstione. 9. articulo. 4. ad. 2. & hæc conditio est simpliciter necessaria. De alijs autem conditionibus, nempe quod sit integra, & nuda, & discretæ, & secreta, statim de vnaquaque separatim diffuse agam, & tandem cum de tertia parte pœnitentiæ fuerit sermo, scilicet de satisfactione, ostendam vltimam conditionem confessionis, nempe quod oportet esse parere parata: debet namque confitens esse paratus satis facere pro peccatis suis, si non satisfecit ante confessionem.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum confessio debeat esse integra, sic vt omnia peccata pœnitens confiteatur, quorum memoriam habet, & an hæc integritas sit de iure diuino?

Conclusionibus duabus huic difficultati iuxta duo membra in se inclusa respondetur, & earum prima sit. Omnis Christi fidelis tenetur omnia sua peccata mortalia post baptismum, vel corde, vel ore, vel opere, vel omissione commissa confiteri. Hæc conclusio

est omnium Theologorum sententia calculo approbata in. 4. distin. 17. & habetur expresse diffinita in c. Omnis vtriusque sexus, & in concilio Florenti. & in concilio Tridentino, sessione. 14. capit. 5. & cano. 7. dicitur. Si quis dixerit in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra duo vltima decalogi præcepta anathema sit. Itaque in his locis præcipitur, quod pœnitens confiteatur omnia peccata, quorum memoriam habet, & Diuus Thomas in distinctione præallegata, quæstione. 3. articulo. 4. quæstio. 2.

Conclusio. 1. Concluf. 2. Concluf. 3. Concluf. 4. Concluf. 5. Concluf. 6. Concluf. 7. Concluf. 8. Concluf. 9. Concluf. 10. Concluf. 11. Concluf. 12. Concluf. 13. Concluf. 14. Concluf. 15. Concluf. 16. Concluf. 17. Concluf. 18. Concluf. 19. Concluf. 20. Concluf. 21. Concluf. 22. Concluf. 23. Concluf. 24. Concluf. 25. Concluf. 26. Concluf. 27. Concluf. 28. Concluf. 29. Concluf. 30. Concluf. 31. Concluf. 32. Concluf. 33. Concluf. 34. Concluf. 35. Concluf. 36. Concluf. 37. Concluf. 38. Concluf. 39. Concluf. 40. Concluf. 41. Concluf. 42. Concluf. 43. Concluf. 44. Concluf. 45. Concluf. 46. Concluf. 47. Concluf. 48. Concluf. 49. Concluf. 50. Concluf. 51. Concluf. 52. Concluf. 53. Concluf. 54. Concluf. 55. Concluf. 56. Concluf. 57. Concluf. 58. Concluf. 59. Concluf. 60. Concluf. 61. Concluf. 62. Concluf. 63. Concluf. 64. Concluf. 65. Concluf. 66. Concluf. 67. Concluf. 68. Concluf. 69. Concluf. 70. Concluf. 71. Concluf. 72. Concluf. 73. Concluf. 74. Concluf. 75. Concluf. 76. Concluf. 77. Concluf. 78. Concluf. 79. Concluf. 80. Concluf. 81. Concluf. 82. Concluf. 83. Concluf. 84. Concluf. 85. Concluf. 86. Concluf. 87. Concluf. 88. Concluf. 89. Concluf. 90. Concluf. 91. Concluf. 92. Concluf. 93. Concluf. 94. Concluf. 95. Concluf. 96. Concluf. 97. Concluf. 98. Concluf. 99. Concluf. 100.

1. Concluf.

Cõcl. Flo. Con. Tri.

¶

D. Tho.

conatur sententiã hanc rationibus persuadere. Prima est, quia cum pœnitentiæ sacramentum sit quædam medicina contra morbos, & medicus bene mederi non potest, nisi intelligat totum statum infirmi: nec vult sanari à morbis quos medico explicat, qui alios tacet: quia si habeat dolorem splenis, & iecoris, & solum primum intelligat medicus, applicare potest medicinam, quæ noceat iecori: omnia igitur peccata patefacere tenetur. Secunda ratio est, quia cum confessio fiat sacerdoti, vice Dei & eius autoritate fungenti, ac impium sit à Deo dimidiatam sperare veniam (quia Deus non absoluit ab vno peccato, relicto alio) impiû quoque erit dimidiatam sperare peccatorum remissionem à sacerdote. Tertia, quia semper in ecclesia fuit in vsu etiam occultorum confessio, vt apertè constat ex Diuo Ambrosio in libro de paradiso. Non potest quis, inquit iustificari à peccato, nisi confessus ante fuerit peccatum: vbi nulla fit exceptio publici aut secreti, sed generalis est sententia. Quarta ratio est, quia cum confessorem grauitatem peccatorum cognoscere oporteat, vt confitenti condignam pœnitentiam imponat, & vnum peccatum aggrauetur ex alterius confortio, conlequens fit, vt omnia peccata debeat cognoscere. Et Origenes super Psalm. 37. Vide, inquit, quid nos docet scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Peccatum, inquit, in genere, nullo excepto. Erat etiam in vsu tempore Diui Hieronymi. Nam dicit super ecclesia. capit. 10. Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio, eum peccati veneno infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodesse non poterit. Et Cyprianus sermone 5. de lapsis ait, Quamuis nullo sacri-

Ambr.

¶

Origenes.

D. Hiero.

Cypria.

ficij, aut libelli facinore constructi sint: quoniam tamen de hoc cogitauerunt, id ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confiteantur. Postremò Clemens primus successor Petri Epistola. 1. ait, Petrum docuisse, vt cogitationes internæ manifestarentur sacerdotibus. Et Diuus Augustinus in capit. Cõsideret. de pœnitentia distinctione. 5. Cautus inquit, sit pœnitens, ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem: vt diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare. Hæc omnia testimonia adducit doctissimus Soto contra Vviteles, negantem confessionem occultorum, & contra Lutheranos, negantes confessionem tam publicorum, quàm occultorum. Dixi signanter in conclusione, Mortalia, quoniam vt venialia non sunt de necessitate confessionis: ita potest quisque aliqua eorum quæ commiserit, confiteri, & alia omittere, quia non ideo confessio ficta redditur, neque dimidiata.

Secunda conclusio. Hæc integritas confessionis ex diuina institutione fuit. Probat, quia qui confessionem instituit, non mancam ac mutilatam, sed integram instituit. Perfecta etenim sunt opera Dei. Item, quia materia sacramenti ex diuina institutione fuit, & materia huius sacramenti est integra confessio, ex iure ergo diuino est integritas confessionis. Quis fit, vt non solum integritas confessionis sit de necessitate præcepti: verum etiam de necessitate sacramenti, aded vt si quis absque rationabili causa aliquod mortale taceret, cuius meminit minimè sacramentum efficeretur ex materiæ confessionis defectu.

Sed dubium graue oritur hic. Vtrum ad integritatem hanc confessionis satis sit cõfiteri omnia peccata, quorum quis memoriam habet tẽpore confessionis, an oporteat etiam adhibere diligentiam, vt peccata in memoria reuocetur.

Clemens?

¶ D. Aug.

¶ Soto.

2. Concluf.

¶

¶

Et quidem quod teneatur poenitens aliquam diligentiam adhibere communis Theologorum sententia asserit, atque adeo communis usus Christiani populi. At verò quanta sit necessaria, vertitur in dubium. Pro cuius explanatione, in primis scire opus est, quòd vnum & idem est præceptum de confessione & integritate eius, ac examine conscientiae, inquisitione que peccatorum, discurrendò per tempora, & loca, & personas, & per negotia in quibus est versatus, vt ea in memoriã reuocet, quæ confiteri tenetur. Ob id enim tenetur homo integrè confiteri: quia tenetur confiteri. Ac idcirco tenetur conscientiam examinare, & inquirere peccata quæ commisit: quia tenetur in confessione integritatem seruare. Illud deinde commemorare oportet: nempe quòd huius iudicij sacramentalis finis non tam punitio & vindictio iustitiæ est, quàm vindictio salutaria. Quo fit, vt in iudicio purè vindictiuo, licet exacta culpæ cognitio requiratur, vt scilicet tanta sit poena, quantam quis per culpas mereatur (quia iustitia respicit æqualitatem rei ad rem) in iudicio tamen hoc sacramentali non exigitur exacta cognitio peccatorum: sed qualis & quantà necessaria est ad salutem poenitentis. Habetur namque in capit. Omnis vtriusque sexus. vt more periti medici sacerdos diligenter inquirat peccatoris peccati que circumstantias. His sic præmissis, fit prima conclusio. Non tenetur quis adhibere omnem diligentiam quam potest, ad hoc vt omnia peccata quæ fecerit in memoriã conferuet, vide licet vt tempore confessionis nullum

Præc. conclus.

A & nemo fuit vnquam, qui populū obligaret, vt peccata scriberet, cum non omnes sciant scribere. At verò si tenentur homines omnem diligentiam quã possunt, adhibere: scribere tenerentur, neque si quis homo priuatus labilem memoriã haberet, alia lege quàm ista communi auderem illum obligare.

Secunda conclusio. Tempore quo quis tenetur confiteri, ad minus mediocrem diligentiam adhibere tenetur in peccatis omnibus inquirèdis, quæ commisit. Tenetur namque integram confessionem facere, quòd nulla adhibita diligentia moraliter, est impossibile.

Tertia conclusio. Qui adhibet humanã, vel mediocrè diligentiam, qualè videlicet præstare solent viri mediocriter timentes Deum, quisq; iuxta conditionè gradus & ordinis sui, verè implet legem præceptiuã de confessione, vt si ego adhibui mediocrem diligentiam, & per paruam vltiorè existimo probabiliter aliqua mortalia fore in memoriã reuocanda, teneor vltiorè inquirere ac examinare conscientiam. Quòd si puto nullum aliud peccatum venturum in mentem, nisi fortè ingenti quadam discussione, ac temporis magni inquisitione: non oportet amplius sollicitum que impiam esse.

Satis enim est illa mediocris & humana diligentia, vt dicit Augustinus in libro de vera & falsa poenitentia. capit. 15. inquit enim illic, quòd sufficit diligentiam quam adhibet aliquis pro infinitate corporali vitanda. Hæc tamen cum particularia & moralia sint, cordati prudentisque arbitrio relinquenda esse censeo. Aduertat tamen confessor, quòd si alias poenitentis conscientiam nondum cognouerit priusquam illius audiat confessionem, inquirere ab illo debet, quando alia vice confessus fuerit. Item, de eius statu, de qualitate personæ, & denique quantam diligentiam in examinanda conscientia, & in inquisitione suorum peccatorum adhibuerit, vt ex eius responsis percipere, ac iudicare valeat, an sit

tiam

4. Conclu.

tim illius confessionem audire debeat, an illam dimittere, donec maiorem suæ conscientiae discussionem faciat. Quarta conclusio. Si quis adhibuit diligentiam & curam in examinanda conscientia, quam credit esse sufficientem, etiam si fallatur, negligentia hæc potest & debet excusare à peccato mortali, non tamen in omnibus, sed in hominibus pijs qui Deum timent, atque animæ suæ mediocrem curam habent. Ceterum, impios quos videlicet, nulla animæ suæ cura tangit, ego nulla ratione à peccato mortali excusare, etiam si existiment se diligentiam idoneam adhibuisse, cum scilicet omittunt vt ignorantes aliqua peccata ex insufficienti discussione. Has conclusiones sic intellectas, ponit Magister Cano in sua relectione de penit.

Cano.

5. Conclu.

Quinta conclusio. Peccata oblita, tã ille qui post sufficientem diligentiam meminisse nequit, quam ille qui ex culpa sua oblitus est, simpliciter confiteri tenentur: itaque postquam in memoriã recurrerint, sunt necessario confitenda, & que nõ propter obligationem tunc exurgentem, sed propter antiquam, quæ semper manet. Quia absolutio data est illi veluti sub hac conditione quòd si postea recordetur, confiteatur illud peccatum, & ille qui sua culpa oblitus est, tenetur vltiorè negligentia culpã quam commisit confiteri. differunt tamen, quia ille qui ex culpa sua oblitus est, per obliuionem non excusatur, neque per absolutionem recipit gratiam, alius verò excusatur ignorantia inuincibili, & sic gratiam recipit per absolutionem.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum singula peccata quo ad numerum sint fideliter confitenda.

1. Conclu.

Varie sunt huius difficultatis conclusiones, & earum prima est. Numquam

merum peccatorum mortalium necessesse est confiteri, si poenitens sciat se certum numerum peccatorum commississe, vt si commisit decem, & solum exprimit nouem, & vnum celat, iam non confiteretur omnia peccata, quæ habet in memoriã, ac proinde non nudè se clauibus ecclesiæ subderet.

Secunda conclusio. Non est de necessitate confessionis sic singula confiteri, vt sigillatim numerentur, sed satis est sic explicare, vt sacerdos iudicium de persona satis possit capere: licet enim necessarium sit species & genera peccatorum explicare, quia si quis furtum & homicidium fecit, non satis est dicere, feci duo peccata mortalia, cum homicidium grauius sit furto, &c. Attamen indiuidua eiusdem speciei non opus est numerare, vt dicatur, feci hanc fornicationem, & postea hanc secundam, &c. sed sufficit dicere & vno verbo de ceteris. Quia cum iudicium poenitentiae immediate in bonum ipsius poenitentis in particulari ordinetur, & alij testes non requirantur, nec alia accusatio nisi tantum poenitentis, consequitur, non necesse esse singula peccata eiusdem speciei numerare, quoniã hoc non nunquam esset poenitenti in scandalum, imò esset ridiculum indignum sacramentali confessione. Et quando per tempus & consuetudinem possumus deuenire in cognitionem numeri peccatorum, sat est tempus confiteri, vt dicendo, habeo consuetudinem semel vel bis vel ter in hebdomada fornicandi, vel ferè quinquaginta, aut circiter centum, &c. Hæc enim noticia sufficit confessori, vt finem confessioni præstet, siue consilium siue remedium, seu vindictam salutarem, vt si meretrix confiteatur, quæ quidem tot commisit crimina, vt peccatorum numerus modum excedat, sat erit ei ita se accusare, Ego decem annis in hoc vicio fui, quolibet homines admisi: qualibet hora parata fui &c. Idem dicitur de concubina, qui quatuor annis habuit concubinam. His

Y 5 nanque

nanque non est opus esse sollicitos, vt explicent an centum mille peccatorum comiserint, plus vel minus. Et licet post modum in particulari cuiuspiam recedentur peccati, non tenentur amplius illud confiteri, quia sufficienter illo modo illud confessi sunt. Ex quibus colligitur, quod confessor non debet vexare poenitentes, punctim interrogando de numero per anxiam & puerilem superpositionem eos faciens mentiri, vel certe aliquid falsum dicere. **E** Aduertat tamen confessarius si fuit aliquod peccatum mortale illi statui adiunctum, vt si habuit aliquem peculiarem Dei contemptum, vt si ille qui assuetus est iurare, commisit peccatum blasphemiae, vel si meretrix cum patre, aut fratre fornicata est, tunc enim, cum haec malitia extranea in mentem confessoris venire nequeat explicanda esset, alias confessio integra non esset, quandoquidem peccatum illud nec formaliter nec virtualiter proditum est confessario. **E**

Annotare tamen hic oportet, quod quando poenitens explicuit determinate decem peccata, & non addidit paulo pluries, aut paucioribus vicibus: si postea occurrunt memoriae duo peccata, tenetur ea confiteri: & similiter si quando confitetur ignorat aliquam speciem peccati, & postea scit tenetur ea confiteri. Si vero bona fide confessus est decem peccata, & addidit, Paulo pluries, &c. postea non est necessarium illa duo confiteri: quia iam sub dubio dicens, Paulo pluries, &c. vices illas confessus est. Secus si error notabilis fuit in numero, vt si dixit decem & postea occurrunt viginti: nam tunc reuera tenetur excessum confiteri. Exijs etiam elicitur, non esse necesse vt poenitens oes actus explicet mortales, etiam singularim, cum in vno actu intelliguntur, vt si volo inimicum occidere: quare arma, equum, &c. Item qui furatur, scilicet suspendit, aperit feras, &c. **E** Similiter si quis fornicatus est, non opus

est explicare tactus, oscula & amplexus, verbaque suauia, quae precesserunt. **E** Licet nanque omnes illi actus sint peccata mortalia, omnes tamen ordinantur ad vnum actum perficiendum, quem poenitens confitetur. Et quauis in genere entis, sunt plures actus: tamen in genere moris, pro vno actu computantur. Ratio huius corollarij est quia confessor in actu precipuo explicato per poenitentis confessionem, sufficienter intelligit actiones concomitantes, quemadmodum qui confitetur exteriori actionem, stultus ac fatuus erit, si velit interiori explicare: cum in actu exteriori intelligatur interior: non autem intelligitur exterior in interiori, quia potest quis interiori habere volitionem absque actu exteriori. Vnde, non sufficit explicare interiori in confessione absque exteriori commisso. Ex quibus vltimate inferitur, quod si ad perfectionem principalis peccati, actus alius adiunctus interuenire non soleat, erit explicandus, vt si per internuntium sollicitauit puellam, vel si socium accersui ad hominem occidendum, teneor in confessione manifestare.

De circumstantijs.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum teneamur confiteri circumstantias peccatorum vt sit integra confessio, & nuda.

E PRO huius difficultatis elucidatione annotare oportet primo, quod circumstantia vt nomine sonat, est accidens actioni adiacens, quod eius qualitate in genere moris variat augendo scilicet, aut minuendo. Sunt enim circumstantiae in duplici differentia, nepe aliae aggrauantes aliae vero minuentes. Aggrauantes rursus bifariam partiri solent, quaedam quae mutant speciem, vt furtum de loco sacro, habe-

habere rem cum vxorata, aliae vero quae non mutant, vt furtum centum aureorum, & furtum decem aureorum, nam sunt ista duo furta in eadem specie, loquimur itaque impraesentiarum de circumstantijs, quae adiacentes alicui actioni, faciunt ipsam moraliter bonam vel malam, & magis bonam vel malam, secundum varietatem ipsarum circumstantiarum, vt insinuat D. Tho. in. 1. 2. quest. 7. arti. 3. ad. 2. & non de illis accidentibus quae penitus sunt impertinentia: nihil enim refert quod aliquis occidat hominem pugione, vel lancea, vel gladio. Loquendo igitur de poenitentibus oportet secundo annotare, quod istae circumstantiae sunt numero septem, videlicet quis, vel quae persona, scilicet an ecclesiastica, an secularis sit, quae peccauit. Quid, id est quantum commisit crimen, nempe an magnum, an paruum fecerit furtum: magnam, aut paruum personam, leserit. Vbi, id est quo loco, scilicet sacro, an profano. Quibus auxilijs, scilicet an Turcarum auxilijs Christianus bellum gerat. Cur, id est qua intentione fecerit. Quomodo, id est vtrum fraude per insidias, an in aperto hominem occiderit. Quando, puta vtrum noctu dormiente domino aedes fuerit aggressus, an media luce in eius praesentia. His praelibatis, difficultati respondetur per aliquot conclusiones, quarum prima sit. Praeceptum est, quod circumstantias in confessione explicare tenemur. Haec conclusio est manifesta, nam quo iure tenemur confiteri, tenemur confiteri integre. Item in cap. Consideret. de poenitentia distin. 5. dicitur, Consideret poenitens qualitatem criminis in loco, in tempore, &c.

E *conclus.* Secunda conclusio. Circumstantiae pertinentes, quae ita minuunt vt de mortali venialem faciant aut nullum, sunt necessario confitendae, vt si quis hominem ex ignorantia inuincibili in incertum iaculando, occidit, vel cum moderate inculpata tutela sese tuendo. Si

A enim in confessione simpliciter diceret feci homicidium, confiteretur tanquam peccatum id quod non est peccatum, atque adeo peccaret mortaliter. Similiter quando ex inconsideratione communicauit in diuinis cum excommunicato, aut si ex inopia panem alienum arripuit, debet explicare in confessione has circumstantias: nam si absolute, & simpliciter diceret in confessione, communicauit cum excommunicato, aut feci furtum confessor seducitur in re graui, ad iudicium pertinente: quia intelligit ipsum mortaliter peccasse. **E** Similiter, si ex ignorantia inuincibiliter fregit ieiunium, quia ignorabat diem esse ieiunij, an putabat se sufficientem causam habere, qua a ieiunio excusaretur, tunc non debet se absolute accusare in confessione de fractione praecipii ieiunij, sed quia putauit non esse diem ieiunij, vel dubitauit. Cum enim necesse sit explicare in confessione grauitatem peccati, an mortalis, an venialis sit: non minus necesse erit circumstantiam explicare, quae ex mortali peccato veniale reddit, aut nullum. **E**

E Tertia conclusio. Circumstantias minuentes peccati malitiam intra latitudinem mortalis culpa, non est necesse confiteri. **E** Vt si quis periurium aut fornicationem ex inductione, & persuasione amici commisit, non debet istam circumstantiam explicare. Sufficeret nanque dicere fornicationem vel periurium commisi. **E** Tamen si multum minuant, benefaceret poenitens illas explicando, vt si ex magna ira dixit alicui verbum iniuriosum. Similiter, si puella graui inopia oppressa, aut mortis metu iuuenem admisit: Potest enim tunc causam ob quam crimen illud mortale commisit, explicare, vt turpitudinem suam aliquo modo alleuiet. **E** Quod quidem aperta ratione ostenditur, nam cum aperienda sit culpa confessori, & circumstantia ista arguat minorem pronitatem ad peccandum, nisi exprimeretur in confessione, nesciret

nesciret confessor, huiusmodi poenitentiam debita imponere poenitentiam, nec congrua adhibere medela. **H**anc tamen conclusionem intelligendam esse arbitrario modo, nempe si quis animo pure & simpliciter confitendi, & non ut quaerat excusationes in peccatis: has circumstantias explicet. Tunc nanque est consilium saluberrimum, & nos reprobare non possumus, eas explicare. Nec in hoc sensu reprobari Petrus a Palude in. 4. dist. 16. quaest. 3. artic. 3. aut Silvester in Verbo confessor. I. §. 9.

Palud. Sylvest.

4. Concl.

Quarta conclusio. Circumstantiae quae sic sunt aggravantes, ut mutant speciem in genere moris, & novam mortalem malitiam adiciant, sunt omnino explicandae in confessione, ut sanguinem fundere, vel occidere, vel fornicari in Ecclesia: nam fieri ista peccata in Ecclesia est particulare peccatum sacrilegij contra praecipuum religionis, de honore qui loco sacro exhibendus est. Similiter, stuprum cum virgine Deo sacrata: incestus cum consanguinea, habere rem cum uxorata, aut furari intentione adulterandi: quia licet sit unum peccatum, habet tamen duas deformitates.

Et praeter hoc, quod haec conclusio est concors omnium Theologorum sententia in. 4. dist. 16. & 17. & uniuersalis Ecclesiae usus, **P**robatum ratione, quia ibi re vera continentur plura peccata contra plura praecipua, & contra plures virtutes. Item, quia aliam, maior pars malitiae celaretur sacerdoti. **U**t si clericus confiteatur fornicationem, & non aperiat se esse clericum, celat malitiam mortalem, ac subinde confessione dimidiat. **Q**ua propter merito praecipitur sacerdoti in capit. Omnis vtriusque sexus. de poenitent. & remissio. ut diligenter inquirat, & peccatorum circumstantias, & peccati, &c. Est quoque diligenter ab Augustino consideratum in lib. de vera & falsa poenitentia capit. ultimo & habetur de poenitentia dist. 6.

August.

capitu. 1. **E**t adem habetur haec nostra conclusio diffinita in sacra Triden. Synodo sessione. 14. cap. 5. & cano. 7. contra haereticos. **C**aieta. vero in quaest. 3. de confessione, limitat hanc conclusionem, & optime. Dicit enim, quod cum circumstantiae specificè differentes, nullam differentiam in iudicio sacerdotali faciunt, non oportet explicentur: ut diuinare per astra, vel per terram, vel per aquam, &c. Item, accedere ad bestiam vnus generis, vel alterius, impertinens est huiusmodi mutatio speciei, ad iudicium istius sacramenti. At vero circumstantiae secundum speciem differentes quae in iudicio salutari diuersum remedium exigunt, ac medicinam, eas nos asserimus necessariò esse explicandas.

Con. Tri.

Cait.

5. Concl.

Quinta conclusio. Circumstantiae quae non aggravant mortaliter, siue mutant speciem siue non, non necesse est confiteri. Haec conclusio adeò est euidens, ut nulla indigeat probatione, nam cum notum sit, non esse opus peccata venialia confiteri, sit, ut neque huiusmodi circumstantias confiteri necessum sit. Intelligenda tamen est conclusio sano modo, nempe, nisi aliqua istarum circumstantiarum talis essent natura, ut absque manifestatione illius mortale peccatum explicare nequireret. Tunc nanque per accidens huiusmodi circumstantiam confiteri opus esset. Ex hac conclusione satis perspicue colligitur circumstantias illas, quae speciem naturalem potius quam morale mutant, non opus esse confiteri. Siquidem confessio non nisi de culpis facienda est. At vero huiusmodi circumstantias nec mutare, nec minuere nec augere malitiam, omnibus est compertum. Nulla ergo illarum confiteri necesse est nisi quando dubitatur de aliqua an speciem variet, quia tunc sub dubio esset confitenda.

Sed maius dubium est, de circumstantijs aggravantibus intra eadem speciem an sint necessario explicandae? Cui dubio omissa opinione D. Thom. in. 4. dist. 16. fin.

D. Thom. fin.

D. Bonan. Palud. Duran.

5. Concl.

Alex. Alé. Marfi. Gabri. Maior. Adrianus. Siluest.

Viato. Scto. Cano. D. August.

fin. 16. quaest. 3. artic. 2. quaestio. 5. & Bonaventurae in eadem dist. & Palud. q. 3. & Duran. quaest. 4. qui omnes affirmant solas circumstantias mutantem speciem, esse necessario confitendas (omissa inquam hac opinione) est conclusio quinta in ordine affirmatiua tenenda, nempe quod omnis circumstantia notabiliter secundum iudicium sapientis, aggravans peccatum, siue mutet, siue non mutet. speciem, est necessario confitenda. Hanc conclusionem tenet Alexan. Alé. 4. par. quaest. 77. membro. 3. arti. 2. Marfilus in. 4. quaest. 12. artic. 1. Gabriel dist. 17. quaest. 1. Maior ead. dist. quaest. 4. Adrianus quaest. 4. de confessione, Silvester etiam in verbo, confessor. I. §. 9. in fine, videtur eandem sententiam tenere. Ac insuper Magister a Victoria, Soto & Cano tenent illam, & denique illam tenet Divus Augustinus in libro de vera & falsa poenitentia distinctio. 5. capitul. consideret. Rationibus quoque comprobatur haec nostra sententia. Prima, quia cum circumstantia quae non variat speciem, nonnunquam addat maiorem malitiam, quam varians speciem, si haec confitenda est, ergo & illa: cum grauior iniquitas ex ea adiungatur. Multo enim grauius est furari mille aureos a mercatore, quam furari decem ab Ecclesia. **E**t tamen illa quia est sacrilegium confitenda est. **S**ecunda ratio sumitur ex dicto Caietani asserentis, quod circumstantiae quae mutant speciem, sine noua malitia, non necesse est quod confiteatur, sicut diuinare per terram est alterius speciei a diuinare per aquam, ut iam dixi. Tota igitur causa, quare circumstantia est explicanda in confessione, non est mutatio specifica, sed noua malitia superaddita. Quo fit, ubi additur duplex malitia siue sit eiusdem speciei siue alterius, necessum sit eam exprimere. Tertia, quia si decem horis quis odio habuisset proximum, ita tamen, ut in fine cuiusque horae odium interromperet, illa peccata essent neces-

sario confitenda, **E**t eo quod sunt distincta peccata, ut si postquam Petrum occidere voluit & poenituit, iterum voluit idem perpetrare facinus: **E**rgo etiam si nulla facta est interruptio, sed per totas decem horas perseverauit in illo actu: cum odium illud per decem horas habitum aequè graue sit. **S**imiliter si per integrum annum turpiter puellam admauit, vel si per horam vel per dimidia in morosa cogitatione continue permansit, vel si per aliud temporis spacium restituere noluit, ex quo nocentium nouum notabile in dominum illius rei redundauit, huiusmodi circumstantia explicanda esset in confessione: siue igitur fiat interruptio siue non, exprimenda esset in confessione. Et annotato quod si per somnum vel prandium interruptionem fieri contingat, illa non censetur interruptio moralis, quandoquidem, tunc continuata occidendi in illo perseverat voluntas. **Q**uarta quia omnis incestus inter consanguineos, & inter affines sunt eiusdem speciei, ut D. Thom. 2. 2. quaest. 154. arti. 9. author est, & tamen si quis cum matre, aut cum sorore coislet, non satis confiteretur, dicens, commissi incestum: nam illo nomine poterat intelligi concubitus cum affine, vel consanguinea sibi iuncta in. 3. vel. 4. gradu, &c. Quinta ac postrema ratio est, quia peccata contra naturam non videtur specie discriminari, quod Caietanus affirmat: at non satis esset confiteri: effudi semen contra naturam. **P**ostrema ratio est, quoniam si quis duobus actibus duos occidisset homines, proculdubio explicare teneretur in confessione. Non igitur minus si vnico actu eos occidat ad id teneretur. Siquidem, idè proximi nocentium, & eandem Dei offensam subsequuta esse nequitiam alicui ambigere licet, quinimo in vno actu, quo quis decem vult occidere homines, maior malitia esse potest, quam in duobus actibus, quibus duos occidere velit. Cum ergo per furtum viginti aure-

Concl.

Concl.

Concl.

D. Tho.

Caita.

Concl.

aureorum maius proximo nocentum inferatur, quam per furtum duodecim, fateri necessum erit, circumstantias illas in confessione esse explicandas, quae vel speciem mutant, vel novam addunt malitiam moralem & mortalem, quae licet speciem non variant: nihilominus tamen in infinitum aggravare censentur. Unde nemini sufficit accusare se dicendo, furatus sum: quantitatem culpam mortalem constituentem, quia sic nec nocenti quantitas, ac subinde nec culpa gravitas, quae aucto nocentem & ipsa quoque augetur, explicatur. Quocirca, eos qui huiusmodi gravitatem nolunt explicare, minime absolute audeo, quamvis praclarissimus magister a victoria alios graves doctores sequutus oppositam sententiam tenuisse feratur. **H**aec igitur sententia est tenenda & re vera D. Tho. (vt meafert opinio, inquit Cano) sententiam retractasset, si tertiae parti extremam manum imposuisset, atque olim iuuenis opinioniones saepe communes sui seculi sectabatur.

Victoria.

¶
D. Thom. Cano.

Pr. conclus.

De circumstantia loci sit prima conclusio, quod circumstantiae loci sacri sunt necessario explicandae in confessione, vt si quis, vt dixi, effundat semen in loco sacro, aut sanguinem, aut si extraheret aliquem & malefactorem de loco sacro potentem gaudere privilegio ecclesiastico contra sanctitatem, &c. & immunitatem Ecclesiae. Similiter si furatus est rem de loco sacro qui est Ecclesia.

¶
2. conclus.

Secunda conclusio. Non solum effundere semen in ecclesia per fornicationem simplicem, aut per adulterium, aut per pollutionem voluntariam, est circumstantia necessario explicanda in confessione, verum etiam habendo rem cum propria vxore illic, quia locum sanctum decet munditia, non solum animi, sed etiam corporalis, & vxor non tenetur reddere debitum illic petenti, cum hoc non sit necessarium, sicut est vrinam effundere.

Haec tamen conclusio exceptio nem patitur, quando coniuges longo tempore in loco sacro obdormunt, vt alibi dixi.

Tertia conclusio. Propterea quod quispiam peieret in loco sacro, vel falsum testimonium dicat, non est circumstantia loci necessario confitenda. Imo, licet quis illic mente consentiat facere adulterium, vel homicidium, vel furtum, ita quod dum existit in Ecclesia vult ista committere extra ecclesiam, non est circumstantia loci necessario confitenda. Non enim tenetur dicere, se in Ecclesia voluisse, nec talis volitio est sacrilegium. Si vero e contrario, existens extra ecclesiam, consentiat mente in alterum illorum criminum in Ecclesia perpetratum, tenetur confiteri hanc circumstantiam. **N**am facere opus a parte rei, & in ipsum actum consentire eiusdem sunt speciei, sic ergo si de facto perpetraret talia peccata in Ecclesia proculdubio confiteri teneretur, eod quod sunt contra consecrationem Ecclesiae: ita etiam si existens extra ecclesiam, vult illa committere in Ecclesia.

De circumstantia temporis sacri oritur dubium an sit in confessione explicanda. Et annotato quod non est quaestio cum quis culpabiliter missam omittit audire, aut cum facit opus seruale in die festo. Nam ista non circumstantiae sunt, sed peccata mortalia contra preceptum de obseruatione diei festi commissa, sed cum quis in die festo fornicatur, vel blasphematur, &c. **A**d hoc dubium omissa opinione Nicolai de Lira, & Scoti, & aliorum qui eos sequuntur: dicunt enim peccatum esse opus seruale, ac ex consequenti circumstantiam necessario exprimendam in confessione (omissa inquam hac opinione) sit conclusio tenenda, quod huiusmodi circumstantia non est necessario confitenda. **Q**uanuis qui illam temporis circumstantiam explicaret optimè quidem faceret. **P**robatum ista conclusio, quia huius circumstantiae

3. Conc.

¶

¶

Lira. Scotus.

Con. vni.

stantiae malitia non est mortalis. Hanc sententiam amplectitur D. Tho. in. 4. distinct. 31. quaest. 1. arti. 5. quaest. 2. Dicit enim, quod petere debitum in die festo, non est circumstantia trahens ad aliam speciem peccati, & in. 2. 2. quaest. 125. artic. 4. ad. 1. dicit, quod illud preceptum de sanctificatione sabbathi importat cessationem a peccato solum figuratiue in sensu morali, & non ad litteram, & in. 1. 2. quaest. 122. artic. 4. ad. 3. **M**agis, inquit, facit contra preceptum seruandi festum, id est contra eius finem qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale opus licitum facit: finis autem precepti non cadit sub precepto, non ergo talis circumstantia, est necessario confitenda. **I**tem, in. 3. sentent. distinct. 37. quaest. 1. artic. 1. quaest. 2. ad. 2. inquit idem D. Thom. quod opera seruilia solum dicuntur ea, ad quorum exercitium serui deputati habentur, & ad quae opera artes mechanicarum diriguntur. **D**eus enim illud preceptum exponens, semper facit mentionem de operibus mechanicis, nunquam autem de peccato. **N**on igitur computandum est peccatum inter opera seruilia in sensu literali. **E**t cum de hac quaest. Siluester verbo confessor. 1. §. 10. in Rosa aurea. quaest. 63. & Caieta. in opusculo. 27. quaestio. num. quaest. 10. copiose, perdoctaque differuerint, non est mihi animus de hac re impresentiarum plura verba facere. **Q**uanuis in. 4. conclusione ex parte de circumstantia finis & personae egimus, libet tamen paulo amplius de eis sermonem instituere. **E**t quidem de fine qui in actibus moralibus est circumstantia potissima, & veluti illorum forma, est conclusio. **Q**uotiescunque circumstantia finis aggravat in infinitum, hoc est, mortaliter, est exprimenda in confessione, vt cum quis furatur magis nocentem iniuriamque proximi intendens, quam propriam supplere necessitatem, & cum de loco sacro furatur, vt iniuriam Ecclesiae inferat, simili-

D. Thom.

Siluest.

Caieta.

concl. vni.

liter, cum mulierem ad fornicationem sollicitat, hac intentione vt ipsa peccet, & [gratiam amittat magis quam vt suam expleat libidinem, atque illi facti sficiat. **D**e reciduo est conclusio, quod non est circumstantia necessario explicanda in confessione, secundum D. Tho. in. 4. sentent. distinct. 22. q. 1. nisi forte per accidens, videlicet confessor aliquod remedium, vel poenitentiam confitenti adhibeat, & vt sciat quae satisfactio congrue possit iniungi, ita tenet Siluester, in verbo, confessio. 1. §. 6. & communiter theologi. **I**ngratitudo enim vt est generalis circumstantia, non est de necessitate confitenda. **E**t quoniam iam conclusionem istam supra diffuse probauimus, non opus est hic plus temporis consumere.

¶

concl. vni.

D. Tho.

Siluest.

¶

concl. vni.

De circumstantia personae quae dicitur Quis, est conclusio. **Q**uandocunque huiusmodi circumstantia mutat speciem moralem mortaliter, eam in confessione explicare necessum est. **V**t si coniugatus rem habeat cum soluta, de adulterio confiteri tenetur, & a fortiori si cum coniugata, siquidem tunc ex parte vtriusque adulterium commissum est. **S**imiliter, si votum castitatis siue simplex siue solenne haberet. **E**t eodem fere pacto si esset prelatum, vel insignis conditionator, vel si esset secularis maximae auctoritatis, & publice peccauit, tenebitur istam circumstantiam personae exprimere in confessione ratione scandalii quod communiter nasci solet.

Sed de filia confessionis, oritur hic dubium vtum sit circumstantia necessario ab utroque in confessione explicanda, nempe tam a confessore, quam a filia confessionis ad quam accessum habuit. **C**ui dubio duabus conclusionibus non insufficienter me posse satisfacere arbitror, & earum prior est. **Q**uando confessarius, & poenitens in alijs peccatis quae contra castitatem non sunt, complices sunt, nec cognatio spiritualis in-

1. Concl.

ter

ter illos contrahitur, nec huiusmodi A circumstantia est necessario confitenda. Hæc conclusio adeo est evidens, vt probatione aliqua non egeat.

Posterior conclusio est de peccatis quæ sunt contra castitatem loquendo, quanuis per poenitentia sacramentum non proprie spiritualis cognatio contrahatur: attamen inter mulierem & sacerdotem illius confessionem audientem quoddam foedus cognationi spirituali simile contrahitur vt ita grauius peccet eam carnaliter cognoscendo ac si sua esset spiritualis filia. Hæc conclusio est D. Thom. in additionibus. 3. par. q. 56. aric. 2. ad. 8. vnde videtur esse speciale præceptum siue ex iure, siue ex consuetudine, prohibens ne confessor carnaliter confessionis filiam cognoscat. Et dicit illic, quod ista prohibitio induta est, vt occasio peccandi tollatur. Quod si quis quærat ad quam peccari speciem hæc circumstantia reducat, facile ei respondebitur dicendo, quod vel ad sacrilegij vel incestus speciem, per quandam similitudinem, ac si ibi esset specialis cognatio, quanuis in rei veritate talis non contrahatur cognatio. Sic nanque intelligere oportet iura, quæ asserunt, illam esse spirituales confessionis filiam. Vt decernitur in capitu. Ad limina. 30. quæst. 1. & capit. Omnes, vbi dicitur hi quos in poenitentia audimus non minus sunt spirituales filij, quam quos baptizamus, & in cap. fina. habetur, quod eadem poena puniri debent vtrique: eandem sententiam tenet Magister sentent. distinct. 42. vbi refert ista decreta. Tandem dicimus, quod etiam si circumstantia non mutet speciem est necessario ab utroque confitenda, tum propter Ecclesie præceptum, tum etiã, propter nimiam deformitatem. Vtrum autem, si confiteatur concubina sacerdoti cum quo rem habuit confessio sit valida examinabitur infra difficultate. 25.

De circumstantia stupri est prima cõ

clusio. Siue virgo secularis siue monialis consentiat in mortale peccatum carnis, est distincta species luxuriæ, scilicet stupri necessario confitenda. Ista conclusio est D. Tho. 2. 2. quæst. 154. arti. 6.

Secunda conclusio. Masculus siue opere ipso, siue consensu mortaliter peccet prima vice non est circumstantia necessario exprimenda in confessione. Stuprum nanque tantum se tenet ex parte foeminae. Hanc cõclusionem tenet Caieta. in commen. super eundem locum. Quanuis enim viri etiam amittant aureolam, inde tamen non sequitur, quod sit noua species neque quod augeatur malitia mortaliter, quoniam etiam si coniugatus esset, illam amitteret.

Tertia conclusio. Etiam si puella vitro in stuprum consentiat, tenetur nihilominus explicare in confessione an esset virgo nec ne, non solum quando prima vice consentit, sed etiam. 2. & 3. & quoties consensum habuerit quantum diu corpore manet integra. Quod si ipsa non explicauerit, confessarius eam interrogare tenetur etiam si sit monialis & sit pudor ex parte vtriusq;. Cũ enim perpetrare peccatum, & consentire in illo sint eiusdem speciei & si opere ipso corrumperetur compertum est omnibus quod teneretur hanc circumstantiã explicare in confessione, consequitur, vt si consentiat etiam ad idem teneatur. Et aduertat confessor, quod quando illarum statum ignorat, querere ab eis debet & si respondeant se esse solutas, vel non esse nuptas, vt sic explicent non esse virgines, etiam si apud homines reputentur virginum statum habere adhuc sunt interrogandæ de veritate, an sint vere virgines, quando confessor de hoc dubitaret.

XI. DIFFICULTAS.

Vtrum confessor teneatur poenitentem interrogare?

Questioni huic hac conclusione respondetur, nempe quod quando vi-

2. conclus.

D. Thom.

In sent.

2. conclus.

D. Thom. 2. Conc.

Caiet.

3. Concl.

¶

1. Concl.

do viderit confessor expedire, interro- gare tenetur. Hæc conclusio habetur capitul. Omnis vtrisque sexus. vbi dicitur, confessorem oportere discretum & cautum esse, & quod sciat interrogare diligenter de peccatis, & de eorum circumstantijs. Ratione quoque probatur, quia sacerdos cum sit medicus spiritualis, more periti medici corporalis de infirmitate spiritali interrogare tenetur. Præterea, quia certum est, iniquum esse iudicem, qui sine interrogatione sententiam proferret: cum igitur confessor sit iudex, interrogare tenetur, & vt fiat integra confessio, debet tamen cõ cautela id facere præcipue circa luxuriæ peccata. vt D. Tho. aduertit in 4. dist. 17. q. 3. & Caieta. Soto. & Cano, quod quidem fieri debet ob periculum tentationis vitandum tam in confessore quam in poenitente, & ne ipsum poenitentem peccare doceat. Sed, an interrogare teneatur quando poenitens fecit quod in se erat: credit tamen confessor quod obliuiscitur alicuius mortalis. Ad hoc ommissa opinione negatiua Siluestri in verbo, confessor. 3. §. 14. & 15. est secunda cõclusio affirmatiua. Probatur, nam licet ad confes- quẽdam gratiam, facere quod in se est, satis sit poenitenti: attamen ad recompensationem, quæ de omnibus peccatis fieri debet ratione iustitiæ vindicatiæ, hoc non sufficit. Non tantum enim ordinatur hoc sacramentum ad reconciliandum poenitentem Deo & Ecclesie, verum etiam ad compensandas iniurias Deo factas, quod quidem per impostam poenam iuxta quantitatem, & qualitatẽ culpæ fieri debet. Interrogatione igitur opus est, etiam si iam poenitens fecisset quod in se est, quando confessor viderit expedire. Item, quia maior diligentia est adhibenda à medico, quã ab infirmo. Tertia conclusio. Quando confessarius certò scit, poenitentem aliquod commississe mortale, de quo apud illum non se accusat, eum interro-

D. Tho. Caiet. Cano.

Siluest. 2. Conclu.

3. Conclu.

gare tenetur: quod si poenitens illud negauerit, ipse quoque sacerdos ei denegare debet absolutionem, nisi probabiliter existimet iam alteri confessori de illo peccato confessum fuisse: itaque si ei est evidens illud peccatum poenitentem commississe & evidens alteri non illud confessum fuisse, nequam illum potest absolueret. Hæc conclusio ostenditur aperte, tum, quia si quando confessor credit quod poenitens obliuiscitur alicuius mortalis tenetur eum interrogare, multo magis cõ certò scit, ad id tenebitur: tum, etiam, quia aliàs videns & sciens existentem in peccato mortali & indignum absolutione, absolueret teneretur, vt meretricem etiam si non se accusaret de suo meretricij peccato, & similiter vsurarium.

Quarta conclusio. Vbi poenitens cordatus apparet, nec tanta sarcina peccatorum onustus, & dicit se diligentiam fecisse, ita vt suo iudicio nullius delicti sit oblitus, non opus est amplius sacerdotem illum interrogare.

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum sacerdos teneatur aliquem modum & formam obseruare circa audientiam confessionis?

Nequam ad huius difficultatis explicationem ingrediamur, annotare oportet primò, quod sacerdos confessionem audiens, sedere debet in loco omni suspitione carète, vbi ab omnibus videri possit, à nullo verò audiri. Non sicut quidam faciunt, qui in cameris ante lectum proprium audiunt vel in sacristia. Non debet etiã sacerdos, vel confessor inspicere vultum confitentis, ne ductus terrore vel verecundia sacerdotis, minus audeat confiteri, vel ne quid occultet, vel alleuiet: maximè tamen à vultibus mulierum caueat, quia secundum sapientem, facies mulieris sicut ventus vrens. Nec debet

3. conclus.

4. Conclu.

Z bet

bet proferre verba iocosa, ne alter ipso rum ad risum prouocetur. Sed verbis benignis cōfessor vtatur, & non sicut quidam faciunt, maledicentes confitenti: nec debet sacerdos mouere caput, vel sputum sapius proijcere, aut pede trudere confitentes, vel emitte re suspiria suspitiosa, ne à circumstan tibus videatur prodere peccata confi tentis. Secundò pro difficultatis huius declaratione annotare oportet, quod alia sunt interrogationes faciendæ an te confessionem, alia autem postquam sunt in confessione. Antequam incipiat confessionem, interrogare enim primò debet sacerdos pœnitentem, vnde sit, vt sciat an sit suæ iurisdictionis. Secun dò, quis sit, laicus, an clericus, an reli giosus, vt aptas statui vnus cuiusque in terrogationes faciat. Tertiò, quærat de statu suo & arte, & si eum inuenerit in tali arte vel officio, quod sine mor tali exercere minime potest: declara re ei debet à principio quod non absol uet eum, ne, si audierit, & postea non absoluerit, scandalizetur de illo. Ex ponat etiam ei, quòd si vult confiteri, libenter audiet illum, sed non absoluet, nisi dimittat officium vel artem, quam sine mortali exercere non valet: vale bit tamen ei illa confessio ad multa bo na, nempe ad hoc vt Deus illum illumi net, &c. Quarto interrogare eum de bet, quando alia vice confessus fuit, & si impleuerit pœnitentiam sibi inun ctam à confessore. Quinto si adhibuit diligentiam in memoriam redigendi peccata, quod si hoc omisit adhortan dus est ab ipso confessore, vt prius con netur reducere ad memoriã peccata sua, discurrendo per status, & societa tes quas habuit, per officia quæ exer cuit, per loca vbi habitauit. His igitur præmissis, dicat, Confiteor Deo. Quo finito, cum incipit confiteri, attēdat ver ba illius cōfessor vsque ad finem, ne in terrūpat, nisi cum fuerit cōfessor per pœnitentem de aliquo exquisitus, vel ni

A si cōfessor habuerit necesse inquirere de aliqua circumstantia peccati. Si verò cō fitens coram sacerdote præ timore eru bescens, obmutescit, tunc sacerdos eū dulciter alloquēs, informet, & det sibi cor, & audientiã his verbis, vt dicit Hu go, Fili charissime, ex abundãtia gratiæ diuinæ habemus magnū donum hoc, & in salutis remediū, quod per nostrã veram confessionem possimus conse qui indulgentiã peccatorū: non autem verearis pro anima tua dicere verū corã me, qui sum peccator sicut & tu. Nō enim te audio vt homo, sed vt Deus. Cō pleta autē confessione omnium peccato rum, quorum memoriã habet, si pœni tens ille fuerit discretus & apertè sufficiē terq; se accusauerit, nō debet ab eo ali quid querere. Sed si est rudis, nec se suffi cienter accusauit, tūc quærat sacerdos ab eo pro vt viderit expedire. Et debet quēlibet peccatorē interrogare de pec catis, quę solēt hominibus illius cōditio nis & itatus accidere, secundum ordinē decem præceptorum decalogi.

I. P R A E C E P T V M.

Circa primū præceptum decalogi, quod est, Non habebis Deos alie nos, &c. Interroget sacerdos pœniten tē, si est baptizatus, quādo fuerit natus ex parētibus infidelibus. Si dubitauit cir ca ea quæ sunt fidei, vel dedita opera, hę sitādo inuestigauit ea quę sunt fidei, & supra omnē intellectū, quia toties, quo ties fecit mortaliter peccauit. Secus si oblati intellectui talibus cogitationib⁹ tædet illum, & resistit, submittens se de terminationi ecclesię: quia tūc meretur. Deinde interrogetur, si iudaizauit, vel idololatrauit, & cōsuluit dæmones, & iniuit pactū cū illis tacite, vel expressē. Si adorauit aliquam creaturam. Si adorauit diabolium. Si vsus est necromantia, acromantia, & huiusmodi. Si vsus est sortibus expectans euen tum

tum

Hugo:

tum earum à cœlo, vel à dæmone, cum A actus humani non dependeant à cœlo: necessariò, mortale est. Si autem à fortu na expetetur euetus, sicut si non valētes aliquid concorditer diuidere, velint ad diuisionem faciendam fortibus vti, ex ponentes fortunæ, quis quã partem ac cipiat, nō videtur illicitum.

Si obuians alicui animali, vel audiēs cantum alicuius auis credidit præagiū futuri, vanitas magna est: esset tamen periculum mortalis nimis in tēdere hu iusmodi, & determinatè adhibere fidē. Et idem est si obseruat aliquos dies ad nuptias, iter & alia negocia incipienda.

Si præbet fidem somnijs, & facit ma leficia.

Si vsus est ligaturis, vel characteri bus pro fanitate habenda. Pro quo an notare oportet, quòd in his cauendum C est primò, ne quod scribitur, pertineat ad inuocationē dæmonū, vel habeat ig nota nomina, nec contineat falsitatem, quia sic eius effectus nō posset à Deo ex pectari, cū Deus non sit testis falsitatis.

Secundò cauendum est, ne cum ver bis sacris misceantur aliqua vana, nec alij characteres præter signum crucis, nec spes habeatur in modo scribendi aut ligandi aut in alia huiusmodi vanita te. Vnde. 26. q. 6. dicitur, Non licet Chri stianis in collectione herbarum medi cinalium aliquam obseruationem seu incantationem attendere, nisi tantū cū simbolo aut dominica oratione, vt tã tum creator & Deus omnium honore tur. Verba diuina & reliquias sanctorū bene licet portare super se, fiducia Dei & sanctorū quorū sunt, vt habet D. Th. D. Thom. 22. q. 69. art. vltim.

Queratur etiam ab eo, si obseruauit aliquas superstitiones vanas quę ad Dei reuerentiam non spectant, & per quas tales incantationes fortiuntur effectū.

Si credidit scēmas ire de nocte & cōuerti in catas, & huiusmodi: quia post quam super talibus audierint veritatē, peccant sic credentes, & sunt infideli

deteriores, vt habetur. 26. quæst. 5. cap. Episcopi.

Si accepit ferrum candens, vel acce ptauit duellum pro veritate manifestan da, quia mortale peccatum est, eo quod tentat Deum.

Si habet nimiam familiaritatem cū Iudeis, vel alijs infidelibus: viris tamen perfectis hoc licet, simplicibus verò & imperfectis prohibitum est & mortale.

Si vellet nunquam mori, & non dese rere hoc seculum: quia mortale est.

Si fregit vota.

II. P R A E C E P T V M.

Circa secundū præceptū, Non assu mes nomē Dei tui in vanū, interro ga, si pro nihilo solit⁹ est iurare: quia quã uis iurare de se non fit malum, est tamē malum ratione periculi, quia assuetus iurare pro quolibet, aliquando iuret fal sum: & ratione contemptus, quia vide tur Deum paruipendere.

Si aliquid quod sciebat vel dubitabat falsum esse, si aduertebat ad falsitatem, & iurabat, mortale est: imò etiam si nō aduerteret. Si est assuetus iurare, non videtur excusari etiam in minimis.

Si induxit ad iurandum, quem crede bat falsum iuraturum, nisi esset iudex ad petitionem partis.

Si iurauit opprobriòse per Deū vel sanctos, mortale est.

Si non iurauit secundum intentionē accipientis iuramentum, quando iustè & secundum ordinem iuris ab eo exigi tur iuramentum per iudicem.

Si iurauit iniuriari alteri, vel in dānū proximi notabile iurauit se facturum malum, præcipuè peccati mortalis, nec tenetur implere, quia in malis promissis rescinde fidem, in turpivoto muta de cretum.

Si promissoriè iurauit non intendens adimplere: vt si iurauit ducere aliquam mulierem gratia illam adipiscēdi dūta

Z 2 xat.

at. Quærat ab eò, si adiurauit dæmones deprecatiuè, quauis nanque angelos bonos sicut & homines superiores liceat adiurare deprecatiuè, vt dicendo, Adiuro te Michael per diuinam bonitatem, vt me adiuues: non tamen licet adiurare deprecatiuè dæmones. Ratio discriminis est manifesta: nam angeli boni sunt amici & cõciues nostri, dæmones autem sunt hostes & inimici nostri, & adiurare eos deprecatiuè pertinet ad amicitiam, quæ ad nos non licet vti, & eadem ratione illicitum est adiurare eos compulsiuè ad sciendum aliquid ab eis vel impetrandum. Adiurare verò eos imperatiuè, non ad aliquid obtinendum per eos, sed ad eorum nocumentum spirituale vel temporale repellendum, licitum est secundum potestatem nobis à Christo traditam, Lucæ. 10. Dedit vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocerit. Similiter, adiurare creaturas irrationales secundum se, est vanum, quia nec imperiũ nec obsecrationem intelligunt, & ideo vane assumitur nomen Dei. Secus si adiurentur, vel deprecatiuè relatiuè ad aliũ, à quo mouetur: nepe respectu Dei, vel angeli, nam tunc licitum est, si fiat rationabiliter & cum necessitate & cum diuini nominis reuerentia, vel per modum compulsionis, quæ refertur ad diabolum, qui in nocumentum nostrum vtitur irrationabilibus creaturis. Et talis est modus adiurandi in ecclesiæ exorcismis: propter quos dæmonum potestas excluditur ab irrationabilibus creaturis. Adiurare autem dæmones ab eis auxilium implorando, non licet.

Interrogetur, si blasphemauit Deũ vel sanctos, quod quidem mortale est ex suo genere, cum repugnet diuinæ charitati: fit autem hæc blasphemia sex modis. Primo affirmando falsum de Deo, vt Deus est iniustus. Secun-

do negando verum de Deo, vt Deus non prouidet cunctis. Tertio imprecaundo mala Deo, vt maledictus sit Deus, vel tædeat Deum, & huiusmodi, quasi Deus sit creatura subiecibilis imprecationibus. Quarto affirmando, seu negando, vel detestando infantis prædicto modo in quibus Deus & continetur, & honoratur. Quinto, quando Deo vel sanctis attribuitur aliquid verum, sed irreuerenter: vt iurando ex consuetudine, vel passione, quæ quidem passio si sit subita tantum est veniale.

III. P R A E C E P T V M.

Quantum ad tertium præceptũ, sabbatha sanctifices, interrogare oportet poenitentem primo, an fecerit in festiuis diebus opera seruilia, scilicet opera mechanica, vt est agricultura, emptio, venditio, scribere, delatio onerum, cum iumentis vel proprijs humeris, iter agere cum magna fatigatione. Secundum tamen doctores non prohibetur in his diebus fieri opus spirituale, vt docere verbo, vel scripto, nec opus expectans ad Dei seruitium, nec opus corporale necessarium ad corporis sui vel proximi salutem. Legitur nanque Machabeos sabbato pugnasse. 1. Mach. 2. Similiter non peccat quis opus seruile exercendo, quando est modicum opus non impediens spirituale exercitium. Ratione etiam necessitatis vitæ sustentandæ, & damni vitandi, & etiam ratione alicuius rei utilis acquirendæ, quam alio tempore acquirere non potest. Sed hoc fieri debet ex episcopi dispensatione, vel proprii sacerdotis: alias non liceret, nisi esset talis utilitas, quod credatur prælatum si adesset, dispensaturum, quia in hoc casu locum haberet ratihabitio. Ista omnia habet Siluester verbo Dominica. §. 4. Excusantur similiter exigentes

gentes debita à rusticis in his diebus. Similiter, conducentes operarios, quia alio die sine incommoditate inuenire eos non valent. Excusantur etiam venditores mercium alimentorum, aut personarum cursores, quod sine magno damno aliter facere non possunt. Laborantes quoque ratione pietatis pro ecclesia, monasterio, hospitali, non habentibus sufficientes redditus: aut pro pauperibus, modo non fiat dominicis diebus, vel festis solennioribus, vt habet Siluester vbi supra. §. 5. Excusantur etiam aduocati dantes consilium venientibus à loginquo, si ad lucrum principaliter non intendant. Studentes etiam ad illuminationem sui vel aliorum, etiam si ex consequenti veniat lucro, siue sit studium theologiae, siue iuris Canonici, vel cæsarei. Plures alij sunt qui excusantur quos ad ducere hic longum esset.

Deinde interroget sacerdos poenitentem, Si dictis diebus omisit audire missam, vel maiorem partem absque rationabili causa: per diem festum intelligo omnes dies festiuos de præcepto. Excusantur tamen ab hoc præcepto, dato casu, in quo si quis audiat missam, ipse vel alius ex hoc incurrit probabiliter graue damnum animæ, vel corporis, aut rerum, vel honoris, secundum suam estimationem, etiam si aliquando fallatur & ita non fit in re. Vnde excusantur infirmi, & eorum seruitores, & qui paruulos sine periculo dimittere non possunt, vt dicit Siluester in verbo Missa. 2. §. 2. & qui audiendo impediretur ab arduo, & iusto negotio. Similiter puellæ nubiles, ignorantes hoc præceptum, vel facientes quod in se est, vt audiant, & vt videtur, parentes eas ad hoc cogunt, vt propter honestatem sint clausæ vel propter consuetudinem religionis, vt habetur de consuetudine capitul. fina. nisi eas ducant ad choreas, sed de hoc iam supra dixi in ma-

teria de Eucharistia, illic etiam dixi, quam attentionem habere debent in audienda missa.

Si audita missa, diem festum consumpsit in ludis vanis, &c.

Si tempore sacrorum ieiuniorum (hoc est quadragesimæ, vigiliarum & quatuor temporum) omisit ieiunare absque rationabili causa.

Si violauit hæc eadem cibis prohibitis.

Si non est confessus semel in anno.

Si non communicauit in paschate.

Si peregit poenitentiam sibi iniunctam.

Si contraxit matrimonium cum personis sanguine iunctis vsque ad quartum gradum.

Si contraxit matrimonium clandestinum, vel inter fuit tali contractui matrimoniali clandestino.

Si neglexit sacramentum confirmationis pro se, aut alijs quorũ curam habet.

Si dedit, aut suscepit sacramentum aliquod in peccato mortali.

Si excommunicatus ingressit se diuinis, scilicet missæ officio.

Si cum excommunicatis participauit in diuinis extra casus concessos.

Si tenetur ad officium diuinum, & non recitauit illud, aut ex proposito euagata mente illud dixit.

Si dixit illud ita collidendo, vt nõ ex primeret dictiones, sed principium & finem versus sonando, quoniam si ita est, non satis fit.

Si violauit locum sacrum, scilicet ecclesiam aut cæminterium, semine, aut sanguine humano, aut si violauit loci ecclesiastici immunitatem, inde furando, rapiendo, vel extrahendo, vi inde, aut ibidem prohibita exercuit, vel exerci fecit homines.

Si interdictum non seruauit.

Si percussit ecclesiasticam personam.

Si carnale peccatum commisit cum habente ordinem sacrum, aut religioso, vel habente votum castitatis.

III. P R A E C E P T V M.

In quarto præcepto interroget sacerdos primò, Si non dilexit parentes. Si non ostendit eis signa dilectionis, sed dure se habet cum eis.

Si non eis obediuit.

Si verba iniuriosa dixit eis.

Si non subuenit eis indigentibus, vel infirmantibus.

Si maledixit eis.

Si non honorauit patrem Spirituale, & habuit reuerentiam erga illum.

Si non impleuit testamentum eorù & voluntatem post mortem. Tam hæres nanque quam exequutor testamenti ex magna dilatione mortaliter peccant, quia iniuste inferunt notabile dânum defunctis, nam licet hæc dilatio non præiudicet animæ testatoris quantum ad meritum, si quantum in eo fuit adhibuit diligentiam, vt eius eleemosynæ, & legata piacitò darentur: cum meritum principaliter ex voluntate & intentione depedat, sed tamé tardius à pœnis liberaretur. Et nota hic, quòd non excusatur hæres, nec executor, quâdo impeditur ne huiusmodi legata impleat, cum debeat intimare episcopo, qui cogere potest impediens.

Vltimo interroget circa hoc præceptum sacerdos, Si domini habent de filiis & familia curam, vt audiant missam, vt confiteantur, communicent, non iurent, & viuant vt christiani, vt non sint in concubinato, &c. Quia si in his notabiliter deficiant, peccant mortaliter. Similiter, si eos docet doctrinam Christianam, maxime fidei articulos.

Si male tractauit vxorem.

Si ad opus misericordiæ fuit negligens.

Si de superfluo non fecit eleemosynam.

Si existenti in necessitate extrema, aut magna non subuenit, vt potuit. Si contra pauperes aliquid fecit, aut dixit

A aut impediuit aliquam eis conferendâ eleemosynam.

Si principibus, & his qui sunt indignitate constituti nõ exhibuit debitum honorem & reuerentiam.

Si fuit ingratus.

V. P R A E C E P T V M.

Circa Quintum præceptum, Non occides, interroget sacerdos, si occidit aut occidere attentauit se ipsum vel alterum.

Si infantem tenuit in lecto cum periculo oppressionis.

Si procurauit abortum foetu iam viuificato, aut antequam esset viuificatus foetus, tunc nanque licet mortaliter peccet, non tamen est verus homicida, nec irregularis efficitur. Similiter, si venenû sterilitatis sumpsit, aut dedit: si aliquid horum fieri fecit, aut dedit consilium, auxilium, vel fauorem, imò etiam si non obstitit cum posset, in crimine est.

C Si nanque sit homo priuatus, & solus bo, vel factus sine periculo propriæ personæ potest, teneatur aliis non. Secus de persona habente publicam auctoritatem, nam huiusmodi persona, cum ex officio teneatur armis, si opus fuerit, teneatur defendere illum, & etiam exponendo se periculo.

Similiter interrogetur si mutilauit, aut mutilare fecit se, vel alterum, etiam causa vitandi proprium consensum in veneream delectationem, quia non sunt facienda mala vt inde veniant bona, ad Rom. 5. capitul. semper enim ista inducunt mortale, nisi defendendo se ipsum, vel alterum cum moderamine in culpata tutela. Vt habetur in clemé

E tina Si furiosus, de homicidio. tunc enim excusatur sic occidens à peccato, & similiter occidendo furem nocturnam in dubio, an vellet furari, vel occidere. Excusatur quoque quis ab homicidio, si quempia occidat pro castitatis defensione, non intendendo mortem istâ alteri, vlti-

Al Rom. 5

vltimate, sed in ordine ad defensionem A castitatis.

Interrogandus est insuper pœnitens, Si vulnerauit. Si vinculauit. Si incarcerationi. Si cruciauit quacunq; corporali afflictione.

Si in exilium misit, aut aliquid horû fieri fecit, aut desiderauit voluntate de liberata.

Si odio habuit aliquem. Si desiderauit illi malum animæ, vel corporis, vel honoris, famæ, & rerum.

Si gauisus est de malo alicuius.

Si noluit parcere inimico quantum ad offensam.

Si subtraxit communia beneficia.

Si iuit ad bellum iniustum scienter.

Si iuit ad bellum dubium de iustitia absq; mandato superioris, ita quod obedientia non excuset.

Interrogetur etiam, Si feminauit discordias inter fratres.

Si fuit alteri occasio ruinæ in mortale, & spiritualis mortis. Nam interpretatiuè etiam prohibetur nobis in hoc præcepto occisio spiritualis.

VI. P R A E C E P T V M.

Circa sextum præceptum, Nõ moechaberis, interrogetur pœnitens, Si habuit rem cum soluta, & tunc si ipse est solutus, simplex fornicatio est: si cum vxorata & tunc siue ipse sit solutus, siue vxoratus, est adulterium. Si accessit ad sibi coniunctam in aliquo gradu consanguinitatis, aut affinitatis, aut compaternitatis, quia tunc est incestus. Si habuit rem cum persona Deo dicata per sacrum ordinem, aut votum solemne religionis, aut etiam per votum simplex castitatis: nam tunc semper est sacrilegium. Si cum muliere virgine: quia tunc est stuprum.

Si commisit vitium contra naturam quod quidem si cum bestijs fiat, dicitur bestialitas: si proprijs manibus, & sic dicitur mollicies: si fiat inter masculum & masculum, vel inter masculum & foe-

minam, non seruato vase naturali: & sic dicitur aliquando sodomia, aliquando aliud peccatum, quod caret nomine.

Et si quidem pœnitens fuerit vxoratus, quærat ab eo confessor, si prius duxit aliam quam istam, quia si prima viuit, manet cum secunda in concubinato. Quærat etiam ab eo, Si accedendo ad suam vxorem, tantam habuerit libidinè, quòd intra limites matrimonij non sislat, sed illud idem faceret cù alia quacunq; persona sibi occurrente, nam tunc mortale est.

Similiter interrogetur, si habuit accessum ad aliquam mulierem in loco sacro, non autem quærat ab eo, Habuisti rem cum tali muliere, & in tali loco (hoc enim esset suspectum negocium) tantum nanque interrogandus est, Si habuit accessum in loco sacro: quia hæc est circumstantia necessario confitenda etiam si sit cum propria vxore, nisi sint ibi longo tempore, & violenter: quia tunc non tantum reddere, sed & petere licitum est, nec ecclesia violatur, vn de reconciliatione non indiget, vt supra dictum est. Et hoc maximè habet verum, scilicet quòd excusantur coniuges, si alter illorum reddat, vel petat, ad illicitam corruptelam vitadâ in se vel in socio.

Interrogandi sunt etiam coniuges de modis venereis, Si accedunt non seruando debitum situm, nempe stando, vel foemina supergrediendo virum, vel maximè bestialiter, retro scilicet accedendo. Et licet ego nihil talium auderem asserere de se esse mortale seruato vase naturali (quia in omnibus his modis secundum Alber. potest sequi generatio, & potest seruari finis sacramenti) nihilominus acriter sunt huiusmodi coniuges arguendi. Nota tamen quòd quandoque licitè fiunt isti modi, vt quando fiunt ex causa infirmitatis, vel periculi abortus. Secus si fiat ratione maioris libidinis.

Interrogetur quoque à confessore

Z 4 pœni-

Alber. M.

poenitens, Si tempore mēstruorum exigit debitum ab vxore, nisi quando sibi timeret de corruptela, quia aliter nō posset faciliter prouidere, tunc enim non peccaret mortaliter petendo, secundum D. Tho. Mulier verò exigendo, semper peccaret mortaliter, quia tempore mēstruorum non ita tentationibus agitatur vt de facili sit periculo corruptionis. Interrogetur etiam, si negauit debitum expressè vel interpretatiuè alteri cōiugi petēti, nisi subsit iusta causa.

Interrogandus est etiam poenitens, Si fuit aliquando pollutus in corpore: & si dicat quòd sic, quærere debet sacerdos ab eo, an nocte vel die, si dicat, in nocte, quærat ab eo, si in somno an vigilia, quòd si dicat quòd in vigilia voluntariè se pulluit, quærat ab eo, per quem modum, cum quo vel quo modo, & expectare debet eius responsionem. Nec debet ab eo quærere, fecisti hoc cum boue, vel cum pecore, vel equo, descendendo ad sodomitica peccata, de quibus forte confitens ignorat: & in hoc grauissime peccat confessor. Nec dicat, audio quòd inhabites cum tali muliere. Cauere enim sibi confessor maximè debet, ne nimis in huiusmodi carnalibus peccatis descendat ad particulares circumstantias: tum, quia doceret poenitentem modos peccandi sic interrogando: tum etiam, quia huiusmodi in particulari magis nata sunt concupiscentiam excitare, & posset inde vtrique nocumentum contingere. Vnde cum magna cautela est inquirendum, ne doceantur turpia, quæ forsitan alioquin nunquàm venissent eis in mentem.

Interroget, Si delectatus est cogitando morosè carnalia, præsertim peccata à se facta: si propter hoc in somnis est pollutus, vel post somnium gauisus est de sua pollutione: quia si gaudet propter delectationē veneream, mortale est: si verò propter exonerationem naturæ, nullum peccatum est.

A Si osculatus est vel tetigit aliquem ex lasciniā, quia mortale videtur.

Si cātilenam dedit, aut dare fecit gratia adipiscendi mulierem.

Si fuit mediator, vel internuntius, vel ipse posuit mediatorem.

Si misit munus hac intentione.

Si defert aliquod iocale, q̄ dicitur, Empresa.

B Si misit vel accepit super hoc epistolas. Et in omnibus his exprimere oportet conditionem personæ, vt dixi, scilicet si fuit soluta, virgo, vel corrupta.

VII. P R A E C E P T V M.

Quantū ad præceptū septimum, Non furtum facies: in quo prohibetur omnis illicitus furpatio alienæ rei, & sic cōprehendit furtum, rapinam, & vsuram, interrogandus est poenitens si furatus est.

Si rapuit.

Si dānificauit proximū in rebus suis
Si sefellit, seu aliquem decepit emendo & vendendo.

Si participauit in dāno proximi, opere, consilio, mandato, consentiendo, nō obuiando, cum posset commodè, si erat persona priuata sine periculo suæ personæ, & si persona habens publicam auctoritatem, armis, vt dixi.

Interrogetur quoque, si fecit contra ctus vsurarios, quia mortale est.

Si emit aliquid pro minori pretio notabiliter, quàm valeret propter preuentioem solutionis, quia mortale est. Et similiter, si vendidit pro cariori pretio propter dilationem. Similiter si posuit pecuniam in societate, participans in solo lucro, & non in periculo. Similiter, si dedit animalia, & voluit habere capitale saluum, nisi damnum hoc aliū de resarciat, putà quia dat pasca, & domos, & alia huiusmodi vsque ad equalentiam.

Si accepit pecuniam sub vsuris sine necessitate, vel ab eo qui nō erat parat⁹.

Si per

Si per symoniam aliquid accepit.

Si fecit aliquam fraudem in ludo.

Si emit aliquid à seruis.

Si decipit aliquem, falsam monetam pro vera dando ei.

Si falsificauit literas aut mensuras.

Si exigit gabellas à personis ecclesiasticis contra ipsarum exemptiones.

Si imposuit nouam gabellam.

Si soluit stipendium famulis: omnia prædicta sunt mortalia de se.

Sciendum tamen est hīc, quòd furās in extrema necessitate, famis vel nuditatis causa, non peccat mortaliter, quia in tali casu omnia sunt communia. Quòd fit, vt in isto casu furtum non sit furtum, sed occulta sublatio rei propriæ, nec si postea veniat ad pinguiorem fortunā, restituere tenetur, maximè si res est iam consumpta. Ratio huius vltimi corollarij est, quia quando semel iure naturali acquiritur est ius perfectum in re capta, restituere non tenetur secundū doctores. Item quia non tenetur restituere ratione iniustæ acceptionis, cum iustè acceperit, nec ratione rei acceptæ, cū iam sit consumpta.

VIII. P R A E C E P T V M.

Circa octauum præceptum, Non dices falsum testimonium: in quo præcepto prohibetur omne mendaciū, & omnis falsitas & taciturnitas veritatis, interrogetur poenitens, si celauit veritatem quando erat obligatus respondere secundum alterius intentionem, nempe quia erat infamatus, vel saltem habebat aliquem testem contra se, vel aliquod vehemens indicium, & huiusmodi.

Si mentitus est maximè cum iuramento, quia tunc siue sit mendaciū iocosum, siue officiosum, erit mortale.

Si mentitus est pernitiōse in damnum alterius.

Interrogetur quoque, si murmurauit de factis proximorum, vel audiuit libenter murmurantes.

A Si fuit causa vt aliquis infamaretur.

Si laborauit, vt proximorum defectus sciret.

Si quòd acceperat ipse in secreto, reuelauit. Tunc enim non sufficit poenitere, sed tenetur ad restitutionem, si sperat prodesse posse & bene fieri, alias si credit alium iam oblitum, vel si existimat peius esse reducere ad memoriam, non tenetur.

B Interrogetur etiam, si iudicauit temerariè ad malum, facta aliquorum absque indicijs sufficientibus, & malitiā illorū pro certo aestimans, quia genere suo est peccatum mortale, si sit de re graui. Est enim peccatum iniustitiæ, cum non infimam iniuriam illis inferat sic iudicans.

Similiter interrogetur, Si ex huiusmodi indicijs leuibus malam habuit suspicionem de proximo, nam licet D. Thomas, & Caietanus in. 2. 2. quæstio. 60. articulo. 3. sentiant, vsque ad eò suspicionem citra certitudinem non esse genere suo mortale crimen, vt nunquàm illuc vsq; possit crescere, & sic nullum esse iudicium citra certitudinem, nisi veniale: dicit tamen Soto de iustitia & iure lib. 3. quæstio. 4. artic. 3. quòd quamuis id pro regula sit habendum, nihilominus est excipiendum, quando grauissimum malū de honestissima persona suspicaris. Regula enim morales, inquit, non sunt tenore metaphysico exponendæ, sed ex iniuriæ quantitate. Et probat, quia si prudentium iudicium consulas, plus iniuriæ irrogas Petro, si cum formidine opineris incestuosum esse cum matre, aut cum filia, aut cum sorore, quàm si certo crederes esse fornicarium, multoque vilis eum sperneres, qui apud te in suspicionem veniret hæreticæ præiudicis, aut prodicionis rei publicæ, aut alius immanis sceleris, quàm si pro certo crederes, minoribus criminibus eum irretiri: si pro certo iudicare ex leuibus indicijs personam honestam esse fornicariam, est mortale, ergo & suspicari de tali per-

D. Thomae
Caieta.

M. Soto.

sona immane scelus,erit mortale.Hanc interrogationem libuit ita diffuse apponere,vt confessores non leuiter has suspiciones transeant.Sunt nanque pefandae personae,de quibus suspicatur & criminum grauitates,vt confessor iudicet,quando peccatum suspicionis est magis graue,quando autem minus.

Interrogandus est etiam poenitens, Si gauisus est de infamia aliorum.

Si non defendit famam proximi iniuste infamati in casu quo possit, & propterea lesa est eius fama.

Si dixit alicui aliquod conuitium animae vel corporis animo iniuriandi, vel etiam si sine tali animo dixit,tamen notabiliter proximus est iniuria affectus. Si ad haec dedit consilium,&c.

Si derisit aliquem animo confundendi illum.

Si imprecatus est malum alicui animae,vel corporis,vel damnum rerum,vel famae.

IX. P R A E C E P T V M.

Quatum ad nonum praecipitum. Non concupisces reproximi tui,interrogetur poenitens, Si desiderauit rem alterius iniuste habere. Si machinatus est in damnum alterius.

Si desiderauit bona temporalia propter malum finem consequendum: nempe vt vindictam sumeret ab aduersarijs,vel vt haberet facultatem peccandi cum aliqua muliere.Si voluit decipere proximum.Si dedit operam acquirendi thesauros auxilio daemnis, quia mortale est.

X. P R A E C E P T V M.

Circa decimum praecipitum, Non concupisces vxorem proximi tui: in quo praecipitum agitur de peccatis carnalibus in corde,& consequenter in loquutione,interrogandus est poenitens, Si concupiuit mulierem alienam,aut consanguineam,&c.secundum supradictas

A species luxuria.Si misit ad hoc nuntios, aut literas,aut oculorum nutibus prouocauit.Si in ecclesia aliquid horum fecit, ac peius si in missa.

Post interrogationem circa decem praecipita,interrogare debet confessor confitentem vitia capitalia.Sed ego hic non aliter arbitror interrogationes esse apponendas de septem vitijs capitalibus,quam remittens ad ipsa vitia:vt confessor videbit in verbo,Superbia.quae quidem superbiae sunt.Poteit enim confidentem interrogare, Si contingit se aliquando superbisse de vestibus,de pulchritudine corporis,de sapientia,de diuitijs:hoc recogites,& de hoc doleas.Si contemnit proximos.Interroget quoque eum in verbo,Gloria.quae sunt inanis gloriae:& in verbo,Auaritia,quae sunt auaritia:

& sic de alijs,ne contingat idem repetere.Similiter,interroget sacerdos circa status diuersos hominum,siue coniugatorum,siue episcoporum,beneficiatorum,clericorum,religiosorum,visitatorum,iudicum,aduocatorum,procuratorum,medicorum,magistrorum,doctorum.Haec de interrogationibus dicta sint pro confessoribus,vt praecipue sciatur modum,quo audire debent confessiones,& interrogare, si opus fuerit.

XIII. D I F F I C V L T A S.

Utrum dum poenitens aliqua ignorantia laborat,quae illi est inuincibilis, & tamen certissimum est esse errorem, teneatur confessor illum de veritate instruere?

Utrum huic difficultati clare respondeamus,illam communem distinctionem:nempe quod alia est ignorantia iuris diuini,alia iuris humani, & alia ignorantia facti,supponere oportet. Quae supposita, est opinio Adriani quaestio. 5.de confessione dubio.6.quod si sit ignorantia

Adrianus.

rantia iuris diuini sacerdos absque exceptione,siue se profuturum existimet,siue secus. imo quamuis nocere credat, tenetur poenitenti veritatem detegere. Haec sententia licet probabili ommissa, doctissimi Soto sententiae in. 4. distinctio. 18. quaestio. 2. artic. 4. adherere decreui. Vnde sit de eius mente prima conclusio. Quod siue sit ignorantia iuris diuini siue humani vel facti, si illud ius omnes tenentur scire, siue sacerdos prodesse poterit, siue non, obligatur poenitentem de veritate instruere, vt si poenitens ignorat articulum aliquem fidei, teneatur illum docere, & nullo modo tacere. Probatur, nam poenitens ad confessorem tanquam ad doctorem accedit, scilicet vt doceatur ab illo, instruere ergo illum debet confessor.

Soto.

1. Conclu.

2. concl.

Secunda conclusio. Si ignorantia sit eorum quae non omnes tenentur scire, siue sit iuris diuini siue humani, si sacerdos viderit quod possit prodesse, idque sine scandalo, siue ex facto illo praedictetur alteri, siue non: tenetur confessor illum poenitentem de veritate instruere. Et quidem si sit in damnum proximi, tenetur facere, vt alter a grauiamine releuetur. Nam si illum non instruat, socium fraudis & criminis damnumque alterius se constituit, vt ait Hieronymus super verbum illud Prouerb. 29. Qui cum fure, &c. Similiter, si non sequatur damnum proximi ex illo facto, habet verum nostra conclusio: quia tunc iam poenitens ille non laborabit ignorantia, nisi ob culpam ipsius confessoris, quia tanquam doctor illum docere tenetur, & non docet. Probatur, nam si postea sciret illud esse peccatum merito iustissimeque conqueri posset de confessario ipso, eo quod illum non docuerit. Item quia tunc confessoris silentium esset veluti poenitentis erroris confirmatio. Si vero probabiliter constet confessori, nullum fructum ex huiusmodi intimatione & instructione sequi posse, aut non sine graui scandalo, tunc tenetur tacere

Hiero.

E

Phi

& dissimulare, si non interrogatur, aut si alter non confitetur de illo tanquam de re scrupulosa. Exempli gratia, si ante concilii Tridentini quando erat validum matrimonium clandestinum, reperiretur mulier quae clandestine nupserat uni, cum quo copulam non consummasset, & postea publice in facie ecclesiae alteri matrimonio coniungeretur, ex quo filios suscepisset, putassetque illud secundum matrimonium esse validum, cum tamen non esset nisi primum. Similiter, si sit mulier quae cum suo consanguineo contraxit in gradu prohibito, & iam ex illo suscepit filios: si ipsa sit inuincibiliter ignorans illum esse suum consanguineum, aut affinem, & confessor ille arbitraretur, quod illa mulier non credet illi, vel iam quod credat, manebit cum illo homine in concubinato adhuc remota ignorantia, vel quod maritus non credit uxori dicenti, quod primo fuerat alio copulata matrimonio: imò a iudice compelleretur manere cum illo. Tunc non solum confessor non tenebitur illum docere, verum etiam relinquere eam debet in sua ignorantia, etiam si sit iuris diuini ignorantia. Haec conclusio probatur manifeste, quia vt ex Sallustio Hieronymus inquit, frustra niti, & nil aliud quam laborando odium querere, extremae dementiae est. Deinde probatur, quia propter pericula & scandala quae ex separatione illorum sequerentur, tacere debet. Item aperte patet ex Dito Augustino, cuius verba habentur de poenitentia. distinctio. 7. cap. Si quis in secundo, Si scirem tibi non prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Praeterea, quia sicut correctio fraterna ad bonum correcti ordinatur: & isto fine cessante correctio ipsa cessare debet, ita instructio ordinatur ad bonum poenitentis, quo fine cessante, & confessor ab institutione cessare debet, & absolueri illum poterit. Quod tamen intelligendum esse arbitrator de doctrina, quae immediate ordinatur ad bonum particulare: quia loquendo

E

Phi

Hiero.

E

D. Aug.

Phi

do

do de doctrina quæ ad bonum commune immediate ordinatur, non debet doctor cessare seu prædicator ab illa, etiam si sciat doctrinam illam aliquibus nocere. Bonum nanque commune bono privato esse præferendum, nemo est qui ambigat. In hoc etenim casu intelligendum est Gregorij dictum, vtilius scandalum nasci permittitur, quam quod veritas occulretur. Nisi timeretur scandalum pusillorum in tota republica, nam tunc in aliud tempus esset dissimulandum. Dixi supra, Nisi interrogetur confessor, aut mulier illa confiteatur de re illa tanquam de scrupulosa & dubia, an ille esset suus maritus, quia tunc non liceret sacerdoti tacere veritatem, sed deberet eam explicare, ne ex suo silentio occasionem sumeret existimandi, in priori casu matrimonium secundum esse legitimum, aut in secundo casu matrimonium cum consanguineo vel affine esse validum.

XIII. DIFFICULTAS.

Utrum quando confessor & penitens sunt diuersæ opinionis, teneatur confessor eiusdem penitentis adherere opinioni?

E Priusquam præsentis quæstioni respondemus aliquot fundamenta præmittere opere precepti duximus, quorum primum sit. Quod hic non loquimur quando penitens manifestè errat in fide vel in moribus ratione ignorantia quam habet sequendo alicuius doctoris opinionem, sed cum sequitur opinionem, quam apertè constat nondum per ecclesiam esse damnatam, & fidei catholicae bonique moribus non aduersari.

Secundum fundamentum est. Quod opinionum quasdam probabiles, quasdam verò improbables esse videmus, illa enim ab omnibus improbabilis reputa-

A tur quæ authoritati doctoris parvæ vel ferè nullius opinionis, debilibusque rationibus fulcitur. Probabilis autem dicitur opinio illa quæ pro se & graues doctores & vrgentes habet rationes, & quam viri timoratae conscientia in practica communiter amplecti, ac sequi solent. Quo fit, vt inter probabiles opiniones vna altera probabilior censeatur prout maiori, vel minori authoritati, & magis aut minus efficacibus rationibus innititur, & hoc vel simpliciter, vel respectiuè.

B Tertium fundamentum est. Quod nonnunquam contingit, vt vnã probabilem opinionem sequendo, nullum periculum neque inconueniens sequatur, quod tamen aliam amplectendo sequitur. Ex eo nanque quod habens votum continentia solenne emissum dispensatione illius non petat, vt possit matrimonium contrahere, vel petita & obtenta non ea vtatur, nullum inde inconueniens sequitur, at verò ex hoc quod quis oppositam sequatur opinionem, scilicet quod petat dispensationem & obtineat, ac ea vtatur non minimum ei imminet periculum, nempe quod illa cum qua matrimonium contraxit, non sit illius vera vxor, ac per consequens, quod omnes actus, quos cum illa habuerit non matrimoniales sed fornicarij sint. His tribus fundamentis sic præhabitis quinque conclusionibus ad difficultatem propositam respondetur, & earum prima sit. Quicumque sequitur opinionem probabilem imo tutiorem, si tamen in practica dubitat, nisi prius dubium illud deponat peccat mortaliter. Hæc conclusio est euidens, eò quod non solum qui agit contra conscientiam erroneam, vt dicit Diuus Thomas. 1. 2. q. 19. & quodlib. 8. ar. 13. peccat mortaliter: verum etiam qui contra dubium.

C Secunda conclusio, stante dubio speculatio de alicuius sententia veritate, poterit nihilominus sic dubitans in practica non tantum illa vt, verum etiam cer-

certus esse, quod illam sequendo bene faciat. Ita conclusio aperta ratione ostenditur, nam secundum omnium doctorum sententiam, quamuis miles speculatiuè dubitet de belli iustitia, practicè tamen poterit bellare, imò certus esse, quod obediendo suo principi illud præcipienti bene facit. Idem dicitur de muliere dubitante speculatiuè, an hic sit vir eius, interim verò quod oppositum non sibi constat, potest practicè esse certa, quod optimè facit reddendo illi debitum.

3. Concl. Tertia conclusio, aliquando propter ignorantiam inuincibilem quam quis habet, sequi poterit opinionem, quæ tamen re vera est contra ius naturale & diuinum. Nam quando cūque sunt duæ opiniones contradictoriae de eodem, alteram veram, alteram autem falsam esse oportet, quia tunc non liquido constat qui huiusmodi opinionem sequitur excusatur per ignorantiam illam, vt in nonnullis vsurarijs ac symonijs contractibus solet contingere. Nec obstat id quod D. Thom. 3. par. 3. q. 80. arti. 4. ad 5. dicit quod ignorantia iuris non excusat, etiam si penitens reputet non esse peccatum quod est peccatum (puta si aliquis fornicator reputaret simplicem fornicationem non esse peccatum mortale.) Nulla ergo ratione quis per ignorantiam iuris excusabitur sequendo opinionem quæ reuera est contra ius naturale. Non inquam, obstat, quia D. Thom. intelligitur de his quæ sunt communiora & manifestiora, in iure naturali & diuino, vt perspicue liquet ex exemplo ab ipso posito de fornicatione simplici. Secus de alijs, inuenitur enim ignorantia iuris diuini vel humani inuincibilis, eo quod per euidenter consequentiam non colligitur esse contra ius naturale & idcirco per huiusmodi ignorantiam poterit quis excusari.

4. Concl. Quarta conclusio. Si opinio penitentis non sit probabilis inter auctores probate authoritatis etiam si sacerdos sit ordinarius curatus, non tenetur nec debet

A eum absolueri, nisi promittat facere quod viri docti sibi præceperint: exempli gratia, ante sacrum Tridentinum concilium. Si qui prius clam contraxerat cū aliqua sine consummatione copulæ, existimabat quod poterat manere cum secunda, ex qua prolem susceperat, non erat absoluendus. Imo sequi huiusmodi opinionem improbabilem erit periculosum, & si materia sit grauis regulariter erit peccatum mortale, tum, quia exponit se manifesto periculo peccandi mortaliter, nam qui amat periculum peribit in illo Ecclesiastici. 3. tū verò quia vix potest intelligi quod quis opinionem improbabilem sequatur, & quod practicè non dubitet in operando, qui autem practicè in operatione dubitat mortaliter peccat. Tum denique, quia experientia ipsa nos docet eos qui huiusmodi opiniones sequuntur nunquam in conscientia esse securos vexarique scrupulis maximè in fine vitæ, & ob id præcipiunt in testamentis restituere, vt qui plura incompatibilia beneficia habuerunt, vel in illis non residerunt: sequendo ergo opinionem improbabilem nunquam ignorantia excusabuntur, saltem mediocriter docti, quoniam potius hoc prouenit ex malitia & duritia voluntatis quam ex intellectus cæcitate. Secus autem dicendum esse arbitror de indoctis ac illiteratis, qui quidem aliquando illam opinionem vel legerunt, vel audierunt in aliquo doctore, tamen rationum carent. Hi nanq; cum non teneantur scire, hoc multo facilius excusantur, saltem à peccato, nam de restitutione secus erit dicendum.

E Quinta conclusio. Si opinio illa est probabilis, tunc sacerdos siue ordinarius siue delegatus, cui liberum est confessionem audire & non audire, tenetur eum absolueri: vt verbi gratia, si prætor habens in carcere vinctum, quæ euidenter scit esse innocentem, est tamen legitimè probatus nocens, & adhærens opinioni Scoti, quod non debet occidere,

Gregor.

E

Eccles. 3.

D. Thom.

Pri. conclus.

D. Thom.

2. Concl.

5. Concl.

Scotus.

D. Tho.

Adrianus

⊕

⊕

dere, confitetur sacerdoti sequenti opinionem sancti Thomae, quod debet esse occidere, tenetur nihilominus sacerdos eundem praetorem in sua persistentem opinione absolueret. **E** Hae conclusio est contra Adrianum. quaest. 5. de confessione dubio. 7. ad ultimam confirmationem, ubi dicit quod quis tenetur sequi tutiorem opinionem, & contrariam etiam probabilem omittere, sed nihilominus nostra conclusio est verissima & probatur, tum, ex usu vniuersali omnium qui sic habent in practica. Quotidie enim videmus quosdam Theologos sequentes hanc opinionem, quosdam vero contrariam, absque ecclesia id damnet, tum, vero quia si est probabilis habet pro se graues authores vrgentesque rationes, tum denique **⊕** nam quod non adhaereat poenitens confessoris opinioni, non arbitror causam esse sufficientem, ut illi absolutionem denegat. Quamuis enim sacerdos existimet, opinionem poenitentis esse falsam, non tamen inde existimare debet, sibi non licere ipsum absolvere, siquidem propter probabilitatem **E** opinionis quam ipse poenitens habet excusatur confessor, & etiam si sit delegatus, qui non tenetur eum audire, tamen eo ipso, quod conditionem acceptauit audiendi confessionem astringit se ad ipsum absoluum modo illum dispositum reperiat, quam illi absolutionem denegando. Vel infert, vel saltem exponit se periculo inferendi ei iniuriam. Quod si quis pro Adriani opinione obijciat, quia in dubijs & incerta dimittere & quod certius existimamus eligere, tenemur: ut constat ex capit. Si quis el. 2. de poenitent. distinctione. 7. & cap. Si iuuenis, de spon. duo. facile respondetur hanc rationem tantum procedere in illo qui formaliter dubitat aut propter occurrentes circumstantias dubitare tenetur: at vero in casu nostrae conclusionis poenitens opinione peritorum fultus non dubitat. Quod si iterum quis obijciat, quod cum iudex secu-

A laris in foro iudiciali secundum allegata & probata iudicare teneatur, pari ratione consequitur vt ecclesiasticus iudex, scilicet sacerdos in foro conscientiae secundum probabiliorem opinionem, & non secundum probabilem iudicare teneatur. Facili negotio etiam respondetur negando consequentiam, Maximum nanque discrimen est inter ista duo, nam iudex secularis ad eod secundum allegata & probata iudicare tenetur, vt cum fert sententiam in fauorem partis quae melius suam intentionem probabit, attenta qualitate & numero testium neutri parti iniuriam inferat. Itaque opinionem magis probabilem & in dubio in fauorem rei ferre sententiam tenetur. At vero confessor cum iudicium salutare exercent, in fauorem poenitentis & prout ipsi magis salubre ac expediens fuerit iudicare tenetur. Quocirca in casu nostrae conclusionis absoluum est huiusmodi poenitens. Quid autem si confessor ex naturalis rationis lumine demonstrationem habeat suam opinionem esse veram, oppositam autem falsam? Crediderim ego tunc dicendum esse, quod ipse confessor tenetur consenti demonstrationem veritatem ostendere, vt inuincibilis ignorantia prorsus tollatur. Quamuis enim confessori acquiescere non teneatur: attamen ipsius demonstrationi saltem tenetur, nisi poenitentis opinio communiter probabilis reputetur, quia in tali casu bona fide & bona conscientia absolui petit & licet etiam confessor ei absolutionem impendit. **⊕**

E In his tamen multa opus est prudentia, ait Soto, nempe quod qualitas tam sacerdotis, quam poenitentis est perpendenda. Nam si sacerdos est ignarus, non tanta ei fides debetur, & si vice versa poenitens est doctus, & creditur non sana fide tali opinioni adhaerere, non est absoluumendus.

Soto

XV. DIFFICULTAS A

Vtrum sit necessarium omnia peccata eidem confiteri, vt confessio sit integra?

2. Conclu.

D. Thom.

2. concl.

Pro huius difficultatis elucidatione annotare oportet, confessionem dimidiari, dupliciter posse contingere, scilicet per se, & per accidens. Per se confessio illa dicitur dimidiata, quae ex intentione diuiditur, videlicet non vrgente legitima causa. Per accidens vero dimidiatur ob legitimam causam. Hac distinctione sic praehabita. Sit prima conclusio affirmatiua: nempe, quod vt confessio sit integra, & non dimidiatur per se, omnia peccata cum suis circumstantijs sunt eidem sacerdoti confitenda. Hanc conclusionem ponit D. Thom. in. 4. distinct. 17. quaest. 3. artic. 4. & probat, quia quemadmodum ad hoc quod medicus corporis cuiuslibet morbi grauitate cognoscat, & cuilibet morbo medeatur, & non vni medeatur, & alteri noceat (quia solent esse morbi contrarij) requiritur vt totam infirmitatem perpendat, ita spiritualis medicus debet totam peccatoris infirmitatem intelligere, quod tamen haud fieri potest, nisi poenitens omnia sua peccata eidem sacerdoti manifestet in confessione.

Secunda conclusio. Per accidens non est inconueniens quod dimidiatur confessio. Exempli gratia. Si quis vult generaliter confiteri, & vna die confiteatur aliqua peccata, & alia die alia, & deinde alia, quia eius intentio fertur ad vnam absolutionem, non dimidiatur confessionem nisi tantum per accidens. Et pari ratione non dimidiatur si vult iterare confessionem quorundam mortalium, de quibus legitime confessus est, licet non omnia confiteatur, non dimidiatur, imo quamuis in tali casu omnia intenderet confiteri, cum iam in alijs confessionibus illa confessus sit, potest hodie aliqua illorum pec-

catorum confiteri, & ab illis absolui: & cras alia, & tunc absolui, & sic per hebdomadam. Haec ad literam Soto. Imo etiam ego non condemnarem eum, qui semel, vel bis, vel ter cecidit in mortale, non solitus peccare mortaliter, si, ne perderet opinionem, quam habet erga proprium confessorem, confiteatur talia mortalia alteri quam proprio confessori, quia non per se detruncat confessionem. Secus est si ex industria habeat duos confessores, vnum cui confiteatur venialia & leuia peccata: alterum cui confiteatur mortalia: ne confessor proprius eum parui pendat, & opinionem de eo malam concipiat. Nam tunc re vera videtur magna fictio & hypochrisis genus. Irridet nanque confessorem, faciens quod existimet illum esse sanctum. Vnde, certe videtur mortale, si propter hoc facit.

C De hac re videndus est Syluester verbo, Confessor. 1. §. 6.

Sed dubium est. Vtrum quando aliquis non potest explicare circumstantiam peccati, nisi explicet complicem criminis, vt si confiteatur se commisisse incestum cum sorore, & non habet nisi vnicam, vel cum matre, & confitetur proprio fratri, qui improprio dabit matri vel sorori reuelando secretum, vel si poenitens fratrem sacerdotis interfecisset, & se accusaret quod interfecit hominem, per quem confessor intelligeret proprium fratrem: **E** Vel si ex eo quod poenitens confiteatur tale peccatum scandalum sequatur sacerdoti, vel ipsi poenitenti, vt si mulier confiteatur se esse procliuem ad libidinem, parochus eam sollicitabit, **⊕** vtrum teneatur nihilominus explicare illam circumstantiam? In hoc loco non est quaestio, cum quis habeat copiam confessoris, cui confiteri potest, sine reuelatione alieni peccati (tunc enim iniquam erit illi confiteri, qui ex tali confessione crimen alienum intelligit.) Sed quaestio est, cum confessor non adest alius nisi parochus, qui & poenitentem istum & confessorem cognoscit, vt in pagis & oppi-

Soto

Syluest.

⊕

⊕

oppidis solet frequenter accidere. Ad hanc quaestionem est sententia communis, quod si circumstantia sit de necessitate confessionis, non est aliquo modo omittenda propter proximi nocumentum, nempe quia confessor non tanti deinceps existimabit personam illam, seruet tamen secretum. Amplectitur eam D. Thom. in. 4. distin. 16. quaestio. 3. arti. 2. quaestio. 5. & Durandus eadem distinctione. quaestio. 4. Bonaventura distin. 21. in. 2. parte. distinctionis. artic. 1. Petrus à Palude. distin. 17. quaestio. 2. artic. 1. Gabriel quaest. 1. conclusione. 5. Adrianus 1. quaestio. de confessione. ad. 4. & Syluester verbo, confessio. 1. §. 24. Qui omnes assignant rationem, quia plus tenetur poenitens providere conscientiae suae, quam alienae famae. Non autem illi sufficienter provideo, nisi illam detegam circumstantiam. Siquidem non explico statum meae conscientiae neque gravitatem mei peccati, eo quod confessor non potest adhibere remedium, nec consilium. Item quia cum eodem sigillo teneatur confessor celare culpas aliarum personarum, quo ipse poenitentis, hoc non est alios infamare. Et licet in toto hoc opere decreuerim communem sententiam amplecti, in hac re tamen reliqui, & Caietani sententiae placuit mihi adherere, qui in summa. verbo, confessio, conditione. 3. dicit, quod si aliter fieri nequit, & confessor est vir bonus, (ita quod nulla sit suspicio futurae infamiae aut cuiuscunque periculi) explicari potest: ubi autem periculum famae alienae vel alterius malitiameretur, confessor alter ad eundem est, qui confitentem non cognoscat, aut ipse confitens obvolutus, seu transformatus vadat ad confessorem, qui ex voce eum non discernat, & tacito suo nomine, dicat, Ego peccator potens confiteri tibi, dico meam culpam. Non enim poenitens tenetur se ipsum manifestare, quis est, nec ubi habitat, nec si est coniugatus (si contra matrimonium non offendit) neque de qua patria aut parochia est:

nisi ut sciatur si potest hic confessor illum audire, & absolvere. Vel petendo licentiam à proprio paroco, vel superiori, vel per bullam cruciatam, itaque debet poenitens prius procurare per omnimoda licita confiteri alteri integre. Tandem subiicit Caietanus quod si nullum remedium subest, & differri non potest confessio, puta quia oportet communicare, aut celebrare, poenitens debet illam circumstantiam tacere: quia confessio cum aliena iactura non debet esse. Damnum siquidem propriae famae, confessionis & absolutionis utilitate compensatur. Damnum verò famae alienae, non compensatur aliqua commoditate ipsius qui patitur incommodum: & ideo non videntur nostra commoda proximorum nostrorum incommodis comparanda. Praeterea si ego non possum confiteri nisi per interpretem, confiteri non teneor, propter propriae famae detrimentum. ergo si cum iactura aliqua famae meae preceptum confessionis non me obligat, nec cum iactura quidem alienae famae obligat, ut pulchre dicit Cano in sua relectione de poenitentia. Ac ut clarius haec nostra sententia ab omnibus possit percipi. Sit prima conclusio. Si ex confessione alicuius peccati sequatur scandalum, vel meum, vel confessoris, ego possum tacere tale peccatum confitendo reliqua peccata. Ratio est, quia quantum ad illud non habeo copiam confessoris, cui recte atque honeste confiteri possim huiusmodi peccatum. Item, quia iuxta Bernardum in libro de precepto & precepti dispensatione, quod pro charitate institutum est contra charitatem militare non debet. Confessio autem instituta est in remedium poenitentis, quocirca si scandalum ipsi accidit ex confessione alicuius peccati, poterit idem licite reticere. De vitando autem scandalum confessoris iuris naturalis preceptum est: preceptum ergo divinae legis positum illius obligationem non abolet. Lex enim gratiae legem non destruit natu-

E

C

Cano

Pri. conclusio

Bern.

ra,

ra, sed perficit. Loquimur hic de scandalo confessoris firmi, nam si ex malitia paratus sit ad ruinam, vtilius scandalum nasci permittitur, quam Dei praepcepta relinqui. Exempli gratia, non debet mulier se accusare quod diligit sacerdotem, si ipse confessor per hoc intelligat quod diligitur ab ipsa, & timeret quod postea de turpitudine ab eo sollicitaretur. Tunc nanque vel petat licentiam alteri confitendi à curato, si ipse sit de cuius scandalo timet, quam ipse curatus concedere teneatur: quod si noluerit, recurrere debet ad superiorem: quod si non sit facilis accessus ad superiorem, vel differat confessionem usquequo confessor habeatur absque huiusmodi sequellis, & habeat se ac si non haberet copiam confessoris, aut si opus fuerit, confiteatur reliqua peccata explicitè, tacendo illud cum animo confitendi illud explicitè, cum copiam confessoris idonei habuerit, ut dicit nostra conclusio, & Caiet. in summa verbo confessio, conditione. 10.

Caieta.

2. conclusio.

Secunda conclusio, quae etiam est communis Theologorum omnium. Si ex confessione mea sequitur aut mors aut infamia, vel mea vel aliena non teneor confiteri tale peccatum. Ratio est, quia divina praepcepta positiva non obligant cum iactura vitae aut publicae famae. Exempli gratia. Si confessor crederetur confessionem reuelaturus. Item, praepceptum de vitanda morte vel infamia proximi est naturale, praepceptum ergo positivum adveniens de confessionis integritate, non abrogatur. Quod si à confessione peccati excusor, ex qua sequitur mors vel infamia publica proximi, excusabor etiam, si inde sequatur sine mors seu infamia mea publica. Neque huic conclusioni nocet illud quod obijci posset, quod tunc confitendo illa peccata, & reticendo illud dimidiatur confessio: quia confessionis integritas non oportet quod sit mathematica, sed moralis. Unde non est necesse, quod omnia peccata contineat, sed quae in memoria sunt adhibita humana

diligentia. Ex qua radice colligimus, non esse necesse hominem confiteri omnia peccata quae in memoria habet, sed illa quae confessori rationabiliter exprimentur. Et ista peccata sunt materia confessionis à Christo instituta. Illud autem peccatum, quod causa urgente taceretur non est tunc materia. Et sicut postquam infirmus confiteri coepit aliqua peccata, morbo ingrauescente, non valet alia explicare: nihilominus tamen confitetur integre per se & potest absolui, ita in casibus hic à nobis apposis cum ex confessione peccati huiusmodi praefacta inconuenientia sequatur, peccatum quod tacet ex voluntate Christi, & ex rationabili causa minimè confiteri tenebatur. Remittitur tamen ei per aliorum peccatorum confessionem indirectè, ac ex consequenti sicut peccata oblita. Verè remittitur ei peccatum quod rationabiliter tacuit dummodo habeat propositum illud confitendi, cum copia confessoris adfuerit. Directè nanque, & immediatè, solum remittuntur quae in confessione manifestantur.

Tertia conclusio. Si habita ratione ac conditione confessoris & complicitis, vir prudens iudicauerit esse iacturam, licet non grauem, mediocrem tamè: tunc huiusmodi peccatum, aut circumstantia taceri potest.

Quarta conclusio. Si habita ratione utriusque, & confessoris, & complicitis, vel nulla iactura sit, vel minima, ex eo quod sacerdos intelligat socium criminis videntur esse necessaria circumstantia explicare.

Quinta conclusio. In articulo mortis, non obstante illa famae iactura quae plerumque apud confessorem fit: tenetur poenitens circumstantiam explicare, quia & ipse socius criminis debet subire tale dispendium pro salute spirituali poenitentis. Secus ubi iactura esset grauis & magna, ut si mors vel infamia publica sequeretur: nam tunc non deberet illa circumstantia confiteri. Haec conclusiones ponuntur ab ingeniosissimo Magistro,

A a Cano

Cano. Cano in sua relectione de poenitentia
S quas omnes arbitror verissimas esse
 & per eas videtur conciliare istas duas
 sententias, nã si est grauis iactura alienæ
 famæ, non potest dicere, sed tacere tene-
 tur illã circumstantiã, & sic verificatur
Caieta. Caietani sententiã. Si vero infamia aut est
 nulla, aut minima, explicare tenetur, &
D. Thom. sic verificatur sententia D. Th. & aliorum
 doctorum, semper tamen debent poenitentes
 modis omnibus elaborare ne quemquã detegant,
 si alia via sufficiẽter suum peccatum
 explicare queunt.

Sed oritur hic dubium non contemnendum,
 an necessitas celebrandi, vel comunicandi
 sit sufficiens causa, vt in casu primæ &
 secundæ cõclusionis dubij præcedẽtis,
 confessio dimidiari possit. Cũ enim hic
 duo præcepta iuris diuini occurrant,
 alterũ de confessione præmittenda ante
 eucharistiã sumptionem, alterum verò
 de confessionis integritate, & periculo
 scandali, vel mortis existente, vtrũque
 seruari nequeat, merito quis dubitare
 poterit, quid tunc facere ei liceat. Et
 quoniã iam diffuse in materia de eucha-
 ristia docuimus, in quibus casibus absq;
 præuia confessione ad eucharistiã acce-
 dere liceat, breuiter nos ab hac quæstio-
 ne expediemus dicendo, quòd quamuis
 opinio asserentium, licitum esse tũc om-
 nino absque præuia confessione comu-
 nicare, sit probabilis, eo quòd præceptũ
 de confessionis integritate sit grauius
 quàm præceptum de præmittenda con-
 fessione ante eucharistiã sumptionem,
 quoniam illud de sacramenti substantia
 est, istud verò de ordine sacramentorum,
 probabiliore tamen videri Caietani opi-
 nionem, cui proinde subscribere decre-
 uim, scilicet, melius esse tunc confessionem
 dimidiare, quàm omnino ab illa cessare.
 Nec desunt rationes quæ me ad eam am-
 plectendam inducunt, & earum prima
 est, quia cum vtrunque sit præceptum di-
 uinum positiuum, & in animarum bonũ
 ordinatum, & dimidiatè confitendo me-
 lius conscientijs consulatur, quàm om-

A nino confessionem omittendo (quando
 quidem dimidiatè confitendo in casu pro-
 posito, fit homo mediante absolutione
 ex attrito contritus) consequens fit, vt
 melius sit tunc dimidiatè cõfiteri. Secũ-
 da, quia in confessione dantur optima
 consilia, recogitatque homo sua pecca-
 ta. Tertia, quia præceptum de præmittẽ-
 da confessione datur propter reuerentiam
 eucharistiæ, & maior reuerentiã est
 dimidiatè confiteri ante illius sumptionem,
 quam omnino confessionem dimittere,
 eo quòd sic ordo sacramentorum quo
 ad fieri potest seruetur; maxime quia
 illa confessio per se est integra (vt dictum
 est) ergo cũ necessitas celebrandi vel
 comunicandi inest, quisq; ob scandalum,
 vel infamiam vitandam absque scrupulo
 aliquo dimidiatè confiteri poterit. Signanter
 dixi cũ necessitas inest, nam Caiet. sententia
 non est intelligenda, cũ quis ex deuotione
 sine infamia & nota aliqua vult celebrare.
 Tũc nãq; tutius, ac melius erit cõfessionem
 & cõmunionem in opportunũ tẽpus differre,
 quã dimidiatè cõfiteri, aut cõmunicare
 absq; vlla præuia confessione.

Sexta cõclusio est. Et si copia cõfessoris
 adsit modo tamen sequatur notabile
 nocumẽtũ meæ cõsciẽtiæ ex eo qd p̄p̄riũ
 cõfessorẽ relinqũã, quia sum scrupulosus,
 & ipse nouit meam conscientiam, & est
 vir probus, possum illã circumstantiã
 proderẽ, nisi grauis vel magna iactura
 focio criminis ex hoc oriatur.

Septima cõclusio. Quando peccata
 sunt cõmunia, vt quæ inter cõiuges con-
 tingũt etiam mortalia siue in vsu matri-
 monij, siue quia vir est homo perditus,
 scilicet prodigus, vel aleator qui vniuersam
 destruit substantiã. Similiter si sint in-
 ter fratres, & sorores, & patres iurgia,
 & dissidia, nec potest vxor quæ cõfitei
 habere remediũ, aut comodũ cõsiliũ aliũ-
 de quã à cõfessore isto, qui nouit eius
 cõsciẽtiã à multis ante actis annis, nullatenus
 cõfessorẽ mutare tenetur. Hoc enim
 Caie. in. 3. conditione insinuat, nam inquit,
 quòd

A XVI. D I F F I C V L T A S.

Vtrum liceat partiri confessionem propter casus reseruos?

quòd si confessor sit vir bonus, potest
 poenitens explicare illam circumstantiam.
 Semper tamen in his pensandum esse
 cenfeo ipsius poenitẽtis bonum, & nocu-
 mentum, malumque temporale alterius,
 quod ex huiusmodi circumstantiã
 confessione sequitur.

8. Conclu. Octaua conclusio. Si sit necessariũ
 explicare aliquam circumstantiam ducen-
 tem in cognitionem alterius personæ con-
 fitenda est, semper tamẽ (quoad eius fieri
 potest) occultari debet persona eã nõ
 nominando, & supposito, quòd non ha-
 bet alium confessorem. Si autẽ poenitẽs
 sine necessitate in confessione explicet
 alterius peccatum, nõ effugit detractio-
 nis peccatum, imo nec confessarius si
 hoc consentit, & grauius adhuc peccabit
 si interroget, aut non prohibeat, si
 mature id possit facere, vt si v.g. mulier
 cõfiteatur se cum religioso peccasse, nõ
 debet ab ea quærere non solum quis sit,
 sed nec cuius ordinis, aut domus. Si
 tamen poenitẽs peccatum alienum dicat,
 vt consulat sibi, vel alteri, non vt pro-
 dat, sed vt profit, nõpe, vt sacerdos pro
 ea oret, vel eã secreto emendet non pec-
 cat, sed meretur. Doctrina istius conclu-
 sionis est Syluestri. verbo, confessor. i.
 §. 24. & citat pro se. 2. 2. quæstio. 7. capit.
 hoc videtur. Addit tamen, quòd debet
 dicere extra confessionem, vel dare licẽ-
 tiam confessori loquendi si intendit cor-
 rectionem. Sed melius dicit doctissimus
 Soto in. 4. d. 18. quæst. 2. arti. 5. ad. 4. quòd
 solum ad capiendum consilium confessoris,
 & non vt ipse alteri obsit faciendã
 est sacerdoti, in confessione reuelatio,
 ne confessio fiat exosa: quapropter (in-
 quit) cõfessarius cauere debet omnino,
 ne etiã de licentia poenitentis extra con-
 fessionem eius negotium tractet, aut re-
 uelet, sed tantũ consulat poenitenti quid
 facere debeat, vt ipse sibi prouideat, vnde
 vix casus cõtingere potest, vt deceat
 hac de causa in cõfessione reuelare per-
 sonam. Hac Soto, cuius sententiã libenter
 meum calculum addo.

In hac difficultate vt quid tenendum,
 quidue reiiciendum sit, manifestum
 euadat, opere pretium duxi, quãdam fun-
 damenta iacere, quorum primum sit. Sa-
 periores prælatos posse aliqua peccata
 reseruare sibi, & à se solum absoluenda,
 haud dubitare licet. Hoc fundamẽtum
 ponit Th. Vvald. tomo. 2. de sacramen. **Vud.**
 cap. 149. contra Vuitclef, & illud probat
 testimonio Innocentij asserentis, quẽdã
 peccata esse, quorum absolutio est Pe-
 tro reseruata, & colligitur ex. 33. quæ-
 stio. 2. cap. latorem vbi parricida remit-
 titur ad Nicolaum papã, vt absolua-
 tur, & de poeniten. distin. 1. cap. in actione, &
 26. quæst. 6. per multa capita **Ø** habes
 quoque Origenem homil. 10. super nu-
 meros, vbi docet, Laicum peccantẽ indi-
 gere quandoque non solum sacerdote,
 sed etiam pontifice, in super Cyprianus **Cypri.**
 lib. 3. episto. epistola. 16. & 17. tradidit, nõ
 esse lapsos reconciliandos nisi ab epif-
 copo, præterquam cum mortis pericu-
 lum vrget: & tunc adhuc subeant iura-
 mentum, quod liberati, suis episcopis &
 excommunicatoribus præsentabuntur,
 parituri excommunicantium, & episco-
 porum mädatis. Et vt ait Benedictus 11.
 in extrauaganti cuius initium est, inter
 cunctas, vbi quatuor crimina episcopis
 reseruata enumerantur, est denique ex-
 trauagans Sixti. 4. & si dominici, vbi ex-
 communicantur, qui absoluunt à casi-
 bus reseruatis Romano pontifici. **S** Po-
 stemò probatur ex sacro Triden. con-
 cil. Sessio. 14. cap. 7. & cano. 11. vbi hoc
 expresse diffinitur sub his verbis: Si
 quis dixerit episcopos non habere ius
 reseruandi casus nisi quoad externã po-
 lytiã, atq; ideo casuum reseruatiõem nõ
 prohibere, quominus sacerdos à reser-
 uatis verè absolua, anathema sit. Ratio-
 ne etiã manifesta pbatur, nã expedit bo-
 A a 2 nã

Caiet.

Caiet.

Syluest.

Soto.

Vud.

S

Ø

Orig.

Cypri.

Coc. trid.

næ spirituali gubernationi, vt vel isto A
freno & verecundia homines coerceatur à magnis criminibus: ¶ Secundum fundamentum est, non solum censuræ ipsæ, nempe excommunicationes, suspensiones, & irregularitates à superioribus prælati referuatur, (vt vult Durandus in.4. distinctione.17. quæstione. 15.) sed etiam culpæ, & earum absolutio. Probat^r ex cap.2. de poenit.in.6. vbi habetur, quod si episcopus concesserit subdito, vt possit sibi idoneum confessorem eligere, sic electus, in casibus, qui eidem episcopo specialiter referuatur, nullam habet penitus potestatem quod si nullam habet, nec in poenas nec in culpas habet. Et confirmatur, quoniam aliquorū criminum absolutio referuatur episcopis: vt ea peccata, quæ non habent excommunicationem adiunctam, vt homicidium voluntarium, & alia, pro quibus est imponenda poenitentia publica, nõ ergo solæ censuræ referuantur. Idq; postremo manifestatur ex vsu vniuersalis ecclesiæ: nam prælati religionum referuatur sibi aliqua peccata nulli censuræ subiecta: vt votorum transgressionem. Nec huic vsui ratio deest: nam in omni iudicio & foro superior potest sibi referuare aliquas causas præsertim grauissimas. Aduertendū tamen est hic, quod licet episcopus sacerdotibus, qui non sunt parochi, & prælati in religione, confessoribus expositis possint (vt liberit) peccata referuare, cum nullam habeant iurisdictionem, nisi quam à superiore suscipiunt, parochiarum tamē curatis non potest episcopus pro libito suo limitare autoritatem, quia non habent illam ab episcopis, sed à iure diuino: quod fit, vt non possit eis illam limitare episcopus, nisi id bono cõmuni viderit expedire. Aduerte etiam quod prælati non possunt referuare sibi peccata interiora mentis, vt est mentalis consensus in hæresim aut in conspirationem Ecclesiæ, & aut contra regem & reipublicam ¶ tum, quia peccata

cordis sunt frequentissima: tum, quia occultissima sunt, vt vix homo secum discernere possit consenserit nec ne. ¶ Quod si de facto referuaret sibi peccata interiora, peccaret: crediderim tamen ego nullum inferiorem posse tunc ab illis absoluere, quia referuatur huiusmodi casus non est positiuè aliquid facere in actum internum, sed est negare iurisdictionem ad absoluendum, hætenus tamē nunquàm referuauit, quis nec referuabit huiusmodi casus. ¶ Quocirca intolerabilis ac falsissima est opinio canonistarum quorundam dicentium, hæresim mentalem esse referuatam papæ, & excommunicationi subiectam.
Tertium fundamentum in hac materia sit, quod non potest quis absolui à iudice inferiori de crimine referuato sine facultate superioris, cui referuatur. etsi attentet inferior ab huiusmodi absoluere, nihil facit, quia non habet iurisdictionem circa illa peccata sibi excepta ac referuata à superiore, qui non commisit absolutionem. His fundamentis iactis, sit prima conclusio. Si iudex superior & inferior sint præsentis, nõ potest inferior absoluere à non referuatis, nisi prius petatur facultas absoluendi à referuatis. Hæc conclusio probatur, quia integritas confessionis est de iure diuino: cum ergo ille poenitens habeat copiam confessoris, cui potest integrè confiteri, superiore existente præsentis, non potest inferior diuidere absolutionem, sed vel superior præstet integrā absolutionem cum præsto sit, vel inferior habita facultate superioris. Probat^r quoque ex vsu ac consuetudine probatissima religionum, qui nunquàm absoluunt à non referuatis, nisi prius petita facultate vt etiam absoluant à referuatis. Nec in facultate concedenda difficiles debent esse prælati, sed sic debent bono cõmuni prospicere, ne tamen grauissimam reddant confessionis religionem, sed personis circumspicentis & doctis casus suos committant, vt per-

¶

Durand.

¶

¶

1. conclus.

¶

m.soto.

perdocte consulit Soto. Idem etiam est obseruandum, si episcopus & parochus sint præsentis, & patet facilis aditus ad superiorem. Sed quid si superior nolit conferre licentiam, sed ipse velit audire confessionem? Respondetur ad hoc, quod inferior non debet illum absoluere, sed remittere ad superiorē: quia quando poenitens potest integram confessionem facere confessori idoneo, violat ius diuinum de integritate confessionis, accipiendo absolutionem ab eo, qui dimidiatam absolutionem præbet.
2. conclus. Secunda cõclusio. Si superior audiat confessionem priusquam inferior, tenetur totam confessionem audire, & non solum peccatorum sibi referuatorum, si velit sacramentalem absolutionem impendere. Hæc conclusio est Adriani in materia de confessio. q.4. ¶ & Durandi in.4. dist.17. q.15. ¶ cõtra Caietanū, quibus adhæret Cano, & probat, quia cum integritas confessionis sit de iure diuino, episcopus vel prælatus alius superior illicite diuidit confessionem & absolutionem, cum possit facile integritatem seruare: & cõfirmatur, quia materia sacramenti est confessio integra, illa ergo dimidiata confessio non est materia sacramenti: potest enim cõmodè peccator omnia superiori confiteri. Præterea, quia cum sacerdos ille superior soluat vice Dei, & possit omnia soluere, si dimidiatam præstaret veniam, quædam soluendo & alia non soluendo, cū omnia tamen posset: certe significaret, Deum etiam cuius minister est, dimidiatā præstare veniam, & poenitēs quoque ad superiorem eiuscemodi accedens dimidiā à deo veniam speraret: quod impiū est. Præterea, quia cum superior possit præstare facultatem ad hoc quod absolua-
tur ab inferiori, nulla est necessitas dimidiandi tunc confessionem. ¶ Debet ergo omnia integrè audire, & referuata & nõ referuata, & ab omnibus simul absoluere: ¶ nec absolutionem quam præstant Romani poenitentiarj sum-

2. conclus.

Adrianus.

¶

Duran.

¶

Cano.

¶

¶

mi Põtificis sacramentalē esse concedendum est, vt bene dicūt Duran. & Adria. Durandus. contra Caietanū, sed poenitēs accedens ad Romanos confessores, à censuris excommunicationis absoluitur. Nullū enim crimē est Papæ in Bulla de coena Domini referuatū, quod non habeat excommunicationē annexam: ceterū à culpis nequaquam sacramentaliter ab eis absoluitur, sed ipsi Romani Põtifices facultatem faciūt inferiori, vt tota audita confessio ne, ab omnibus plenarie absoluat. Tunc nāq; eo ipso quod tollitur illa referuatio, simul datur facultas inferiori, vt ab omnibus absoluere possit, & hic est celebratissimus ecclesiæ vsus. Nec ex hoc quod illa absolutio nõ est sacramentalis, excusantur Romani poenitentiarj ab obseruatione sigilli secreti confessionis: quia iudex superior, cū ab ipso casus referuatus petitur, tenetur sigillū confessionis seruare. Exēpli gratia. Si confessor accedat ad abbatē vel priorē petiturus facultatē absoluendi aliquē, tenetur seruare secretū eo vinculo ac si sacramentaliter ipse absolueret, & siue cõferat licentiā siue nõ. ¶ Ratio est, quia totum illud spectat ad confessionem: imo inde incipit sacramentū, & idcirco superior sigillū seruare tenetur, quia illa confessio quodāmodo est sacramentalis. ¶ Similiter petēs licentiā siue obtineat, siue nõ, tenetur seruare secretum. Alia opinio est Caietani omnino contraria in verb. cõfessio, conditione. 10. & Petri à Palud. distin. 17. q. 5. quibus adhæret Soto, Nempe superior posse non auditis omnibus peccatis, sed referuatis duntaxat sacramentaliter absoluere. Nam confessio, quæ fit poenitentiarj Romanis, sacramentalis censetur ab omnibus, quia alias poenitentes essent delusi. Neutiquam enim peccata illa atrocissima manifestarent nisi in sacramentali confessione, & in ordine ad absolutionem sacramentalem. Deinde probatur, nam cum ex parte poenitentis dentur aliqui casus, in quibus ex iusta causa possit con-

Durandus. Adria.

¶

¶

Caiet.

Palud. Soto.

fefsio dimidiari per accidens, consequens fit, ut etiam ex parte cōfessoris possit esse iusta causa, ut non audiat omnia peccata, sed tantum referuata. Sunt enim superiores prælatis multis, magnisque negotijs ecclesiæ occupati, quibus nullatenus vacare possent, si integras has audire confessiones deberent: non tamē huiusmodi indulgentia parochis, nec religionum prælatis uti licet, siquidem nō sic sunt occupati, sicut episcopi. Et tandē hæc sententia liquido constat ex usu ecclesiæ, nec in hac re (inquit Caietanus) necesse est plus sapere quā oportet. Dicimus præterea, quod cum illa sit sacramentalis confessio, datur gratia per illā non ponenti obicē. Quocirca licet directē superior dūtaxat absoluat à referuatis, indirectē tamē eo quod ibi datur gratia, ab omnibus absoluitur pœnitēs quantū ad culpam. Verū est tamē quod tenetur cætera omnia cōfiteri inferiori confessori, ut directē in ordine ad claves ecclesiæ ab illis absoluat. Ego tamen vtranq; sententiam probabilē esse arbitror, tu vero lector vtrā malis elige. ¶ Tertia cōclusio cōtra Durandum & Adrianū est, si nō pateat aditus ad superiorem, videlicet quia episcopus est absens, & instat necessitas celebrandi, vel cōmunicandi, ita q̄ nisi faceret, infamiā incurreret clericus secularis, vbi est vel debet esse, ¶ vel si quis religiosus iter agat sine facultate recipiendi absolutionem à casibus referuatis, tunc nanq; inferior poterit eū absoluerē à non referuatis: & pro reliquis potest peccator expectare absolutionē à superiore. ¶ Tenēt hanc cōclusionē Caiet. & Cano in sua relectione, & Soto hic, ¶ in quo eue tu D. Th. loquitur in. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. q. 2. ad. 4. Hæc cōclusio probatur, quia & cōfessio integra est & absolutio, cū ille sacerdos absoluat ab omnibus, à quibus potest, & pœnitēs confiteatur inferiori etiā referuata, & quantū ad illa pœnitēs tunc non habeat copiam confessoris. Quemadmodū si pœnitens taceret ali-

quod peccatum, ex causa rationabili tacedum. Nā quamuis sacerdos id cognoscat, debet eū absoluerē, & tunc est confessio & absolutio integra, hoc est, de omnibus, quæ ad illud iudicium spectabant. (Est, inquam) absolutio integra cōsequutiue & extensiuē, licet directē à solis non referuatis absoluat pœnitens. Quemadmodū contingit, quando quis obliuiscitur aliquorū peccatorum circa culpā: quia tunc ab illis tantū, quæ confitetur, directē absoluitur, ab oblitis tamen consequutiue (ut supra diximus) & sicut dum oblita postea memoriæ occurrunt, pœnitens ille cōfiteri tenetur, ita referuata postea tenetur cōfiteri superiori. Vnde firmū propositū debet habere pœnitens iste recurrenti ad ipsum superiorē, & quando ad ipsum recurrit sola referuata audiendo ab ipsis duntaxat absq; dubio potest absoluerē: quia reliqua tā fuerūt remissa. Intellego tamē hæc tertiā cōclusionē, quando ex cōmunicatio peccato referuato nō est adiuncta, ut sunt omnia, quæ summo pōtifici referuatur in bulla cœnæ Dñi (ut dictū est) tunc nanq; male faceret inferior absolvens à non referuatis, cū pœnitens sit excommunicatus, & prius debeat tolli vinculū ex cōmunicationis, quā absolutio sacramentalis impēdi. Siquidē excommunicatus etiā minori ex cōmunicatione non potest suscipere sacramentum. Sed circa hanc tertiā cōclusionem oritur graue dubiū, an scilicet pœnitens teneatur omnia peccata etiam referuata confiteri inferiori iudici, quando nō adest facilis aditus ad superiorem? ad hoc dubium (omissa opinione negatiua quā tenuit Gerson ut refert Ioan. Mai. in. 4. distin. 16. quæst. 6.) respondetur affirmatiue. Et probatur, primum ex illo capit. Omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. vbi Innocētius præcepit, quod pœnitens omnia peccata sua semel in anno suo sacerdoti confiteatur: vbi nō dixit, sacerdotibus, sed sacerdoti. Deinde probatur, quia est diuinū præceptū, ut homo

Gerson.

Caiet.

3. Conclu.

Caietan. Cano. Soto.

omnia sua peccata sacerdoti cōfiteatur, prælati ergo referuando culpas aliquas, hanc obligationem tollere nequeunt, ac ex consequenti tenetur pœnitēs omnia confiteri inferiori. Præter has rationes tenet hoc D. Th. in. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. q. 1. & eum sequitur ferē oēs Theologi Caiet. in summ. verb. confessio. cōditione. 10. Syluest. verb. cōfessio. 1. §. 19. Tenetur etiā pœnitēs omnia peccata aperire, ea potissimum ratione, q̄ lex non id spectat, quod raro pauciseuenerire potest: sed quod plerunq; hominibus vsu venit. Est autem necessarium omni ferē populo, ut omnia crimina sacerdoti proprio confiteatur, vel referuata tunc, quia fere omnis populus ignorat quæ peccata sint referuata, quæ vero contra non sint, quocirca à sacerdote proprio instruat oportet: tunc etiam, quia medicus ad eos morbos curandos, quorum ad se pertinet medicatio, ut plurimū necesse est reliquos graues morbos intelligat, ut de non referuatis salubrius possit iudicare, & ut consilium aptum & remedium opportunum impendat ægroto. Nec obstat dictis id quod solet obijci, quia tunc illa confessio non esset integra, cum non ab omnibus absoluat, nam iam ego dixi, quod cū ex causa rationabili taceret aliquod peccatum, confessio non desinit esse integra de se, quod quidē cōtingit, cum celatur aliquod peccatum ex intentione, sed solum non est integra per accidens, ut dicit Caietanus. Nec licet affirmare vni cum esse sacramentum, si quis absolutus à non referuatis, confiteatur superiori referuata: ¶ nam vtrumque fuit verū sacramentum conferens gratiam non ponenti obicem, & faciens ex attrito contritum. ¶ Quemadmodum si peccata oblita memoriæ occurrant post priorē absolutionē: illorum confessio & absolutio est verissimum sacramentum, habetque integram materiam & formam, & illud prius, in quo homo cōfessus est omnia peccata, quorū recordabatur, est

D. Thom. Caiet. Syluest.

Caiet.

E

¶

distinctū sacramētū ab isto. Idē omnino sentio, si quis ex iusta causa peccatum aliquod in priori cōfessione celauerit, reciperet quidem verum sacramentum & gratiam, cum que rursus illud, quod tacuit, alteri postmodum confitetur, verū quoque sacramentum susciperet, nouūque proinde & gratiæ & virtutis augmentum. Id vero, quod sæpe in hac difficultate diximus, inferiorem à referuatis absoluerē non posse, intelligi debet, donec superior ab eis non absoluerit. Quod si iam soluit, ratio reservationis cessauit, quæ cum quodammodo pœnalis sit & odiosa, restringi non debet, sed ampliari. Vnde tenendum est cum Adriano. q. de confess. ¶ cui consentit Cano & Soto. ¶ Quod si semel superior præbuerit facultatem pœnitenti ut à referuatis absoluat: poterit confiteri illa peccata cuiusque sacerdoti exposito voluerit, & quando voluerit modo habeat iurisdictionem absoluerē à mortalibus (ut dicunt Soto & Cano) ut in iubilæis & in religionibus fieri solet, quando infestis præcipuis Abbas vel prior dat facultatem absoluerē ab omnibus cōmissis vsq; ad illud instans, à quibus ipse potest. Tunc nāq; si pœnitens oblitus est alicuius referuati, non tenetur postmodum adire superiorē. Imo transacto illo festo, mensē & anno potest absolui à referuatis oblitis commissis ante illud instans, quo prælati cōcedit huiusmodi facultatem ¶ poterit absolui religiosus à referuatis illis, quæ vsque in illum diem commiserat. Nā simpliciter prælati cōcedunt licentiā de cōmissis vsq; ad diē illū & transacta illa occasione, superior nō referuat de nouo illa peccata iam patrata, & idcirco poterit pœnitēs absolui ab illis, quia cōsentur quasi non referuata. Item, quia confessio illius peccati est veluti reliquia præcedētis confessionis, in qua poterat absolui ab omnibus, ergo etiā modo in ista pōt ¶ secus si prælat' sic cōmississet facultatē, ab hac hora vsque prandium, poterunt confes

foris expositi absoluere autoritate mea, & non ulterius. Tunc enim, transacto illo tempore, nullus manet confessor qui autoritatem illam habeat audiendi: nō tamen isto modo conferre autoritatem debet, sed primo modo: neque ita pralati concedere hanc facultatem consueuerunt.

XVII. DIFFICULTAS.

Utrum confessio debeat esse secreta?

concl. vni. **H**ic difficultati vnica conclusio- ne affirmatiua respondetur, nempe quod debet esse secreta. Annotare tamen oportet, quod hæc conditio nō est de essentia confessionis, sed solum est necessaria, ad eius sustentationem: quod manifesta ratione ostenditur. Nam cum ex supra dictis constet, peccatorum quantumcunque occultorum, etiam mentis cogitationum, confessionem esse necessariam, & lex naturalis doceat & admo- neat, ne occulta verendaque crimina in publicum nisi via iuris ad eorum vindictam, proferantur, consequens est, confessionem debere esse secretā, alioquin lex gratiæ iubens, vt omnia peccata etiā occulta confiteamur, destrueret naturā: quod haud concedere licet, quin potius ipsam perficit. Item, quia nisi confessio esset secreta, à confessionis religione exterrerentur homines. Exigitur ergo ad eius sustentationem quod sit secreta, quamuis hæc conditio non sit de eius essentia.

XVIII. DIFFICULTAS.

Utrum confessio, vel per scripturā, vel per internuntium, vel per interpretem fieri possit?

VT huic difficultati melius ac distinctius respondeamus, annotare oportet ex supradictis, confessionē,

& actū esse virtutis & partē sacramēti. Tunc est prima cōclusio, quod in quantum est virtus dūtaxat, fieri potest vel scripto vel per interpretē. Potest enim peccator cōscientiā suam, tū per literas, tum etiā per internuntiiū amico fideli manifestare, à quo consiliū vel auxilium capiat. Quatenus vero est pars sacramēti, omissa opinione Palud. in. 4. d. 17. q. 2. & Adria. q. 1. de cōfess. ad tertiiū. qui videntur tenere, cōfessionē sacramentalē posse fieri per literas absenti sacerdoti, licet non teneatur quis ad hunc modū confitendi, vt si peccator esset in carcere, vel vbi nō posset ad confessorem accedere: ommissa, inquam, hac opinione, sit secūda cōclusio negatiua, nēpe quod confessio hæc non solā non cadit sub obligatione, verū etiā non est valida. Hanc conclusionē tenet expresse Caiet. in summa verb. cōfessio. cōditione. 11. & Soto in. 4. d. 18. q. 2. art. 6. & probatur sufficienti ac euidētī ratione, quia cū confessio & absolutio sint actus personales, minime per internūcios aut literas fieri possunt: & hoc mōstrat veritas formæ sacramentalis, cū dicitur, absoluo te. Nam ly te demōstrat presentē personā: & probatur ex D. Aug. etiā libro de vera & falsa poenit. c. 10. & habetur de poenit. c. que poenitet. his verbis, Præcipit dominus mundādis, vt ostenderent ora sacerdotibus, docēs corporali presentia cōfitemenda esse peccata, non per nuntiiū, non per scriptū manifestanda, vt qui per vos peccastis, per vos erubescatis, (erubescencia enim ipsa partē habet remissionis) præterea quia sacerdos absens ignorat, an poenitens post literas missas, mutauerit voluntatē, & an tempore quo absolutio impēditur sit dispositus, & an cōmiserit aliquod mortale peccatū, vt indignus esset absolute, vel fortasse iā mortuus esset. Quocirca semper exponit se absolues in absentia, manifesto periculo committēdi sacrilegiū. Postremo probatur grauisimo argumēto, nā inauditū est in ecclesia, iudiciū sacramētale inter absentes

1. Conclu.

Palud. Adrianus.

2. conclus.

Caieta. Soto.

D. Aug.

res exerceri, aut absolute peccatorū à confessore absente per literas vel nuntium dari: bene tamen ab excommunicatione, & ab alijs censuris absolute per literas à Romano pontifice potest quis petere, & obtinere. Nec obstat si alicubi inueniatur poenitentiam per scripturam aliquando esse recipiendam vt habetur. 30. quæst. 5. capit. qualis. vbi tradit Leo Papa, poenitentiam per scripturam esse recipiendam. Non, inquam, obstat, nam loquitur ibi pōtifex de poenitentia in foro exteriori, non autē in sacramentali. Recipiebatur enim confessio adulteræ in scripto, vt constaret Ecclesiæ, eam esse legitimē à viro suo repudiatam. Nec obstat nostræ sententiæ quod matrimonium per epistolam vel paranymphum fieri potest: quia nō est eadem ratio de matrimonio, & poenitentia: nam sententia sacerdotis & iudicialis & sacramentalis est: nec alterum ab altero potest separari: matrimonium autem, & contractus est naturalis & sacramentalis: sed aliquando alterum sine altero est. Matrimonium enim, quod per procuratores contrahitur, non est sacramentum, vt Caietanus eruditē confirmauit, & hæc sententia est probabilis: quæ autem sit probabilior ista vel opposita, videbimus in materia de matrimonio. Ex prædictis iam nemo ambigere potest, quin confessio per internuntium facta, nihil valeat, cum non sit actus personalis. At dubium est hic paruum: an poenitens coram sacerdote per scripturam confiteri possit: vt mutus, vel puella verecunda? ad hoc respōdet

Caieta.

D. Thom.

A præceptum aliter non implet, & mortaliter peccat, & quanquam præceptum istud confessionis per vocem expressum non inueniatur, satis tamen est consuetudo, quæ videlicet habenda est pro lege. Nullus etenim sacerdos confessionem admittit nisi voce prolata. Ac si quando contingat (quod equidem rarū erit) vt verecundiæ plena puella, voces edere nequeat: prudentia sacerdotis, inquit Cano, cum hac dispensabit, dum modo ostenderit per aliqua signa peccata sua ipsi confessori. Quo ad mutum est conclusio, quod licet mutus signis non valens confiteri, possit per scripturam sua peccata poenitentialiter manifestare: nō tamē in hūc modum tenetur confiteri. Conclusionē hanc tenet Caietanus in summa vbi supra, & Nauarro in suo manuali confessorum cap. 21. vbi agit de præcepto ecclesiæ, & ratio manifesta suadet. Nam scriptura ex natura sua est publica, confessio autem secreta, & subdit, quod si fiat poenitentialiter, poenitens debet tenere scripturam in manibus suis, & nō tradere sacerdoti, vt sic minus habeat de publico, videtur tamen dominum Caietanum in eodem loco pauld inferius conclusionem hanc intelligere de muto à natiuitate, non autem de eo, qui postea factus est mutus. Nam de isto dicit, quod tenetur confiteri modo quo potest, si scit legere & scribere, vbi etiā ponit modum, quo quis cōfiteri potest per scripturam sine periculo reuelationis confessionis. Eiusdem sententiæ nēpe quod mutus sciens scribere, debet per scripturam præsens confiteri, eamque statim facta confessione laniare, ne deueniat in manus alterius, videntur esse D. Thom. in. 4. distinct. 17. quæst. 3. artic. 4. quæst. 3. & Ioā. Maior. quæst. 1. Gabriel. quæst. 1. & Scotus. quæst. vnica, omnes in eadem distinctione. Sed dubium grauisimum se offert hic, vttrum si mutus non possit explicare

Cano.

Con. vni.

Caieta. Nauarro.

D. Tho.

Ioā. Maior. Gabri.

Scotus.

re species peccatorum & circumstantias, sed nutibus & pectus tundendo ostendere se Deum offendisse, possit a sacerdote absolui. Eadem est difficultas, si in firmus linguæ vsus ante aduentum sacerdotis amittat, an possit absolui sacramentaliter. Quæstio hæc est multò obscurior, quam vt possit à me explicari.

D. Thom. Quo circa vellem audire potius quam docere. Diuus enim Thom. nihil explicitè tradidit, quo eâ diffinire possimus, ait nanque in. 4. dist. 22. quæst. 2. artic. 1. ad primum, quod quandoque generalis confessio est sacramentalis, quandoque autem non. Sacramentalis quidem est, cum quis secretè sacerdoti confitetur quædam, quæ meminit, & alia venialia & oblita in generali: confessio generalis non sacramentalis est, qua facta, ita relinquuntur poenitentis peccata occulta confessori sicut & prius, quia in his, quæ generaliter dicuntur, non est aliquis, qui non peccet, vnde quatum ego colligere possum ex dictis D. Tho. ipse habet pro cõclusionem, quod semper requiritur explicatio alicuius peccati ad sacramentalem absolutionem. Inquit enim vbi supra ad secundum, ad confessionem sacramentalem, quæ iudicium sacerdotis spectat, requiri aliquale peccatorum manifestationem: scilicet in specie, per quam sacerdos de homine iudicare possit. Hanc sententiam tenet

Abulen.

Abulensis super Matth. cap. 16. quæst. 79. ait enim illic, quod si quis in articulo mortis confiteri non potest voce, quanuis signa contritionis ostendat, absolui nõ debet: quod intelligitur, nisi per illa signa aliquod peccatum in specie ostendat. Sententiam hanc tenet Petrus à Palu. in. 4. dist. 21. quæst. 2. artic. 2. & doctissimus Soto, & ingeniosissimus Cano in sua relectione de poenite. fol. 111. inquit enim, teneamus interim id quod tutius est, nempe confessionem, in qua nullum peccatum explicatur, nõ esse sacramentalem. Et probat ex Ecclesiastico vsu, quo eiusmodi peccatores

Palud. Soto. Cano.

in genere poenitentes, absolui sacramentaliter non solent, & præter Ecclesiæ cõsuetudinem, quæ in huiusmodi rebus magnũ momentũ habere debet, aliquibus rationibus nõ omnino leuibus probatur. Prima, quia hoc sacramentũ est iudiciale: iudicis autem sententia apta esse non potest, nisi cognoscat crimen aliquod in specie. Altera, quia non plus innotescit confessori conscientia illius peccatoris per talem confessionem, quàm ante illam, cum etiam vir sanctissimus posset ita generaliter confiteri, & omnes enim sumus peccatores, & indigemus cõfessione. Tertia ratio est, quia cum iudicium & sententia sint actus virtutis prudentiæ, quæ circa particularia versatur, & ibi nullum exprimitur peccatum in particulari, fit, vt à sacerdote ferri sententia nequeat. Quarta ratio sumitur ex D. Thom. in. 4. dist. 21. quæst. 2. artic. 1. ad primum & 2. asserente confessionem illam, quæ in prima, missa, & completorio fit sacramentalem nõ esse, eò quod per eam nihil innotescit, vnde non subiungitur absolutio sacramentalis, requiritur enim (vt ipse illic inquit) aliqualis peccatorum manifestatio, vt sit confessio sacramentalis, cum

huiusmodi absolutio adhibeatur. Probat tandem, quia aliàs frustra adderemus in confessione, de his, & de alijs, quorum non sum memor. Nec tantum hoc existimo verum esse de confessione mortalium, verum etiam venialium. Quanuis enim non teneatur quis explicare species venialium, sicut neque venialia confiteri, si tamen vult absolutionem sacramentalem recipere, confessione speciali opus est, vt iuxta qualitatem & quantitatem delicti sententia ipsa feratur. Et poenitens potest absolui sacramentaliter, etiam si aliquod peccatum ex rationabili causa tacuerit, si aliquod aliud peccatum iam explicauerit in genere dicens, commissi adulterium, aut fornicatus sum quia iam in hac confessione apponit sufficientem

materiam, imo si dicat se certò commississe aliquod mortale, non meminisse tamen quod fuerit illud, crediderim ego sufficientem materiam apponere, quia iam explicat grauitatem aliquam (quæ non semper est in alijs hominibus) ratione cuius potest sacerdos iudicare, & poenitentiam illi imponere. Quando vero nulla materia apponitur, nulla absolutio adhibenda est. Nec obstat huic nostræ assertioni id, quod concilia quam plurima asserunt, nempe, quod subito obmutescens, & baptizari, & poenitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimoniũ aliorum verbis habet, vel præsentis in suo nutu: hoc dicit concilium Arausicum. cap. 12. tertium quoque Carthaginense conc. cap. 34. & quartum concilium Carthaginense. cap. 77. & habetur 26. quæst. 6. cap. 1. is qui. & Leo Papa tenet idem epistola. 69. ad Theodorum, non, inquam, obstant ista concilia, quia in omnibus his locis est sermo de publice poenitentibus. Erat nanque mos antiquus, quòd in die cinerum peccatores confiterentur sacramentaliter sacerdoti coram populo sua peccata publica: & absolutio in diem cœnæ Dominicæ differebatur, vnde, iam per illam confessionem publicam sacramentalem factã in die cinerum, peccata illorum sacerdoti nota erant. Et cautum est à maioribus, vt si interim in isto tempore periculum mortis vrgeret, impenderetur eis absolutio, siue nutibus eâ peterent istiusmodi poenitentes, siue constaret petijisse. Ac verum habet hoc etiam, scilicet quòd est absoluendus, quando ob aliquam causam confessor suspendit absolutionem, & poenitens ille postea amisit vsus & exercitium linguæ: ea autè, quæ more maiorum in poenitentia publica præscripta sunt, non licet ad hanc nostram secretam penitus accommodare. Possumus etiam dicere, quod canones illi loquuntur de absolutione, quæ fit à censuris, & insuper ab omni

E

D. Tho.

D

E

ficientem materiam, imo si dicat se certò commississe aliquod mortale, non meminisse tamen quod fuerit illud, crediderim ego sufficientem materiam apponere, quia iam explicat grauitatem aliquam (quæ non semper est in alijs hominibus) ratione cuius potest sacerdos iudicare, & poenitentiam illi imponere. Quando vero nulla materia apponitur, nulla absolutio adhibenda est. Nec obstat huic nostræ assertioni id, quod concilia quam plurima asserunt, nempe, quod subito obmutescens, & baptizari, & poenitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimoniũ aliorum verbis habet, vel præsentis in suo nutu: hoc dicit concilium Arausicum. cap. 12. tertium quoque Carthaginense conc. cap. 34. & quartum concilium Carthaginense. cap. 77. & habetur 26. quæst. 6. cap. 1. is qui. & Leo Papa tenet idem epistola. 69. ad Theodorum, non, inquam, obstant ista concilia, quia in omnibus his locis est sermo de publice poenitentibus. Erat nanque mos antiquus, quòd in die cinerum peccatores confiterentur sacramentaliter sacerdoti coram populo sua peccata publica: & absolutio in diem cœnæ Dominicæ differebatur, vnde, iam per illam confessionem publicam sacramentalem factã in die cinerum, peccata illorum sacerdoti nota erant. Et cautum est à maioribus, vt si interim in isto tempore periculum mortis vrgeret, impenderetur eis absolutio, siue nutibus eâ peterent istiusmodi poenitentes, siue constaret petijisse. Ac verum habet hoc etiam, scilicet quòd est absoluendus, quando ob aliquam causam confessor suspendit absolutionem, & poenitens ille postea amisit vsus & exercitium linguæ: ea autè, quæ more maiorum in poenitentia publica præscripta sunt, non licet ad hanc nostram secretam penitus accommodare. Possumus etiam dicere, quod canones illi loquuntur de absolutione, quæ fit à censuris, & insuper ab omni

Cõ. Arau. cõ. carta.

Leo Papa.

poenarum reatu, si culpæ fuerint, vel antea per confessionem, vel tunc per contritionem remissa. Et idem est intelligendum in forma absolutionis, quæ in diplomate cruciatæ in fine appetitur, vbi fit plenaria absolutio à censuris, & culpis, & poenis: quod intelligitur quotiescunque præcedit legitima cõfessio, vel per signa aliquod peccatum in specie sacerdoti ostendat, aliàs si solum signa contritionis generalia infirmus ostenderit, non est absoluendus absolutione sacramentali, sed tantum à censuris, etiam si coram testibus, antequàm adueniret sacerdos, aliqua peccata in specie dixerit, quia quidquid in absentia sacerdotis infirmus dixerit vel fecerit, nullam confessionis similitudinem habere potuit. Dico tamen cum Cano, quod si quis huiusmodi agrotis generaliter confitentibus sacramentalem absolutionem impendere voluisset, non valde repugnarem: verum ego non facerem, nec me autore quis faceret, quãdiu aliquod peccatum in specie infirmus non explicauerit. Siquis confessarius voluerit eos, qui sic generaliter confitentur absolvere, consulere ego vt non absolute, sed sub conditione id faceret, & dummodo in præsentia ipsius confessarij signa contritionis ostendisset ordinata ad hoc, quòd absolueretur. Quod enim sic absolui possit, nullum secum videtur in conueniens asserere, tum, quia sic absoluendo omnino sacrilegij periculum euitatur, tum etiam, quia quantum possibile est, eius saluti prouidetur, tum denique, quoniam in re dubia in fauorem poenitentis agendum esse, perspicuum est. Si enim (vt Caietanus in verbo absolutio ait) quando confessor dubitat, an absolutionis verba protulerit licet ea sub cõditione repeterè, non mirũ profecto erit, si huiusmodi agrotis generaliter confitentibus sacramentalis absolutio sub conditione impendatur. Similiter cum vsu vniuersalis Ecclesiæ probatissimo receptum sit, vt quotiescũq; est am-

bigui-

Cate.

biguitas, an qui est baptizandus sit iam baptizatus, ac subinde an sit baptismi capax, sub conditione ei baptismus conferatur, ego nullam non solum conuincentem, sed neque apparentem rationem video, cur in nostro casu sic generaliter confitenti absolutio sub conditione denegari debeat, scilicet dicendo: si capax es absolutionis ego te absoluo, maximè quia ita est hoc poenitentiae sacramentum necessarium ad remissionem peccatorum actualium, sicut baptismus ad deletionem originalis.

¶

1. Conclu.

Quo ad interpretem, scilicet quando poenitens ignorat idioma sacerdotis, aut è diuerso sacerdos poenitentis, est conclusio prima quod licet in hoc casu posset fieri confessio per interpretem & valida sit talis confessio, quia cum sit praesens, vere loquitur sacerdoti quippe qui nutibus potest, & debet significare, se illa asserere quae interpres refert: nullus tamen tenetur in hunc modum confiteri, hanc conclusionem tenet Caieta.

Caiet.

Leo Papa August.

¶

2. Conclu.

in summa verbo confessio, conditione & est communis sententia. Ratio est, quia neuiquam tenetur quis confiteri & reuelare peccata secreta, nisi sacerdotibus, patet etiam ex Leone episto. 57. & ex Diuo August. in lib. de vera & falsa poeniten. cap. 11. ac ex Inno. cap. omnis utriusque; sexus, ubi prudenter limitauit praecipuum, inquiens, omnia solus sua peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, insinuans quod si solus confiteri nequit, confiteri non tenetur. Et si confiteatur sic debet esse praesens poenitens, & interpres ipsi confessorio, aliàs fieret contra formam absolutionis, quae dicit, ego te absoluo, ubi lyte praesentia denotat, ut dictum est.

Caietan. Scotus.

Secunda conclusio, si reuelentur peccata interpreti in confessione, non tenetur interpres tam arcto vinculo, quam sacerdos ad sigillum confessionis, hanc conclusionem tenet Caieta. contra Scotum & patet, nam interpres non fungitur munere audientis, ut sacerdos, sed

loquentis, quare non se tenet à parte sacerdotis, sed à parte poenitentis. Item, quia cum confessio per interpretem non sit necessaria, non tanto rigore obligauit Deus interpretem ad sigillum, quanto sacerdotem, vnde tantum tenetur interpres seruare peccata secreta sigillo fidelitatis ut dicit Caieta. ubi supra.

Caiet. 3. Conclu.

Tertia conclusio. Si interpres confessionem reuelaret, acriter esset puniendus, licet non illo rigore iuris, quo sacerdos, probatur haec conclusio quo ad secundam partem ex praecedenti conclusione, & ex eius probatione, quia si non tam arcto vinculo, quanto sacerdos tenetur ad sigillum, consequens erit, non tam acriter esse puniendum interpretem illum frangentem, quanto sacerdotem.

Quarta conclusio. Licet recipienda sit haec communis doctorum sententia, quam posuimus in prima conclusione quo ad praecipuum ecclesiae de confessione semel in anno facienda, & sed tamen ex praecipuo diuino confessionis, in articulo mortis tenetur, adeo ut ego non audeam omittere confessionem, si interpretem haberem. Hanc conclusionem tenet cum Cano in sua relectione. Et ratio est, quia iactura illa famae parua est & minus sufficiens, ut praetermittatur sacramentum, quod est necessarium ad salutem, propter vitandam huiusmodi famae iacturam. Quoadmodum supra dicebamus, atque probauimus hominem obligari ad peccatum explicandum in articulo mortis etiam cum famae alienae aliquo detrimento. Et in hoc euentu

4. Conclu.

¶

¶

Diuis Thom. intelligitur in 4. distin. 17. q. 3. ar. 4. gl. 3. ad secundum, cum utitur illis verbis exigitur, debemus, quae quidem verba obligationem importare videntur & in omni alio euentu, etiam cum iure diuino confessio est in praecipuo, credere sine periculo possumus, neminem obligari ad confessionem peccatorum

Canon.

D. Tho.

per

per interpretem, conclusionem istam arbitror maxime veram esse in his indiarum partibus apud istos neophytos: tum, quia non habent tantum intellectus ac considerationis, ut per se ipsos sine confessoris excitatione & confessio ne ita bene ut hispani valeant contritionem habere: tum etiam, quia si confitentur per interpretem, multo minore famae iacturam patiuntur, quam hispani homines.

De effectibus & defectibus confessionis.

XIX. DIFFICULTAS.

Utrum confessio gratiam conferat?

1. Conclu.

Utrum melius huic difficultati satisfaciatur, supponendum est, quod hic non loquimur de confessione quatenus est actus virtutis, sed quatenus est pars sacramenti: tunc respondetur per aliquot conclusiones, & earum prima sit, confessio, quatenus est pars sacramenti, est partialis causa instrumentalis gratiae, per quam actuale peccatum remittitur post baptismum commissum, probatur, quia cum sacramentum poenitentiae ad hunc effectum sit institutum, & confessio sit eius pars materialis, consequens est, ut concurrat cum forma sibi adiuncta ad conferendam gratiam, sicut in baptismo ablutio concurret cum verborum forma ad eam causandam, ut dicit D. Tho. 3. par. quest. 86. art. 3.

D. Thom.

2. Conclu.

Secunda conclusio. Per confessionem in voto, quae in contritione includitur, fit saepe peccatorum remissio, ratio huius conclusionis est, quia (ut iam diximus) voluntas pro facto reputatur apud deum: aduerte tamen, quod tunc nulla sacramentalis gratia confertur, sed per modum duntaxat conuersionis ut ait doctissimus Soto.

Soto.

3. Conclu.

Tertia conclusio. Per confessionem

in re accedente absolutione, contrito augetur gratia, attrito vero confertur prima. haec conclusio ex his, quae de baptismo diximus, est nota.

Quarta conclusio. Confessio cum absolutione non solum à culpa verum & à poena liberat, tam aeterna quam temporali. Haec conclusio patet, nam dum liberat à culpa, siue in re, siue in voto & desiderio applicetur, simul liberat à poena aeterna, cum autem applicatur in re, tunc virtute clauium (quod aiunt) ex opere operato remittitur pars poenae, quae erat in purgatorio soluenda, imò tam parua esse potest, ut tota remittatur.

4. Conclu.

XX. DIFFICULTAS.

Utrum confessio possit esse informis?

Sensus huius difficultatis est, utrum possit esse legitima confessio quo ad substantiam sacramenti, licet effectum gratiae careat: quemadmodum de baptismo & Eucharistia dictum est. Hanc quaestionem tractant doctores & in d. 17. Soto & Cano in sua relectione de poenitentia, Caiet. in opuscu. Silvester verbo confessio. 1. quest. 3. & ad quam omissa opinione Ioannis Maio, in eadem distinct. quest. 9. & Adriani, quest. 5. de confessione, dubi. 5. asserentium, sacramentalem confessionem sine gratia & charitate prorsus esse inuvalidam, ac perinde iterandam: respondetur cum D. Thom. in 4. distin. allegata, quest. 3. art. 4. quest. 1. ubi ponit hanc conclusionem. Confessio quatenus est pars sacramenti, optime esse potest informis, nempe sine gratia & charitate, quatenus ad substantiam, probatur, nam confessio ordinatur ad hoc, ut per illam innotescat conscientia poenitentis sacerdoti: hoc autem haud dubium est, quin fieri possit absque charitate, potest enim peccator in peccato persistens, cuncta sua peccata fideliter sacerdoti patefacere subdendo se illi,

Soto. Cano. Caiet. d. Silvester.

Io. maior. Adrianus.

D. Tho.

illi, ut remedium provideat, ergo dari potest talis confessio informis. Deinde probatur, quia cum nullus certo cognoscat, se dolorem sufficientem habere, quando confitetur, semper homines oportet esse sollicitos de eadem confessione, iterum atque iterum repetenda absque aliqua tranquillitate, cum probabiliter timeamus, nostras confessiones non fuisse formatas. Præterea, quia cætera sacramenta recipiuntur à fictis, ut paulo ante diximus, ergo & hoc sacramentum à ficto recipi potest: baptisimus nanque, ut supra diximus, fictè receptus est: vere sacramentum, si recipiatur cum intentione suscipiendi quod Christus instituit, sed ille qui sic fictè recipit illum, baptismi effectum non recipit propter obicem quem posuit, ut dictum est, ergo & qui fictus ad hoc sacramentum accedit, verum sacramentum recipit, effectus tamen propter indispositionem ipsius recipientis impeditur: præterea quia sacramenta & eorum effectus sunt duæ res distinctæ, nil ergo vœtat, quominus possit homo suscipere substantiam sacramenti sine eius effectu ponendo obicem ipsi effectui, scilicet gratiæ. Nec sensus formæ sacramentalis est, egote absoluo, id est, do absolutionem, quæ nunc suum effectum habeat remissionis peccatorum, sed sensus est, ego absolutionem tibi impendo, quæ vi sua potens sit te absolueri, si tu velis fructum eius obtinere. Quantum enim est ex parte sacerdotis & dei absolutus absolutus manet cõfiteus, licet ex parte ipsius poenitètis obicem ponètis, absolutio sacerdotis nõ cõsequatur effectum de præsentis, quemadmodum si absolutiois sententiam proferret iudex, qua liber quis esset à carcere, in quo postea ipse vellet ex animo ac voluntarie manere: & si ego extrinsecus clauem, ianuam seram aperirem, & intus existens volens obicem poneret: ego vere ianuam aperui, existens tamen intus si non vult aperire, sibi imputet, tenendum igitur

A est proculdubio, cõfessionem sacramentalem informem posse dari validam, ac ex consequenti non iterandam. Nec obstat huic nostræ sententiæ, quod contritio est vna trium partium huius sacramenti, ut in concilio Florentino definitum est, at vero ubi est confessio informis non est contritio: ergo nullum illic est sacramentum. Nõ, inquam, obstat, quia contritio ut est pars sacramenti, non determinatur in concilio Florentino. quod sit formata, sed solum in genere quod est pars sacramenti: tum etiam, quia contritio non est pars essentialis huius sacramenti, sed integralis, at vero nemini dubium est, non esse necessariam ad esse totius, quamlibet partem integram. Nam est magna differentia inter ipsas partes integrales: caput enim in homine, cor, manus, & pes sunt partes integrales: attamen non eodem modo sunt omnes necessariae ad esse hominis, cum deficiente pede vel manu, imo vtraque istarum partium simul, maneat homo, non autem deficiente capite vel corde: ad eundem modum licet contritio, satisfactio, & confessio sint partes huius sacramenti integrales, tamen deficiente contritione vel satisfactione, sacramentum poenitentiae esse potest, confessione vero deficiente minime. Ratio est, quia hoc sacramentum quoddam iudiciale est: quod quidem sine confessione super quam cadat absolutio, haud fieri potest, ipsa tamen posita, verum sacramentum efficitur; nam ibi est vera materia, & vera forma legitimusque minister: igitur & verum sacramentum. Is nanque qui absque contritione peccata verè narrat, cor habet verbis concors, quantum ad substantiam confessionis: quanuis discordet à confessionis fine, quia ad hoc requiritur detestatio peccati super omne detestabile quæ quidem detestatio sit contritio vel saltem attritio. Idemque prærequiritur ad dignam susceptionem sacramenti. Non obstat etiam, quia cum

cum sacramentalis confessio sit peccatorum manifestatio cum dolore, & in confessione informi non reperiatur dolor, qui sit contritio, nec attritio, quæ cum Sacramento reddat hominem contritum, eò quod aliàs non esset informis, fit ut nullum in confessione informi sit sacramentum. Non, inquam, obstat, eò quod ut validum sit sacramentum ex necessitate non requiritur vera contritio, nec talis attritio quæ cum Sacramento faciat hominem contritum, sufficit nanque minor dolor ad verum sacramentum efficiendum, quanuis ad gratiam consequendam non sufficiat, dolor enim, qui est de substantia sacramenti imperfectus est includens omnium peccatorum displicentiam cum proposito cauendi in futurum, ac clauibus ecclesiæ se subiiciendi satisfaciendique ad arbitrium confessoris, quæ omnia absque vera contritione, imo absque attritione, quæ cum Sacramento hominem contritum reddat, proculdubio esse possunt. Itaque licet confessio vera peccatorum cum dolore illorum pro materia ad poenitentiam necessaria sit, non tamen tantus requiritur dolor, ut accedente Sacramento homo fiat contritus, & gratiam recipiat. ¶

Videre tamen hic opus est, quæ nam confessio informis sit valida & non iteranda: quæ autem non sit valida & perinde iteranda. Si quidem non omnis confessio informis est valida, nec omnis in qua non datur gratia est inuvalida. ¶ Pro cuius dubij explicatione annotare oportet. Non esse accipiendam pro regula ad cognoscendum quæ confessio informis sit valida, quæ non sit valida, informitatem ipsam, sed ad informitatis causas esse respiciendum. ¶ Secundo etiam oportet annotare confessionem esse informem ex duplici capite euenire posse, nempe aut ex parte sacerdotis, aut ex parte poenitentis. Ex parte sacerdotis, quia vel non impendit absolutionem quæ est forma huius

A sacramenti: vel si impedit, non erat sacerdos habens iurisdictionem ad absolendum, vel non habuit intentionem absoluedi: & tunc est prima conclusio. *i. Conclusio.* Quod confessio informis ex absolutiois defectu est inuvalida, & per illam nõ impletur præceptum, sed est iteranda. Hanc conclusionem tenent omnes doctores & probatur, nam (ut retro docuimus ex Ioannis testimonio) necesse est, ut peccata à sacerdotibus remittantur: ergo qui non percipit absolutionem à peccatis, quanuis millies ea fuerit cõfessus: eo usque tenetur peccata fateri, quo usque veram absolutionem percipiat. At vero absolvere non est actus solius characteris sacerdotalis, sed iurisdictionis: quo fit, ut absolutio impensa à sacerdote non habente iurisdictionem siue ordinariam siue delegatam, sit inuvalida ac ex consequenti talis confessio repetenda est. Et ex hoc rursus inferitur ut etiam si quis bona fide confiteatur sacerdoti, quem arbitretur habere iurisdictionem, cum primum sciuerit eam nõ habere, teneatur iterum confiteri eodem anno, quia confessio non fuit maioris valoris, quam facta laico, ut bene annotat Soto. Pari ratione si manifestissimè constet poenitenti, sacerdotem non habuisse intentionem absoluedi: tenetur iterum confiteri, quia ex defectu intentionis ministri absolutio redditur nulla ut diximus, cum de sacramentis in genere ageremus. Quandiu verò ignorauerit poenitens, sacerdotem non habuisse iurisdictionem aut intentionem absoluedi, excusatur, ac proinde securus est in cõscientia. Et caueat poenitens ne sit sollicitus de absoluentis intentione, nisi cum manifestissimo testimonio ipsius confessoris, vel euidenti bus coniecturis sibi constaret illum intentionem absoluedi non habuisse, semper securus esse debet. ¶

Ex parte vero poenitentis confessio fit informis, aut ex defectu intentionis, aut ex defectu integritatis confessionis, aut

aut ex defectu contritionis.

2. Concl. Sit ergo secunda conclusio. Quod si deest poenitenti intentio suscipiendi sacramentum ecclesiae, confessio est nulla, & per illam non impletur praecipuum ecclesiae, & ideo est iteranda, haec conclusio non indiget probatione eo quod in adultis intenu respectu cuiuscunque sacramenti siue actualis, siue virtualis suscipiendi sacramentum est necessaria, ut diximus supra.

3. Concl. Tertia conclusio. Quando ex intentione & dedita opera non facit poenitens integram confessionem mortalium, sed vel ex verecundia, vel ex alia causa unum aliquod mortale tacet, confessio est nulla, & non impletiva praecipui, sed iteranda, haec conclusio est omnium doctorum sententia & calculo approbata, & ratio est, quia illa confessio integra materia sacramenti poenitentiae non est: cum ex propria ratione formae sacramenti repugnet, unde in concilio Florent. sub Eugo. 4. diffinitur, ad confessionem, quae est huius sacramenti materia, pertinere ut omnia peccata mortalia, quorum homo memoriam habet, suo sacerdoti integre confiteretur. Unde si aliquod mortale peccatum & circumstantiam inter contentendum silet ex intentione, ut dicit conclusio, & novum peccatum committit, & sacrilegus efficitur, & idem est si consulto noluit facere diligentiam in indagandis peccatis. Tandem probatur. Nam impium est a Deo dimidiam sperare veniam, Deus enim, & ecclesia per claves aut totam culpam, aut nihil illius dimittit. Non igitur est valida, nec praecipui impletiva huiusmodi confessio.

Con. Flo.

4. conclus. Quarta conclusio. Si peccator negligentiam affectatam, aut omnino crassam in facienda integra confessione habuit: ita ut ex huiusmodi negligentia peccatum aliquod mortale praetermiserit, talis debet iterare confessionem, ac si data opera eam mutilasset, & quidem si sit affectata notissima est conclusio: de

A crassa vero probatur, quia negligentia quando est crassa reducitur in naturam suae formae. Probatur, quia etiam si materialiter se habeat, perinde est, ac si formaliter confessionem dimidiaret: qui enim sine aliquo examine conscientiae suae maxime transacto anno, accedit ad confessionem, reuera vult facere confessionem mutilatam. Affectatam ignorantiam vocamus, cum quis ex indutria, & proposito vult ignorare id quod scire tenetur, & obliuisci peccatum mortale, ut illud non confiteatur, crassam vero appellamus, cum licet expresse hoc velit, nullam autem aut minimam diligentiam & examen adhibet, ut huiusmodi ignorantia & obliuio peccatorum auferatur.

5. conclus. Quinta conclusio. Si peccator profusus nullam habuit detestationem peccati, quae aliquo saltem modo sit attritio, nulla est confessio, ac proinde repetenda. Non enim est confessio, quae sit sacramenti poenitentiae materia, cum a nulla poenitentia proficiatur, sed est mera confessionis simulatio, ut Capreo. dist. 17. quaest. 2. & Dura. ead. dist. quaest. 13. & Caiet. in additio. 3. part. quaest. 5. de confessione, & in sua sum. & fere omnes authores scholastici tradiderunt. Similiter, si peccator perciperet, se imperfectum dolorem habere, & non confiteretur illam fictionem & paruum dolorem, esset repetenda confessio.

6. conclus. Sexta conclusio. Quando confessor audiendo confessionem dormiuit, aut non aduertit ad peccata poenitentis, repetenda est confessio, ratio huius conclusionis est, quia in tali casu non est iudex.

7. conclus. Septima conclusio. Quando confessor est adeo ignorans, quod de omnibus peccatis nescit distinguere inter lepra mortalem & venialem, saltem grosso modo, quia tunc non etiam censetur iudex: quia propter iteranda est talis confessio, nisi poenitens sit doctus: quia tunc parum refert quod confessor sit doctus vel

vel indoctus: tenetur tamen ipse poenitens doctus tunc illum confessorem instruere, nempe hoc esse mortale hoc non esse mortale: nam alias confessio non valeret. Si vero tam confessor, quam poenitens ignorent, & sua ignorantia sit circa ea quae communiter ignorantur, talis ignorantia non nocet. Si autem ignorantia sit tanta, quod sit eorum quae a paucis ignorantur esse peccata, ut iuramentum vel vindicta de iniuria accepta, talis tunc tenetur iterare confessionem, quia talis confessor non intelligit peccata illius: & haec est communis opinio.

8. conclus. Octava conclusio. Quando poenitens est inhabilis ad susceptionem sacramenti propter censuras ecclesiasticas, quia scilicet tenetur maiori vel minori excommunicatione, est iteranda confessio. Haec conclusio probatur, nam absolui debet quis prius ab excommunicatione minori & maiori, quam a peccatis, cum vtraque a participatione passiva sacramentorum separet, hanc sententiam tenent fere omnes theologo, quos citat Siluester verbo confessor. 3. §. 8. & praecipue Diuus Thom. in. 4. sentent. dist. 19. quaest. 1. articu. vlti. quaest. 2. ad. 2. ubi dicit, quod quandiu quis est excommunicatus, non potest recipere aliquod ecclesiae sacramentum, & hanc sententiam sequitur Petrus a Pal. in. 4. distin. 17. quaest. 6. in conc. 2. ubi expresse dicit, quod excommunicatus etiam ignorans suam excommunicationem, tenetur reiterare confessionem post absolutionem, quando ei innotescit: quia talis absolutio nulla fuit, sicut si eligeretur etiam ignoranter, electio illa nulla esset, eandem sequitur Archi presul floren. & communiter omnes. Et qui oppositum facit, mortaliter peccat: quia contra legem agit de sententia excommunicationis cap. a nobis el. 2. Nec me praeterit Caietanum tenere co

Siluest.

D. Thom.

Palud.

D. Antoni.

Caiet.

A trariam sententiam in summa verb. absolutio, dicit enim primo, quod absolutio ab excommunicato suscepta, non tenet quantum ad presentem fructum, & sacrilegium committit absolvens. Secundo, quod si excommunicatus recipit absolutionem ignoranter, tali videlicet ignorantia, quae potest excusare, ut puta iuris vel facti, & est vere poenitens, tenet absolutio etiam quantum ad presentem fructum, & licet post modum teneatur quaerere & obtinere absolutionem ab excommunicatione, non tamen a peccatis. Tertio dicit, quod absolutio impensa excommunicato, tenet: quia licet sit iure prohibita & illicita, non tamen dicitur in aliquo iure quod sit nulla, & cum dicitur, quod excommunicatus excluditur a sacramentis, intelligendum esse, inquit, ad hunc sensum: quia si sumit, ad iudicium suum sumit, & sacrilegus efficitur: non autem quantum ad hoc quod si suscipit, susceptum sit nullum. Sicut enim, ait, si excommunicatus susciperet sacramentum ordinis, confirmationis, Matrimonij, aut extremae vntionis, non propterea irritum esset sacramentum susceptum: pari ratione non est irritum poenitentiae sacramentum ab excommunicato susceptum. Haec Caieta. opinio licet sit contra Petrum de Palud. & Archi. non tamen video quod sit contra Diuum Thom. maxime quia sanctus Thomas non dicit, quod si absoluitur, non tenet absolutio: multa enim non possunt fieri, scilicet, de iure, quae tamen, si fiant, tenent. Securiorem tamen existimo esse primam opinionem, & ideo illam sequere.

E Animaduertendum est hic, quod quando est iteranda confessio, si contingat eidem confessori fieri cui prius, non tenetur poenitens iterare confessionem particulariter replicans: sed sufficit dicere: dico meam culpam de omnibus illis, quae alias tibi confessus sum: B b & accu-

Soto.

Palud. D. Thom.

& accuset se specialiter de fictione. Secus erit, quando alteri confessori confiteatur peccatum fictionis, quia tunc omnia peccata iterum confiteri tenetur.

Sed iam explicare oportet, quæ indispofitio sufficiat ex parte poenitentis impedire effectum sacramenti & non ipsum sacramentum, ac proinde nec confessionem reddat inuvalidam? Ad hoc per aliquot conclusiones respondetur, quarum prima fit, quod quando homo facit diligentiam, quæ apparet sufficiens iudicio sapientum, sed re vera non est sufficiens, tunc licet culpa lateat ut confessio maneat informis, nihilominus confessio est valida, quia non est ex intentione dimidiata. Itaque licet negligentia sit culpabilis in explorando iure aut facto: nisi sit nimis crassa quamuis poenitens peccatum committat mortale in confessione, siue ex ignorantia facti, quia non recordatur illius, siue ex ignorantia iuris, quia non putabat esse peccatum, non tenetur confessionem repetere & iterare. Sed satis est dum intellexerit diligentiam non fuisse sufficientem, negligentiam confiteri, idque anno sequenti, nam illo anno iam satisfecit præcepto.

2. Conclu. Secunda conclusio est. Dum quis habet attritionem conditionatam, id est, quæ oritur ex velleitate, qua homo vellet placere Deo, ac ipsi reconciliari, & vellet si bono modo posset, abstinere à peccato (tale nanque est propositum & attritio impoenitentium) tunc licet absolutio accedat, non fit habens talem attritionem ex attrito contritus, recipit tamen verum sacramentum, si tristatur, quia caret absoluto proposito & efficaci dolore, & accusat se de hac etiam indispositione, hæc est communis attritio meretricum, usurariorum, & concubinariorum, quos omnes si iterare confessiones cogereimus, immensi esset operis & laboris.

3. Conclu. Tertia conclusio. Illa attritio seu dolor, qui ex timore detrimentorum

A temporalium nascitur, ut ex timore honoris, aut infamiae, aut mortis, aut iacturæ bonorum, nec cum sacramento sufficit ad gratiam: confessio tamen est valida, ut cum quis detestatur peccatum, & proponit confiteri, ne ei iactetur ab ecclesia, vel non mulctetur pecunia, & examinat conscientiam suam, non consequitur gratiam, licet confessio sit valida. Soto tamen dicit, quod fortasse probabilius dicitur, quod cum ille timor sit bonus, quia illa sunt vere mala, & à Deo licet per causas naturales, infligta: illa attritio dum modo existimetur contritio adiuncto sacramento sufficit.

Quarta conclusio. Non est iteranda illa confessio, quæ sine culpa poenitentis non est integra, ut si propter scandalum, aut proprium aut ipsius confessoris euitandum, aliquod peccatum tacet: vel si diligentiam adhibuisset sufficientem, & tamen alicuius peccati esset oblitus, concilium nanque Florentinum solum dicit, quod tenemur confiteri omnia peccata quorum memoriam habemus.

Quinta conclusio. Non est etiam repetenda confessio, quæ ex negligentia humana est mutilata ac manca, non quidem penitus crassa aut supina, sed culpabili, ut si quis præterita peccata quærat, & diligentiam mediocrem adhibeat, quam esse idoneam arbitrat, cum tamen non sit. Hanc sententiam tenet expresse Caieta, & probatur, nam moraliter loquendo, talis confessio est integra, cum poenitens intendat omnia confiteri, quorum memoriam habet. Item, quia aliàs nimis anxios redderemus scrupulosos: imo piorum etiam animos turbaremus perpetua iteranda confessionis sollicitudine.

Sexta conclusio. Non repetenda est confessio, quando ex negligentia obliuiscitur quis iniunctæ poenitentiae, quamquam oppositum dicat Siluest. verbo confessio. 1. §. 3. Nec diuus Thom.

Palud. & Palu. quos ipse citat pro sua opinione, nunquam hoc somniarunt, imo totum contrarium. hæc sententia est domini Caieta. in sum. verb. confessio iteranda, & probatur manifesta & aperta ratione: quia confessio præcedens fuit iam valida, ergo quidquid postea sequatur, non est iteranda. Item, quia potest commutari poenitentia. Similiter non est iteranda confessio ex defectu satisfactionis, ita tenet Caiet. ubi supra. & patet, nam si in peccato mortali satisfactionem à confessore impositam poenitens perficit, non propterea tenetur reiterare confessionem, quoniam sine poenitentia sunt dona Dei, Roma. 11. nam si non satisfecit Deo satisfecit ecclesiae.

Septima conclusio. Non est quoque confessio informis iteranda, quando peccator intelligens suum imperfectum dolorem, accedit ad hoc sacramentum & confitetur illam doloris imperfectio nem, nam nisi fictionem confiteretur, dimidiator confessionis esset.

Sed tunc oritur graue dubium, utrum hæc confessio informis sit valida, etiam ubi non accedit absolutio, nam sacerdos cui constat de tali indispositione poenitentis, non debet illum absolueri, alioqui sacrilegium committeret, quia cum à Deo non absoluetur tunc talis poenitens, sacerdos eum absolvens agit contra verbum Christi, quorum remiseritis remissa erunt: & quod solueritis super terram, erit solutum & in caelo, & quidem si ex ignorantia, vel affectu ac ex passione illum sacerdos absoluerit, sacramentum reciperet, ac proinde valida esset confessio, licet non susciperet poenitens rem sacramenti scilicet gratiam & sed quando poenitens confitetur omnia sua peccata, fictionem, & impoenitentiam, non tamen accessit absolutio, propter indispositionem quam confitetur. Est dubium, an per huiusmodi confessionem, impleatur præceptum ecclesiae, & valida sit talis con-

fessio? De hoc sunt duæ opiniones: Soto nanque in. 4. dist. 18. quæst. 3. arti. 3. tenet partem negatiuam, ait enim, quod confessio quam non subsequitur absolutio, licet possit vtiliter fieri, nequam tamen est valida ad completendum præceptum: imo est iteranda, & probatur, quia dum in cap. omnis vtriusque sexus omnis Christianus iubetur, ut confiteatur semel in anno, idem est, confiteatur, quod sacramentum poenitentiae suscipiat, at vero dum non accedit absolutio, illud non suscipit. Item quia baptisimus ob id est validus, etiam dum à ficto recipitur, quod suscipitur totum sacramentum cum materia & forma. Pari ergo ratione, sola illa confessio cui accedit absolutio, erit valida, nam alioqui non recipitur totum poenitentiae sacramentum. Præterea, ut dicit Diuus Thom. quia confessio informis recedente fictione, suum habet effectum, ubi manifeste insinuat, confessionem informem materiam esse sacramenti per absolutionem, alias nunquam fortiretur effectum. Imo si attente legatur, expresse supponit, quod absolutio præcesserit, nam in additio. quæst. 9. articulo. dicit, quod quamuis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet. Vnde secundum Diuum Thomam, nulla confessio sine absolutione est valida, ac subinde nec impletiva præcepti. Re vera his argumentis & alijs, quæ illic facit Soto, redditur valde probabilis hæc opinio. Opposita nihilominus scilicet quod per talem confessionem absque absolutione poenitens satisfacit præcepto ecclesiae de annuali confessione, tenet Siluest. in verbo confessor. 4. §. 2. cui sententiae subscribunt præclarissimus magister à Victoria, & magister Cano in sua relectione de poenitentia, & comuniter oes doctores, & ob id ego huic libenter adhæreo, & probat primo, quia huc modum

confitendi videtur asserere pontifex Alexander. cap. quod quidam. de pœni. & remi. vbi præcipit, confessionem eorum, qui quamvis confiteri velint, asserunt tamen, se abstinere non posse, recipiendam esse, & est ei aliquid iniungendum cum declaratione, quod non est absolutus, & de criminibus est ei consilium salutare exhibendum à sacerdote ad ipsius remedium. Id quoque confirmari potest ex cap. omnis vtriusque sexus de pœni. & remissio. vbi iubetur, vt sancta eucharistia in paschate accipiatur, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus pœnitens duxerit abstinendum, vbi expresse insinuare videtur, quod ille tunc non est absoluendus, & nihilominus satisfacit præcepto ecclesiæ. Confirmatur etiam, quia in illo solù præcipitur, vt confiteatur omnia peccata, quæ quidem iam confitentur vere, ergo adimplet præceptum ecclesiæ, & quamuis intentio & finis legislatoris sit vt confessio sit sufficiens ad recipiendam absolutionem & eucharistiæ sacramentum, tamen pœnitens non tenetur implere finem legis, sed solum tenetur implere præceptum quo ad substantiã actus.

Secundo quoque probatur ratione quia cum ecclesia non obliget ad actum interiorem, satis erit ad impletionem præcepti, confiteri omnia peccata etiã si non habeat dolorem requisitum, si tamen confiteatur huiuscemodi pœnitens illum doloris defectum.

Tertio, quia secundum communem sententiam, non violatur præceptum, quando per actum malum impletur: lex nanque duntaxat præcipit actum qui de genere suo est bonus moraliter, non autem præcipit, quod bene fiat, & licet præcepta de contritione & charitate, si ex timore fierent, violarentur: at tamẽ præcepta de actibus exterioribus cum ex timore seruii fiãt inutiliter quidem fiũt, implentur tamen. Absurdũ

A enim esset dicere, quod si quis elemosynam conferret extreme indigenti propter inanem gloriam, non adimpleret præceptum, vere enim illud implet. Similiter dum quis vadit ad audiendam rem diuinam die festo intentione furandi aut fornicandi: si vere audit, præceptum implet. Ex quibus aperte colligitur non esse audiendum Adrianum habentem contrariam sententiam post quintam quæstionem de confessi. dub. 4. nempe non posse impleri præceptum aliquod per actum malum. & vt qui in digne communicat (inquit) non implet præceptum communicandi in paschate, vt ille qui soluit debitum creditori, vt illo male vtatur, scilicet vt det meretricibus, non implet præceptum iustitiæ. Sed certe fallitur Adrianus, nam licet tunc agat contra charitatem, non tamen contra iustitiam, quinimo implet præceptum illius, quamuis enim per illum actum non mereatur, quin potius demereatur cum sit mortale peccatum, præceptum nihilominus adimplet, vt si quis in peccato mortali suscipiat eucharistiam in paschate, putans se bene facere, potest contingere quod mortaliter peccet, & impleat nihilominus præceptum illud ecclesiæ de communicando in paschate. Secus tamen esset, si videns & sciens se esse indignum communicaret, nam tunc contemnere videretur sacramentũ ipsum, præceptumque de illo, potius quàm illud implere, & eadem ratione non est in hoc audiendus Siluest. *Siluest.* verb. confessio. §. 7. vbi asserit confessionem illam, quæ propter inanem gloriam fit, inualem esse, & non impletiuam præcepti, non, inquam, in hoc est audiendus, eò quod per actum malum præceptum adimpleri potest, vt dictum est. ¶ Colligitur etiam, tenendum esse absque dubio, censuras quæ vnoquoque anno fulminantur aduersus eos, qui illo anno nõ sunt confessi, non tangere huiusmodi pecca-

peccatores impœnitentes, si quidem præceptum ecclesiæ adimplent. ¶ Opinione tamen istam secundam intelligendam esse arbitror, quando pœnitens facit totum id ad quod tenetur, proponitque firmiter se id ipsum deinceps facturum sed nihilominus prudens confessor, vt hoc experiatur, optimè facit differendo illi absolutionem per aliquod temporis spacium, & profecto adimplere tunc videtur præceptum, ac subinde ab excommunicationis censura excusari. Nimis enim crudele ac pietate ecclesiastica indignum videtur, vt pœnitens totum quod potest faciat, & tamen præceptum non adimpleat, ac excommunicationem incurrat. Secus si in fraudem confiteatur, nempe, vt excommunicationem vel infamiam euadat, vel si sua culpa nolit in presenti facere totum id quod potest, vt concubinam eiicere, vsuras relinquere, &c. Tunc enim non est dubium, quin præceptum non adimpleat, imo non videtur confessionem sacramentalem fecisse. ¶

Animaduertendum est tamen quod per nullam confessionem impletur diuinum præceptum nisi absolutio sacramentalis superaddatur, sine qua sacramentũ pœnitentiæ non est, ita tenet expresse Adrianus & Cano in locis supra allegatis. Nec obstat prædictis id quod obijci solet, quia ecclesia solum limitat præceptum Dei de confessione, præfigendo tempus certum, & personam, quibus fieri debeat confessio, si ergo non impletur præceptum diuinum per talem confessionem, nec ecclesiæ præceptum adimpletur, non, inquam, obstat, quia ecclesia limitando diuinum præceptum non semper ducit in obligationem ad certum tempus id quod diuino præcepto est mandatum, sed nonnunquam aliqua præparatoria, quibus regulariter homines assurgunt, ex plere: quod in determinatè sine loci ac temporis limitatione à Deo est præceptum. Verbi gratia, præceptum colendi

A Deum interiori cultu latriæ per amorem, seu diligendo Deum super omnia dicitur limitasse præcipiendo sanctificationem diei dominicæ, per cessationem à seruii opere, & auditionem missæ: Non tamen censetur ille transgressor præcepti ecclesiæ, qui cessando ab opere seruii & audiendo missam, non assurgit in illam dilectionem Dei super omnia præcepta diuino mandato. Ita in proposito de limitatione præcepti quo ad confessionem.

Dubium nõ dissimulandum ex prædictis oritur, vtrum hæc confessio informis recedente fictione suum effectum sortiatur? Cui dubio, ommissa opinione Adriani vbi supra dubio. 5. & Gabrini. 4. dist. 17. quæst. 1. art. 3. dub. 2. qui tenet partem negatiuam, imo & Soto videtur vbi supra adherere huic sententiæ, ommissa inquam hac opinione, sit conclusio affirmatiua, nempe quod si ille qui fecit confessionem informem recipit absolutionem, consequitur effectum confessionis recedente fictione, quia verum sacramentum per illam confessionem recipit. Secus quando non accessit absolutio, quia tunc, cum non recepit verum sacramentum, licet impleat præceptum ecclesiæ, non consequitur effectum confessionis illius informis recedente fictione, & hoc probat tertia ratio, quam facit Soto supra, non autem probat quod per illam confessionem non impletur præceptum ecclesiæ. Probatur modo nostra conclusio: tum autoritate, quia illam tenet sanct. Thom. in. 4. dist. 24. artic. 4. quæstio. 1. & Caieta. & Capreolus: tum etiam ratione: ¶ quia si recedente fictione confessio informis valida suum non consequeretur effectum, apertè sequeretur, quod darentur plurima peccata remissa sine ordine ad clauas ecclesiæ quod tamen hæresim damnatam Petro Oxomensi esse constat, sequela probatur, quia quando postea conteritur, remittuntur illi peccata iã cõfessa, &

non virtute confessionis præteritæ, vt debent concedere tenentes contrariam sententiam nec virtute confessionis futuræ. ¶ Nam huiusmodi poenitens nõ tenetur rursum cõfiteri peccata quæ semel confessus est, quia si sententia in aliquo foro semel fuit valida non opus est eam iterum ferri: sed solum tenetur fictionem suam post modum confiteri: recedente igitur fictione, sacramenti effectum consequitur. Hæc consequentia probatur, quia illi homini apertum est regnum cœlorum, quod erat clausum per huiusmodi peccata, & hoc virtute clauium, quia non aliter peccatoribus, quam per clauis regnum clausum aperiri potest, nam non est dicendum, quod virtute contritionis quam postea habet. Nec alia ratio nisi hæc Diuum mouit Augustinum, vt assereret, Baptismum recedente fictione, suum effectum consequi. Quia si postea peccator fecte baptizatus, conteratur, & asseras, gratiam illi conferri ex contritione, non autem ex vi baptismi ante suscepti: tunc huiusmodi non renatus esset ex aqua & spiritu Sancto: quare iuxta domini sententiam, non intraret in regnum cœlorum. Cum igitur poenitentię sacramentum sit necessarium ad salutem peccatoribus baptizatis (vt dictum est) si cui ex vi solius contritionis peccata remitterentur, huic sine remissione sacramentali condonarentur: cum tamen scriptum sit Ioan. 20. quorum retinueritis, retenta sunt: tenenda igitur est hæc nostra sententia. Et licet sit necesse causam naturalem simul esse cum effectum, vel reliquid relinquere loco sui, quod simul re effecta sit: attamen causam moralem non opus est simul esse cum effectum, sed satis est fuisse. Miles nanque strenuus propter re præclare ac fortiter in bello gestam, meruit coronam apud cæsarē, transactaq; illa re præclare gesta, recipit illam mercedem à rege. Nec solum id tribuendū

A esse existimo baptismi & poenitentię sacramentis, quæ sunt de necessitate salutis, verum etiam pie credendum est, hoc habere etiam sacramentum ordinis & confirmationis, cum repeti nõ possint, & fructus istorum sacramentorum ordinatis & confirmatis sit per necessarium. Imo Caietanus in additionibus tertię partis. quæst. 5. de confessione absolute asserit, quod inuicem hoc habent omnia sacramenta, sed nulla ratione conuincente hoc probat, vnde solum de ordine & confirmatione hoc vero simile est, ne perpetuo suo fructu priuentur, & per hoc respondetur ad diuum Thomam dicentem, & sic tiam est in alijs sacramentis: non enim dixit in omnibus, hoc nanque satis est ad seruandam ac verificandam præfatam literam. Vel fortè voluit Diuus Thomas dicere, quod alia sacramenta recipi possunt à fictis. Signanter dixi, pie credendum est, quia ego non inuenio causam cogentem, vt id quod tribuimus baptismi & poenitentię, alicui alij sacramento absolute & simpliciter tribuamus: quia proprius effectus istorum duorum sacramentorum est aperire ianuam regni cœlorum.

D XXI. DIFFICULTAS.

Vtrum ex attrito semper fiat poenitens contritus virtute sacramenti?

Impræsentiarū non quærimus, an attritio fieri possit contritio, quia de hoc iam supra tenuimus partem negatiuam. Sed quærimus an poenitens habens solam attritionem fiat contritus virtute sacramenti recepti? Cui quæstioni vnica conclusione respondetur, nempe quod in tribus casibus contingit fieri poenitentem ex attrito contritum. Primò quocūq; genere attritionis sit attritus, si existimat sese præstisse qd erat necessariū, ignoratq; inuincibiliter, se nõ habere sufficentē dispositio nē: quia

D. Tho.

is non ponit obicem, sed bona fide accedit ad sacramentum. Et hoc modo omnia sacramenta ex attrito contritum faciunt. Quod D. Tho. manifeste tradit in commentarijs super Ioan. cap. 11. in verbum illud, soluite. Secūdo cum quis de testatur omnia peccata mortalia & id circo confitetur, ne scilicet per peccatū excludatur à gloria, vel non in inferni ignem conijciatur, est enim attritio illa efficax ac idonea dispositio, quæ ex timore pœnarum supernaturaliū procedit ad gratiam percipiendam per sacramentum baptismi & poenitentię. Ita tenet D. Thom. in 3. part. quæst. 80. arti. 4. ad 2. & in 4. sent. dist. 24. quæst. 1. art. 3. quæstio. 1. ad 3. ratio etiam quam adducit non est contemnenda: quia sacramentum baptismi & poenitentię per se ordinantur ad præstendam vitam mortuis, quo circa proderit illis, modo habeant attritionem, per quam tollitur boex & complacentia in peccatum commissum.

D. Tho.

Tertio etiam, forsitā fit de attrito contritus poenitens, quādo attritio procedit ab amore naturali Dei super omnia, nepe quia considerat, Deum summum bonum esse & quod ipse donat nobis quid quid habemus, & quod est gubernator totius vniuersi: & ob id dolet de peccatis in Deum commissis: forsitā enim talis attritio est dispositio idonea, vt virtute sacramenti baptismi & poenitentię gratia conferatur: quia talis etiam attritio tollere videtur complacentiam in peccato & obicem sacramenti. Sed oritur dubium graue hic, & quidem necessarium, ac dignum scitu. An attritio scita & cognita sit sufficiens dispositio ad poenitentię sacramentum, effectum que illius scilicet gratiam suscipiendū, an vero sit necessaria contritio vera vel existimata. De hac re duas omnino extremas inuenio opiniones, alteram negatiuam, quam Soto expresse tenet lib. 2. de natur. & gra. cap. 5. & super artic. 1. quæstionis nouæ additionum. Eandem

Soto.

A etiam tenere videtur Caieta. in opuscu. Caiet. de confessione informi & in summa verbo confessio conditione. 12. Ait enim Soto, quod si quis diceret se non poenitere, nec dolere propter Deum ipsum, quod ipse eum absolueret non auderet, alteram vero affirmatiuam, quā diuus Thom. in 3. par. quæst. 80. arti. 4. ad 2. tenere videtur, vbi insinuat diuersam ad eucharistię sumptionem dispositionē requiri, ab illa, quæ ad baptismi & poenitentię sacramenta recipienda exigitur. Inquit nanq; baptismum & poenitentia esse quasi medicinas purgatiuas, quæ quidem ad febrem peccati tollendā adhibentur. At vero eucharistię sacramentum esse veluti medicinam confortatiuā quæ non nisi liberatis ab infirmitatibus peccati adhiberi debet, & in 4. dist. 24. quæst. 1. artic. 3. quæst. 1. ad 3. dicit, duo hæc sacramenta in peccatorum remedium instituta sunt. Sentire igitur diuus Thom. videtur, posse hominem in sacramentali confessione cum conscientia peccati mortalis posse absolui. Dein de probatur, quia cum perspicue ex eodem Diuo Thom. 3. par. quæst. 79. art. 3. ad 2. constat, licere homini cum sola attritione ad baptismum accedere, ego non video, cur etiā ad poenitentię sacramentum cum eadem attritione accedere non liceat quandoquidem de vtroq; æqua ac par ratio esse videtur. Nam sicut baptismus est quædam spiritualis regeneratio: ita & poenitentia est quædam resuscitatio: etiam si hoc intersit, quod baptismus, eod quod est regeneratio, nullam non solum charitatis, sed nec fidei vitalem spiritualem operationem supponit: vt patet in pueris, & in adultis tantum ad obicem tollendum requiritur. At vero cum poenitentia sit resuscitatio subiectum spirituale saltem per fidē informē, ac baptismalē characterē præsupponit. Quo circa operationes aliquas saltē informes exigat nepe peccatorum dolorē cū proposito cauedi in futurū, subiiciendiq; sese ecclesię clauibus. Ad hæc

D. Thom.

D. Thom.

autem omnia profecto, attritio scita sufficere videtur, ex eo quod scientia vel ignorantia nec tollere nec mutare dispositionem per se sufficientem, ac necessariam ad sacramentum, & illius effectum, potens est. Secus de eucharistiae sumptione. Quia enim actum vitalem non tantum fidei, verum etiam charitatis praesupponit: fit, ut qui cum attritione scita hoc diuinum sacramentum recipit minime à peccato mortali excusetur. Postremo probatur, nam secundum primam opinionem ei, qui sciret se non habere contritionem, nullatenus ad poenitentiae sacramentum accedere liceret, nec si dubitaret, sed iudicio meo nemo est, qui dubitare non possit. Omnes igitur cum tali dubitatione accedendo mortaliter peccarent. Quod tamen concedere non minima inconuenientia afferret. Hanc sententiam tenet magister

Cano.

Secunda conclusio. Non omnis attritio scita sufficiens est dispositio, nec e contra omnis insufficientis ad poeniten-

1. Conclusio.

2. Conclusio.

tiæ sacramenti effectum percipiendum, sed oportet ad attritionis causas respicere, & secundum illas de sufficienti vel insufficienti dispositione iudicare. Sunt namque plures attritionis gradus: quos iam supra difficultate. 3. de contritione recensuimus, scilicet cum dolor de peccatis ex timore infamiae, vel cuiuscunque damni temporalis oritur, ut cum quis peccata detestatur, proponitque ea confiteri ne ab ecclesia eiciatur, vel ne pecunia mulctetur, & vel cum habet pro suae displicentiae motivo poenas inferni euitare, vel dolet de peccatis propter Deum amore naturali dilectum, siue tunc suam discutiat conscientiam, ac doloris imperfectionem, siue ex negligentia huiusmodi examen omittat. Et de his est tertia conclusio, hæc attritio nequitiam est sufficiens dispositio ut virtute sacramenti quis contritus fiat, gratiamque recipiat. Et hoc modo verificari Caiet. & Soti sententiam arbitror. De hac attritione loquitur videtur Caiet. in illa conditione. 12. siquidem de meretricibus & usurarijs, ac concubinarijs ponit exemplum: qui quidem non peccandi velleitatem tantum habent, hos namque non esse absoluendos asserit, quamuis illorum confessiones ab ecclesia recipi debeant ut in capitu. quod quidam de poeni. & remissio. decernitur. Quarta conclusio, attritio quæ ex poenarum supernaturalium timore, vel ex dilectione naturali Dei super omnia oritur, si ad voluntatem peccandi excludendam sit sufficiens, etiam cognita erit idonea dispositio ad gratiam per hoc poenitentiae sacramentum percipiendam: ut cum quis omnia peccata mortalia detestatur, & ob id de illis confitetur, ne à gloria excludatur, vel ne in gehennam inferni conijciatur, & si cognoscit se contritionem non habere sed solam attritionem, licite ad baptismi & poenitentiae sacramenta suscipienda accedit: hæc enim duo sacramenta licite ab his, qui peccati mortali-

Caiet. Soto.

4. Conclusio.

mortalis conscientiam habet, recipi possunt, modo attritionem habeant, qua obex & complacencia in peccatum commissum tollatur. Nam cum hæc duo sacramenta sint medicinae contra morbos anime directè instituta, ac parata dicto profecto absurdum erit, asserere, quod nullus, qui se ægrum esse cognoscit, iuste eas sumere queat. Quemadmodum res penitus esset absurda asserere, quod medicinas corporales, à natura potissimum institutas ad corporis infirmitates curandas sumere non posset nisi sanus, aut qui iam se esse sanum existimaret. Per has conclusiones non solum has duas opiniones, verum etiam diuersa Diui Thomæ dicta conciliari posse arbitror. Sed nobis, qui secundam tenemus incumbit ad argumenta satisfacere, quæ propria fieri solent: quorum primum est, quia ex usu bonorum confessorum qui semper poenitentes ad contritionem inducunt, perspicuum est, contritionem ipsam, partem huius sacramenti esse, ac subinde attritionem cognitam non sufficere. Cui facile respondetur dicendo quod non ex necessitate simpliciter, sed tanquam quod ad id melius est, concilia & sancti confessores ad contritionem inducunt. Secundo dicitur quod nomine contritionis attritionem intelligunt, nempe dolorem sufficientem ad hoc, quod confessio sit sacramenti materia: quæ quidem attritio aliquando tanta esse potest, ut non solum eam habens ex ea verum efficiat sacramentum, sed etiam sacramenti fructum (qui est gratia) consequatur. Quandoque verò poterit esse inferior, & minor dolor, qui licet ad verum percipiendum sufficiat sacramentum, non tamen ad statim consequendam gratiam, sed in posterum, recedente fictione: nec concilia, & sancti tractant, an contritio scita vel ignorata sit sufficiens dispositio ad gratiam consequendam. Nec quando attritio sit tanta, ut cum sacramento poenitens gratiam consequi valeat, nostri intellectus capacitas ittingit. Secundum

argumentum sumitur ex sacra Tridentina synodo, sessio. 6. cap. 14. vbi, docendum est (inquit) Christiani hominis poenitentiam, quæ fit post baptismum, longè diuersam esse ab ea, quæ fit ante baptismum: prima enim non tantum exigit à peccatis cessationem, & eorum detestationem, verum etiam cor contritum, &c. ad illam autem poenitentiam, quæ baptismum præcedit, sufficit odium aliquod, ac peccati detestatio, igitur contritio vera, vel saltem existimata ad hoc sacramentum requiritur. Ad hoc argumentum respondetur quod intentio concilij illic ex professo erat assignare discrimen inter poenitentiam præcedentem baptismum, & poenitentiam ipsum subsequentem, quantum ad hoc, quod præcedens non exigit confitendi votum sacramentaliter: at vero subsequens ipsum in noua lege includit votum confitendi: ex necessitate voluit ergo concilium innuere maiorem dolorem, firmiterque propositum ad poenitentiam habendam post baptismum, quam ante baptismum requiritur: in neutro tamé casu requiritur ex necessitate contritio vera, nec existimata. Non obstat aliud quod fieri solet, quia ille qui cum attritione scita accedit, non dignè accedit: ergo non est sufficiens huiusmodi attritio. Non inquam obstat, nam si hæc ratio vim aliquam haberet: probaret etiam, quod cum tali attritione indignè ad baptismum acceditur, si quidem ratione peccati mortalis, vel saltem originalis immundus quis accedit. Secundò & melius respondetur, quod ille qui cum attritione accedit scita, accedit indignè non contrariè sed negatiuè, quæ quidem dispositio per se est necessaria, & sufficiens, ut agens, & passum proportionentur, taliter, ut virtus agentis, resistentiam passi vincat, passumque recipere possit actionem agentis. Sic etiam impræsentiarum, dicendum est, quando quis attritionem scitam habet, nec est petitio principij, nam cum poenitentia sacramentum mortuorum sit,

Cõc. trid.

& eorum vivificatio: minime asserere licet, mortuum, & immundum indignè ad hoc sacramentum accedere, quandoquidem fons est, vbi lauatur, & mundatur peccator à sordibus suorù delictorù.

⊕

De ministris sacramenti penitentiae?

XXII. DIFFICULTAS.

Utrum solus sacerdos sit minister huius sacramenti.

1. Concl.

Conci. Flo.

Vvalda

August.

Mat. 16.

Mat. 18.

Ioan. 20.

Respondetur huic difficultati quinque conclusionibus, & earum prima sit. Solus sacerdos rite ordinatus, est minister sacramenti penitentiae. Hæc conclusio tenenda est secundum fidem catholicam, habetur enim diffinita in concilio Florentino, & eius contraria sententia est articulus tertius decimus à Leone tanquam pestilentissima hæresis Lutheri condemnatus, & prius fuit error Vitclef, ut refert Thom. Vvalden. tom. 2. de sacramentis. cap. 135. & probatur nostra conclusio, nam absolutio fit virtute clauium: ita quod nullus potest absolvere in foro penitentiali, nisi habeat claves cum claves ordinentur ad absolvendum: at vero nullus habet claves nisi sacerdos, cum claves dantur in sacerdotalis ordinis collatione, solus ergo sacerdos est minister, atque illi soli confessio sacramentalis est facienda: ita nanque tenet expressè Divus Augustinus, cuius verba habentur de penitent. distinctione. 6. qui vult, inquit, confiteri peccata sua, ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem. Solis enim Apostolis ac subinde eorum successoribus sacerdotibus Christus dixit: quorum remiseritis peccata, &c. & Matth. 16. Petro singulariter dictum est: Tibi dabo claves regni cælorum: quodcumque solueris, &c. & Matth. 18. Apostolis idem verbum repetitum est. Quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo, &c. Ioan. in super. 20. capit. soli Petro dixit: Pafce oues meas. Veri-

tas hæc postremò nempe quod sit solis sacerdotibus confitendum & non laicis, quantumcunque bonis & deuotis, habetur in multis capitibus de penitentiæ. distin. 1. ut in cap. quem penitet, & cap. agite penitentiã, & cap. Quidã, & multis alijs. Et expressius habetur hæc conclusio diffinita in sacro cõci. Tridè. sess. 14. c. 6. & can. 10. præterquã quod ex ecclesiæ traditione liquido constat. Sed dubium est, utrum in absentia sacerdotis teneantur confiteri laico? Pro hoc sit secunda conclusio in ordine. Quãuis Christi fideles constituti in necessitate, non teneantur, ex aliquo præcepto diuino aut humano confiteri peccata sua laicis, nihilominus licebit confiteri illis, ut cum quis periclitatur in articulo mortis, ut solet frequenter contingere nauigantibus, quibus desunt sacerdotes. Conclusio hanc tenet Magister sententiarum in. 4. distin. 17. c. 5. vbi adducit Augustinum in lib. de vera & falsa penitentiæ. distin. 2. cap. quem penitet, & Cyprianus. 3. libro Epistolarum, epistola. 9. Et hæc est communis omnium scholasticorum sententia in eadem distin. Vbi sequuntur Magistru sent. & prima pars conclusionis notissima est, cum huius confessionis non fiat mentio in cap. omnis vtriusque sexus, tantum enim illic præcipitur, ut vnusquisque proprio sacerdoti confiteatur. Nec verba illius c. quem penitet sonant præceptum, sed commendationem virtutis confessionis, quæ tanta est, ut possit fieri laico. Tertia conclusio. Non tantum est licitum confiteri laico vbi deest sacerdos, verum etiam bonum & vtile. Hæc conclusio est contra Scotum in. 4. distin. 17. arti. 2. & probatur. tum, quia ecclesia non condemnat istam confessionem: tum etiã, quia ex erubescencia ac pudore magis excitantur ad dolorem peccatorum ac deuotionem confitentes peccata sua laicis, ac ex consequenti peculiariter distinctiusq; detestantur peccata. Itẽ, quia poterit ab illo amico consiliu accipere: & mede-

Con. tri.

⊕

2. conclus.

M. sent.

Cypri.

⊕

3. Concl.

Scotus.

& medelam suis curandis morbis. Vnde, non impedit, ut quis dispendiu propriæ famæ faciat, ob tantum spirituale bonum consequendum.

4. Conclu.

⊕

⊕

1048. 20.

D. Tho.

Soto.

5. conclus.

Quarta conclusio. Laicus huiusmodi confessionem audiens, non potest sacramentalem absolutionem impendere confitenti, & si ipsam de facto impendat, non manebit confitens absolutus: nec per huiusmodi absolutionem remittuntur mortalia nec venialia. Nam solis presbyteris tradita est potestas absoluedi: cum solis illis dominus dixerit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Ioannis. 20. Poterit tamen illum absolvere deprecatiue dicens, misereatur tui, &c. Quo fit ut non conferat tunc Deus eandem gratiam, quam conferret per sacramentum, nec si poenitens est tantum attritus, eius attritio fiet contritio, quia vbi non est sacramentum, non est speranda alia gratia quam quæ actui detestationis respondet, sed si ille accedit contritus, Deus acceptat suam voluntatem, postquam non potest habere copiam sacerdotis. Quare cum dicit D. Thom. in illa distinctione citata. quæstione. 3. articulo. 3. quæst. 2. ad primu: quod confessio laico ex desiderio sacerdotis facta, sacramentalis est quodammodo, quamuis non sit sacramentum perfectu, quia deest ei id quod est ex parte sacerdotis: non intelligitur quasi sit pars sacramenti, sed quod habet quandam imitationem sacramentalis confessionis, ita exponit Soto in. 4. distinctione. 18. quæstione. 4. argum. 1. Vnde non eodem prorsus vinculo tenetur laicus ad sigillu secreti, quo tenetur sacerdos: tenetur tamen maiori quam si illud sub secreto alio quocumque audiret citra sacramentalem confessionem, & ideo graue committeret peccatu mortale, si illud reuelaret, & esset supplicio dignus. Quinta conclusio. Licet laicus audiens confessionem huiusmodi & de facto absoluens confitentem absolutioni

A sacramentali grauissimè peccet & sit maximo supplicio dignus tanquam sacrilegus: non ideo tamen efficitur irregularis. Hanc conclusionem tenet Syluest. in verb. confess. 1. §. 1. & quamuis Palu. in d. 17. q. 3. magis inclinet in contrariã sententiam, nempe quod esset irregularis: probabiliorem tamen reputo conclusionem nostram, cum non sit expressum in iure: quod in hoc casu de quo disputamus, incurratur irregularitas. Regula nanque est valde notabilis, quod irregularitas vel excommunicatio non incurritur nisi pro aliquo facto, de quo habetur expressa poena huiusmodi in iure, ut patet aperte ex cap. his qui. de sent. excom. in. 6. & de poen. d. r. c. poenæ: vbi dicitur poenas legum interpretatione esse moliendas, non exasperandas. Quo fit ut tex. ille quem contraria opinio pro se adducit. Extra de cler. non ordin. minist. ca. si quis baptizauerit aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem & presumptionem, nulla instate necessitate ac si esset ordinatus, & ei liceret ex officio, abijciatur de ecclesia, & nunquam ordinetur. non sit extendendus ad alia sacramenta, ut vult alia opinio, sed ad baptismum restringendus, & ad alia diuina officia, cum poenale quoddam sit.

Syluest. Palud.

B

C

D

XXIII. DIFFICULTAS.

Utrum sit necessarium proprio sacerdoti confiteri?

Hic difficultati aliquibus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Necessarium est quod confessio fiat aut proprio sacerdoti, aut cui ipse commiserit. Probatur conclusio ista. Nam ut dictum est, licet omnes & soli sacerdotes habeant claves, non tamen omnes habent materiam, id est parochianos, in quos possint exercere vsum clauium: sed soli illi qui auctoritatem habent absoluedi. scilicet ordinariam, vel superioris commissionem, ut habetur in concilio Florent. vbi

Syluest. Palud.

⊕

⊕

Pri. conclus.

Con. Flo. vbi

Vbi annotato, quod non sufficit ad sacramenti poenitentiae administrationem, sacerdos requiritur enim ultra sacerdotalem potestatem, alia potestas, quae est iurisdictionis. Communiter enim dici solet, quod duplex potestas requiritur, ordinis scilicet & iurisdictionis: quarum si una deest, non solum peccabit mortaliter, sed absolutio sacramentalis erit nulla. Quod peculiare est in hoc sacramento, nam baptismus collatus à non habente iurisdictionem, & ordo similiter validus est. Et quidem potestas ordinis ex sacerdotio habetur, quam omnes sacerdotes rite ordinati habent: potestas vero iurisdictionis habetur, vel ex officio pastoralis, & isto modo habet illam Romanus Pontifex, qui est vniuersalis totius ecclesiae pastor, & episcopus in suo episcopatu, & parochus in sua parocchia. De qua re videndus est Syluester in verbo, confessio. 1. & Petr. à Palud. in. 4. dist. 17. q. 3. art. 2. Est etiam potestas iurisdictionis in illis omnibus, quibus ex officio sua cura animarum incumbit, & iurisdictionem hanc habent ex electione: vt generales in toto ordine. ¶ Prouinciales in suis prouincijs. ¶ Abbates, & priores & in suis conuentibus, & sic in alijs religionibus respectiue. ¶ Qui omnes sub Pontifice maximo, sunt ordinarij praelati, qui committere solent audientiam confessionum. Solus enim proprius ordinarius, qui propriam habet animarum curam, si non sit iure prohibitus, neque haereticus, vel nominatum excommunicatus, vel manifestus percussor clericorum, potest cuicumque alij sacerdoti non iure impedito facultatem suam concedere absoluendi suos subditos. Sicut ipsi sine illa commissione, vel priuilegio possunt illos absolueri, quam quidem auctoritatem iure diuino habent. Quamuis enim in potestate ac libertate summi Pontificis situm sit, huc vel illum in episcopum creare, sed postquam illum praefecit, ac creauit, iure diuino habet huiusmodi potestatem supra omnes subditos

suos, & ad eundem modum licet ex voluntate cardinalium pendeat, hunc vel illum in summum pontificem eligere, postquam tamen rite est electus, iure diuino habet potestatem supra vniuersalem ecclesiam. Similiter praelati religionum electione canonica electi habent iure diuino auctoritatem supra subditos suos. ¶ Alij vero habent hanc potestatem ex commissione, vt sunt omnes expositi confessores, expositi, inquam, vel à Papa vel ab episcopis, vel à curatis, & qui ex commissione hanc auctoritatem habent, non dicuntur proprii sacerdotes. Aliud est enim esse legitimum sacerdotem, & aliud proprium, vt proprius sit ordinarius. legitimus tamen est, quicumque id potest siue propria siue commissam auctoritate. Et isti sic delegati non possunt alijs committere facultatem illis commissam, nisi in illa facultate fuerit expressum, vt possint subdelegare. Quando tamen substituuntur loco curatorum per episcopos, fit eis potestas subdelegandi. Superior vero, nisi mortuo vel amoto priore, non est ordinarius.

Secunda conclusio. Non sufficit ad veram absolutionem consequendam confiteri peccata sacerdoti habenti iurisdictionem in altero episcopatu, vel in altera parocchia. Sed requiritur vt suo proprio sacerdoti confiteatur. Hanc conclusio patet ex cap. omnis vtriusque sexus. vbi expresse praecipitur, quod nullus sacerdos nisi de licentia proprii sacerdotis, possit absolueri vel ligare quempiam, qui non est suus parochianus.

Tertia conclusio. Ad eum necessarium est iure diuino, vt sacerdos habeat iurisdictionem, ad absoluendum, vt si simplex sacerdos absoluat à mortalibus, non tantum peccet, verum etiam factum non teneat, quemadmodum si laicus attentaret absolueri vel consecrare nihil faceret: & oppositum asserere est haeresis manifesta. Conclusio haec praeter hoc quod habetur definita in concilio Florentino, vbi expresse decernitur, ministrum sacra-

sacramenti poenitentiae esse sacerdotem iurisdictionem habentem, & in concilio Trident. Sess. 14. cap. 6. & 7. & cano. 10. diffinitur idem, praeter hoc, inquam, nonnullis rationibus ostenditur, quartum prima sit. Vt vniuersalis ecclesia à principio vsque ad nos semper habuit, vt nullus confessor audiat, neque absoluat nisi iurisdictionem ordinariam vel delegatam habeat: hac enim ratione sunt distincti episcopatus, & distinctae parochiae, nam alias magna esset in ecclesia confusio, vnde consuetudo ecclesiae vbiq; obseruata habet, vt confessio facta sacerdoti non habenti iurisdictionem iteretur, tanquam non valida. Ait enim D. Thom. 3. par. quest. 82. art. 1. ad. 4. Quod sacerdos in sua ordinatione non accipit potestatem supra corpus Christi mysticum, licet ei per ecclesiam dari possit. Secunda ratio est, quia cum confessio sit quoddam iudicium, & absolutio sententia (vt dictum est) consequitur ex necessitate, iurisdictionem in absolvente requiri, quam tamen non habere simplicem sacerdotem omnibus comperitum est, ac subinde non omnes sacerdotes posse quemlibet absolueri, fateri oportet. Praeterea in cap. si episcopus. de poenit. & remiss. in. 6. statuitur, vt nulla consuetudine introduci possit, vt aliquis absque sui superioris licentia confessionem sibi eligere valeat: at vero si hoc de iure humano esset, non dubium est, quin consuetudine introduci posset.

Quarta conclusio. Parochialis sacerdos tenetur parochianorum confessiones audire, quando ipsi tenentur confiteri, puta semel in anno & in articulo mortis. Hanc conclusio certissima est: quoniam iniquum esset ius gregem obligas confiteri, inquit Soto, nisi pastorem obligaret audire. Imo non solum curatus parochialis tenetur confessionem subditorum audire temporibus dictis: sed quoties illi rationabili causa voluerint confiteri, ita tenet Soto in. 4. distinct. 18. q. 4. ar. 2. contra Ricard. in eadem dist. Et

probat, nam hoc onus secum affert officium pastoris, vt quoties onis rationabili causa pabulum illud poscit, teneatur ei pastor porrigere. Intelligitur tamen conclusio, nisi sacerdos sit alijs negotijs vacans: quare tunc non possit poenitentem audire, & tunc debet esse facilis in concedenda facultate alteri confitendi.

Quinta conclusio. Licet ita sit, vt praedictum est, quod semper tenentur Christiani proprio sacerdoti confiteri. Sunt tamen aliqui casus in quibus quilibet sacerdos fortitur subditum, sic vt possit illum sacramentaliter absolueri à peccatis.

Primus casus est ratione necessitatis, vt in articulo mortis cum deest proprius sacerdos: potest quisque à quocumque sacerdote absolui, non solum à quibuscunque peccatis, quantumcunque vel à iure vel ab homine reseruatis: verum à quacunque excommunicationis sententia, vt aperte constat ex cap. pastoralis. de officio ordi. Nec tantum intelligitur haec conclusio, quod potest existens in articulo mortis absolui à quocumque catholico sacerdote etiam excommunicato nominatim suspensio, & degradato, & irregulari. Verum & sentiunt plures viri docti licitum esse tunc absolui à praefato. L. haeretico & apostata, qui amissa fide non sunt membra ecclesiae, vt sunt Petr. à Palud. in. 4. distinct. 25. q. 1. & Maio. d. 17. & gl. extra. de spōsa. ca. non est vobis. Et D. Tho. id sentire videtur, in dist. 19. q. 1. arti. 3. q. 1. & dist. 20. art. 1. q. 2. Et quidem quoad hoc quod possit absolui à quocumque catholico sacerdote constitutus in mortis articulo, nequaquam dubitandum est. Non enim apparet causa, quare fideles in articulo mortis priuentur sacramento ex diuina institutione ad salutem necessario praesente catholico sacerdote etiam excommunicato & suspensio, &c. Praesertim quia cum homines ferè non contritionem, sed attritionem habeant, durum esset, hominibus maiore ex parte imbecillibus, in tali periculo velle deesse. Quo ad id autem quod

Syluest. Palud.

E

E

E

E

2. Conclusio

3. Conclusio

4. conclusio

Soto.

Soto. Ricard.

5. Conclusio

Primus casus

Palud. Ioan. maior

Soto.

Soto.

Soto.

Soto.

Soto.

Silu.

quod possit absolui ab hæretico & apostata Silu. in verbo, confessor. 1. §. 20. tenet quod non potest fieri eo quod non solum vsu iurisdictionis carent, verum & iurisdictione, siquidem fidem amiserunt. Et certè probabilis est valde hæc sententia, maxime quia hoc sacramentum non tam necessarium est quam baptismus. Sed tamen quamuis ita sit, nihilominus probabilior reputo primam sententiam: & hanc tenet Cano in sua relectione de poen. & probat, quia Deus non deficit in necessarijs: sicut igitur potest quilibet in articulo mortis licite baptizare non obstante quacunque ecclesiastica censura & prohibitione, ita etiã in eodem articulo quilibet sacerdos licite poterit absolui, cum vtrunque sit sacramentum necessitatis, & vtrunque iure diuino præceptum. Item probatur, quia necessitas caret lege, vt habetur in cap. quod nõ est. de regul. iuris in. 6. nõ ergo existimandum est, ecclesiam legem qua præcipit amouet à sacramentorum ministerio, ad extremum necessitatis articulum extendere voluisse. Tu vero lector tene quam malueris. Merito dubitari solet, quo iure diuino, an humano & ecclesiastico simplex sacerdos possit absolui in articulo mortis constitutum. De qua re sunt duæ extremæ opinioniones, quarum vtraque fundamentum habet in D. Thom. Et quidem quod iure humano simplex sacerdos habeat hanc autoritatem, tenet Duran. in. 4. distin. 19. q. 2. tanquam magis probabile, & fertur tenuisse magister Victoria, & tenet expresse magister Soto. Et doctores isti habent fundamentum in D. Thom. qui in add. 3. par. quæst. 8. ar. 6. ad primũ, dicit, quod aliquis potest vti iurisdictione alterius ex eius voluntate, quia ea quæ iurisdictionis sunt, committi possunt, unde quia ecclesia acceptat, vt quilibet sacerdos absolui possit in articulo mortis, ideo ex hoc ipso quis vsu iurisdictionis habet, quamuis iurisdictione careat. Item quæst. 40. artic. 4. ait, sacerdos

A habet duos actus, principalem scilicet consecrare corpus Christi, & secundariũ, scilicet præparare populum ad receptionem huius sacramenti. Quantum autem ad primum actũ potestas sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate nisi diuina, sed quantum ad secundum dependet ab aliqua superiori potestate, scilicet humana. Omnis enim potestas (inquit) quæ non habet exire in actum nisi suppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate, quæ omnes illas ordinationes facit: sacerdos autem non potest absolui, & ligare, nisi præsupposita iurisdictione, qua sibi subdatur illi, quos absoluit. Ratione quoque probatur, nam cum nec in sacris literis, nec apud aliquem sanctorum reperitur, Christum hanc potestatem absolui in articulo mortis dedisse sacerdotibus, & constet omnem potestatem iurisdictionis à sede apostolica ad alios sacerdotes deriuari: fit vt simplex sacerdos non habeat illam ex iure diuino. Secunda opinio, nepe quod huiusmodi potestatem habet simplex sacerdos ex iure diuino, & in sua ordinatione illam accepit ad absolui quæcunque, & à quibuscunque peccatis in extrema necessitate constitutum, sicut à venialibus & mortalibus iam semel confessis, & absolutis semper habet, (vt supra docuimus) innititur his, quæ Diuus Thom. dicit in quæstione. 8. citata, ar. 6. vbi asserit, quod quilibet sacerdos quantum est ex virtute clauium habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata. Sed quod nõ possit omnes ab omnibus peccatis absolui, hoc est, quia per ordinationem ecclesie habet iurisdictionem limitatam vel omnino nullam habet, sed quia necessitas legem non habet, ideo quando necessitatis articulus imminet, per ecclesie ordinationem non impeditur, quin absolui possit, ex quo habet clauis iure igitur diuino quilibet sacerdos secundum D. Thom. dicitur habere autoritatem absolui

D. Thom.

Cano.
Capreol.
Palud.

soluendi existentem in mortis articulo. Et huic sententia subscribunt magister Cano in sua relect. de poeni. & Capreol. distin. 19. & Petrus à Palud. distin. 17. q. 1. Ego vero quamuis vtramque probabilem reputem, secundam tamen probabilior existimo, tum, quia cum quilibet in mortis periculo constitutus iure diuino teneatur sua peccata confiteri, consequitur vt eodem iure quilibet sacerdos tunc eum audire & absolui queat. Tũ etiam, quia quilibet sacerdos iure diuino potest absolui à peccatis, nisi per ecclesiam impediatur, non autem impeditur in mortis articulo: ergo positum in tali necessitate iure diuino absolui valet. Tum denique, quia cũ secundum omnium opinionem in extrema necessitate cessent omnia iura humana, & recurrendum sit ad ius naturale, magis rationi consentaneum videtur, vt in extrema spiritali cessent leges humanae, & sit recurrendum ad ius diuinum: ac subinde quod iure diuino in tali articulo simplex sacerdos habeat præfatam potestatem. Et qui huic secundæ nobiscum adhaerit, cogetur dicere summũ pontificem non posse tollere istam potestatem à sacerdotibus cum illam habeant de iure diuino. Qui vero primam opinionem fuerit secutus, oppositum asserere necesse est, scilicet & quod potest papa à sacerdotibus eam tollere potestatem, & sibi aliquem casum referuare, à quo contritus in articulo mortis nequeat per alium, quam per ipsum absolui: siquidem secundum primam opinionem iure humano illam habent. Quod tamen quam absurdum & impiũ sit, quamque maximum inconueniens secum afferat iudicet vnusquisque. ¶ Sunt tamen hic quatuor annotanda circa hanc conclusionem. Primũ, quod articulus mortis dicitur, vbi mors frequenter solet accidere (vt retro docuimus) in hastarum enim ludis, in taurorum agitatione, in navigatione placidi maris, quamuis mors sequatur: non ta-

¶
1. Not.

men dicitur articulus seu periculum mortis, cum non frequenter sequatur mors. Articulus igitur mortis est in bello, in mari vehementer turbato, & in partu foeminae: de quo probabiliter propter causas naturales timeremus, & similiter cum mors iam est in fieri per causam naturalem aut violentam: nempe per infirmitatem, aut dum ministerio iustitiae est quis interficiendus.

B Secundum est, quod necessitas comunicandi non confert facultatem alicui, vt possit absolui à quolibet sacerdote, quando deest proprius sacerdos. Nam necessitas celebrandi missam quæ maius quid importat, quam necessitas comunicandi: non dat facultatem hanc, vt liceat cuicumque sacerdoti quemlibet absolui, sed dimittitur constitutus in tali necessitate intra terminos nõ habentium copiam confessoris.

C Tertium est, quod absolutus in articulo mortis à simplici sacerdote, satisfacit præcepto ecclesie de confessione annuali facienda proprio sacerdoti, tenetur tamen notificare ei, quod confessus est.

D Quartum est, quod sic absolutus ab excommunicatione per simplicem sacerdotem si cessante postea periculo liberatus fuerit, & quam cito commode potuerit contemplerit se præsentare illi à quo cessante tali periculo absolui debebat, ad implendum ea, quæ sibi præcepit facere, prout iustitia suadebit, ipso iure in eadem excommunicationis sententiam reincidit, vt habetur in cap. eos qui. de sent. excom. lib. 6.

E Secundus casus est ratione libertatis, pro quo sciendum est, quod libertas in proposito significat non subiectionem alicui particulari vt proprio sacerdoti, & hæc libertas tripliciter inuenit. Vno modo, quia persona nulli subditur, vt persona papæ: idcirco ille cui se subijcit, potest eum absolui à peccatis, & eo ipso quod aliquem eligit, per electionem tribuit illi iurisdictionem, & quem admodum

dum eo ipso quod in peccatū mortale labitur, iure diuino ad confessionem tetteretur, ita eodem iure iudicem sibi constituere tenetur. Et idem etiam est de episcopo, quod dum confessorem sibi eligit, tunc dat illi iurisdictionem in se, quā non habebat, & postquam illum cōfessorem sibi constituit, tam papa quam episcopus tenetur ei parere sicut ceteri fideles. Obligatur enim summus pontifex confiteri coram sacerdote sicut quilibet alius habens peccatum mortale. **E** Tenet D. Tho. in addi. 3. p. q. 6. ar. 3. ad 2. & q. 20. ar. 3. & probatur nam cū confessio sit de iure diuino obligans omnes fideles (vt ostensum est) & summus pontifex sit fidelis: consequitur, vt eodem iure obligetur. Licet enim quatenus papa est, minime superiorem in terra habeat: attamen quatenus est peccator, seipso, quatenus papa est, inferior efficitur. Et idcirco alteri à se electo in cōfessorem, quatenus papa est, tribuere potest supra seipsum potestatem, quatenus est peccator vt eius confessionem audire, eique absolutionem impendere queat, sicut cuiuscunque alteri sibi subdito, quia ex eo quod est papa non deterioris conditionis efficitur. Ita tenet Caietanus in opusculo. & Soto in isto loco: quam tamē auctoritatem minime ei dare potest, vt eū excommunicet. Longè enim diuersa ratio est de absolutione à peccatis & absolutione ab excommunicatione, eo quod ad bonam gubernationem rei præsens non expedit, vt papa excommunicetur, at vero vt absoluaatur à peccatis multum expedit vniuersitati Christianismi. Ex quibus iā liquido constat, ipsum summi pontificis confessorem ab ipso papa immediate potestatem accipere ad illum absoluendum. Nec me latet Petr. à Palud. in 4. distinctione. 19. quæst. Ca. preol. ibidem, & Cano in sua relect. de poenit. oppositam amplecti sententiam. Nempe quod omnes sacerdotes in sua ordinatione accipiunt potestatem immediate à Christo ad absoluendū ipsum

summum pontificem, cum eis confitentur: sicut ab illo accipiunt ad absoluendos alios à venialibus, & mortalibus iam semel confessis, & in articulo mortis. Et licet hæc posterior sententia probabilis sit, probabilior tamen mihi videtur prior, tum quia certè voluntarie dicitur, quemlibet sacerdotem in sua ordinatione iurisdictionem accipere supra papam, cum non constet ex aliquo sacrae scripturae loco, nec ex concilijs: tum quia cum papam apicem & culmē totius iurisdictionis habere, ab illoq; in omnes deriuari perspicuum sit: rationi consentaneum mihi videtur asserere, quòd quando confitetur supra seipsum tribuat iurisdictionem sacerdoti ipsi, cui subijcitur vt eum audiat, & absoluaat. Scio tamen vtranque opinionem fundamentum habere posse in D. Thom. **D. Tho.** eo quod aliquando dicit, quod sacerdos potestatem à Christo immediate accipit, aliquando verò à Papa: & ratio huius varietatis (ni fallor) est, quia quod potissimum requiritur ad absoluendum est ordo quem sacerdos in sua ordinatione à Christo redemptore nostro accipit, quia tamen, vt in actū exeat, subditum habere requirit, iurisdictione quæ est ab ecclesia & ab eius vicario necessaria est. Et per hoc facile conciliari poterunt hæc duæ opiniones. **¶** Secundo modo inuenitur hæc libertas in illis qui nūquam in eodem loco permanent: ex quo prouenit vt nulli particulari ministro sacramenti poenitentia subdantur, quia non est maior ratio quod subijciatur vni magis quam alteri, vt sunt vagabundi, qui vel nullibi habitant, sed vagantur, vel licet alicubi domicilium cū vxore & filijs habeant, communiter tamen sunt in continuo motu, ita quod in paschate etiam extra inueniri consueuerunt. Hi enim perinde ac vagabundi quoad sacramenta poenitentia & eucharistia censentur: & absolui possunt à quolibet confessore illius loci vbi inueniuntur tempore quo confiteri tenentur

nentur, vel ex deuotione communicare volunt, etiam à crimine reseruato in alia dioecesi, vbi illud commiserunt, quòd non reseruaatur vbi constantur. Possunt, inquam absolui à quolibet sacerdote parochiali absque licentia episcopi eiusdem loci, imò & ab excommunicatione, qui excommunicatus est in alia dioecesi, potest absolui auctoritate episcopi, vbi est & per diploma cruciatæ, si iam satisfecit præcepto. **B** Tertio modo inuenitur hæc libertas ratione materiae: nempe, quia in tali materia nulli confessori subiectus est, vt in peccatis venialibus contingit, quia nullus illa confiteri tenetur. Hinc est, quod propter illa nulli confessori subditur à iure: ac proinde quilibet ab vnoquoque sacerdote de huiusmodi peccatis venialibus sacramentaliter potest absolui. **E** Nam eadem voluntate, quae se cuiuscunque sacerdoti simplici subijcere potest, vt illum absoluaat à venialibus: eligere etiam potest quemcunque. Et huiusmodi sacerdos simplex electus eum absoluendo verum conficit sacramentum. Adhuc enim omnia illic ad hoc requisita, siquidem ad est materia, nempe peccata venialia, quæ confitetur ille qui propria voluntate ei subdit, & forma quæ est absolutio, & minister cum absoluendi intentione: verum igitur sacramentum conficitur. Nec in hoc audiendus est Scotus oppositum asserens. Deinde probatur, nam secundum Diuum Thomam in 4. distinctio. 18. quæstione. 2. artic. 3. quæstio. 1. artic. 3. remissio venialium potestatem ordinis sequitur, quia non requiritur iurisdictione ad eorum remissionem, nec etiam ad absoluendum à peccatis mortalibus iam ritè confessis, & absolutis, quod quidem perspicue constat ex eo, quòd nec quoad venialia, nec quoad mortalia iam remissa subijcitur homo clauibus ecclesiae: ex necessitate, sed voluntarie. Cum enim compertum sit omnibus,

A Deum neminem obligare ad confitendum peccata, quæ non habet: & peccata istius remissa iam esse liqueat, sit vt illa neutiquam confiteri teneatur, ac subinde cum posse illa cui maluerit confiteri. Alij tamen asserunt, requiri iurisdictionem ad præfatam absolutionem à venialibus, & mortalibus iam semel dimissis: illam tamen habere omnes sacerdotes ex sua ordinatione, eò quòd iure diuino hæc iurisdictione potestatem ordinis consequitur, quòd profecto sentire videtur Diuus Tho. cum in additio. 3. p. quæstione. 17. articulo. 2. ad secundum: vbi ait quòd sacerdos in sua ordinatione accipit clauis: sed quia clauium executio exigit materiam, nisi subditum habeat, absoluere non potest. Insuper Caietanus videtur idem sentire in opusculo de ministracione poenitentia. Dicit enim illic, quod sacerdotes in sua ordinatione vtramque acceperunt potestatem, & constituuntur iudices ad absoluendum à quibuscunque peccatis (iudices inquam communes.) Quando vero fiunt parochi, iudices particulares constituuntur. Et ad hunc modum crediderim ego intelligendum esse Diuum Thomam quando in 3. part. quæstione 82. articulo. 1. ad 4. ait, episcopum in sua consecratione potestatem supra corpus multum accipere: sacerdotem vero in sua ordinatione minime, scilicet in particulari. Et ratio est euidentis, quia cum episcopus consecratur, assignatur illi particularis ecclesia: at vero quotidie sacerdotes ordinari videmus absque hoc, quòd illis in particulari ecclesia assignetur. Et secundum hanc sententiam sacerdos absoluens papam vel quemcumque alium à venialibus vel à mortalibus iam confessis, & remissis vel ab omnibus in mortis articulo: vtitur iurisdictione siue ordinaria, siue delegata. Et potest confirmari sententia ista ex sacra Tridentina Synodo sessione. 23. capit. 15. vbi sub his verbis, **Cc** idem

E
D. Thom.

Caiet.
Soto.

Palud.
Capreo.
Cano.

Scotus.
D. Tho.

D. Thom.

Caiet.

D. Tho.

Coc. tril.

idem inquit, Quamuis presbyteri in sua ordinatione, à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus nullum etiam regularem posse confessiones secularium etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari: nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis, per examen si illis videbitur, esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur: & approbationem quæ gratis detur, obtineat. Vbi insinuare videtur conciliū quod sacerdos in sua ordinatione claves iurisdictionis accipit. Quo fit ut si potestas iurisdictionis idem sit, ac vocetur, quod potestas absoluendi, sacerdotem in sua ordinatione potestatem iurisdictionis accipere, fateri necessum sit. Quod si per iurisdictionem, executionem passivè intelligamus: minime illam in sua ordinatione accipit. Probat, nam cum episcopus monachos exponit ad confessiones audiendas in sua diocesi, non videtur eis potestatem tribuere, sed materiam præbere: & per hoc dicitur illi iurisdictionem dare. Et cum magister Soto dicit impræsentiarum, quod sacerdos in sua ordinatione nullam prorsus accipit iurisdictionem, sed tantum potestatem ordinis, perquam à venialibus absoluere potest: passivè est intelligendus. Item dist. 20. quæst. artic. 1. asserit potestatem claviū meram potentiam dicere: Iurisdictionem vero non esse potestatem, sed applicationem materię ad agens. Et ad hoc probandum adducit exemplum accommodatissimum; quia sicut ignis licet in vacuo positus calefaciendi potentiam habeat: nunquam tamen calefaciet nisi ei passum applicetur: ita sacerdos cum sit parochus, potestatem claviū non accipit, quia ante iam illam habebat, quando in sua ordinatione illi character fuit impressus, sed tunc applicatur illi populus, in quem illam potestatem exercere valeat, & per huiusmodi applicationem sacerdotem iudicem fieri deprehendimus. ¶

3. Casus.

Tertius casus est ratione facultatis,

A quæquidem à iure cōcessa est episcopis, patriarchis, & tam inferioribus quàm superioribus prælati exēptis: nempe omnibus prælati religionū, vt abbatibus, generalibus, provincialibus, prioribus & guardianis, vt possint sibi eligere cōfessores. Ita habetur in c. ne pro dilatione de poen. & remis. præter quam quod more & vsu ita obseruatū est in religionibus. Curati verò nō sunt prælati, & ideo proprium sacerdotem habent solum episcopum: quamquam consuetudine habeant vt possint sibi eligere confessores, qui præterquam à casibus referuatis eos possint absoluere conceditur etiā hæc facultas eligendi cōfessorem, multis: ex speciali gratia à summo Pontifice in cōfessionalibus. Vnde hi absolui possunt à quocūq; maluerint cōfessore, habete iurisdictionem non impeditam quantum ad executionem per excommunicationem, vel degradationem.

Quartus casus est ratioe licentię: pro cuius plena intelligētia annotare oportet, quod bifariā contingere solet dare licentiā: nempe, vel explicite, vt cū curatus in cōmuni dicit populo, vnusquisq; vadat ad confitendū cui voluerit: aut cū dicit specialiter alicui, confitearis cui vis: quod nihil aliud est, quàm cōferre licentiā eligendi sibi cōfessorē: vel implicite, & hoc primo cōtingit licentiā cōferendo subditis ad peregrinandū, quia in hac peregrinatione licentiā implicite creditur claudi cōfitendi, cū confessio comes viatorū esse debeat. Vnde cōfiteri possunt cū confessoribus hominum commorantium in locis, ad quæ declinauerint. Pro videtur nanq; in iure de ministro eucharistię pro peregrinis licētiatis à suis curatis: vt patet in c. presbyter de celebratio, mis. Et ob huiusmodi implicite licentiā possunt huiusmodi viatores in paschate confiteri & cōmunicare vbi se inuenerint. Concessit nanq; seu declarauit Eugen. 4. viuę vocis oraculo, viatores vbi se inuenerint in paschate, censendo tanquā adeptos incolatū quoad prædicta sacramen

4. Casus.

Eugen. 4.

cramen

cramēta. Ex quibus iā euidenter colligitur, fratres iter simul agentes, licentiam habere implicitam absoluendi ad inuicem. Imo credo, saluo meliori iudicio, quod possunt huiusmodi fratres sic iter agentes, absoluere se ad inuicem in quocunque conuentu ad quem declinauerint. Probat, nam prælatus posset eos absoluere si ibi esset, ergo & ipsi possunt ad inuicem cum licentiā habeant à suo prælato. Et frater à priore alicuius cōuentus expositus, potest absoluere fratres eiusdem cōuentus vbicunq; sint. ¶ Sine scrupulo enim tenendum est, quod quilibet potest absoluere subditos suos, vbicunq; sint: quilibet igitur potestatem delegatam habens, poterit, cum sit eadē autoritas. Quo fit, vt confessor in vno episcopatu expositus possit in colam illius episcopatus absoluere in alio episcopatu vbi non est expositus quantum ad confessiones & communionem necessarias, scilicet paschales vel solitas: quantū ad eos qui sæpe consueuerunt confiteri & communicare, vel celebrare. Nec solum potest hoc plebanus, verum etiā religiosus potest hominem diocesis vbi est expositus per episcopum vbicunq; absoluere. Quia Clem. pares facit religiosos & plebanos. Extravagans autē, Vas electionis, & Clem. dudū. in quibus dicitur, quod extra ciuitates & dioceses in quibus sunt deputati, non possunt illam facultatem exercere, intelligitur, quod non possunt eā exercere in subditos alterius episcopatus, non autem in illos qui sunt eiusdem episcopatus, vbi sunt expositi. Scio tamen Sylu. in verb. confessor. 1. §. 14. tenere contrariam sententiam, nempe quod nullus confessor extra ordinarius vt mendicantes, potest quempiā absoluere extra diocesim in qua est præsentatus & expositus licet possit intra. ¶ Sed profecto primæ sententię absq; scrupulo aliquo in hærendum esse cenfeo, præsertim quod opinio Sylu. nulli rationi innititur. Datur quoque licentiā implicite, sciendo & tacendo, vt cum

¶

¶

¶

A episcopus scit consuetudinem esse, vt canonici seu curati sui ad inuicem se absoluant, & similiter cum vniuersos sacerdotes simplices videat episcopus sibi eligere cōfessores, & filet: eandem videtur cōcedere facultatem. Nam quamuis nulla consuetudine possit introduci, vt quis possit sibi eligere confessorē, vt habetur in c. si episcopus. de poeni. & remis. lib. 6. absque licentiā sui superioris, ex hoc tamen, quod episcopus scit & tacet, videtur illis providere confessorē. Et tacita episcopalis licentiā robur dat absolutionibus: ac consuetudo non currit, nisi vt testis licentię implicitæ. Intelligenda sunt tamen omnia ista non quoad casus referuatos, quia non ex eo quod episcopus confert alicui licentiā, vt cui voluerit confiteatur: concedit casus referuatos, siue licentiā explicita sit, siue implicita.

Quintus casus, in quo potest quis absolui à quolibet sacerdote, est ex consuetudine: quia à consuetudine iam præscripta cardinales & episcopi habent curam suæ familię. Quapropter de eorum licentiā familiares eorum confiteri possunt, cui voluerint. Nam ex cōsuetudine eorum familia nō subest ordinarijs: sed illis quibus cardinales & episcopi voluerint. Quando autem sunt extra dioceses suas, dicunt summistę, quod non possunt providere familijs suis, vt quibus voluerint cōfiteatur, nisi ad hoc habeant priuilegium speciale summi Pontificis.

5. Casus.

Dubium est hic non cōtemnendum, vtrum habens facultatē à superiore prælato confitendi, cui voluerit vt in præmissis casibus: præcipue si fratribus mendicantibus confiteatur, ¶ adimpleat præceptum ecclesię de cōfitendo semel in anno proprio sacerdoti, & maxime si fratribus mendicantibus confiteatur. Cum enim hæctenus de his, qui potestate ordinaria absoluunt à peccatis, quos proprios vocamus sacerdotes, egerimus: operæpretium erit, vt ad

¶

tractandum de his, qui potestate delegata absoluunt iam accedamus. Quæ quidem potestas, vel à iure, vel per consuetudinem, vt sit in ratihabitione: vel ab homine scilicet papa, episcopo, vel parcho, delegari potest. Concessum est enim à iure primo fratribus prædicatoribus, & minoribus: deinde omnibus mendicantibus, postmodum autem communicationis priuilegiorum omnibus monachis ac religiosis, vt secularium confessiones audire possint. Quod tamen antea inauditum & inusitatum erat, nisi simul essent animarum curati, atque iurisdictionem habentes. De his nanque loquitur D. Greg. quem D. Th. adducit in addi. 3. p. q. 8. ar. 4. in primo argum. cum ait, Apostolico moderamine & prælati officio à nobis constitutum est, quod sacerdotibus monachis apostolorum figurâ tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, poenitentiam imponere, atque peccata soluere. Erat enim à principio magna cõtrouersia orta à monachis, & religiosis: nam quidam, de quorum numero fuit Henri. Gandaquodli. 1. vel. 7. & Ioan. Poliacens. doctor Parisiensis assererebant, quod stante tex. illo, omnis vtriusq; sexus, tenebatur iterum cõfiteri proprio sacerdoti, & quod neque papa poterat religiosis huiusmodi priuilegium concedere. Sed nihilominus aduersus sententiam istam ponimus duas conclusiones quarum prior sit. Sanctissimum, ac vtilissimum populo Christiano fuit concedere priuilegium monachis, & religiosis, vt confessiones secularium audire. eisdemq; poenitentias salutares iniungere possint. Conclusio ista ostenditur euidenter, tum quia omnia requisita ad confessoris officium, nepe, probitas vitæ, morum integritas, prudentia ac scientia cumulatius, reperiuntur in fratribus, & monachis, quam in secularibus sacerdotibus. Tum vero, quia experientia edocti sumus, magis cõmuniter proficere in virtute fideles qui confiten-

tur illis, quàm qui clericis secularibus: Tum deniq; quia si nullus monachus confessiones audiret, nec prædicaret non minimam populus Christianus iacturam faceret. Vnde sententia illa Ioan. Poliacens. damnata fuit à Ioan. 22. in extrau. Vas electionis. vbi propositiones illius tanquam erroneas, veritatiq; fidei catholice aduersas assertas fuisse decernitur. Posterior conclusio. Eos qui confessi, & absoluti sunt à monachis & fratribus ex priuilegio à papa concessio, vel ex episcopi licentia non teneri iterum confiteri parcho, etiam tex. illius decretalis omnis vtriusq; sexus in suo existente robore, fateri oportet. Hæc conclusio expresse aduersatur Henrico loco citato, Host. Archid. & cuidam Ioanni monacho, & alijs quos refert Adrianus. q. 5. de confession. asserentibus, priuilegia monachis concessa illi textui, omnis vtriusque sexus, minime derogare. Non tamen negant doctores isti, quin papa id possit facere, si vellet, sed nunquam de facto fecisse. At vero nos dicimus iam de facto huiusmodi priuilegia summum pontificem concessisse: quod manifeste ostenditur ex vsu vniuersalis ecclesie iam diu obseruato, ac summorum pontificum, scilicet Gregorij, & aliorum auctoritate confirmato: est enim priuilegium concessum ab Alexand. 4. fratribus, & ab Urbano. 4. & Clemen. 4. indulgens confessos fratribus religiosis non teneri amplius confiteri proprio sacerdoti eadem peccata. Rationibus insuper non infimis probatur. Prima earum sumitur ex eodem text. omnis vtriusque sexus, quem tenentes oppositam sententiam pro se afferunt, cum enim dicat pontifex, quod de licentia proprii sacerdotis alieno fideles confiteri possint, & papa, & episcopi sint proprii sacerdotes, consequens fit, vt qui de eorum licentia alieno sacerdoti confitentur, præceptum, de annuali confessione adimpleant. Confirmatur, nam si quis de licentia proprii sacerdotis confiteatur: iam iuxta

2. Concl.

Adrianus.

Grego. 13.

Alexan. 4.

Vrban. 4.

Clemens. 4.

D. Grego.
D. Thom.

Henric.
Ganda.
Ioan. Pol.

1. Concl.

tenorem. c. omnis vtriusque sexus confitetur, & secundum omnium doctorum sententiam confiteri iterum parcho non tenetur, multo ergo minus si ex priuilegio, & papæ, vel episcopi licentia confiteatur, quandoquidem in dubium verti nequit superiorem posse quidquid inferior potest. Secunda ratio est, quia omnibus perspicuum est, confessum papæ, vel episcopo, iterum confiteri proprio parcho non teneri: ergo nec confessum, de eorum licentia iterum confiteri teneri fateri opus est. Tertia ratio est, quonia notum est, eam qui ex priuilegio cruciatæ confiteretur, minime iterum teneri proprio sacerdoti confiteri: eadem igitur ratione eos, qui monachis expositis cõfiterentur, cum ex iure priuilegium habeant amplius cõfiteri nõ teneri, ne utiquam ambigere liceat. Postrema ratio est, quia cum Deus neminem obliget, vt peccata semel confessa, iterum confiteatur: hinc fit vt aliquis iam rite alicui monacho confessus haud compelli ad cõfitemdum possit ea iterum, à quibus semel absolutus est, cum ille iam peccata non habeat. Nec nocet nostræ posteriori conclusioni extrauagans illa Martini. 5. quæ incipit, vberes fructus, quam refert Adrianus vbi supra vbi dicitur quod confessi fratribus confiteantur, saltem semel in anno proprio sacerdoti, prout generale concilium statuit. Non inquam nocet: primo quia extrauagans illa non reperitur in corpore iuris. Deinde quia non est vsu recepta, & idcirco non obligat. Tertio quia nullatenus potuit præcipere papa, vt qui semel cõfessi sunt sua peccata monachis, iterum eadem confiteri tenerentur, sed solum se proprio sacerdoti præsentarét, atque se iam esse absolutos patefacerét. Non obstat quoq; alia extrauagans Sixti. 4. quæ incipit, vices illius. de treg. & pa. vbi pontifex prohibet, ne monachi prædicent, nec doceant quod confessi non teneantur in paschate confiteri, quia de iure ad id tenentur. Non inquam obstat, quoniam ipsemet Sixtus dicit quod

Adrianus.

non excludit priuilegia mendicantium; virtute quorum ratas habet confessiones illis factas, ac subinde sentit, quod hi; qui illis confitentur præceptum de annuali confessione implent. Solu enim voluit dicere; quod in iure communi stando tenentur semel in anno ante in paschate ratione communionis suo parcho confiteri, nihilominus tamen supposito fratrum priuilegio nullatenus voluit negare posse seculares illis confiteri, præceptum que per huiusmodi confessionem implere, ac proinde qui fratribus mendicantibus ratione priuilegij illis concessi confitentur, eadem peccata iterum confiteri minime tenentur, eod quod priuilegium concessum est in utilitatem, & fauorem populi. **¶** Secundum dubium & id grauissimum est, vtrum habens facultatem eligendi sibi confessorem, siue per pontificis diploma, siue ab episcopo, siue à parochia si sacerdote possit quemlibet eligere sacerdotem etiam alias non probatum nec expositum, an tantum eligere possit ordinarium curam & expositum per episcopum; tam religiosum quam sacerdotem secularem? In hac questione, sunt duæ opiniones & earum prima est, quod absque timore potest habens priuilegium, eligere quem voluerit. Hanc sententiam tenent Antoninus. 3. part. titu. 17. capi. 7. & Gabriel. in 4. distinctione 17. questione. 2. dub. 5. & Adrianus de confessione. questione 5. dub. 1. & Palud. ead. distinctio. quæst. 3. art. 2. & Syluest. verb. confessor. 1. §. 5. Caieta. etiam eam tenet in quodlib. foli. 40. Soto insuper in 4. est huius sententiæ, & inter canonistas Hostiensis in cap. omnis. de pæn. & remis. & Panor. super Clement. 1. de priuileg. & breuiter hæc est communis omnium moderatorum assertio, quam probant impietis ex cap. fin. de pæn. & remis. vbi dicitur, Permittimus episcopis & alijs superioribus, nec non minoribus prelati exemptis, vt etiam præter sui superioris

¶

D. Anton.

Adrian.

Palud.

Syluest.

Caiet.

Soto.

Hostien.

Panorm.

rerior licetiam, prouidum, & discretum sibi possint eligere confessorem. at ex vi huius priuilegij non opus est eum eligere qui alias est probatus & expositus in confessorem, igitur nec ille qui à summo Pontifice, vel episcopo facultatem habet eligendi confessorem, tenebitur eligere alias probatum & examinatum. Deinde probat ex verbis diplomatis, sci licet ut possint habentes priuilegium eligere confessorem, nam hoc non est eligere eum qui est confessor, sed per electionem facere confessorem. Præterea, quia simplex sacerdos ab ordine sacerdotum habet potestatem ordinis ad absoluentem, sed quia deest illi materia: ca quam posset illam exercere: idcirco non absoluit. At vero poenitens ille qui priuilegium habet eligendo illum in confessorem virtute priuilegij proprii sacerdotis vel summi pontificis & præstat illi materiam & iurisdictionem, valida ergo erit absolutio impensa à sic electo. Præterea constat ex consuetudine diu recepta apud omnes Hispanos, & apud commissarium, qui autoritatem habens declarandi diplomata, videt & tacet. Postremo probatur. Nam iudicio D. Iacobi sub hac forma venit concessio, Ut possit quisque confessorem eligere sacerdotem secularem aut regularem. Et his rationibus simul cum sequentibus conditionibus satis hæc communis sententia fulciri videtur. Et conditio sit quod non constet, illum qui sic eligitur, nondum expositum, esse ignorantem: nam eligens scienter, & ex professo confessorem ignorantem (nisi ipse poenitens sit doctus,) ita ut confessoris ignorantiam suppleat) nempe qui declaret ipsi quid mortale quid vero veniale sit licet si sua peccata omnia confiteatur illi, verum recipiat sacramentum, mortaliter tamen peccat. Probatur, nam si quis in graui infirmitate corporali constitutus, medicum eligeret ignorantem, à quo interfici putaret, non dubium quin mortaliter peccaret: à fortiori ergo, si quis in morbo spiritali eligeret medicum igno-

A rantem, quem existimat potius excacare posse, quam salutem præstare. Nam præter duas potestates, ordinis videlicet & iurisdictionis, quæ requiruntur tanquã de essentia Sacramenti: requiritur ut & scientia polleat & prudentia, & propter ea dicitur in diplomate, quod possint eligere idoneum. Et eadẽ ratione peccaret mortaliter ipse sacerdos ignorans, nisi talem recusaret audire confessionem, maxime si penitens esset mercator, vel alijs negotijs arduis implicatus. Peccaret, inquam: tum quia huiusmodi sacerdos exponit se periculo administrandi sacramentum non ut decet, & absoluenti illum qui absolute carere oportet: tum etiam, quia taxabit poenam non secundum grauitatem delictorem, cum sit ignorans.

B Secunda conditio est, quod sacerdos ille non sit depositus autoritate publica, ac degradatus, reprobatus, vel suspensus ab episcopo per aliquam censuram, vel à visitatore reiectus, tanquam stultus & ineptus. Huiusmodi enim sacerdotes minimè eligi possunt per generale concessionem, quam quis habet eligendi quælibet sacerdotem, quoniam legibus ecclesiæ peculiaribus à sacramentorum administratione reiecti sunt. Hæc nanque conditio ponitur in illo iudicio Diui Iacobi citato, nempe quod possit eligere sacerdotem, qui nõ sit suspensus &c. & Similiter si tantum aliquis sit expositus pro agricolarum, & puerorum confessionibus audiendis, & prohibitus sit ne confessiones magnatum, & mercatorum audiat, crediderim ego proculdubio non posse virtute bullæ cruciatæ eligi ad confessiones harum personarum audientem.

C Tertia conditio est, si non sit positum præceptum ab episcopis, vel prælatis monasteriorum & sub excommunicationis poena, sicut refert Adrianus, qui in sua diocesi sub excommunicationis censura prohibitum erat ne sacerdos absolueret mulierem cum qua peccauerat, & quod

quod si virtute diplomatis absolueret, factum quidem teneret iuxta suam sententiam: sed tamen sacerdos peccaret mortaliter, & excommunicatione incurreret. Factum, inquam, teneret, nisi esset nominatim excommunicatus, vel manifestus percussor clerici. Et potest sic præceptum imponi in generali, vel alicui subdito in particulari, quod non audiat confessionem, & quod hoc fieri possit omnes fatentur. ¶ Est namq; aliquando hoc necessarium ad rectam & populi Christiani & monachorum institutionem. Nec potest per diplomata tolli, quod prælatis possint imponere huiusmodi præceptum, quia nihil papa religiosis per illa iubet, sed duntaxat facultatem eligendi concedit: quæ quidem electio nõ cogit religiosum. Ideo qui inconsulto prælato confessionem audiret, possit ab eo tanquã inobediens puniri, & si ei esset impositum præceptum, mortaliter peccaret: nihilominus sacramentum & absolutio tenerent, cum virtute priuilegij summi pontificis per electionem poenitentis iurisdictionem acquirat, secus esset si expresse præciperetur in diplomate, quod inconsulto & inuito prælato, confessionem audiat, quia nullius tunc roboris esset inferioris præceptum.

D Secunda opinio asserit, neminem virtute priuilegiorum posse sibi eligere in confessorem nisi alias expositum & approbatum. quam tenet ingeniosissimus magister meus Cano in relectione de poeni. & gl. super. c. omnis vtriusq; sexus. & clem. i. de priuilegijs. ¶ Et huic sententiæ absq; hæsitacione aliqua adhæreo, atque eam ab omnibus amplectendam esse censeo, maxime hodie, quia videtur mihi sacrum concilium Tridentinum è diametro aduersari prædictæ sententiæ comuni, quandoquidem in sess. 23. c. 15. decernit, nullum etiã regularem posse confessiones audire, nec ad id idoneum reputari, nisi ab episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur: & approbationem obtineat pri-

A uilegijs, consuetudine quacumq; etiã immemorabili nõ obstantibus. ¶ Probatur tandem vrgentibus rationibus: quarum prima sumitur ex regula iuris, in cap. si. de poenit. & remission. in 6. In generali concessione non veniunt ea quæ verisimiliter in specie non esset quis concessurus: sed inter simplices sacerdotes, quã plurimos ignorantissimos, ac perditissimos esse liquido constat, quorum si quis in particulari in confessorem à summo Pontifice peteretur, nullatenus concederet, non igitur est verisimile, ipsum summum pontificem in concessione generali diplomatis conferre facultatem fidelibus eligendi confessores quoscumq; maluerint, sed tantum expositos. Secunda ratio est, quia si papa institueret iudices in foro interiori, omnes simplices sacerdotes, absq; examine aliquo, & approbatione, mortaliter peccaret, eo quod multos ineptissimos iudices in foro conscientia faceret, quod tamen de summo pontifice neutiquam existimandum est. Tertia quia summus Pontifex regulariter in iubilæis, & bullis cruciatæ se explicat, dicendo, se concedere facultatem eligendi idoneum confessorem: at vero idoneus in iure appellatur, qui publicam iuris sufficientiam habet, ut religiosus, præsentatus episcopo, & clericus secularis examinatus, & ab ipso approbatus. Ridelicet namq; esset, si examẽ, & idonei confessoris approbatio arbitrio cuiuslibet popularis relinqueretur. Ex quibus aperte colligitur, quod quotiescunq; superior, quicumque sit ille, præbet subditis licentiam confessorem eligendi, tantum intelligitur de expositis: nisi verbis expressis oppositum dixerit. Breuiter concludendo dicimus, quod ad minus practice nullo modo nunc post Concilium Tridentinum licet uti prima opinione, quidquid sit speculative loquendo. Nec aliquam vim facit obiectio illa, quæ fieri solet, quod secundum hanc nostram sententiam summi Pontifices per diplomata nihil in hac parte eligendi confessorem

nobis concederent, siquidem virtute illorum non nisi expositos eligere possumus, quos etiam absque bulla liberum est cuicumque fideli eligere. Non inquam facit vim, quia satis est ad hoc ut quis vere dicatur habere facultatem eligendi sibi confessorem, ut eligere valeat graduatum, qui antea audire confessiones non poterat, vel expositum in alia dioecesi, vel in altera parochia, & non in sua, vel ex pluribus suae dioecesis expositis quem maluerit. Nec etiam obstat aliud argumentum, quod pro sententia communi fit, quod privilegia extendenda, & amplianda sunt: non ergo privilegium istud confessionis est arcendum ac restringendum ad expositos tantum. Non, inquam, obstat, quia maxima illa intelligenda est, cum privilegia extenduntur secundum formam iuris, & rationabiliter, & nisi inde aliquid absurditatis sequatur. At vero secundum formam iuris in generali concessione non veniunt ea, & maxima absurditas sequitur ex eo, quod plebis rudis arbitrio relinquatur electio confessorum. ☩

Sed quantum scientiam tenetur habere qui est exponendus ad audiendas confessiones? Ad hoc est conclusio, quod tenetur habere tantam peritiam, ut sciat discernere in peccatis communibus, sine ne mortalia an venialia, & quae sint circumstantiae necessario consistendae, quae vero non. Debet etiam scire in posterum peccatis remedium adhibere, quia alia poenitentia est imponenda pro mortali, alia pro veniali. Et unicuique adhibendum est remedium iuxta personarum, locorum, & temporum qualitates. Et qui huiusmodi ignorat, audit confessiones in periculum sui & sibi confitentium. Scire autem discernere inter perplexitates peccatorum, & diffinire in casibus valde implicatis (quod vix intelligi potest adhuc scientia acquisita per magnum & longum studium) non est necessarium, sed de bene esse, & sufficit in huiusmodi perplexis casibus, quod sciat confessor caute

A procedere consultis doctoribus, & non praecipitare sententiam in eis. Credo etiam, quod quando quis voluntarie audit confessiones se ingerendo ad hoc: quod tenetur pollere maiori scientia. In eo autem qui ex obedientia, sufficit minor scientia. Nec oportet quod ad singulas confessiones audiendas accedat ex mandato superioris: sed sufficit quod a principio ex obedientia expositus sit ad hoc.

XXIII. DIFFICULTAS.

Utrum stando in solo iure communi conclusis omnibus privilegijs, possit quis confiteri alieno Sacerdoti sine licentia proprij.

C Verificatur quaestio haec quando poenitens ex causa rationabili non vult confiteri proprio sacerdoti, nempe quia timet foemina quod proprius sacerdos eam sollicitabit ad stuprum. Vel timet revelationem confessionis, seu quia timet aliud graue damnum, & de his habet probabilem certitudinem, ut quia est expertus, vel a fide dignis audiuit, vel habet vehementia indicia quae haec facit, utrum tunc si petat licentiam ab eo, vel a superiori, ut alteri confiteri possit, & illi conferre nollent, & vrget necessitas eucharistiam sumendi in paschate, quia alias excommunicaretur, licet illi ad alium sacerdotem ire? Huic difficultati hac unica conclusione respondetur, nempe quod nemini licet alteri quam proprio sacerdoti confiteri, nisi de licentia ipsius proprii sacerdotis, vel superioris, etiam si non sit aditus ad superiorum, vel ille superior illi licentiam denegat, sicut inferior denegavit. Haec conclusio est contra aliquos summissas, videlicet contra Sylu. in verb. Syluest. confel. 1. §. 6. & contra Adri. in q. 5. de confels. dub. 3. & Palud. in 4. distinctione 17. quaestione 3. articulo 3. Et quidem hanc sententiam Divum Thomam habuisse certissi-

certissime existimo. In 4. namque sent. dist. 17. q. 4. ad 5. inquit, quod si timet sibi aliquod malum, debet petere facultatem a superiore, quod si denegat, idem erit iudicium de illo, sicut de non habente copiam confessoris. Tenet quoque hanc sententiam tanquam probabiliorum dom. Caiet. in sum. ver. absolutio ex parte absoluentis. Probatur in super ex cap. omnis utriusque sexus, ubi ait pontifex quod si quis ex iusta causa nolit confiteri proprio sacerdoti, & alteri confiteri voluerit, ei licebit, dum licentiam a proprio sacerdote petierit & obtinuerit: si ergo non obtinet, non poterit alium confessorem eligere. Ratione in super probatur, quia si daretur ista licentia daretur aditus ad duo absurda in ecclesia. Primum quia unusquisque posset facile existimare suum proprium parochum esse ignorantem. Secundum quia opinio contraria promptissimam offert cuicumque ansam fingendi malitiam & periculum in proprio sacerdote, ut illo colore possit alium sibi quem libuerit eligere. Tandem probatur, nam si proprius sacerdos obiret mortem, certum & absque aliqua controversia liquet, neminem posse sibi confessorem eligere sine licentia superioris: multo ergo minus ipso parochi vivente quantumcunque malo licebit alicui confessorem eligere. Idem dicendum est de casibus reservatis, scilicet quod si superior non vult concedere facultatem subdito, ut eligere possit confessorem non potest eligere. Attamen male facerent praelati, qui difficiles ad huiusmodi se ostenderent licentiam concedendam. Praelatus namque facilis esse debet ad licentiandum subditum aliquoties alteri confitendi, quia multi sunt adeo infirmi, qui potius moreretur sine confessione quam ei confiteri, & qui nimis solliciti sunt ad sciendum conscientias subditorum per confessionem: multis laqueum damnationis iniiciunt, & per consequens sibi ipsis. Unde si nominet sibi aliquem sufficientem cui vult confi-

Ateri, licentiam non neget, quia forte habet peccatum, quod erubescit confiteri. Secus erit, si nominet indiscretum vel minus bonum, vel per famam, aut per conversationem personarum sibi confitentium, quae minus religiose conuersatur. Nam tunc simpliciter neget innotescendo quod ille est ineptus, & quod paratus est ipse audire, vel dare alium idoneum. Ex quibus colligitur manifeste, nullum praelatum dare debere licentiam subdito, ut confiteatur ad libitum cui velit, nisi sit ipse subditus talis, quod constet non electurum nisi bonum & discretum confessorem: aliam sibi imputabitur, qui permisit quem libere errare, si praecipitium elegerit.

Circa hos casus, in quibus diximus, quod petita licentia, & non obtenta, non potest quis sibi eligere confessorem: annotare oportet, quod si instet tempus communionis, poterit tunc a secedere ad communionem cum, ut dixit sanctus Thomas, idem sit iudicium de illo, sicut de non habente copiam confessoris. Aspiciant tamen isti tales, quod habeant legitimam causam non confitendi proprio sacerdoti. Verecundia namque non esset causa sufficiens, nec timor, etiam quod sinistre de illo existimaret: nam aliam nulli sacerdoti confiteri teneretur, cum semper ista accidant. At vero si iam nocuit puella proprius sacerdos, quia illam incitavit ad malum: iam ista esset legitima causa, ut non teneretur illi confiteri. Consulendum tamen esset huic, ut confiteretur illi sacerdoti in loco publico, commendando se prius Deo, ut eam eripiat a tentatione, & donet sibi virtutem & constantiam resistendi. Similiter, si huiusmodi proprius sacerdos nocuit alicui indirecte illum infamando revelando confessionem, quia tunc iam esset legitima causa, ut talis non teneretur illi confiteri, imo in casu isto, quod timet de revelatione confessionis, credo, quod si timor esset iustus & rationalis, non levis vel fatuus, nullo modo deberet illi confiteri.

Est hic tamen animaduertendū, quod in casu quo propter dictū impedimētū non confitetur subditus proprio sacerdoti, licet sit probabile, ipsum iam nō teneri amplius illo anno confiteri aut cōmunicare ratione præcepti de semel in anno confitēdo ac cōmunicando, quippe cum tempus determinatum, certūq; sit ad confessionem, communionēq; faciendam, & illud iā transactum sit: nihilominus probabiliorē reputo oppositam sententiam, nempe quod non ideo liberatur à præcepto cōfessionis illo anno, & à fortiori nō liberabitur à tali præcepto transacto anno, qui ex legitima causa confessionē reliquit. Vnde cū primum cōmodè poterit tenetur cōfiteri.

Dubiū parū se offert hic, utrū si concubina sui proprii sacerdotis ei confiteatur, cōfessio valeat? Huic dubiō respōdet Syluester in verbo cōfessio primo. §. 10. q. sacerdos eā non debet audire, quia tollitur erubescētia quæ est satisfactōnis pars proxima, & idē est de omni peccato in quo sacerdos fuisset consentiens, vel cooperans, si tamē absoluit, valet absolutio. Cōcordat D. Th. in 4. Soto dicit q. confessio esset valida, & posset esse fructuosa, si sine scandalo fieret, & sine periculo incitādi se ad malū, quanquā erubescētia nō esset tanta, quāta si cōfessio fieret alteri. Cōcurrunt nāque in tali cōfessione omnia quæ sunt de essentia illius, nēpe materia, forma, intentio, & iurisdicōtio. Attamen ubi est periculū excitādi & irritandi illecebrā, sacrilegiū, inquit, est impudentissimū, & sic illa confessio est peccatū mortale, ac ex consequētī nō est valida propter defectū, non solum cōtritionis, verum & attritionis.

XXV. DIFFICULTAS.

Vtrum religiosi mendicantes possint confessiones audire, si presentati episcopi à suis praelatis iuxta mandatum Clementinæ Dudū illos nō admiserit.

Questioni huic per aliquot conclusiones responderetur, quarum prima sit. Si omnes sic præsentatos, episcopus nō admiserit, omnes tunc possent audire confessiones. Probat, nam tūc visus est episcopus illos ex passione & malitia reijcere.

Secundā conclusio. Si episcopus reiecerit aliquem religiosum, eō quod existimat illum non esse idoneum & sufficientem, aut dubitat de eius idoneitate: non poterit huiusmodi religiosus cōfessiones audire, nec habet auctoritatem à pontifice illas audiendi ex dicta Clementina de sepulturis.

Tertia conclusio. Si frater aliquis sic præsentatus à suo prælato sit idoneus, & habeat conditiones quas ponit Clement. & prælatus eius cū humilitate petierit, ut eū admittat: quāvis reijciatur ab episcopo, poterit cōfessiones audire. Probat, quia iā habet ex dicta Clement. facultatem per summū pontificē cōfessiones audiendi in tali casu, scilicet episcopo nolente conferre licentiam, maxime post trinam requisitionem. Et item, in Extrauag. Super cathedrā Bonifacius 8. concessit quod prælati monachorum præsentēt episcopo monachos idoneos, & si aliquem illorum refutauerit, loco illius alter constituatur, quod si absolute nollet licentiā dare, ex tunc illā dabit. Et Clementina Dudum de sepulturis, idē ex parte. ¶ Annotare tamē hic oportet, & licet secundū rigore illius Clementinæ, fratres qui à prælati episcopo præsentantur, debeant coram illo personaliter comparere: si tamen episcopus dissimularet & vellet, posset verbo, vel scripto, ¶ acceptare fratres ad audiendas confessiones committendo eis suam iurisdictionem sine prædicta solennitate præsentationis. Habent etiam dicti fratres priuilegium, quod episcopo mortuo à quo habent auctoritatem, possunt illa uti quousque sit

1. Conclusio

2. Conclusio

3. Conclusio

m

met

et

fit prouisum ecclesiæ de alio pastore, imo non tenentur amplius eidem episcopo vel alteri illius diocesis præsentari. Sat enim est, ut semel habeant vnius episcopi facultatem, ut possint illic confessiones audire. ¶ Dicit enim Syluester verbo confessor. 2. §. 4. quod si commissio fiat secundum formam dictæ Clementinæ. Dudum, non expirat per mortem concedentis, quia est papalis. Et hoc si fiat simpliciter, sicut necessario fit, si ipsi velint. Si verò sit commissio alias facta ab episcopo: durat quoad fratres prædicatores, & consequenter quoad minores, quia priuilegiati sunt; nā si iam suam eis commisit auctoritatem, ea uti possunt donec ecclesiæ prouisum sit de pastore, (ut dictum est) si verò sint deputati vsque ad beneplacitum deputantis, secundum Car. post eius mortem nō durat commissio: quia hæc morte extinguitur, ut in cap. Si gratiose. de rescrip. lib. 6. §. ¶ Non habentes autem priuilegium, amittunt hanc auctoritatem episcopo delegante mortuo vel amoto, non tamen spirat hæc potestas delegante suspenso, vel nominatiu excommunicatō vel per manifestam percussione clerici, neque in foro exteriori neque in pœnitentiā, quia tunc retinet delegans iurisdictionem licet non vsum. Et ob id non cessat vsum in delegato: non tamen posset episcopus vel sacerdos parochialis quando sic est impeditus, committere alicui de nouo hanc auctoritatem, eō quod delegare, seu committere est vsum iurisdictionis, ita tenet Palud. dif. 17. q. 3. & notatur. c. Romana de offi. vica. li. 6.

Quarta conclusio. Per prædictā Clementinam non possunt huiusmodi fratres sic præsentati absoluerē à casibus ab episcopo reseruatis. Istam conclusio nem tenuerunt omnes doctores Parisienses, & eam tenuit Magister à Victoria Soto & Cano. Et ratione probatur, quia in dicta Clementina dicitur, quod præsententur episcopo & de eius licentia audiant confessiones, & si huiusmo-

m

m

m

m

4. Conc.

Victoria Soto Cano.

di licentiam exhibere episcopus recusa uerit sine causa, succedit licentia Papæ: nempe, quod libere liciteque confessiones audire possint. Et subdit statim, quod nō intendit præbere ampliorem licentiam fratribus quā curatis vel parochialibus sacerdotibus. ¶ à iure est concessa, nisi forte ecclesiarum prælati vberiorē eis gratiam specialiter ducerent esse faciendam: ¶ sed curati minime à reseruatis absoluerē possunt, igitur nec ipsi fratres præsentati. Si enim potest episcopus arctare potestatem ordinariam curatorum, reseruando sibi aliquot casus, ut patet in Synodo Triden. Sess. 14. c. 7. multo magis arctare poterit extraordinariam ipsorum fratrum. Idē quoque habetur in Clementina Religiosi de priuilegijs, ubi dicitur quod religiosi à casibus reseruatis episcopis ordinarijs quenuquam absoluerē non præsumant. Et in ca. 2. de pœnitent. & remis. in 6. dicitur, quod si episcopus alicui concesserit facultatem eligendi confessorē: ille qui eligitur non habet facultatem absoluendi casibus reseruatis episcopo. Ratio quam subdit est, quia generalis concessio non extenditur ad ea quæ in particulari non est verisimile, quod concederentur. Hæc tamen sententiam nostram intelligendam esse existimo, quando bona fide episcopus sibi reseruauit aliquot casus præter reseruatos sibi à iure & rationabili causa quia sibi expedire videtur: tunc namque minime ab huiusmodi casibus absoluerē possunt fratres mendicantes. Secus tamen si episcopus plures casus sibi reseruasset religiosi quam plebanis, quia tunc censetur id facere ex malitia & odio fratrum, & ob id possent ab eis absoluerē, nisi casui reseruato ab eis esset per constitutiōnem annexa excommunicatiō reseruata diocessano, vel superiori, ut dicit Syluester in verbo confessor. 2. §. 5.

Annotare hic oportet, quod prædicta in Clementina Dudum. Post sacram Triden. Synodum quātum ad id, quod si om-

m

et

conc. Tri.

Syluester.

si omnes vel aliquem presentatum episcopus non admitteret, nihilominus audire posset confessiones, nullatenus lo-
Conc. Tri. cum habent, cum decernat in *Ses. 24. c.* 15. nullum etiam regularem posse confessiones audire, nec ad id idoneum reputari, nisi ab ipsis episcopis per examen aut alias idoneus iudicetur, privilegij, consuetudine quacumque etiam immemorabili, non obstantibus. Quod quantum ad prefatum examen & approbationem ab episcopis obtinendam etiam de privilegij concessis ab Adriano & a Paulo. 3. Religiosis in his Indiarum partibus non solum infra duarum dietarum spacium, verum etiam extra duas dietas ubi sunt episcopi creati, vitam degentibus, locum habere indubitanter tenendum esse censeo. *E* Id quod sacra *Conc. Tri.* Trident. Synodus determinat inclusum erat quoad religiosos in *Clemen.* Dudum prefata. Nam ex eo, quod dicit personaliter episcopo presentetur, & quod potest aliquem refutare & non admittere inferunt Syluester & Soto, episcopum ius habere ad illos examinandum, quia alias, quorsum necesse esset illos presentare? Aut quomodo istum vel illum refutare posset? Ante concilium autem non erat in usu ut episcopi fratres examinarent, siue quia non poterant, siue quia nolebant. Sciendum quoque est hic quod Pius quintus in proprio motu, qui incipit. *Etsi medicamentum*, Declaravit verbum illud concilij, Aut alias idoneus iudicetur, excipiuntur enim (inquit) per verbum istud monialium confessores, quae degunt sub cura regularium, & similiter fratres, si audire debeant aliorum fratrum confessiones: Lectores insuper ex eisdem fratribus, & in Theologia graduati qui cum licentia suorum superiorum ad gradum admisi fuerint. Et cum istos summus pontifex a regula excipiat evidenter constat posse episcopum ceteros omnes examinare secundum maxima commune, Exceptio firmat regulam in contrarium. *Phi*

XXVI. DIFFICULTAS.

Vtrum sint aliqui casus ad solum summum pontificem pertinentes.

A D hanc difficultatem vnica conclusione affirmatiua respondetur, nempe quod sunt aliqui casus summo pontifici reservati, quorum primus est de eo qui verberat clericum ordinatum, si est laesio enormis cum effusione sanguinis atroci, ut habetur in *7. q. 4. cap.* Si quis iuadente diabolo. Si vero est leuis percussio, episcopus absoluit, ut patet in *cap. Peruenit. de senten. excommunicationis.*

B Secundus casus est, de eo qui comburit vel frangit ecclesiam, & talis antequam denuntietur, potest absolui ab episcopo sed post denuntiationem per solum Papam, ut habetur extra de *sent. excommuni. cap. conquesti.* Et idem de quolibet incendiario postquam publice excommunicatus est, ut habetur de *sent. excommunicata. cap. Tua.*

C Tertius, quando Papa solus aliquem nominavit, vel nominatum excommunicat. Tunc namque solus papa absoluit clericum sponte participantem cum excommunicato. Quod intelligitur de participatione in crimine, propter quod talis est excommunicatus a papa, ut patet de *senten. excommuni. cap. signifi. casti.*

D Quartus, falsarius literarum papae, vel eis vtens scienter, ut patet de *crimi. falsi. capite. Dura. & capite. ad falsarium.*

E Quintus est, in illo qui excommunicatus est a legato papae, qui non potest absolui per aliquem, nisi per papam vel papae delegatum ut habetur in *cap. Significavit. de senten. excommunicata.*

Sextus, qui insequitur cardinalem, ut habetur de *poenis. capite. Foelicis in sexto.*

Septimus, qui grauat iudicem spirituales in persona vel bonis, vel dat licentiam

centiam, grauandi propter hoc quod sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti tulit, ut patet de *sententia excommuni. cap. quicumque lib. 6.*

8. casus. Octauus. Si quis corpus defuncti sciderit, vel coxerit pro ossibus transferendis: de hoc habetur in quadam extrauaganti Bonifacij papae octauae, quae incipit *Detestan.*

9. casus. Nonus. Si quis inquisitor haereticorum odio, vel gratia, amore, vel lucro contra iustitiam vel conscientiam omisit contra quempiam procedere, ut habetur in *Clement. de haereticis ca. Multorum in fine.*

10. casus. Decimus. De religiosis, qui absque licentia speciali proprii sacerdotis solent nuzant matrimonium aut ministrant eucharistiae & extremae vnctionis sacramenta, ut habetur in *c. Religio de priuilegijs in Clement.*

Similiter excommunicantur religiosi, qui excommunicatos a canone absolunt in casibus non concessis, vel contra statuta prouincialia, vel synodalia, vel a poena, & culpa, ut patet de *poenit. cap. Siquis in Clement.*

11. casus. Undecimus est. De persecutoribus episcoporum, vel qui eos faciunt exulare vel carceri tradunt, aut qui praecipiant hoc fieri, vel tribuant auxilium, consilium, vel fauorem ad hoc faciendum.

12. casus. Duodecimus. Si qui religiosi inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum apud eos eligere sepulturam, vel ut iam electam ulterius non immutet, ut habetur *cap. Cupientes. in Clement. de poenis.*

13. casus. Decimus tertius. De his qui sacerdotem cogunt celebrare in loco interdicto vel ad audiendum excommunicatos conuocant, vel interdictos, vel prohibent ne moniti exeant, ut habetur de *senten. excom. c. Grauis in Clem.*

14. casus. Decimus quartus. Qui Sarracenis arma ad expugnandum Christianos defe-

runt, vel consilium, vel auxilium dant in dispendium terrae sanctae ut patet extra de *Iudaeis cap. Ita quorundam & ca. Ad liberandam.*

Decimus quintus est. In piratis, qui ore papali excommunicantur. *15. casus.*

Decimus sextus est. De eo qui absolutus propter mortis articulum, vel aliud impedimentum ab eo a quo alias absolui non poterat: sic cessante impedimento, non se presentat, cum se commode poterit ei a quo prius absolui debeat, in eandem sententiam qua prius ligatus erat ab homine, vel a iure, reincidit ipso facto, ut habetur in *cap. Eos de sent. excomm. lib. 6. & casus iste est papalis. Qui voluerit videre quam plurimos alios casus qui summo pontifici reservantur, legat Siluestrum in verbo casus. §. 1. vbi ponit quinquaginta.*

C Animaduertere tamen hic oportet, quod iam hodie per sacrum Trident. *Conc. Tri.* *con. Ses. 24. cap. 5.* in quibuscumque casibus occultis sedi Apostolicae reservatis licet episcopis delinquentes quoscumque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos aut vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiae gratis absoluerent, imposita poenitentia salutari. Idem & in haereticis crimine in eodem foro conscientiae eis tantum, non eorum vicarijs est permittum.

XXVII. DIFFICULTAS.

Vtrum sint aliqui casus episcopis reservati.

D ifficultati huic hac vnica conclusione respondetur, nempe, quod quatuor sunt casus de iure episcopis reservati, prout determinat *Benedictus. 11.* in extrauaganti, inter cunctas, quae quidem renouata est iterum per concilium Viennense in *Clementina Dudum. de sepulturis.*

Primus casus est, Occisor clericus pro-

pter quod incurrit irregularitatem. Vnde episcopus potest absolueri clericum ab homicidio, sed non ab irregularitate, vel potest absolueri clericum à peccato, quia celebravit in ecclesia interdicta, sed non potest absolueri ab irregularitate inde contracta.

2. Casus. Secundus casus est de incendiarijs, qui malo animo hoc fecerint, quod tamen intellige antequam sint publicati & denunciati, vt habetur 23. q. 8. cap. Pef. fima. Idem est de mandantibus hoc fieri, seu dantibus consilium vel auxilium: vt ibidem habetur.

3. Casus. Tertius est peccatum propter quod inducenda esset solennis poenitentia, vt est peccatum blasphemiz: sed hic casus non est amplius in vsu.

4. Casus. Quartus. Vbi quis incurrit maiorem excommunicationem à iure. Idem autem papa declarat quinque alios casus esse episcopales de consuetudine ap probatos, quorum primus est, voluntarium homicidium aut mutilatio membrorum.

Et annotato, quod homicida, aut mādans, vel consentiens absolui non debet, nisi satisfactioe præmissa, vt habetur 23. quæst. 8. capit. Si quis membrorum.

2. Casus. Secundus casus est crimen falsarij, qui falsat literas, & testis falsus, vt est videre apud Siluestrem verbo casus episcopales.

3. Casus. Tertius est violatio ecclesie libertatis: quia scilicet iniuste personæ vel res ecclesie grauantur: hodie tamen tales personæ per curiæ processum sunt excommunicatæ.

4. Casus. Quartus est violatio ecclesie immunitatis, quia scilicet in ecclesia vel loco sacro proximum in persona vel rebus offendit 17. q. 4. cap. Si quis. vel aliter eius immunitatem lædit. Tales tamen non sunt excommunicati, sed excommunicandi.

5. Casus. Quintus est sortilegium & diuinationo, vt habetur 16. quæst. 1. cap. 1. & ta-

les sunt infames, & à testimonio repelluntur.

Vltra autem hos casus potest episcopus in sua dioecesi alios casus sibi reseruare prout sibi viderit expedire. Ioānes Andre. addit prædictis oppressionem puerorum, incestum, corruptione monialium, coitum cum brutis, periurium falsum, blasphemiam Dei & sanctorum.

Addit verò omne peccatum contra naturam, & quodlibet enorme, quod particularis vel generalis consuetudo reseruat episcopis. Sed crediderim ego, quod tot casus reseruare, non est aliud quam ponere laqueos in via salutis, & confessorum potestatem restringere. Verū est quod vbicūq; occurrerit aliquod graue delictum & enorme, ad terrorem est saluberrimum ad superioris iudicium recurrere, sicut etiā episcopi aliquando remittunt peccatores ad sedem apostolicā propter enormitatem criminum ad aliorum terrorem, quamuis ab eis possint absolui, quia nullum peccatum adeo est enorme, à quo episcopus non possit subditum absolueri, dum tamen nullam habeat annexam sententiam excommunicationis.

Annotare tamen oportet, quod reseruatō prædictorum casuum intelligenda est de actibus exterioribus cum effectu, & non de interioribus, nam si quis quæsiuit aliquem occidere, istud homicidium nō est reseruatum episcopo. Similiter secundum Palud. in 4. distinctione, 33. quæst. 2. incestus commissus à pueris non habentibus vsum rationis, non est reseruatus episcopis, quia per hoc non tollitur virginitas nec causatur affinitas.

Annotare etiam oportet, quod quando quis absoluit à casu à quo nō potuit, si fieri potest sine scandalo notabili, vocet illum, quem absoluerat, si illum cognoscit, & per aliquem coopertum modum interroget de aliquibus quæ sibi est confessus, quasi volens se melius informare ac si plene non intellexisset, & si quæ

Ioā. Andr.

Palud.

si quæ alia peccata commisit, & sic ab omnibus iterum eum absoluat, petita prius à superiori autoritate ab illo casu absoluedi. Si vero timet notabile scandalum ex hoc oriri: committat Christo summo sacerdoti.

XXVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum ratihabitio concedat facultatē absoluedi, ita vt sacramentalis absolutio impensa sub ratihabitioe sit valida?

PRO huius difficultatis elucidatione trimembris distinctio præmittenda est, nempe quod ratihabitio alia est de futuro, alia de præsentis, alia de præterito. Hanc distinctionem ponit Caietanus in summa verbo Absolutio. Tūc est prima conclusio. Ratihabitio de futuro non præbet facultatem absoluedi de aliquo reseruato, neq; exhibet potestatem non exposito ab episcopo, vt possit audire confessiones, ex eo quod credit, quod si adiret superiorem ad hanc facultatem petendam, ei concederet, & quod ei placeret. Vnde si sub hac ratihabitioe sacerdos absolueret, nullū esset sacramentum.

Caieta. 1. conclusio

1. conclusio

Secunda conclusio. Ratihabitio de præsentis nullo exteriori signo demonstrata etiam non dat facultatem absoluedi. Hæ duæ conclusiones simul probantur, nam ad absoluedum necessaria est iurisdicctio, quam tamen talis ratihabitio non dat, & ideo non potest sacramentalis absolutio impendi sub ratihabitioe, quoniam quod sub ratihabitioe spe fit, quamuis voce tunc fiat, re tamen vt pendens fit, ita vt possit & rati ficari & iterari: constat autem non esse in potestate absoluedi conferre nunc sacramentum, & suspendere effectum illius in tempus futuræ ratiificationis, & exponere sacramentum discrimini, vt

A nullum sit si irritetur. Verat: sed tamen

Tertia conclusio. Rati instantissimi de præsentis siue de præterito in s, Am- psal. 50. exteriori signo demonstrata, & à tem dat absoluedi, vt si videat prægi- quod clerici contentur ad inuicem, & tacens dissimulat, illa ratihabitio videtur sufficere: quia non videtur solum ratihabitio, sed consensus interpretatiuus: quia eo ipso quod tacet consentire, & interpretatiue conferre licentiam videtur.

XXIX. DIFFICULTAS.

Vtrum confessio & absolutio bis vel ter vel pluries de eisdem peccatis repetita sit sacramentalis?

RESPONDENDO ad hanc quæstionem Scotus in 4. dist. 8. in solutio. Ad primam, duo dicit, primum quidem quod huiusmodi confessio est fructuosa ex opere operantis ratione erubescenz, quam penitens in illa generali confessione patitur, quod quidem adeo est certum apud omnes, vt nemo sit qui ambigat. Expresse enim Diuus Thomas in additionibus 3. p. quæst. 10. in calce quinti articuli ait, quod quanto aliquis pluries de ipsis peccatis confitetur, tanto magis poena minuitur. Et Diuus Augustinus in libro de vera, & falsa poenitentia capit. 10. docet quod quanto quis pluries confitetur sui criminis turpitudinem, tanto facilius consequetur remissionem propter verecundiam. Secundum quod dicit Scotus est, quod est magis probabile huiusmodi confessionem non remittere culpam nec partem poenæ, ac subinde non esse sacramentalem. Hac tamen Scoti sententia quantum ad hoc secundum dictum, missa, vnica conclusio affirmatiua præsentis difficultati ar-

Scotus

D. Thom.

D. Augu.

con. vnica.

ti arbitror me non insufficienter satisfacere posse, nempe, quod confessio ista est sacramentalis, habetque virtutem remittendi culpam, ac partem poenae. Conclusionem hanc tenent vniuersimodum omnes doctores (vno Scoto excepto.) Et in primis probatur ex vfu ecclesiae vniuersalis, piorumque hominum, qui frequenter generaliter confiteri solent, siue in Iubileis, siue in mortis articulo, siue alias de peccatis iam rite confessis, & absolutis, etiam si nulla alia mortalia postmodum de nouo commiserunt, & tamen confessionem sacramentalem se facere, veramque absolutionem recipere existimant, nam alias nequiquam peccata turpissima, & occultissima iterum in confessione ista generali patefacerent. Deinde, quia alias confessores sacramentaliter absoluentes à peccatis iam semel confessis & absolutis, proculdubio grauissimum sacrilegium committerent, eò quod apponerent formam ubi non adesset materia, quemadmodum si quis puerum sine aqua baptizaret, vel sine hostia consecraret. Præterea, quia cum in generali confessione omnia necessaria ad poenitentiae sacramentum concurrant, scilicet veram formam & verum minister cum recta intentione, & materia, quæ est peccatorum cum illorum dolore confessio, nulla ratione non solum conuicente, sed neque apparente negare quis valebit, eum, qui generaliter confitetur etiam si sola peccata iam bis vel ter ab eo confessis confiteatur, verum poenitentiae sacramentum recipere. Nam dicere, quod in huiusmodi generali confessione deficiat materia, eò quod sacramenti huius materia non est quorūcumque peccatorum confessio, sed illorum, quæ per clauis ecclesiae nondum sunt absoluta, nihil est, quia nec ex sacris literis, nec ex concilijs nec ex sanctis colligitur, quod sit talis materia in hoc sacramento requisita, sed tantum quod pec-

cata commissa sunt materia absolutionis. Solum enim in concilio Florentino assignatur pro materia sacramenti poenitentiae actus poenitentis, scilicet contritio, confessio, & satisfactio. Pro cuius pleniori intelligentia annotare oportet cum domino Caietano in summa, absolutionem iterari posse super omnino eadem peccata, non tamen super omnino eandem confessionem, quia, scilicet super eandem materiam proximam nullius sacramenti forma iterabilis est absque sacramenti iniuria & magno sacrilegio. Unde quamuis in eadem aqua possunt plures pueri baptizari: non tamen eadem lotionem seu abluitionem. Ipsa namque iteratio attestatur insufficientiam prioris formæ. Si enim prima vt sufficiens haberetur, non iteraretur, ac per hoc, cum confessio teneat locum materiae proximæ in sacramento poenitentiae, vt in præfato concilio Florentino habetur, nisi multiplicetur confessio, non potest multiplicari absolutio. Et quia potest homo pluries confiteri eadem peccata, potest quoque pluries absque eadem absolui. Nec nocet quod obijcitur, quia forma quæ iteratur est falsa, scilicet, Ego te absoluo, eo quod cadit super peccata iam prius confessa, & absoluta. Non inquam nocet, nam eadem ratione probaretur, peccata venialia non esse materiam confessionis, etiam si quoad culpam & poenam non essent remissa. Siquidem ille qui cum solis venialibus ad sacramentum accedit, non est ligatus, ac proinde forma, Ego te absoluo, est falsa: & tamen iam supra docuimus, quod quamuis peccata venialia non sint necessario confitenda: nihilominus tamen si confitentur vera confessionis materia sunt. Et eadem ratione peccata mortalia semel rite confessa & absoluta sacramentaliter cum iterum

Conc. Flo.

Caiet.

iterum in confessionem adducuntur, sufficiens materia absolutionis sunt. Ac subinde vera est forma cadens super illa. Secundo respondetur, quod regulariter & vt in plurimum peccatores cum à culpa absoluuntur, manent quo ad poenam pro peccatis ligati, quod quidem, vt veritas formæ, Ego te absoluo, à poena scilicet seruetur sufficit. Quod si aliquando contingat culpam & poenam iam esse remissam (quod nobis constare non potest) nihilominus tamē semper forma erit vera, nam sensus est, ego te absoluo, id est quantum in me est tibi culpam & poenam remitto, quod si nec culpa nec poena addit, illud erit per accidens. Tertio possumus dicere, quod vt veritas formæ saluetur sufficit quod à reliquijs peccatorum adhuc remanentibus, culpa & poena remissa, absoluatur. Experientia enim didicimus, quod quodcumque homo mortaliter peccat, in poenam peccati sui incurrit quandam deordinationem potentiarum, & remanent in illo mali habitus acquisiti, ac propensiones & inclinationes ad malum difficultasque ad bene operandum, quæ reliquias peccatorum dicuntur. Cum igitur poenitentiae sacramentum sit veluti medicina contra peccati actualis morbum instituta, (vt dictum est) prodest etiam ac valet aduersus omne malum quod ex ipso actuali peccato in nobis oritur, & relinquitur. Gratia enim quæ per hoc sacramentum homini confertur ex opere operato, ad omne illud malum tollendum, ordinatur. Quarto concedere possumus, quod à culpa mortali iam remissa adhuc homo absoluitur, eò quod adhuc post confessionem & absolutionem sacramentalem remanet quodam modo ligatus. Cum enim peccatum mortale malum sit infinitum, aliquid habere videtur à quo homo semper petere vt mundetur queat, quamuis enim Dauid sui peccati absolutionem iam ex ore

A Natham prophetae audierat: sed tamen cum vberrimis lachrymis instantissime lauari à Deo petebat dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Ad eius igitur imitationem quilibet peccator dū secundo & tertio absoluitur ab eisdem peccatis, id ipsum petere poterit. Et tanto magis, quanto magis incertus est, an iam illi remissa sint peccata, an non. Sic nanque nullum est inconueniens quod sententia semel lata iterum atque iterum ab eodem iudice confirmetur vel declaretur, maxime cum reus id petit, eo quod timet, an totaliter fuerit liberatus per illud: ita non inconuenit quod bis vel ter, vel pluries super eadem peccata ab eodem confessore vel à diuersis, peccatore iterum atque iterum ea confitente illis, absolutionis sententia repetatur.

C Sed consequenter suboritur dubium quoddam paruum, scilicet, vtrum cum quis generaliter confitetur, teneatur omnia peccata iam confessa & absoluta in illa confessione explicare, an aliquod mortale tacere possit. Huic dubio quinque conclusionibus satisfacere possumus, quarum prima est. Quodcumque poenitens confessori dicit se velle confiteri omnia peccata mortalia quæ per spacium totius vitæ commisit, minime in dubium verti potest, quin omnia sub mortali peccato confiteri teneatur. Conclusio hæc ex eo aperte liquet, quia alias in re grauissima mendacij peccatum committeret, confessoremque deciperet.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Si autem absolute poenitens diceret, se velle generaliter confiteri pro libito suo, posset tunc quædam confiteri peccata, quædam verò tacere, quemadmodum in venialium confessione fieri posse, in superioribus docuimus. Si verò poenitens non vt par est, se explicat sed solum dicit, se de præteritis à se commissis velle confiteri non addendo per totam vitam, nec negando, non tenetur omnia patefacere in huiusmodi confessione, eo quod in hoc sacerdote non decipit.

Dd Sed

Sed quia hoc non videtur vsquequaque licitum, tutius est vt se explicet, an de omnibus an de aliquibus confessionem facere vellit. Quod si non se explicat: confessor inquirere hoc debet.

3. *conclu.* Tertia conclusio. Qui vult generaliter confessionem facere, per plures confessiones potest sua partiri peccata, ita vt in singulis absolutionem recipiat, dummodo iam omnia illa peccata ritè confessa fuerint, nec sit scrupulus aliquis aut dubium an præteritæ confessiones validæ fuerint, nec ne. Oportet enim omnia mortalia semel integre confiteri, & absolui, alioquin non dimittentur.

4. *Conclu.* Quarta conclusio. Peccata alias confessa, & absoluta simplici sacerdoti confiteri possunt. Ratio istius conclusionis est, quia postquam peccata mortalia semel cõfessa & absoluta sunt, non magis sacerdotem expositum requirunt quam venialia: at vero venialia à quocunque simplici sacerdote posse absolui, perspicuum est.

5. *Conclu.* Quinta conclusio. Si pœnitens dicere nollet confessori, se iam aliàs ritè confessum fuisse omnia illa peccata, id licite facere posset, pœnitentiamque acceptare aded grauem ac si nunquam illa antea confessus fuisset, hac tamen lege & conditione, vt non mentiatur, nec seipsum infamet. Conclusio hæc aded est euidens, vt probatione aliqua non indigeat, ed quod circumstantias culpam leuiorem efficiet, vnusquisque licite tacere potest. Quod si dicat se alias ritè omnia confessum fuisse, satisfactionemque pro omnibus adhibuisse potest, imo debet confessor minorem pœnitentiam ei imponere, nec ita exactè ac rigurose de numero peccatorum, & de illorum circumstantijs inquirere tenetur, sicut si nunquam alias illa confessus fuisset.

Sciendum tamen nobis est impræsentiarum, quod sicut ex generali con-

A fessione facta à non scrupuloso multa eum commoda, atque vtilitates sequuntur: ita è contrario scrupuloso generaliter confitenti interdum multa incommoda suboriuntur. Quocirca arbitrio prudentis confessoris relinquitur, vt ipse omnibus pensatis, iudicet, quibus confessionem iterare expediat, quibus autem minimè. †

B XXX. DIFFICULTAS.

Vtrum pœna taxari debeat secundum quantitatem culpæ?

Tribus conclusionibus sufficienter difficultati huic me satisfacturum existimo. Prima, si consideretur pœna secundum quod est satisfactoria, debet illam sacerdos taxare iuxta quantitatem culpæ.

Secunda conclusio. Si vero consideretur pœna quatenus est medicina peccatoris, nil vetat, quod pro maiori culpa minorem pœnam confessor imponat, & è conuerso pro minori culpa maiorem pœnam. Iuueni nanque pro fornicatione maior pœna imponenda est quam seni, quamuis minus peccet, vt qui peccato difficilius resistere potest, magis caueat sibi in futurum. Maior quoque pœna imponenda est sacerdoti quam seculari, eo quod periculosus est peccatum in eo. Episcopus enim vel sacerdos, cum maiori periculo suo & aliorum peccat.

E Tertia conclusio. Pœna purgatorij semper taxatur secundum quantitatem culpæ, habita consideratione ad contritionem & confessionem illius. Hæc conclusio probatur quo ad primam partem, quia pœna purgatorij solum infligitur ad soluendum debitum. Nam vltèrius non manet locus peccandi. Quocirca non infligenda est pœnitentia

†

Pri. *conclu.*

2. *conclu.*

3. *Conclu.*

pœnitenti maior pœna, vt in futurum caueat sibi. Quo ad secundam verò partem etiam probatur, nam per omnia ista, nempe contritionem, confessionem, ac absolutionem, aliquid de pœna dimittitur. In ponenda igitur pœnitenti satisfactione omnia ista sunt consideranda à sacerdote.

De sigillo confessionis.

XXXII. DIFFICULTAS.

Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata quæ nouit in confessione?

1. *Conclu.*

AD præsentem quæstionem aliquibus conclusionibus respondetur. Prima, Quicumque sacerdos tenetur confessionem omnino celare, & qui eius sigillum refereret esset sacrilegus, hoc est rei sacræ violator. Conclusionem istam tenet Diuus Thom. in. 4. distin. 21. quæstio. 3. artic. 1. & eam tenent absque discrimine omnes doctores eadem distinctione. Habetur quoque de pœnitentia distinctione. 6. capit. Sacerdos. & in concilio. 6. Carthagenen. cap. vltimo. Vbi grauisima pœna imponitur sacerdoti confessionem reuelanti. Item in cap. Omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss. vbi dicitur caueat omnis sacerdos, ne verbo, vel signo, aut alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem. Sed si prudentiori consilio indiget, illud cautè absque vlla expressione requirat: quoniam qui in pœnitentia iudicio peccatum sibi detectum reuelare præsumperit, non solum à sacerdotali officio deponendum decreuimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum. Non tamen tenetur subire has pœnas quousque iuridice fuerit cõdemnatus sigillum fregisse. Compro-

A batur verò ratione hæc sententia, quia ea quæ exterius geruntur, sunt signa rerum quæ interius fiunt, confessionem ergo qua quis sacerdoti subiicitur, signum esse interioris subiectionis qua quis Deo per contritionem subiicitur, fateri oportet. Cum igitur Deus peccatum illius qui per pœnitentiam sibi subiicitur, tegat iuxta illud Psalmi. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, etiam confessor tenebitur tegere peccatum pœnitentis sibi subiecti per confessionem.

Secunda conclusio. Nulla alia persona à sacerdote, siue quia interpret fuit in confessione, siue quia audiuit casu confitentem alte loquentem se ipsum accusando, siue quia ex malitia audiuit, siue alio quocunque modo, tenetur ad sigillum confessionis: peccabit tamen mortaliter illud reuelando. Et arctiori vinculo tenetur confessionem illam celare, quam si sub alia quacunque fide secreta extra confessionem illa quæ scit, in confessione nouisset. Hanc conclusionem tenet Soto in. 4. distinctione. 18. quæstione. 4. articulo. 5.

Sed iam quod sacerdos celare peccata audita in confessione tenetur, merito dubitatur, quo iure ad id teneatur. Pro quo fit tertia conclusio. Non tantum ex iure naturali sigillum confessionis, sacerdos seruare tenetur, sicut quilibet homo alia secreta sibi commissa tenetur seruare, vt infidelitatem non committat: verum etiam ex præcepto eodem diuino, quo tenemur ad confessionem. Hæc conclusio præter hoc quod est sancti Thomæ qui in loco præallegato vtrunque de iure diuino esse, & in neutro posse cadere dispensationem ab homine factam, affirmat; præter hoc etiam quod est ferè omnium doctorum sententia in. 4. distinctione. 21. probatur vrgentissima ratione. Quia eodem præcepto quo finis præcipitur, & mediū necessarium ad consequutionem illius præcipitur. At verò mediū necessarium

Psal. 31

2. *Conclu.*

Soto

3. *conclu.*

ad huius sacramenti poenitentiae conscientiam est seruare secretum sigilli. **E** Quo fit, ut quamuis absolute seruare secretum de essentia sacramenti non sit, eo quod quantumuis postquam poenitens absolutus est, sacerdos peccata in confessione audita reuelat, sacramentum non tollit: attamen est de necessitate sacramenti in communi, ut scilicet confessio in tota conferretur ecclesiae: & de necessitate praeccepti, quoniam si homines scirent peccata ab eis in confessione detecta posse reuelari, nunquam confiteri vellent. **¶** Quemadmodum ergo quilibet Christianus confiteri de iure diuino tenetur, ita sigillum seruare tenetur quilibet sacerdos de iure diuino, **E** & patet etiam ex traditione ecclesiae vniuersalis. **¶** Quod autem hoc sigillum sit de iure naturae probatur ex illo generali principio, Quod tibi non vis, alteri ne facias, & ex alio quod vnusquisque tenetur seruare depositum & potissimum secretum, quod apud se deponitur, ut celet: nam pollicetur depositarius, id summa fide custodire. Hoc autem modo sacerdos spondet non solum homini, sed Deo, summa fide confessionem habere in pectore conditam, & optimum consilium est quaecumque in confessione audit sacerdos, curare obliuioni tradere, ut bene ait Soto. Nec solum fatendum est confessorem teneri celare peccata praeterita poenitentis, de quibus emendationem promittit: verum etiam peccata in futuro committenda, cuius contrarium absque ratione aliqua Alexander Alensis alias vir doctissimus in .4. part. suae Theologiae, quaestione. 78. membro. 2. articulo. 2. asseruit. **E** Et Panormitanus super capit. Omnis vtriusque sexus, & dicit esse sententiam Innocentij, quibus subscribere videtur Syluester, verbo, confessio. 3. §. 5. In hoc tamen non est standum Canonistis, cum sit Theologorum negotium, & eorum sententiam

A omnino in hac re improbabilem esse censeo. **E** Probatur nostra sententia contra Alexandrum, quia moraliter loquendo, impossibile est posse sacerdotem illud futurum peccatum reuelare, quin aperiat propositum quod in confessione poenitens manifestauit se habere ad illud perpetrandum: confessionem ergo detegeret sacerdos peccatum futurum nondum factum, sed de nouo perpetrandum reuelans. Vnde Diuus Thomas ait, illam opinionem esse erroneam, quia est contra veritatem sacramenti. Item, quia non minus homines retraherentur a confessione, si crederent confessorem esse detecturum peccata futura, quam si crederent praeterita peccata esse reuelaturum. **E** Item, quia cum hoc peccatum quod postea est opere patrandum sit iam praeteritum, nempe in voluntate, & in intentione commissum, sub sacramentali sigillo cadere necessum est. Postremo quia in cap. Quod quidam de poeniten. & remis. praecipitur quod confessiones impoenitentium, qui dicunt se abstinere non posse, recipiantur, & tamen si tales confessiones sub sigillo non caderent, nolent huiusmodi impoenitentes confiteri: & dato vellent, res tamen esset valde periculosa, eo quod pateret iniquis sacerdotibus aditus confessiones reuelandi pro libito suo. **¶** Ex his colligitur manifeste ob nullam causam, ob nullum euentum vel necessitatem, nempe ob seruandam vitam hominis, quantumcunque esset vel Regis, vel Papae, vel propriam ipsius sacerdotis, imo nec propter seruandam salutem totius Reipublicae, siue temporalem siue spiritualem, licere peccata in confessione audita detegere, cum veditur Diuus Thomas in iure diuino dispensatio non cadat: & sit praecceptum negatiuum de sigillo seruando, quod obligat pro semper, & non sicut praeccepta diuina affirmatiua, quae quidem non obligant pro semper. **E** Vnde ex

E

D. Tho.

¶

D. Tho.

E

causa iusta potest in eis cadere dispensatio, ut in praeccepto diuino de integritate confessionis (sicut dictum est.) **¶** In hoc enim subest differentia inter confessionis sigillum & secreti sigillum, quia confessionis sigillum in omni casu atque euentu confessor seruare tenetur: etiam si sciat per confessionem aliquem haereticum in sua parochia, vel alibi alios inducentem ad haeresim, & etiam si sciat, quod detecta confessione posset faciliter liberare personam innocentissimam a supplicio, ad quod rapitur, ut quando audiuit confessionem malefactoris, & sic scit istum qui occiditur, esse innocentem, cum sit maius bonum ac excellentius poenitentiae sacramentum quam quodcunque aliud reipublicae bonum. Quod quidem bonum sacramenti huius minime ut diximus seruari potest sine sigillo. **E** Ex quibus euidenter elicitur falsissimam & fortasse erroneam esse sententiam Altisiodorensis cap. 4. de confessione. Asserentis pro aliquo malo vitando, vel bono maximo profequendo licere de licentia episcopi reuelare peccata audita in confessione. **¶** Deberet tamen sacerdos in praedicto casu poenitentem admonere, ut reuelaret ne innocens occidatur. Quod si noluerit facere, non eum absoluat. At si quid alicui est sub sigillo secreti vel confessionis proditum, tamen extra confessionem vel sub iuramento non reuelandi, si absque causa urgente rationabili reuelat (etiam praecipiente praelato) peccatum est mortale, quia contra ius naturae agit, secundum Archidia. & Henric. de Gandauo quodlibet. 9. & secundum Syluest. in verbo secretum. §. 2. Imò secundum omnes doctores: ex rationabili tamen & urgente causa, ut si imminet nocumentum notabile corporale vel spirituale reipublicae, ut si sit aliquis haereticus secretus, & ego scio quod vult suam haeresim populo praedicare, debeo manifestare, non obstante quacunque promissione, vel iuramento. Simili-

¶

E

Altisiod.

¶

Archid.

Henric. Gā.

Syluest.

A ter, si imminet tale nocumentum innocentis, ut si scio sub sigillo secreti, quod Ioan. furatus est equum, de quo furto fallè accusatur Petrus, & ad supplicium rapietur, nisi ego reuelem secretum Ioanis, & si spero me illum posse liberare, reuelare debeo.

Annotare hic tamen opus est. Quod hoc praecceptum de sigillo seruando obligat quoties quis ad confessionem accedit cum proposito confitendi sacramentaliter per modum accusationis coram Deo, etiam si accedat cum proposito patrandi aliquod malum, quod faceret confessionem non esse validam, & non eum absolueret sacerdos, eo quod a tali proposito non vult desistere. Similiter, peccata in confessione dimidiata audita, cui non fuit adhibita absolutio propter aliquod impedimentum, sunt seruanda sub sigillo: quia ad talem confessionem accedit poenitens cum animo confitendi, & sunt ei dicta peccata, non ut homini, sed ut Deo. Secus verò est, quando quis accedit non animo confitendi, sed ut peruertat, ac allicitat confessorem ad suam haeresim atque errorem, vel conspirationem, vel aliud malum, nam tunc non est confessio, ac proinde sacerdos non tenetur seruare praedictum sigillum. Similiter, cum aliquis dicit amico ad commendandum illi secretum, Hoc tibi dico sub sigillo confessionis: non propterea cadit sub sigillo confessionis, sed secreti humani, etiam si alius dicat quod illud recipit sub sigillo confessionis: quia quicquid ambo dicant, nunquam est confessio. Imò etiam si hoc quis dicat sacerdoti genibus flexis, & praemitendo confessionem generalem, si id duntaxat faciat causa detegendi illud secretum non confurgit sigillum confessionis. Qui tamen isto modo secretum recipit, tenetur plus quam alia secreta seruare, quia ex pacto illo additur nouum vinculum. **E** Similiter cum ex malitia quis audiuit peccata alterius se confitentis, ut maritus peccata uxoris fingendo se

Dd 3 con-

confessorem, & si non absoluat, gravissimum committit peccatum sacrilegij, & pariratione dicendum est, cum quis furatus est peccata alterius scripta, vel si casu reperit, & statim ut advertit esse confessionem non desinit legere. Quamvis enim omnes isti teneantur servare secretum sub mortali peccato, non tamen incurrunt poenas iuris, si reuelent illa peccata, quia illa restringenda sunt ad frangentes sigillum, quod isti non frangunt. ¶

Sed iam quod sacerdos non potest reuelare malum quod scit per confessionem, quid tenetur tunc facere? ad quod fit quarta conclusio. Quod debet adhibere media quae potest, ut malum illud prohibeat, ac euitet absque confessionis reuelatione, nepe monendo eos qui huiusmodi crimina confitentur, & generalibus verbis eos admonendo, quibus periculum paratur, ut sibi prospiciant, & periculum caueant, quod accidere potest. Dicere etiam potest praelato, ut diligentius vigilet super gregem suum, lupus enim in grege suo versatur: ita ut non prodat, & dicat aliquid, quo verbo vel nutu confitentem manifestet, ut D. Tho. ait in loco supra citato.

Sed quid si rogetur quis de peccato audito in confessione cum iuramento, utrum sciat illud fecisse, an licite iurare posset, se illud peccatum nescire? Tunc est quinta conclusio affirmatiua, nempe quod potest illud iurare absque aliqua culpa. Haec conclusio est ferè omnium doctorum in dist. 21. Ipsam enim tenet D. Thomas, & Alexan. Alen. in locis citatis, & Bonaventura, Ricardus, Adrianus quoque quodlibeto. II. articulo. II. ad. 2. & in. 4. in propria quaest. de sigillo confessionis. Caietanus insuper tenet eandem in summa, verbo, confessio. Ratio huius conclusionis est, quia hoc verbum scio est æquiuocum, nam aliquando importat scientiam illorum quae reuelari possunt, aliquando scientiam illorum quae reuelari non possunt. Idem est de verbo,

A nescio. Et ne videamur hanc significationem fingere propria auctoritate, habemus Christum redemptorem nostrum auctorem, Marci. 13. cap. ubi loquens de iudicio finali, inquit. De die illa nemo scit, neque angeli in caelo, neque filius nisi pater. Notum est autem, Christum etiam in quantum hominem illud non ignorasse, cum ab instanti suae coceptionis scientiam omnem habuerit. Vnde textus ille intelligendus est, quod nesciat ad reuelandum. Et in hoc sensu accepit hoc verbum Hieronymus in commentarijs super Oseam cap. 3. & super Matt. cap. 24. In hoc etiam sensu sumenda est scientia quam habet sacerdos de peccatis quae nouit in confessione. Vnde potest etiam sub iuramento asserere se nescire: tum quia non scit ad reuelandum, tum etiam quia scit ut Deus, scilicet non ut in opprobrium dicat, sed ut obliuioni tradat quod in die iudicij ad gloriam referat poenitentium. Quocirca idem est nescio ut homo, inquit Soto, quod nescio ut dicam. Et in hoc sensu ait Bernardus. Nihil mirus scio, quam quod in confessione scio. Imo etiam si interrogaretur, Audisti Petrum hoc crimen commisisse posset respondere, Non audiui, quia etiam facit sensum, Non audiui tanquam homo ut dicam, sed ut Deus ut non dicam. ¶ Imò, ipse poenitens potest iurare huiusmodi peccatum non dixisse alicui, imò ipsi confessori potest dicere, non dixi tibi hoc peccatum, quia semper intelligitur ut homini. ¶

Sed quid si interrogetur à iudice tyranno vel improbilissimo Christiano, utrum audierit in confessione, Petrum hoc fecisse? Ad hoc fit sexta conclusio. Quod non potest sacerdos asserere, se non audisse in confessione. Hanc conclusionem tenet Soto & Cano contra Adrianum, quæst. vltima de confessione. Et ratione ostenditur, nam responsio hæc, Non audiui in confessione, non recipit illam expositionem, Non audiui ut dicam, quia audire in confessione sacerdotem peccata, idem

ta, idem est quod audire ut Deus. Vnde dicere quod non audiuit in confessione, est dicere quod non audiuit ut Deus: quod est mendacium & sic non esset ei respondendum, sed esset tanquam iniquus iudex acriter reprehendendus, & competenti iudici denuntiandus quod confessionem quantum in se est præterdit tollere. Siquidem sigillum quod ad eius conscientiam est necessarium, vult ut frangatur: & esset que puniendus tanquam sacrilegus & male sentiens de ipso confessionis sigillo. ¶

Septima conclusio. Prælatus audiens confessionem subditi, potest sine lesione propriae conscientiae dimittere illius peccatum impunitum, quod nouit in confessione. Imo non potest eum extra confessionem punire. Ratio est, quia scit tantum ut Deus. Quo fit, ut prouincialis, vel quicumque superior non possit absoluere priorem vel guardianum ab officio propter notitiam quam ex confessione accepit, & pari ratione non poterit electum non confirmare, quia scit tantum ut Deus. Debet tamen superior in casu prædicto illi suadere in confessione, ut dignitatem, nempe prioratum, &c. resignet. Vel si noluerit poterit talis superior prælatus si est alia causa vel occasione, ex illa illum absoluere à cura prioratus, ita ut suspicio omnis vitetur de confessionis reuelatione. Non enim potest illum sine causa & iudicio sua iurisdictione spoliare: quæ quidem causa per aliam viam quam sacramenti innotescat. ¶ Si verò sit aliud officium amouibile ad prælati voluntatem, non habens annexam iurisdictionem, ut si sit procurator, vel sacrista potest illum absoluere ab officio dummodo inde nulla reuelatio aut suspitio reuelationis confessionis oriatur. ¶ Et eadem ratione si parochus in confessione scit, Petrum & Mariam esse consanguineos, vel affines, si cum admouerit, ad huc instet poenitens quod vult ducere Mariam, tenetur illis administrare sacra-

mentum matrimonij: quamuis sciat nullum esse sacramentum ratione impedi- menti. Similiter, si episcopus postquam admonuerit illum quem scit in confessione esse irregularem, non inuenit aliam causam qua illum ab ordine repellat, tenetur eum ordinare. Quia per solam confessionis notitiam non debet aliquis de populo priuari iure quod habet petendi sacramentum à proprio parochio, vel ordines ab episcopo. Similiter, non poterit quis suum suffragium denegare alicui ob solam alicuius peccati notitiam quæ ex confessione accepit, quia nouit esse indignum prælatura. Ratio istorum omnium est, quia alias retraherentur Christi fideles à confessione. Poterit tamen ei denegare illud suffragium, si alia appareant causa indignitatis. Ex his rursum infertur quod non potest prælatus per notitiam quam habuit in confessione sacramentali, moueri ad faciendam particularem inquisitionem: quia ius inquirendi nascitur ex delicti infamia vel semiplena probatione, & quod in confessione nascitur nullius horum rationem habet. Similiter, si fortè (quod absit) contingat, sacerdotem siue vnum siue duos vel tres, ex ignorantia, vel malitia & odio alicui iudici reuelare peccatum auditum in confessione: tunc iudex ille ex testimonio sacerdotis vel sacerdotum habito per confessionem, non poterit procedere contra reum, neque ad damnandum neque ad inquirendum. Tum, quia illud testimonium nullius momenti est, cum eo ipso quod sacerdos reuelat confessionem sit infamis: talis enim condemnatur in iure. Tum, quia si ex illa notitia iudex procederet contra reum, maximum scandalum sequeretur in ecclesia, & esset sacrilegus, si ex huiusmodi notitia procederet. Quare si alia via procedere non potest, debet se cohibere, & abstinere à tali processu.

Vtrum sigillum confessionis extēdatur ad alia quæ non sunt peccata, & audiuntur in confessione?

Hic difficultati tribus conclusio-
nibus respōdetur, quarum prima
sic. Sigillum confessionis directè & per
se ad sola & omnia peccata, nō tantum
mortalia, verum etiā venialia, & ad eo-
rum circumstantias extendit se. Simili-
ter cadit sub sigillo hoc, persona pœni-
tentis, & alia quæcunque illic explicata
quæ possent si proderentur, infamia læ-
di, vt quando quis personam complicē
delicti explicauit in confessione prop-
ter necessariam circumstantiam explicā-
dam. Hæc conclusio habetur expresse
in capit. Omnis vtriusque sexus, & qui-
dem quo ad mortalia peccata notissi-
ma est conclusio. Quoad venialia vero,
probat. Notum enim est, quod si pœ-
nitentes intelligerent, peccata venialia
non cadere sub sigillo: quod illa nun-
quam confiterentur, & quod deterren-
tur à confessione, & redderetur con-
fessio ipsa odiosa & iniusta. Item, quia ali-
quando magis erubescunt pœnitentes
de aliquo veniali peccato, imò de ali-
quo quod non est peccatum, quam de
aliquo mortali. Reuelare igitur veniale
auditum in confessione erit mortale.
Postremò quia sæpe dubitatur non so-
lum à pœnitentibus, verum etiā à Theo-
logis, vtrum hoc aut illud sit veniale
aut mortale, nam quidam dicunt esse
veniale, quidam verò mortale. Vnde si
semel daretur licentia ad venialia reue-
landa multoties etiā ea quæ sunt mor-
talia reuelarentur. Nec tantum respi-
ciendum est ad pœnitentis infamiam,
quantum ad sacrilegium. Dato enim ex-
tra sacramentum infamare aliquem de
veniali, non sit mortale: intra sacramen-
tum tamen est mortale. Quamuis enim
materialiter res parua sit: formaliter est
res maxima, sicut in materia de eucharis-
tia diximus, de aqua vino commiscen-

A da. & Vnde aboleretur ab ecclesia ve-
nialium confessio quæ non modica bo-
ni spiritualis iactura esset.

Secunda conclusio. Res aliæ quæ nō
sunt peccata, quæ si reuelentur ex con-
sequenti posset veniri in notitiam pec-
cati, aut peccatoris, vel locij criminis
per quendam discursum, cadunt etiam
sub sigillo confessionis indirectè, vt si
confessor diceret, Petrus fuit tali ho-
ra in tali loco, posset enim tunc Petrus
in suspicionem venire homicidij, quod
illic perpetratum est.

Tertia conclusio. Ea quæ sunt imper-
tinentia ad confessionem, scilicet quæ
nec directè nec indirectè ad ipsam spe-
ctant, non comprehenduntur sub sigillo
confessionis. Sunt nihilominus summo
studio celanda, præsertim dum circum-
stantes intelligere possint, in confessio-
ne fuisse audita. Tum propter scanda-
lum, quod apud eos oriretur: tum pro-
pter pronitatem quæ ex consuetudine
posset accidere. Potest enim contin-
gere, vel ex illa consuetudine, quam
habet narrandi illa quæ sub sigillo nō
cadunt peccata aliquando dicat. Has
tres conclusiones ponit Diuus Thomas
in. 4. distinctione. 21. quæstione. 3. articu-
1. quæstione. 2.

XXXIII. DIFFICULTAS.

*Vtrum liceat detegere in genere pecca-
ta audita in confessione?*

Respondebimus huic difficultati
per aliquot cōclusiones & earum
prima sit. Si quis in genere, & in commu-
ni aperiat peccata in confessione audi-
ta, taliter vt neque directè, neque indire-
ctè quis in cognitionem pœnitentis ve-
nire possit, non reuelat confessionem.
Conclusionem hanc tenet Scotus in. 4.
distinctione. 21. quæstio. 2. & Sic nanque
intelligere oportet, id quod dicitur in c.
Omnis vtriusque sexus. Caueat autem
(inquit)

(inquit) sacerdos ne peccatorē prodar,
id est ne reuelet peccata, ex quo in pec-
catoris notitiam deueniatur. Et pro-
batur ex vsu communi sacerdotum, qui
in familiaribus colloquijs narrāt pec-
cata quæ audierunt in confessione abs-
que scrupulo, & doctores multoties po-
nunt casus, quos in confessione audie-
runt, & similiter prædicatores in con-
tionibus reprehendunt ea peccata quæ
in confessionibus audiuntur. Cauere ta-
men magnopere debent, ne dicant ta-
lia esse audita in confessione, imò & ca-
uere debent prædicatores ne illa prædi-
cent in præsentia eorum, qui illa confes-
si sunt.

Secunda conclusio. Et si nullum pec-
catum sit prædicto modo loqui de pec-
catis auditis in confessione, melius ta-
men ac tutius est, ab huiusmodi loquu-
tionibus abstinere: quia semper sequi-
tur scandalum ex illis, maximè apud gē-
tem vulgarem & communem.

Sed an liceat aliquando personam
pœnitentis explicare in familiaribus
colloquijs. Ad hoc sit tertia conclu-
sio in ordine. Si quis detegat peccata cō-
muni nomine peccatorum, explicando
etiam pœnitentis personam, vt si quis di-
cat Petrus confessus est mihi sua pecca-
ta, imò si dicat sua venialia: non ideo re-
uelator confessionis est iudicandus. Hæc
conclusio probatur, nam materia con-
fessionis sunt peccata, ergo detegendo
venialia isto modo in communi, non iu-
dicabitur sacerdos fractor sigilli, cum
de aliquibus peccatis debeat esse con-
fessio. Secus tamen esset si diceret in ge-
nere, Petrus mihi confessus est sua pec-
cata mortalia, nam certe reuelator con-
fessionis tūc iudicaretur. Ratio est, quia
ex tali loquutione deterreretur homi-
nes à confessione. Quia confessionē
sacramentalem absque mortalibus fie-
ri posse omnibus compertum est.

Sed quid si peccatum est publicum
ac notum omnibus? Pro hoc sit quarta
conclusio. Quod quamuis peccatum sit

publicum, vt publicus vsurarius, aut cō-
cubinarius, aut meretrix, non licet dice-
re, Petrus confessus est mihi suum mor-
tale peccatum, aut meretrix confessa
est mihi legitimè de suo meretricio, &
absoluta est à me. Hæc conclusio est

Caietani in summa verbo cōfessor. Cui
adhæret Soto in. 4. & eam probat hac
ratione: quia postquam ad confessionē
relatum est, non licet illud extra profer-
re. Nec licet dicere, interrogato sacer-
dote, Iste non est absolutus, sed in his
omnibus non aliud licet dicere quam

ipse est confessus mihi & ego feci offi-
cium meum, & hæc est tutior sententia
quàm dicentium, quod potest confes-
sor respondere se illum non absoluisse,
cum his tamen stat quod liceat proprio
sacerdoti huiusmodi concubinarijs &
vsurarijs Eucharistiam denegare, etiam
si ipsemet illorum confessionē audisset
& nō absoluisset eos. Debet enim se ha-
bere tanquam si nihil in confessione
sciret, & dicat quia iste hætenus fuit &
est, quantum apparet, in tali peccato pu-
blico, & peccatum publicum debet pu-
blica pœnitentia apud homines purga-
ri propter scandalum, ideo nisi publicè
constet, te vel illum reliquisse peccatū,
nolo communionē dare, neque ad ec-
clesiasticā sepulturā admittere. Et sic
absque hoc quod ipse reuelet confessio-
nem, sanctè & iustè negabit confessio-
nem. Similiter, si diceret, ego non potui
ipsum absolvere quia non video pœni-
tentiam publicam de peccato publici
concubinatus, aut vsuræ, &c. Et nō ideo
reuelat confessionem: quia nihil dicit
quod sciat per confessionem, sed quod
tam ipse quam alij vident, scilicet non
pœnitere publicè de peccato publico,
cum debeat pœnitentia publica præce-
dere absolutionem, si peccatum est pu-
blicum. Itaque debet pœnitens satisfacere
publico scandalo prius: non tamè
potest dicere, iste non vult pœnitere,
vel iste est obduratus in peccato suo,
quia hoc scit per confessionem: quia il-

Caieta.

5. Concl.

Soto.

¶

Colic. vii.

le dixit confitendo, ego no'lo relinquere statum meum. Hac Caietanus vbi supra.

Quinta conclusio. Si cotingat quod confessor ex ignorantia absoluit aliquem quem absoluere non poterat, eo quod erat excommunicatus, vel habebat casum reservatum, poterit ipse sacerdos libere & absque aliquo scrupulo dicere poenitenti, frater, ego commisi errorem te absolvendo, redeamus ad confessionem, quia tibi expedit valde. Quod si noluerit sibi imputet, & dimittatur: quia iam non est in culpa sacerdos, si autem voluerit, dicat ei confessor, Necessesse est iterum peccata tua confitearis in generali, & si qua alia commisisti: quia fecit tale peccatum in confessione, quod eras excommunicatus, & non potui te absolvere. & hoc modo hunc defectum sine confessionis revelatione reparabit. Conclusio istam tenet Soto in relectione de ratione tegendi & detegendi secretum, memb. 3. quaest. 4. dubio. 4. circa quintam conclusionem, nec est dubitandum de illa. Extra tamen hos casus necessitatis nullatenus sacerdoti licet de culpis extra confessionem cum poenitente ipso sermonem vllum inire, & nisi ex voluntate poenitentis, ipso poenitente incipiente, cautè tamen & cordatè.

XXXV. DIFFICULTAS.

Vtrum de licentia poenitentis possit sacerdos revelare ea quae in confessione novit.

Missae sententia Alexan. Alen. in 4. par. quaest. 78. memb. 2. artic. 3. & Scoti distin. 21. quaest. 2. & Durã. eadè distin. quaest. 1. qui omnes affirmant, de poenitentis licentia non posse confesorem peccatum auditum in confessione aperire. Omissa inquam hac opinione, huic difficultati vnica conclusione affirmatiua responderetur, nempe quod

A poenitens potest conferre licentiam sacerdoti reuelandi peccata audita in confessione, & sacerdos secluso scandalo, illa licentia obtenta, potest peccata illa reuelare. Hac conclusio est de mente D. Tho. in 4. distin. 21. quaest. 3. artic. 2. & Bonauen. & Paluda. Adrianique, ac tandem ex consensu omnium aliorum doctorum, & eam probat eleganter in loco citato D. Thomas, & primo quoad primam partem. Nam quando quis potest aliquid facere per se, poterit etiã illud facere per alterum, At vero poenitens potest peccatum suum quod fecit per se, alteri reuelare: ergo poterit etiã per sacerdotem. Secundo probatur, quia potest poenitens facere, vt quod sacerdos sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo, quod quidem fit cum licentiam ei prabet ad dicendum. Tertio probatur ex vlu ecclesiae, nam saepe contingit sacerdoti ex poenitentis licentia reuelare peccata audita in confessione alicui doctori, propter vtilitatem poenitentis, nepe ad capiendum consilium in re, quam sacerdos diffinire non valet. Imò, & absque poenitentis licentia potest sacerdos de eadem re peritiores consulere, dum modo persona in notitiam venire non possit. Postremò probatur, quia tota ratio sigilli confessionis est, vt homines non deterreantur à confessione, & poenitentes non ignominiam sumant. At verò in casu praedicto, nempe quando sacerdos reuelat peccata ex poenitentis facultate, & ppter illius & boni comunis comodum, cessat ista ratio: fatendum est igitur, posse sacerdotem peccata reuelare ex poenitentis facultate. Dixi, in vtilitatem poenitentis, nam cauendum est, ne dum sacerdos viderit poenitentem ad id cogi à Tyrano, nempe vt licentiã concederet sacerdoti ipsi dicendi peccatum, facultate eius vtatur, quia verget in damnum poenitentis. Similiter, si vir qui zelotypia vxoris laborat petat ab ipsa vxore, vt confiteatur, & licentiam conferat confessario reuelandi

D. Tho. Bonau. Palu. Adriani

Scotus.

di peccata sibi ab ipso confessa, iuretque innocentiam illius, ne utiquam confessarius vti huiusmodi facultate debet. Tū quia daretur maxima occasio vxoribus non integre confitendi, mentientique in confessione, vt mortem euadant, tum etiam, quia dato non mentiantur, minimè sic vir consequeretur finem quem praetendit: nam posset tunc confessarius etiam cum iuramento asserere se nihil scire, atque illam mulierem esse pudicam, quando nihil impudicitiae illius scit extra confessione. Nec obstat huic nostrae assertioni Scoti ratio: quia sacerdos tenetur seruare sigillum ex iure naturali & diuino, in quibus poenitentem dispensare non posse, non ambigimus. Non, inquam obstat haec ratio, nã hoc intelligitur duntaxat, quandiu illa peccata sunt materia confessionis. Quãdo verò poenitens concedit facultatem confessario reuelandi, iam facit quod illa peccata non sint materia confessionis, & peccata illa sciat vt homo. Vnde non reputabitur talis sacerdos fractor sigilli, dicendo illa peccata. Ac ex consequenti non sequeretur ex eius reuelatione scandalum, nec iam tenetur tunc de iure naturali & diuino sacerdos seruare sigillum. Sicut enim certum est, teneri hominem de iure naturali iuramentum adimplere, vt si iurauit alicui dare centum, attamè si ille alius cui promisit ei remittat, iam ad amplius non tenetur. Ita quoque fateri oportet in materia confessionis. Nec hoc est dispensare in iure naturali & diuino, sed facere vt quod erat materia confessionis iam non cadat sub confessione. Confessor tamen vix, aut nunquam talem licentiam admittere debet, nisi ex causa vrgentissima, quia in plurimum sequitur scandalum, daturque causa ad multas reuelandas confessiones. Annotato tamen quod sufficit quod poenitens dicat confessario, ego do tibi licentiam dicendi ea quae dixi in confessione: crediderim tamen ego tutius esse explica-

¶

¶

A re iterum omnia confessario extra confessionem. Nam oportet quod manifesta fiant peccata aliter quam per confessionem: quod non videtur fieri posse nisi illa audiat confessor vt homo extra confessionem.

¶ Solet hic paruum oriri dubium, cum confessor accusatur, quod reuelauerit confessionem ipsi, an accusatoribus probare incumbat? Cui dubio ommissa sententia Panor. & aliorum canonistarum, quos

B Siluest. verbo confessio. 3. §. 9. refert, nepe credendum esse magis confessario negati quam accusatoribus, & quod illis probatio incumbit. Contraria sententia est D. Tho. in additionibus. 3. part. quaest. 11. artic. 4. cui subscribit Siluester illic, scilicet quod onus probandi confessionem se non reuelasse incumbit ipsi sacerdoti, quãdo cūque constat dixisse illa

C peccata audita in confessione, & ita tenendum esse censeo, difficile tamen id videtur fore, nisi licentiam ipsius poenitentis in scriptis haberet, vel per testes probare possit, quod huiusmodi licentiam dederit. Sed profecto nõ minimū miraculum nostrae religionis videtur, quod, cum modo sint tot grauissima scelera, & tam rara fides & amicitia, fere tamen nunquam aliquis accusatur de confessionis reuelatione. Si quando vero casus contingat, iudicem (si Christianus & cordatus sit) arbitror potius debere crimen impunitum relinquere, aut secretò sigilli fractorẽ punire quã pati vt facinus diuulgetur propter scandalũ quod inde in populo oriretur.

D XXXVI. DIFFICULTAS. Vtrum liceat confessario aperire ea quae novit in confessione si alia via ea sciat?

R Espõdetur huic difficultati duabus conclusionibus. Prima sit. Quod sacerdos extra confessionem nouit, siue ante, siue post confessionem, non tene-

¶

Panor. Siluest.

D. Thom. Siluester.

¶

Concl.

tur seruare sub sigillo confessionis, quia iam illud scit vt homo: & sacerdos non obligatur poenitenti ad celandum crimen, nisi qua ratione illud in confessione scit. Itē, quia ius quod homo de hac re extra confessionem habet per confessionem non amittit. Præterea, quia aliàs lata aperiretur fraudibus via, vt si prædo coram sacerdote furtum faceret in ecclesia, posset statim illud in aures sacerdotis futurare, vt os illi obstrueret ne posset dicere. Quo circa poterit confessor loqui de re illa eo modo, ac si eã non audisset in confessione: non tamen potest dicere, ego audiui hoc in confessione.

2. Conclu. Secunda conclusio propter scandalũ tamen vitandum debet confessor abstinere se ab huiusmodi loquutionibus, nisi necessitas imminet, suspicionem enim generat talis sacerdos apud audientes, quod frangit confessionis sigillum. Has conclusiones ponit Diuus Thomas in. 4. distin. 21. quæstio. 3. articulo. 1. quæstio. 3.

D. Thom.

S.

Sed oritur impresentiarum dubium vtum liceat vnã confessionem sacramentalem reuelare in alia, vt si sacerdos absoluit poenitentem, quem absolueri non poterat, & cõfiteretur illi, qui scit neminem hunc sacerdotem, nisi poenitentem istum, scilicet Petrum in confessione audisse, an possit dicere, accuso me, q̄ absolui hominem, quem absolueri nequiui, per quod confessor intelligit esse Petrum, vel possit, vel teneatur peccatum illud tace? Cui dubio, respondet Soto, quod si possit sufficienter suum peccatum cõfiteri sine alterius infamia, vt si habere possit alium confessorem, vel differre confessionem, tenetur id facere, probatur, quia sic euitantur omnia inconuenientia. Dicit secundò Soto q̄ si nullum aliud est remedium, & celebrandi instat necessitas, vtunque esse probabile: probabilius tamen cenfer eũ tunc teneri explicare huiusmodi peccatum, cuius rationem alsignat, quia

Soto.

A prior est confessio, & integritas illius & præceptum de vtroque, quam confessionis sigillum, & præceptum de illo. Oppositam tamen sententiam tenet Scotus, Petrus Paludanus, Adrianus, & Siluester verbo confessio. 3. §. 9. scilicet quod tenetur tunc illud peccatum tacere, quod quidem mihi probabilius videtur, tum, quia fortius est vinculum sigilli, quàm vinculũ confessionis, & integritas illius, eò quòd seruare sigillum maxime in ecclesia Dei refert, ad confessionis consistentiam, quia concernit bonũ commune: at verò integritas confessionis respicit ad bonum priuatum. Propter hoc enim in aliquibus casibus licite confessio dimidiatur: sigillum autē frangi in nullo casu licet, tum, quia iste citò poterit habere copiam confessoris, cui cõfiteatur illud peccatum, tum denique quia poterunt esse alia multa remedia. Hęc de cõfessione dicta sint satis. †

Scotus! Palud. Adrian! Siluest.

De satisfactione quæ est tertia pars poenitentia.

I. DIFFICULTAS.

Vtrum hæc tertia pars poenitentia, quæ satisfactio appellatur, sit necessaria.

Expeditis Dei auxilio opem ferente duabus prioribus poenitentia partibus, nēpe contritionis, & confessionis: de tertia tantum nunc superest agere, scilicet de satisfactione, & non immeritò statim hæc difficultas collocatur in principio huius materiae, tum, quia (teste philosopho) prima quæstio quæ de vnaquaque re se offert, tractanda est, an res situm, quia Lutherus hanc satisfactionem penitus rejcit, inquit enim merum commentum esse Theologorum: cum ex parte hominis ad Deum nulla possit esse æqualitas. Quem errorem inter ceteros condemnatos Lutheri

ri

ri per Leonem, quantum numero esse allerit Rosensis in libro quæ aduersum Lutherum edidit. Vnde sit pro hac difficultate Prima conclusio de fide tenenda, quod hæc tertia poenitentia pars est necessaria. Probatur imprimis, quia notum est, omnes sanctos vti satisfactione sub hoc nomine. Cyprianus in sermone. 5. de lapsis. Ambrosius ad virginem lapsam capit. 8. grande (inquit) scelus magnam postulat satisfactionem. Deinde probatur ex sacro eloquio. Habetur nanque Matthæi cap. 3. Facite ergo fructum dignum poenitentia, id est, Facite satis Deo pro peccatis commissis. Vt Caietanus exponit, & Matthæi c. 11. vā tibi Corozain, vā tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent.

Rosen.

1. Conclu.

Cypri. Ambro.

Matth. 3.

Caic. Matth. 11.

2. conclus.

Secunda conclusio. Tenendum est etiam secundum fidem catholicã, post remissionem culpæ remanere aliquando aliquem reatum poenæ, ad cuius solutionem satisfactione opus esse, licet poena damni quæ correspondet auersioni, semper tollatur per remissionem culpæ. Conclusionem istam quia iam supra ostendimus de fide esse tenendam ex quam plurimis locis sacrae scripturæ nempe ex illo. 2. Regum capitul. 12. vbi postquam Natam dixit Dauid, Dominus transtulit peccatum tuum à te, inflata est poena vt moreretur puer qui natus illi fuerat ex Bersabe, & ex illo. 2. Machab. cap. 12. sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, nõ oportet hic plus temporis in eius probatione consumere, & maxime quia nuper definita est hæc conclusio in cõcilio Triden. Sessio. 14. cap. 8. & canone. 12. 13. & 14. vbi definit sacrum Concilium quod homo existens in gratia per opera bona satisfacere potest pro poena debita illis peccatis iam dimissis, & ex cap. illo. 8. colliguntur nonnullæ optimæ rationes, quibus con-

2. Reg. 12.

2. Mach. 12

conc. Trid.

clusio confirmatur. Quarum prima sumitur ex traditione ecclesiæ & sanctorum, qui quidem vno ore, vnoque consensu à principio nascentis ecclesiæ vsque ad nos semper tres poenitentia partes agnouerunt, & vltimam illarum nepe satisfactionem multis ac maximis laudibus effecerunt. Secunda, quia conuenit diuinæ iustitiæ, & misericordiæ simul, vt aliter puniatur & ad gratiam recipiatur atque admittatur, qui nunquam professus est fidem, & aliter qui postquam fuit professus, peccauit mortaliter: illi enim tota culpa & tota poena dimittitur, vt contingere in baptismo perspicuum est: huic autem quauis culpa & poena æterna dimittatur: non tamē semper dimittitur tota temporalis poena. Tum, quia ita nobis expedit ne audaciter peccem, sed metu poenæ veluti quodam freno cohibeamur, tum vero, maxime quia exteriores poenas in delictorũ satisfactionem sumptas Deo placuisse semper, haud dubitare alicui licet. Legimus enim in sacris literis Deum propter illas sæpe minas remisisse, vt in Niuitarum & Ezechia regis, aliorumq; multorum exemplis liquido constat. De qua re diffusissimè agitur in decretis per totum titulum de poenitentia & in decretali in titulo de poenitentia & remissionis. Nec obstat id quod à perfido luthero obijcitur quòd nomen satisfactionis non reperitur in sacris literis, nam satis est, quod res ipsa reperiatur. Quod quidem præter adductas auctoritates pro prima & secunda conclusionibus, adhuc probatur aperte ex illo. 1. Cor. 11. Si nos metipso iudicarem, non vtique iudicarem, & Roma. cap. 6. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire in iustitiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete seruire iustitiæ in sanctificationem. Non obstat etiam illud Apostoli Roma. 8. Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, sed si poena exoluenda maneret remissa culpa, multum damnationis haberent.

1. ad Cor. 11. ad Rom. 6

ad Rom. 8.

rent. Non inquam obstat, nā locus iste intelligitur, id est his qui post baptismū innocentē viuunt, vel aliter, Nihil dānationis, id est culpæ est his, qui per gratiam sunt in Christo lesu, ita vt damnatio culpa appelletur. Ad aliud q̄ obijcitur, quia fecimus iniuriā meritis Christi, & illius passioni iam suprā responsum est.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum hæc sit bona diffinitio satisfactionis, satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere?

VT lucidior hæc questio omnibus fiat, sciendū nobis impræsentiarū est, quod satisfactio trifariā apud Theologos potest accipi. Primo modo absolutē & large pro cuiuscunque debiti siue culpæ siue poenæ recompensatione, qua Deo recōciliamur. In hoc enim sensu accipitur cum ab ipsis Theologis queritur, an pura creatura Deo satisfacere potuerit, & an Christus satisfecerit de rigore iustitiæ. Et hoc modo idē esse satisfactionem, & poenitentiam fatēri oportet, siquidem poenitentia culpam & poenam recompensat, & secundum hanc acceptionem poenitētia claudit in se illas tres ipsius poenitentiaē partes, nempe contritionem, confessionē, & satisfactionem, sed sub hac generalitate non est mihi animus agendi impræsentiarum de satisfactione. Secūdo modo sumitur satisfactio pro recompensatione poenæ debitæ pro culpa, quæ quidem si extra sacramentū sumatur, vt cum quis sponte & voluntariē subit poenam aliquam non sibi à confessario impositam, non pars poenitentiaē sacramenti, sed effectus poenitentiaē virtutis censetur atque appellatur. Tertio modo accipitur satisfactio pro poenæ recompensatione quam quis subit sibi

impositam à confessario. Et hoc modo accepta est tertia poenitentiaē sacramenti pars distincta contra contritionem, & confessionem, & in hac acceptione nobis agendum erit hic de satisfactione.

Sciendum quoque est, contritionem & confessionem à satisfactione distinguī fateri oportere, eō quod illæ cum sint sacramenti partes, directē & per se ad culpæ actualis remissionem ordinantur, vt ex illo versiculo Regis propheta, Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Non dixit poenam, sed impietatem, & ex ipsa absolutionis forma, Ego te absoluo à peccatis tuis, liquet. Non tamen negamus, quin ex consequenti istæ duæ partes ad poenæ remissionem ordinentur, quia sacramentum partem poenæ delere, omnes confitetur, tū vero, quia contritionem & confessionem poenalia opera esse, nemini in dubium venit, vt D. Tho. in addit. tertiæ parti adiectis quæstio. art. 2. expresse docet. At verò satisfactio directē & per se ad poenæ debitæ pro peccatis remissionē ordinatur, ex consequenti tamē quatenus quædam medicina præseruatiua est, ad futuras culpas ordinatur, vt sic peccatorum causas excidere valeat, vt Diuus Augustinus in sua diffinitione explicuit. Est quoque discriminē aliud inter contritionem & confessionem ex vna parte, & satisfactionem ex alia, nam poenitentiam in contritione & dolore cum sacramento (quod ex confessione & absolutione constat) essentialiter consistere, omnibus perspicuū esse debet: satisfactionē autem non essentialē, sed integram partē, sicut in homine manū & pedem esse dicimus. Vnde nonnunquam absq; illa verum sacramentum confici posse, nulli ambigere licet, vt cum quis in articulo mortis cōstitutus, mortis angustijs præoccupatus, nec orationē Dominicā dicere valet. Tunc nanq; à confessario

debet

debet absolui priusquam animam exhalet, absque alicuius poenitentiaē iniunctione. Non ergo satisfactio poenitentiaē pars essentialis est. Quo fit, vt cū poenitens non adimpleuit poenitentiam sibi iniunctam, etiam ex culpa sua minime confessionem iterare teneatur. †

†

secunda.

Sunt præterea à nobis duo fundamenta pro præsentis quæstionis pleniori intelligentia præmittenda. Primum est q̄ satisfactio est species virtutis iustitiæ. Probat, nam æqualitatē dicit in ipso satisfaciēte in ordine ad alterum. Annotare tamen opus est, quod hæc æqualitas, aut constituitur in rebus datis & acceptis, aut in actionibus & passionibus, quibus se inuicem homines, aut iniurijs afficiunt, aut beneficijs: & quia res sunt quæ dantur aut accipiuntur, illa æqualitas dicitur in rebus redditio & restitutio, vt dum rem aliquam ab alio quis accipit, & reddit pecuniā. Aequalitas verò in actionibus constituitur, dum quis pro beneficio accepto, gratias refert, vel pro iniuria & offensa alteri illata, poenam & supplicium patitur. Et hoc dupliciter contingit. Vno modo dum inuitus à iudice punitur. Altero modo, dum quis sponte pro iniuria quam alteri intulit, castigat se ipsum, & hæc proprie dicitur satisfactio, quæ est pars poenitentiaē. Ex his elicitur satisfactionem differre à restitutione, cum restitutio fiat in rebus datis & acceptis. Satisfactio verò in actionibus. Vnde vtraque sine altera reperiri potest quauis aliquando ambo coeant. Dum enim quis reddit quod citra iniuriam acceperat, nempe mutuum, aut pretium rei emptæ fit restitutio absque satisfactione. Dum autem pro iniuria illata, vbi, scilicet sola contumeliosa verba præcesserunt humiliando se homo, veniam petit, fit satisfactio absque restitutione. At verò dū res redditur per iniuriam sublata vt furtum, & restitutio primum requiritur, & deinde satisfactio pro iniuria.

secunda.

Secundum fundamentum est, quod

A bifariam satisfactio considerari potest. Vno modo secūdo quod respicit culpam præteritam. Altero modo secūdo quod præseruat à culpa futura. Quod quidem ostendi potest manifestē, quia iustitia cuius actus est satisfactio, nō ad hoc solum ordinatur, vt inæqualitatem præcedentem auferat, culpam puniens præteritam: sed vt in futurum æqualitatem custodiat. Siquidem (teste philosopho in 2. ethi.) poenæ medicina sunt. Sicut igitur bona medicina debet curare infirmitatem præteritam, & præseruare respectu futuræ: ita satisfactio debet esse remedium peccati præteriti, & cautela respectu futuri. Vnde iuxta hanc duplicem considerationem satisfactionis, duplex diffinitio assignari potest, vt pulcherrime dicit D. Tho. in 4. dist. 15. q. 1. arti. 1. q. 3. Secundum priorē modum diffinitur sic, satisfactio est compensatio iniuriæ Deo illatæ ad quandam æqualitatem iustitiæ cum proposito cauendi in futurum. Dicitur Deo illatæ, ad denotandum satisfactionem sacramentalem, de qua impræsentiarum loquimur. Dicitur autem ad quandam æqualitatem iustitiæ, nempe non omnimodam, sed proportionis, vt inferius manifestabitur. Secundum vero posteriorem modum diffinitur ab Augustino, in libro de ecclesiasticis dogmatibus capi. 54. in hunc modum, satisfactio est peccatorū causa, &c. Et quauis ad pleniorē intelligentiam cōsentaneum fuerit & optimum, duas hic diffinitiones satisfactionis apposuisse: tamē sufficientissima est hæc secunda. Cum ex cautela futurorū peccatorū possit cognosci recompensatio præteritorum. Præteritum nanque respicientes, causas peccatorum detestamur. Causas inquam, nempe confortia praua, & peccandi loca, cæterasque occasiones ad peccandum. Quo circa optima est diffinitio in principio pro diffinitate apposita. Possit etiā diffiniri satisfactio completissime in hunc modum, q̄ satisfactio sit pro illata iniuria voluntaria

August.

D. Thom.

August.

taria recōpensatio secundū æqualitatē iustitiæ, cum proposito non committēdi nouam malitiā. Ex qua diffinitione elicitur non capi hic largo modo satisfactionem pro solutione debitæ poenę, quā aliquis patitur siue sponte siue non, vt est poena illa quam animæ existētes in purgatorio sustinēt, quæ tantum est voluntaria, quia est patienter tollerata: sed capitur proprie prout importat voluntariam solutionem poenæ debitæ, quia eligitur & procuratur, tanquā medium ad consequendum finem. Satisfactio, opus meritorii requirit, quod non habet poena quam animæ existētes in purgatorio patiuntur: quia nō sunt in statu merendi gradum gratiæ aut gloriæ. Nam status merēdi & demerēdi eo præciso tēpore durat, quo anima est in hoc corruptibili corpore, cuius sensualitas nobis relicta est ad pugnam. Vnde Iob capi. 7. Militia est vita hominis super terrā, & Paulus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Comparatur enim homo arbori, quæ quādiu uiuit, crescere potest, abscisa uerō crescere cessat, quia ubi ceciderit lignū, ibi erit. Eccle. 11. Cū primū ergo anima à corpore liberatur militia cessat, & immobile manet meritū & demeritū, illuc usque peractū, & sic nō possunt amplius proficere neque in malū neque in bonū. Et hoc admonuit sapiens Ecclesia. cap. 14. Ante obitū operare iustitiā: quoniam nō est apud inferos inuenire cibū, hoc est nouum aliquod meritū, quo ciberis. Cui cōsonat & illud Eccle. 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, quia neque opus nec ratio, nec sapiētia, nec scientia erūt apud inferos, quo tu properas, & Diuus Paul. in quā plurimis locis hoc asserit. 2. ad Cor. 5. Ait enim. 2. ad Cor. 5. oportet nos manifestari ante tribunal Christi, & duntaxat igitur largo modo poena illa purgatorij, dicitur satisfactoria, vt annotat Diuus Tho. in. 4. dist. 17. quæst. 2. arti. 4. quæst. 3.

Iob. 7.
Ad Ro. 7.
Eccle. 11.
Eccle. 14.
Eccle. 9.
2. ad Cor. 5.
D. Tho.

A III. DIFFICULTAS.

Vtrum Deo homo satisfacere possit.

Pro huius difficultatis pleniori intelligentia duo annotare opus est prius. Primum, quod cum impræsentiarum de satisfactione puri hominis loquamur, non intelligitur præsens quæstio de sufficienti remedio ad culpæ remissionem: siquidem constat, hominē ex viribus naturę remissionem peccatorū minime obtinere posse, sed Dei ope adiutum in ipsum conuerti. Ille enim erat Pelagianorum error. Intelligitur ergo quæstio de solutione poenę, nepe vtum remissa culpa, possit homo poenam quę remanet, persolvere. ¶ Secundum annotandum est, quod cum satisfactio sit actus iustitię (vt dictum est) ac ex consequenti importet æqualitatem, distinctio necessaria est. Nam vel loquimur de æqualitate propria, vel de æqualitate secundum proportionalitatem. Et quidē si primo modo loquamur est prima conclusio. Etiam si homo non peccaret, non posset Deo satisfacere ad æqualitatem. Probatur nam secluso quocumque peccato, solum ratione beneficij accepti creationis, secundum philosophi sententiam, dijs & parentibus equi ualens reddere non possumus, iuxta illud Dauid, Quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi? At uero si loquamur de æqualitate proportionis, est secunda conclusio, quod homo faciens id quod in se est, satisfacit Deo. Has duas conclusiones ponit expresse Diuus Thomas in 4. distinctione 15. quæstione 1. articulo. 2. Nec obstat huic secundæ conclusioni, quia quidquid habemus & Deo reddimus, suum est, iuxta illud 1. Paralipo. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus reddimus tibi. Non inquam obstat, nā non sumus vt seruus emptitius, qui non est sui iuris, neque dominium habet suum

1. Not.
3. Conc. u.
Esa. 49.
2. Not.
1. Conclus.
Aristo.
Psal. 115.
2. Conclus.
D. Thom.
1. Para. 29.
1. Para. 29.

rum actionum. habemus enim liberum arbitrium & dominium nostrarū actionum, & sic postquam dominos nos fecit nostrarum actionum & rerum, damus illi vt nostrū, licet ab ipso receperimus. Sed dubium occurrit hic non contemnendum, vtum scilicet ad hoc vt Deo satisfaciat homo, requiratur vt sit in gratia. Pro hoc dubio sit tertia conclusio in ordine affirmatiua, nepe quod si consideretur homo secundum sua naturalia seclusa gratia, Deo nullo modo potest satisfacere. Hęc conclusio ostenditur aperta ratione, nam quidquid homo potest dare Deo quādiu existit sine gratia est nullius pretij & valoris apud ipsum. Nam vt Esaia 49. legitur, Omnes iustitię nostrę sunt sicut pannus menstruatz. Sicut ergo nullatenus quis nisi diuina gratia adiutus, potest in Deum conuerti, vt culparum remissionem obtineat: ita neque pro poenis, quæ culpis remissis remanent, non nisi per eandem gratiam satisfacere ualet. Item, quia dicere quod Deus acceptat opera nostra, est dicere quod sunt illi grata & accepta. Opera autem hominis extra gratiam existentis, cum sint opera inimici Deo grata minimē esse possunt. Ex quo fit cōsequens vt antequam mortalis culpa remittatur, nulla esse possit satisfactio poenę. At uerō si homo consideretur prout existit in gratia, est dubium an ex liberalitate Dei acceptantis, possit Deo propriē ad æqualitatem satisfacere. Et pro hoc dubio adhuc sic distinguendum est, nam aut habet respectum ad Christi passionem, aut non, si non habet, est quarta conclusio. Quod quamuis possit homo existens in gratia, illo modo satisfacere pro poena debita propter culpam, sed nō de rigore iustitię, scilicet ad æqualitatem rei ad rem, sed ex diuina acceptatione: quia non sunt condignę passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, vt ait Paulus ad Roman. 8. capit. Verum tamen si homo consideretur prout

3. Conc. u.
Esa. 49.
4. Concl.

existit in gratia & habet respectum ad Christi passionem, itaque ipsa gratia est effectus passionis, & satisfactio habet vim à passione ipsa, est quinta conclusio. Quod isto modo proprijsimē & adæquate satisfacit homo, iungens merita sua meritis Christi, qui etiam in quantum homo satisfacit ad æqualitatem. Quo fit, vt satisfactio iniuncta à sacerdote in sacramento poenitentia, satisfacit de rigore iustitię ad æqualitatem, cum vim habeat à Christi passione. Postquam enim homo efficitur membrum Christi, cui uirtus passionis eius communicatur, opera sua quę gratia informatur, habent infinitatis uirtutem per diuinam misericordiam, vt sint apud ipsum satisfactoria. Et sciendum hic nobis est, duplicem esse satisfactionem & iustitiam de condigno, alteram rigurosam, quæ non supponit gratiam à creditore debitori datam, vt illi satisfaciat, sed ex proprijs reddit æquiualens. Et hoc modo solus Christus satisfacit pro omnium hominum peccatis, tam actualibus quàm originali reddens æquiualens patri. Alteram uerō non rigurosam, eō quod supponit gratiam & amicitiam diuinam nobis à Deo datam, vt illi soluamus, ueram tamen, & per quam illi uerē de condigno satisfaciamus, supposito, quod iam nostra facta est: & huius generis sunt omnes satisfactiones iustorum, sic enim de fide est, hominem satisfacere posse pro peccatis, non quidem pro culpis ipsis, quandoquidem ille per primam gratiam (qua sub merito non cadit) remittuntur, nec pro poena æterna, cuius remissio ad culpæ remissionem secundum omnium sententiam consequitur, sed pro poena debita pro peccato, quæ ipso peccato remisso remanet exoluenta, quod elegantissimē Diuus Thomas explicuit, cum in 3. part. quæstione. 86. articu. 4. dixit, Remissionem culpæ & poenę æternæ per gratiam operantem fieri: remissionem autem poenę tēporalis

5. con.
E
C
D
E
D. Tho.

E e per

per gratiam cooperantem. Et iuxta hunc sensum debemus illum intelligere, quotiescunque dicit quod possumus satisfacere pro peccatis. ☩

IIII. DIFFICULTAS.

Utrum unus homo possit satisfacere pro alio?

PRO decisione huius difficultatis distinctionem quandam prælibare oportet, videlicet poenam satisfactoriam ad duo ordinari, nempe ad cauendum postea peccatum, & absolutionem debiti pro offensa commissa. Hac distinctione sic prælibata, sit prima conclusio, secundum quod satisfactio est quædam medicina in remedium subsequenter peccati instituta non potest alter illam pro altero implere: Quia ex ieiunio aut flagello unius, corpus alterius non damnatur nec castigatur. Notum enim est, medicinam illi soli cui applicatur, posse prodesse. Hinc elicitur quod poenitentia quæ ordinario usu in confessione imponitur, nemo alius pro poenitente ipso potest implere: quia imponitur tanquam satisfactoria medicina ad poenitentis correctionem.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Quatenus verò satisfactio importat solutionem debitæ poenæ, non solum non sacramentalis, videlicet non iniuncta à confessore, per alium exolui potest: verum etiam sacramentalis, siue ille alter à confessore sibi imponi acceptet, siue acceptam suscipiat. Fieri tamen oportet de confessoris consensu qui imposuit, vel alterius confessoris, ut mutatio sententiæ quantum ad personam satisfactoricam, à iudice fiat. Similiter, quædocumque sacerdos imposuit aliquid poenitentis implendum per se vel per alium, explere poterit per se vel per alium. Si verò imposuit quod expleret per se solū,

explere tantum poterit per alium, quando ipse non potest, eo quod est infirmus, aut moritur. Nolo dicere, quod requiritur ad hoc, quod unus pro altero satisfaciat, quod alter sit impotens ad satisfaciendum: quia hoc est impertinens ad solutionem, sed quod hoc non est permittendum, nisi quando alter est impotens, ut optimè annotat Soto. Hæc secunda conclusio, quod unus possit pro alio satisfacere, est articulus fidei. Eam enim negare, est sanctorum communionem negare, quam in symbolo confitemur, & habetur definita in concilio Florentino & est omnium sanctorum atque doctorum scholasticorum, nullo excepto. Est enim D. Thom. in additionibus tertiæ part. quæst. 13. art. 2. & quæst. 71. art. 1. & 2. & Caietan. in summa verbo satisfactio & Sylvest. eodem titulo §. 3. est etiam Thomæ Vvalden. qui quidem diffusissime agit de hac re in libro de sacramentalibus titulo 10. cap. 100. 106. 107. & 108. & eam probant huiusmodi doctores ex sacris literis. & maximè ex Paulo, qui ad Galat. cap. 6. ait alter alterius onera portate. & ad Colossenses cap. 1. Gaudeo nunc in passionibus pro vobis, & impleo ea quæ defunt passionum Christi, id est satisfacio pro vobis, nam licet passio Christi quantum ad sufficientiam infinita fuerit: tamen quoad efficaciam applicatur finito modo: & ideò dum sanctorum merita ex eadem passione promanantia nobis applicantur, maior fructus nobis cumulat. Præterea ad Romanos. capit. 12. & 1. Corinth. 12. inquit idem Apostolus omnes sumus unius corporis membra. At verò membra mutuo se iuuant, & in se inuicem influunt. Pes namque non sibi tantum ambulat, sed in oculorum utilitatem, ut eos portet: neque oculus sibi tantum videt, sed ut pedes dirigat: ita & nobis nos inuicem res nostras & officia communicare debemus. Unus ergo homo pro altero satisfacere poterit. Præterea quia fideles offerre solent eleemo-

elemosynam & orationem pro defunctis, quod si pro mortuis viuis satisfacere potest, à fortiori poterit pro alio viuo, cum duo homines viui sint magis quàm unum. Postremò, confirmatur rationibus non leuibus, & earum prima est, quia multi recipiuntur in religionibus ad ordinis beneficia per literas. Secunda, quia cum ut ex Extrauaganti vnige. de poenit. & remissio. thesaurum indulgentiarum constatum non tantum ex meritis & satisfactionibus Christi infinitis, verum etiam ex aliorum sanctorum meritis qui plusquam debebant satisfecerunt, in ecclesia esse constat, & huiusmodi satisfactiones non liceat asserere frustra & ociosas esse, necessum est fateri, eas alijs prodesse posse. Quod si post mortem sanctorum pro comperto habemus satisfactionem illorum alijs applicari posse, nullus mirari debet ex eo, quod concedamus hoc ipsum eos etiam dum viuerent, posse facere. De qua re oportet videre Chrysostom. Hom. 14. imperfecti. Nec valet subterfugium hereticorum dicentium quod quamuis possimus alijs communicare bona temporalia, non tamen spiritualia, eo quod sunt dona Dei data unicuique pro se ipso tantum. (Non inquam valet) tum, quia bona temporalia etiam sunt dona Dei, tum etiam, quia si bona temporalia alijs communicare possumus, cur non possemus & spiritualia, tum verò, quia si quis potest Petro dare centum aureos, ut eos pro se in elemosinas largiatur, quid poterit prohibere, quominus illos pro ipso Petro pauperibus erogare possit, tum denique, quia bona spiritualia etiam si à Deo data sunt: tamen nobis iam data facta sunt nostra, & ob id ut nostra ea communicare alijs possumus. ☩ Præsertim quia nihil tam naturale est homini, quàm ut utatur re sua, prout vult. Quare ergo non potero ego uti hoc ieiunio meo, ut voluero? Possunt ergo dare corporalia proximo, cur non & spiritualia? non ergo est ratio aliqua quare non possit unus pro alio satisf-

facere, præsertim si est elemosyna, vel peregrinatio vel aliquid huiusmodi, dummodo & qui satisfacit, & pro quo satisfacit, sint in gratia. Nam iam supra dictum est, non posse satisfactionem fieri nisi per opus Deo gratam, neque ullum opus est Deo gratum, nisi persona sit prius grata. Requiritur namque ut satisfactio unius pro alio sit fructuosa, charitas, quæ opera unius alteri communicentur, & imputentur unum in Christo, & quod adit causa rationalis, quoniam declinare à bono ad minus bonum, non debet quis absque causa rationali, satisfactio per alterum est minus bona poenitenti: quia non est nisi poenæ solutio: si autem ipse poenitens per seipsum satisfaceret, esset & poenæ solutio & sibi ipsi meritum, & remedium siue medicina, ut ait Dominus Caietanus in summa. At verò cum satisfacit pro altero, licet eodem actu sibi mereatur de condigno, propter charitatis officium, non tamen eodem actu pro se satisfacit: quia satisfactio est solutio debiti, & idem opus non potest sufficere ad iustum duobus debitis. Nec obstat nostræ conclusioni id quod solet obijci, quia nemo potest alteri mereri de condigno, ergo nec satisfacere: quia non est eadem ratio de merito condigni & de satisfactione. Nam præmium essentiale nullo modo potest unus alteri mereri, quia redditur unicuique secundum propriam capacitatem ac dispositionem, puritatemque cordis. Vnde sicut unus non disponitur per actum alterius, ita unus alteri non potest mereri præmium essentiale de condigno, præter solum Christum cuius meritum fuit infinitum; nam virtute sui meriti confertur paruulis gratia sine proprio actu. Constat hæc nostra sententia ex propheta dicente, Reddes unicuique iuxta opera sua, Psalm. 61. & ex Paulo. 2. Corinthiorum. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.

Poterit tamen vnus alteri mereri ali-
quod primum accidentale. At vero
probabilissimum est, quod inter viuos
sit satisfactio vnus pro altero de iustitia
& certa lege, cum hic modus satisfaciendi
non sit nisi mera solutio debiti. Secus
est inquit Soto si quis satisfaciat pro de-
functo. Nam cum defuncti iam sint ex-
tra viam merendi & satisfaciendi, v iuen-
tium satisfactiones dumtaxat pro-
sunt illis per modum suffragij, vt Deus
acceptet, si ei placuerit, nisi satisfactio-
nem defunctus ipse in legatis relique-
rit.

Soto.

E Dubium impresentiarum moueri
solet, An si Petrus obliget se ad satisfac-
ciendum pro Paulo, si Paulus moriatur
statim Pauli anima in coelum euolet, an
in purgatorio detineatur, donec Petrus
vel testamenti executores vel haeredes,
quibus debita soluere incumbit, plenam
satisfaciat. Pro cuius dubij elucidatione
annotare oportet operis pretium duxi, Restitu-
tionem & satisfactionem non esse rem
vnam sed diuersas. Restitutio namque
inter homines opus est iustitiae vt quod
vnusquisque debet soluat, etiam si citra
iniuriam fuerit acceptum, itaque resti-
tuere nihil aliud est, quam rei ad rem
aequalitatem facere abstrahendo ab iniu-
ria, consistitque in rebus exterioribus.

1. Notat.

2. Notat.

3. Concl.

At vero satisfactio recompensationem
iniuriae importat, & proprie in actioni-
bus consistit. Secundo annotare oportet
quod aliud est loqui de merito, quod
ex parte operantis correspondet, & de re-
missione poenae, quae ad ipsum consequi-
tur meritum. Aliud autem de merito & re-
missione, quae ad ipsum opus factum ac-
sequuntur consequitur, siue sit sacra-
mentum, quod opus operatum vocari
solet, siue quodlibet aliud opus sit, vt
elemosyna, ieiunium, oratio &c. His
sic praebitis sit prima conclusio. Lo-
quendo formaliter de restitutione, vt
distinguitur a satisfactione, quam pri-
mum testator in testamento restituti-
onem iubet fieri, vel quis ad debitum

A soluendum pro alio obligatur, liber ma-
net ab huiusmodi debito, adeo vt si mo-
riatur illius anima nullatenus in purga-
torio detineatur etiam si haeredes & te-
stamenti. executores nunquam resti-
tuant, dummodo absque culpa rem il-
lam habuerit, vt mutuatam, vel in depo-
sito. Hanc conclusionem sic intellectam
tenet magister Soto in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3.

Soto.

B Vbi dicit quod imperitum vulgus ar-
bitratur, animam defuncti detineri in
purgatorio, quousque restitutio debi-
torum hic fiat, quod quidem & falsum
& diuinae iustitiae aduersum esse censeo.
Etenim (inquit) si defunctus dum viue-
bat, in aere alieno soluendo fecit quod
debit in suo scilicet testamento id man-
dauit haeredibus, quos bona fide crede-
bat suam executores voluntatem, &
aliquid aliud purgandum non habebat,
illic in coelum euolabit: quamuis debi-
ta nunquam soluantur. Ratio est, quia cul-
pa haeredum in illa restitutione facienda
nullatenus defuncto nocere potest, cum
in sua potestate non sit remedium adhi-
bere. Quod si de contra defunctus in resti-
tutione haeredibus, aut testamenti exe-
cutoribus demandanda non fecit quod
debit, vt potest quia non bona fide existi-
mabat esse restitutionem faciendam, dam-
nabitur quidem, quamuis illic post mor-
tem alienum soluat, haec Soto. Quan-
do autem culpa interuenit in accipien-
do rem alienam, scilicet quia per fur-
tum vel rapinam fuit adquisita, vel si
fuit negligens in restitutione facienda,
dum viueret, detinebitur illius anima in
purgatorio donec soluat poenam pro cul-
pa illa debitam, illa tamen soluta etiam
si haeredes nunquam restituant, illic
in coelum euolabit, alioquin si exitus a
purgatorio a voluntate illorum pen-
deret, sequeretur quod si nunquam re-
stitutionem illam facerent, nunquam
anima illius ab illis eriperetur poenis,
quod absurdum est dictum. Haeredes
etiam & testamenti executores punien-
tur similiter in purgatorio pro culpa
propria,

C Quod si de contra defunctus in resti-
tutione haeredibus, aut testamenti exe-
cutoribus demandanda non fecit quod
debit, vt potest quia non bona fide existi-
mabat esse restitutionem faciendam, dam-
nabitur quidem, quamuis illic post mor-
tem alienum soluat, haec Soto. Quan-
do autem culpa interuenit in accipien-
do rem alienam, scilicet quia per fur-
tum vel rapinam fuit adquisita, vel si
fuit negligens in restitutione facienda,
dum viueret, detinebitur illius anima in
purgatorio donec soluat poenam pro cul-
pa illa debitam, illa tamen soluta etiam
si haeredes nunquam restituant, illic
in coelum euolabit, alioquin si exitus a
purgatorio a voluntate illorum pen-
deret, sequeretur quod si nunquam re-
stitutionem illam facerent, nunquam
anima illius ab illis eriperetur poenis,
quod absurdum est dictum. Haeredes
etiam & testamenti executores punien-
tur similiter in purgatorio pro culpa
propria,

propria, quam commiserunt, negligenter
se habendo in soluendo debitum il-
lud, prout sibi a testatore demandatum
fuerat.

2. Conclu.

Secunda conclusio. Meritum quod
se tenet ex parte operantis & satisfactio
seu solutio poenae quae ad ipsum meri-
tum consequitur statim datur homini
cum in testamento iubet pro se satisfac-
tionem fieri. Conclusio haec hac eui-
denti ratione probatur. Nam cum hu-
iusmodi meritum consequatur opus bo-
num & satisfactorium ipsius operantis
existentis in gratia fit, vt statim quod
iubet fieri satisfactionem, dabitur illi
totum meritum essentiale, & remitti-
tur ei aliqua pars poenae, siue postea ha-
eredes exequantur ipsam satisfactionem
siue non, quia quantum ad meritum
missae & elemosynae nullum detrimen-
tum patitur defunctus ex praedicta tar-
ditate, maxime, si quantum in ipso fuit
curam adhibuit, vt huiusmodi elemo-
syna cito daretur, eo quod meritum prin-
cipaliter ex voluntate & intentione
pendeat.

3. Conclu.

Tertia conclusio. Satisfactionis seu
remissionis poenae, quae consequitur ad
ipsum opus operatum cum effectu exe-
quutum, nempe ad elemosynam vel
missam, detrimentum patitur defunctus
qui in testamento reliquit missas dicen-
das, vel elemosynas faciendas & alia
opera pia ex mora solutionis illarum.
Probatum, quia non statim a poena pur-
gatorii liberatur, quae quidem ex ipso
opere operato dictis missis, & elemo-
synis correspondet, quando missae non
dicantur, nec dictae elemosynae fiant,
non quidem vt pro huiusmodi tardita-
te puniatur, sed quia remedium illi non
adhibetur, dum suffragia differuntur, ex
quibus plurimum iuuaretur. Ex dictis
aperte elicitur, quam male agunt hi, qui
in his legatis per soluendis negligenter
se habent, ob id enim D. Th. quodlibetor.
6. art. 14. ait quod si executor testamen-
ti per modicum tempus elemosynam

D. Thom.

A dare differat, vt rebus defuncti melius
venditis ampliores elemosynas dare
possit, laudabiliter hoc facit, si vero a
coeruo per multum tempus differat ele-
mosynas distribuere, vt non multo am-
pliores elemosynas faciat non videtur
esse absque culpa, quia forte defunctus
a purgatorio liberaretur per suffragio-
rum remedium.

B

Quarta conclusio. Postquam autem
paenis in purgatorio perpensis, sufficien-
ter satisfecerit pro paenis debitis culpa
remissis, etiam si missae non dicantur, &
elemosynae non dentur, amplius il-
lius anima defuncti illuc non detinebitur.

4. Conclu.

V. DIFFICULTAS.

C Vtrum possit homo pro vno peccato sa-
tisfacere non satisfaciendo pro alio?

Vnica conclusione negativa respō-
detur huic difficultati, nepe quod
quaquam homo recipiat vnus debiti
solutionem sine solutione alterius debi-
ti, Deus tamen non recipit satisfactio-
nem vnus peccati, sine satisfactione al-
terius. Ratio huius conclusionis est, quia
in debito, vbi tantum est inaequalitas iu-
stitiae, apposta, non exigitur ad solutio-
nem, nisi vt restituatur aequalitas iusti-
tiae, quod quidem fieri potest de vno de-
bito, quando non fiat de alio. Attamen
vbi est offensa ibi est inaequalitas non
tantum iustitiae apposta, verum etiam
amicitiae: unde illa satisfactio, quae fit
ad reconciliationem amiciciae non solu-
m exigit aequalitatem iustitiae ad recom-
pensationem, verum etiam aequalitatem amici-
tiae quod minime fieri potest quadiu est
aliquid per amicitiam impedit. Quo fit,
vt neque inter homines fieri possit huius-
modi satisfactio pro vno offensa, nisi fiat
pro omnibus. Secus quando interuenit p-
pria ratio iustitiae dati & accepti, seculi
amicitia,

Con. vnic.

D. Thom.

Esai. 58.

D. Thom.

⊕

⊕

amicitia, quod quidem inter homines interuenire potest, sed minime inter nos & Deū. Hanc sententiam tenet D. Tho. in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 3. & in 3. p. q. 86. art. 3. & est fere omnium doctorum sententia. Et adhuc amplius probatur sententia ista ex Esai. c. 58. dicente in sententia, ieiunium eorum, qui ad contentiones, & lites ieiunant, minime Deo acceptum esse, quamuis satisfactionis opus sit. Quo fit, ut cum satisfactio non nisi per opus Deo acceptum fieri possit & opera existentis in peccato mortali Deo accepta non sint, euidenter elicitur, ut ipse in vno mortali existens Deo satisfacere nequeat pro alio. Præterea ostenditur duabus rationibus non leuibus, quarum prior sit, quia manente causa manet effectus, poena autem est effectus culpæ. Igitur manente culpa, ut maneat poena necessum est, sed vna culpa sine alia remitti nequit, ut docet D. Tho. 3. p. q. 86. art. 3. ergo nec vna poena sine alia auferri poterit. Posterior ratio est, quia ex opposita sententia manifeste sequeretur, possibile esse illum, qui in peccato mortali diceret & pro poena pro illo debita iam in vita satisfecisset, scilicet, si satisfaciendo pro poena debita pro peccato remisso satisfecit, satisfecit etiam pro poena debita pro non remisso, non deduci in aliquod illorum trium receptaculorum, nempe gloriam, eod quod nemo cum mortali peccato in illam ingreditur, nec in limbum puerorum, cum sit adultus & actuale peccatum habeat, nec in infernum, quoniam in inferno nullus recipitur qui poenam sensus pati non debeat, quam tamen ille non pateretur, siquidem illam secundum oppositam sententiam exoluit, dum viueret. ⊕ Animaduertendum est tamen circa hanc conclusionem, quod postquam homo existit in gratia, potest satisfacere pro poena debita pro vno peccato, quādo non satisfaciatur pro poena debita pro alio. Et scilicet pro poena pro vno pec-

cato debita vno anno, & sequenti anno pro debita pro altero, aut vna die vel hora pro poena vnius peccati, & sequenti die vel hora pro poena alterius &c. aut simul partim pro vno partim pro alio, quod tamen nobis occultissimum est ac ignoratum.

VI. DIFFICULTAS.

Utrum quis extra charitatem existens possit satisfacere pro poena debita pro peccato iam remisso?

Pro huius difficultatis elucidatione distinctionem bimembrem supponere opus est, videlicet, quod satisfactio alia est sacramentalis, quæ fit ex iniunctione sacerdotis dispensantis sacramenta, alia autem non sacramentalis, id est, studiosa, quæ fit ex virtute poenitentiae purgantis contra peccatum per opera bona. Tunc est prima conclusio, satisfactio studiosa non sacramentalis, facta in peccato mortali, seu per opera moraliter bona extra charitatem facta, (quantumcunque fiant ista opera animo satisfaciendi pro peccatis iam dimissis) nihilominus non sunt satisfactoria. Hæc conclusio est omnium doctorum: illam enim tenet D. Thom. in 4. distinct. 15. quæst. 2. artic. 3. Capreolus eadem distinct. quæst. 1. Palud. eadem distinct. quæst. 1. Henricus quodlib. 8. quæst. 18. Syluester. verbo satisfactio. §. 6. & 7. Caietanus quoque quæst. 2. de satisfactione & probatur ex illo Pauli 1. Corinthiorum cap. 13. Si distribuero, inquit in cibos pauperum &c. & tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Confirmatur etiam ratione. Nam opera illa non sunt æqualia mathematicæ satisfactioni quæ debet, cum etiam existens in gratia isto modo non possit reddere æquale Deo, nec

1. Conclusio.

D. Thom. Capre. Palud. Henri. Siluester. Caic. 1. ad Co. 13

D. Greg.

eccl. 34.

Prover. 15.

⊕

⊕

Durand.

nec ex liberalitate Dei acceptantur: quia non acceptantur à Deo cum ab inimico procedant. Acceptatio namque operum prouenit ex acceptatione subiecti illa opera facientis. Vnde D. Grego. in epistola Necharedum Regem Visigothorum exponens illud Genesis 4. cap. Repevit Deus ad Abel, & ad munera eius: dicit, Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid datur, sed à quo datur aspicitur. & Ecclesiast. 34. cap. Ait sapiens, Non iniquorum non approbat altissimus: Et prover. 15. Victimæ impiorum abominabiles domino: ⊕ oportet ergo quod hæc satisfactio expleatur in charitate, ut sit alicuius pretij & valoris, Et quia extra diuinam acceptationem nulla est satisfactio, & acceptatio diuina non est nisi supposita gratia: Probatur præterea, quia certum est nullam esse iusticiam hominis, nec meritum ad Deum nisi per vniōnem ipsius hominis ad Christum, hæc autem vniō fit per charitatem, igitur absque charitate nequit satisfactio aliqua fieri. Præterea, Quia si propterea homo existens in gratia satisfacere potest pro poena, quoniam existens in mortali, qui tanquam hostis & inimicus erat puniendus, per gratiam iam venit tanquam amicus seu amicabiliter puniendus, consequitur ut extra gratiam existens inimicus & hostis censeatur, ac subinde æternaliter & hostiliter sit puniendus. Nec sufficit præcedens gratia, qua culpa antea fuit remissa, ut virtute illius sint postea opera in mortali peccato facta acceptata, ut Durandus vult in 4. distinct. 15. quæst. 2. quia gratia præcedens nequit facere hominem istum gratum, neque eius opera. Valor namque operum ex operantis dignitate & gratia pro tempore quo operatur attendi debet. Postremo ostenditur quia quemadmodum in carcere detentus pro debito aliquo, pecunia adulterina carenteque regis sigillo satisfacere nequiret, ita neque apud Deum operibus extra charitatem factis & sanguine

Christi non signatis, nec diuina charitate persuisis quis satisfacere poterit. Ex dictis iam perspicue colligitur hominem illum qui in mortali peccato decellerit perpetuo in inferno pro peccato quoad culpam iam dimisso puniri. Quoniam si in vita extra charitatem nequit pro illo satisfacere, multo minus poterit in inferno, vbi iam est inter termino, & vbi nulla est remissio culpæ nec poenæ. Imo & poena debita pro venialibus peccatis siue iam dimissis, siue non dimissis erit perpetua in inferno, per accidens tamen: cuius oppositum tenet Scotus in præfata distinctione decima quinta quæstione prima. Necessum est igitur ut satisfactio in charitate expleatur. ⊕ Exoluitur tamen libere per hoc opus vel per illud, puta per orationem vel ieiunium vel elemosinam hic aut in purgatorio. Vtrum autem huiusmodi opera profint peccatori illa operanti ad aliqua bona consequenda, iam supra monstrauimus partem affirmatiuam, cum de operibus mortuis ageremus, nempe quod conferunt ei sex vtilitates quas illic possumus. Libet tamen hic superaddere dubium paruum, An scilicet eadem opera in peccato facta conferant ad mitiganda inferni supplicia. Pro quodubio sit secunda conclusio. Quod quāuis per illa opera nullo modo minuarur poenæ debita pro peccato, potest tamen minui & mitigari poena inferni, per illa, ad hunc sensum, quia per illa impeditur meritum poenæ, hoc est peccatum, eo quod per illa, ut illic diximus, implentur diuina madata quoad substantiam, & quia ob consuetudinem bonorum operum ex minori contemptu homo peccat, & quia nonnunquam propter illa differtur plaga Dei, legitur namque 3. Regum. 21. Deum Achab magnum supplicium propter mortem Nobath comminatum fuisse, & tamen quia illum postmodum vidit ieiunantem & in sacco dormientem, propter ipsum distulisse, ne in diebus eius malum induceret

scotus.

⊕

2. Conclusio.

3. Reg. 21.

3. Conclu.

duceret, vsque ad dies filij sui. Tertia conclusio. Satisfactio iniuncta à sacerdote expleta extra charitatem, licet valeat in foro Ecclesie, ac satisfaciat sacerdotis præcepto sicut valent horæ canonicæ solutæ à sacerdote existenti in peccato mortali, non tamen valet tunc illa satisfactio ad expiationem poenæ debitæ coram Deo pro peccatis. Hanc conclusionem tenet Caietanus in summa & Silvester quoad vtramque partem. Et probatur quoad primam, nam existens in mortali potest implere alia præcepta Dei & Ecclesie, vt præceptum de honorando parentes, & soluendo decimas. Imo per bonum opus moraliter impletur præceptum, & si sit peccatum mortale, vel veniale ex aliqua circumstantia, nam per confessionem informem adimpletur præceptum ecclesie, vt diximus in materia de confessione: multo ergo melius implebitur per satisfactionem informem, tum maximè, quia sacerdos non ligauit poenitentem ad expletionem in charitate, tum etiam, quia alias nunquam poenitentium conscientie essent quiete quia minime constare potest eis quod adimpleuerint poenitentiam in gratia. Quo ad secundam verò partem quod non valet ad expiationem poenæ & probatur quia sine charitate nihil mihi prodest (ait Apostolus) Non enim, vt diximus in priori conclusione accipit Deus, quod non exhibetur cum charitate. Hæc secunda pars conclusionis est contra Scotum in quarto, distinctio ne decima quinta, quæstione prima affirmantem, huiusmodi satisfactionem esse proficuum etiam absque voluntate factam. Nec ratio in qua fundatur Scotus videtur concludere, nam dicit iustitiã humanã punitiã postquã redditur æquale pro peccato commissio ex iudicis sententiã, nihil amplius postulare: ergo & diuina, inquit nõ debet amplius exigere. Respondetur primo quod si hæc ratio aliquid valeret, probaret idem de

Caiet.
Silvester.

E

E

Scotus.

E

A peccato non remisso quoad culpam, eò quod iustitia vindicatiua humana eodem modo punit reum pro peccato, de quo dolet, sicut pro illo, cuius nullam habet displicentiam. Secundo, respondetur, huic rationi negando consequentiam, quia maximum discrimen est inter diuinã iustitiã & humanã. Ad satisfactionem enim, quam iustitia humana exigat, satis est facere æqualitatem rei ad rem: & non requiritur voluntas ex parte satisfaciens nec acceptatio ex parte illius cui fit satisfactio. Ad satisfactionem autem quam iustitia diuina exigat quæ fit inter Deum & hominem, requiritur amicitia: quia non potest esse æqualitas, nisi supposita diuina amicitia, in qua fundatur meritum & sine charitate nec amicitia nec satisfactio esse potest. Quãdiu igitur extra charitatem quis existit siue in hac vita, siue in inferno satisfacere nequit, punietur tamen à Deo in inferno per iustitiã vindicatiuã perpetuo. Quamuis namque satis patiatur, nunquam tamen satisfaciens taliter vt poena finiatur, quia licet per se sit finita & temporalis, sed per accidens est infinita ratione culpæ mortalis cui coniuncta est, cum qua non stat. posse fieri satisfactionem. Sicut enim cum quis in carcere detineretur, donec quadrantem solueret, si nunquam quadrantem habere posset, nec de carcere exire aliquando valeret: ad eundem modum existens in inferno cum nullum opus gratum Deo efficere queat, fit, vt nec poenam pro peccato etiam minimam exoluere possit, ac subinde nec satisfacere. Quod si contra hoc quis inferat, quod ex hoc sequeretur nihil illi profuisse, priora peccata per contritionem vel confessionem cù at tritione remissa fuisse, siquidem non minus, ac si ei remissa non fuissent, in inferno punietur. Respondetur ei negando antecedens. Profuit enim illi, tum, quia pro illo tempore, quo illi remissa fuerunt peccata, fuit ad gratiam restitutus, tum, quia non punietur ratione illorum

E

E

illorum, sed ratione nouæ culpæ postea commissæ, in qua mortuus fuit, tum denique, quia aliqua pars poenæ sensus fuit remissa per contritionem. Vnde non ita intente, sed mitius punietur in inferno, quam puniretur si ei priora illa peccata remissa non fuissent. Nec obstat alia ratio Scoti, quia si quis cum est extra charitatem non impleat poenitentiam sibi à confessario impositam, peccat, ergo si implet bene facit, ac proinde satisfacit. Non enim valet consequentia vt patet de eo qui tempore paschatis est in peccato mortali, & vult communicare, quia si non communicat mortaliter peccat, non tamen sequitur, ergo si communicat bene facit, vt ex se patet. Secundo respondetur concedendo quod bene facit moraliter satisfaciendo in mortali peccato, maximè quia sic implet præceptum confessoris, non tamen meritorie & satisfactorie sicut peccatores omnes implentes alia præcepta in peccato mortali, bene faciunt moraliter, non autem meritorie, itaque nõ satisfacit Deo, & ideo licet apponat media ieiunando, & dando elemosynam, non tamen consequitur satisfactionis finem, nempe medelam, nec dimissionem poenæ. Vnde iteranda est satisfactio cum gratiam à Deo obtinuerit. Sed dubium se offert hic vtrum satisfactio prædicta in peccato facta, adueniente charitate effectum suum sortiat remissionis poenæ. Ad hoc dubium sic quarta conclusio in ordine de mente Caietan. in quæstio. 2. de satisfactione. Quod satisfactio sacramentalis virtute clauium à sacerdote imposita, quæ quidem eò quod extra charitatem fuit adimpleta non valuit ad expiationem poenæ debitæ coram Deo pro peccatis, adueniente charitate valere incipit, & viuificatur, hoc est, consequitur suum effectum recedente fictione, scilicet quando peccator redibit ad cor. Huic sententiæ adheret Cano. Ac sen-

4. Conclu.
Caiet.

Cano.

tentiæ huius ratio est, quia satisfactio sacramentalis pars est, sicut confessio informis, ac baptismus informis: Cum igitur, tam confessio informis quam baptismus postmodum recedente fictione incipiant valere (vt dictum est in suis proprijs locis) consequens fit, vt satisfactio quoque valere incipiat recedente fictione. Secus autem si non est imposita in sacramento, quia non est eadem ratio. Nec clam me est D. Tho. in 4. distinctio. 15. quæst. 1. artic. 3. quæ 3. tenere oppositam sententiam, quem omnes Thomistæ sequuntur, duobus prædictis exceptis, nempe Caietano & Cano. dicit enim D. Thom. quod de nouo tenetur poenitens satisfacere: ac proinde, quod satisfactio recedente fictione non consequitur suum effectum. Hanc tamen sententiam omnes moderè reiiciunt & credo quod D. Tho. retractasset suam sententiam si opus tertie partis perfecisset.

D. Tho.

VII. DIFFICULTAS.

Vtrum satisfactio extra charitatem expleta, ipsa charitate adueniente incipiat esse satisfactoria.

DE hac re sunt duæ opiniones, & earum prima est affirmatiua, nempe quod opera extra charitatem facta per charitatem sequentem viuificantur, quantum ad hoc quod sunt satisfactoria, non autem quantum ad hoc quod sunt meritoria vitæ æternæ, quam refert & impugnat D. Tho. in additionibus 3. part. quæst. 14. artic. 3. Secunda verò asserit satisfactiones illas, ex quibus aliquis effectus manet in satisfaciens actu satisfactionis transacto, sicut ex ieiunio corporis, debilitatio, ex elemosynarum largitione substantiæ diminutio, adueniente charitate non esse iterandas, sed consequi effectum suum, eò quod quantum ad id quod ex eis ma-

E

D. Tho.

Ee 5 nec

net per penitentiam, Deo sunt acceptae; eas autem quae effectum non relinquunt in satisfaciendo, actu transacto; sicut in orationibus & similibus contingit iterari debere. Quae quidem sententiam tenere videtur Petrus à Palude & Capreolo in 4. dist. 15. quaest. 1. & Syluester verbo satisfactio. §. 7. & falso imponitur D. Thom. à Caiet. & Adriano, ubi supra in solutione ad 3. Nam ut ait Dominicus à Soto nihil tale illic dicere voluit, sed solum quod si effectus aliquis ex ieiunio in peccato mortali factus manet, ut debilitas stomachi vel capitis &c. post gratiae aduentum erit satisfactorius huiusmodi effectus relictus si patienter feratur & toleretur, non tamen voluit dicere quod ieiunium in mortali peccato factum reuiuiscat. His tamen duabus opinionibus omissis conclusione vnica negativa ad difficultatem propositam respondetur, quam expressè tenet D. Thom. ubi supra absque distinctione siue opera illa relinquunt effectum post se, siue non relinquunt. Cuius efficacissima ratio est, quia cum opera facta extra charitatem sint mortua & ratione charitatis opera meritoria & satisfactoria esse debeant, sit consequens, ut per charitatem sequentem incipere esse satisfactoria nequeant. Siquidem actum precedentem, qui à Charitate non processit, charitas ipsa postea adueniens in formare non potest. Et quidem de satisfactione non sacramentali loquendo, conclusio ista vnanimi consensu ab omnibus recipitur, loquendo autem de sacramentali à confessario imposita non omnes doctores conueniunt. Nam doctissimus Soto docet quod etiam si sit sacramentalis satisfactio adimpleta in peccato mortali, recedente fictione non consequitur effectum suum. Probat ipse ex D. Thom. qui ubi supra absolute & absque distinctione aliqua asserit, quod per charitatem sequentem, satisfactio in mortali expleta minimè suum consequitur effectum. Item, in solutio-

Palud. Capreo. Siluest. Soto.

2. conclus.

D. Thom.

Soto.

ne ad secundam assignat duplicem differentiationem inter baptismum & satisfactionem, quia baptismus imprimi characterem, & est opus Dei; satisfactio vero neutrum horum habet; & idcirco baptismum ex opere operato iustificare (quod est opus Dei) non autem satisfactionem fateri necessum est. Praeterea, quia cum poenitentiae sacramentum essentialiter in confessione cum dolore & absolutione consistat, non autem in satisfactione, quae pars integralis est, si in mortali expleatur peccato, adueniente charitate non consequitur suum effectum. Sed quamuis haec opinio valde sit probabilis, nihilominus tamen oppositam tenendam tanquam probabilior rem esse censeo de mente Caieta. quaest. 2. de satisfactione, scilicet quod satisfactio sacramentalis virtute clauium à confessore iniuncta, quae quidem eod quod extra charitatem fuit adimpleta, non valet ad poenae expiationem debitam Deo pro peccatis, adueniente charitate valere incipit, & viuificatur, hoc est consequitur suum effectum recedente fictione, scilicet quando peccator redijt ad cor. Et huic sententiae subscribit Magister Cano in sua relectione de poenitentia: cui ego etiam consentio, & ratio cui haec sententia innitur est, quia cum satisfactio sit pars sacramentalis sicut confessio informis & baptismus informis; & tam confessio informis quam baptismus recedente fictione valere incipiant (ut suis proprijs locis docuimus) non videtur esse ratio aliqua apparens, qua negare possimus, ipsam quoque satisfactionem valere incipere, recedente fictione. Probatur deinde, nam D. Thom. quaestione. 90. artic. 2. ad 2. asserit satisfactionem gratiam in praesenti conferre per propositum satisfaciendi, illamque in executionem augere, ad eundem modum, quo baptismus respectu adultorum se habet. Cum ergo à nimine in dubium vertatur baptismum in voto gratia conferre

B.

C.

D.

E.

Caieta.

Cano.

D. Thom.

ferre, & in re susceptum ex opere operato illam augere: ex rationis paritate consequitur satisfactionem, quando actualiter fit, ex opere operato gratiam augere, à & fortiori etiam ex opere operato, poenam remittere, ac subinde consequi suum effectum recedente fictione. Ed ad D. Thom. asserentem in loco citato sine distinctione & absolute satisfactionem adimpletam in mortali peccato postea adueniente charitate minime suum effectum consequi posse, facile respondetur quod loquatur de satisfactione in communi, abstrahendo à sacramentali & non sacramentali, & crediderim ego quod D. Thom. distinxisset, si opus tertiae partis perfecisset, docuissetque teneri poenitentem denuo satisfacere, loquendo de satisfactione non sacramentali, ac proinde satisfactionem huiusmodi, recedente fictione non consequi suum effectum, secus autem de poenitentia iniuncta in sacramento dixisset. Ad secundum facile etiam respondetur negando consequentiam, non enim valet, satisfactio non imprimi characterem, & est opus hominis, ergo non consequitur suum effectum recedente fictione, siquidem notissimum est, confessionem non imprimere characterem, & esse opus hominis, & nihilominus recedente fictione, consequi suum effectum. Ad tertiam rationem quam facit magister Soto respondetur quod quamuis satisfactio non essentialis sacramenti poenitentiae pars, sed integralis sit, nihil tamen vetat quominus possit informari virtute sacramenti, habereque effectum ex opere operato, quando quidem pro comperto omnibus est, quod ceteris paribus poenitens magis satisfacit per opera iniuncta à confessario, quam per alia quae ipse sponte & voluntarie facit: quod quidem fieri nequiret, nisi praeter opus operantis ratione sacramenti, ex opere operato aliquid adderetur. Similiter, non nocet etiam aliud, quod obijci solet,

quod illa satisfactio exercetur ac sit à poenitente, ut persona priuata, & non ut à persona publica, & ministro Ecclesiae, ergo non habet virtutem ex opere operato, ut recedente fictione iuuu consequatur effectum: (non inquam nocet) nam satis est huiusmodi poenitentiam iniunctam esse à persona publica, scilicet ecclesiae ministro, nam etiam confessio fit à persona priuata (ut ex se liquet) & tamen hoc non impedit quin suum consequatur effectum recedente fictione.

Secunda conclusio, satisfactio sacramentalis in mortali peccato expleta, adueniente gratia, non tantum effectum consequitur, sicut si in gratia adimpleta fuisset. Hanc conclusionem tenet Caietanum quam nos euidenter probamus, tum, quia multum operis operantis, parum autem operis operati habet, tum, etiam, quia (ut dictum est) pars est integralis poenitentiae, expleturque per personam priuatam & non per ecclesiae ministrum, & post iam sacramentum susceptum, tum denique, quia in quantum est opus hominis, fuit opus mortuum, non igitur tantum effectum huiusmodi opus habere potest quantum si in gratia factum fuisset, itaque si ieiunium impositum in sacramento à confessore, à poenitente in gratia adimpleatur, satisfaceret ut quinque, at expletum in peccato mortali satisfaceret ut duo, vel ut vnum. Haec omnia de poenitente pro se satisfaciendo intelligere oportet. Secus cum vnus pro alio satisfacit sacramentaliter, quod quidem fieri potest: ut D. Thom. in additionibus 3. part. quaest. 13. artic. 2. ad secundum & Caietanum in summa verbo satisfactio asserunt, tunc enim intelligendum non est, quod sit satisfactio sacramentalis formaliter loquendo, ita ut effectum habeat ex opere operato, nec quod recedente fictione suum consequatur effectum, quamuis materialiter bene quis praecipuum confes-

2. conclus.

Caieta.

C.

D.

E.

confessoris implere queat, per satisfactionem illam; & remissionem aliquis poenæ ex opere operantis obtinere valeat, in quo consistit vna differentia, inter alias, inter satisfactionem & confessionem, quoniam remissio poenæ, quæ est proprius satisfactionis effectus, per alium saltem ex opere operantis haberi potest, non autem effectus confessionis, cum effectus sacramenti tantum sumentur: vocatur tamen sacramentalis, quia fuit in sacramento imposita poenitenti, licet formaliter non sit sacramentalis, (vt dictum est.) Sed vtrum existens in mortali peccato possit satisfacere pro alio existente in gratia, saltem ex opere operantis, merito consequenter dubitatur.

Cui dubio duobus dictis respondetur, quorum primum est. Suffragia communia Ecclesiæ, & sacrificia, vt missæ & orationes Ecclesiæ, profunt in gratia existentibus, quantumuis offerentes pro illis, scilicet ministri ipsius Ecclesiæ sint in peccato, quia vt Diuus Thomas 3. part. quæstion. 83. articulo 6. inquit, missa mali sacerdotis quantum est ex parte sacrificij tantum valet alijs, quantum si boni esset sacerdotis. Ratio est, quia Ecclesia quæ principaliter est offerens est grata Deo semper, licet ergo per malum ministrum offerat, virtus illius non tollitur. Habet enim se Ecclesia tanquam respublica, & tanquam domina respectu ministrorum, sed quod Ecclesiæ, & eius sponso commissa est dispensatio: meritorum, satisfactionumque Christi per suos ministros ipsius membris. Secundum dictum, & contrarium verò nulli in particulari huiusmodi dispensatio commissa est, nec vnus se habet tanquam dominus, alter tanquam minister illius, sed habent se vt fratres, & ad inuicem membra eiusdem corporis, cum autem membrum mortuum nullum bonum valeat viuere

communicare, sit, vt siue iusto, scilicet in gratia existente nesciente, siue ipso sciente, imo petente, & rogante existens in mortali sua sponte, & proprie auctoritate vel ad preces illius existentis in gratia ieiunet, vel oret pro illo, nihil ei proficit. Et præter hoc quod dictum istud secundum videtur esse sententia expressa. D. Thom. 3. part. quæstion. 82. articulo 6. ostenditur manifesta ratione, quia peccator nullam aliam satisfactionem nisi propriam, quam ex operibus illis erant habiturus, alteri applicat, per illa autem opera, vt potè ieiunia, & orationes nihil satisfactionis pro se acquirunt. Pari ergo ratione nihil satisfactionis iusto illi applicat, siue ignorant quod sunt illa opera bona pro se, siue scienti, imo illa petenti: scilicet si ad petitionem illius iusti det ille existens in mortali peccato ex bonis suis eleemosynam, nam in tali casu crediderim ego, quod proderit huiusmodi eleemosyna iusto illi petenti, quia perinde est ac si pecunias daret iusto, vt ipse iustus eas pauperibus distribueret. Certius tamen est, & quod in dubium neutiquam venire potest, quod cum seruus, vel famulus in mortali peccato existens ex domini præcepto existentis in gratia, elargitur bona ipsius domini in eleemosynas, proderunt ipsi domino, & quo ad meritum & quo ad satisfactionem, quoniam tunc perinde est moraliter loquendo, ac si ipse dominus illa bona distribuere pauperibus.

De ijs per quæ fieri debet satisfactio.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum satisfactionem per opera poenalia fieri oporteat.

PRO huius difficultatis pleniori intelligentia notandum prius est, quid

quid sit opus poenale. Pro quo sit fundamentum primum perutile ac necessarium, quod per se & proprie loquendo, opus poenale idem est, quod malum poenæ conuictum contra malum culpæ. Malum autem nihil aliud est, quam defectus seu priuatio boni. Bonum verò vt 8. Ethic. author est philosophus triplex est, nēpe honestū, vtile & delectabile. Priuatio ergo boni honesti, quod est virtus, est culpa, priuationes vero boni vtilis aut delectabilis sunt poenæ: opus igitur poenale est, quo aliquis bono utili vel delectabili priuatur. Vnde non dicitur opus poenale idē esse quod laboriosum, alioquin ad pilā ludere esset opus poenale, quandoquidem labore plenum est. Quia enim cum voluptate quadā sit, nec poenale est, nec per illud satisfactio fieri potest. Poenale igitur dicitur, quod priuationem importat boni vtilis, vel delectabilis, & inducit amaritudinem aliquam, vel incommodum vt dare eleemosynam, ieiunare, se flagellare, & orare, &c.

Secundum fundamentum est, quod satisfactio duplicem habet respectum scilicet & ad Deum cui fit, & ad peccata de quibus fit. His sic præmissis difficultati per aliquot conclusiones satisfacere possumus, & earum prima sit, satisfactio sacramentalis fieri debet per opera poenalia & Deo honorifica. Conclusionem istam tenēt omnes doctores, signanter Diuus Thomas in 4. distinct. 15. quæstio. 1. articulo 4. quæstio. 1. & habetur expresse Ioelis cap. 2. Conuertimini ad me, &c. in ieiunio & fletu, & planctu, & Niniuitæ in cilicio, ieiunio & lamentis egerunt poenitentiam. Ratione quoque probatur, nam secundum omnium doctorum sententiā, confessor est iudex, sed stultus esset iudex qui poenam aliquam pro peccatis non infligeret. Poenale igitur aliquod opus confessor infligere debet pro peccatis. Quod quidem non solum respectu præteriti peccati commissi intelligendum

est: verum etiam respectu committendi in posterum. Si enim consideretur satisfactio vt medicina cauendis peccatis futuris accommodata, hoc etiam modo congruit illi vt sit poenalis: nam poenæ vt ait Philosophus, medicinae sunt, vbi enim prius homo expertus est poenam non facile redit ad culpam. Præterea adæquatio in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno qui habet plus iusto, & additionem ad alterum cui aliquid est subtractum. Et quantum Deo absolute & simpliciter nihil subtrahi possit: tamen peccator quantum in ipso est, aliquid ei subtrahit peccans. Vnde oportet vt aliquid subtrahatur à peccatore per satisfactionem: quod in honorem Dei accedat, ad hoc quod recompensatio fiat: nam satisfactio est honorem debitum Deo impendere. Debent ergo opera per quæ fit satisfactio esse & poenalia, & Deo honorifica. Præterea contritio & confessio, quæ partes sunt poenitentia, maximè poenalia sunt, igitur & satisfactio, cum pars poenitentia sit poenale opus esse debet. Præterea quia satisfactio, cum ad iustitiam vincatiuam spectet, quæ per se habet inferre poenam, per opera poenalia fieri debere fateri opus est. Postremo quia vsus vniuersalis ecclesiæ semper habuit quod iniungantur poenitentibus opera poenalia siue in poenitentia publica quando erat in vltu in primitiua ecclesia, siue in priuata & secreta. Et confirmatur hoc manifestè, quia notum est, Christum redemptorem nostrum per solam dilectionem satisfacere potuisse pro nobis, & tamen fecit satis per opera poenalia. Sic igitur satisfactio per opera poenalia fieri debet: & quanto opus magis poenale fuerit, magis erit satisfactorium, ceteris paribus.

Secunda conclusio. Quamuis specialiter & per antonomasiam, solum opera exteriora quæ ex obiecto sunt poenalia, id est quæ priuant bono utili, aut delectabili

est: verum etiam respectu committendi in posterum. Si enim consideretur satisfactio vt medicina cauendis peccatis futuris accommodata, hoc etiam modo congruit illi vt sit poenalis: nam poenæ vt ait Philosophus, medicinae sunt, vbi enim prius homo expertus est poenam non facile redit ad culpam. Præterea adæquatio in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno qui habet plus iusto, & additionem ad alterum cui aliquid est subtractum. Et quantum Deo absolute & simpliciter nihil subtrahi possit: tamen peccator quantum in ipso est, aliquid ei subtrahit peccans. Vnde oportet vt aliquid subtrahatur à peccatore per satisfactionem: quod in honorem Dei accedat, ad hoc quod recompensatio fiat: nam satisfactio est honorem debitum Deo impendere. Debent ergo opera per quæ fit satisfactio esse & poenalia, & Deo honorifica. Præterea contritio & confessio, quæ partes sunt poenitentia, maximè poenalia sunt, igitur & satisfactio, cum pars poenitentia sit poenale opus esse debet. Præterea quia satisfactio, cum ad iustitiam vincatiuam spectet, quæ per se habet inferre poenam, per opera poenalia fieri debere fateri opus est. Postremo quia vsus vniuersalis ecclesiæ semper habuit quod iniungantur poenitentibus opera poenalia siue in poenitentia publica quando erat in vltu in primitiua ecclesia, siue in priuata & secreta. Et confirmatur hoc manifestè, quia notum est, Christum redemptorem nostrum per solam dilectionem satisfacere potuisse pro nobis, & tamen fecit satis per opera poenalia. Sic igitur satisfactio per opera poenalia fieri debet: & quanto opus magis poenale fuerit, magis erit satisfactorium, ceteris paribus.

Secunda conclusio. Quamuis specialiter & per antonomasiam, solum opera exteriora quæ ex obiecto sunt poenalia, id est quæ priuant bono utili, aut delectabili

delectabili, conseantur satisfactoria, quapropter illa duntaxat sunt in confessione sacramentali iniungenda: nihilominus generali ratione probabiliter credendum est, quod per omne opus bonum possimus satisfacere etiam per actus interiores, nempe per contemplationem, per Dei dilectionem, & mentalem orationem, & non iniunctam in sacramento poenitentiae a confessario. **¶** Hanc conclusionem tenet Soto in 4. dist. 19. quaest. 2. art. 1. Et probatur apertis rationibus. Prima quia inter homines fit satisfactio, non tantum per opera poenalia, verum etiam per opera complaceantia. Secunda quia nullum opus inuenitur, quod non sit poenale, ac homines vexet quantumcunque spirituale sit: contemplatio namque ipsa (inquit Soto) quod utitur sensus phantasmate, quodam modo vires relaxat: licet enim sint opera animae, tamen coniuncta corpori. Quo fit, ut magnum laborem patiamur si velimus Deum vel proximum actualiter per spacium vnus horae diligere. & Similiter, credere & sperare, quia licet isti actus secum afferant mentis delectationem, habent tamen carnis cruciatum annexum, dicitur namque Ecclesiast. ultimo frequens meditatio carnis afflictio est. **¶** Vnde legitur Genes. 32. neruus femoris Iacob, ex lucta cum Angelo emarcuisse: & omne igitur opus bonum meritorium habet aliquam poenalitatem, eo quod est actus virtutis, & virtus versatur circa difficile, & ideo per omne tale opus fieri potest satisfactio. Ex quibus euidenter colligitur Scotum in 4. dist. 15. quaest. 1. art. 3. non sibi constare, cum asserat ex necessitate fieri debere satisfactionem per opera exteriora, & simul asserat, omne opus meritorium esse satisfactorium. Haec namque duo minime simul stare queunt. Siquidem etiam opus interius meritorium est. Nos autem huiusmodi contradictionem optimè euitamus, ex eo quod dicimus, quod speciali quadam ratione, & antonomatice, per

opera exteriora poenalia satisfactio fieri debet, nihilominus alia etiam meritoria opera interiora satisfacere habent, etiam a confessore non iniuncta. **¶** Annotato tamen hic, quod opus interius si ad exterius procedat, maioris est satisfactionis: tum, quia magis poenale est, & addit maiorem laborem vel sumptum, tum, quia est interioris consummatio, & crescit ipse actus interior in exitu ad exterius. Postrema ratio est, quia per dilectionem Dei satisfacimus pro poena peccati venialis, cum per illa venialia remittantur. Dilectio ergo Dei satisfactoria est. **¶** Sciendum est tamen hic quod satisfactio integra & remissio poenae pensanda est ex poenaltate operis, & eius bonitate, sicut etiam meritum confurgit ex bonitate & difficultate, sed vtrumque magis pensatur penes bonitatem, quam penes difficultatem, & poenalitatem ceteris paribus, vnde dari potest aliquod opus, quod bonitate sua excedat, ac vincat poenalitatem alterius, & sic magis satisfactorium erit, etiam si sit minus poenale, ut eleemosynam conferre extreme indigenti, est magis satisfactorium, quam ieiunare. **E** contrario vero potest in aliquo opere tanta poenaltas esse, ut praeponderet maiori bonitati alterius, & idcirco opus illud sit magis satisfactorium, quam aliud magis bonum minimam habens poenalitatem. **¶** Sed dubium se offert statim hic, vtrum ista opera satisfactoria sint tria? Ad quod dubium sit in ordine tertia conclusio affirmatiua, nempe quod tria sunt opera poenalia, quibus satisfactio fieri oportet, scilicet ieiunium, eleemosyna, & oratio. Conclusionem hanc tenent in vniuersum doctores in 4. dist. 15. & inter eos D. Thom. eleganter pro suo more in eadem dist. quaest. 1. art. 4. quaest. 3. tractat huius conclusionis materiam. Duo enim in satisfactione consideranda sunt scilicet & ratio iustitiae, qua vindicantur offensae praeteritae, & medicina

¶

¶

¶

3. conclusio

D. Thom.

na à futuris praeseruans. Et quidè si consideretur primo modo, probat D. Thom. quod per praedicta tria opera debeat fieri satisfactio: nam dicit quod satisfactio debet esse talis, per quam aliquid nobis subtrahamus in Dei honorem: at nos non habemus nisi tria bona, scilicet, corpus, & anima & exteriora fortuna: ex bonis quidem exterioribus fortunae aliquid subtrahimus nobis per eleemosynam; ex bonis autem corporis quae sunt delectabilia tactus; per ieiunium: ex bonis vero animae, non oportet quod aliquid subtrahamus nobis quantum ad essentiam, vel quantum ad diminutionem ipsorum, quia per ea efficimur Deo accepti: sed per hoc quod ea submittimus Deo, cognoscendo quod omnia sunt ipsius, satisfactoria apud eum sunt: submissio autem illa fit per orationem, tria ergo debent esse opera poenalia respectu praeteritae culpae vindicandae. Similiter si consideretur secundo modo, nempe quatenus satisfactio est medicina praeseruans, probatur quod fieri debeat per illa tria, nam tres sunt radices peccatorum, videlicet concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae, ut ait Ioan. Apostol. in sua prima canonica capit. 2. At vero concupiscentia carnis, per ieiunium exciditur, & concupiscentia oculorum per eleemosynam: & superbia vitae per orationem: vera igitur est conclusio. **¶** Annotato tamen hic cum Scoto quod quamuis singularium per quamdam congruentiam singulis peccatis approprientur, tamen potest vnum loco alterius subrogari, ut qui ad ieiunandum viribus caret, & cui orare non vacat, eleemosynas erogat: & econuerso, illi qui caret pecunijs, & potest ieiunare imponendum est ieiunium. **¶** Quarta conclusio. In his tribus includuntur omnia opera poenalia: in ieiunio enim opera omnia corporis as-

siuctua ex sua natura, ut sunt vigiliae, peregrinationes, flagellationes, praedicationes, lectiones, & alia id genus: sub eleemosyna vero clauditur quidquid in proximi utilitatem expenditur, & omnia opera misericordiae corporalia & spiritualia. Sub oratione vero quaecunque laetitia Deo exhibeatur, ita ait D. Thom. vbi supra ad 5. **¶** Quinta conclusio. Non solum eleemosyna, ieiunium ac oratio sunt opera satisfactoria (ut dictum est) verum etiam flagella praesentis vitae. **¶** Siue per causas naturales, ut sunt morbi & neces, siue per causas liberas iustas tamen, ut patet de morte, vel flagellis per iudicis sententiam inflictis, & de incendijs, diluuijs, & pestibus, quae pro peccatis à Deo ex specialis providentia mittuntur, ac inflinguntur. Si huiusmodi flagella aequo animo, & patienter acceptentur sunt patienti satisfactoria, ut si quis sustineat patienter sicut Iob, qui dicebat, Dominus dedit Dominus abstulit, sicut Domino placuit, &c. **¶** Pium namque tunc flagella ipsius qui flagellatur. **¶** Conclusio Diui Thomae habetur diffinita in concilio Tridentino, in sessione. 14. capit. 9. vbi dicitur tantam esse diuinam munificentiam largitatem, ut non solum poenis sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam quod maximum argumentum amoris est, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & nobis patienter tolleratis apud Deum patrem per quem satisfacere valeamus. Sic enim facit homo de necessitate virtutem, ratione cuius & meritoria & satisfactoria esse possunt. Vnde de anima existentes in purgatorio, & si velint nolint flagellantur, tamen quia sunt in gratia, & pro peccatis suis has poenas patienter ferunt, qua ratione suas quodam modo efficiunt, il-

D. Thom.

5. conclusio

¶

¶

¶

conc. Trid.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

1. Ioan. 2.

¶

Scotus.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Soto.

¶

Eccle. ult.

¶

Gen. 32.

¶

Scotus.

2. Thom.

⊕

las dici possunt quod satisfaciunt, A
quamuis illa proprie non satisfactio
sed purgatio sit, vt Diuus Thomas in-
quit 3. contra gentes capite. 158. ⊕ se-
cus tamen erit si iniquo animo & om-
nino per impatientiam eis dissentiat
atque resistat, tunc namque non effi-
ciuntur ipsius qui flagellatur aliquo
modo. Quo circa non induunt satisf-
factionis rationem, sed potius vindic-
tationis. Ex quo loco colligitur ten-
endum esse secundum fidem, quod
multi qui puniuntur in hac vita pro
aliquo peccato, punientur etiam in alia
vita. Ratio est, quia non omnes
quos Deus in hoc mundo flagellis
percutit, ita corde compungit, vt
conuertantur, vt patet de Antiocho.

2. Mac. 9.

2. Machabæorum capitulo nono, vbi
dicit quod orabat Deum scelestus, à
quo non erat veniam consequuturus:
quare in hoc & in altero seculo pu-
nitus fuit. Et sapientiæ capitulo. 16. 17.
& 18. dicuntur multa de hac re. Ita-
que qui flagellis hic emendantur,
non iterum puniuntur, non solum in
inferno, verum nec in purgatorio, si
discedant in gratia, dummodo fla-
gella sint à Deo inflicta secundum
scelerum magnitudinem. Secus quan-
do hic non sunt inflicta pro quan-
titate scelerum, quia tunc reliquum
restabit in purgatorio soluendum.

Sapient. 16.
⊕ 17.

⊕

Naum. 1.

⊕ Sic enim intelligendus est locus
ille prophete Naum capite primo,
Non conserget bis tribulatio, secun-
dam nostram literam, vel secun-
dam Septuaginta interpretes, non vin-
dicabit Dominus bis in id ipsum. Hie-
ronymus, etiam dicit, quod qui hic
puniuntur, in alia vita non punien-
tur, nempe quia non bis, sed semel
punit. Dominus idem peccatum,
quando homo meritorie, & satisf-
factorie fuerit punitus, scilicet exi-
stens in gratia, non punietur in alia

D. Hiero.

vita, si in gratia discedat, quia satisf-
fecit per illud flagellum vel in toto
vel in parte. ⊕ Qui autem obstinati
moriuntur, & hic & in inferno vult
Deus quod puniantur. Vnde punit
Deus bis in id ipsum huiusmodi ho-
mines, qui flagellis inflictis in hac
vita non emendantur, ad sensum ex-
positum, & iuxta illud Hieremæ.
cap. 17. duplici contritione conterere eos
Domine. ⊕

⊕

⊕

Hiere. 17.

⊕

⊕ Annotare opus est circa hanc quin-
tam conclusionem duo, Primum est,
quod qui æquali patientia grande fla-
gellum suffert, magis satisfacit, quam
qui eadem patientia minus ferret, ita-
que in flagellis à Deo illatis, non tan-
tum attenditur quantitas satisfactionis
ratione patientiæ, sed per se attendi-
tur ratione obiecti: Secus in flagel-
lis & calamitatibus naturalibus, quæ
naturali ordine accidunt ex peccato
originali: nam in his satisfactio non
est pensanda nisi iuxta quantitatem
virtutis poenitentiae.

C

Secundum annotandum est, quod
poenæ vt sint satisfactoriæ non de-
bent infligi à Deo ob quencunq; fi-
nem. Nam Deus infligit quando-
que poenas ad corrigenda peccata, vt

D Mariæ lepram, quandoque propter
ipsius Dei gloriam, iuxta illud Ioan-
nis 9. Nec hic peccauit nec paren-
tes eius, vt coccus nasceretur, sed vt
manifestetur gloria Dei. Quandoque
vero propter probationem vt conitat
ex illo Ecclesiastici 27. capite, vasa fi-
guli probat fornax: iustos autem ho-
mines tentatio tribulationis. Quan-
doque etiam infert Deus tribulatio-
nes ad custodiam virtutum, ne su-
perbia tentet, vt patet ex illo Pauli
1. Corinthiorum capite 12. Ne mag-
nitude reuelationum inquit extollat
me datus est mihi stimulus, & cæte-
ra. Quandoque infliguntur à Deo

Num. 17.

Ioann. 9.

Eccle. 27.

1. ad Cor.
12.

flagella

flagella & poenæ, in vindictam peccato-
rum præcedentium: & inter omnes has
poenas sola illa quæ propter istum vl-
timum finem infliguntur à Deo, sunt sa-
tisfactoriæ ex fine expresso infligentis,
quanuis alia poenæ quæ propter alios
fines infliguntur, sint etiam satisfacto-
riæ in existenti in gratia patienter eas
toleranti, diuinæque voluntati se con-
formanti, solus tamen Deus scit, ad quæ
finem ordinet, proinde ipse qui eas pati-
tur, si voluerit, postulet humiliter à Deo
vt det sibi intelligere.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum per opera alias debita, fieri pos-
sit satisfactio imposta à sacerdote
in poenitentiam?

Scotus.
Palud.
Capreo.
Ioan. maior.
Siluest.

I N hac quæstione fuerunt tres opi-
niones. Prima Scoti in. 4. distinct. 15.
quæst. 1. & Palu. eadem distinct. quæst. 1.
articul. 2. & Capreoli & Maioris eadem
distinct. quæstio. 1. & Siluestri in verbo
satisfactio. §. 8. qui omnes tenent abso-
lutè, neminem posse satisfacere per ope-
ra alias debita ac præcepta: dicit enim
illic Palu. quod si cui imposta esset ele-
mosyna in poenitentiam, & illam daret
existenti in extrema necessitate, mini-
me poenitentiam impleteret: similiter si
sacerdos iniungeret poenitenti aliquem
diem ieiunij in quadragesima non im-
pleret poenitentiam. ⊕ Fuit etiam secun-
da opinio, quod licet per opera iure na-
turali & diuino præcepta satisfactio
adimpleri nequeat, vt honorando pa-
rentes, diligendo Deum, & similia: be-
ne tamen per opera iure humano præ-
cepta, vt ieiunando in quadragesima.
Hanc sententiam tenet Siluester in lo-
co citato. Tertia opinio fuit per opera
supererogationis satisfacit homo de iu-
stitia, per opera autem præcepta licet
etiam fiat satisfactio, sed tamen non de
iustitia, sed ex diuina misericordia & li-
beralitate, & hanc posuit Diuus Thom.

Siluester.

D. Thom.

A in. 4. distinct. 15. quæst. 2. articul. 1. quæst.
2. in vltimis verbis & non illam impug-
nat, & ideo visus est illam tenere. ⊕ His
tribus opinionibus omisis responde-
tur vnica conclusione affirmatiua
difficultati, nempe quod opera poe-
nalia quanuis sint aliàs in præcep-
to sine dubio sunt satisfactoria, senten-
tia hæc est Adriani. quæstio. vltima de
satisfactione & Caieta. in quodl. quæst.
de satisfactione. Imo dicit Caieta. illic
quod sunt magis meritoria & satisfacto-
ria illa opera, quia habent duplicè lau-
dem. Et probatur primo, nam ecclesia
instituit ieiunium quadragesimale, &
alia quatuor temporum in satisfactio-
ne peccatorum, nam hæc fuit eius inten-
tio, & ideo canit in præfatione. Qui
corporali ieiunio vitia comprimis, &c.
Et hinc fit qd sæpissimè orat ecclesia
ipsa in quadragesima, vt acceptet no-
stra ieiunia ad peccatorum remissionem,
sed sacerdos præcipiens aliquod opus
poenale, vt ieiunare, &c. non tollit illud
meritum & satisfactionem: ergo satisfa-
cimus per illa opera quanuis aliàs sint
in præcepto. Secundo probatur, nam ac-
cipiamus orationem quæ est in præcep-
to, si illa ratio imperetur à charitate, est
meritoria vitæ æternæ, & si imperetur
à virtute gratitudinis etiam est merito-
ria gratiarum actionum, ergo si impere-
tur à poenitentia, erit satisfactoria, cū sit
eadem ratio vtrobique, & licet enim opus
alicuius virtutis sit præceptum, poterit ta-
men ordinari à diuersis virtutibus ad
earum fines, & habere illorum laudem, vt
nō obstât qd honorare parentes, dare
elemosynam sint opera præcepta spectā-
ria ad pietatis & animæ virtutes, pos-
sunt nihilominus à virtute poenitentiae
ordinari ad satisfaciendum, quemadmo-
diā dum martyrium licet quo ad substā-
ctus sit fortitudinis: ordinari tamen
potest ad fidei defensionem, & tunc lau-
dem charitatis habebit, eò quod maio-
rem charitatem nemo habet quàm vt
mortem pro Christo patiat. Præterea
Ff quia

⊕

i. Concl.

Adrian.
Caiet.

C

D

E

quia cum non obstante quòd aliquod opus sit iure diuino, naturali & humano præceptum: meretur nihilominus homo per illud gratiæ & gloriæ augmentum, sit, vt à fortiori remissionem pœnæ mereatur, siquidem maius præmiū est augmentum gratiæ & gloriæ, quod pro opere præcepto datur, quam pœnæ remissio. ¶ Præterea, mirabile & ridiculum esset, quòd per martyrium nõ fieret satisfactio, quando occurreret aliàs præceptum de illo. Præterea quia esset durissimum atque grauissimum dictum quòd si sacerdos iniungat penitenti in penitentia quod faciat eleemosynā, & ipse pœnitens tribuat existenti in extrema necessitate, non satisfaciat, & tamen secundum illam opinionem contrariam non impleteret satisfactionē à confessore impositam, cum alio iure tenebatur conferre existenti in tali necessitate secluso præcepto confessoris. Postremo probatur nam secundum oppositam sententiam si essent duo pauperes, quorum alter esset in extrema necessitate, alter autem in graui: & in pœnitentia confessor mihi iniungeret, vt conferrem eleemosynam, sequeretur quòd si tribuerem existenti in extrema necessitate, quod non adimplerem præceptum de satisfactione imposita, sed quòd deberem dare existenti in graui necessitate, vt implerem satisfactionem illam à sacerdote iniunctam, quod quā absurdum sit nemo est qui dubitet: vera igitur est nostra conclusio. Nec obstat id quod obijciunt tenentes contrariam sententiam, quòd scilicet nemo potest eodem opere duo præcepta implere. (Non inquam obstat) nam potest quis teneri ad ieiunandum eodē die, & ex vi præcepti ecclesiæ, & suæ religionis, & ex voto & ieiunando satisfaciit vtrique obligationi.

¶ Non obstat etiam id quod obijci potest ex Diuo Tho. in addi. 3. part. quæstio. 13. arti. 1. ad. 3. quod homo non tenetur reddere Deo totū quod potest, sed

A est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur scilicet impletio mandatorum Dei, & super ea potest aliquid erogare, vt satisfaciat. Non inquam obstat, quia per hæc verba noluit D. Th. negare quod per opera alias debita possimus satisfacere, sicut etiam non negat, quinimo sepe affirmat, quod per opera præcepta gratiæ & gloriæ augmentum mereamur. Et cum sit augmentum, quia totum posse suum, quod homo habet non sufficit ad soluendum debitum beneficij creationis, igitur nõ poterit satisfacere pro debito offensæ commissæ. Respondet ipsemet D. Thom. in loco citato dicens quod quāuis posse suum totum homo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate, vt totum quod possit, faciat, quia hoc est ei impossibile secundum statum presentis vitæ, vt totum posse suum, in aliquid vnum expendat, cum oporteat circa multa esse sollicitū, & ob id dixit, quod exigitur ab homine impletio mandatorum Dei, & per alia bona supererogationis potest satisfacere. Non nocet præterea id quod ipse D. Tho. dicit in 4. dist. 15. quæst. 2. artic. 1. quæst. 2. quod per eleemosynam, quæ est in præcepto non fit satisfactio, & quæst. 3. arti. quæstio. 5. videtur idē dicere de ieiunio. Non inquam nocet, tum quia hoc dixit in. 4. & in alijs locis dixit oppositum, vt in additionibus quæst. 5. arti. 2. de contritione. & quæst. 10. arti. 2. de confessione docet quod sunt in præcepto diuino, & nihilominus certum est per contritionē & confessionem fieri remissionem pœnæ, non tantum æternæ, sed etiam alicuius temporalis ac subinde satisfactionē, tum verò, quia illic solum voluit dicere quòd opera illa quæ sunt in præcepto maxime naturali ex primeua, & præcipua præcipientis intentione non sunt satisfactoria, vt honoratio parentum immediate ordinatur à Deo ad pietatē, & eleemosynam ad alienam subleuandam miseriam: cum hoc tamen stat, quod opera

D. Ansel.

opera ista ordinari possunt à pœnitentiæ virtute ad satisfaciendum, & sic accipient laudem pœnitentiæ. Præterea nõ nocet id quod Anselmus in libro, cur Deus homo, quid per illa opera homo satisfaciit Deo, quæ nisi peccasset ab eo non exigerentur, obseruantia autem mandatorum etiam si non peccasset exigeretur, ergo per opera alias debita nequit satisfacere. Non inquam nocet, nõ licet ita sit, quod nisi homo peccasset non exigerentur ab eo pœnitentiæ actus scilicet contritio, confessio, & satisfactio, neque vt sunt actus virtutis, neque vt sunt partes sacramenti: attamē postquā peccauit exigitur ab illo huiusmodi actus per opera pœnalia, siue alias sint debita siue nõ. Teneatur enim peccator agere pœnitentiam, quam qui non peccauit minime agere tenetur, sed nõ tenetur ex necessitate eam per opera supererogationis, sed per opera alias debita potest eam facere, alia tamen intentione, nempe ordinando illam per pœnitentiæ virtutem, ad deletionem purgationemque delictorum. Et quanuis videatur non posse homines impletionem mandatorum pro peccati debito satisfacere, eo quod obseruatia eorum, Deo debetur pro beneficijs ab illo receptis, possetq; ab illis Deus exigere, sine hoc quod aliquid ab eo mereretur, & sic per huiusmodi opera nõ satis pœnis facerent. Quemadmodū quando quis soluit Petro centū, quæ illi debet ex iustitia, nihil ab eo mereretur nec satis fit pro alio debito. Nihilominus tamen Deus illa acceptauit, ad hoc vt ex iustitia (licet non rigurosa) per illa gloriā & illius augmentū, & gratiæ, remissionemq; pœnæ homines mereamur: quod quidē diuinæ largitatis maximæ, atq; eximie misericordiæ Dei nostri signū est. Itaq; meritū istud ac satisfactio in diuina amicitia & misericordia fundatur, & maxime in vnione quā oēs existētes in charitate ad Christū habēt, quod licet præceptū à præ mortē suā in

A finite meruit, & infinite satisfecit. Nihil ergo impedit quod opus sit debitū ad hoc vt per illud possimus satisfacere. Nõ obstat postremo vsus ecclesiæ, nõ tā in publica & solēni pœnitentiā quā in priuata & secreta pœnitentiā imponi solēt per supererogationis opera. Nõ inquam obstat tū, quia iudex ecclesiasticus sequitur id quod tutius & melius est, nõ fundādo satisfactionē in amicitia, sed in iustitia, quæ quæ magis in operib; supererogationis quā in alijs debitis relucet, ideo non opera alias debita sed supererogationis in pœnitentiā iniūgit, tū vero, quoniam ob id ecclesia opera ista in pœnitentiā iniūgit, cõueniēti namq; est, vt qui Deū offendit, nõ solū opera præcepta, verū etiam supererogationis & cõsiliū faciat, & qui illa cū possit nõ facit, signū est vel illū esse impenitentem vel saltem non perfectō pœnitentem. ¶

C Secunda conclusio. Quāuis si absq; causa rationabili sacerdos iniungat in pœnitentiā opus alias debitū, factū teneat, & vere pœnitēs satisfaciat: attamen hoc non debet facere sacerdos, sed debet illi aliquid opus indebitū imponere, scilicet opus supererogationis, nõ enim est hoc intelligendū ordinario more, sed quādo non videret expedire cõtrariū vt dicemus in conclusione sequenti.

D Tertia conclusio. Si ob rationabile causam, cõfessor iniūgat opus alias debitū, id est pœnitentiā de reb; alias debitis, erit cõsiliū salutare, vt quādo presbyter videt, pœnitētē nõ adimplere iuracõmunia nepe hominē nõ ieiunantē quadragesimā, optime faceret imponēdo illi in pœnitentiā ieiuniū quadragesimale, vt seruet vel in totū vel in partē, licet alias illam teneretur ieiunare. Similiter, si est homo diues quod tenetur facere eleemosynā in graui necessitate, & præ avaritia nõ facit, cõsiliū optimū esset cogere illum per pœnitentiam sacramentalē ad eleemosynam erogandam. Est quoque cõsiliū salutare iniungere recitationem horarum canonicarū sacerdoti in pœnitentiā.

nitentiã, dum creditur illa ratione recitaturus, quod aliàs non faceret.

4. Concl. Quarta conclusio. Si confessor non explicet, sed in genere imponat poenitentiam, vt si dicat, Ieiunabis tot diebus, communiter habet intentionem imponendi ieiunium aliàs non debitum. Si tamen confessor iniungat elemosynam, optime faciet poenitens, si quærat extreme indigentem cui det: quia sic magis faceret secundum intentionem Dei, & ordinem charitatis.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum poenitens teneatur acceptare poenitentiam sibi iniunctã à sacerdote?

Scotus.

PRiusquam huic difficultati respondeamus, reiiciendæ sunt duæ opiniones vna est Scoti qui in. 4. distinct. 18. & 19. circa finem asserit partem negatiuã: nempe quod non tenetur poenitens acceptare poenitentiam à sacerdote sibi iniunctam. Rursum asserit, quod si eam acceptet, tenetur ipsam implere ex præcepto ecclesiæ, cui se voluntarie submitit. Sequuntur eum è iunioribus nonnulli, vt Gabriel distinct. 16. quæstio. 2. & alij. Probat Scotus priorem partem suæ assertionis, quia sacerdos inquit non est iudex ordinarius sed arbitrius, & ideo in cuiusque potestate est, (inquit ipse) submittere se sacerdoti quantum ad remissionem culpæ & poenæ, vel solum quantum ad remissionem culpæ, & pro solutione poenæ submittere se Deo, vt ei eã infligat vel in hoc mundo vel in purgatorio, si ipse ultra eã noluerit implere. Item, quia potest homo suo iuri renunciare, & totum se ad purgatorium remittere, vt illic satisfaciat. At hæc opinio nulla ratione innuitur. Si enim sacerdos obligare ad mortale non potest: acceptatio poenitentiæ nõ inducit peccati mortalis obligationem. Non itaq; cohæret

Gabriel.

A ambæ illæ assertiones Scoti, scilicet q non teneatur acceptare poenitentiam à sacerdote iniunctã & quod si acceptat tenetur eam implere. Altera verò opinio est Caietani, quam tenet in. q. 2. de satisfactione ad. 2. quam tertiã partem adhibuit, in qua opinione partim consentit cum Scoto, & partim ab eo disidet. Tenet, inquam, quod poenitens non tenetur acceptare poenitentiam, imo quod quauis acceptet, non tenetur sub reatu mortali adimplere, in quo differt à Scoto. Priusquam nostrã sententiã explicemus ac ponamus scire opus est primo satisfactionem nõ sic esse in præcepto diuino, vt sit de essentia, & necessitate sacramenti, quoniam sine ipsa siue non imposita, siue imposita, sed non expleta sacramentum constare potest, ut, quia satisfactio per se ordinatur ad poenæ remissionem, ac subinde ad peccatorum perfectam quo ad culpam & poenam remissionem. At verò poenæ totalis remissio non est de necessitate sacramenti, ergo nec satisfactio, tunc verò, quia cum in ipsa absolutione simul cõ culpæ remissione aliqua pars temporalis poenæ remittatur, & illa sufficiat vt forma, Ego te absoluo, non solum à culpa verum etiam ab aliqua poenæ parte verificetur, consequens fit vt satisfactio, quæ postea imponitur, de necessitate sacramenti non situm etiã, quia est integralis sacramenti pars, tum deniq; quia quemadmodum si quis per iniquitatẽ sub vna tantum specie eucharistiam cõsecraret verum proculdubio sacramentum cõficeret, ad eundem etiã modum si per negligentiam nollet sacerdos satisfactionem poenitenti imponere, verum nihilominus sacramentum ei conferret. Ex quib; apertè elicitur posse casus aliquot dari, in quibus non sit necesse aliquam iniungere satisfactionem vt in articulo mortis, vt habetur. 26. quæstione. 6. capitulo ab infirmis. Similiter cum quis contritionem habuit, satisfactionemq; condignam fecit, aut suis criminibus

Caiet.

S

D. Thom.

concl. uni.

D. Thom. Palud.

Duran.

Siluester.

nibus maiore antequam cõfiteretur, vt in venialibus peccatis & in mortalibus iam semel confessis, & absolutis multoties contingit. Quãto enim plus de poena per contritionem dimittitur tanto minus per confessionem dimittendum relinquitur, vt D. Tho. in add. 3. p. q. 8. art. 7. docet. Quo fit vt si tota poena per contritionem fuerit dimissa nulla à confessario imponi debeat poenitentia. Pari ratione etiã, quãdo poenitens adeo esset infirmus, ac fragilis vt nullam vellet acceptare poenitentiam, nec esset paratus ad illam sustinendam, vt D. Tho. in add. 3. p. q. 13. art. 2. ait.

Scire secundo hic oportet, quod confessarius quantum in se est, debet satisfactionem aliquã imponere saltem paruam, si maiore poenitens ferre nequit, vt quod tundat pectus, vel dicat peccavi, vel propitius esto mihi peccatori. Quod si culpabiliter illam imponere omittat peccabit mortaliter ex genere suo. Communis enim ecclesiæ vltus habet, etiam pro venialibus, & mortalibus iam confessis aliquam contenti poenitentiam imponere. Præterea quia satisfactio non solum ad soluendum poenã pro peccatis præteritis debitam ordinatur, verum etiam vt sit medicina pro futuris cauendis. Cum igitur certum sit, medicum omittentem dare medicinam infirmo præseruatiuam, mortaliter delinquere ex genere suo, etiam opus erit fateri confessorem, qui est medicus animæ poenitentiam imponere omittentem mortaliter quoq; in opere peccare. His sic præannotatis, contra has opiniones fit conclusio tenenda, quod poenitens tenetur acceptare poenitentiam sibi iniunctam à sacerdote sub reatu mortali, & pro viribus adimplere, nisi manifestus error appareat. Conclusio hæc est

D. Thom. in. 4. dist. 18. quæstio. 1. arti. 3. quæst. 3. & dist. 20. arti. 2. quæst. 2. ad secundum. Cui subscribunt Palud. in. 4. dist. 20. quæst. 2. & Duran. dist. 17. quæst. 3. ad. 2. & Siluest. in verbo confessio. 1. §.

A 26. vbi ait, quod si sacerdos iniungit rationabilem & discretam poenitentiam tenetur acceptare. Dixi, Nisi manifestus error appareat, nam clauis errante non tenetur poenitens obtemperare. Erraret autem, vbi pensatis omnibus circumstantijs tam personæ, quã grauitatis poenitentia, manifeste constaret non esse acceptandam. Dico, manifeste, quia in re dubia sacerdotis iudicio standum est, vt inquit Soto in. 4. dist. 20. quæst. 2. art. 2. Modo probatur conclusio, primum, ex vltu omnium fidelium, qui accusant sede omissione poenitentia tanquam de mortali peccato. Signum ergo est, quod sub mortali poenitentiam adimplere tenentur. Deinde, quia sacrilegium est sacramentum aliquod mancum, & imperfectum voluntariè relinquere. At si satisfactio prætermittitur, tertia poenitentia pars mancum & imperfectum conficitur sacramentum. Sacriligium igitur fuerit satisfactionem à sacerdote iniunctã, vel non accipere, vel non explere. Deinde probatur, nam in foro contentioso, iudex habet potestatem imponendi poenam pro delictis quam etiam reus subire tenetur, ergo & iudex ecclesiasticus in foro conscientia hanc habebit potestatem. Non enim potestas à Christo Domino collata apostolis in foro interiori imbecillior est, quã in foro exteriori. Præterea, potestas quæ non habet vim coercendi ridicula est, & in nullos vsus futura: si ergo iudices à Christo instituti non haberent vim, authoritatemque ligandi ad poenam rationabilem & iustã pro qualitate ac quantitate delicti, profecto eorum iurisdicctio & potestas iudicandi de culpis merito irriteretur. Præterea, clauis potestas est non solum soluendi, sed & ligandi, vt patet ex definitione clauis, Matth. 16. cap. Nam cum dixisset, Tibi dabo clauis regni cœlorum: explicaturus quid nomine clauium intelligeret, subdit, Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis: & quod-

Soto.

Soto.

S

S

Soto.

Soto.

Soto.

Matth. 16.

August.

conc. Tyi.

cunque ligaueris, erit ligatus, igitur potestatem habet sacerdos imponendi penam. **E** Ait enim D. August. quem Magister dist. 18. adducit sacerdotem iustam imponendo poenam ligare, & in sacra Triden. Syno. ita explicatur verba illa, quodcunque, &c. Præterea, quia si ecclesia habere potestatem obligandi ad publicam poenitentiam pro publicis peccatis impositam, omnes fatemur, & illam habere obligandi ad secretam pro secretis peccatis iniunctam concedere debemus. Antecedens præter hoc quod ex usu ecclesie antiquo est evidens, habetur in cap. Statuimus de mal. ubi expresse, decernitur, quod si quis in Deum, vel in sanctos blasphemauerit præcipue beatam virginem, faciat certam poenitentiam, quam si aliquis recipere noluerit ecclesie sibi interdicitur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura: At verò tam grauis poena non nisi pro mortali crimine imponitur, sub mortali ergo poenam acceptare tenebitur. Præterea, quia cum contritio & confessio sint in diuino præcepto ut ex D. Tho. in add. q. 1. ar. 1. ad. 3. liquet, nulla etiã apparente ratione quis persuaderi potest, ut satisfactionem esse in præcepto neget, maxime quia ita cõcedit ipsemet D. Tho. in add. q. 14. art. 2. ad. 2. & q. 26. ar. 1. ubi dicitur quod non absoluitur ab iniuncta satisfactione, ad quam ex præcepto ecclesie obligatur. & quod li. 3. ar. 28. cõcedit idem, & Petrus Paluda. dist. 20. q. 2. & ad id. quod solet obijci quod poenitens non tenetur iure diuino satisfacere in hac vita pro peccatis suis, tum quia non reperitur tale præceptum in sacris literis, tum verò quia aliàs etiã teneretur in lege naturæ & S. scripturæ, ergo sacerdos nequit poenitentem obligare, facile respondetur. Primo quia prælati possunt subditos suos ad multa obligare sub mortali, ad quæ antea non tenebatur iure diuino. Sic etiam confessor in poenitentie sacramento. Secundo respondetur quod licet poenitens non teneatur iure diuino ad satisfactionem ut est virtutis actus

D. Thom.

D. Tho.

Paluda.

A præcise, tenetur tamẽ ad illam, ut est pars sacramenti, quemadmodum licet non tenetur peccator ad confessionem non sacramentalem, quæ fit laico, tenetur tamen ad sacramentalem, & eodem modo quando detur optio poenitenti, ut extra sacramentum hic vel in purgatorio satisfaciat, non tamẽ in sacramento, eo quod iam est peculiari præcepto præfixum medium, nam eodem diuino præcepto, quo præcipitur sacramentum ipsum poenitentiae, præcipiuntur eius partes. **¶** Ex quibus colliguntur duo corollaria, primũ contra Scotum, nempe non esse sacerdotem iudicem arbitrum, & hæc potestatem accipere a poenitente, ut ipse sentit, sed ordinariũ a Christo institutum, qui tanquam eius vicarius eius potestate & autoritate utitur. **E** Et dato esset iudex arbiter, nihilominus supposito quod ei se subiecerit poenitens ei obedire tenetur sub mortali, etiã si solum venialia sit confessus, quamquam illa confiteri non teneatur: supposito tamẽ quod illa conateretur, displicentiã illorum, & dispositionem habere tenetur ut integrũ suscipiat sacramentum. **¶** Secundum est contra Gabrielem asserentem, quod sacerdos est ordinarius quantum ad remissionem culpæ & non quantum ad absolutionem poenæ. Nam cum Christus simul dixerit, quodcunque solueris, & quodcunque ligaueris: quo ad vtrumque sacerdotes constituit ordinarios iudices. Præterea probatur ex cap. Omnis vtriusque, ubi expresse dicitur, & iniuncta sibi poenitentia pro viribus studeant adimplere, & quidẽ illud cap. est præceptum, quo tenemur semel in anno confiteri sub reatu mortali: sed sub eisdem verbis dicitur, quod adimpleamus poenitentiam iniunctam, ergo & non acceptare vel non adimplere est mortale. Præterea, quia sacramentum poenitentiae non tantum est castigatio pro præteritis, verum & medicina ad cauendum futura: & ideo poenitentia semper inducitur in luctu & platu, ut habetur Joel. 2. & alijs operibus penalis, ut dictum est, ergo cum vtrumque

Scotus.

E

Gabri.

Joel.

fit

fit necessarium, sacerdos potest obligare ad poenitentiam, quæ sit non solum vindictio præteritæ culpæ, verum & medicina: nam poena purgatorij non est medicina. Postremo probatur conclusio, nam quem dolorem de peccatis, quem animum emendandi vitam habet ille qui poenitentiam iustam & æquã iniunctam a iudice, Dei locum habente nec vult acceptare nec implere? Missas hic facio alias quam plurimas rationes quæ adduci possent, ne tediũ in animis generent lectorum, sufficiunt adductæ, quibus adeo mihi persuasum habeo, ut nisi iustam ac rationabilem poenitentiam acceptaret, ego illum absoluerem non audeam, quamuis summa Armilla in verbo satisfactio, & Nauarro cap. 3. de satisfactione, & cap. 26. de poenitentia a confessore iniungenda, sententiæ Caietani adhaereant, nempe quod si nullam vult poenitentiam hic peragere, sed offert se satisfacturum in purgatorio, esset absolueudus, sed ego non intelligere possum quo pacto in purgatorio possit poenitens satisfacere cum poena purgatorij non sit satisfactio, nec opus sit acceptari in hac vita, siquidem a Deo illic infligenda est & non ab homine eligenda.

Nauarro.

XI. DIFFICULTAS.

Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium ligare possit, & soluere, ac ponere quamcunque poenitentiam?

h. Coeli.

AD hanc difficultatem aliquibus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Non oportet ut per poenitentiam iniunctam a confessore semper satisfaciat poenitens pro tota poena omnium suorum peccatorum: nam aliàs frustra esset purgatorium. Cum tamen sit fides catholica, post hanc vitam esse locum, nempe purgatorium in quo animæ igne purgantur a penis, quæ ex remissis mortalibus relictæ sunt, vel ve

A nialibus sunt annexæ, & ubi remittuntur peccata venialia illis qui ex hac vita discedunt, cum aliquo veniali. Satis nanque est, quod poenitens quando non soluit in hac vita totam poenam suorum peccatorum, soluat illam in purgatorio: quoniam in satisfactione principale est opus, non autem circumstantia temporis vel loci. At verò quando hic satisfacit plene, & a culpa & poena fuit absolutus, absque transitu per purgatorium in cœlo recipitur: **E** quãdo vero hoc contingat licet certa regula assignare nequeat, eo quod D. Tho. in. 4. dist. 20. quæst. 1. artic. 2. quæst. 2. dicit, quod non remittitur de poena nisi secundum proportionem satisfactionis etiam si sit discreta, hoc tamen tanquam certissimum tenendum esse censeo, scilicet quod in minori poena extra sacramentum voluntariè assumpta in hac vita satisfacit homo pro multo maiori in purgatorio exoluenda, & adhuc minori fortasse in duplo a confessario iniuncta satisfaciet pro tota poena debita illic exoluenda, quia virtute clauium crescit multum valor operum. Unde dicit Diuus Thom. in additio. quæst. 6. artic. 1. ad. 4. quod satisfactio quæ non est condigna nec sufficiens ad totam expiandam poenam peccati ex quantitate poenæ quæ in satisfactione imponitur, est tamen condigna & sufficiens in quantum est sacramenti pars, virtutem sacramentalem habet & ideo oportet quod per dispensatores sacramentorum imponatur. **¶**

D. Thom.

D. Tho.

2. Concl.

E Secunda conclusio. Nequit sacerdos poenitentiam secundum arbitrium pro libito suo imponere nec omnibus æquale, sed arbitrari illam debet, habita circumstantiarum consideratione. Conclusio hæc est notissima quod ad primam partem: quoniam non absoluit sua propria autoritate, sed Dei Instrumentum enim qualis est sacerdos, non mouetur nisi ad nutum principalis agentis. Quo ad secundam partem probatur, quia cum poenitentia

ria infligenda sint vt medicina; vt medicina sunt imponenda. At vero medicina non eadem omnibus competunt: sed varianda sunt secundum arbitrium medici sequentis scientiam medicinam, non secundum propria voluntate. Quo circa non debet sacerdos in poenitentis arbitrarijs tantum grauitate & qualitate delictorum extimare, sed etiam possibilitatem ac commoditate implendi prospicere secundum qualitatem persone & circumstantiarum. Et licet iure antiquo, pro quolibet mortali peccato septem imponeretur anni poenitentiae, vt habetur. 33. quaestio. 2. capitulum. hoc ipsum, & 22. quaestio. 1. capitulum. Praedicandum. Sed decreta haec iam sunt abrogata, & a tempore Diui Hieronymi poenitentiae sunt arbitrariae. Vt ex capitulum. Mensuram. de poenitentia distinctio. 1. & de poenitenti. & remissio. capitulum. significauit. & capitulum. Deus qui, liquido constat & in concilio Florentino dicitur quod 3. poenitentiae pars est satisfactio ad arbitrium sacerdotis, tandem in sacro Trident. Concil. sessio. 14. capitulum. 8. nulla in particulari signatur poenitentia. In inferno enim & in purgatorio, vbi nulla in poenis habetur medicinae ratio, sed solum vindictae, aut purgationis, secundum qualitatem delictorum ad iustum infliguntur. Sic enim intelligitur illud pro mensura delicti erit plagarum modus Deutero. capitulum. 5. Et illud, quantum glorificauit se, & in dilitijs fuit, &c. Apocal. 18. At vero in hoc seculo, cum vt diximus, poenae satisfactoriae sint velut medicinae, varianda sunt secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum vt dicit Diuus Thom. in. 4. distinctio. 18. quaestio. 1. arti. 3. quaestio. 4. Signanter dixerim diuino instinctu regulatum nam secundum se arbitrium sacerdotis, nihil inuat in ordine ad gratiae infusionem, nec in ordine ad culpae & poenae remissionem, quoniam sicut datur tanta vel tanta gratia per absolutionem, secundum ordinationem diuinam,

A & suscipientis dispositionem, & non secundum confessoris arbitrium: ita per absolutionem, & satisfactionem sacramentalem remittitur tanta vel tanta poena ex opere operato iuxta suscipientis dispositionem & non secundum arbitrium confessoris. Vnde non semper tota poena remittitur, nec semper totam poenam quae vni peccato debetur, sacerdos debet iniungere ne infirmus aliquis ex magnitudine poenae desperet, & a poenitentia totaliter recedat. Nec debet poenitentiam iniungere vsque ad eum leuem, quod in sacramenti contumeliam reducere videatur, ne ipsi confessori poenitentium peccata imputentur: hunc enim timorem incutit Triden. Concil. confessoris sessione. 14. cap. 8. Ex quibus manifeste colligitur, quod in poenitentijs adhibendis, oportet sacerdotem medium tenere, & non esse nimis seuerum vel remissum, sed necesse est videre fortem, vel debilem infirmum secundum animam: & qualiter dispositus seu proptus sit ad satisfaciendum. Sicut enim robusto secundum corpus forti & bene disposito, dari potest fortis medicina, debili autem minime: ita poenitentiam non preparato, ac robusto satisfactio, quam mereatur imponenda est. Debiliter autem disposito detur satisfactio paruula iuxta debilitatem sui animae ne ex graui satisfactione deterreatur a poenitentia: sacerdosque potest in imponenda poenitentia habere respectum ad indulgentias summi Pontificis, si quam vel quas habet, ex quo excusari videntur hac nostra tempestate confessores paruulas adhibendo poenitentias. Populus enim est adeo nunc fragilis, quod deterrentur per poenitentias graues. Item & honori consulendum est: non enim illae sunt poenitentiae iniungendae, quas personam implere non deceat. Decretum est Leonis Pape canon. Tepora. 26. quaestio. 7. & ca. His qui. Nam & si tota illa quaestio. de poenitentia publica

Con. Flo.
con. tri.
Deut. 5.
Apoc. 18.
D. Thom.

blica fiat metio: ratio tamen eadem est de priuata & secreta. Caueat tamen confessor, ne relinquat iniungere aliquam poenitentiam: quia grauius peccaret, si nullam poenitentiam poenitenti iniungeret: nisi ex magna & rationabili causa id faceret, vt si poenitens existeret in articulo mortis, quando nullam posset adimplere. Annotare oportet hic cum D. Thom. Th. in. 4. d. 20. q. 1. arti. 1. ad. 2. quod cum mors naturalis sit debita propter originale peccatum, & naturalibus nec mereamur, nec demereamur, consequitur, vt nec per illam satisfaciamus nisi mortem ipsam naturaliter, vel a iudice pro peccato inflictam patienter acceptemus, & in Deum referamus, nam vt sic satisfacimus pro aliqua parte poenae & aliquando pro tota. Similiter considerandum est, quali morbo laboret infirmus: nam luxuria, ieiunio, auaritia, elemosyna: blasphemia diuinis laudibus, &c. curatur, & vt poena culpae proportionetur, & non solum quantum ad hoc, verum etiam ad hoc vt ei qui pluries peccauit & grauiora commisit delicta, maior ac grauior poenitentia imponatur. Medicinae namque morbis congruere, & poenae culpis correspondere debent. Sed si sacerdos non proportionatam iniungat poenitentiam, sed minorem, habitata tamen ratione ad poenitentis fragilitatem, non peccat quinimo prudenter agit. Vt in additionibus. 3. par. quaestio. 8. artic. 7. & quodlibet. 3. ar. 28. insinuat D. Thom. Quia enim iudicium istud salutare est, incommodumque poenitentis ordinatum aperte colligitur, vt sententia quae fertur in illis viribus ac poenitentis fragilitati proportionari debeat. Quando autem satisfactio sit imponenda ante, vel post absolutionem dubitari solet, cui tamen dubitatio uincula facile respondetur, quod licet regulariter ante absolutionem sit imponenda, quauis qui, illico, ac incontinenti post ipsam absolutionem illam imponeret non multum erraret: nihilominus tamen non opus est, vt antea impleatur, cuius oppositum

D. Thom.
D.
C.
D.
E.

A fait error in concil. Complut. condemnatus Petro Oxomen. quod quidem Concil. postea in Bulla Sixti. 4. fuit confirmatum, vsus namque vniuersalis ecclesiae habet, quod poenitentia iniungatur, & acceptetur ante absolutionem, impleatur autem a poenitente post illam. XII. DIFFICULTAS. Vtrum poenitentia iniuncta ab vno confessore, possit mutari ab alio confessore? Hic difficultati duabus conclusio nibus respondetur sufficienter, quarum prima sit. Si poenitentia penitus est irrationabilis, commutatione non indiget. Haec conclusio adeo est manifesta, vt probatione non egeat: nam confessor non habet potestatem obligandi ad aliquod irrationabile, & in tali casu quilibet vir doctus poterit dicere poenitenti, non adimpleas hanc poenitentiam. Secunda conclusio. Quamuis poenitentia sit rationabilis, alter confessor potest illam commutare: si adsit causa rationabilis, & vrgens necessitas, & non sit facilis aditus ad confessorem qui sibi illam imposuit, absque hoc quod huic secundo confessori peccatum pro quo iniuncta fuit poenitentia iterum confiteatur. Conclusionem istam probabiliorē esse existimo opinione Syluestri verbo, confessio. 1. §. 27. & aliorum qui asserunt non posse secundum confessorem mutare poenitentiam iniunctam a primo: nisi de nouo confiteatur poenitens peccata pro quibus principaliter iniuncta est talis poenitentia. Imo Soto qui tenet cum hac communi sententia asserit, hoc quoque fieri posse extra confessionem. Si enim inquit poenitens sentiens se esse grauatam, doctorem consulat recitando peccatum, & eius merita potest doctor ille respondere, poenitentiam illam

C.
D.
E.

non fuisse validam, quia clavis erravit, imo addit quod etiam si clavis non erraverit si secundus confessor sit superior primo, dum tamen confessionem eiusdem peccati sacramentaliter audiat, poterit ex iusta causa poenitentiam ab alio confessore iniunctam mutare priorisq; confessionis sententiam limitare, aut moderari, & poenitentem a priore praeccepto absolvere, eo quod est superior, & hoc non solum in foro exteriori, sed etiam in interiori. Nos tamen adherentes priori opinioni dicimus, quod etiam si secundus confessor confessionem illorum peccatorum, pro quibus fuit iniuncta ei illa poenitentia non audiat, poterit illam mutare. **¶** Probatum nostra conclusio, nam secundus confessor, cum sit iudex, & potestatem habeat super istum poenitentem, satis erit, ut ipse poenitens confiteatur peccatum illud, scilicet quod non adimpleverit poenitentiam sibi iniunctam absque hoc quod confiteatur iterum peccata eadem, ad hoc ut possit illam secundus confessor commutare, vel relaxare, si hoc viderit expedire, vel quia urget necessitas: unde constat secundo confessori, nullo modo posse poenitentem eam adimplere, vel per difficultatem. Tenet hanc sententiam Navarro capit. 16. de poenitentia iniungenda, & a fortiori ipse idem sacerdos qui poenitentiam imposuit si ad eum poenitens recurrat, poterit moderari sententiam prioris, si tamen in tempore recurrat, quando confessor peccata sibi confessam adhuc in memoria retinet, vel si poenitens ad ipsius confessoris memoriam, ea reducere censetur. Secus si iam esset oblitus, quia tunc iam sententiam in rem iudicatam transisse, iudiciumque finitum esse censendum est. **¶** Dixi ex causa urgente: nam extra hanc necessitatem, & difficultatem adimplendi poenitentiam iniunctam, consulerem ego ut tutius, ut illa peccata, pro quibus principaliter iniuncta fuit talis poenitentia, huic secun-

do confessori manifestaret. Intelligenda est tamen haec secunda conclusio, quando crimen pro quo imposita fuit poenitentia, non est superiori reservatum, ut dicit Syluest. vbi supra, quia quando est reservatum, non potest nisi in casibus, in quibus pium est interpretari, quod si superior adesset, licentiam commutandi, vel relaxandi concessisset, nempe quia necessitas urget, vel suadet utilitas. **¶** Admonitos tamen confessores esse oportet ne sint faciles in poenitentibus commutandis ab alijs impositis quin potius poenitentes ad illas implendum exhortari debent. Si tamen audita confessione illorum delictorum pro quibus fuit poenitentia iniuncta secundum regulas Christianae prudentiae viderit expedire bono spiritali ipsius poenitentis, minimè difficiles, & inexorabiles esse debet in ipsis poenitentibus commutandis, & ad hoc dicendum hisce rationibus moueor, nempe tum, quia hoc iudicium est salutare, & non rigorosum totumque in bonum poenitentis ordinatum: tum vero, quia fortasse quando fuit imposita poenitentia erat condigna, modo autem mutato poenitente contingere poterit, quod maior sit, quam ferre valeat, tum denique quia cum confessarius sit medicus prudens dispensator, pater, ac pius iudex, officium medici prudentis dispensatoris, ac pij patris, & iudicis debet facere. **¶**

De potestate clauum.

I. D I F F I C V L T A S.

Vtrum claves sint in ecclesia?

Quoniam materia haec est iam in superioribus aded membratim attacta: ut sit pro magna parte discussa, idcirco impresentiarum sub breui quodam compendio ea omnia quae ad illam spectant comprehendam. Et in primis huic difficultati (suppo-

Syluest.

S

¶

sito quod nomine clauum potestas aperiendi regnum caelorum intelligitur, ut inferius ostendam) per aliquot conclusiones responderetur, quarum prima sit. Claves spirituales remittendi peccata in solo Deo sunt, trino & vno, tanquam per eius primam, naturamque auctoritatem. Probatum nam solus ipse est, cui naturaliter conuenit peccata dimittere. **¶** Secunda conclusio. In Christo quatenus homo, existunt huiusmodi claves, tanquam per potestatem excellentiae. Solus namque agnus, qui occisus est, tollit peccata mundi, iuxta illud Ioan. 1. capit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, vbi hanc excellentiae virtute designauit, per meritum enim Christi passionis aperitur regnum caelorum. **¶** Tertia conclusio. In omnibus sacerdotibus sunt claves istae tanquam in ministris qui eius sacramenta ministrant, quae de eius latere pendentis in cruce emanarunt. Haec conclusio ostenditur hac ratione: nam postquam homo factus nos sanguine suo lauit, decentissimum fuit, ut humano generi deinceps per homines consuleret, ut scilicet humanos haberemus iudices, ad quos nostras deferremus peccatorum causas, nosque tum docerent, tum iudicarent, atque aded absoluerent, vel ligarent. Habetur praeterea haec conclusio in Concilio Constant. vbi definitum est, sacerdotes habere potestatem remittendi peccata, quia sunt sacramentorum administratores, aduersus haereticos negantes posse hominum ministerio peccata dimitti. Teneat etiam hanc conclusionem Magister Sententiarum in 4. distin. 18. & D. Thom. eadem distin. quaestio. 1. artic. 1. quaestio. 1. & 2. Hieronymus quoque super Matthaeum cap. 16. & est conclusio de fide tenenda contra Nouatianos. De qua re pulcherrime tractauit Thomas Vvalden. in 2. tomo de sacramentis. capit. 144. & duobus sequentibus, & Ambrosius in lib. 1. de poenitentia. cap. 1. 6. & 7. Ac in sacro eloquio sunt multa loca, vni-

1. Conclu.

2. Conclu.

Ioan. 1.

3. conclus.

Con. Const.

Magister sentent.

D. Thom.

D. Hiero.

Vvalden.

Ambros.

de desumptae sunt huiusmodi claves, quae quidem loca adducit Turcremata in 2. lib. sum. ecclesi. capit. 77. & Caiet. in suo opusculo de primatu Romanae ecclesiae. Primus locus est illud Matthaei 16. tibi dabo claves, &c. & quodcumque solueris super terram, &c. Secundus est illud Ioan. cap. 20. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt, & primae Corinth. cap. 4. Sic nos existimet homo. ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. At vero minister & dispensator eorum quae dispensat, claves habere debet. Igitur sacerdotes claves ac potestatem in ecclesia habere debent ad dispensandum. Tertius locus est illud Matthaei 18. quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligatae & in caelo, & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Sunt igitur in omnibus sacerdotibus istae claves, quae nihil aliud sunt quam potestas ligandi, & soluendi. Pro quo annotato, quod clavis ecclesiae dicitur ad similitudinem clavis materialis: quia quae admodum clavis materialis est instrumentum, quo clauditur & aperitur seras seu ostium, & qua data videtur dari possessio omnium quae sub illa obseruatur, ut patet ex capit. Ex literis de consuetudine ista potestas qua obstaculum & impedimentum, scilicet peccatum per quod nobis ostium regni caelorum clausum erat, remouetur: dicitur ecclesiae clavis. Animaduertendum est hic primo, quod haec nostra tertia conclusio habet verum, siue regnum caelorum accipiat pro sacra scriptura, ut accipitur ab Origene & Hieronymo illud Matthaei capit. 21. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Dicitur etenim summus Pontifex auctoritate clauum aperire regnum caelorum, scilicet sacram scripturam, si aperiat sensum aliquem sacrae scripturae, & proponat ecclesiae ad credendum, & dum concilium explicat articulum aliquem fidei, etiam virtu-

A

B

C

D

E

Turcremata in 2. lib. sum. ecclesi. capit. 77. & Caiet. in suo opusculo de primatu Romanae ecclesiae.

Matth. 16.

Ioan. 20.

1. Ad Cor.

Matth. 18.

Origene & Hieronymo illud Matthaei capit. 21. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Dicitur etenim summus Pontifex auctoritate clauum aperire regnum caelorum, scilicet sacram scripturam, si aperiat sensum aliquem sacrae scripturae, & proponat ecclesiae ad credendum, & dum concilium explicat articulum aliquem fidei, etiam virtu-

virtute clauium aperit sensum sacre scripturae. Sive accipiatur pro ecclesia militante, vt accipitur illud Matthaei. cap. 13. Simile est regnum caelorum sagine misse in mare, & illud, simile est regnum caelorum grano sinapis: nam hic seminatur & crescit vsque ad fructum gloriae. Quare si Papa recipiat aliquem in hac ecclesia militante, dicitur auctoritate clauium aperire regnum caelorum: sive etiam accipiatur regnum caelorum pro ecclesia triumphante, vt est illud Matthaei cap. 5. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum, dicitur aperire virtute clauium per absolutionem a peccatis regnum caelorum: na aperiendo in hac militante ecclesia, aperit in illa triumphante, cum Dominus dicat, Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Quo fit, vt plena potestas sit potestas aperiendi regnum caelorum omnibus his tribus modis, & diffinitur sic. Clavis est potestas ligandi & soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere a regno debet. Hac nanque diffinitio comprehendit dispensare in votis, indulgentias conferre, excommunicare, & ab excommunicatione absolueri: verum est tamen quod Christus dum claves regni caelorum nominauit, non intellexit nisi regnum caeleste tertio modo acceptum? Hac autem plena auctoritas soli Petro, & eius successoribus est concessa: nam solus ille habet auctoritatem, primariam ad receptionem alicuius in hac militante ecclesia, & ad aperiendum sensum sacrae scripturae, & cum proponere tanquam de fide tenendum.

Sciendum est secundo, quod clavis ista est eadem potestas essentialis cum caractere sacerdotali (licet Scotus in. 4. distin. 19. artic. 3. teneat oppositum) tenendam tamen esse arbitror nostram sententiam, videlicet quod est eadem, sed dicitur caracter quatenus signat, & distinguit ab alijs, & scilicet quatenus ordinatur ad consecrandum non est clavis, qua

tenuis vero ordinatur ad discernendum inter dignos & indignos auctoritate & ad absoluendum vel ligandum dicitur clavis, & quia ordinatur ad istos diuersos actus, & versatur circa diuersa obiecta dicuntur in plurali claves, nempe altera scientiae, altera autem potentiae; & auctoritas cognoscendi causam, ac dignitatem, vel indignitatem recipientis clavis scientiae appellatur, qua iudex ecclesiasticus auctoritati iudicat atque discernit. Auctoritas autem ligandi, & absoluendi clavis potentiae vocatur. Hac autem clavis cum ordine datur, nam cum primum quis ad presbyteratus ordinem promoteatur etiam si nulla ei detur iurisdictio, habet vt ranque clauem. Sed exequutio ipsius clavis indiget materia debita, quae est populus subditus per iurisdictio nem. Quocirca antequam iurisdictio nem habeat habet claves: sed non habet actum clauium, & quia clavis per actum diffinitur, idem in eius diffinitione ponitur aliquid ad iurisdictio nem pertinens, vt inquit D. Thom. in. 4. distin. 18. quaestio. 1. ar. 1. quaestio. 2. & ex praemissa diffinitione illius satis liquet. Ex quo iam constat vt dum dicitur, duas claves esse, nempe ordinis & iurisdictio nis, & dum in euangelio claves sub numero plurali explicantur non esse intelligendum duas esse distinctas in essentia aut horitates: sed ex coparatione ad distinctos actus, quorum vnus alium praesupponit, idem character dicitur plures potestates, scilicet consistendi eucharistia cognoscendi; de licita, ac perinde soluendi & ligandi; sicut idem ignis calefacit rare facit, & exiccat. Et sic cum igni applicatur lignum non illi datur potentia ad comburendum, sed applicatur illi materia vt in illa vti possit potentia antea habita. Ex quo rursus elicitur, vt dum sacerdoti conferatur sacerdotium curatum, quod non datur ei potestas clauium quam iam per characterem habebat, sed applicatur ei populus in quem illam exerceat, & applicatione illa facta, ille est proprie iudex & non

& non antea & propter hoc dicimus, quemlibet sacerdotem clauem ordinis habere: non autem iurisdictio nis, quia non potest esse iudex, & exercere actum iurisdictio nis, quousque habeat materiam sibi subiectam per iurisdictio nem: quia ipsa iurisdictio materiam sacerdotibus ministrat.

I I. D I F F I C V L T A S.

Vtrum clauium potestatem Christus Apostolis contulerit Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, &c.

H AEC difficultas ponitur, vt sciamus in quibus locis Christus hac clauium potestatem tantum promisit, & in quo illam tradidit Apostolis, vnde per aliquot conclusiones respondetur difficultati, & earum prima fit. In illo loco Matthaei. 16. cap. tibi dabo claves regni caelorum, non fuit ista potestas clauium data Petro. Conclusionem hanc tenet Diuus Chrysostomus & Hieronymus, quos adducit in hanc sententiam Turrecremata vbi supra: illa tenet etiam communis sententia tam sanctorum quam scholasticorum. Ratio est, quia cum illa loquutio solum sit de futuro: tantum illic Christus promisit Petro tamquam suo vicario claves, scilicet potestatis ordinis & iurisdictio nis se daturum, quas ipse in quantum Deus vna cum Patre & Spiritu sancto per naturalem virtutem habet, & tanquam homo per excellentiam.

Secunda conclusio. Hanc potestatem dedisse Christum Apostolis, eamque ecclesiae reliquisse in finem vsque seculi, nulli dubitare licet. Probat, nam cum illam Matthaei. 16. Petro. & 18. alijs Apostolis promiserit, vt liquido constat, & mentiri neuriquam potuerit, illam ali quando dedisse, fateri necessum est. Probat quoque ex consensu totius ecclesiae, & ex fine ipsius potestatis, quae qui-

dem ad remittenda peccata, & ad corporis Christi (quod est ecclesia) aedificatione tradita est, cum ergo ecclesia semper duret & ista potestas in perpetuum durare debet. Quando autem illam Christus tradiderit per sequentes conclusiones patebit.

Tertia conclusio. In illo loco Matthaei. 18. tradidit illis potestatem in foro exteriori ad excommunicandum, ac absoluendum ab excommunicatione, & se daturum illis plenariam auctoritatem in vtroque foro insinuauit. Hac conclusio est contra Turrecrematam vbi supra, affirmantem, nullam illic datam fuisse Apostolis potestatem. Et est conclusio ista nostra D. Hieronymi super eundem locum, & Augustini lib. 1. contra aduersarium legis, & prophetarum capit. 17. Rationibus quoque probatur. Prima sumitur ex contextu literae euangelicae: nam statim cum dixit, Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, subiunxit, A me dico vobis, quaecunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, &c. Secunda, quia cum potestas excommunicandi non pendeat a sacerdotali potestate, consentaneum est, vt Christus faceret cum Apostolis id quod modo ecclesia cum aliquibus non sacerdotibus facit, nempe eis tradendo potestatem excommunicandi absque sacerdotali potestate. Quae quidem potestas immediate priuat participatione sacramentorum, quibus regnum caelorum aperitur: & per eam excluditur vel admittitur quis ad consortium ecclesiae militantis. Quo fit, vt secundo & mediate hac potestas claudat, & aperiat regnum caelorum. Excluditur nanque homo per excommunicationem a regno caelorum quod est ecclesia militans.

Quarta conclusio. Lucae. 22. in illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, quae Christus dixit in coena, tradidit Apostolis potestatem consecrandi. Hanc conclusionem ex consensu omnium Theologorum veram esse ostendimus

3. conclusio Matt. 18.

Turrecre.

D. Hieron. D. Augu.

4. conclusio

Lucae. 22.

E dimus in materia de eucharistia, & tunc ordinari fuerunt sacerdotes, & non ubi ad apostolatum fuerunt assumpti, **E** scilicet ante Christi mortem, imo & antequam dixisset Petro, tibi dabo claves, ut vult Armachanus lib. 7. de quest. Arme-
Armach.
Q norum cap. 14. & 15. **Q** Omnes doctores, illo solo excepto, tenent ordinatos fuisse in coena, dum Christus eucharistiae sacramentum instituit. Et sciendum, quod haec potestas consecrandi, **E** quavis proprie non dicatur clavis, quia proprie duae potestates sunt claves tantum, nempe illa, quae ad discernendum inter dignos & indignos authoritatiue ordinatur, tamen duplici ratione clavis appellatur. Primum quia cum sacerdos ministrat populo eucharistiam, quae per hanc potestatem consecratur: remittitur peccatum, quod ad claves spectat. Secundo, quia offerendo sacrificium, aperitur ianua regni caelorum illi pro quo offertur, eo quod ex vi huius sacrificij amouentur obstacula regni caelorum ingressum impediencia. **E** Hanc conclusionem tenet D. Thomas in 4. distinctione 24. quaestione. 3. articulo. 2. quaestione. 3. ad. 1. & in additionibus. 3. part. quaestio. 20. articulo. 1. ad. 1. **Q**
Q Quinta conclusio. In illo loco Matthaei ultimo, & Marci ultimo, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, tradita est clavis, id est potestas Apostolis a Christo praedicandi Evangelium, & baptizandi in toto orbe. At baptismus ianua regni caelorum aperire habet: quod haud baptismus facere poterat, quo ante passionem baptizabant. Et si aliquando baptizauerint post passionem antequam haec potestas eis traderetur, non solenniter ac ex officio tanquam sacerdotes, sed iusu Christi illud fecisse, fateri oportet: praesertim cum id modo laicis liceat. Tradita igitur fuit illis potestas illic praedicandi, & baptizandi. **E** Similiter si ungebant, illa unctio non erat extremae unctiois sacramen-

A tum, sed simplex quaedam curatio, & unctio, nec ungebant ut sacerdotes ex officio, sed forte ex Christi dispensatione qui per potestatem excellentiae cum illis dispensare potuit. **Q**
Sexta conclusio. Ioan. 20. tradita est Apostolis & Petro potestas a Christo quoad praecipuum actum clauium cum dixit, Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Remittere enim peccata praecipuus actus clauium est, **E** & Concilium Tridentinum sessione. 14. cap. 1. asserit tunc praecipue poenitentiae sacramentum fuisse institutum. **Q** Hanc conclusionem tenent Turrecremata & Caietanus & omnes doctores super eundem locum euangelij & D. Thom. in 4. distinctio. 24. quaestio. 2. art. 3. ubi ait quod Christus dedit Apostolis sacerdotale potestatem ad consecrandum in coena quando dixit, accipite, & manducate, &c. Licet enim fatendum sit, quod in coena in characterem tanquam in radice receperunt potestatem clauium: attamen illam acceperunt alligatam, ne illa uti possent, quousque post resurrectionem Spiritum sanctum ad id muneris suscepissent, & tunc extensa fuit potestas eiusdem characteris ad istum finem, ut peccata dimitterent, sicut dum episcopus ordinatur, non suscipit characterem nouum, sed extensionem characteris sacerdotalis ad confirmandum & ordinandum, ut in materia de ordine ostendimus. Quo fit, ut illis tradita fuerit in illo loco Ioan. 20. cap. omnis facultas, eadem potestate utendi, insufflauit enim Christus tunc Spiritum sanctum ad idoneum usum clauium, & ideo illic eos iudices constituisse, & potestatem iurisdictionis illis tradidisse, dicitur.
Septima conclusio. Ioan. c. ult. cum dominus examinavit Petrum an maiorem ipsius dilectionem alijs haberet Apostolis, **Q** dixit ipsi Petro, pascue oues meas, tra-

6. Concl. Ioan. 20.
 Coc. trid.
 Turrecre. Caiet. D. Thom.
 7. Concl. Ioan. ult.
 E

D. Thom.
 3. Corin.
 Mat. ult.
 Marci ult.

E

Matth. 16. tradidit illi potestatem plenissimam in utroque foro, quam ei promiserat, Matthaei cap. 16. quando dixit, Tibi dabo claves regni caelorum, & Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Vbi annotato quod signanter non dixit, Ecclesias meas, sed ecclesiam meam: ut vna tantum ecclesia significaretur, quae quamuis multas comprehendat particulares ecclesias, non propterea scinditur, diuiditur, aut multiplicatur ecclesia: quamuis multa membra habet, sicut unum corpus habet multa membra. Nec Dominus dixit, aedificabo aliquam ecclesiam meam: ut non de aliqua particulari ecclesia, sed de integra, seu tota ecclesia intelligeremus. Nec dixit, omnem ecclesiam meam: quia multitudo ecclesiarum supponeret distributum signum, ut optime annotat Caietanus.
Sed quare non commisit Petro hanc potestatem seu pontificatum sub vocabulo praelationis, seu authoritatis, vel dignitatis, sed sub actu pascedi suas oues? Pro hoc fit octaua conclusio in ordine, quod illud fecit, eo quod praelatio & authoritas est propter Christi oues pascedas, & non de conuerso. Fecit quoque illud, quia non dignitas aut authoritas est ambienda: sed passus ouium Christi appetendus in pontificatu, iuxta quod Apostolus postea dixit, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nam omnes actus iudiciales qui in ecclesia fiunt: tam in foro poenitentiae, quam in foro contentioso, ad pascedas Christi oues ordinari, non est dubium. Aperire demum & claudere regnum caelorum est pascere oues Christi: claudere autem illud ad pastum earundem ordinatur: quandoquidem ad bonum refertur electorum, quibus omnia cooperantur in bonum.
E Nona conclusio corollaria ex precedentibus est. Probabilius esse arbitror Christum de facto non simul, sed per partes & diuisim potestatem hanc contulisse, & non simul suscepisse Apostolos omnia quae ad munus, &c. Hae conclu-

8. conclus.
 1. Ad Timotheum 3.
 9. conclus.

A sio est expresse contra Armachanum asserentem totam hanc potestatem simul data fuisse Apostolis a Christo domino, quando illos ad baptizandum & praedicandum misit, & tenere videtur istam nostram conclusionem Turrecremata libro. 2. summam ecclesiae, cap. 77. **Q** Ex conclusionibus praemissis liquet iam, non simul suscepisse Apostolos omnia quae ad munus apostolicum spectant, sed paulatim per temporis successione.

Armachanus
 Turrecremata
 E

III. DIFFICULTAS.

Utrum haec potestas seu clavis quae est in ecclesia fuerit immediate a Christo concessa omnibus Apostolis simul?

Questioni huic duabus conclusionibus respondetur quarum prima sit, quod potestatem consecrandi ac absoluendi immediate & simul contulit Christus omnibus Apostolis, & non solum Petro. **E** Itaque aequali potestate ordinis & iurisdictionis illis dedit adeo ut in toto orbe quilibet posset id quod Petrus. **Q** Probat, nam omnes ipsos presbyteros constituit, cum dixit, Accipite hoc est corpus meum, &c. hoc facite in meam commemorationem. & omnibus simul dedit potestatem remittendi peccata, cum dixit eis, Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. & Ioan. cap. 20. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, &c. Quo fit, ut in officio Apostolico omnes fuerint aequales Petro, nisi quod Petrus tanquam Ecclesiae caput, erat eorum praeses, ut concilium conuocaret. **E** Sicut de facto congregauit concilium Apostolorum, ut legitur actuum cap. 15. & ostenditur conclusio rationibus non leuibus, quarum prima est, quia cum omnes immediate a Christo domino Apostoli fuerint instituti, legitur enim Matth. 10. & Luca

1. Concl. E
 Q
 E
 Act. 15.
 Matth. 10.
 Luca

Luce. 10. Luce. 10. & Marci. 3. elegisse duodecim quos Apostolos nominaverit, con-
Mar. 3. **Luc. 10.** **Mar. 3.** **Act. 13.** **Galat. 1.** **Galat. 2.** **Ad Gal. 1.** **Ad Gal. 2.** **D. Tho.**

quis ut æqualem potestatem ordinis, & iurisdictionis omnibus contulerit. Secunda ratio est, quia cum Paulum æqualem cum Petro potestatem habuisse perspicuum sit, ex his quæ ipse de se dicit ad Galat. 1. Galat. 2. inquit, qui operatus est Petro in Apostolatibus circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes, & ceteros Apostolos eandem habuisse fateri oportet, eo quod ante passionem omnes æqualiter constituti & vocati fuerunt Apostoli. Tertia ratio est, quia in capit. in nouo. distin. 21. dicitur, ceteri vero Apostoli cum Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsum quæ principem eorum esse voluerunt, &c. Postrema ratio summitur ex Divo Tho. qui super eundem locum Pauli ait, æqualem potestatem cum Petro accepit Paulus quantum ad auctoritatem executionis, non autem quantum ad auctoritatem regiminis, id est accepit æqualem quantum ad executionem ordinis & iurisdictionis, non autem quo ad regimen, hoc est quo ad auctoritatem ordinariam ut Caietanus explicat, quam tamen ceteri Apostoli non habuerunt, sed delegatam iuxta illud Apostoli Pauli, pro Christo legatione fungimur. Nec nocet quod quis obijcere posset quod Apostoli non fuerunt ordinati à Christo, siquidem distin. 66. capit. Porro, habeatur Iacobum minorem ordinatum fuisse in episcopum Hierosolymitanum à Petro, Ioanne, & Iacobo maiori, atque ob id non habuisse alios Apostolos æqualem cum Petro potestatem (non inquam nocet) nam illa ordinatio, de qua textus loquitur non erat essentialis, cum à Christo Domino non solum in sacerdotem, sed & in episcopum Iacobus ipse, & omnes alij Apostoli or-

dinati fuissent, sed erat quadam peculiaris deputatio, scilicet, ut esset episcopus diocesis peculiaris. Et ex hac caremonia sumpsit exemplum ecclesia ut à tribus episcopis quilibet episcopus consecratur. Similiter illud quod act. 13. dicit Spiritus sanctus, segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes imponentesque eis manus dimiserunt illos, non est intelligendum, quod fuerit illa ordinatio aliqua, sed caremonia quadam. Quod autem dist. 75. c. Quod die dominico, habetur tantum probat Episcopos semper consecrari debere die dominico more Apostolorum qui de mandato domini manus imposuerunt Paulo & Barnabam in die dominico, & quia eodem die dominus surrexit. Si quis tamen cum Turrecremata super capit. adducta, & precipue super cap. in nouo. distin. 21. & cum Petro à Palude in tractatu de potestate Pape, artic. 2. conclus. 7. & 8. voluerit tenere opinionem huius nostræ sententiæ oppositæ, scilicet Christum immediatè Petrum Apostolum ordinasse, Petrum verò Ioannem, Ioannem autem Iacobum maiorem, ac denique istos tres Iacobum minorem. Itaque licet omnes Apostoli æqualem cum Petro potestatem quo ad prædicationem sacerdotalemque dignitatem acceperint, non tamen quo ad episcopalem ordinem, non omnino, improbable esse arbitror, imo valde probabile, ac defensibile: præsertim quia Clem. in Epistola, quæ in principio conciliorum apponitur expresse dicit, Petrum non solum aliorum Apostolorum institutum pastorem, verum etiam consecratorem, & ordinatorem fuisse. **Secunda conclusio.** Claves traditæ Petro, præcellerant clauibus aliorum Apostolorum in tribus. Primò, quia potestas concessa Petro, erat vniuersalis, & ad omnes Christi oues, etiam ad ipsos Apostolos pascendos extendebatur. Hæc conclusio habetur in cap. Solite, de maioritate,

ioritate & obedientia: & in extraneanti, Vnam sanctam. Sine discrimine enim dixit Dominus, Pasce oues meas. In quo significari videtur, non pertinere ad Christi ouile: qui non esset subditus Petro. Item ipsi soli Petro dixit, **Luce. 22.** Ecce Sathanas expetiuit, ut cribraret vos sicut triticum: & ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. **Mat. 16.** Ipsi dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, &c. Ecce quomodo totius Ecclesiæ cura & clauis ac principatus committitur Petro. Item Leo primus ait, de toto mundo vnus Petrus eligitur: qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus apostolis, ac cunctis Ecclesiæ patribus præponitur, ut quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores: omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit Christus. Prostremito probatur ex concilio Floren. Sub Eugenio. 4. vbi diffinitur, Petrum principem esse apostolorum, & verum christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium christianorum patrem ac doctorem: canit namque & Ecclesia, super plebem meam constitui te principem, & tu es pastor ouium princeps apostolorum. &c. **Secundo,** excedit potestas Petri aliorum Apostolorum potestatem, quia potestas Petri erat ordinaria & illi ut persone publicæ & capiti data, & tota transit in successores Petri: facemur enim absque vlla hæsitacione, quemlibet Petri successorem esse pastorem totius Ecclesiæ. At verò potestas aliorum apostolorum quamuis generalis erat in toto orbe: attamen non erat ordinaria, sed delegata & personalis hæc proinde non successura in alios, nisi per auctoritatem Petri. Nam & si episcopi, successores apostolorum dicantur, vt cap. Quorum vices dist. 68. illam tamen auctoritatem non suscipiunt nisi per Romanum pontificem Petri successorem. Similiter quia non erat ordinaria, sed ex priuilegio potestas apostolorum ad totum orbem extendebatur: potestas episcoporum, qui loco illorum successerunt, limitatur ad vniuersum cuiusque propriam diocesim: nec possunt alios episcopos constituere. Tertio, quia solus summus pontifex accipit potestatem immediatè à Christo, statim quò eligitur à cardinalium concilio. Archiepiscopi autem & episcopi non, sed per causas secundas, id est per suos ordinatores.

Tertia conclusio. Christum hanc potestatem tradidisse Apostolis, non solum vt in eis temporaliter duraret, sed vt perpetuo esset in Ecclesia permanens, fateri opus est. Istam conclusionem hac manifesta ratione ostendit Soto, quia Christus fundauit ecclesiam vsque ad consummationem seculi duraturam: nempe super suam fidem & leges, sine quibus nemini salus patere potest, atque adeo fecit eam vnum ouile, quod nisi qui intrauerint salui esse nequeunt: sed potestates clauium sunt collatæ in bonum commune totius ecclesiæ: ergo non solum apostolis, sed in illis suis etiam successoribus sunt traditæ.

Sed dubium est, an hæc potestas sit de iure diuino in omnibus sacerdotibus? Pro quo sit quarta conclusio in ordine. Sacerdotium est de iure diuino & quantum ad potestatem consecrandi, & quantum ad vim clauium absoluenti in foro poenitentia. Hæc conclusio quoad primam partem sic ostenditur, quia cum character & ordo sacerdotalis sit de essentia consecrandi Eucharistiam: & Ecclesia non habeat auctoritatem mutandi ea quæ sunt de essentia sacramenti, non est dubium quin de iure diuino sit illa potestas in omnibus sacerdotibus: nã si solis apostolis eã Christus

A **B** **C** **D** **E**

3. conclusio **Soto** **4. Concl.**

G g tri-

tribuisset, non auferet ecclesia, nisi solis episcopis, eorum successoribus, eam tribuere. Quo ad secundam vero partem etiam probatur ex illo Ioannis. 20. Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, &c. Quae quidem verba inter ordinandum dicit episcopus, ubi profitetur, quod eodem loco data sit à Christo illa potestas omnibus sacerdotibus. Ratione quoque confirmatur, quia consentaneum fuit, ut dum illis tradidit potestatem super corpus suum verum, quod etiam tradidisset super corpus mysticum, ut dignè idem verum corpus possent plebi dispensare: Item quia soli episcopi non poterat sufficere toti populo Christiano ad audientiam confessionum. Quocirca non sufficienter ecclesiae suae Christus prouidisset nisi omnibus sacerdotibus eandem facultatem relinqueret. Annotato tamen quod iurisdictionum distributionem commisit Petro, quae non est de intrinseca ratione sacramenti, sed de necessitate applicationis.

De ministris clauum.

IIII. DIFFICULTAS.

Vtrum clauis in solis sacerdotibus evangelicis existant?

E P RIUSquam praesenti quaestioni respondeamus operapretium duximus quatuor praemittere fundamenta, quorum primum sit. In ecclesia duas esse potestates formaliter distinctas scilicet pontificiam & regiam ad bonam ipsius gubernationem necessarias omnibus perspicuum esse debet. Fundamentum istud praeter hoc quod habetur in capite. Duo sunt, quibus principaliter hic mundus regitur, authoritas sacra pontificum, & regiam

A lis potestas distinctione. 96. decreti & ibi probat id Cardinalis Turrecremata, & in capit. Solite, de maiestate & obedientia. & ibi Innocentius Tertius. Praeter hoc inquam ostenditur ex communi omnium gentium consensu tam infidelium quam fidelium, in omni nanque republica bene instituta etiam infidelium semper sacerdotes à regibus, & ducibus distincti fuerunt, in lege enim veteri Moysen constat ducem populi Israelitici fuisse non autem sacerdotem, sed tantum Aaron. Deinde hoc fundamentum probatur ex origine, ex officio, & ex obiecto. Ex origine quidem quia regia potestas, & temporalis ortum à natura habuit propter publicam civilem necessitatem ac exteriorum polytiam. Ad hoc enim ut respublica in pace atque iustitia conseruetur, necesse est ut multitudo ab vno rogatur capite. At verò sacerdotalis potestas propter spirituale necessitatem animarum habuit, & in bonum internum ipsius ordinatur: ex officio verò quia potestas publica temporalis circa bonum externum publicum versatur. Sacerdotalis autem in his quae sunt ad Deum ministrat, videlicet offerendo Deo sacrificia, & ad illum orationes fundendo, ex obiecto denique quia regia potestas opera iustitiae legalis habet pro obiecto, sacerdotalis autem religionis opera. Cum ergo omni tempore tam in lege naturae quam scripturae has duas potestates formaliter distinctas fuisse omnibus compertum sit, nulla ratione non solum vrgente, sed nec satis apparente, eas in noua lege esse, scilicet regiam naturalem, sacerdotalem verò super naturalem, quis ambigere poterit.

Secundum fundamentum est. Quamuis duae istae potestates formaliter distinguantur, nihilominus tamen in eadem persona simul concurrere possunt. Nam quae admodum

dum licet substantia & quantitas praedicaliter differant: attamen simul in Petri indiuiduo reperiuntur, ad eundem modum haec duae potestates coniunctae etiam reperiiri queunt in eodem homine: imo de facto reperiuntur, legimus enim in Melchisedech, Regem Salem & pariter Dei altissimi sacerdotem fuisse, quinimo nunc temporis in lege gratiae, Papam summum sacerdotem, & dominum temporalem Romae, aliarumque plurimarum ciuitatum esse liquido constat.

Tertium fundamentum est. Vbiunque haec duae potestates reperiuntur siue in vno simul, siue diuisim in pluribus, semper tamen sacerdotalis dignitas est praestantior, regiaque potestate dignior. Fundamentum istud adeo ex probatione primi fundamenti euidenter relinquitur, ut nullam aliam rationem adhibere opus sit. Praecellit namque sacerdotalis potestas regiam ex origine, ex officio & ex obiecto, ut illic manet dictum. Item, quia in noua lege sacerdotalis dignitas à Christo redemptore nostro, qui est rex regum, &c. immediatè fuit deriuata. Ipse enim reliquit summum Pontificem Petrum, in caput totius ecclesiae suae & Apostolos in episcopos & sacerdotes, ut illic

gibus dixit, Quaecunque alligaueritis super terram erunt ligata & in caelis, & quaecunque solueritis, &c. Postremò, elicitur hoc fundamentum perspicue ex capitibus pro primo fundamento adductis, ubi temporalis & regia potestas Lunae, corpori, & plumbo comparatur. Sacerdotalis verò Soli, animae, atque auro assimilatur. De qua re non minus eleganter quam diffusè agit Cardinalis Turrecremata libro secundo summae ecclesiae. capit. 90. & super capit. Duo sunt, ubi ponit decem excellentias, quibus sacerdotalis potestas praeminet regiae ac seculari pote-

A stati. Cardinalis in super Reginaldus Polus in libro quem edidit contra Henricum regem tractat de eadem re.

Quartum fundamentum est. Potestas spiritualis bifariam considerari potest, nempe ex fine & ex effectu illius. Ex fine quidem, quia ad spiritualem hominis finem ordinatur: qui quidem à fine polytico distinguitur, & isto modo huiusmodi spiritualis potestas à principio mundi in omni lege tam naturae quam scripturae apud omnesque nationes fuit. In omni enim republica, sacerdotes & ipsorum ministerium à regibus & eorum ministerio distingui experientia testatur, praecipue apud Hebraeos post Moysen, quibus à Deo legem, caeremonias sacerdotium, templa, & vestes datas fuisse conspicimus. In omni nanque lege spiritualis potestas, nec antiquitus nec modo ad finem temporalem ordinatur, sed ad spiritualem, nempe ad cultum Dei & Christianae religionis. Datur enim haec potestas sacerdotibus, eò quod mediatores & sequestres, inter Deum & hominem esse debent, iuxta illud Pauli ad Hebraeos. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, &c. Sed de hac potestate non est mihi animus hic sermonem facere. Ex effectu verò dicitur spiritualis potestas, quia spiritualem effectum saltem instrumentaliter inducere habet. Et hoc modo proculdubio nulli dubitare licet, potestatem illam spiritualem, quae in lege euangelica continetur, à quacunque potestate ante Christi aduentum à Deo gentibus, & Iudaeis collata distingui. Haec quidem est illa potestas, de qua ipse redemptor noster Christus Iesus, Matthaei capit. ultimo, dixit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: & hanc eandem sponsae suae ecclesiae reliquit ad consecrandum & absolendum, excommunicandumque

dumque & ad indulgentias concedendum aliaque huiusmodi munia faciendum, ad quæ efficienda, potestas spiritualis sacerdotum legis naturæ, & scripturæ non extendebatur. His fundamentis sit præhabitis, propositæ quæstioni aliquibus conclusionibus respondetur. Quarum prima sit. Quamuis sacerdotes tantæ antiquæ legis, quam naturæ aliquam potestatem spirituales habeant ex fine, non tamen ex effectu. Hæc conclusio ex fundamento quarto sufficienter manet probata quo ad utramque partem, & probatur adhuc quo ad secundam, scilicet quod non ex effectu, nam ante Christi passionem neque in lege naturæ neque in scripta fuit clauium spiritualis potestas, gratiam efficiens nec sacramenta quæ illam conferrent. ¶ Ostenditur etiam evidentibus rationibus. Nam clauis regni cælorum, ut diximus, est, quæ ipsum aperitur, sed ante Christum natum cunctis hominibus obsecratum fuisse liquet, cum & iustissimos homines ad limbum descendisse nemini ambigere liceat, ubi beatam spem & aduentum regni Christi sperabant: nulla ergo tunc erat clauium potestas. Item, quia nullam in ordine ad finem spirituales (de quo hic loquimur) habuerunt potestatem, seu autoritatem, cum non à culpis, sed ab irregularitatibus purgabant, ut ad manu factum tabernaculum aditus per eos pateret.

¶ Secunda conclusio est. Potestas hæc in lege naturæ in tota erat republica & communitate, sicut modo hæc civilis potestas ac temporalis, ipsa namque natura exposcit ut omnis publica potestas sit in communitate, nisi Deus aliter ordinauerit, cum autem nullibi legamus Deum aliter ordinasse, consequens fit, ut in lege naturæ existeret in tota communitate. Econtrario vero in lege Moysæ non in tota populi Iudai-

ci communitate, legimus huiusmodi potestatem extitisse, sed in sola tribu Leuitica, ut ex libris Exod. Leuitico & Deuter. atque ex Apostolo ad Hebræos. 7. liquet.

Tertia conclusio. Hæc spiritualis ac sacerdotalis potestas hunc post Christi aduentum non reperitur apud Iudæos, ubi cunque sint. Conclusio hæc aded est euidens, ut ratione aliqua in eius probatione adducere, ne utiquam opus sit, quia ut ait Paulus in loco citato translatio sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. Quoniam igitur translatum fuit sacerdotium ad chris-ticolos, imo tota lex vetus abrogata fuit apud gentem Iudaicam, iam modo non residere istam potestatem fateri necesse est. Vtrum autem nunc post Christi aduentum sit hæc potestas apud gentes, dubium moueri solet, cuius dubij utramque partem fertur præclarissimum Magist. à Victoria, M. Villa, probabilem, ac defensabilem esse, arbitratum fuisse. Partem quidem affirmatiuam tenuit hæc inductus ratione, quia cum omnibus gentibus naturale sit, sacrificia Deo offerre, ipsumque colere, consequi videtur ut modo apud illos verum sacerdotium, & veros sacerdotes spirituales potestatem (ad sensum expositum) habentes sint. Partem verò negatiuam videlicet, quod nunc extra Christi ecclesiam verum sacerdotium non existat, probat ex eo quod quando in cruce Christus dixit, consummatum est, omnia alia sacrificia videtur abrogasse, ac in vnum infinitum diuinum transtulisse sacrificium, quod in altare quotidie offertur. Unde sicut modo nos dicimus gentes ad fidem & baptismum teneri, excusari tamen eos qui nihil de fide audierunt: ita asserere debemus eos ad sacrificium nostrum teneri. Si tamen sua offerant sacrificia quæ nulla sunt excusari. ¶

Quarta conclusio. In Christo fuerunt

D. Tho.

runt primo clauis regni cælorum. Hæc conclusio est Diui Thomæ in. 4. distinctione. 19. quæstione. 1. articulo. 1. quæstione. 2. ubi ait, quod virtus aliqua esse potest in aliquo, aut tanquam in per se agente, quod est perfectius, aut tanquam in instrumento, qui est minus perfectus modus: virtus autem aperiendi regnum cælorum, est in Christo tanquam in per se agente ad salutem nostram, per authoritatem quidem in quantum est Deus, sed per meritum in quantum est homo virtute propria passionis. At verò clauis de ratione sua importat potestatem aperiendi, & claudendi, siue igitur aliquis aperiat quasi principale agens, siue quasi minister ponenda est clauis in illo. Quo fit, ut in Christo sit ponenda: aliter tamen quàm in ministris nempe clauis excellentiæ: quæ quidem potestas clauium in ipso non sequitur characterem, sed principalem formam: in nobis autem sequitur characterem, quo Christo conformamur.

3. Conclusio.

Quinta conclusio, qua ad difficultatem respondetur, est, Potestas clauium ad ligandum & absoluum in foro pœnitentiæ, in solis euangelicis sacerdotibus existit, & non in toto corpore reipublicæ in communi, sicut potestas gubernandi aut eligendi regem est in toto reipublicæ corpore. Hæc conclusio est omnium catholicorum aduersus hæreticos, præsertim Lutherum, qui in. 10. articulo illius lib. pestiferi de abroganda missa priuata, tenet omnes Christianos esse sacerdotes, & tantum quemlibet Christianum facere, quantum Papa & episcopus facit, etiam si mulier aut puer sit: itaque nullam peculiarem sacramentorum ministrum consentur, neque hoc est mirum, cum nullam vim conferendi gratiam in sacramentis agnoscant, sed propriam fidem vnique ad salutem sufficere doceant. Articulus iste condemnatus fuit Lutero à Leone, & reprobatur aper-

tè ex Paulo. 1. Corinthiorum. 4. ubi singulariter de ipsis Apostolis & sacerdotibus dixit, Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Non enim hoc indifferenter de omnibus Christianis dixit: nam alias totus ordo ecclesiasticæ hierarchiæ periret, quod quàm absurdum sit, haud ambigere quis potest: quia si omnes essent episcopi, ubi essent subditi? & si omnes essent parochiales sacerdotes, ubi essent parochiani? Vnde, sicut in corpore naturali sunt distincta membra ad distincta officia deputata, & vnum non est aliud: quia oculus non est auris nec manus pes, &c. ita in corpore ecclesiæ fieri oportet alios esse oculos, alios manus, alios pedes, & non omnes oculos, aut manus: nam diuersa sunt gratiarum dona. Vnde Paulus ad Ephesios. 4. inquit & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad contuminationem sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi. Nec obstat huic nostræ assertioni illud. 1. Petri. 2. Vos estis genus electum regale sacerdotium. neque illud Apocaly. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, quæ loca Lutherus pro sua iniquissima sententia adducit: nam licet in illis locis dicat, quod Christus non simul sacerdos fecerit & reges: non tamen affirmavit Lutherus omnes Christianos esse reges. Pari ergo modo licet omnes Christiani ea generali ratione dicantur sacerdotes eo quod se & sua Deo in sacrificium offerunt: nihilominus per antonomasiam illi dicuntur sacerdotes, qui ad sacramenta administranda consecrati sunt.

¶ Vtrum hanc clauium potestatem Christus Dominus immediatè traderit ecclesiæ, & inde ad Petrum & alios Apostolos, eorūque successores pa-

pam scilicet & Episcopos, deriuatam fuerit, vel e conuerso immediatè eam toti ecclesie in communi simul sumptè tribuerit in illaque resideat, & ab illa ad papam & episcopos deriuetur, merito quis dubitare poterit. Et pro solutione sciendum est quod hæc quæstio nõ mouetur propter hereticos, eo quia in quinta conclusione docuimus hæresim esse, asserere potestatem hanc spirituale clauuũ residere in toto reipublice corpore in comuni ad sensum ipsoru, sed propter aliquos catholicos Doctores Parisienses, qui concilio Constantiensi interfuerunt, de quorum numero fuit vnus Ioannes Gerson, affirmantes potestatem istam traditam fuisse à Christo immediatè Ecclesie in communi. Si fidem Cardinali Turrecremata, qui eidem concilio vbi agitabatur hæc quæstio tunc temporis adfuit, & multa de hoc scripsit adhibeamus. Sed omissa hac opinio ne est sexta conclusio in ordine. ¶

6. Concl. Sexta conclusio. Potestas iurisdictionis ecclesiasticæ non residet in toto corpore immediatè, sed in prælatis & scilicet in summo Pontifice & episcopis. Itaque non est sicut potestas ciuilis quæ quidem & immediatè est in toto populo, & inde ad Reges, & ipsius Reipublice rectores deriuatur. ¶ Hanc conclusio nem tenet Cardinalis à Turrecremata secundo lib. summæ ecclesie. capit. 17. & Caietanus in opusculo, de comparatione papæ & concilij, & Soto in. 4. distinctione. 20. quæstione. 1. articulo. 4. contra Gerson in tractatu potestatis ecclesiasticæ, quem sequitur Almayn & alij fautores illius opinionis, quod conciliu est supra papam, qui dicunt quod Christus tradidit hanc potestatem communitati Ecclesie vt ipsa crearet prælatos: tenendum tamen est, quod Christus tanquam ecclesie caput instituit Petrum & cæteros apostolos atque alios prælatos, per quos ipse gubernaret ecclesiam, & pro probatione supponit vnus Soto, quod ipsi concedunt, scilicet hanc po

testatem non conuenire ecclesie iure naturali aut humano, sed solo diuino per Christum. Tunc probat, quia ecclesia non habet potestatem iurisdictionis nisi à solo Christo: Christum autem nullibi legitur, eam tradidisse corpori ecclesie, sed personis & prælatis: ergo in ipsis est immediatè. Probatur minor, quia singulariter Petro dictum est, Tibi dabo clauas regni caeloru, Quodcumque, &c. & ei singulariter dixit Ioannes vltimo, pasce oues meas, & illi dixit, ego rogabo pro te, &c. & ad Apostolos singulariter ait, Quæcumque solueritis super terram, &c. & in Pentecoste Apostoli tanquam singulares personæ, & Dei ministri acceperunt ab ipso, & non ab ecclesia Spiritum sanctum, & Ioan. 15. ait Dominus, non vos me elegistis, sed ego elegeri vos, &c. quod idem est ac si diceret, non sicut respublica temporalis eligit sibi reges & gubernatores, vos me elegistis, sed potius e conuerso ego elegeri vos & tradidi vobis immediatè potestatem. Et Ioannis. 20. cum Christus dixit, sicut misit me pater, ego mitto vos, &c. voluit insinuare quod sicut ipse à patre immediatè potestatem acceperat, ita & discipuli accipiebant ab ipso. Quod autem Christus acceperit immediatè à Patre ostenditur ex illo versiculo. 2. Psalm. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum eius, id est super totam ecclesiam, & infra, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. & Matthæi vltimo, data est mihi omnis potestas, &c. Præterea, quia quando quis loco illius qui in republica supremam habet potestatem subrogatur, ab illo immediatè potestatem accipit, sed Christus Dominus supremam habebat potestatem à Deo, & Petrus & cæteri episcopi loco illius substituuntur, ergo ab ipso Christo immediatè Petrus potestatem accepit. Præterea papa & episcopi, dicuntur Vicarij Christi, vt constat ex illo

1. Corin-

1. Ad Cor. 1. Corinthiorum. capit. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & ex illo quod in præfatione canit ecclesia. Quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores, & idem habetur in capit. Vbi periculum. de electio. in. 6. & capit. Quamuis. distinctione. 21. in decret. & in concilio Florentino, ergo ab ipso Christo immediatè acceperunt potestatem, & non ab ecclesia. ¶ Præterea, quia sacerdotes instituuntur per sacramentũ ordinis, quo confertur gratia: at vero gratiam ecclesia nõ confert, sed Christus per virtutem sacramentorum, atque adeo non ecclesia, sed Christus qui est author gratiæ per suos proprios ministros instituit sacerdotes, & imprimit characterem, qui est consecrandi facultas, & clauum potestas. Quo fit: vt sicut character consecrandi corpus verum non est in toto corpore ecclesie, sed in personis: ita & iurisdictionis nõ fit nisi in personis: siquidem corpus mysticum super verum est fundatum: non ergo potestas iurisdictionis descendit in prælatos ab ecclesia immediatè, sed à Christo. Postremò probatur argumento facto à Turrecremata, quia si Christus potestatem ecclesiasticam ecclesie contulisset, consequens fieret illam residere in tota congregatione, scilicet in laicis, non solum in viris, verum etiam in mulierculis, & in pueris, & quod concilium vice omnium congregaretur, & Cardinales per potestatem omnium eligerent Papam: quod quam absurdum sit dictu, pluribus rationibus ostendunt Caietan. & Soto in locis citatis. Cum enim impossibile sit totum orbem conuocare ad eligendum Papam, vana esset illa diffusa potestas. Item, quia tunc sequeretur, quod si Papa & episcopi aliquas leges ecclesiasticas conderent, & totus populus reclamaret, cum sit maior ecclesie pars, quod standum esset iudicio populi, quod tamen est hæreticum. Tenenda ergo est conclusio, quod prælati non habent iurisdictionem ab ecclesia, sed

A à Christo. ¶ Nec nocet quod solet obijci quod cum gratia naturam non destruat, sed potius perficiat, ad modumque naturæ operetur, & potestas politica & ciuilis immediatè sit in republica, & communitate, & inde ad Reges, ac illius rectores deriuetur, consequi videtur, vt hoc ipsum de potestate ecclesiastica & spirituali concedere debeamus, videlicet quod immediatè sit in toto corpore, & inde ad prælatos deriuetur. Non inquam nocet, eò quod longè diuersa est ratio de potestate & regimine reipublicæ temporalis, & spiritualis: tum, quia potestatem naturalem & modum gubernationis illius, Christus non instituit de nouo, nec mutauit, sed præexistentem per gratiam perfecit, at vero potestatem spiritualem, & supernaturalem de nouo instituit eo modo quod voluit, & sibi placuit. Itaque quemadmodum erat rex à Deo constitutus & non ab ecclesia ad eundem modum ministri eius ab ipso & non ab ecclesia constituuntur, tum verò, quia reipublicam immediatè habere huiusmodi potestatem, in bonum ipsius cedit, vt experientia testatur, secus de potestate hac ecclesiastica, & spirituali contingit, quoniam maxima inconuenientia sequeretur ex hoc quod hæc potestas esset in toto corpore Reipublicæ in communi. Posset enim tunc ipsa sibi hanc retinere potestatem, non eligendo Papam vel plures eligendo, vel vnum alium, qui supra Papam auctoritatem haberet. Vnde, iam non esset vnus ecclesie pastor, sed essent schismata. Non obstat etiam quod obijci potest, quod Papa & episcopi ecclesie ministri ab omnibus vocantur: ipsa enim immediatè tanquam domina habere potestatem videtur. (Non inquam nocet) tum, quia etiam vocantur Christi ministri & Papa vicarius illius potius quam ecclesie: tum, quia licet aliquando ministri ecclesie dicantur: non tamen propterea, quod ab ecclesia immediatè

Gg 4 pote-

potestatem habeant, sed quia propter ipsius commodū electi & ordinati sunt admodum quo ministri angeli dicuntur, non quia à nobis potestatem accipiunt, sed quia propter nos eam sibi Deus contulit. Ex dictis iam aperte colligitur sensus illius communis dicti, ecclesia habet claves. Non enim intelligitur eam illas habere immediate, sed quod primores & ipsius capita illas habeat, vt pulcherime Cardinalis Turrecremata. 2. libro sum. Ecclesie. cap. 72. & 76. explicat. Sicut communiter solet dici, oculi dati sunt homini, id est certæ parti hominis, non autem cuiunque parti, nam manus & pedes, certum est nō habere oculos. Similiter cum Christus Matthæ. 18. dixit, Quod si non audierit eos dic ecclesie. Per ecclesiam non omniū Christianorum communitatem nec omnes homines vnius diocesis, sed prælatum intellexit. Siquidē nullatenus eos in vñū locum conueniri ac congregari posse ad aliquem absoluendum, vel excommunicandum omnibus compertū est: quod etiam ex ipsius vsu vniuersalis ecclesie comprobatur, solis namque ecclesie prælati fit denuntiatio, ac proinde ipsis dixit quod sequitur, quæcunque alligaueritis super terram, &c. ¶ Sed de subiecto iurisdictionis, dubiū non dissimulandum oritur, vtrū huiusmodi potestas iurisdictionis reperitur in omnibus Christianis, siue viris siue mulieribus, an etiam in solis sacerdotibus, sicut clavis ordinis in solis illis reperitur: itaque non inueniatur nisi in habentibus characterem sacerdotalem? Cui dubio per aliquot conclusiones respondetur. Prima, clauem iurisdictionis possunt habere non sacerdotes. Conclusio hæc quo ad viros aded est manifesta, vt minime probatione indigeat. Videmus namque episcopos, qui antequam ordinentur, dum sunt electi habent iurisdictionem indulgentias conferendi, & excommunicandi, & sub censura excommunicationis leges & præcepta ferendi. Certum quoque est viros omnes, nisi aliqua sint ecclesiastica lege prohibiti, ad sacerdotium & episcopatum assumi posse. Annotare tamen opus est, quod requiritur vt excommunicare possint, quod sint ordinati saltem prima tonsura, quia ex quo quis non habet ordinem, non potest excommunicare, licet sit persona religiosa. Quo ad mulieres fit secunda conclusio. Mulier non potest in dignitate constitui, cui sit spiritalis iurisdictione annexa. Probatur, quia neque Christus, neque subinde ecclesia talem dignitatem mulieri commisit, vt optime Innocen. cap. Noua. de poeniten. & remissio. annotauit. Vbi ait, noua & inaudita esse, quod abbatissæ moniales benedicant, aut confessiones audiāt, aut prædicent: cum beatissima virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, cui tamen Dominus claves regni caelorum non commisit. Tercia conclusio. Abbatissæ non habent iurisdictionem ordinariam, sed quasi commissariam, conclusio ista est Diui Thomæ in. 4. distinctione. 25. quæstione. 2. articulo. 1. ad primum. Ait enim illic, quod abbatissæ non habent prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione, propter periculum cohabitationis virorum & mulierum, & distinctione. 19. quæstiuncula. 3. ad. 4. ait, quod cum mulier secundum Apostolum sit in statu subiectionis, non potest habere aliquam iurisdictionem spiritali. Habetur etiam hæc conclusio in capit. Dilecta. extra de maiori. & obedient. & tenent eam omnes Summistæ, Syluester, verbo abbatissa, & Cardinalis Turrecremata libro primo summarie ecclesie capi. 96. conclusione. 10. & de poenitentia. distinctione. 1. capit. verbum. articulo. 2. ad vltimum. Paluda. in. 4. distinctione. 19. quæstione. 2. Archiepiscopus Florentinus. 3. part. titulo. 16. c. 77. §. 2. ¶ committitur tamen mulieribus aliquis vsus clauium, sicut corrumpere mulieres subditas.

Quarta

4. Concl. Quarta conclusio, Abbatissæ post confirmationem possunt cōferre Ecclesias, beneficia, instituere clericos in Ecclesijs ad suum monasterium pertinentibus, quæ sunt eis pleno iure subiectæ quo ad temporalia & spiritalia: hoc tamen intellige ex commissione, & non ex ordinaria potestate. ¶ Nec intelligat lector quod Abbatissæ potestatem spiritali ipsi clericis ligandi & absoluendi cōferat, sed tantū nominandi, & præsentandi. Papa autem est qui iurisdictionem cōfert. Ratio est, quia hanc iurisdictionem spiritalis potestatem solus verus prælatus conferre potest, sicut solus illæ titulum beneficiorum monialium, & hospitalium habere potest. At vero Abbatissæ proprie loquendo, & secundum ius non est prælata, vt archiepiscopus Antonius. 3. part. tit. 17. cap. 2. §. 2. ait. & probatur quia eius electio non est canonica, eodē quod in tali electione soli illi qui in sacris ordinibus sunt constituti saltem in ordine subdiaconatus vocem habent, vnde solum equiuocè & large dicitur electio & Abbatissæ dicitur prælata, ex quo sequitur, quod nec titulum beneficiorum habet, quanuis fructus beneficiorum monialibus perpetuo sint annexi. Rursus sequitur, quod quamtuncumque sit ex prælata, nequit tamen gaudere privilegio eligendi sibi confessorem, quo veri prælati gaudent, vt habetur in capit. vltimo de poeniten. & remissio. ¶ Quinta conclusio, Abbatissæ nō possunt habere clauem ordinis, probatur quia non possunt habere auctoritatem consecrandi, vel absoluendi, vel alia quæ sunt clauium, quorum mulieres nō sunt capaces. Quo circa, minime moniales absoluere à peccatis earum possunt, neque excommunicare, aut ab excommunicatione absoluere, cum ordinem non habeant. ¶ Probatur ex cap. Dilecta. de maiorita. & obedient. vbi Papa committit abbati vt clericos excommunicet, qui renuunt obedire abbatissæ, non tamen committitur excommunicatio ipsi abbatissæ. Ex quo inferunt canonistæ, quod illa non solum potestate ordinaria excommunicare nequit, sed neque ex commissione. Probatur, quia secundum iura Ecclesiastica nullus etiam ex commissione potest spiritali iurisdictionem habere, nisi sit clericus saltem primam tonsuram habens, vt colligitur ab omnibus canonistis ex cap. Decernimus. de iudicijs. Cum autem mulier primæ tonsuræ sit incapax, fit, vt neque ex commissione spiritali iurisdictionem habere valeat. Nec me laet Petrus à Palud. vbi supra tenere, hanc potestatem mulierem habere posse, ex Papæ commissione, & quod Papa illam ei committere possit, probat quia cum solo iurepositiuo humano prima tonsura ad habendam istam potestatem prærequiritur, non est cur negemus posse papam huiusmodi commissionem facere, ac subinde ex commissione mulierem habere hanc potestatem. Et quāuis Soto nō reputet hanc sententiam omnino probabilem, eodē quod in iure diuino (inquit) solum reperimus prohibitum mulieri publicè docere, aut loqui in Ecclesia, aut dominari in virum, non autem iurisdictionem habere spiritali: nihilominus tamen nos arbitramur quod nec ex commissione illam habere potest, quoniam mulier à natura est incapax, ac in habilis ad huiusmodi potestatem iurisdictionis spiritalis habendam. Cōprobatur amplius, quia cum hæc potestas huiusmodi potestas nunquam mulieribus fuerit commissæ, nec ab aliqua petita, signū est id minime fieri posse, aliàs cum mulieres maxime sint ambitiosæ, proculdubio iam illam sibi unere tentauissent. ¶ Possunt tamen suis presbiteris præcipere, vt excommunicent ac absoluant moniales delinquentes, secundum Astien. l. 6. tit. 26. & illi tenentur obedire, si tamen hoc habeant ex concessione speciali vel generali episcopi, vel Papæ, si sint ex prælata, vel ex antiqua & approbata consuetudine.

G g 5 Sexta

6. *Concl.* Sexta cōclusio. Licet Abbatissæ possint suspendere aliquo modo ab officio & beneficio, & subtrahere præbendas, & largo modo interdiceret & suspendere ab ordine clericos suæ iurisdictioni subiectos: ut putat præcipiendo eis ne celebrent donec satisfecerint: tamen strictè & propriè interdiceret, vel suspendere ab ordine non possunt ea, scilicet suspensione & interdictione, quæ inducit irregularitatem in contrarium facientibus. Sententiam hanc sequitur Panor. & communiter omnes doctores super capit. Dilecta. E sicut enim non potest mulier excommunicare (ut dictum est) ita neq; suspendere, aut interdiceret iuridice, quandoquidem mutuo se ista concomitantur, seu consequuntur, ut ex cap. Quærenti, de verbo. significatione colligitur. C

7. *Concl.* Septima conclusio. Mulier iure naturali non est inepta ad rempublicam gubernandam, legimus namque, mulieres optimè gubernasse populum, ut patet de Debra, iudicium. cap. 4. Item, quia mulier succedit in regno. E Sed adhuc oritur hic parvum dubium, vtrū Abbatissæ possint suis monialibus præcepta ad mortale obligantia imponere. Cui dubio ut melius ac distinctius respondere valeamus, distinctionem bimbrem præmittere operæpretium duxi, nempe præceptum dupliciter accipi posse, large scilicet & strictè, large quidem idem est præceptum quod imperium, mandatum, & iussum rationale superioris, & hoc modo omnes leges tam diuinæ quam humanæ, tam civiles, seu seculares, quam Ecclesiasticæ, imò & quæcunque superioris ordinatio, etiam imperium patris in filium, matris in filiam, & domini in seruos præcepta dicuntur, strictè vero & propriè solum vocatur præceptum illud quod dimanat à potestate spiritali, & obligat subdictum directè ad mortale. Sic enim imponit præceptum Papa & episcopus clericis & laicis, & prælati religionum re-

A ligiosis sibi subditis etiam nonnunquam sub excommunicationis poena. Secundo annotare oportet, quod aliquis posset dicere Abbatissam seu Priorissam ex duplici capite, videlicet vel ratione officij, & spiritalis potestatis vel ratione voti posse moniales sibi subditas ad aliquid sub peccato mortali obligare. His sic præhabitis tribus conclusionibus facile addubium propositum respondetur & earum prima est. C

1. *Concl.* Quemadmodum mulier gubernas regnum, & illæ quæ sunt matres familias possunt imponere præceptum obligans sub reatu mortali, Abbatissæ possunt imponere præceptum primo modo sumptum in ordine ad finem naturalem, scilicet bonum naturale, & si sit materia gravis obligabit sub reatu mortali, ut si sit periculum pudicitia, ac famæ monasterij amittendæ, ex eo quod moniales mittunt, aut recipiunt literas: potest Abbatissa imponere eis præceptum ne aliqua eas mittat, aut recipiat, & ne cum viris loquantur, aut ad hortos exeant. Si verò sit materia levis, obligabit sub veniali: itaque ex natura rei præcepta extimari debent, sub quo reatu obligent, mortali an veniali, & non sicut præcepta quæ à summo pontifice & cæteris Ecclesiasticis imponuntur, quæ quidem ipso facto quod in scriptis dantur, intelliguntur obligare sub mortali. Hæc conclusio probatur, quia habet eas gubernare, igitur poterit leges condere, ac statuta facere, quæ ad rectam gubernationem spectant. Poterit similiter eis imponere præceptum cui parere tenentur sub reatu mortali, ut quando inquit iuste de aliquo crimine, & præcipit toti communitati, vel alicui in particulari, ut dicat ei verum, tenetur dicere sub reatu mortali veritatem. Probatur, nam quædo aliquis interrogatur à iudice iuste, tenetur dicere verum sub mortali peccato: cum ergo huiusmodi Abbatissa sit iudex, fatendum est moniales teneri ei respondere iuxta eius mentem. Confirmatur

matur conclusio ista, nam si Abbatissæ non possent ponere huiusmodi præcepta, dum expediret: periret bonum religionis: quia vnaqueque faceret id quod sibi esset libitum. Præterea, quia ad impositionem huiusmodi præceptorum, non requiritur quod habeant potestatem ordinis, nec sequitur quod habeant potestatem spiritali, quia huiusmodi præcepta duntaxat in ordine ad finem naturalem sunt necessaria.

2. *Concl.*

E Secunda conclusio est. Præcepta secundo modo sumpta, quo ad finem supernaturalem ordinantur, minimè Abbatissa vel Priorissa imponere potest, quæ sub reatu mortali obligent, nec ratione potestatis spiritalis, nec ratione voti, sed in hoc casu recurrere oportet ad superiorem, ut ipsi imponat talia præcepta si ei expedire visum fuerit. Hæc conclusio quo ad primam partem evidens est, siquidem præfectæ monialium, non habent huiusmodi potestatem, eo quod veræ prælatæ non sunt. Quo ad secundam verò probatur, nam cum vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ monialium, & monachorum eiusdem sint rationis, & monachi ad obedientiæ votum non teneantur sub mortali, nisi quando verum præceptum à vero, ac legitimo prælato imponitur, consequens fit, ut Abbatissæ, cæteræque monialium præfectæ præcepta strictè sumpta imponere nequeant. Nec ipsæ moniales quando Abbatissæ obedire promittunt, intelligunt, quod illa eis præceptum iniungere possit, sicut cum quis vouet obedire laico, vel amico seculari, non intelligit, quod ei spirituale præceptum imponere valeat, & arbitror conclusionem hanc secundam esse veram, non tantum de potestate ordinaria loquendo, verum etiã ex cōmissione tam summi Pontificis, quam cuiuscunque prælati ipso inferioris. Scio tamen Soto, quantum ad hoc contrarium tenere, sed probabiliorem reputo hæc nostram sententiam. Neutrū enim horum legimus aliquando fuisse

A Abbatissæ commissum. Sciendum tamè nobis est hic, quod si episcopus vel provincialis expedire videret, posset monialibus sibi subditis præcipere, ut cum abbatissa hoc vel illud mandauerit, illius iussis parerent, & tunc tenerentur sub mortali ei obedire, nam præceptum illud strictè sumptum esset à vero prælato impositum, ab Abbatissa autem large & veluti determinatio præcepti veri prælati. Non tamen expedit hanc illis committere auctoritatem ita generaliter, eo quod philosophi testantur cōmuniter mulieres, defectum prudentiæ patiuntur, secretumq; seruare nesciunt. C

3. *Concl.* Tertia conclusio. Abbatissæ possunt permittere monialibus, ut victum & lucra, quem, & quæ manibus acquirunt, in proprios & necessarios vsus conuertant. Conclusionem istam tenet Ioan. Andre. ca. cum ad monasterium, de statu re. E Est enim Abbatissa dispensatrix & moderatrix quasi domina bonorum monasterij, & idcirco, materiam paupertatis voti, determinare potest. C

V. DIFFICULTAS.

D *Vtrum quilibet sacerdos possit vti clauue in quemlibet?*

Hic difficultati duabus conclusio-
1. *Concl.* nibus respondetur & earum prima fit. Nullus sacerdos absque potestate iurisdictionis potest vti clauue ordinis absolendo aut ligando. Hanc conclusionem iam in superioribus multoties ostendimus esse veram, præsertim hac ratione, quia character sacerdotalis est mera potentia, quæ haud agere potest, nisi passum ei applicetur, ut agat, & idcirco simplex sacerdos licet habeat potestatem ordinis ad absolendum, tamen quia deest illi materia circa quam possit illam exercere, si attentet absolere, non absoluit: at vero per iurisdictionem subijcitur illi materia circa quam possit habere

habere actum, ergo necessaria est iurisdictionis. Et hac eadem ratione diximus, non posse sacerdotem a casibus reternatis aliquē absoluerē, quia in hoc poenitens nō est eius subditus: nec excommunicatum potest absoluerē, quia priuatus est sacramentis. Sicut enim materialis clavis, inquit Soto nō potest aperire nisi propria serā: ita sacerdos nec potest absoluerē nisi sibi per iurisdictionem subditos.

Soto.

2. Conclu.

Secunda conclusio. Quantuncunq; minister sit in peccato mortali, nō ideo amittit potestatem iurisdictionis, vt absoluerē nō possit, nisi fuerit schismaticus, vel hæreticus, vel suspensus, vel degradatus, aut nominatim excommunicatus, vel propter manifestā percussione clericū. Hæc cōclusio quo ad primā partē probatur, quia cū ministri nō sint gratiæ proprii auctores, sed Christus, ipsi autē sunt instrumentaliter causa: eorum malitia non obstat, quo minus sacramentum collatū per illos sit validū. De qua re diffuse egimus de sacramentis in genere. 10. difficultate. Quo ad secundam verò partem, suppositio quodd nō loquimur de his qui tolerantur ab Ecclesia, quia si tolerantur, siue sint suspensi, siue excommunicati nō nominatim, quando tolerantur, non amittunt iurisdictionem: sed quod loquimur de non tolerantis, etiam probatur conclusio: nam licet in omnibus maneat clauium potestas quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materiæ. Cum enim inquit D. Thom. vsus clauium in vtente, prelacionē requirat, respectu eius in quē vtitur, fit, vt propria materia in quam exercetur vsus clauium, sit homo subditus: & quia per ordinationem ecclesiæ subditur vnus alij, ideo per Ecclesiæ prelatos potest subtrahi alicui ille qui erat ei subiectus. Vnde cum ecclesia hæreticos & schismaticos & alios huiusmodi priuet subtrahendo subditos ab eis, vel simpliciter, vel quātum ad aliquid: quātum ad hoc quod priuati sunt, non

D. Thom.

A possunt vsus clauium habere. Quare, licet attentēt sacramentum poenitiæ administrare, nihil facient. Si tamen attentēt consecrare eucharistiā, vel baptizare, vera sacramenta cōficiunt, dummodo veram materiam, scilicet panem triticeum & vinum vitis respectu eucharistiæ, & aquam respectu baptismi apponant. Ratio est, quia iurisdictionis nō requiritur ad consecrandum vel baptizandum, quantum ad hoc quod si deficiat iurisdictionis, factum non teneat: in sacramento verò poenitiæ vsus iurisdictionis est de essentia. Vnde, per subtractionem iurisdictionis, subtrahitur materia, & ob id diximus in loco præallegato de sacramētis in genere, quod quicumque siue sit infidelis, siue hæreticus, &c. si non deficiat in requisitis, & necessarijs ad sacramentum, vt est forma, materia & intentio, verū sacramentum conficit: quod intelligitur, etiam si non sit toleratus respectu sacramentorum, quæ non indigent iurisdictione. Secus est respectu poenitiæ: nam tunc nisi tolerantur ab ecclesia, non valet absolutio ab ipsis impensa cum amittant iurisdictionem, & sic deficiat illis materia super quam cadat absolutio.

D

De virtute & effectu clauium.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum effectus clauium se extendat ad remissionem peccati, quoad culpam & quoad poenam?

E

Difficultati huic tribus conclusionibus satisfacere possumus. Prima, Sacerdotem nouæ legis virtute clauium tanquam ministrum & Dei instrumentum, dum absoluit, culpam mortalem remittere & primam gratiam conferre, fateri oportet, dummodo confitens non ponat obicem. Conclu-

1. conclus.

conclusionem istam tenet. expresse D. Thom. in 4. dist. 18. quæst. 1. artic. 3. vbi ait: quod licet quis accedat non bene dispositus id est non contritus sed attritus ad poenitentiam, si obicem non ponat recipit primā gratiam, sicut per baptismum: quia hoc sacramentum non ordinatur ad remissionem poenæ tantum, sed etiam culpæ, vt baptismus, idemq; ait in 3. part. quæst. 86. artic. 6. vbi dicit quod remissio culpæ est effectus poenitiæ, & principalius quidem virtute clauium & formæ absolutionis. Et huic sententiæ subscribunt Scotus in 4. eadē dist. quæst. 4. ad 3. & Durand. & Palud. eadem dist. & Rosensis. artic. 5. contra Lutherum. & Adrianus. quæst. 2. de clauibus, Caieta. in opusculo. 27. quæstionum. quæst. 12. Habetur in super hæc nota Cōc. trid. synodo. sessione. 6. ca. 14. cano. 30. Absque dubio igitur aliquo cōcedere oportet, quod hoc poenitiæ sacramentū ex Christi institutione ordinatur ad actualis culpæ & poenæ damni & sensus, alicuiusque partis poenæ temporalis remissionem, sicut baptismus ex sua institutione ordinatur ad originalis deletionem. ¶ Nec me latet Magistrū sent. in eadem dist. negasse, sacerdotem verē absoluerē, sed duntaxat, absolutum ostēdere, & nunquā posse sacramentum poenitiæ conferre primam gratiam, & hanc sententiam sequutos fuisse Alexan. Alen. 4. par. quæst. 8. membro. 1. & Bona. & Ricar. in distinct. citata. Abulens. 1. par. sui defensorij ca. 6. & aliquos ex iunioribus videlicet Gabrielem dist. 14. quæst. 2. & Almayn distinct. 18. q. 2. attamen nullatenus tenenda est hæc sententia. Nam certum & indubitatum est quod cum Dominus potestatem tradidit, non dixit, Quorum declaraueritis, seu ostenderitis remissa peccata: sed dixit, quorum remiseritis peccata, & similiter dixit, quodcunq; solueris, nec dixit remittuntur eis, aut solutū erit quoad ecclesiam: sed, solutum in cœlis, & re-

Soto. Durand. Palud. Rophen. Caieta.

Cōc. trid.

Magi. sen.

Alex. Alz. Bona. Ricar. Abul. Grego. Almayn.

A mittuntur eis simpliciter & absolute: vnde, verba Domini in proprio sensu conuincunt, ecclesiæ ministros habere potestatem remittendi peccata auctoritate Christi: Item quia si ex illis verbis in euangelio contentis prolatis à sacerdote in eucharistiæ consecratione, Hoc est corpus meum, compellimur credere, verum corpus Christi tibi esse, cum igitur etiam hæc verba, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis, in sensu proprio sint in euangelio: non minus conuincimur credere sacerdotem ministerialiter remittere culpam mortalem, & poenam æternæ damnationis virtute clauium. Nec obstat ratio quam facit Magister & eius sequaces, quia si accedit contritus ad hoc sacramentum, iam existit in gratia, ergo sacerdos tunc per absolutionem non confert primam gratiam. Non in quā obstat, quia veritas formæ optimè seruatur in illo sensu quem illic explicat D. Thom. vt, ego te absoluo, idem fit quod ego sacramentum absolutionis tibi impendo, cuius virtute, si in peccatis existeres, quibus obicem non apponeres, remissionem cōsequeris. Pari modo, & si quis accedat cum obice gratiæ id est ad eum præue dispositus, vt etiam cum absolutione sacramentali gratiam non consequeretur, ¶ veritas, formæ saluatur, ego te absoluo, id est sacramentum absolutionis impendo, quod nisi obicem ex parte tua inueniret, remissionem tibi peccatorum conferret. ¶ Potest enim contingere (vt dictum est) quod sit ratum sacramentum, informe tamen. ¶ Præterea probatur hæc veritas nempe quod sacramentum poenitiæ quandoque conferat primam gratiam, quando scilicet accedit poenitens attritus, putans se esse contritum, & secundum communem opinionem quini mihi satis probabile videtur, quod etiā si sicite & cognite attritus accedat ad baptismi vel poenitiæ sacramentum non

B

C

D

E

Magi. sen.

D. Tho.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

non

non dicitur indigne cōtrarie accedere. Si enim huiusmodi attritio sit sufficiens dispositio nihil interesse videtur, vtrum cognita an incognita sit ad effectū horum duorum sacramentorum suscipientium, eo quod sacramenta sunt mortuorum. Quis enim vnquam ausus fuit dicere infirmum ad medicinam; aut immundum ad fontem indigne accedere? Cum igitur hoc sacramētum vt medicina cōtra actuale peccatum, & vt fons patens domui Iacob in ablutionem peccatorū institutum sit, nulla suadet ratio, vt ille qui cum attritione etiam scita ad illud accedit, indignè accedere iudicetur, dummodo huiusmodi attritio sit tāta, vt voluntatem peccandi actualem, & virtua- lem excludat, & tantum maneat voluntas habitualiter à Deo auersa ante huius sacramēti susceptionem, post susceptionem vero cōuersa ad ipsum sicut voluntas paruuli, quādiu in originali peccato existit ante baptismum, manet habitualiter à Deo auersa, post baptismi verò susceptionem habitualiter cōuersa, aliter tamen & aliter: quia enim adulti voluntas per proprium actum à Deo erat auersa, absque proprio actu & liberi arbitrij motu, vel actuali vel saltē præcedenti iustificationis instans, quo tendat in Deum, ipsum super omnia diligēdo, & in peccatum, super omne detestabile illud odio habendo, nullatenus iustificatur ipse adultus. Non tamen requiritur actualis attentio, & deuotio, vt tenet Caieta. At vero in paruulo nec ante, nec post baptismum requiritur motus liberi arbitrij, vt iustificetur, quoniā eius voluntas non fuerat per proprium actum à Deo auersa. Et probatur apertè quòd cum tali attritione sacramentum primam conferat gratiam faciendo de attrito contritum. ¶ Quia si nunquam absolutio in re exhibita peccatum tollit, nescio cur dicatur sacerdos habere clauces in foro pœnitentiæ. Nam metaphora clauium, vt supra dictū est, sumpta est ab aperiendo, & claudendo ho-

stio. Si autem sacerdos nunquam vere aperit coelum, sed solum modo ostendit apertū, nequa esset clauis metaphora. Postremò, quia dicere (vt isti dicunt) quod non confert primam gratiam, re vera est in errorem inclinare eorū qui clauces ecclesiæ negant. Contendebant enim hæretici, quòd sacerdos nec poterat absoluere, nec peccatum remittere, vt apud Thomam Vval. tomo. 2. de sacra. à capit. 141. vsque 146. est videre, & haud dubium, quin absurdissimum sit. Siquidem vt dicit Augustinus li. de pœnitentia cap. 9. & nos ostendimus, supra cum de forma absolutionis ageremus, hæc est differentia inter nostros & veteris legis sacerdotes, quòd illi solū ostēdebāt mundatos esse homines à lepra, nostri vero vere absoluunt, & conferunt primam gratiam, & vere eam dant ministerialiter. Ministerialiter, inquam, nā remittere peccata per propriam, supremamque authoritatem, soli Deo conuenit. Sic nanque intelligenda est authoritas Esaię, ego sum qui deleo iniquitates vestras, & illa Augustini, Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, & altera Ambrosij, ille solus dimittit peccata, qui pro peccatis nostris mortuus est, & si quę sunt alię authoritates, omnes sunt sic intelligendę. Similiter cum dicit Ambrosij. cuius verba habentur de pœnitentia dist. 1. capit. verbum. quòd sacerdos suum officium exhibet, & nullius potestatis iura exercet, non est intelligendū, quòd neget sacerdotem absoluere, sed vult dicere, quod non exercet proprię potestatis ius, sed potestate ministri diuinitus suscepta. Sic enim possumus dicere, quod prætor nō vtitur iure suo, sed regis.

Secunda cōclusio. Eadem virtus clauium se extendit ad remittendam pœnam, non solum æternam, tam damni quam sensus, verum etiam temporalem vel partē vel totam. Hæc cōclusio quo ad primam partem aded est nota, vt nō indigeat probatione. Cū enim remis-

Vall.

Aug.

Isai. 41.

August.

Ambr.

Ambr.

2. Cōcl.

sio

sio culpæ non fiat nisi per gratiam: tunc fit homo ab inferno liber. Quo ad secundam verò partem etiam probatur, quia si virtus clauium est efficax ad ligandū ad pœnam, tam in sacramēto quàm extra per excommunicationem: magis cōsentaneum est vt sit etiam ad remittendum pœnam, non solum in sacramēto sed etiam extra per indulgentiarum relaxationes. Et huius pœnæ partē remittit contritio secundum suam quantitatem, partem autem confessio secundum suam deuotionem, partem verò absolutio tam extensionis quam intentionis.

¶ Quando autē conclusio D. Thom. verificetur scilicet quòd virtus clauium ex opere operato partem pœnæ temporalis remittere habeat, nempe vel in ipsa absolutione, etiam si nunquam satisfactio iniungeretur vel iniuncta nō impleretur, vel cū imponitur & impletur nihil in hoc sensu de fide reperitur definitum in concilio Florentino, nec Tridentino vbi agitur de effectu huius sacramenti. Possent enim quis dicere, quòd hoc sacramentum ratione satisfactionis pœnam remittit, propterea quod communiter cōcilia, & sancti remissionē pœnæ operibus satisfactorijs, ipsiq; satisfactioni tribuere videntur. Sed licet in isto sensu conclusio D. Thom. non sit de fide: est tamen aded vera, ac certa, vt hæctenus nemo sit qui oppositum dixerit. Quod quidem euidenter ostenditur hisce rationibus: tum, quia cum hoc sacramentum virtute absolutionis gratiā efficere habeat, qua peccata remittuntur, multo magis habebit remissionem pœnæ efficere, nam qui potest maius, à fortiori potest minus: tū verò, quia cū secundum omnes quoties remittitur pœna æterna, etiam aliqua pars pœnæ temporalis remittatur, cumq; pœna æterna remittatur, quādo virtute absolutionis gratia iustificans infunditur, fit, vt tunc etiam pars pœnæ temporalis remittatur, tum denique, quia si concedimus

quod in quocunque actu meritorio gratia augetur, & aliqua pars pœnæ temporalis dimittitur & id in sacramenti huius susceptione fieri necessum est. Per verba nanque illa, Quorum remiseritis peccata, &c. & per formam absolutionis, ego te absoluo, non tantum à culpa verum etiam à pœna temporali fit absolutio. Quemadmodum è cōtrario nō solum culpa sed etiam pœna temporalis ligat atque præpedit regni cœlestis ingressum. ¶

Annotato tamen hic quod cum per absolutionē ex opere operato hoc sacramentum conferat gratiam, secundum dispositionem suscipientium, nulla habita consideratione ad præcedentia peccata, an fuerint grauiora, an leuiora plura vel pauciora, & per eandem absolutionem, plus vel minus dimittitur alicui de pœna, secundum quòd plus vel minus se disponit: tam paruus esse possit pœnæ reatus, aut contritio & dispositio tanta, vt ex vi contritionis tota pœna tollatur. Per quod respōdetur ad quādam opinionem extraneam, quam D. Thom. habuit in 4. d. 18. q. 1. ar. 3. quæstionem 2. ad 3. adeo enim pro constanti illic habuit, restare semper pœnā aliquā per satisfactionem soluendam, vt cogitet virtute clauium non semper æquale pœnam remitti, sed proportionabiliter. Exempli gratia. Siquis debet pœnā vt quatuor, & vi clauium remittitur gradus vnus, si alius non deberet nisi vnicū gradum, & per solutionem totus remitteretur, nihil restaret per satisfactionē soluendum. Et ided ait, quòd non remittitur nisi pars aliquota: verbi gratia, quarta pars, vt debenti octo remittuntur duo: & debenti quatuor, vnum: & debenti duo, dimidium. Hæc tamen opinio est incredibilis: quare absq; dubio illam mutasset, si opus tertie partis perfecisset. Tenendum igitur est, quòd tanta potest esse contritio, vt ex vi illius tota pœna tollatur, & absolutio semper æqualem partem pœnæ delet, siue pœ-

nitentis

nités sit reus magnæ, siue paræ. Et Itaque ex natura ipsius absolutionis non dimittitur tota pœna temporalis sicut in baptismo contingit, sed per accidens ratione dispositionis suscipientis. Est etiam tenendum, quod toties potest iterari confessio & absolutio super eadem peccata, ut virtute clauium tota pœna remittatur: quod expresse est cõtra Scotum dicentem, quod per secundam absolutionem nulla remittitur pœna. Quare non nocet, imò prodest confessio & absolutio de eisdem peccatis repetita. Annotato secundo, quod si iniuncta pœnitentia, quæ hic soluenda pœnitenti imponitur, sit condigna, absoluitur à tota pœna purgatorij. Si vero non est condigna: non absoluitur à tota pœna purgatorij, sed à tanta. Quo circa, si moriatur expleta pœnitentia condigna, non punietur in purgatorio. Secus si nõ fuit condigna, vel quauis fuit condigna, non adimpleuit eam, dum vixit: nam tunc adimplebit eam in purgatorio. Hæc de clauibus sint satis dicta: quia reliqua quæ in hac materia adduci solent, iam supra in materia de confessione & satisfactione tetigimus.

De Excommunicatione.

Iam de excommunicationis materia sub breui quodam compedio, & non ut totam rerum siluam quæ de ea cumulat, amplectamur, cum sit nimis prolixa & à summis diffusissimè tradita, perpendere operæpretium erit. Excommunicationis enim tam maioris, quàm minoris notitia, maximè necessaria confessori est: nempe, ut sciat quando excommunicatio incurritur, ut inde an pœnitens sit excommunicatus annon, agnoscat, & an vinculum quo obstrictus est, superiori vel cui referuetur. Hinc nanque facile erit confessori discernere, qui ab ipso, qui vero ab alio sint absoluedi: & alia quam plurima quæ nota illi esse oportet, ut animabus sibi consentium commodè mederi possit.

I. DIFFICULTAS.

Utrum in Ecclesia sit excommunicandi facultas?

UT melius ac distinctius propositæ quæstioni respondere possimus, aliquot fundamenta præmittere necessum est, quorum primum sit, quod (ut à nomine exordium sumamus) Excommunicare idem est, quod extra communionem facere: At verò communicatio antonomasticè eucharistiæ sacramento tribuitur: & inde ad cætera sacramenta quibus fideles communicant, & ad quæcunque communicationem suffragiorum, orationumque communium, derivari solet.

Secundum fundamentum est, quod quemadmodum hominem ex anima spiritali, incorporea & inuisibili, & ex corpore materiali & visibili componi liquet: sic communionem, & communicationem ex externa visibiliq; & ex externa, atque inuisibili constare nemini in dubium venire potest.

Tertium fundamentum est, quod altera est excommunicatio à iure, altera verò ab homine. A iure est illa quæ in concilijs, & decretis apponitur in perpetuum duratura. Ab homine autem dicitur illa, quæ à summo Pontifice, vel Episcopo, vel ab alio quocumque iudice ecclesiastico fertur.

Quartum fundamentum est, quod cum priuationes nõ nisi per habitus cognoscantur, scire opus est bona, quibus fideles communicant, ut inde discamus mala quæ per excommunicationem incurrimus. Pro cuius fundamenti intelligentia sciendum nobis est, communicationem prædictam externam adhuc esse duplicem, alteram civilem & politicam, quæ in amicabiliter adinuicem se salutando, colloquendo, conuersando, simulq; prandendo, contractus emptionis, & venditionis faciendo, consistere, perspicuum est omnibus.

est omnibus. Alteram autem Ecclesiasticam, qua fideles sensibilibus sacramentis ac exterioribus sacrificijs orationibusque communibus participant. Internam verò communicationem in fide, spe, & charitate primitus sitam esse dicimus, ut inferius fusiùs docebimus. Per oppositum autem his bonis per excommunicationem priuati iudex Ecclesiasticus, vel omnibus, ut in maiori excommunicatione contingit, vel quibusdam ut in minori.

Postremum fundamentum est, quod in Ecclesia duplex forum reperitur: Alterum secretissimum, in quo idem est accusator & reus, & ad istud clauis Ecclesiæ spectant. Alterum verò publicum, in quo habet Ecclesia auctoritatem corrigendi publica delicta: & talis auctoritas cognoscendi in causa, & sententiandi publicè, quodam modo clauis etiam dici potest. Prima clauis ordinis nuncupatur. Secunda autem, clauis iurisdictionis. Hac distinctione sic præhabita, sit prima conclusio. Ecclesia in primo foro, id est per auctoritatem clauis primo modo acceptæ, nequaquam facultatem habet excommunicandi. Conclusio hæc ad eundem evidens est, ut minimè probatione indigeat.

3. Conclus.

2. Conclus.

Matth. 18.

Beda. Hilarius.

Secunda conclusio. Ecclesia in secundo foro, hoc est per auctoritatem clauis secundo modo acceptæ, excommunicandi facultatem habet. Conclusio ista tanquam fides catholica tenenda est. De hac enim auctoritate intelligendum est dictum illud saluatoris nostri. Siquis Ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, scilicet, ut publicus peccator videtur. At verò per Ecclesiam intelligendus venit ipsius Ecclesiæ prælatus, ut exponit Beda & Hilarius. Prælatis nanque hanc auctoritatem concessit Christus, cum illic statim subiunxit, Amen dico vobis, Quod cumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis. Cõformiter autem iurisdictionis

ne istam tã Christus quã Apostoli exercuerunt: nam Dominus deprehensam mulierem in adulterio per sententiam absoluit dicens, Nemo te condemnavit mulier? quæ ait, Nemo Domine, & subiunxit, Nè ego te condemnabo. Ioannis. 8. Deinde probatur, nam Actuum. 5. legitur Petrum publicè in Ananiam & Saphiram mortis sententiam protulisse. Legitur quoque. 1. Cor. capit. 5. Paulum excommunicasse in cestuosum illum, qui nouerca abutebatur, eumque tradidisse Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus esset in die Domini nostri Iesu Christi, scilicet, ut ille vehementius demonis incurfibus agitatus tanquã ab Ecclesia destitutus & ab omnibus notatus, erubesceret, & rediret ad Cor. Eo enim sine traditur Sathanæ ad tempus: & nõ ut in perpetuum cruciatur, & ob id excommunicatio dicitur medicinalis ex fine ut patet ex cap. Cum medicinalis, de sententiâ excommunicationis in 6. Et ratio est, quia eius finis est mederi peccatori, morbo peccati laboranti: ordinatur siquidè in hunc finem, ut excommunicatus relipiscat, pœniteat ac Ecclesiæ satisfaciat: quia intentio Ecclesiæ excommunicantis ad bonum excommunicati refertur. Sed tamè ei qui nõ resipuerit, in perniciem vertitur, eritque ei lethalis, & nõ medicinalis. Sed tamen erit tunc medicinalis reliquis Ecclesiæ membris, & per ea consultitur incolumitati totius reliquæ communionis. Ad hoc etiam cõprobandum subdit idè Apostolus, Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Quasi diceret, quod abijcere excommunicatum à cœtu fidelium, sit corruptum fermentum rescindere ne familiam Christianam contamineat. Sicut abscinditur membrum putridum corporis naturalis, ne totum corpus ipsum corrumpatur. Præterea. 1. ad Thim. 1. Hymenæum & Alexandrum tradidit Sathanæ propter blasphemiam. Ad Titum etiam. 3. Hæreticum hominem post

Actuum. 5.

Ioan. 8.

Actuum. 5. 1. ad Co. 5.

1. Ad. Tit. Ad lit. 3.

2. Ioan. 10. 1.

primam & secundam correptionem & monitionem facit vitare. Præterea, Ioannis in 2. Canon. ait, si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis: qui enim dicit illi Ave, communicat eius operibus malignis. Præterea, quia cum in lege veteri leprosi excluderentur à castris, ob cauendum corporalem contagionem & propter delicta, excluderentur etiam de synagoga, ut patet ex illo Ioan. 9. ubi refertur, quod conspirauerant Iudæi, ut si quis confiteretur Christum Dominum esse, extra synagogam fieret: à fortiori igitur Ecclesia debuit excludere à consortio fidelium, & vitare hereticos atque alios rebelles, ad spiritualem labem cauendam.

Ioan. 9.

Animaduertendum est tamen, exclusionem illam à castris & à synagoga quæ erat in antiqua lege, non proprie fuisse excommunicationem ut nostram. Ratio est, quia illis nulla erat spiritualis virtus clauium. Probat præterea, conclusio ex sanctorum testimonijs. In primis Cyprianus Epistola. 11. lib. 1. Epistolarum, docet, poenam excommunicationis successisse poenæ mortis temporalis legis veteris. Sicut enim Christus reliquit principibus secularibus gladium, qui iure ciuili illis competit ad vlciscendum crimina, sic Ecclesie tantum reliquit gladium spirituale. Hi nanq; sunt duo gladij, ciuilis scilicet & spiritualis, quos Luca. 22. Christus dixit fatis esse ad Christianam familiam gubernandam.

Cypria.

Lucæ. 22.

Hiero.

Ambro.

Hieronymus quoque, cuius verba habentur. 24. quæst. 3. inquit, Refecandæ sunt putridæ carnes: & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant & intereant. Ambrosius denique lib. 2. de officijs. cap. 27. Omnia, inquit, tentanda priusquam ad hoc disciplinæ genus veniatur. Postremò ostenditur conclusio aperte ex vfu antiquissimo excommunicandi: quia antiquissima est excommunicatio in Ecclesia.

Hoc enim gladio, nempe excommunicatione vfa est Nicena synodus. cap. 5. & 12. aduersus Arrium, & synodus Chalcedonensis: & aliæ aduersus alios hereticos. Ex prædictis omnibus manifeste colligitur, excommunicandi potestatem iure diuino traditam esse Ecclesie: ac vsum excommunicandi quem Ecclesia seruat, hac ratione esse de iure diuino, quod habet fundamentum in euangelio & Matthæi. 18. Si Ecclesiam non audierit, &c. Et in autoritatibus adductis Pauli, & in loco illo Ioannis, Si quis venit ad vos, &c. Non tamen ex his locis probatur, quod ipso iure diuino absque aliqua Ecclesiastica censura sit aliquis excommunicatus. Vnde sententia opposita Almayn in. 4. dist. 18. quæst. 1. nullo modo est tenenda. Nunquam enim aliquis proprie est excommunicatus, nisi vel à iure, vel ab homine, hoc est per legem, vel censuram fuerit excommunicatus, ut ex vfu Ecclesie & omnium sanctorum concordia sententia & capit. Audi, circa finem. 11. quæstio. 3. liquido constat. Nec ex hoc sequitur, ut summus Pontifex possit dispensare, nec cuiquam permittere, ut communicet in diuinitate, ut opinor. Nam licet possit summus Pontifex ius diuinum interpretari: profecto illud non poterit quacumque ex causa tollere, nec per dispensationem, nec per priuilegium: verum tamen esset quod si quis huius priuilegij causa communicaret, &c. esset immunis à poenæ iure positio statuta contra communicantes cum excommunicatis, nempe quod non incurret minorem excommunicationem: minime tamen culpam effugeret. Ita tenet Couarrubias super capit. Alma mater.

Coc. nice. Cos. calce.

Mat. 18.

Alm. ym.

Phi

Couarr.

Christ.

Coc. Cof.

Phi

Phi

Phi

eandem potestatem sibi diuinitus concessam congruentissimè sic interpretata est. Per ea quæ dicta sunt: exploduntur hæreses modernorum hereticorum, qui Ecclesie Dei detrahentes dicunt, eam non habere auctoritatem indulgentias conferendi, (quod quidem pertinet ad auctoritatem absoluendi) nec auctoritatem excommunicandi, suspendendi & interdicens (quod attinet ad potestatem ligandi) ac per consequens dogmatizant, non esse curandas Ecclesiasticas censuras neque rimendas: cum tamen deat Christomus, cuius verba referuntur. 11. quæst. 3. capit. Nemo contemnat vincula Ecclesie, non enim homo est qui ligat, sed Christus qui hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. Vnde de huiusmodi hæresi fuerunt condemnati Vvitcleff, & alij heretici in concilio Constantiensi sessione. 8. & 9. & in bulla Martini quinti inter alias interrogatiões factas Vvitcleff & Ioanni Hus, vna est, vtrum credat, quod Papa, vel alius prælatus, vel ipsorum vicarij possint suum subditum Ecclesiasticum, siue secularè propter inobedientiam siue contumaciam excommunicare. Et postmodum impius Lutherus à Leone. 10. qui assererat, excommunicationem esse poenam externam priuantem præcise bonis exterioribus, non autem internis & spiritualibus. Nec obstat ratio à Lutero facta pro suo dogmate, videlicet quia homo per fidem, spem & charitatè membrum fit Christi: at verò spiritualia bona non est in facultate Ecclesie diuellerè, cum non nisi per proprium hominis consensum in peccatum perdantur. Non inquam, obstat, nam maximum discrimen est inter communionem interiorè, quæ in charitate vniente membra corporis mystici cum capite viuificatè illa, fundatur: quam quidem profite mur in symbolo cum dicimus, Credo sanctam Ecclesiam catholicam, quæ dicitur vna vnitatem fidei. Dicitur autem san-

cta participatione sacramentorum, catholica, id est generalis totius orbis. Credo communionem sanctorum. De qua communionem dicit Paulus ad Romanos. 12. Multi vnū corpus sumus in Christo. & 1. Cor. 12. & ad Colosenses. capitu. 2. & ad Eph. 4. Multi, inquit, vnum corpus sumus in Christo. & Psal. 118. Particeps ego sum omnium timetium te. Quis enim vnus fidelis partem charitatis alterius in hac vita accipere nequeat, eo quod nullus merita propria alijs communicare valeat: attamen commune gaudium est omnibus de bonitate alterius, non tantum in vita præsentis: verum etiam in cælo. Sicut cum in corpore naturali vnum membrum gaudet: cetera omnia congaudere experimur. Et illa quæ in orationibus & suffragijs fundatur, quia communicatio quæ fundatur in charitate, non eget intentione hominis aut Ecclesie applicantis. Ex quo sequitur, quod Ecclesie auctoritas, aut vlla alia potestas non possit hominem hac communicatione priuare, ed quod nullus iudex tollere potest quin membrum illud vnitū sit capiti Christo, ac proinde nec tollere quin recipiat influentiam à capite deriuatam, si sit membrum viuum. Solum enim amittitur per peccatum mortale proprium. Vnde nec impedire potest, quin vnus in charitate radicatus suis particularibus orationibus & suffragijs suaque voluntate pro alio in gratia etiam existente satisfacere queat, & non habenti charitatem, misericordiam à Domino impetrare, siue quo ad bona temporalia, siue quo ad spiritualia. At verò communicatio quæ fundatur in orationibus & suffragijs Ecclesie, eget intentione hominis aut Ecclesie applicantis, vel publice vel priuate, & idcirco bonis quæ per Ecclesie applicationem membris eius præsentantur, potest ipsamet Ecclesia per excommunicationem quemcumque priuare, quem iudicat sibi esse inobedientem, ac peccatum mortale inobedientie commississe. Quo fit, ut

Ad Rom. 12.

Psal. 118.

Phi

Phi

Phi

Phi

suffragia & orationes quae publicitas pro tota Ecclesia fiunt, & licet existenti in mortali peccato (quod membrum siccatum & aridum est, quandiu non abscissum, sed coniunctum est) profint ad hoc, quod illum Deus conuertat, & ut ab illo primam obtineat gratiam, & ab eodem custodiatur ac protegatur à daemonum saevitia: tamen sic excommunicato minime profunt. ¶ Imò nec possit Ecclesiae minister, cum tanquam persona publica & nomine eiusdem Ecclesiae oret, intentionem ad excommunicatum dirigere. Nec enim nominare potest nisi duntaxat in die Paraceues, quando pro ethnicis & schismaticis Iudaeis ac infidelibus orat, ubi etiam non orat pro illis sub nomine excommunicatorum, nec ut pro membris Ecclesiae, orationibus ad Ecclesiae membra coadiuvanda institutis, sed ut exteris & ab Ecclesiae unione alienis quibusdam orationibus in id ordinatis quod digne- tur divina maiestas eos reducere ad Ecclesiae unitatem & poenitentiam. Et ratio quare in illa die orat pro huiusmodi personis est, quia illa die fuit Christus vniuersalis Redemptor. At verò persona priuata omni tempore potest ad eius conuersionem aliquod suffragium per intentionem eius dirigere quia nullatenus vetantur orationes priuatae, quas quisque potest priuatim pro excommunicato fundere: imò & minister Ecclesiae potest specialiter orare pro illo tanquam persona priuata, non autem ut minister Ecclesiae: quia sic nec specialiter, nec generali oratione orare potest pro excommunicato, ut pro membro Ecclesiae: & Non tamen ipse excommunicatus quandiu in excommunicatione manet percipiet fructum illarum orationum particularium, ut docet Diuus Thom. in additionibus tertiae parti adiectis quæstio. 21. articulo.

D. Tho.

ad primum. Quod quidem euidenter elicitur ex ipsa definitione quae est separatio ab Ecclesiae communione quo ad fructum & suffragia generalia, & non dicit quo ad particularia. Nec ex hoc licet inferre, quod frustra pro illo fiunt huiusmodi orationes, quia funduntur orationes, ut decet illi spiritus poenitentiae, ut ab excommunicatione soluantur. ¶ Ex quo aperte colligitur, quod in memento missae secundum doctores, licitum sit, etiam specificè orare pro excommunicato, & dummodo id facias ut persona priuata, & priuata intentione, ¶ quia si cur liberum est sacerdoti inter sacra orare pro suis consanguineis & amicis, ita videtur quod tanquam persona priuata: si aliquis eorum est excommunicatus, possit pro illo in memento orare, ut Deus eum in mentem reuocet. Et ita tenet expressè Siluester in verbo, Excommunicatio. 1. §. 2. Quauis enim missa sit oratio publica: illud tamen spacium conceditur sacerdoti ut orare possit pro suis tanquam persona priuata, cum sit in eius potestate breuiare vel prolongare orationem quae fit ibi.

Annotare etiam hic oportet, maximam esse differentiam inter exitum in peccato mortali, & excommunicatum: nam licet tam excommunicatus, quam existens in mortali per fidem informem membrum Ecclesiae dicatur, & verè sit: attamen peccator, non dum est à communione Ecclesiae separatus, particeps equidem est orationum communium, quae ab Ecclesia fiunt, & idcirco daemon non tantam potestatem in peccatorem habet ut eum libere vexet: quoniam resistit daemoni virtus reliquorum membrorum. At vero excommunicatus ab ipsius Ecclesiae consortio quo ad suffragia & communionis Ecclesiae effectus manet per excommunicationem segregatus, interim dum excommuni-

catus

catus existit. Quo fit, ut destitutum hoc auxilio: scilicet participatione orationum, & suffragiorum Ecclesiae, daemon possit in eum facilius sauire, & liberius quam antea torquere. Rursus sequitur ex omnibus praedictis, excommunicationem iustam non tantum effectum habere quo ad Ecclesiam militatam, & extrinsecas poenas, sed etiam quo ad Deum, & quo ad interiorem poenam, quia licet non priuet excommunicatio fide, spe & charitate: priuat tamen alijs bonis quae non parum ipsis peccatoribus inter iustos commorantibus opitulatur. ¶ Et probatur hoc corollarium quo ad omnes suas partes. In primis quo ad extrinsecas poenas habetur in decretis. 11. q. 3. per multa capita, sed praecipue cap. Absit. cap. Excommunicatos, & capitulum cum excommunicato. Ratione etiam comprobatur. Cum enim Ecclesia in foro causarum, ut in matrimonij & symonij causis potestatem habeat, & haec potestas maxime per excommunicationem exerceatur, fit, ut excommunicationis sententia non minus in conscientia obliget, quam aliae leges iustae etiam à seculari auctoritate emanantes. Quod autem habeat effectum excommunicationis quo ad interiorem poenam, hoc est, priuet communicatione interna, siue fructu charitatis, qui ex orationibus communibus, suffragijs & sacrificijs publicis applicari solet, probatur vrgētissimis rationibus, quarum prima est, quia si Ecclesia habet potestatem separandi fideles peccatores à cœtu & consortio aliorum fidelium, & praescindendi illos tanquam membra putrida à corpore, nulla ratione etiam apparenti persuaderi poterit, cur illos nequeat priuare interna communicatione, virtuteque ac capitis influenza, quam alij catholici non excommunicati participant. Quod quidem vel ex eo verum habet, quia Ecclesia per excommunicationem priuat ipsos excommunicatos bonis illis, quibus fideles non praecisi partici-

pant, scilicet internis, cum non solum non oret, sed praecipiat cæteris fidelibus, ne orent pro illis oratione communi & publica, eo quod reputantur ut ethnici, quibus Ecclesia haec bonam non communicat regulariter, & ut ethnici traduntur diabolo qui excommunicantur, & eijciuntur extra Ecclesiam, ut habetur in capitulo. Omnis Christianus. 11. quæstio. 3. Secunda ratio est, quia cum excommunicatio secundum Urbanum Papam in quadam Epistola peior sit morte temporali, & nihil sit magis formidandum secundum Diuum Augustinum. cuius verba referuntur in capitulo. Nihil. 11. quæstio. 3. quam ipsa excommunicatio, consequens fit, ut non tantum bonis externis ac corporalibus, verum etiam bonis internis & spiritualibus priuet, alias non esset maior poena quam mors corporalis. Quod sufficienter colligitur ex illo Matthaei. 18. cum postquam dixerat, sit tibi tanquam ethnicus, subiunxit, Quae cumque alligaueritis super terram, &c. Quae verba tam de interna, quam de externa absolutione, & ligatione proculdubio ab omnibus intelliguntur. Et illud Pauli. 1. Corint. 5. Qui tradidit Corinthum sathanae in interitum carnis, qui non tamen exterius, verum etiam interius illum vexaret, nam in primitiua Ecclesia ita contingebat, quod sicut spiritus Sanctus visibiliter ad fidei confirmationem dabatur: ita exterius ad terrorem à daemone vexabatur. Et sicut non valet, Dabatur spiritus sanctus visibiliter, ergo non inuisibiliter: ita etiam non valet, excommunicatio priuat bonis externis, ergo non priuat internis. Et dato non haberetur ex sacris literis, excommunicationem priuare communicatione interna, satis tamen esset traditio Ecclesiae, & vniuersalis illius, concors sententia atque explicatio doctorum. Tertia ratio est, quia si excommunicatio tantum externa & politica communicatione priuaret, ut impius lu-

H h 3 therus

therus vult, ne utiquam exigeretur in excommunicante spiritualis potestas, sed rex & quicumque gubernator temporalis excommunicare posset sicut in exilium relegare, & in carcerem trudere hominem potest, quod tamen quam absurdum & in Ecclesia Dei inauditum sit, nemo est qui nesciat. Quo ad aliam vero partem, nempe quod excommunicatio non priuat fide, spe, & charitate, ostenditur manifeste, tum, quia cum charitas non nisi per culpam mortalem amittatur, & excommunicatio non culpa sed poena sit: consequitur, ut charitatem ab habente illam minime adimere queat. Tum quia virtutes siue theologicæ, siue morales, siue infusæ siue acquisitæ sunt maxima bona spiritualia, quæ ab inuito & nolente auferri nequeunt. Tum denique, quia

Ad Ro. 8. Paulus ad Romanos. 8. ait, certus sum, quod nec mors nec vita, nec cætera omnia, quæ tam multipliciter illic numerat: poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

Sed solet hic paruum quoddam suboriri dubium, vtrum cum quis mortaliter peccauit, & ob id fuit excommunicatus, si post excommunicationem latam adeò conteritur, ut gratiam obtineat, & quærat absolui, priuetur nihilominus nõ tantum externa sed etiam interna communione? Cui dubio hæc vnica conclusio affirmatiua me non insufficienter satisfacere posse arbitror, nempe sic excommunicatum, quantumvis in gratia existentem priuari vtraque communione, ita ut nec sacramenta recipere, nec suffragijs orationibusque communibus participare, nec si iudex sit iudicare possit. Hæc conclusio præter hoc quod expresse habetur in capitul. A nobis. el. secundo. de senten. excommunicata. vbi Innocentius dicit, quod licet quo ad Deum sit absolutus: non tamen quo ad Ecclesiam (præter hoc inquam, probatur tom, quia Ecclesia non iudicat de oculis, tum verò

quia aliàs frustra absolutionem quæret, tum etiam, quia vanum, ac otiosum esset illum absolueri siue in vita, siue in morte, cum tamen textus dicat, quod si signa contritionis ostendit dum viueret, absoluetur post mortem, tum denique, quia ita expedit, ut excommunicatio timeatur. Etenim si scirent homines statim ut per contritionem recuperant gratiam, le bonis Ecclesiæ communibus participare, nihili pederent excommunicationem. Conclusionem igitur istam tanquam probabiliorē amplectendam esse existimo, videlicet, quod huiusmodi homo iam existens in gratia non solum communionē externa priuatur adeò, ut si obiret illa excommunicationis sententia irretitus, non recipiatur ab ecclesia suffragia pro illo, nec in ecclesia sepeliatur, nec campanæ pulsentur, nec cruce deferantur, nec orationes pro eo ad dominum fundantur, donec confiteri poenitentiam in vita egisse, & post mortem absolutum fuisse ut in cap. Sacris de sententia excommunicationis. tenet Innocentius & in cap. A nobis. el. 2. verum etiam fructu satisfactionis interno correspondente suffragijs, & communibus ecclesiæ orationibus, licet non priuetur fructu satisfactionis correspondente meritis, & orationibus proprijs, & amicorum, quas pro illo in particulari faciunt. Quo fit, ut anima in purgatorio existens, quamuis iuuetur orationibus priuatis: non tamen gaudet suffragijs & orationibus communibus, donec absoluetur per ecclesiam, quia ad hoc deseruit absolutio illa quæ fit post mortem, ut scilicet ad communionem externam & internam admittatur, tamen statim ut illic poenā debitam pro culpa, ratione cuius excommunicatus fuit, & pro alijs culpis debitas, pro quibus detinebatur in loco illo, soluerit, exibat inde etiam si nonquam ab ecclesia ab illa excommunicationis césura absoluetur. Nec obstat id quod obijci solet aduersus nostram conclu-

conclusionem, quia cum iam in existente in gratia causa cessauerit, quæ est mortale peccatum, ut etiam effectus, qui est excommunicatio cesset, necessum est. Non inquam, obstat, quoniam axioma illud commune, cessante causa, cessat effectus, de effectu à causa dependente in fieri, & conseruari, intelligi debet, ut illuminatio quæ fit in nocte pendet à candela, non autem de effectu dependente in fieri tantum, ut mortuo patre, non cessat filius, & huius generis est excommunicatio. Non obstat quoque, quia etiam apud Deum non quoties cessat culpa, quæ est causa poenæ, cessat etiam ac tota remittitur poena. Et quemadmodum donec quis plenè satisfecerit, minime gloriam consequetur, sic in casu nostri dubij excommunicatus existens in gratia à bonis communibus Ecclesiæ manebit exclusus, donec ab excommunicatione ipsa absoluetur. Nec hoc alicui durum & crudele videri debet, quinimò est maxima pietas, nam cum Ecclesia sit simul mater pia, & iudex iustus, ut homines à peccatis caueant, debet eos, ut filios suos punire, & hoc non est signum odij sed amoris, quin potius qui parcat virgæ, odit filium suum ait Sapiens Prouer. 13.

Prole. 13.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum excommunicatio sit à communione fidelium separatio?

PRO huius difficultatis decisione annotare oportet primo anathema idem esse & quod, seorsum vel sursum positum, ac separatum, ut Diuus Augustinus libro. 4 super nu-

me. capitulo. 40. & 41. ait. Et nunquam solet accipi in bonam partem. Donaria nanque, quæ olim in honorem Dei & sanctorum offerebantur, eo quod in templis sursum suspendebantur, ut aurum, argentum, vasa aurea, & alia huiusmodi ex præda hostium accepta in ararium domino erant consecrata, ut patet Iosue capitulo sexto. & capitulo septimo, dicitur quod filij Israel prævaricati sunt mandatum, & usurpauerunt de anathemate, frequentius tamen in malam accipitur partem, nam secundum Hieronymum in commentarijs super primum capitulum Epistolæ ad Galatas, Anathema significat rem detestabilem, & abominabilem. Dicit enim Dominus Iosue. Iosue. 6. capitulo sexto, sit ciuitas hæc Anathema, id est, execrabilis, & primæ Corinthiorum duodecimo. Nemo in spiritu Dei loquens dicit Anathema Iesu, id est dicit Iesum execrabilem: vnde Anathematizare idem est quod maledicere, ac de testari.

Annotare oportet secundo, Anathema idem esse quod excommunicatio maior, & ut habetur in sancta Synodo capitulo, certum. 24. quæstione tertia, nisi quod anathema quemdam per se maiorem terrorem videtur incurrere, & idè in concilijs & in iure frequentior est huius nominis vsus: & cum duæ sint excommunicationis species, altera maior, altera vero minor, sola maior anathema dicitur. Colligitur autem hoc discrimen inter excommunicationem maiorem & minorem ex verbis Nicolai capitulo. De presbyterorum. 17. quæstione quarta, vbi dicitur, quod prius fratres delinquentes à sacra communione priuentur, deinde si obstinati fuerint, ab Ecclesiæ compage sub Anathematis interdictione resecentur. & II. quæst. 3. capi. Nemo Episcoporum præcipitur, ut nemo Episcoporum

Gh 4 porum

porū sine certa & manifesta causa peccati communionē Ecclesiasticā: hoc est Eucharistia priuet sub anathemate, &c. & infra: quia anathema est æternæ mortis damnatio. His sic præmissis, sit prima conclusio. Excommunicatio maior est separatio Christiani, non tantum à communionē qualibet fidelium licita, sed etiam sacramentorum, ac communi suffragiorum Ecclesiæ participatione, & ab ingressu Ecclesiæ.

1. Conclu.

Circa hanc distinctionem annotare oportet primo, quod signanter dicitur in ea, A communionē Ecclesiæ, quia hæc censure non conuenit infidelibus, cum hi foris sint, nec à communionē Ecclesiæ priuari possit qui ad eam nulloquam admittus fuerit. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? inquit Paulus. 1. Corinth. capitu. 5. Et præter hoc quod idem habetur in capitu. Ad mensam. 11. quæst. 3. probatur, tum, quia Ecclesiam super infideles non habere potestatem omnibus per spicuum est, de qua re fusus agitur. 22. D. Tho. quæst. 10. ac proinde eos excommunicare nequit, tum etiam, quia nullus communicans cum infideli minorem excommunicationem incurrere censetur. Non ergo hæc excommunicationis censura infideles comprehendit.

2. Cor. 5.

D. Thom.

¶

Secundo scire opus est, quod definitio illa soli maiori excommunicationi coaptari solet, quæ simpliciter dicitur excommunicatio. Minor nanque excommunicatio nequiquam habet perfectam excommunicationis rationem, sed aliquid ipsius participat. Non quidem definit esse perfecta propter paruitatem obiecti, cum etiam priuet participatione sacramentorum, sed quia minoribus peccatis incurritur, & quia est pars maioris excommunicationis, quæ sacramentis & alijs bonis priuat. At verò ipsa non excludit à cætu fidelium, nec à participatione spiritualium bonorum, nec à sacramentis confertendis, & id circo non oportet ut to-

taliter ei hæc excommunicationis definitio conueniat, sed solum quo ad aliquid, vt luculenter annotauit D. Thom. in 4. distinctio. 18. quæstio. 2. articulo. 1. q. 1. ad. 4. Est ergo assignanda definitio alia pro excommunicatione minori, vnde sit secunda conclusio. Excommunicatio minor est separatio Christiani à sacramentorum Ecclesiæ participatione passiuā, id est perceptione. Hæc definitio ex prædictis constat, siquidem non priuat à colloquio fidelium, nec ab alijs, à quibus priuat maior excommunicatio.

D. Tho.

2. Conclu.

Quod si volumus vtranque excommunicationem sub vnica definitione comprehendere, inquit Soto in 4. distinctio. 22. quæstio. 1. articulo. 1. sic excommunicationem definire debemus. Excommunicatio est Ecclesiastica censura, qua homo ab aliqua Ecclesiæ communionē separatur: nempe vel à sacramentorum perceptione tantum, vel ab illa & suffragijs & conuictu fidelium simul. In qua definitione signanter ponitur Ecclesiastica censura: quia per hoc exploditur Gabrielis sententia asserentis: per quodcumque peccatum mortale hominem excommunicationem minorem incurrere, quia sit indignus Eucharistia & reliquis sacramentis percipiendis. Non enim excommunicatio sonat quamcumque indignitatem accedendi ad sacramenta: sed illam quæ per Ecclesiasticam fit censuram. Quo fit, vt quauis existens in mortali, sit indignus perceptione sacramentorum, non tamen censetur propriè excommunicatus, nec exclusus ab orationibus & suffragijs communibus ecclesiæ.

Soto.

Gabriel.

Sed solet hic à Doctoribus moueri dubium: vtrum sic excommunicatio priuet hominem participatione sacramentorum, vt non solum illa suscipiens peccet, verum, & sacramentum sit nullum? Cui dubio duabus conclusionibus respondetur. Prima, Si sit sermo de sacramentis

1. conclus.

tis

tis, quæ in applicatione materiæ extrinsecè consistunt, vt sunt confirmatio, Extrema vnctio & eucharistia, &c. nõ dubium est, quin sacramentum valeat: licet ille qui in peccato suscipit, fructum non percipiat: cum recipiendo ea, mortaliter peccet, & vt tenet communis doctorum schola: Cum enim sit ecclesiæ sententia iusta & in re graui, fateri nefarium est, eum, qui cõtra illam egerit, mortaliter delinquere.

E

¶

3. conclus.

Secunda conclusio. Si autem sermo sit de pœnitentiæ sacramento nõ est dubium, quin tam excommunicatus minore etiam excommunicatione recipiens, quæ sacerdos ei illud ministrans, mortaliter peccet. Quamobrem, nunquam licet à peccatis absolueri antequam ab excommunicatione fiat absolutio, etiã si quis sit proximus periculo mortis. Nã etiam tunc; vel est absolüendus primò ab excommunicatione, & postea à peccatis, si illa ore proprio fuit cõfessus: vel absoluetur vnico verbo simul ab vtroque, vt ait doctissimus Soto: dicendo, Ab soluo te ab excommunicatione & à peccatis: vel etiam breuius cum verbo, Absoluo te tantum, cum intentione absolüendi ab vtroque: nam solum ipsum sufficit. Vtrum autem teneret absolutio, si quis à peccatis absolueret, priusquã ab excommunicatione: iam in materia de confessione, Difficultate. 20. asseruimus probabiliorē ac securiorē esse sententiam communem, nempe quod non teneret absolutio, & quod esset iteranda confessio: quã Caictani sententiã quã tenet in summa, verbo, Absolutio ab excommunicatione, scilicet, quod absolutio à peccatis impensa excommunicato tenet. Hæc diximus in priori editione, nunc autem re perspicaciùs inspecta, videtur nobis dicendum, quod quamuis communis opinio sit securior (vt dictum est): attamen in rigore iuris stando veriorē fauorabiliorēque esse hæc Caict. opinionem, quã communem arbitramur, scilicet quod absolutio à pecca-

Soto.

Caicta.

E

tis impensa excommunicato siue occulto, siue manifesto & nominatim, quantum est ex vi absolutionis, & ex natura excommunicationis, nisi sacramentum recipiens obicem ponat, vel ipsi sacramento, vel gratiæ, tenet. Et præter hoc, quod eandem sententiam tenet Adrianus, & Ioannes Metinens. in tractat. de pœnitentiã, imò & Petrus Palada. Videtur eam tenere. (Præter hoc in quã) probatur tribus nõ leuibus rationibus, quarum prima sit, quoniam cum nullibi in toto corpore iuris reperitur, susceptum sacramentum ab excommunicato esse irritum, & pœnalia sint restringenda sit, vt vbicunq; ius dicit, excommunicatū non esse prius à peccatis, quã ab excommunicatione absolüendum, restringendum sit ad hoc vt bene fiat; non autem vt factum non teneat. Multa enim male fiunt, quæ tamen facta tenent. Secunda ratio est, quia cum omnes absque hæsitatione aliquã concedamus, sacramentum quodcumque aliud, scilicet vel ordinationis, vel confirmationis, vel extremæ vnctiois, vel matrimonij ab excommunicato susceptum esse validum, eadem ratione concedere nos oportet absolutio nem illi impensam esse validam. Tertia ratio est; quia magister Soto qui tenet cum communi opinione nõ negat, imo expresse fatetur, quod si vinculo minoris excommunicationis innodato sacramentalis absolutio impendatur, verum suscipit sacramentum, eo quod nec in iure nec apud doctorem aliquem reperitur minorem excommunicationem irritare sacramentum; & tamen sacramentorum susceptio est illi à iure interdicta: pari ergo ratione licet maioris excommunicationis vinculo astricto sit susceptio sacramentorum prohibita: si tamen ei absolutio impendatur, factum tenebit, siquidem nullibi etiam in iure reperitur expresse, quod absolutio illi impensa sit nulla, quamuis peccet, sed solum, quod si nominatim excommunicatus, vel manifestè percussor clerici ab-

Adrianus? Ioan. Metinens. Palada.

Soto.

H h 5 soluere

soluere, attendet, non tenet factum. Ex
 prædictis iam euidenter colligitur, quod
 si poenitens cum ignorantia inuincibili
 siue facti, quia nescit se esse excommuni-
 carum, siue iuris, quia inuincibiliter
 ignorat excommunicatum sacramen-
 tis priuari, ad hoc sacramentum poeni-
 tentiæ accedat, si absoluitur, sacramen-
 tum & effectum sacramenti recipit, vt
 tenent Adrianus in. 4. quæstione. 2. de
 clauibus, & Petrus à Palud. in. 4. distin-
 ctione. 14. quæstione. 4. Secus tamen erit
 cum excommunicatus cum ignorantia
 culpabili accedit, quoniam de isto idem
 erit iudicium, quod de illo qui cū mor-
 talis peccati conscientia accedit, vt ab-
 soluatur ponendo obicem, vel sacramē-
 to, vt si confessionem dimidiet, vel ef-
 fectui, vt si prærequisita dispositione ad
 gratiam suscipiendam careat, tunc enim
 licet suscipiat sacramentum: non tamen
 suscipit gratiam: recipiet tamen postea
 recedente fictione, sicut supra dictum
 est de confessione infirmi. Nec nocet
 huic nostræ assertioni quod dicitur in
 capit. Si celebret de clerico excommu-
 nicato, quod sacramenta collata ab exi-
 stente minori excommunicatione liga-
 to non carent suo effectu, eo quod ille
 à collatione sacramentorum non est ex-
 clusus, sed à receptione tantum. Si ergo
 ab utroque esset exclusus carerent suo
 effectu. Cū igitur maioris excommu-
 nicationis vinculo innodatus sit ab utro-
 que exclusus, videlicet actiue & passiue,
 videtur aperte consequi, impensam illi
 absolutionem non teneri. (Nō inquam,
 nocet) quia exclusio illa ab utroque tan-
 tum probat, quod tam dando sacramen-
 tum, quam illud recipiendo mortaliter
 peccat: nō tamen quod si recipiat, factū
 non teneat. Non nocet etiam, quod si
 excommunicatus eligatur, vel ei benefi-
 cium conferatur, nec electio, nec bene-
 ficij collatio tenet, vt habetur in capit.
 Pastoralis, de sententia excommunica-
 tionis. eadem ergo ratione absolutio illi
 impensa erit nulla. (Non, inquam, no-

acet) tum, quia similitudo non tenet, quia
 electio, & beneficij collatio pendet ex
 voluntate hominum, non autem sacra-
 mentum, tum etiam, quia illud est ex-
 pressum in iure non autem istud, & da-
 to esset eadem ratio, nihilominus non
 valet consequentia, quia in poenilibus
 verū non habet regula illa iuris, vbi-
 que est eadem ratio, debet esse eadem iu-
 ris dispositio, nisi expresse habeatur. Ad
 aliud argumētum quod fieri solet, quia
 Christus Dominus Matth. 18. comparat
 excommunicatum Ethnicum, at verò sa-
 cramentum collatum Ethnicum nullum
 est. Igitur eadē ratione & absolutio ex-
 comūnicato impensa erit nulla, facile re-
 spondetur, eo quod analogiam, quæ est
 inter excommunicatum & Ethnicum,
 omnino & per omnia non esse obserua-
 dam, omnibus perspicuum est. Sicut nec
 inter membrū corporis mystici per ex-
 communicationem separatam & mem-
 brum corporis naturalis præcisum. Lō-
 gè nāq; inter se differunt infideles & ex-
 comūnicati, quoniam infideles cū cha-
 racterē nō habeant, per quem annume-
 rati sint populo Dei, non sunt subditi ec-
 clesie, nec ipsa illos punire potest, & ideo
 nec si absoluerentur esset valida absolu-
 tio: attamē quia character baptismalis,
 quo quis populo Dei annumeratur, est
 indelebilis, idcirco baptizatus, etiam si
 sit excomūnicatus, semper remanet sub-
 ditus ecclesie, & sic semper ecclesia de
 illo iudicare potest, vt ait D. Th. in addi-
 ctio. 3. p. ad iectis. q. 22. artic. 6. ad. 1. Vnde si
 omnia necessaria ad sacramentū adsint
 illud recipiet, imo & gratiam, nisi obicem
 ponat. Postremò non valet consequen-
 tia quam nonnulli aduersus nostrā sen-
 tentiam faciunt, scilicet, si excommuni-
 cato suffragia communia ecclesie appli-
 carentur, illa applicatio esset nulla. Ergo
 similiter si illi poenitentiae sacramentū
 conferatur, absolutio erit inualida. (Nō
 inquam, valet) eo quod suffragia huius-
 modi ecclesie, & quo ad applicationem
 & quo ad eorū effectū ex ecclesie volū-
 tate

tate pendent. At verò sacramentū licet
 quoad eius collationē ab illa & ab inten-
 tione ministri pēdeat, non tamē ad hoc
 vt sit validum postquam collatum fue-
 rit, neque quoad eius effectum, cum ex
 opere operato virtute sacramenti detur
 gratia non ponenti obicem.

III. DIFFICULTAS.

*Vtrum ad excommunicationem feren-
 dam requiratur causa?*

AD hanc quæstionem per aliquor
 conclusiones respondetur, quarū
 prima sit. Sententia excommunicatio-
 nis maioris: hoc est anathematis, ferri
 nequit, nisi pro peccato mortali. Con-
 clusio ista est decretum concilij Meldē-
 sis. cap. Nemo episcoporum. II. quæstio-
 ne. 3. Et est omnium doctorum concurs
 sententia, D. Thomæ in. 4. distinctio-
 ne. 18. quæstione. 2. articulo. 3. Et colligi-
 tur apertè ex Christi verbis, Matth. 18.
 quia quando illic tradidit potestatem
 excommunicandi, tantum de peccato
 mortali loquebatur. Prædixerat enim,
 Non est voluntas patris, vt pereat. Dein
 de dicit. Si te audierit lucratus es fratre
 tuum. Perire autem non nisi per pecca-
 tum mortale fit, nec lucratur nisi quod
 per peccatum mortale erat perditum.
 Imò & nomine ipso, Ethnicus designa-
 tur peccatum mortale. Ostenditur insu-
 per cōclusio ratione efficacissima: quia
 per huiusmodi excommunicationem
 quodammodo excluditur homo à reg-
 no caelesti: hoc est, ab ecclesiasticis suf-
 fragijs, quæ Dei amicis impenduntur.
 Non ergo ecclesia id facere debet, nisi
 vbi iudicauerit hominem in mortalem
 incidisse labem, qua gratia & charitas
 amittitur. Item, nullus sapiens, & bo-
 nus chirurgus manum vel pedem, vel di-
 gitum abscinderet. Igitur cū excom-
 municatio sit abscisio membri mystici à
 corpore mystico ecclesie, non nisi præ-

A mortali ferri debet. Item, quia si civilis
 potestas mortis corporalis sententiam
 non nisi pro mortali delicto ferre con-
 suevit, à fortiori ecclesia, quæ mater, pia
 est, per potestatem quàm à Christo Do-
 mino habet non nisi pro mortali pecca-
 to quod animam occidit, excommuni-
 cationis sententiam ferre debet, cū ex
 comūnicatio morte corporali grauior
 poena sit. Quo fit, vt quoties quis facien-
 do actum per excomūnicationē pro-
 hibitum à mortali peccato excusatur,
 ab ipsa quoque excomūnicatione ex-
 cusetur, quoniam excomūnicatio pec-
 catum mortale semper præsupponit. Cū
 enim quis percutit clericum & à morta-
 li vel veniali culpa excusatur, vel ratio-
 ne paruitatis materia, vel inadvertentiæ,
 vel ignorantia, vel etiam ratione neces-
 sitatis, & ab excomūnicatione in ca-
 none, si quis suadente diabolo, &c. lata
 excusari necesse est, maximè quo ad
 Deum, & in foro anime. Et ratio est, quia
 cū ecclesia non domina, sed dispensa-
 trix sit, absquerationabili causa, quæ abs-
 que peccato mortali non contingit, suf-
 fragijs cōmunibus ecclesie neminē pri-
 uare potest. Secūdo sequitur, quod quo-
 tiescunque aliquid sub excomūnica-
 tionis poena latæ sententiæ in iure præ-
 cipitur, vel prohibetur: tenemur illud
 sub mortali peccato obseruare, etiam si
 alias solum in se esset veniale, vel nullū,
 quia ratione inobedientiæ fit mortale.
 Signanter diximus sub mortali, nam
 pro veniali, siue præterito, siue futuro
 nullus prælatus excomūnicare potest,
 nec si excomūnicet, factum tenebit. **¶**
 Nec obstat huic nostræ assertioni id
 quod ex concilio Carthaginensi. 4. cap. **¶**
 24. obijciatur, vbi dicitur, **¶** si sacerdos
 in ecclesia verbum faciente, quispiam
 extiterit, excomūnicetur. Et tamen exi-
 re ab ecclesia non grauius peccatum ap-
 pareat, quam veniale: non inquam ob-
 stat, tum, quia fortasse canon concilij in-
 telligitur, quando præteritis admonitio,
 & adhuc facta monitione, concionem
 audire

audire contemnebat: nam tunc egrediendo, iam erat mortale ratione inobedientia & contemptus: tum etiam, quia textus concilij de minore, quæ per veniale peccatum incurritur, intelligendum est. Secundum nanque antiquam formam excommunicare per excellentiam erat. priuari sacramento eucharistia, vt habetur. II. quæstione. 3. cap. Ad mensam. cap. Nemo. & cap. sicut Apostoli. Et sic sunt explicandi multi textus antiqui ibidem & 24. quæstione. 3. Et eodem modo intelligitur caput illud, Si quis clericus comam relaxauerit, anathema sit, de vita & honestate cleri. Scilicet quando præcessit admonitio, vel vt aliqui dicunt, quod tunc temporis perinde erat clericum relaxare comam, sicut modo est apostatare à religione habitum relinquendo suæ religionis, & ideo merito anathemate plectebatur, & ita in cap. Si vero. de sententia excommunicationis dicitur, quod si quis percusserit clericum comam nutrientem, non est excommunicatus dummodo ipsum esse clericum ignorauerit. Secundo vero nouam formam vbiunque siue à canone, siue à iudicibus sub excommunicationis seu anathematis censura aliquid præcipitur, sub pœna maioris excommunicationis intelligitur, ac statim transgressio illius obligat sub reatu mortalis culpæ, etiam si alias de se huiusmodi transgressio non esset mortale peccatum: nisi vbi tanta esset facilitas, & abusus excommunicandi, vt sic præcipitur etiam pro re leuissima. Nam si materia non esset grauis quatumuis excommunicatio maior comminata sit, non ilico transgressionis actus est mortale, donec per iudicem præmissa fuerit admonitio, vt dicit Caietanus, verb. clericorum peccata, & verbo præceptum. Non enim credibile esse arbitror ecclesiam, cum sit mater pia velle filios suos ad mortale peccatum obligare in rebus minimis nisi monitione præmissa, & oppositum facere esset maxime nociuum,

co quod assiduitate vilescunt excommunicationes, & non timetur ecclesiastica potestas, quando opus est pro maioribus rebus excommunicare. Vnde ad huiusmodi abusum tollendum præcipitur in capit. tam sacerdotes. II. quæstione. 3. quod nullus excommunicetur nisi pro culpis pro quibus antiqui patres excommunicare solebant, scilicet pro mortalibus.

Sed iam quod pro peccato mortali ferenda est excommunicatio, merito in dubium reuocatur, vt rum pro quolibet mortali licite ferri possit? Pro quo dubio sit secunda conclusio, quod non debet ferri nisi pro grauissimis delictis. Habetur conclusio ista. II. quæstione. 3. cap. Nemo. & cap. Nullus. & 24. quæstione. 3. capit. Corripitur, inquit Augustinus, pro diuersitate culparum subditos corripandos minoribus vel amplioribus pœnis: vbi subdens, excommunicationem esse pœnarum maximam, insinuat non esse imponendam nisi pro maximis peccatis. Et Prosper. cap. Ecce, ait; Leue medicamentum applicandum prius, deinde velut igne piæ increpationis vrè dum vulnus. Quod si hæc non suffecerint, esset refecandum putridum membrum: itaque quousque homo esset incorrigibilis, non esset excommunicandus. Ambrosius quoque libro secundo de officijs, cap. 27. asserit idem. Præterea, quia constat Dominum voluisse, quod prius adhiberetur plura remedia, quam peccator excommunicaretur Matthæi 18. Paulus item antequam incestuosum traderet Sathanæ, enormitatem criminis exaggerauit dicens, Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis neque inter gentes. Præterea, quia hæreticum iubet post primam & secundam monitionem vitare. Constat igitur ex prædictis testimonijs, non nisi pro mortali reatu ferendam esse excommunicationem. Postremò probatur ex vsu vniuersalis ecclesiæ, quæ quidem nusquam cõsuevit excommunicare, nisi in lignis criminis.

3. conclusio. 2. conclusio. D. Aug. Ambros. Matt. 18. Ad Tit. 3.

minofos: scilicet, hæreticos, schismaticos, clericorum percussores, ecclesiasticum violatores, & alios similes istis. Est tertia conclusio corollaria exsecunda, quod iudices indiscriminatum pro quolibet delicto quantumcunque minimo: nempe pro leui furto, vel oleum, vel fructuum, ferentes excommunicationem, peccant mortaliter. Conclusio hæc præter hoc quod liquido ex prima, & ex testimonijs in eius confirmationem adductis constat, ratione euidenti comprobatur. Nam nemini dubium est, quin iudex pro leui culpa condemnans hominem ad mortem, peccet mortaliter: a fortiori igitur qui occidit spiritualiter pro quolibet peccato leui, peccabit mortaliter. Et tandem hæc nostra conclusio habetur expressè in sacro Tridentino concilio, sessione. 25. cap. 3. sub his verbis, Excommunicationes illæ, quas monitionibus præmissis, ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent à nemine prorsus, præterquam ab episcopo decernantur, & tunc nõ alias, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per episcopum examinata, quæ eius animum moueat, mandat. Præterea, iudicibus ecclesiasticis, vt quandocunque executio realis vel personalis in qualibet parte iudicij propria autoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam in diffiniendo, à censuris ecclesiasticis, & hoc tam in causis criminalibus quam in civilibus, sed liceat eis contra quoscumque etiam laicos si expedire videbitur per multas pecuniarias, seu per captionem pignorum personarumque restrictionem, siue etiam per priuationem beneficiorum aliaque iuris remedia procedere, & causas diffinire, & abstineant à censuris. Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit: sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter

has pœnas ferire poterit, debet tamen præcedere bina saltem monitio: Ex his facile colligitur, quod quando persona quæ aliquid debet est certa & cognita, & iudex habet super illam potestatem temporalem, & spirituales coercitiam, non excommunicatione, sed alio medio debet debitorem cogere, vt debitum soluat. Quarta conclusio. Ad inferendam excommunicationem non sufficit mortale peccatum quantumcunque graue, sed requiritur, quod sit peccatum inobedientia & contumacia, quo quis recessit ante sententiam, vel noluit se monitus corrigere, &c. imò excommunicatione potius debet ferri super illam contumaciam, quam super peccatum. Hæc conclusio manifestè colligitur ex verbis Christi seruatoris nostri Matthæi. 18. ca. 18. vbi solum dedit potestatem excommunicandi eum, qui præmissis monitionibus, noluit ecclesiam audire. Et habetur in capit. tam sacerdotes citato, & capit. Ecce autem, & capit. Sacramento approbante. capit. Romana. de sententia excommunicationis. in. 6. & 17. quæstione. 4. capit. de presbyterorum, vbi dicitur, quod fraterno amore conueniantur secundo ac tertio: qui requisiti, si te non audierint, hoc est si delictum non emendauerint conueniente ecclesia eos sacra communione priuare: & si in sua obstinatione permanserint, ab ecclesiæ compage sub anathematis interdictione refecare licentiam tribuimus. Quo fit, vt licet quis crimina quantumcunque graua perpetrauerit, si sit paratus ecclesiæ parere, poterit quidem iudex alio supplicio eum punire, excommunicare vero minime. Vnde quotiescunque quis certus est, se non mortaliter peccasse contra ecclesiæ obedientiam, non habeat scrupulum de excommunicatione apud Deum, nec timeat de suffragiorum ecclesiæ priuatione. Ex hac cõclusionem infero, quod cum fertur excommunicatio sub conditione, nunquam excommunica-

3. conclusio. 4. conclusio. conc. Trid. 25. cap. 3.

4. conclusio. Matth. 18. 18.

municatio afficit eum donec dies vel conditio veniat, quia nondum eam contumaciam commisit, quam iudex ad excommunicandum necessario expegerit.

3. Conclu.

Quinta conclusio. Nullatenus censetur peccatum contumaciae & inobedientiae, propter quod ferenda sit excommunicationis sententia, nisi admonitio sub excommunicationis comminatione praecesserit, vel a iure vel ab homine. Ratio huius assertionis est evidens: quia contra obedientiam non fit nisi respectu praeccepti superioris, consequens est, ut nisi admonitio praecedat, nullus censetur ecclesiae rebellis. Unde cum a iure, vel ab homine praecipitur vel prohibetur hoc aut illud facere sub maioris excommunicationis censura, & non apponitur lata sententia, ut quod omnes veniant ad processionem, vel orationem communem, si res sit gravis, quamvis mortaliter peccet, nondum tamen est excommunicatus, sed tunc poterit excommunicari sententia lata, secus autem esset si apponeret lata sententia. Si vero res esset levis, non peccaret mortaliter donec praecedente admonitione contumax esset. Quando autem res esset dubia, nempe, an res sit gravis, nec ne, iudicandum esset in favorem iudicis. Et ut cognoscere possimus quando excommunicatio sit lata, quando vero ferenda, sciendum nobis est, quod quoties in sententia dicitur, Sit excommunicatus, vel ipso iure, vel ipso facto, vel mox, vel omnino, vel statim, Similiter si dicitur, decernimus, aut declaramus subiace re excommunicationi vel anathemati quisque tale quid fecerit, intelligitur sententia lata. Quando autem in sententia dicitur excommunicetur, vel quid simile per verbum futuri temporis, intelligitur sententia ferenda. De qua re oportet videre Syluestrum verbo excommunicatio primo & ibidem dubio. 8. docet, quod quotiescumque aliquid sub excommunicatione praecipitur, nisi aliquid

Syluest.

aliud apponatur in sententia, semper intelligere debemus sententiam comminationariam & ferendam esse, non autem latam. Quo circa, eum, qui tale quid prohibitu commiserit siue mortaliter peccet siue non, nondum excommunicatus esse, tenere debemus.

Animadvertere tamen opus est circa hanc conclusionem, aliter faciendam esse admonitionem a iure, & aliter ab homine antequam feratur excommunicatio: nam ante excommunicationem quae fertur a iure, non requiritur ut admonitio sit bina vel trina, nec aliqua peculiaris praeter generalem monitionem iuris, ut incurratur excommunicatio: ut patet de illo, qui ingreditur monasterium monialium, vel si percutiat clericum, quia cum iuris admonitio sit solennis, ipsa valet pro trina. Quocirca, qui contra admonitionem huiusmodi generalem peccatum committit, eo ipso excommunicationem incurrit. At vero dum ferenda est excommunicatio a iudice, propter maturitatem iudicij quae ante excommunicationem est necessaria, oportet ut per trinam monitionem exploretur, an tanta sit subditi inobedientia ac contumacia, ut digna sit excommunicatione, quod quidem luculenter ac perspicue ex illo Matth. loco citato, colligitur.

Si peccaverit in te frater tuus &c. Vbi dominus praecipit: ut prius priuatum fratrem corripiamus, & si tunc non audierit, iubemur denunciare ecclesiae. Est etiam expressè. 26. q. 7. c. Omnes decimas dare nolentes, secundum domini praecipitum admoneantur semel, secundo & tertio: qui si non se emendauerint anathematis vinculo feriantur. Praequiritur ergo trina monitio, ad hoc ut iudex quempiam excommunicare possit. Et sic quotiescumque in iure est fermo de monitione praemittenda, de trina intelligendus est.

Unde iudices huiusmodi monitiones praetermittentes: secundum Innocentium, 3. in concilio Lateranen.

teranen. cap. Sacro. de sen. excom. & secundum Innocentium, 4. in concilio Lugdunensi. c. cum medicinalis, eodem titulo lib. 6. interduntur ingressu ecclesiae per mensam, & alijs poenis si visum fuerit, multandi sunt. Quo fit, ut neutiquam eis liceat hunc ordinem, nempe quod monitiones istae seorsum fiant, non seruare, nisi quando causa urgentissima instaret: ut cum clericus in sacris repente in supplicium arriperetur. Pesimè namque faciunt, qui quacunque occurrente causa, vnam pro tribus sine interuallis competentibus adhibet, & quia intentio iuris impeditur, quae fuit, ut locus & tempus reo respiciendi daretur, priusquam excommunicaretur.

Mat. 18

¶

Con. Late. Con. Lug.

teranen. cap. Sacro. de sen. excom. & secundum Innocentium, 4. in concilio Lugdunensi. c. cum medicinalis, eodem titulo lib. 6. interduntur ingressu ecclesiae per mensam, & alijs poenis si visum fuerit, multandi sunt. Quo fit, ut neutiquam eis liceat hunc ordinem, nempe quod monitiones istae seorsum fiant, non seruare, nisi quando causa urgentissima instaret: ut cum clericus in sacris repente in supplicium arriperetur. Pesimè namque faciunt, qui quacunque occurrente causa, vnam pro tribus sine interuallis competentibus adhibet, & quia intentio iuris impeditur, quae fuit, ut locus & tempus reo respiciendi daretur, priusquam excommunicaretur.

¶

5. conclus.

Sed consequenter oritur hic dubium non contemnendum, vtrum haec trina monitio sit de essentia excommunicationis, ita ut excommunicatio lata sine canonica monitione, ipso iure sit nulla? Pro hoc dubio sit quinta conclusio in ordine negatiua, scilicet: quod illa trina monitio, vel vna cum interuallis, non est de essentia excommunicationis. Probat, nam pontifices in locis citatis non dicunt excommunicationem illam quam non praecedit trina monitio, irritam esse & inanem, sed iubent ad superiorem recurrere, qui illam irritet, si aequum iudicauerit. Quamuis namque sit praecceptum de isto ordine seruando in euangelio, non tamen taliter, ut si eo praetermisso, feratur excommunicatio, non liget ac valida sit. Nec euangelium praecipit trinam monitionem praemittere ante excommunicationem, sed quod praemittatur ante publicationem, ac denunciationem peccati secreti.

¶

Conclusio ista intelligenda non est de excommunicatione quae aduersus communicantes cum excommunicatis fertur, quia de hac expresse cauetur in cap. Statuimus, & in cap. Constitutionem de sententia excommunicationis libro sexto. ne participantes cum excommunicatis innodentur excommunicatione ma-

iori antequam canonica monitio praecedat, quod si secus factum fuerit, ipso iure excommunicatio sit nulla. Quod notat illic glossa communiter recepta, & huius rationem esse arbitratur Ioannes Maior in. 4. sententiarum. distinctione. 18. quaestione. 3. quia cum seculo contemptu, venialem tantum & non mortalem contrahat culpam communicans cum excommunicatis, hinc fit, illum ante canonica monitionem, per cuius inobedientiam peccet mortaliter, excommunicari non posse. Et licet haec ratio non concludat, cum & is qui mortale crimen absque vilo dubio commiserit nequaquam possit maiori excommunicatione ligari ante canonica monitionem: satis tamen nobis est, quod haec sententia est omnium theologorum & canonistarum consensu receptissima. Ex dictis aperte colligitur intelligentia illius capituli. Qui communicauerit. II. quaestione. 3. vbi dicitur, Si laicus est, excommunicetur, si clericus deponatur. Non enim textus ille loquitur de excommunicatione minori, sed de maiori: quia minori iam erat excommunicatus per hoc, quod cum excommunicato communicabat. Ex quo aperte elicitur, ut excommunicationis laicus, & clericus depositionis poena innodetur, canonica monitionem praecedere oportere.

Sed iam quod trina monitio non est de essentia excommunicationis, merito in dubium reuocatur, vtrum saltem aliqua monitio sit de essentia? Cui dubio hac sexta conclusione respondetur. Pro nullo peccato praeterito quatumvis grauissimo & enormissimo potest excommunicatio ferri sine praui monitione: imò adeo aliqua praui monitio est de essentia excommunicationis, ut absque illa excommunicatio sit nulla. Quamuis enim qui commisit crimen, violet diuinum ius, & Deus damnatione aeterna eum condemnet: non tamen est excommunicatus, sed hanc auctoritatem ferendi censuram ecclesiae commisit, ad-

Ioan. Ma.

¶

¶

6. Conclu.

uer-

uerfus eum dumtaxat qui eam non au-
diret: sed nullus dicitur Ecclesiam nō au-
dire, nisi fuerit ab illa præmonitus. Scio-
tamen Caietanum in. 2. 2. quæstione. 69.
articulo. 2. tenere contrarium huius no-
stræ sextæ cōclusionis, nempe quod po-
test quis pro peccato præterito com-
missio sine præuia monitione excommu-
nicari absolute, & non solum sub condi-
tione, si non restituerit. Tenenda tamen
est nostra sententia tanquam probabili-
or de mente Dominici à Soto.

Soto.

7. Concl.

Septima conclusio. Ecclesia habet in
vfu eum excommunicare qui aliquid
furatus est, nisi restituerit, aut eum qui
iniuriam intulit, nisi satisfecerit, & quam-
primum restituerit, debet absolui. Hinc.

D. Grego.

intelligendus venit Gregorius, qui in. c.
Quidam maligni. 5. quæstione. 1. excom-
municauit quendam secretum infama-
torem, qui libellum in publicum edide-
rat. Non enim illic Gregorius excogi-
tauit excommunicare pro crimine com-
missio præcisè præterito, sed iussit vt ille
diffamator se proderet, & vel ad probā-
dum verum esse crimen illud, quod im-
posuerat, vel vt faceret quod ipse iure di-
uino & naturali facere tenebatur. ¶ Si
aliter famam alterius, quæ per libellum
famosum ablata fuerat, neutiquam ple-
ne restituere posset, & nisi periculum ei
capitis immineret, & quia tunc non te-
neretur se prodere nisi fama diffamati
multo magis præponderaret, quam dif-
famatoris vita, præcipue si illius fama,
maxime esset reipublicæ proficua ac ne-
cessaria, quia tunc quantum ego cogita-
re possum, etiam cum periculo capi-
tis se prodere teneretur si aliter famam
illam sublatam resarcire nequiret. ¶ Et
id circo præcipit summus pōtifex, vt à sa-
cro sancta eucharistia abstineret, quous-
que satisfaceret. Quia enim erat in pec-
cato mortali, abstinere tenebatur. Itaq;
nunquam excommunicatio fertur sub
his verbis, Quia hoc fecisti: sed nisi hoc
feceris, vel, Quicumque hoc crediderit,
dixerit aut fecerit, vt à iure excommu-

nicantur hæretici, percussores clerico-
rum, &c. Ex dictis in hac cōclusionione eli-
citur, non esse ferendam excommunica-
tionem pro futuris culpis, nisi vel culpa
vel offensa præcesserit. ¶ Probat, tū,
quia in Euangelio Matthæi. 18. solum di-
citur, si te non audierit, dic ecclesie, & si
ecclesiam non audierit, sit tibi sicut eth-
nicus: tum etiam, quia in capit. Romana
ecclesia, de sententia excommunicationis
in. 6. habetur quod pro præteritis,
vel præsentibus culpis nullus in genere
excommunicetur absque competentis
monitione præmissa, & qui contra præ-
sumpserit, iniustam nouerit esse senten-
tiam illam. ¶

Matth. 18.

III. D I F F I C V L T A S.

*Vtrum pro temporali damno iuste pos-
sit homo excommunicari?*

C Vicunque exactè perpendenti di-
cta in difficultate immediatè præ-
cedenti, maximè in septima conclusio-
ne facilis erit præsens quæstio. Siquidè
in ea diffiniuimus, Ecclesiam pro more
habere excommunicare latronem ac fu-
rem, nisi restituerit. Ex quo aperit elici-
tur conclusio affirmatiua ad hanc quæ-
stionem responsiua: videlicet quod pro
temporali dāno ecclesie illato aut pro-
ximo, modo grauitas materiæ & pretiū
operis mortalem culpā inducat & mo-
do non sit debitor notus ac debitum no-
tum, potest ecclesia excommunicare, ni-
si restituat. Conclusio ista est omnium do-
ctorum sententia, calculoque approba-
ta. Et ratio est manifesta, quia cum nul-
lus, vt dictum est, excommunicari de-
beat, nisi pro peccato mortali, & in dam-
nificando aliquem corporaliter & in re-
bus temporalibus mortaliter quis pec-
cet, & contra charitatem faciat: conse-
quens est, vt pro damno temporali illa-
to, Ecclesia aliquem excommunicare pos-
sit. Istam rationem facit D. Tho. in addi-
tio.

Concl.

tio. 3. part. adiectis. quæstione. 21. artic. 3.
Ex prima conclusione apposita in con-
clusionione euidenter elicitur, quod quam-
uis percussores clericorum sint excom-
municati, & qui sanguinem in ecclesia
effuderint: nihilominus si pueri clerici
corrixantes se percutiant in ecclesia mu-
tuo, ac sanguinem ex naribus vel ex alia
corporis parte eduxerint in parua copia,
non ideo censendi sunt in canonem, si
quis suadente incidisse. Ex secunda verò
conditione liquido quoque inferitur, mi-
nimè locum habere excommunicationem,
vbi est alia via possibilis ad recupe-
randum rem sublatam, nempe quando
cōstat quis eam substulit, ac probari po-
test duobus testibus. Exigitur præterea,
vt res quam quis clam accepit sit aliena:
secus si propria esset, & alia via eam re-
cuperare nequiret, quam accipiendo
clam: nam proculdubio tunc quantum-
cumque excommunicationis cēsura fe-
ratur, nequaquā eam incurreret. Vnde
ferui qui acceperunt aliquid à dominis
suis: si dominus illis alias debebat, nō in-
currūt excommunicationem, quam do-
mini eorum legere faciunt in ecclesia.

V. D I F F I C V L T A S.

*Vtrum qui ignorat inuincibiliter ex-
communicationem, & committit
factum quod est prohibitum per il-
lam, incidat in eam?*

VT magis perspicua lucidiorque
fiat præsens quæstio tres distin-
ctiones præmittere opus est, & earum
prima sit, quod ignorantia alia facti, alia
verò iuris, esse contingit. Rursus ignorā-
tia iuris, alia est statuti iudicis ordinarij,
alia autem iuris communis. Postremo,
ignorantia tam facti quam iuris, & po-
test esse vincibilis, & inuincibilis atque
inculpabilis. Inuincibilis dicitur quam
quis non valet nec tenetur vincere, vt
cum quis facit quod in se est, scilicet, cū

A gens plebeia audit prædicatores, & ad
huc laborat ignorantia: vincibilis au-
tem ac culpabilis est ignorantia, cum
quis non facit quod in se est, vt denude-
tur illa. Prima ergo conclusio est. ¶ Si
ignorantia adeò est inuincibilis, vt actū
à peccato mortali excuset, qui illum
agit nō incurrit excommunicationem.
Probat, quia cum nullus vinculo ex-
cōmunicationis innodetur nisi pro pec-
cato mortali, & huiusmodi ignorantia
laborans non peccet mortaliter, vt quā-
do duo matrimonium in gradu prohi-
bito cū ignorantia inuincibili facti, quia
nesciunt se consanguineos esse, contra-
hant, sit, vt sicut à peccato excusantur,
ita & ab excommunicatione contra eos
lata in Clemen. Eos qui. de consanguini-
tate & affinitate, & à suspensione, irre-
gularitate, atque à quacunque alia cen-
sura ecclesiastica imposita pro culpa.
Quod dixerim, vt irregularitates quæ
propter significationes incurruntur, ex-
cipiam. ¶

1. Concl.

¶

Secunda conclusio. Quotiescunque
aliquis committit aliquod factum pro-
hibitum per excommunicationem, si
illud inuincibiliter ignorat, licet peccet
mortaliter: non tamen incurrit excom-
municationem. Hæc conclusio habe-
tur expresse in capit. Si verò in. 2. de sen-
tentiæ excommunicationis, vbi dicitur,
quod si quis percussit clericum existen-
tem in habitu seculari, quem ignorabat
esse clericum, anathemate non lēditur.
Et ratio est aperta in cap. 2. de constitu-
tione. Rem quæ culpa caret, in damnum vo-
cari non conuenit. ¶ Ratione etiam
aperta probatur, quia cum huiusmo-
di excommunicatio sit lata ad facile-
gium contra personam ecclesiasticam
commissum puniendum sit, vt quan-
tumuis peccato homicidij mortaliter
peccet, non ideo sit excommunicatus. ¶

2. Concl.

¶

D

E

E

¶

Tertia conclusio. Quandiu quis
excommunicationem à iudice ordi-
nario latam inuincibiliter ignorauit,
Ii etiam

3. Concl.

¶

Ii

etiam

etiam si contra id quod prohibuit, faciatur, censuram nihilominus non incurrit. Ut dum fertur excommunicatio aduersus eum qui furtum fecit, nisi restituerit: quando fur ignorat illam inuincibiliter, non innodatur vinculo illo excommunicationis. Conclusio ista est expressa in cap. vt animarum, de constitu. lib. 6. vbi dicitur, Ignorantes inuincibiliter sententias iudicum ordinariorum, nolimus obligare: contra verò in vniuersum est verum, quod si est ignorantia crassa & culpabilis, contra faciens excommunicationem incurrit, & similiter excommunicationem latam à summo pontifice. Nam excommunicatio lata à Papa non comprehenditur sub hac tertia conclusione, nec de ista conclusione est aliquod dubium apud doctores. Et hæc lex condita fuit aduersus frequentiam excommunicationum, quas quoti die ordinarij ferunt, & extenditur non solum ad eos excusandum, qui agunt id quod iure humano prohibitum est, sed iure etiam naturali, quod quidem ex eo liquido constat, quia textus loquitur de excommunicatione lata contra fures. Et probatur adhuc euidenter, quia cum lex illa sit pœnalis, non ampliari, sed restringi oportet. Sed tota controuersia est de ignorantia iuris communis, vt si quis percutiat clericum sciens illum esse clericum: ignorat tamen inuincibiliter excommunicationem appositam esse in iure contra percutientes clericos: an maneat tunc excommunicatus? Et quidem partem affirmatiuam, nempe quod & si ignoret inuincibiliter ius ecclesiasticum, quo sub excommunicationis censura prohibetur factum aliquod, factum est tamen, vt incidat in excommunicationem, vt sciat factum illud iure diuino vel naturali esse inuincibile. Tenet Scotus in 4. distinctione. 6. quæstione. 8. cui subscribit Adrianus in quæstione. 3. de clauibus. Ponit tamen distinctionem quãdam, videlicet quod dum aliquid sub censura excommunicationis iure prohi-

betur, quod antea per se licitum erat, ignorantia inuincibilis censuræ excusat ab illa. Vbi verò inhiabitur id quod alias erat iam lege prohibitum, licet ignoretur ea non ecclesiasticus in quo ponitur excommunicationis censura contra faciens nihilominus incurrit illam. Ex canonistis nonnulli etiam tenent Scoti sententiam: glossa in cap. A nobis. de sententia excommunicationis. Ioannes Andre. super dicto cap. vt animarum. & Bartholus super l. Cunctos populos. C. de summa trinitate. & Caieta. etiam in summa, vbi sigillatim de excommunicationibus tractans quando aliquem ab excommunicatione excusat non est nisi propter ignorantiam criminis, aut facti, non autem propter ignorantiam canonis, aut iuris, vt est videre apud illum capit. 12. Tandem eam amplectitur Cardinalis Turrecremata super cap. Quibus. de consecratione. distinctione. 4. & II. quæstione. 3. cap. Si presbyter. Et quamuis opinio hæc sit probabilis, probabiliorem tamen reputat contrariam Dominicus à Soto in 4. distinctione. 22. quæstione. 1. articulo 2. quam Panormitanus super titulum eodem cap. A nobis. & Antoni. 3. par. titu. 23. capit. 33. quos Summistæ sequuntur, vt Syluest. verbo, Excommunicatio. 2. & ultimo, vtrobique. §. 3. & summa Ange. & Rosela, & Alfonso à Castro. 2. libro de lege pœnali. cap. 14. & Nauarro in Manuali. cap. 23. num. 45. Quorum sententiæ libentissime adhæreo: scilicet, quod qui ignorat inuincibiliter ecclesiæ mandatum sub censura excommunicationis latam, etiam si sciat, factum esse aliis illicitum, & illud committat, censuram non incurrit. Probat luculenter Soto, nam autoritas excommunicandi non est in ecclesia, nisi in illum qui ei non obedit, vt ex euangelio constat: quia nemo excommunicari potest nisi propter inobedientiam, vt patet. c. Nemo episcoporum. II. q. 3. & Matth. 18. c. Si ecclesiam, inquit, non audierit, sit tibi sicut ethnicus. & capit. Iudex autem neminem obligare potest, nisi

nisi per legem & iustitiam: quotiescunq; ergo confiterit iudicem quid contra legem præcipere, nulla est præcepti obligatio, nec est inobedientia aut contumacia. Qui autem ignorat iussa ecclesiæ, nullatenus est ei inobediens, nec dicitur eam non audire: quia qui canonem ignorat contra eum agendo, minimè eius conditorem offendit: & ideo non incurrit censuram. Aliud est enim non audire Deum, & aliud non audire ecclesiam. Quamuis nanque quis non audiat Deum transgrediendo ius diuinum & naturale, non ideo excommunicatur. Requiritur nanque vt quis excommunicetur, quod non audiat ecclesiam. Nec nocet id quod obijcitur ab Adriano ex capit. Cum illorum. de sententia excommu. vbi Papa quosdam reprehendens, qui propter iniectioem manuum in clericos excommunicati, ordines suscipere non formidabant: & determinauit illic pontifex, quod si sciebant se esse excommunicatos, perpetuo ab ordinibus deponerentur. Si verò ignorabant vel factum, quia non recordabantur delicti, vel iuris, tunc dicit quod poterat dispensari cum illis: ergo erant excommunicati etiam ignorantes. Non, inquam, nocet, nam illic vt bene ait doctissimus Soto, non loquebatur Pontifex de ignorantia inuincibili, vt existimat Adrianus, sed de vincibili & crassa, quæ non excusat, idque ex eo probatur quia loquitur illic indiscriminatim de ignorantia facti & iuris. At verò de ignorantia facti inuincibili nemo dubitat, quin excuset. Cum ergo cenfer illos excommunicatos, manifestè loquitur de ignorantia vincibili. Nec nocet, quod confessarij non interrogant pœnitentes, an sciant excommunicationem esse latam an non, sed tantum an fecerint actum per excommunicationem prohibitum. Non, inquam, nocet, quia quando non constaret ipsos habuisse ignorantiam inuincibilem, interrogandi essent. At verò non frustra sententia intelligenda est quando

A confessarius scit pœnitentem excommunicationem inuincibiliter ignorare, vt si Indus vel rusticus clericum percussit, &c. Ad aliud argumentum quod solet fieri, quia leges tam diuinæ quam humanæ ligant quo ad pœnam, illamque infligunt, etiam si pœna ipsa ignoretur, pari ergo ratione excommunicatio etiam si ignoretur, incurritur. Ad hoc, inquam facile respondetur, nam iudices pœnam legis infligunt, eo quod præsumunt post sufficientem promulgationem illius, neminem illam, nec pœnam in illa appositam ignorare. Cum enim non iudicet de occultis, non tam rei veritatem, quam iuris præsumptionem attendunt. Non obstat vltimo id quod obijcit, quod licet quis ignoret pœnam civilem: nempe, quod homicida, vel fur est reus mortis, nihilominus qui huiusmodi peccata committit, incurrit pœnam: & idem est de irregularitatis censura ecclesiastica. Quamuis enim quis ignoret ius, quod excommunicatus celebrans, efficitur irregularis, attamen si celebrat, irregularitatem incurrit: pari ergo ratione licet quis ignoret censuram excommunicationis latam, cum faciat opus alias illicitum, incurrit illam. Non, inquam, obstat, quia longe alia ratio est de excommunicatione, quãdoquidem ceteræ pœnæ absque illa inobedientia ac contumacia incuruntur eo quod sequuntur naturam delicti, cui per legem decretæ sunt, licet lex illa pœnalis ignoretur: vt licet ignoretur lex præcipiens, vt quicumque inciderit in hæresim, amittat dominium suorum bonorum: attamen verè incidit in illam pœnam, quamuis non teneatur in conscientia statim commissa culpa à se abalienare & tradere filio bona sua, vsque ad condemnationem iudicis. Et sic est de alijs pœnis, quæ applicantur culpis in legibus, vt eleganter probat Dominicus à Soto lib. 1. de iust. & iure. quæstione. 6. articulo. 6. contra Panormit. & Alfonso à Castro. At excommunicatio neminè ligat, nisi inobedientem

dientem ac præmonitum. Quo fit, vt si ignoretur talis celsura, non incurratur. **E** Ad cautelam tamen quoties huiusmodi casus se obtulerit cõsulerem ego debere confessarium illum, qui actũ sub excommunicationis censura prohibitũ commisit, absoluerit ab ipsa excomunicacione. **¶** Ex quo rursus elicitur, quod si aliquis cõfessor absolueret ab aliquo casu, quem denuo summus Pontifex reseruasset (sicut accidit cõtinuo) antequã ad eius notitiam perueniret, nõ ideo excommunicationem incurreret, quã Papa ferret aduersus illos qui ab illo crimine absoluerent: quia ignorantia inculpa bilis eum excusat.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum excommunicatio iniuste lata nullius sit effectus?

PRO huius difficultatis elucidatione bimembrem distinctionẽ præmittere opus est: videlicet, quod bifariã potest esse excommunicatio iniusta, per accidens & per se. Excommunicationẽ iniustam per accidens & extrinsecus appellamus illam in qua defecit ordo iuris, qui non est de essentia: vt quando nõ præcedit trina monitio, aut vna pro tribus cum legitimis interuallis, saltẽ duorum dierum inter vnam monitionem & aliam: licet præcedat monitio aliqua, aut non profertur in scriptis, aut cũ non sana mēte, sed ex odio vel ira, pretio vel prece iudex illam profert. Illam verò excommunicationem iniustam appellamus per se, & intrinsecus, in qua vel causa non est iusta, & vt si quis pro crimine quod non commisit excomunicetur, **¶** vel quia iuris ordo fuit prætermisus, qui sic est de essentia, vt prætermisus illam annullat, vt dictum est, de excommunicatione maiori quæ fertur contra participantes, quæ non tenet ante monitionem canonicã. Hac distinctione sic præ-

A habita, sit prima conclusio. Excommunicatio iniusta per accidens si nullo alio vitio polluitur, est valida, & habet verũ effectũ. Conclusio ista præter hoc quod est receptissima omnium doctorum cõsensu, habetur in cap. Sacro, extra de senten. excomm. & in cap. Cũ medicinalis. eodem titul. lib. 6. Et ratione probatur, nõ corruptio illa mentis iudicis, non tollit, quin sententia feruet æquitatẽ iustitiæ, quæ inter homines est necessaria. **B** Secunda conclusio. Excommunicatio iniusta per se & intrinsecus, si ille error vel in causa vel in ordine tantus est, vt sententiam annullat, nullum habet effectum, aut excommunicationis vim: vt si feratur pro veniali peccato.

Sed animaduertere oportet, vt melius hanc secundam conclusionem intelligamus, quod sententia excommunicationis nullus modis potest contingere quod sit nulla, quos ponit Paludanus in. 4. distinctione. 18. quæstione. 1. articulo. 4. & Syluester verbo, Excom. 1. §. 1. de quibus erunt propositiones sequentes. Prima, Excommunicatio illa est nulla, quæ fertur à iudice non habente authoritatem & iurisdictionem. Hæc conclusio habetur in cap. Nullo. de Parro. & cap. At si clerici de iudic. Quo fit, vt si episcopus religiosum excommunicet, vel quempiam alium non sibi subditum, excommunicatio huiusmodi sit nulla. Sequitur secundo, quod excommunicatio lata à iudice excommunicato, est nulla. Ita tenet glossa in cap. Audiuimus. 24. quæstione. 1. Intelligendum tamen est hoc corollarium, cũ iudex est excommunicatus publicè, & denunciatus vel suspensus vel schismaticus, vel si est delegatus, & si nes mandati excelsit, vt patet de restitu. spoliatorum. cap. vlti. Ita nanque eliciunt doctores ex cap. Quia. de conce. præbenda. De qua re agit Syluest. verb. Excom. 2. casu. 2. Ex parte quoq; excomunicatis est excomunicatio nulla, cũ non habuit intentionem ligandi. Ita tenet Panorm. in cap. Ex parte. 1. de offi. ordi. & Syluester

Pri. cõclus.

2. conclus.

Palud.

Sylue.

1. Conclus.

Syluest.

Panorm.

ster

Syluest.

Aster in verbo Excom. 2. casu. 14. Quod quidem deprehendere facile erit: cum rem parui momenti ac pretij fieri præceperit sub excommunicationis pœna. Potius nanque tunc comminatio dicenda est quàm excommunicatio. Vnde, talis excommunicatio nullatenus timenda est: non enim credibile est, episcopum voluntatem excommunicandi habuisse pro re leui. Idem omnino fateri oportet, cũ ille ad cuius instantiam iudex fert excommunicationem, non habuit intentionem, vt excommunicatio à se petita liget aliquem vel aliquos. Iudex enim non habet maiorem intencionem ligandi, quàm persona ad cuius instantiam fert excommunicationem. Quocirca, securi sunt filij & propria vxor, ab excommunicatione lata ab ecclesiastico iudice ad instatiã mariti, vel parentis pro furtis: quia nunquam præsumendus est pater, vel maritus, quod tam acri spiritali mucrone, aut vxorem aut filios fauciare vellet. Eodem modo fatendum est, quod quando iudex præcipit sub excommunicationis censura alicui debitori, vt infra anni vel mensis vnus spacium restituat: si creditor ante temporis istius finem proroget atque differat solutionis tempus: non dubium quin & si debitor non soluat intra tempus à iudice signatum ac taxatum, non incidat in excommunicationem. Ratio est, quia iudex intendit ligare secundum creditoris intentionem, vt dictum est. **E** Est insuper excommunicatio nulla si post legitimam appellationem feratur. **¶**

B Secunda conclusio. Ex parte excommunicati potest contingere tribus modis, vt excommunicatio non habeat effectum. Primo, cũ rem pro qua fertur excommunicatio, restituere non valet. Conclusio hæc est euidens, siquidẽ neminem ad impossibile teneri, omnibus compertum est. vt patet in capi. Nemo. de regul. iuris. lib. 6. Est tamen conclusio sanè intelligenda: nempe cum omnino non habeat vnde soluat, vel cum licet

A aliquid habeat: tamen restituendo manet in extrema necessitate, vt videtur tenere Syluest. verb. Excommunic. 2. §. 4. **Syluest.** dubio. 12. At verò quando absque hoc quod ad talem necessitatem deueniat, potest rem alienam quam inuito domino retinet, vel partem restituere, tenetur id facere etiam cum detrimento aliquo victus & vestitus. Item, quãdo ob talem necessitatem restituere non valeat, quã primũ potuerit, tenetur: alioquin ipso facto incidit in excommunicationem prius latam, quia semper durat censura illa. Quod si tempore quo lata fuit excomunicatio, non deerant illi opes & non restituit, licet postea ad egestatem deueniat, semper excommunicatus perseuerat quoad ecclesiæ forum, quamuis quoad Deum contingat esse in gratia.

C Secundo, ex parte excommunicati potest quoque contingere, vt excommunicatio non habeat effectum, vt si non sit agens eliciens seu exercens illam actionem, pro qua fertur excommunicatio à iure vel ab homine, vt si excommunicatur occidens Christianum, excommunicatus est qui occidit: non autem ille qui mandauit occidere. Conclusionem hæc ponit Caieta. in summa, verbo, Excommunic. à principio, quam ostendit illic manifesta ratione, quia in iure duntaxat eliciens seu exercens dicitur verè agere: consulentes autem aut mandantes solũ dicuntur interpretatiue facere. In cuius signum quando canonum cõditor vult comprehendere non solum faciẽtes sed cooperantes, extendit apponendo, Quã docunque, & quicumque dederit consilium, auxilium vel fauorem. quãdoque, Et quicumque mandauerit, quandoque, Et qui fuerit mediator. Ex his enim & similibus appositionibus, inquit Caiet. significatur, quod nisi huiusmodi appositiones fierent, solũ facientes essent excommunicati. Verũ est tamen, quod cũ excommunicatur religiosus, dicẽs aliquid vt retrahat audientes à solutione decimarum debitarum ecclesijs, non

exigitur, vt illud dicere consummetur ad effectum retractionis à solutione de cimarum, vt scilicet ex illo dicere, audiens retrahatur à solutione, ad hoc vt talis religiosus incurrat excommunicationis censuram. Ratio est, quia tale dicere excommunicationi subijcitur per modum cuiusdam actionis secundum se, & non per modum extensionis, seu cooperationis. Fuisset autem per modum extensionis, si canon excommunicaret principaliter non soluentes decimas, & accessorie dicentes ad retrahendum, & sic de similibus.

Tertio, Cum præcipitur omnibus & singulis sub excommunicationis censura, vt denuntient quemcunque nouerint, vel audierint, tale vel tale crimen commississe, & adhuc in multis casibus scientes, non innodantur huiusmodi censura, quamuis illud, non reuelent, quorum primus est, cum iam fuerit proximus emendatus de tali crimine.

1. Casus.

2. Casus.

Secundus, quando licet non sit emendatus, sola tamen correctione fraterna est spes, quod emendabitur. Quando enim prælatus præcipit, vt sibi unusquisque dicat, quod scit correctione indigere in proximo, intelligendum est sanè præceptum: scilicet, saluo ordine fraternæ correctionis: siue præceptum fiat communiter ac generaliter ad omnes, siue ad aliquem specialiter, vt dicit Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 33. articulo 7. ad 5. Ex quibus manifestè infertur, quod si quis commisit furtum omnino occultum, taliter, vt non ostendatur per indicia aliqua, aut infamiam, vel suspiciones, si dentur literæ excommunicatorie à iudice, quod quicumque sciuerit vel audierit, denunciet, non dubium quin tunc scientes priusquam denuncientur huiusmodi male factores, teneantur eum admonere, vt restituat. Quod si peccatum est secretum, & vergit in detrimentum boni communis, & pestiferum est reipublicæ, vt si quis vult ciuitatem incendere, aut eam prodere, tunc enim

D. Thom.

A distinguendum est. Enimvero si ille qui rescuerit, certissimus omnino sit, quod per suam admonitionem sic frater respiciet & emendabitur, quod damnum publicum omnino cessabit, necessaria est admonitio, & hoc non solum lege charitatis, verum etiam iustitiæ, quia pestilens ille scelerosus adhuc habet possessionem sui honoris, & ob id si satis potest succurri malo publico sine eius læsione, non est in publicum traducendus. Si verò non sit omnino firmitate certissimus, quod sua proderit admonitio vel sit in mora periculum, ilico oportet ad denunciationem procedere, & ad iudices aduolare, vt huiusmodi nocentium impediatur. Imò & ad accusandum, si existerent idonei testes ad probandum. In hoc nanque differunt denunciatus & accusatus: quod denunciatus non tenetur probare, sed iudex habita denunciatione, tenetur inquirere. At vero accusans, tenetur probare crimen: deinde denunciatio illuc tendit, vt correctus frater corrigatur ac emendetur. Accusatio verò ad hoc innititur, vt reus puniatur, idque præsertim in bonum publicum, vt status Reipublicæ tranquillus & quietus conseruetur: unde denunciatio fraterna est criminis delatio ad prælatum veluti ad patrem correctionis gratia. Accusatio verò est criminis delatio ad iudicem veluti ad personam publicam vindicationis gratia. Et pariter si imminet periculum tertie personæ, quia vult quis proximum interficere, si non constiterit, quod possit illi malo aliter obuiari: scilicet admonitione secreta, statim tenemur huiusmodi hominem apud prælatum denunciare, quia tenemur innocentem defendere.

E Sed annotare oportet, quod primum membrum distinctionis de peccatis quæ vergunt in nocentum boni communis, intelligendum venit, quando corripies esset vir magnæ authoritatis & efficacis, & proditor ciuitatis aut hæreticus ediuerso esset homo timidus & cor-

rigibi

rigibilis, ita vt corripienti compertissimum ferè sit, per talem admonitionem secretam hæretico atque reipublica latius consultum fore: alioqui consulendum non est secretè correctioni, sed tutius est, vt confessum denunciatur, maxime si sit hæreticus dogmatizans, quia per quam rarè accidit vt priuatus homo possit ab eò succurrere huiusmodi contagionibus, vt bene annotat Dominicus Soto. lib. de ratione tegendi secretum, membro. 2. quæst. 4. Et eandem sententiam sequitur Alphonsus à Castro. lib. 2. De iusta hæreticorum punitione. cap. 25. & Iacobus Septimacensis in libro de institutionibus catholicis cap. 42.

soto.

castro.

Iacob. Sep.

3. casus.

Nauarro.

4. casus.

5. casus.

3. Concl. u.

Syluester.

Tertius casus. Si persona à qua audiuit sit talis conditionis, vt minime ei sit abhibenda fides. Hunc casum ponit Nauarro in manu. capite. 26. numero. 46.

Quartus casus. Quando qui scit aut audiuit, scit certò iam denunciatum esse prælato, vel facit vt ille à quo audiuit denunciaret, itaque faciat vt vadat ad denunciandum, tunc etiam huiusmodi homo non incurrit excommunicationem, quamuis illud non reuelat.

Quintus & vltimus est, in quo etiam excommunicatio est nulla ex parte excommunicati, cum legitime in tempore appellauit, vt habetur de offi. delega. c. Cum contingat, & de senten. excom. c. per tuas.

Tertia conclusio. Ex parte excommunicationis potest esse nulla excommunicatio quinque modis. Primo, si contineat intolerabilem errorem & manifestum contra ius diuinum aut pontificium, vt si quis excommunicaretur aut pro re minima, aut pro re forte quæ esset virtus aut pro culpa quam manifestum est non habere: vt si aliquis excommunicetur pro debito quod omnibus est euidentis persoluisse, aut cum præcipitur ali quod malum vel impossibile, vt dicit Syluester. verbo. excommunicatio. 2. casu. 5.

Secundo, cum fertur contra tenorem priuilegiorum, vt habetur in cap. Quanto. de priuilegi. Ex quo aperte elicitur, non ligare excommunicationem latam ab Episcopo vt omnes audiant rem diuinam in cathedrali Ecclesia vel in suis parochijs. Habent enim religiosi priuilegia, vt audiendo missam in suis monasterijs, populus adimpleat præceptum de audienda missa in diebus festiuis & in dominicis: sicut habent, vt diximus, quod qui ipsis consentent, adimplent præceptum de confessione semel in anno faciendam.

Tertio, dum fertur excommunicatio sub aliqua conditione, non ligat quousque adimpleatur conditio, vt si feratur sub his verbis, Nisi Petrus infra annum soluerit, sit excommunicatus, de qua re videndus est Syluester. verbo syluester.

Excommunicatio. 2. casu. 35. Quarto, cum prætermissum iuris, qui sic est de essentia sententiæ, vt prætermissus, illam annullat, secundum dictum. cap. statuimus. & cap. Constitutionem de senten. excom. lib. 6. vbi præcipitur, quod participantes cum excommunicatis non excommunicentur excommunicabunt maiori ante monitionem canonicam, aliter excommunicatio non tenet.

Postremo, non innodatur vinculo excommunicationis quis, cum episcopi præceptum fregerit, præcipiens ne fiat, aut vetans aliquid sub excommunicationis poena, & idem est si fregerit canonem, aliquid prohibens aut præcipiens sub hac forma. Ratio est, quia verba illa tantum sunt comminatoria, & eodem modo, si iudex dicat, Qui hoc fecerit, priuetur, excommunicetur, euitetur. Omnia namque verba ista sunt de futuro, & significant, non quod transgressores sunt ipso facto excommunicandi. Ita tenet Syluester. verbo. Excommunicatio. 1. §. 4. dubio. 8. & 9. Sed est dicendum.

114 dum

dum, si iudex diceret, subiaceat excommunicati, vel sit excommunicatus, aut habeatur pro excommunicato.

4. conclu. Quarta conclusio. Ex parte actionis potest in super dupliciter contingere, vt excommunicatio non habeat suum effectum. Primo, quando non est consummata, vt si feratur excommunicatio contra occidentem Christianum: quantumcumque aliquis animo occidendi, mille vulnera lethalia Christiano infixerit, nisi mors sequatur, non erit excommunicatus: quia non est Christiani occisio consummata. Pari ratione, quantumcumque conuenit aliquis percutere clericum lancea, sagittis, lapidibus, nisi realiter & cum effectu clericum percutiat: non incurrit excommunicationem latam in canone. Siquis suadente diabolo, statutum contra percutientes clericos. Conclusionem hanc ponit Caiet. in summa, vbi supra. Et ratio illius est, quia manus violentę in seculo non est consummata: consummatum autem tactione ipsius clerici, & non aliter: & sic de alijs concludimus. Tandem, sententia quę aliquo isto rum modorum est nulla, non est timenda, eod quod non est sententia. Nam sententia nulla, non est sententia in foro conscientię sicut iniustum iudicium non est iudicium. Secundo, si excommunicatio feratur pro actu interiori, nempe, pro hæresi mentali aut simonia, eo ipso est nulla. Probatur, quia Ecclesia non habet potestatem puniendi actus interiores, nisi exterius aliquo modo prodeant. Quo fit, vt hæreticus, vel simoniacus mentalis nullatenus in excommunicationem latam à iure aduersus huiusmodi genus hominum incidat.

Sed dubium solet hic moueri, idque non contemnendum: vtrum quando ex parte causę sententia excommunicatio nis est iniusta, ex parte vero iuris iusta, habeat suum effectum: vt dum fertur aduersus illum qui secundum rei veritatem est innocens, secundum autem allegata & probata nocens? In hoc dubio partiti sunt doctores: quidam namque te-

net partem affirmatiuam: nempe, quod talis sententia est valida, & ligat in foro conscientię: itaque innocens tenetur illi parere sub poena excommunicationis, vt est Alexander Ales. 4. par. quæstio. 81. membro. 2. & Ricardus dif. 18. art. 3. quæst. 5. Durand. in 4. dist. eadem. quæst. 4. Palud. etiam ibidem. quæst. 1. art. 3. & Syluest. verbo. Excommunicata. 2. §. 2. Imò & D. Thom. expresse videtur hoc innuare in addi. 3. par. quæst. 21. art. 4. Itaque, secundum hos doctores, habet suum effectum, dummodo à legitimo iudice proferatur, & intolerabilem errorem non contineat. Omissa tamen hac sententia licet probabili, sit conclusio ad dubium responsiua, tenenda vt probabilior: videlicet, quod huiusmodi innocens in rei veritate non est excommunicatus, nec suffragijs & orationibus communibus priuatus. Hanc conclusionem tenet Caiet. in commentarijs. 22. quæst. 70. art. 4. ad secundum argumentum, & in quodlibet. 9. de effectu excommunicationis. Adrianus quoque in quodlibet. quæst. 6. est eiusdem sententię, & Soto in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3. Denique iam hæc est communis sententia in nostra theologorum schola. Vnde quantumcumque mille testibus innocens probetur nocens, minimè ipsum excommunicationem incurrit, nec sententiam illam aliquem effectum sortiri censemus, nisi forte propter scandalum. Aliter namque, ait Caiet. in purè moralibus vtuntur theologi huiusmodi nominibus iudicij & sententię, & aliter iurisperiti. Quia theologi solam rei veritatem contemplantes, non distinguunt inter iudicium iniustum & nullum: at verò iurisperiti non tam rei veritatem quam præsumptionem iuris attendunt, vnde distinguunt inter sententiam iniustam & nullam, dicentes, quod potest esse iniusta sententia, & nihilominus non esse nulla. Quod quidem si de sententia iniusta per accidens intelligant, verum dicunt: nosque id libentissimè fatemur: nepe, cum est iniusta, quia pro-

Alex. Ales. Ricard. Durand. Palud. Syluest. D. Tho.

1. conclu.

Caiet.

Adria. Soto.

E.

Caiet.

procedit ex odio, vel ira, vel prætermisso ordine iuris, qui non est de essentia: & tunc non est simpliciter iniusta, & ideo ligat. Sed tamen sententia quę per se est iniusta, primò ex parte causę, secundum rei veritatem non est sententia: & probatur aperte: nam in foro ciuili sententia prolata secundum allegata & probata contra innocentem, in foro conscientię non ligat, sed potest ille condemnatus subterfugere, dummodo non inferat vim ministris iustitię, & non soluere id ad quod condemnatus est, saltem si sine scádalo eximere se potest: ergo neque dum innocens excommunicatur, vlla est in rei veritate excommunicatio. Ecclesia enim non accipit potestatem lædendi in spiritualibus innocentem: imò illam multo minus accipit quam princeps secularis in temporalibus, eod quod pretiosiora sunt spiritalia temporalibus. Quare, non accipit potestatem excommunicandi, nisi pro peccato. Item, quia excommunicatio non nisi pro peccato mortali ferri potest: sed innocens nullum habet peccatum mortale, ergo excommunicari minimè potest. Præterea, Gela. Papa, cuius verba habentur. 11. quæst. 3. cap. Cui est illata, inquit, si sententia iusta non est, tanto curare eam non debet cui illata est, quanto apud Deum & eius Ecclesiam neminem potest grauare iniqua sententia. Præterea: quia cum Ecclesia sit piæ mater, neuiquam credendum est, quod vellet priuare hominem innocentem suffragijs suis. Postremò probatur, nam nullus iudex infert damnum innocenti nisi propter bonum & vtilitatem reipublicę. At verò nulla vtilitas sequitur Ecclesię, ex eo quod innocens priuetur suffragijs generalibus Ecclesię. Non ergo priuatur illis innocens per iniustam sententiam, quanuis ex parte iudicis non sit iniusta: eo quod iudicat secundum allegata & probata. Vnde, si veritas publicè iudici constaret, nullatenus illum innocentem condemnare posset.

E.

2. conclu.

Secunda conclusio. Sic excommuni-

ato innocenti licitum est ingerere se sacris & diuinis, per inde ac si non esset excommunicatus: nisi ex hoc oriatur scádalum, quod quidem oriri necessum est, si iniustitia non sit manifesta alijs. Tunc enim huiusmodi innocens publicè ingerendo se, peccat mortaliter: non tamen fit irregularis, etiam si sit sacerdos & celebret, nec incurrit poenam iuris. Quia in rei veritate nusquam fuit excommunicatus, vt dicit Palud. vbi supra, & Gabriel in 4. dist. 18. quæst. 2. Vnde, cum dicit, Grego. cuius verba habentur 11. q. 3. cap. Sententia, quod sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est: intelligitur, timendam esse non ex natura sua, sed ratione scádali: eo quod licet contineatur in sententia iniusta, non tamen est manifesta. Signanter enim D. Gregor. ait, iniustam sententiam esse timendam & non dicit seruandam, verum est tamen quod in foro exteriori reputaretur excommunicatus. Quocirca iudex illum à confortio aliorum excludere posset, ipseque ei ad eod obedire teneretur, vt si in publico & cum scádalo resisteret, minimè mortale peccatum effugeret, & idcirco quamuis non per se & directè, per accidens tamen ratione scádali in foro conscientię iudicis sententię parere teneretur. Vel intelligitur, cum sententia non continet intolerabilem errorem, sed aliquo modo est dubium, an sit iusta: tunc namque non est ipso iure nulla, ac proinde peccaret mortaliter, si sententię non pareret, efficereturque irregularis, si esset clericus & celebraret, quousque appellaret, vel recurreret ad alia beneficia iuris.

Palud. Gabri.

E.

D. Greg.

3.

Est tertia conclusio corollaria ex secunda, quod quantum ad hoc est valida ac obseruanda iniusta excommunicatio, quod tenetur sic excommunicatus non communicare in publico cum reliquis fidelibus: & ipsi tenentur illum euitare, tum ratione scádali, tum etiam ratione obedientię, quę debetur prælato in foro exteriori. Conclusionem hanc pro-

bat textus, quem pro sua opinione adducit Syluest. 11. quæst. 3. cap. Qui iustus. Qui iniuste excommunicatur, & si non sit ligatus quoad Deum, sententia parere debet, ne superbia ligetur. Ratio huius assertionis est, quia non est in facultate cuiusque examinare, utrum excommunicatio sit iusta vel iniusta. Quonia si huiusmodi facultas daretur priuatis si delibus, oriretur quotidie schisma & diuisio in Ecclesia. Quocirca merito prouidit Ecclesia, quod talis sententia feruetur, donec per superiorem diffinatur, an sit iusta an iniusta.

4. Concl. Quarta conclusio corollaria ex duabus præcedentibus est, quod quando euidenter constat, excommunicationem esse iniustam, quia iustam causam non habet: tunc ille qui excommunicatur, potest dicere missam in secreto: & scientes veritatem possunt similiter in secreto communicare cum illo & in diuinis & humanis. Hæc omnia expresse habentur in. quæst. 3. cap. Quomodo cap. Ir-ritam. cap. Si episcopus, & in multis alijs capitibus, in quibus plura Augustini, & Hieronymi dicta pro hac adducuntur sententia. ¶ Illa conclusio hac euidenti ratione ostenditur, quia licet ex vi præcepti Ecclesiæ teneatur huiusmodi excommunicatus tam in secreto quam in publico non communicare cum cæteris fidelibus in diuinis: attamen ex benigna interpretatione iuris, potest in secreto tam in diuinis quam in humanis communicare. Credendum nanque est, piam matrem Ecclesiam noluisse priuare filios suos bonis spiritualibus sine causa. Cum ergo communicando in secreto nullum sequatur scandalum, & constet de iniustitia causæ, ob quam lata fuit excommunicatio, consequens fit, ut sic excommunicatus possit communicare. Ex ista conclusione liquido eliciebatur, ante concilium Trident. quod cum quis contraxerat matrimonium clam cum prima, & postea duxerat secundam coram testibus: tunc si excommunicaretur, ut habi-

aret cum secunda, poterat in secreto secreto cluso scandalo, manere cum prima, & interesse sacris, ac recipere sacramenta. Imò si peregre proficisceretur, ubi minime in notitiam iudicis, neque eorum qui audierunt sententiam venire posset absque scrupulo posset se tuto tamquam non excommunicatum gerere, & publice recipere sacramenta, & communicare.

B De ijs qui excommunicare possunt.

VII. DIFFICULTAS.

Verum quilibet sacerdos possit excommunicare.

PRIUSquam quæstioni huic responderem, operæpretium fuit singularem Scoti opinionem in medium proponere, ne quis me illam ignorasse existimet, asserit nanque in. 4. dist. 19. quæst. 1. arti. 5. neminem præter solum Papam posse propria autoritate sic subditum excommunicare, ut ubique in tota Ecclesia euitur. Quod si Episcopi, inquit, generaliter excommunicant priuando suos subditos suffragijs totius Ecclesiæ, neququam hoc faciunt nisi ex commissione Papæ, quoniam ex propria autoritate duntaxat eos priuare possunt suffragijs suæ Ecclesiæ. Itaque Archiepiscopus Hispaniensis minimè priuare potest laicum subditum consortio ciuium Episcopatus Salmanticensis nec suffragijs. Ratio illius est, quod quempiam excommunicare, est non solum ipsam cohibere ne cum alijs communicet, verum & omnes alios, ne cum illo participant: Episcopus autem vnius diocesis autoritatem non habet in ciues alterius, ergo illos prohibere non potest, ne cum suo subdito excommunicato communicent. Atque ideo non potest episcopus excommunicare subditum suum nisi restrictè: ut scilicet, nemo sui Episcopatus comunicet cum illo. Omnia tamen hac Scoti sententia, per aliquot conclu-

1. Conclu. conclusione respondetur, & earum prima fit. Ex iure communi omnes Episcopi & omnia concilia tam prouincialia quam œcumenica, & omnes prælati qui ab aliquo collegio eliguntur ut abbates capituli, sicut tuis de simonia. & religionum prælati: scilicet priores & Guardiani, ex proprio officio & iure diuino etiam si expresse non detur eis à Papa excommunicandi potestas dum modo non negetur illis expresse: ¶ autoritatem habent excommunicandi suos subditos generaliter, ut in tota Ecclesia sint excommunicati, eorum autem vicarij ex commissione. Hæc conclusio habetur expresse in concilio Niceno. capit. 5. & concilio Sardiceno. capitul. 16. & 17. & 11. quæst. 3. per multa capitula. Deinde probatur ratione D. Thomæ in. 4. dist. 18. quæst. 2. ar. 2. q. 1. ubi dicit, maximum esse discrimen inter forum conscientie & exteriorem: quod in foro conscientie causa agitur solum inter hominem & Deum, in foro autem exteriori, causa agitur inter hominem & hominem. Quare, absolutio vel ligatio quæ hominem obligat quo ad Deum tantum, pertinet ad forum poenitentiae: sed in foro exteriori absoluitur homo & ligatur, non solum in ordine ad Deum, sed in ordine ad alios ciues & totam Ecclesiam: quia illic priuatur homo suffragijs Ecclesiæ, & communionem fidelium. ¶ Itaque excommunicatus ab vno iudice Ecclesiastico in vniuersali Ecclesia censetur excommunicatus. Et in hoc maxima vnitas Ecclesiæ apparet, quod ab vno prælato excommunicatus, ab omnibus fidelibus vitari debeat, nam hoc idem est quod Christus dominus dixit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. At verò Ethnicus seu gentilis ab omnium fidelium consortio est vitandus, ergo & excommunicatus. Sicut enim in corpore naturali contingere experientia ipsa nos docuit, ut digitus à manu abscissus, cuius tea immediate coniunctus erat, ex consequenti à toto corpore maneat separa-

A tus: ita fidelis abscissus per excommunicationis gladium à consortio fidelium vnius diocesis Ecclesiæ, manet abscissus & separatus à corpore mistico vniuersalis Ecclesiæ catholice, communicationeque omnium fidelium. ¶

Secunda conclusio. Ut aliquis excommunicare possit, sufficit & requiritur, ut habeat iurisdictionem in foro exteriori etiam si non habeat ordinis characterem.

B Quo fit, ut Episcopi electi, & excommunicare possint, & alios iudices ad eandem functionem delegare, sicuti possunt indulgentias concedere. Imo nec est necessarius ordinis character, sed duntaxat præfata iurisdictione. Quod autem ab huiusmodi officio prælati habeant autoritatem excommunicandi & non ex commissione Papæ, manifeste ostenditur ex illo Matthæi. 18. ubi omnibus

C Apostolis dixit Christus, Quaecunque solueritis super terram, soluta erunt in cælis, &c. Hæc ergo potestas non tantum Petro sed omnibus Apostolis data est in foro iudiciali. At verò episcopi iure diuino Apostolis successerunt, ut patet cap. Quorum vices dist. 68. & capit. Corripiantur. 24. quæst. 3. omnes ergo Episcopi iure diuino habent prædictam autoritatem. ¶ Et probatur, ex vsu Ecclesiæ à principio vsque ad nos, quia nusquam legimus in iure, nec in concilijs, nec in historijs, nec alibi hanc Papam contulisse potestatem Episcopis, imo in iure & in canonibus Apostolorum reperimus excommunicationem censuram Episcopalem vocari, ut videre est. 10. q. 3. cap. Audi. & 16. quæst. 2. capitul. visis. & 24. quæst. 3. in dicto capitul. Corripiatur. habetur, quod excommunicatio micro Episcopi dicitur. Iure igitur diuino Episcopi hanc habent autoritatem, & non ex commissione Papæ. ¶

Tertia conclusio. Summus Pontifex & œcumenicum concilium non solum possunt excommunicare per sententias veluti iudices, verum etiam per leges prohibendo: scilicet, ne hoc aut illud sub-

censura

Siluest.

publico, vt sentit Siluest. in verbo. Ex-
com. 2. §. 2. vbi dicit, quod in occulto po-
test celebrare, & immiscere se diuinis:
verum etiam in secreto. Quia cum sen-
tentia ab illo lata sit valida & iusta, nisi
fit iniusta ex alio capite, verè ligat om-
nes in quos fertur. Est enim textus ex-
pressus hoc præcipiens. 8. quæst. 4. cap.
Nonne, vbi dicit pontifex, quod nõ est
discedendum à sententia Episcopi quo
vsque palam constet de excommunica-
tione Episcopi. Certe textus iste insi-
nuat, quòd etiã in occulto tenemur ser-
uare sententiã Episcopi excommunica-
ti, quo vsque manifestetur, quod est ex-
communicatus. Nec obstat huic no-
stræ assertioni id quod habetur. 24. q. 1.
cap. Audimus, scilicet, quod excommu-
nicatus non potest excommunicare: ex
quo sequi videtur quod siue iudex pu-
blicè siue occultè sit excõmunicatus ne
quit aliũ excõmunicare, quia lex genera-
liter loquens, generaliter debet intelligi,
& sic etiam D. Tho. in hoc artic. genera-
liter dicit, quod excommunicatus excõ-
municare nõ potest. (Non, inquam, ob-
stat) nã in textu illo non de occultè sed
de publicè excommunicato est sermo,
vt expressè habetur in textu illo. Ad
probandum. de senten. & re iudicata.
Ratione comprobatur, quoniam eodẽ
tenore, quo illic dicitur, Excommunica-
tum non posse excommunicare, dicitur
etiam non posse à peccatis absoluerẽ.
Cum autem à secrete excommunicato
secundum omnes absolutio à peccatis
facta teneat, & ibi textus dicat, absolu-
tionem à peccatis esse irritam, fit conse-
quens, vt loquatur de publicè excom-
municato. Vnde quantuncumque poeni-
tens inuincibili laborans ignorantia sui
confessoris impedimẽtum nesciat, imo
etiam si huius impedimenti ipsemet cõ-
fessor inscius sit: nihilominus tamen ab-
solutio ab ipso excommunicato impẽ-
sa est nulla, quod quidem ex eo liquet,
& ignorantia nullam ei iurisdictionem

D. Tho. m.

A tribuit. Quo fit, vt ignorantia illa subla-
ta, confessio huiusmodi sit iteranda. Sed
vt magis prædicta illucescãt, omnibus-
que nota fiant, annotare hic opus est,
duo esse necessaria, vt gesta per excom-
municatum nõ teneãt, nempe & quod
publicè & quod nominatim sit excom-
municatus. Vnde, si quis à peccatis absol-
uatur à publicè, non tamen nominatim
excommunicato secundum Caie. & cõ-
munionem sententiam, absolutus ma-
net, eò quod casus iste non comprehen-
ditur sub aliquo illorum duorum casuũ
qui in concilio Constan. exprimuntur.
Similiter è contrario si quis non publi-
cè, sed occultè etiam si nominatim ex-
communicaretur, vt si Episcopus præci-
peret parrocho sub excommunicationis
pœna latæ sententiæ ne intraret talẽ
domum, si ipse intraret, excommunica-
tus proculdubio maneret, & tamen il-
li quos à peccatis absolueret, verè abso-
luti essent, quia adhuc toleratur ab Ec-
clesia talis parrochus. Calet.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum aliquis possit se ipsum vel superiorem vel æqualem excommunicare?

AD hanc difficultatem aliquibus
conclusionibus respondetur: qua-
rum prima directè responsiua, fit negati-
ua, scilicet, quod nemo se ipsum aut sibi
æqualem aut superiorem potest excõ-
municare. Hæc cõclusio est manifesta:
nam cum excommunicatio sit actus iu-
dicialis includens vim coactiuam, requi-
ritur, vt qui excommunicatur, sit subdi-
tus excommunicantis. At verò nemi-
nem sibi ipsi nec parem pari subditum
esse omnibus compertum est. Par nan-
que in parem non habet imperium.
Secunda conclusio. Quanuis non pos-
set quis se ipsum excõmunicare, vt affir-
mat prima conclusio: attamen sibi ipsi
bene

Calet.

⊕

1. conclus.

2. Conclus.

3. conclus.

Calet.

bene valet indulgentias concedere, sal-
tim dum illas generali lege confert visi-
tantibus talem Ecclesiam, aut largientibus
talem elemosynã: quia si id ipsum
ipse faciat, earumdem fructuum perci-
piet. Ratio discriminis est, quoniam po-
testas indulgentiarum nõ exercetur per
vim coerciuam: excommunicatio verò
dicit potestatem per vim coerciuã, quã
nemo in seipsum exercere valet. Ex
quo euidenter elicitur, vt dum Episco-
pus, siue per statutum faciendo synoda-
lem constitutionem, siue per sententiã,
censuram excommunicationis profert
in eum qui furtum commiserit, vel ali-
quid aliud fecerit, si ipse vel alius Episco-
pus vel Archiepiscopus illud fecit, ne-
minem ligat.
Sed dubium solet hic oriri, Vtrũ sum-
mus Pontifex excommunicari possit?
Cui dubio tertia cõclusiõe in ordine re-
spõdetur: videlicet, quod præter casum
hæresis & apostasiæ nullatenus excom-
municari potest vel à iure vel ab homi-
ne. Cõclusionem istam ostẽdo hac aper-
ta ratione: nam legibus suis ac concilij
tantum astringitur Papa quo ad vim di-
rectiuã, & non quo ad vim coerciuam.
Ratio enim naturalis docet, principem
illam legem seruare debere, quam is tu-
lerit. cap. Cũ omnes, de constitu. & sunt
ad idem quã plurima testimonia ex
sacris literis, quæ inferius adducã. Quòd
autẽ quo ad vim coerciuam non astrin-
gatur suis legibus, probatur: nam non
habet superiorem à quò cogatur. Quo
fit vt licet esset hæreticus summus Pon-
tifex, non incurreret ipso facto senten-
tiam excommunicationis: sed opus es-
set, vt prius de hæresi condemnaretur.
Vnde, signanter diximus, quod potest
excommunicari in casu hæresis, & non
quod eo ipso quòd est hæreticus, sit ex-
communicatus: quia vt eleganter anno-
tat Caie. Papa eo ipso quòd est hæreti-
cus, etiã per hæresim exterius prolatam
non est excommunicatus. Quòd autem
in casu hæresis excommunicari possit,

A probatur apertè: quia cum caput sit ex-
cellentissimum membrum corporis, &
per amissionem fidei homo præscinda-
tur à corpore Ecclesiæ, ac desinat esse
membrum, dignus fit, vt declaretur, nõ
esse caput: scilicet, per depositionem, ne
eius cõtagio maculet totam Ecclesiam.
At verò depositio ista non vi & armis
est faciendã, sed ordine, iudicio & pote-
state quæ est in tota Ecclesia, quam con-
cilium repræsẽtat, per quam compellatur
comparere sua crimina auditorus, suamque
defensurus causam. Et hæc vis
compulsua est excõmunicatio, quam
incurreret, si nõ paruerit, siue hoc sit, quia
in isto peculiari casu hæresis concilium
sit superius, siue quod iure naturæ vna-
quæque res publica potest se à tyranno
defendere, illumque à se præscindere, siue
quod concilium, vt ait Caietanus mi-
nisterium Ecclesiæ atque aded tunc Põ-
tificis exerceat: quod quidem ministe-
rium non potest tunc Pontifex à concilio
diuellere. Calet.
Quarta conclusio. Excommunicatio
nis censuram in vniuersitatem vel colle-
gium minimè ferri posse fateri oportet.
Conclusio præsens est D. Thom. loco
citato, & omnium doctorum cõcorsen-
tentia, & probatur ratione: nam nullus
nisi propter peccatum inobedientiæ ex-
communicari potest? At verò peccatũ
est actus personalis, & vniuersitas non
peccat, nisi singuli peccent. Quo circa
sententia ferri non potest nisi in singu-
los inobedientes, nec si feratur, tenet, vt
asserit Ricardus in. 4. dist. 18. quãuis qui
dam sentiãt, quod tenet, vt glossa. capit.
Romana. eo. titu. in. 6. §. vniuersitatem:
nam periculum esset, vt quis citra cul-
pam excommunicaretur. D. Thom.
Annotare hic oportet primò, quod
licet communitas, vt est quid à perso-
nis abstractum, excommunicari non
possit: bene tamen in ordine ad perso-
nas, vt si lex vel iudex dicat, Quicumq;
hoc fecit, vel fecerit, si singuli homines
alicuius communitatis fecerunt, vel fe-
cerint Ricard.

Calet.

4. Concl.

D. Thom.

Ricard.

⊕

cerint omnes maneat excommunicati. Similiter si iudex excommunicans dicat, Excommunico omnes qui fuerunt, vel fuerint culpabiles in tali actu in tota hac communitate: vt expresse habetur in cap. Romana Ecclesia. Et ratio est euidens, quia iam non excommunicantur innocentes, sed culpabiles tantum. Vnde, si singuli sint culpabiles, tota communitas manet excommunicata, verum est tamen, quod directe excommunicatio non supra communitatem, sed supra personas cadit, & ratione illarum excommunicatur communitas.

Secundo scire opus est, quod cum Papa sit supra totum ius canonicum secundum Siluestrum excommunicare potest totam communitatem, adeo vt si id facere attentaret, saltem in foro exteriori factum teneret & ratione scandali innocentes essent excommunicati ad sensum iam supra explicatum, id tamen sicut nunquam cunctis retro temporibus fecit, sic nec faciet post hac. Nec obstat huic nostrae assertioni, quia tota ciuitas potest interdici, ergo & excommunicari, nam interdictum non semper ponitur pro culpa illorum qui interdicuntur sed in odium illius qui in vrbe est excommunicatus. Sicut totum regnum pro peccato regis. Vnde, qui non sunt in culpa, licet arceantur ab audiendis sacris, non tamen priuantur suffragijs Ecclesiae: pari ratione fateri necessum est non nocere id quod obijcitur: scilicet, princeps iuste punit totam communitatem pro maioris partis peccato, ergo & Ecclesia poterit id ipsum facere, quia excommunicatio supponit peccatum mortale: poena autem civilis aliquando infertur sine culpa propter solam causam: & quod maior pars sit rebellis causa est sufficiens. Deinde probatur, nam in poenis temporalibus nihil vetat, quod vnus pro alio patiatur, quia homines in bonis temporalibus habent dependentiam, & ideo ex eo quod vnus punitur deriuatur & extenditur ad alios. Bonaverò spiritualia sunt

A propria: quocirca nullus debet amittere illa bona, nisi per propriam culpam. Quinta conclusio, Excommunicatus potest iterum excommunicari, non solum propter nouum crimen, verum & propter idem aggrauatis censuris ad maiorem terrorem & confusionem: quia licet non sit aliud crimen in alia specie, obstinatio tamen ipsa acriori animaduersione fit digna. Hanc conclusionem simul cum ratione ponit doctissimus Soto in 4. d. 22. q. 2. ar. 2. Item, quia semper Ecclesia de illo iudicare potest: baptizatus namque semper est de corpore Ecclesiae aliquo modo, eod quod character baptismalis quo quis populo Dei annumeretur, est indelebilis. Non nocet quoque nostrae sententiae id quod obijci solet, quod priuatio non recipit magis & minus: sed excommunicatio est priuatio, ergo nullus est magis excommunicatus quam alius, nec alia excommunicatione excommunicari potest, postquam vna excommunicatione est excommunicatus. Non, inquam, nocet: quia licet secundum se excommunicatio non recipiat magis & minus, tamen ex parte causae potest vna excommunicatio ex vrgentiori & acriori causa proficisci quam alia: & secundum hoc excommunicatio potest iterari, & magis est elongatus à suffragijs Ecclesiae, qui pluries est excommunicatus, quam qui semel tantum, ac subinde maiori satisfactione indiget vt reconcilietur. Solutio ista est D. Tho. in. 4. d. 18. q. 2. ar. 3. q. 1. 3.

Vltimum tandem hic dubium restat de defunctis: vttrum possint excommunicari? Pro hoc dubio sit sexta conclusio in ordine praesentis difficultatis. Qui viuens excommunicatus fuit, post mortem excommunicatus manet, taliter, vt viui neutiquam cum illo in suffragijs vel elemosynis possint communicare. Est enim in primis Ecclesiastica sepultura in rederictus, nec possunt elemosynae pro ipso recipi, saltem à ministris Ecclesiae: quia nec possunt pro illis in sacrificijs communibus orare, nec sunt suffragiorum participes,

pes, quibus erat in vita priuati. Imo quamuis forte in charitate discesserint, si Ecclesia non satisfecerit, quia forte non poterat, praesumuntur semper ab Ecclesia excommunicati donec per Ecclesiam ipsam absoluantur, vt habetur. 24. q. 2. c. Sanè. & c. Anobis el. 2. de senten. excom.

7. Conclusio. Septima conclusio. Si aliqua signa contritionis in excommunicato apparuerint, poterit etiam postquam fuerit defunctus absolui ab excommunicatione, & ratione huius ab solutionis suffragijs, quae pro anima illius fuerit, dum est in purgatorio gaudere, & in loco sacro soleniter poterit sepeliri, vt habetur in dicto cap. Anobis el. 2. Quauis enim directe, & principaliter summi pontificis potestas non nisi ad eos qui sunt super terram extendatur: indirecte tamen & secundario de fide est, eadem etiam ad eos qui sunt sub terra extendi. De fide enim est Papam non solum posse concedere, sed de facto quotidie indulgentias concedit animabus in purgatorio existentibus per modum suffragij.

8. Conclusio. Octaua conclusio. Pro nullo crimine quod quis dum viueret commisit, poterit postea defunctus excommunicari. Hanc conclusio, praeter hoc quod habetur 24. q. 2. per multa capita duabus manifestis rationibus probatur: quarum prima est, quia in purgatorio existentes, iam non sunt super terram sed sub terra sunt, Christus autem dominus tantum dixit, Quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligatae & in caelis. Igitur pro crimine quod quis dum viueret commisit, post mortem excommunicari non poterit. Secunda, quia si crimen non erat subiectum excommunicationi à iure lato, necessaria est ante excommunicationem canonica praemonitio: haec autem erga defunctum haud fieri potest, imò quauis dum viueret, fuerit facta praemonitio, si non fuit prolata sententia, non potest in defunctum proferri: quia exceptus est iam ab Ecclesiae tribunali, nec iam censetur cotumax. Secus si crimen à iure erat excommunicatione damnatum, nam tunc viuens ipso facto excommunicationem incurrerat propter primam monitionem

A ris. Hanc conclusionem ponit ad litteram Soto vbi supra.

B Nona conclusio. Postquam est defunctus, si ante sententiam moritur, post mortem potest declarari, & per sententiam iudicem pronuciari illud crimen habens annexam excommunicationem incurrisse, vt frequenter in crimine haereticorum contingit. Solent enim exhumari haereticorum corpora, & igni tradi.

De effectu maioris excommunicationis.

IX. DIFFICULTAS.
Vtrum sint aliquot effectus excommunicationis maioris.

Hic difficultati vnica conclusione affirmatiua respondetur: nempe, quod sunt aliqui effectus, & eorum primus est, quod excommunicatus maiori excommunicatione etiam si non sit nominatim, nec per notoriam percussio-nem clerici excommunicatus, sed occulte & generaliter, priuatur susceptione sacramentorum: & suscipiendo peccat mortaliter. Ratio est manifesta, quia sacramentorum susceptio est res grauis, & ei prohibita.

D Secundus effectus est, quod sic excommunicatus, priuatur fructu orationum & bonorum factorum per bonos Christianos, neque licet ministris Ecclesiae in orationibus communibus pro eis orare, atque id facere esset mortale, cum sit res grauis. Nec solum operatur excommunicatio maior hunc effectum in excommunicatis illis duabus speciebus excommunicationis, quas ponit concil. Constans. verum etiam in omnibus excommunicatis cuiuscumque generis sint excommunicati: quia concilium in hac parte nihil eis concessit.

E Tertius effectus est, quia huiusmodi excommunicatio priuat participatione in diuinis officijs & in sacrificijs missarum, vt non possint cum alijs interesse, vel in Ecclesia cum alijs orare, alternatim horas canonicas soluendo:

Kk & oppo-

Siluest.

¶

D. Thom.

6. conclusio.

Soto.

9. Conclusio.

¶

¶

Con. vni.

1. Effectus.

2. Effectus.

3. Effectus.

& oppositū facere est peccatū mortale, A vt aperte cōstat ex ca. Nuper de sentē. excō. Nec tantū in Ecclesia nō possunt interesse diuinis, sed etiā extra Ecclesiā, vt patet in cap. Quod in te. de pōeniten. & remissi. Non tamē prohibētur ab ingressu Ecclesiā, dū modo nō audiāt diuina, vel orent cū alijs, vel tēpore quo per soluuntur diuina officia: extra nāq; officiorū tēpus nō peccarēt, si in Ecclesia ex cōmunicati soli suas persoluerēt horas B canonicas, quas clerici etiā si sint excōmunicati, dicere tenētur. Debēt tamen eas recitare soli & sine Dñs vobiscū, secundū Petrū à Palude. in. 4. d. 18. q. 4. ar. 1. neq; etiā possunt videre corpus Christi. At verò p̄dicationē & lectionē etiā theologiē audire possunt vt liquet ex. c. Episcopus de cōsecratione. d. 1. Hūc effectū intelligendū esse arbitror, tā de occulte, quā de publice excōmunicatis, quādocūq; occulte excōmunicato facili patet ad iudicē aditus, à quo absolutionē potest petere, & nō facit. Secus si continuo non potest petere absolutionē, vel quia iudex peregre profectus est vel quia est Pōtifex à quo debet petere absolutionē, cui nō facile accedere potest. & Itaq; facit totū quod in se est, adhibēdo omnia media necessaria, vt absoluat ab excōmunicatiōe, & tūc enim si secrete excōmunicatus se ipsum p̄dicta faciēdo publicaret & proximos scādalizaret, crediderim ego, si aliās est contritus, q̄ nō peccat cōmunicādo cū fidelibus etiā in rebus sacris, & Imò missam celebrādo ad infamiā vitandā nec peccaret nec maneret irregularis, cū huiusmodi irregularitas nō nisi propter peccatū incuratur. & Quod quidē liquido constat ex eo quod neq; lex neque excōmunicator hoc intendere debet, siquidē Ecclesiasticus iudex quādo crimē est occultū, seruare tenetur famā istius occultē excōmunicati, vt habetur expresse. c. si sacerdos extra de offi. iudicis ordi. vbi dicitur, q̄ non potest iudex sic occulte excōmunicatū nominatim

Palud.

E

⊕

E

⊕

remouere, à cōmuniōe, & nec obligare illū, vt se p̄dat & infamet, & licet sciat eū esse reū, quia nō vt iudex scit, sed vt Deus: sed debet eum admonere in genere ne se ingerat: quia nec Christus Iudā à cōmuniōe remouit. Quādo verò potest sic occultē excōmunicatus subtrahere se à tali cōmuniōe secluso huiusmodi scandalo, debet non ingerere se. Quartus effectus est, q̄ excludit ab actu & officio cuiuscūq; ordinis, ita vt sic excōmunicatus, nec possit aliū ordinare, nec ab alio ordinari quantū ad executionē. quia quāuis qui ordinatur suscipiat characterem ordinis, nō tamē executionē, & exequens fit irregularis, nisi probabilis ignorantia eū excuset. Ceterū si forte ignorantia crassa & supina aut erronea fuerit, nō eū excusat, vt cōstat ex cap. Apostolicē, extra de clerico excōmunicato, nec potest cū eo fieri dispensatio, nisi per Romā. Pontifi. ca. Cū æterni, de sen. & re iudica. nisi quādo baptizaret in casu necessitatis, vt facit vetula sine solēnitate: exceptis religiosis, cū qui bus potest dispensari à suis p̄latis, si post ordinē ita susceptū religionē profiteantur, & idem si post religionis ingressum fuerint ita ad ordines promoti, vt excipiunt doctores communiter in ca. 1. & c. Cū illorum, de schismat. Annotato tamen hic, q̄ qui ordinatur ab Episcopis excōmunicatis nō impediūtur ab executionē, nisi Episcopi sint excōmunicati aliqui aillarū excōmunicatiōnū specie, quæ in cōcilio Constā. apponūtur: quia in illis duntaxat tenemur nō recipere sacramenta ab excōmunicatis, quāuis optime faceremus, non recipiendo ab alijs excōmunicatis. Quintus effectus est, quod suspendit ab officio & beneficio & vsu iurisdictionis, vt neq; ligare neq; absoluerē possit excōmunicatus maiori excōmunicatiōe, ita tenet D. Tho. in. 4. dist. 18. q. 2. arti. 2. q. 1. & facit pro hoc capit. Audiui-mus. 2. q. 1. Hunc tamen effectum sane intelligere oportet, videlicet, quando

4. Effect.

5. Effect.

D. Tho.

do

do nō tolerantur ab Ecclesia, secus quā do sunt tolerati. Sextus effectus. Excommunicatio maior excludit ab electione canonica, tam actiue quam passiue, itaque neque eligere neque eligi possunt maiori excommunicatione excōmunicati. Quare si quis sic excōmunicatus eligat, cōfirmet, p̄senteret, instituat, provideat, aut electus acceptet electionem, p̄sensationem, confirmationem aut prouisionem beneficij, antequam absoluat, totum est irritum & inane, vt patet ex c. Cum dilectus de consuetu. Quo circa, in vtroq; cōmittitur peccatum mortale: quod quidem etiam verum habet de dignitate laicali. Vnde, in regē vel imperatorē non potest eligi excōmunicatus. c. Per venerabilē de electio. Ex quibus manifestē elicitur, sic excōmunicatū haud posse beneficium acquirere, neq; de beneficijs suis iam acquisitis aliquid percipere, quādiu nō toleratur. ca. Pastoralis de appellat. & hoc quādo est in mora petendæ absolutionis. c. Quia diuersitatem, de concessione p̄bēde. Secus si non est in mora, vt patet in cap. Tanta. de excess. p̄la. Si tamē nō haberet vnde viueret, debet sibi prouideri, ne cogatur mendicare in opprobrium clericorū. Insuper, perseveras per annū in excōmunicatiōe aut interdicto, omnibus beneficijs tam habitis ante excōmunicatiōem quā postea acquisitis debet per sententiam priuari. c. Rursus. 11. quæst. 5. p̄cipue si est excōmunicatus pro causa criminali, & si post talem sententiam latam per annum super amissione beneficiorū agere velit, non audiat vltius super eis, vt dicit. cap. Rursus. 7. Effect.

Septimus effectus maioris excōmunicatiōis est, quod interdicatur sic excōmunicatis omnis actus publicus: vt iudicare, accusare, testificari, aduocare, cōstitui in procuratorē, cōstituere procuratorē, &c. quia sunt infames, vt habetur. 6. q. 1. c. Infames. Et quādo huiusmo-

6. Effect.

7. Effect.

di actibus admiscetur aliqua iniustitia, aut aliquid aliud, q̄ ex genere suo est mortale: excōmunicatus iudicādo, peccat mortaliter: quia vsurpat sibi iniuste hanc potestatem: vel si eligit, vel electioni desē factæ cōsentit: q̄ per tales actus alijs iniuriā inferre constat. 3. q. 2. §. euidenter. Si verò testimoniū verum perhiberet, solum esset veniale. Itē non potest cōtrahere matrimonium sine mortali, quāuis si contrahat, factum teneat: exigere tamen & reddere debitum absque mortali potest. Excluditur etiā excōmunicatus hac excōmunicatiōe à conuersatione humana: scilicet, collo-cutione, conuiuio, & huiusmodi. In his tamē communicare secundum Caietanum non est mortale. Oñtaus est, quod excluditur excōmunicatus ab ingressu religionis: debet enim prius absolui, quia minime sic intrare decet, secundum Panor. in cap. Ex publico de conuersione coniuga. & fratres nostri p̄dicatores ex priuilegio possunt ante ingressum eū absoluerē. Nonus, quod nō debet sepeliri in loco sacro, & si sepultus fuerit, corpus ex humari debet, si potest discerni.

Caiet.

8. Effect.

Panor.

9. Effect.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum sint aliqui casus in quibus prohibita est fidelibus participatio cū excōmunicatis?

Presenti difficultati vnica hac con-clusione affirmatiua respondetur: scilicet, quod sunt aliqui casus. Prim⁹, inhi-bemur participare cum excōmunicatis in crimine criminoso, videlicet, in crimine p̄pter q̄ excōmunicatus est, vt si quis est excōmunicatus propter adulterium, quia adulteram detinebat, quousq; illam abiciat, qui cumque dat ei consilium, auxilium vel fauorem, ne eam expellat, talis in eodē crimine peccati est,

Concl. uni.

1. Casu.

& incurrit eandem sententiam, vt patet A
capit. Nuper de senten. excom. & quan-
uis in alio crimine cum illo participet,
non peccat cōtra excommunicationē:
adultera vero peccat pariter contra ex-
communicationem, vt habetur. cap. Si
concupinæ de sen. excom. nisi ei persu-
ferit, vt eā deferat. Ita q; si quis cōferat
auxilium, fauorem, &c. ad crimen patrā-
dum pro quolata est excommunicatio,
eandem excommunicationis incurrit
sententiam, non autem si ad alia crimi-
na patranda aduersus quæ non est lata
excommunicatio huiusmodi fauorem
&c. excommunicato præster: ita expli-
cāt. Siluest. verbo excom. 5. §. 3. & Caic.
in summa verbo excommu. ¶

Siluest.

¶

2. Casus.

Secundus casus est; quod prohibe-
mur communicare cum excommuni-
catis nominatim, vel cum clericorum
percussoribus adeò notorijs, vt factum
non possit aliqua tergiuersatione ceta-
ri, siue in sacris: scilicet, recipiendo eos
ad diuina officia, vel ad sacramēta, vel
ad sepulturam Ecclesiasticam, siue extra
sacra in alijs externis actibus. Nō enim
possumus coram ipsis missas aut diuina
officia celebrare, neq; eorum audire sa-
cra, nec alternatim cū illis recitare, vt su-
pra dictū est, & patet ex ca. Sacris. de his
quæ vi metusue causa sūt, nam cōmuni-
candō cū illis ultra minorē excommuni-
cationē quā incurrimus, mortalem cul-
pā cōmittimus: cū alijs vero excommu-
nicatis generaliter possumus comunica-
re siue in sacris siue extra sacra, & hoc
est, siue in diuinis siue in humanis. Vn-
de, si quis cū audit rem diuinā adesse vi-
deat aliquē excommunicatum extra illas
duas species excommunicationis in præ-
fato concilio appositas, nullatenus mis-
sam relinquere tenetur & sic de cæte-
ris. ¶ Sic nanque ob timoratas conscie-
tias pacandas, ac tollendos serupulos, in
dicto concilio Constan. consultū est, vt
excommunicatos vitare nō teneamur, ni-
si sint, vel nominatim excommunicati
pro quocūq; crimine, vel manifesti per-

¶

Con. cōst.

cussores: & quidē q; possumus in sacris cū
alijs excommunicatis cōmunicare, more
& vsu Ecclesiæ receptissimū est, vt di-
cit Caic. in summa verbo: Excō. cap. de
excommunicatione minori, & ita absq; vllo
metu est tenēdum. Quo fit, vt quan-
uis aliquis scierit, quēpia occulte esse
excommunicatū non nominatū, nō teneatur
illū euitare, nec si scierit esse hæreticū
donec sit de hæresi condēnatus, vel
de schismate, vel apostasia à fide. Eo
enim q; quis de hæresi cōdemnatur, cēset
nominatim excommunicat⁹. Licet enim
sit de iure diuino, q; tenemur vitare hæ-
reticū hominē, vt cōstat ex Paulo, attā-
mē q; hoc vel illo modo sit euitādus, dū
taxat est lex Ecclesiastica, quā Ecclesia re-
cto iudicio potest variare. Et similiter, li-
cet de iure diuino teneamur euitare ex-
communicatū: sed excommunicatio solum
est poena iuris positui, & ille solus erit
excommunicatus, quē Ecclesia excommuni-
cauerit. Vnde, debet hæc poena intelligi
& limitari secūdū quod Ecclesiæ visum
fuerit in tali vel tali casu. Neq; ex hoc
quod nos possumus cū excommunicatis
extra illas duas spēs cōmunicare licet in-
ferre, ipsos pariter nobiscū posse, q; nō
excommunicati, vt iure nostro, & sic
nullaten⁹ sumus causa delictorū suorū.
At verò in prædicto cōcilio expresse di-
citur excommunicatos in nullo subleuari
ob dictā gratiā, & ideo extra prædi-
ctas duas spēs, tenendū esse cū Caic. in
summa verbo absolutio, & Siluest. ver-
bo excō. 5. §. 7. & Adria. q. 3. de clau. &
in materia de confessione dubio. 9. &
Driedone. li. 3. de libertate Christiana: e-
vlti. cēse: scilicet, quod excommunicati
rogati, & inducti à nō excommunicatis
peccāt cōmunicādo cū illis, si nec sunt
proprij parochi, nec adest necessitas sal-
tē grauis, vel si sunt parati ad publicē cō-
fessiones omnium audiēdas, aut se ingerūt
¶ Vnde, quāuis nos possumus ab eis sa-
cramēta recipere, imò cōpellere, vt au-
diant nostras confessiones, & Euchari-
tiam administrent, si sunt nostri paro-
chi,

Caicta.

¶
Caicta.
Siluest.
Adria.
Driodo.

¶

chi, quando opus fuerit, & pariter qui
est in articulo mortis vel saltē in vrgēte
necessitate, nec ipsi peccant, tunc nobis
administrando. ¶ Probat, nā alias da-
retur perplexitas, quia non dando sacra-
mentum peccaret mortaliter, eò quod
ex præcepto illud conferre tenetur: &
dando etiam peccaret mortaliter, quia
excommunicatus cū sit, cōmunicat
alijs, quod quidem nimis absurdum est
in noua lege, ergo & illud ex quo sequi-
tur. ¶ Minimè tamen ipsi à nobis sacra-
menta suscipere possunt, & peccaremus
ea eis conferendo: quia excommunicatus
est exclusus, vt dictum est, à partici-
patione sacramentorum, & tenemur iu-
re diuino vitare peccatū proximi quan-
tum possumus. ¶ Et cū dicitur, quod
in sacramentorum administratione nō
tenemur vitare excommunicatos extra
illos duos concilij casus, intelligi debet,
q; illis præsentibus, alijs sacramēta cōfer-
re possumus, ipsis tamē minime. ¶ Hoc
corollariū ostenditur ex præfato conci-
lio, siquidem asserit nolle, in aliquo ex-
communicato suffragari, sed populo. Qua-
re, non possunt interesse missarum sa-
crificijs aut reliquis diuinis officijs, quia
in hoc alij non excommunicati, non in-
digent suis officijs & obsequijs. Quod
dixi, quod peccaremus excommunicato
cōferendo sacramēta, sane intelligere
oportet: scilicet, cū est publicē excommu-
nicatus, & ingerit se sacramētis cū alijs:
& similiter si sit occulte excommuni-
catus & occultè petat, secus si iste occultè
excommunicatus habeat alias ius cōpellē-
di sacerdotē: nepe, quia est eius parro-
chianus, & petit Eucharistiā in publico,
nā tūc tenetur ministrare illi, sicuti & oc-
culto peccatori. At tamē sacramētū po-
nitētiæ quomodocūq; sit excommuni-
catus, & quomodocūq; petat non po-
test ei exhiberi, quia absolutio nulla est,
vt egregiè docet doctissimus Soto
in. 4. d. 22. q. 1. art. 4.

Soto.

3. Casus.

Tertius casus in quo est prohibita fi-
delibus participatio cū excommunica-

tis, est, cū cōmunicatio sit in contēptū
Ecclesiæ: vt habetur in cap. Celebret,
de cleri. excomm. & licet secūdū Du-
randū in. 4. d. 18. q. 5. contēptus sit, quādo
quisita crebro cum excommunicato cō-
municat, ac si non esset excommunicatus:
arbitror tamē in hac re, nūquā esse cō-
tēptum, nisi quādo quis pro nihilo pror-
sus excommunicationē duceret, ac Eccle-
siæ autoritatē in hac parte, quia tunc
præberemus occasionem, vt excommuni-
catus non exiret ab excommunicatione:
esset enim violare iustitiam, quæ præci-
pit venerari Ecclesiam.

Durand.

4. Casus.

Quartus casus est, in operibus huma-
nis quæ sunt cōmunia omnibus homi-
bus, & non solū Christianis: quæ in hoc
verū continētur. Os, orare, vale, cōmu-
nis, in eā, negatur: quæ omnia sigillatim
explicabo, vt melius ab omnibus intel-
ligantur. Os, ne osculum pacis eis porri-
gamus aut eos amplexemur, aut alia pa-
cis indicia eis ostendamus, neq; collo-
quium aliquod cum illis ineamus, siue
per verba in præsentia siue per literas,
aut per nuntium in absentia. Orare: scilicet,
cum eo negatur, id est, participare,
non tantum in sacramentis, verū etiā
in diuinis audire orationes cum eis. Vn-
de, si excommunicatus veniret in Eccle-
siam tempore quo missa celebratur, alij
tenentur vel exire vel eius exitum pro-
curare, & sacerdos tenetur cessare quo-
visque exeat, & si exire noluerit, expella-
tur: sine scandalo tamen & percussione:
si autem id fieri non potuerit, & canon
non fuerit inceptus, cessandum est om-
nino à celebratione. Imo forsan, vt In-
nocen. insinuat super capit. Nuper, de
senten. excom. nisi consecratio fuerit
incepta, cessandum est, quia illic incipit
sacrificium. At verò facta consecratio-
ne, necesse est, vt ad summationē proce-
dere: quia extrictius præceptum est de
integritate sacramenti, quam excommu-
nicatos excludere: & antequam finiat
post cōmunionē si expelli cōmode sine
effusione sanguinis proprii vel alieni.

Innocen.

non potest, redeat ad sacrificia, & illic q̄ reliquū est, perficiat: nepe orationē, &c. Animaduertere tamen hic oportet, q̄ non dicimur cōmunicare cum excōmunicato, ex eo q̄ est nobiscū in vna Ecclesia, vt si dū audimus missam, excōmunicatus est in Ecclesia; non gratia audiēdi missam, sed suā artē exercēdo, vel est in angulo sedens, imo licet ego in vna capellamissam audia, & excōmunicatus in alia, non cōmunico cū illo. Hoc nota **B** *Innocent. Caic.* vbi supra. Pari modo nec dicēdi sumus cōmunicare, si seorsum quando officia non celebrantur, priuatim oramus, ingrediatur excōmunicat⁹ ad orandū: quā ingressus Ecclesiae ad orandū nō est prohibitus excōmunicatis, quauis aliqui summistae contrariū teneāt, gratis tamē nisi intelligant ad soluēda diuina officia cū alijs. Vale, seu Ave, interdicitur eis videlicet, quia neq; eos salutare licet, neque si nos saluent, resalutare. Possumus tamen eis dicere, Dominus te illuminet, aut conuertat: sed si saluatus quis ab excōmunicato, nihil respōdeat, sed moueat caput, vel affurgat ob reuerentiam non propter hoc incurrit aliquā censuram secundū quosdam, quorū ratio est, quia poenae sunt restringēdae, sed secundū alios incurrit, & certē nō caret scrupulo. Quia haec est quadā saluatio, quae prohibetur generaliter in capitu. Sicut Apo. 1. q. 3. Prohibetur praeterea eis cōmunio, ne scilicet, quis eis cōmunicet in aliquo exercitio, in cōmertijs & cōtractibus, quanquā si cōtrahat de facto cū aliquo excōmunicato, aliqui cōtractus teneant, vel nē cōmunicet quis cū eis in habitatione in domo eadē. Aduerte tamē, q̄ si quis sit in eadē domo vel camera cū excōmunicato pro diuerso negotio, non dicitur participare cū eo secundū Innocentiū in cap. Nuper. eodē titu. Postremo deniq; & mēsa negatur, non enim licet eū excōmunicatis in eadē mēsa edere aut bibere aut dormire in eodē lecto: quoniam hoc neuiquā fieri po-

test sine volūtaria cōmunionē secundū Archi. qui ita notauit in d. c. Sicut Apof. Quo fit, vt si perueniat excōmunicatus & expelli non possit cōmodē, sicut dictū est, tenetur quis surgere de mēsa, nē cū eo comedat. Potest tamē in alia mensa etiā in eadē domo, imō in eadē camera comedere absq; hoc q̄ dicatur cōmunicare, dū modo nō fuerit inuitatus ad cōmuniū, quia sic cōmunicare dicerentur. Eodē modo, si veniēt excōmunicato relinquat clauē & domum ad comedendū, cōmunicare dicitur cum excōmunicato, quia hoc in fauorē excōmunicati facit. Secus si in casu necessitatis. Nō enim excōmunicati, vt fame pereāt relinqui debent: quia contra charitatē esset, contra quam nemo potest praecipere. **C** Annotare hic oportet circa praedicta, q̄ ista inhibitiō cōmunicandi duntaxat vt diximus, intelligitur cū excōmunicatis illis duab⁹ speciebus excōmunicationis expressis in concilio Cōstan. Nā cū ceteris excōmunicatis generaliter possumus cōmunicare secluso scādalo, dum modo eos prius non saluamus quam ipsi nos saluent: quia iam hoc cederet in cōmodam excōmunicatorū: q̄ cōciliū nō intēdit, vt multoties dictū est ita nanq; tenet Caic. *Adria. & Siluest.* vbi supra. Solū enim licet nō eos fugere, quia tantū voluit cōciliū prouidere timoratis cōsciētis, nō autē illis qui nō timent cōmunicare cū excōmunicatis. Ex dictis in cōcilio colligitur euidenter, nō habere iam locum post ipsum id q̄ dicebant summistae, quod nō tenemur euitare occultos excōmunicatos. **E** Tenemur tamen publicos, cū concilium generaliter concedat cum omnibus cōmunicare illis duabus speciebus exceptis. Et sciendum nobis impraesentiarū est, q̄ quāuis in toto illo cōcilio Cōstan. non reperiatur decretū istud, satis tamē est omniū fidelīū consensus ita tenens, grauisimorumq; theologorū auctoritas testimoniū illud de verbo ad verbum

D. Anton. Siluest. Caic. verbū recitans, vt **D. Antoninus**, 3. p. tit. 25. cap. 2. & 3. **Siluest.** verbo excom. circa finem & **Caic.** in commē. 3. partis. q. 64. art. 6. **Adrianus** etiam in materia de clau. q. 3. & de confessione dubio. 9. Deniq; hoc decretū tenet & obseruat vniuersalis Ecclesia à tempore celebrationis huius concilij vsq; ad praesens. Et forte ratio quare in concilio isto non reperitur est, quia **Martinus quintus** finitis iam omnibus istius cōciliij sessionibus denūciauit ac promulgauit illud. Quo fit, vt nullo modo fides sit adhibenda concilio **Basilien**si asserenti, q̄ tenemur vitare omnes notoriē excōmunicatos ex quacunque causa, modo nulla possint tergiverbatione celari. Et praeter hoc, q̄ conciliū illud **Basilien.** nullā habuit auctoritatē, vt eleganter docet **Cardinalis Turrecre. Caic. Soto.** **Caic. Soto.** in 4. d. 22. q. 1. ar. 4. Nec confirmatū fuit à **Nicolao, Papa** nisi tantū quo ad beneficia. Praeter hoc inquam per nō vsum seu per cōtrariū vsum decretū hoc **Basilien.** concilij arrogatū est. Quo circa concilij **Cōstan.** decreto standū est. **Quintus** casus est, quando est lata sententia excōmunicationis maioris in participantes. Haec tamen excōmunicatio in participantes minimē ferri potest, nisi explicentur ipsi excōmunicati sub certis nominibus, cū quibus participare prohibetur. Non enim sufficeret dicere, ne cōmunicet cū excōmunicatis, vel manifestis clericorū percussoribus: quos alias euitare tenemur, quia esset equidē cōfusionem parere, sed dicendū est sub hac forma, Nemo participet cum **Petro** vel sub nomine dignitatis cū **Decano** vel **pratore**, & vel cū rectoribus huius ciuitatis si sunt in certo numero, &c. Et ratio huius est, quia conciliū citatū **Cōstan.** tantum exigit, vt formaliter & expresse designetur certa persona. Secus si diceret, Excōmunicam⁹ **Petrū** cū omnibus illi participantibus, quia tunc solus **Petrus** cēferetur nominatum excōmuni-

A catus, nō autē cū illo cōmunicātes. Similiter si diceretur, Excōmunicam⁹ omnes iustitię ministros, quia nec cōstat q̄ sunt nec sunt in certo numero. **Alios** casus multiplicat alij, vt **Siluest.** verbo. **Ex cō. 5.** sed neuiquā opus est. Sed adhuc restat circa praedicta duo parua dubia. **Primū** vtrū cōmunicare cū excōmunicatis sit semper mortale, an aliquādo mortale, & aliquādo veniale. **Secundū**, vtrū semper cōtrahatur ex cōmunicatio maior ex tali participatione, an aliquādo maior, aliquādo minor. **Ad primū** sit cōclusio tenēda, q̄ in quatuor casibus dūtaxat cōmunicare cum excōmunicatis est peccatum mortale, nempe cōmunicare cū excōmunicato in crimine criminoso. **Ethoc** intelligitur non tantum in illis duabus speciebus expressis in cōcilio, sed de quocūq; crimine quomodocūq; excōmunicationi subiecto, videlicet, si quis excōmunicatus est propter adulteriū, vt supra dictū est. **Secundo** cōmunicare in diuinis cū nominatim excōmunicatis, & manifestis clericorū percussoribus. **Quod** intelligitur, cū illis excōmunicatis illis duabus speciebus cōciliij **Cōstan.** **Tertio**, quando cōmunicatio illa fit in cōtēptū Ecclesiae, vt posuim⁹ in 3. casu. **Quarto**, cōmunicare cū excōmunicato, postquā lata est sententia in participantes cū illo, de quo locuti sumus in 5. casu. **At** verò cōmunicare cū excōmunicato in cōtēptis in 4. casu à nobis appposito: videlicet, in actibus humanis, locutione, oratione, vel cōestione, &c. nō pertinaciter, sed ex quadā leuitate, non est mortale, sed veniale. **Probat**ur, nā valde graue esset, q̄ quis pro vno leui verbo incidere in excōmunicationē, vel mortale peccatū. Haec sentētia est **D. Thom.** in 4. dist. 18. vbi inquit, cōmunicantē in actib⁹ humanis non peccare mortaliter, nisi in contemptum Ecclesiasticae disciplinae illud faceret, vel contra praeceptoriam prohibitionem superioris factam nominatim, vt patet

Innocent. Caic.

Aachi.

Cōc. cōst.

Caic. Adrian. Siluest.

E

Cōc. basi.

Turrecre. Caic. Soto.

3. Casus.

Cōc. cōst.

Siluest.

1. Concl.

D. Thom.

ex cap. Constitutionem eodem titu. li. bro. 6.

2. Concl. Ad secundum verò dubium, hac vni ca conclusione respondetur: videlicet, q̄ in tribus casibus contrahitur excom- municatio maior ex participatione cū excommunicatis, scilicet, communican- do cum excommunicato in crimine cri- minoso, vt constat ex cap. Nuper de sen- sen. excom. Secundo, si quis communi- cet cum excommunicato nominatim à summo Pontifice in officijs Ecclesie, vt patet. cap. Significauit, eodem titu. nam planè inquit doctissimus Soto vbi supra intelligit illic Papa contrahi excommu- nicationem maiorem, cum dicat, pro be- neficio absolutionis ad Apostolicā se- dem esse recurrèdum. Tertio, postquā pronunciata est sententia excommuni- cationis in omnes participantes: Ex nulla verò alia participatione prohibita cum excommunicatis contrahitur nisi excō- municatio minor. Neq; nocet id quod habetur in cap. Excommunicatos & c. Cū excommunicato: videlicet, partici- pantem cum excōmunicatis simili ex- communicationi subiaccere: quia nihil aliud insinuat in huiusmodi locis, ni- si quod subiacebit, etiam sic communi- cans excommunicationi minori: & id circo forsitā dixit Simili: & non A Equa- li vel voluit dicere, quod si excommuni- cato quis communicauerit etiam in mi- nimis: nempe cibo, potu, aut osculo, & similibus, si admonitus desistere nolue- rit sed pertinaciter perseuerauerit, simili sententiæ subiacebit: id est feriendus ve- niet simili sententia excommunicationis. & hæc est germana & genuina ex- positio.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum sint aliqui casus in quibus liceat sine peccato cum excommunicatis cō- municare.

Concl. vni. Hic difficultati vnica conclusio- ne affirmatiua respondetur: nempe, quod sunt quinque casus in quibus

A licet cum excomunicatis communi- care, qui his versibus continentur. Vti- le, lex, humile, res ignorata, necesse, hæc anathema faciunt ne possit obesse. Vti- le, hoc est, propter propriam vtilitatem participatis, quia vnicuique licet quod sibi debetur, ab excommunicato petere & exigere & recipere. c. Si verò, eodem titu. nā aliter commodū de suo delicto reportaret excommunicatus. Item, po- test eum in iudicio conuenire, vt in cap. Intelleximus, de iudicijs, habetur, & po- test quis cum illo communicare peten- do ab eo consilium, non solum in spiri- tualibus sed etiam in tēporalibus, si ne- cessitas adsit, & alius ita idoneus ad hoc inueniri non possit. Præterea, propter vtilitatem ipsius excommunicati: licet enim ei consulere, & persuadere, vt se à censura explicet, vt patet. cap. Cum ex- communicato. 11. q. 3.

Secundus casus est. Lex matrimonij, quia quauis alter cōiungum sit excom- municat⁹, licet alteri cōmunicare, & de- bita petere & reddere, nisi forsan excō- municatio lata esset in causa matrimo- nij: quia lis esset an sit legitimè cōtractū. Nec solū vxor potest cū marito, verum etiam maritus cū vxore excōmunicata, & pater cū filijs, vt tenet Caiet. in summa & Adria. q. 3. de clauibus. Quauis Siluef. verbo. excom. 5. §. 2. sentiat oppositum: videlicet, q̄ vir tenetur vxorem vitare excommunicatam.

Tertius casus est, Humile, id est, prop- ter subiectionē: quare filij nō emancipa- ti, sed cōmensales patris, vel recipientes ab eo necessaria, serui & familiares pos- sint cum parente communicare, secus si emancipati sunt: quia tūc nō possunt, vt ait D. Tho. d. 18. q. 2. ar. 4. Subditi etiā in religionibus erga prælatos, quia qua- si de familia prælati sunt, clerici erga pō- tificē cuius seruitio sunt deputati. Et ser- ui & rustici seruilis cōditionis possunt cōmunicare cū hero excōmunicato & ancillæ cū hera & qui sunt de familia: vt apertè cōstat ex. c. Quoniā multos. 11. q. 3. non

Soto.

1. casus.

2. casus.

Caiet. Adrian. Siluef.

3. casus.

D. Tho.

non tamen si de eorum consilio scele- ra perpetrentur vel nisi eorum consilio, fauore atque adminiculo perseuerent in suo delicto.

Annotare tamen hic opus est, quòd prædicta sunt intelligenda, si ante sentē- tiam huiusmodi personæ erant astrictæ ad familiare obsequium. cap. Inter alia. eodem titu. qui autem post excommuni- cationem inceperunt cum excommuni- cato viuere, non excusantur. Et è conuer- so, eadem ratione possunt communica- re superiores inferioribus excommuni- catis in ijs saltem officijs, quæ sibi de- bentur.

4. casus.

Quartus casus est ignorātia, vt si quis ignorat alium esse excommunicatum. At verò qui scit tātum per confessionē sacramentalem, non tenetur eum vita- re: potest enim tā in secreto quam in pu- blico cū eo cōmunicare: vt tenet Ricar- dus in. 4. sententiarum. distinctione. 21. & Soto in relectione de ratione regen- di & detegendi secretum membro. 3. q. 4. dubio. 3. contra Scotum, qui eadem di- stinctione tenet, confessorem teneri vi- tare excommunicatū, quem scit per con- fessionem esse excommunicatum, etiā coram alijs, si id fieri possit absque reue- latione confessionis.

Ricar.

Soto.

Scotus.

5. casus.

Quintus casus est: necessitas, quæ qui- dem cum legem non habeat, tam excō- municatum quam participantem excu- sat, vt si non potest aliunde nisi ab excō- municatis sibi necessaria prouidere & emere, & hoc verum est siue necessitas sit ex parte excommunicati siue ex par- te alterius, quia debemus in necessitate excommunicati, ei succurrere & in no- stra possumus ad eum recurrere. Et ge- neraliter, omnis participatio pro dam- no communicantis vitando excusat, nisi sit in crimine vel in diuinis, quia si pos- sunt ab illis petere debita, à fortiori vi- tare damna. Quanta autem debeat esse necessitas, vt excuset, iudicio superioris arbitrabitur, quem si non facile possit adire, vnusquisque per se iudicabit, vt pa-

tet in cap. Quod præcessor. 11. quæstione 3. Nec solum in necessitate, vt concedi- tur communicare omnibus cum excō- municatis, verum etiam extra necessita- tis casum conceditur prædicatoribus, vt valeant ab excommunicatis eleemo- synas postulare: causa tamen dumtaxat prædicationis & confessionis, vt patet cap. Cum voluntate. de sententia excō- municationis.

Legatum tamen factum ab excom- municato, etiam si sit factum, vt oretur pro eius anima, licet accipere: quia debet intelligi eo modo, quo pro illa orari po- test: nempe oratione priuata, quamuis dicat Innocentius in cap. Cū volunta- te, quòd licet recipere, dummodo non sit factum, vt oretur pro eius anima.

Sed dubium est, vtrum Romanus Pō- tifex communicans cum excommu- nicato incidat in minorem excommuni- cationem, & an peccet? Pro hoc dubio sit prima conclusio, quòd non incidit in minorem excommunicationem. Proba- tur, nam communicare cum excommu- nicatis solum est iure positio vetitum, in quo ideo ipse dispensare potest, & eo ipso quòd communicet cum excom- municato, censetur dispensare in lege. Quocirca, nunquam in huiusmodi con- uersatione incidit in minorem excōm- municationem, siue communicet in diuinis siue in prophanis, & alijs humanis col- loquijs.

Secunda conclusio. Quamuis non in- currat minorem excommunicationem, non tamen excusabitur à peccato, si abs- que causa iusta communicauerit cū ex- communicatis, vt sentit Panormitanus in capit. Cum desideres. de sententia ex- communicationis. & Syluester, verbo, Excommunicatio. 5. Probatur hæc con- conclusio: quia summus Pōtifex tenetur ad obseruationem legum, quæ ab ipso fe- runtur, vi directiua, licet non coerciua. Non inquam, tenetur vi coerciua, quia non habet à quo puniatur, quantumcū- que trangrediatur legem illam à se con-

Innocent.

Pri. conclus.

2. conclus.

Panorm.

Syluest.

dicam. Quod autem teneatur ad hoc vi
directiua, & quilibet princeps condens
ipsam legem, est expressa sententia Diui
Thom. in. 1. 2. quæstione. 96. articulo. 5.
& ibi luculenter Caieta. Etenim Matth.
13. Christus Iesus pharisæis improperat,
quod onera graua alijs imponant: ipsi
vero nec digito, velint ea mouere. Huc
pertinet Catonis sententia, Patere legē,
quam tuleris. Hoc etiam docet Plato. de
legi. dialogo. 4. & Paulus ad Roma. cap.
2. confirmat hanc conclusionem dicēs,
Propter quod inexcusabilis es o homo
qui iudicas, in quo enim alterū iudicas,
te ipsum condemnas: eadem enim agis,
quæ iudicas. Existimas autem, o homo,
qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis
ea, quia tu fugies iudicium Dei? Postre-
mò patet ratione, nam cum princeps sit
animal polyticum rationale & morta-
le, non solutus est à dictamine rationis,
imo tenetur vi quadam directiua, & que
principem ratione ad rectū dirigit, sub-
mittere seipsum humanæ constitutioni
etiam à seipso lata. Nec me laet Soto
vbi supra, asserere, summum Pontificem
nunquam in huiusmodi conuersatione
peccare. Sed intelligendum est, cum il-
lud facit ex causa alioquin non excusa-
bitur à peccato, quia quantum ad hoc
quod vi directiua non astringatur suis le-
gibus, quibus subditos obligat, ipse se-
cū dispensare non valet, nisi iusta de causa
veluti cum alijs.

3. Concl.

Tertia conclusio. Inferiores prælati
non solum peccant communicando cū
excommunicatis in crimine dánato vel
criminoso, verum etiam incurrunt ex-
communicationem. Conclusio hæc est
Innocen. & Hostien. & ratio qua euidē-
ter ostenditur est, quia nullus eorum di-
spensare potest, vt cum excommunica-
to liceat communicare. Annotato ta-
men hic circa hanc cōclusionem, quod
non incurrunt illam excommunicationem,
quam ipsi tulerunt, quia nemo se-
ipsum ligare potest, sed incurrunt sen-
tentiam à iure latam contra taliter par-

Innocen.
Hostien.A
ticipantes.

Sed vtrum qui est excōmunicatus pu-
blice in vno loco, si eum inuenio in alio
loco distanti, teneor illum vitare? Respō-
detur, quod non teneor vitare illum in
publico, cū ibi sit occultus, nisi possem
probare sufficienter per testes vel in-
strumenta, ipsum fore excommunicata-
tum, in occulto tamen existimo, quod te-
neor illum vitare.

XII. DIFFICULTAS.

*Vtrum metus mortis hominem excu-
set, vt citra peccatum liceat cum
quocunque excommunicato com-
municare?*

PRO huius quæstionis decisione tria
fundamenta præannotanda sunt.
Primum, quod pro nullo metu quantū-
cunque vehementissimæ mortis, licet
vllum peccatum committere, nō solum
mortale, verum neque veniale minimū:
& de hoc nemini licet dubitare. Impli-
cat enim contradictionem licere pecca-
re, quia licitum & peccatum ex diame-
tro repugnant.

Secundum, summum Pontificem &
episcopos cæterosque ecclesiæ prælatos
posse aliquid sub reatu mortali præcipe-
re, secundum catholicam fidem tenen-
dum est. Olim enim irrepsit Vvalden-
sium error, post quem Ioannis Vvitlef
eorumque tandem legitimi hæredis Lu-
therani, quod neque in Pontifice maxi-
mo neque in tota ecclesia potestas vlla
est condendi articulos fidei aut morum
leges: dicit enim Lutherus in libro de li-
bertate Christiana, impios tyrannos ef-
se prælatos ecclesiasticos, & captiuam te-
nere ecclesiam, quia nullam prorsus ha-
bent authoritatem, & aiunt illa sola mā-
data obligare in conscientia, quæ in euā-
gelio explicita sunt. Probat verò aper-
tè nostrum fundamentum ex apertissi-
mis

mis testimonijs, quibus huiusmodi hæ-
retici manifestissimè confatantur: vt est
Luce. 10. Qui vos audit, me audit,
Matt. 18. & qui vos spernit, me spernit, & Matth.
18. Si peccauerit, &c. dic ecclesiæ: si eccle-
siam non audierit, sit tibi sicut ethnicus
& publicanus: vbi compertissimum est,
iurisdictionem ecclesiæ designari. Item,
quodcunque ligaueris super terram, erit
ligatum & in cælis, & Ioan. 20. Data est
mihi omnis potestas in cælo & in terra,
sicut misit me viuens pater, & ego mitto
vos: accipite Spiritum sanctum, quorū
remiseritis peccata, &c. vbi manifestè
ostenditur, eandem potestatem quàm à
patre attulerat, eis tradidisse. Retinere
enim peccata, functio est habentis pote-
statem obligandi, & Deutero. capit. 17.
Lex extat, quod qui non obediret sacer-
doti morte moreretur homo ille. Mor-
te autem nemo plectitur nisi ob graue
peccatum mortale, ergo à fortiori in le-
ge noua est eadem authoritas cōfiteren-
da. Postremò patet, nā si leges ecclesia-
sticæ non obligarent sub reatu mortali,
euidenter sequeretur, quod Christus per-
mitteret ecclesiam suam permanere in
maximo errore per longum tempus, cū
à sui initio doceat Christianos, quod
fert leges obligantes sub mortali, vt est
lex de ieiunio, & cætera.

Tertium fundamentum est: quod ali-
qua sunt prohibita quia mala, videlicet,
quia intrinsecam habent malitiam, alia
vero mala quia prohibita, quia non sunt
intrinsicus mala: & in illis quæ sunt pri-
mi generis, potius debet homo mortē
quantumuis atrocissimam oppetere,
quam legem transgredi, etiam si non sit
nisi peccatum veniale, nempe, menda-
cium iocolum leuissimum. In alijs verò
ad inuestigandam intentionem legis-
latoris & legis, speculanda est rei quanti-
tas, quæ vel præcipitur, vel prohibetur.
His præiactis, ad difficultatem duabus
cōclusionibus respondetur. Prima, quā-
uis lex obligans sub peccato siue venia-
li siue mortali, etiam non obstante peri-

Pri. cōclus.

Aculo mortis sit seruanda, quia pro nullo
metu peccandum est venialiter, tamen
ex bonitate ipsius legis & prudentia le-
gislatoris, non semper cum tam ingenti
periculo obligat. Sed hoc est perpenden-
dum, ex hoc quod eius observatio par-
ui vel maximi reipublicæ referat. Lex
nanque Pontificia, quæ præcipit ieiunium
quadagesimale, & lex de obseruatione
festorum, obligat sub mortali: tamē quā-
do quis infirmatur, non tenetur ieiuna-
re, sed excusatur: quia non tanti refert ie-
iunare, quanti salus hominis. Similiter, si
prætor vel princeps ad ostendendum se
non esse excōmunicatum, incutiatur me-
tus sacerdoti, vt celebret coram illo, Sa-
cerdos celebras, excusaretur. Cum enim
ista non sint intrinsecus mala, possunt
quidem bona fieri, quando sunt media
grauioris mali cauendi. Quam vero neq;
diuina præcepta affirmatiua obligat cū
tali periculo. Nemo enim tenetur vel se
vel filium cum periculo mortis baptiza-
re, aut alia suscipere sacramenta. Ex qui-
bus aperte exploditur sententia Adria-
ni, quæstione. 3. de clauibus, asserens, nul-
lum metum mortis excusare, quominus
peccatum sit communicare cum excō-
municatis. Pro qua sententia plures iurif-
consultos refert.

Adrianus?

Secunda conclusio. Si alicui mortis
metus incutiatur, vt ieiunium ecclesiæ
frangat aut festum, si talis metus incutia-
tur à tyranno in contemptum & odium
fidei & legis ecclesiasticæ: scilicet, ad cō-
uincendum legem & fidem nostram ef-
se falsam & nullius valoris, nosque præ-
latos ecclesiasticos non posse suis legi-
bus obligare, tunc potius debet homo
pati mortem, quam ieiunium frangere,
propter diuinum præceptum, quo tene-
mur cōfiteri fidem, non obstante peri-
culo mortis. Sic enim est intelligendum
c. Sacris. de ijs que vi metusve causa fiūt,
vbi Innocentius dicit, quod cum pro nul-
lo metu debeat quis peccatum mortale
incurrere, excommunicationis labē cre-
dimus inquinari. Pontifex enim nihil
aliud

2. conclusio

aliud voluit dicere, quam quod potius esset mors ferenda, quam lex frangenda, ubi peccatum etiam veniale incurritur, ut communicare in sacris interveniente scádalo, aut quando metus incutitur in odium fidei, & contéptum legis, siue ecclesiasticæ siue diuinæ.

Annotare tamé in præsentiarú oportet, quòd licet contrahere matrimoniú inter consanguineos intra quartum gradum sit prohibitum iure positivo ecclesiastico; tamé ob nullum metum potest quis contrahere cum tali consanguinea etiam secluso scádalo & cótempu legis ecclesiasticæ. Ratio est, quia non est matrimonij materia, nec fieri potest per metum. Quocirca, fornicationem talis committeret, quæ iure diuino prohibita est, ac subindé cum periculo mortis cavenda. Ita, enim annotat Dominicus à Soto, de iustitia & iure, lib. 1. quæstione 6. articulo. 4.

De absolutione à maiori excommunicatione.

XIII. DIFFICULTAS.

Utrum quilibet sacerdos possit absolvere subditum suum ab excommunicatione.

PRO huius difficultatis decisione bitembrem distinctionem præmittere necessum est: nempe, excommunicatione aut latam esse à iure aut ab homine; & vocatur excommunicatio à iure, quæcunque à perpetuo statuto lata est, à quocunque statutum illud sit, & siue contineatur in iure communi siue in extrauagáti, siue in legibus synodalibus vel specialibus. Appellatur autem excommunicatio ab homine, illa quam iudex profert. His sic præhabitis, sit prima conclusio. Quæcunque excommunicatio cuiuscunque generis fuerit à iure per cõ-

A ciliam siue per summum pontificè condito, lata, absolutio ab ea pertinet ex officio ordinario ad episcopum, vel ad capitulum sede vacante, & ad parochialem sacerdotem & ad quemcunque prælatum in suo collegio vel conuentu. Iure enim diuino & ordinario, eo ipso, quòd prælatus habet iurisdictione in foro penitentiali potest absolvere à quacunque excommunicatione, nisi fuerit reserua-

B ta specialiter, vel papæ vel episcopo. Conclusio istam tenet D. Tho. in. 4. distinctione. 18. quæstione. 2. articulo. 3. q. 1. & Syluester, verbo, Absolutio. 1. §. 3. *Siluest.*

Quam sententiã sequuntur omnes. Ratio est aperta, quia excommunicatio est censura, quæ imponitur à iure ratione peccati, & ratione illius incurritur: ergo quantum est ex natura excommunicationis quicumque habet iurisdictionem absoluenti ab illo peccato; habet & iurisdictionem absoluenti ab illa censura, imposta penitentia. At vero non solum omnes episcopi, verú & omnes parochiales presbyteri, & quicumque prælatus pollet hac iurisdictione erga suos subditos. Quicumque igitur istorum potest absolvere à quacunque excommunicatione, lata à iure, non reseruata. Ex quo manifestè elicitur, ut nò propterea, quòd est lata excommunicatio à iure concilij vel papæ, sit ei reseruata, sed requiritur, ut expressis verbis sit reseruata, dicédo. Cuius absolutionem nobis reseruamus, vel, Pro beneficio absolutionis ad nos veniatur, vel alia verba similia. Et annotato cum domino Caieta. in sum-

D ma, quòd religiosus præsumens de facto ab excommunicatione lata à iure absolvere, incurrit excommunicationem. *Caieta.*

E Secunda conclusio. Ab excommunicatione lata ab homine ipse idem iudex qui tulit, potest absolvere: & hoc siue sit generalis, ut cum excommunicatur sub hac forma. Qui sciuerit, vel fecerit tale quid, siue singularis, ut cum excommunicatur Petrus. Hæc conclusio est euidens, nam eiusdem potestatis est ligare & ab-

& absolvere. Intelligenda tamen est conclusio, ex potestate ordinaria. Fallit tamen in multis. Primo, potest sententia esse lata à iudice inferiori, & nihilominus eius absolutio esse papæ reseruata, ut est illa de incédiarijs cap. Tua nos de sententia excommunicationis, quia illic non fertur sententia excommunicationis aduersus illos, ut bene ait Caieta. verb. excommunic. capit. 22. sed quod si fuerint per ecclesiæ sententiã publicati, tunc pro absolutionis beneficio, ad sedem Apostolicam mittantur. Et similiter cum episcopus priuat clericú suo officio eo quod exhibuit sacraméta hæreticis, vel eos sepeliuit qui restitui non possunt absque indulto Apostolico speciali. capit. Excommunicamus. extra de hæreticis.

Caieta.

D. Thom.

Secundo, possunt superiores ab inferiorum excommunicatione absolvere, ut egregie docet Diuus Thomas ubi supra, & est concors sententia omnium, excipitur tamen, quòd Archiepiscopus nò potest absolvere à sententia sui episcopi suffraganei, aut aliorum inferiorum, qui non sunt de sua diocesi, licet sint de sua prouincia. cap. Roma. cap. Venerabilibus. de sententia excommunicationis libro. 6. nisi quando hoc consuetudo habet, vel ad ipsum est appellatum.

Et animaduerte, quòd virtute cruciatæ, aut iubilæi conceditur facultas absoluendi à quacunque excommunicationis sententia, satisfacta parte. Vnde, si aliquis esset excommunicatus pro furto, non esset virtute diplomatis absoluedus, nisi prius satisfecisset, etiam si esset in articulo mortis, si potest satisfacere, nam alias sufficit præstare cautione, ut expresse Cardinalis & Felinus in capit. Cum contingat. de offi. deleg. & cautio debet esse sufficiens, si talem præstare potest, alioquin det quã potest, & si nullam potest dare absque illa est absoluedus in tali articulo, quia nemo tenetur ad impossibile. Neque si præcepisset episcopus alicui, ut relinqueret concubinã,

Card. Felinus.

A possit parochus eum absolvere quousque eam relinqueret. Quod si in his casibus quempiam ab excommunicatione absoluat episcopus, qui non satisfecit in præiudiciũ partis, licet male & iniuste faceret: tamen absolutio tenet, ut patet in capit. Venerabilibus. de sententia excommunicationis in. 6. Ratio est, quia absolutio contra ius cõstitutionis non tenet: absolutio vero contra ius tertij tenet, nisi dicatur in excommunicatione. Non impendatur absolutio, nisi occurrente tali conditione, vel obseruatione. Ut cum dicitur, Non possit absolui ante satisfactionem, vel, Nò possit impendi absolutio ante satisfactionem, vel si dicatur, quod qui incidit in tale quid, nò possit absolui, nisi satisfaciatur: tunc enim, non tenet absolutio secundum Caieta-

Caieta.

C num. In his enim verba Canonis limitant potentiam ordinarij, ac per hoc irritam esse absolutionem ostendunt, si aliter fiat. Sed dubium se offert impræsentiarum, vtrum præmissa satisfactione, absolutio obtenta ex vi cruciatæ aut iubilæi à confessario in foro conscientia, prosit excommunicato in iudiciali & exteriori foro? Pro hoc dubio sit conclusio negatiua: nempe, quòd non prodest, nisi in literis Apostolicis dictum sit, quod hæc absolutio etiã in iudiciali foro vim obtineat, ac sit admittenda. Hanc cõclusionem quatuor rationibus probo; Prima, quia plurimum detraheretur auctoritati iurisdictionis ecclesiasticæ fori exterioris, si publicæ excommunicatus ac denunciatus, secretè per sacerdotè ab eo ad cõfessionem electum absolueretur, & is ea absolutione obtenta, ingerat se diuinis, quasi in contemptum iudicis, qui eum excommunicauit, cui quidem iudici congrue satisfactum non est, etiam si excommunicatus qui iudici parere recusat, damnum parti læsæ restituerit. Secunda ratio est, quia forus conscientia & animæ plurimum differt à foro exteriori, ergo absolutio in foro conscientia obten-

Conclu.

Soto.

Conclu.

obtentam, non prodest in exteriori iudiciali foro. Tertia, quia absolutus in foro animæ, & poenitentia peracta, potest in exteriori foro accusari & puniri. Prior enim examinatio, in conscientia iudicio præcipue fit ad poenitentiam & satisfactionem diuinæ offensæ. Posterior autem ad publicam vindictam, & reipublicæ satisfactionem. Postrema ratio est, quia certum est, quod Romanus Pontifex non consuevit per Iubileum aut bullas, confessarijs sacerdotibus committere, ea quæ forum contentiosum concernunt, sed tantum ea, quæ ad poenitentia forum & conscientia purgationem spectant. Hæc sententia videtur esse expressa Doctissimi Soto in. 4. distinctione. 22. quæstione. 2. articulo. 3. ubi dicit, quod si in diplomate cruciatæ dicat Papa, quod possit quicumque absolui ab omnibus casibus referuatis in Bulla Cœnæ Domini, etiam hæreticus emendatus in foro conscientia possit absolui, tenet absolutio, referuata tamen potestate inquisitoribus procedendi in foro exteriori: ubi declarat illam extrauagantem Sixti quarti. Et si dominici gregis, cum dicit, quod etiam in fauorem fidei & cruciatæ nullus confessariorum aliquos absolueri audeat ab hæresi, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, seu delati seu publice diffamati: dicit quod non est intelligenda Extrauagans, quod donec sint sententialiter condemnati, non sit eius absolutio summo Pontifici referuata, sed voluit dicere illic Sixtus, quod per nullam generalem facultatem ab ipso concessam vel concedendam, possint hæretici absolui, postquam fuerint in aliquo illorum trium graduum: nempe condemnati, &c. sed quoniam Sixtus, inquit Soto, non potuit restringere concessionem per alios pontifices faciendam, quoties modo in cruciatæ diplomate dicat Papa, quod possit quicumque absolui ab omnibus casibus referuatis in Bulla Cœnæ Domini, illi etiam tres gradus comprehenduntur, licet non expriman-

A tur. **E** Nobis autem non placet hæc sententia, imo dicimus, quod nullus præter papam sine eius commissione speciali, potest absolueri ab hæresi, & censura ei annexa, etiam occultissima, quia Papa eam sibi referuat in bulla cruciatæ, & forte eo consilio id facit ne quis sibi virtute cruciatæ aut alicuius iubilei facultatē cōcessam ab ea absoluendi existimaret: **¶** verum est tamen quod hodie per decretum œcumenici Tridentini concilij, sessione. 24. cap. 6. licet episcopis in quibuscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ referuatis delinquentes quoscunque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientia gratis absolueri, imposita poenitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodē foro conscientia eis tantum, non eorum vicarijs est permittum, hoc per se ipsos & non per vicarios possunt ab hæresi absolueri.

Deficit etiā tertio conclusio nostra secunda: cū delegatus Papæ excōmunicauit inobediētē suæ sententiæ, post annum elapsū à sententia diffinitiuā, minime absolueri potest ipse delegatus.

Quarto fallit, si iudex postquam tulit sententiam excōmunicetur, quia tūc neque absolueri, neque excōmunicari potest, vt patet in cap. Audiuimus. 24. q. 1. Alias exceptiones multiplicant hic Summistæ, sed non opus est.

Sed nūquid potest episcopus excōmunicatos à se, vel à suis inferioribus extra proprium territorium absolueri? Huic dubio respōdetur, qd sic, quando non requiritur cognitio causæ: quia in his quæ causæ cognitionē non exigūt, possunt ubique exercere, quia volūtaria iurisdictionis sunt, & in foro cōsciētia omnia possunt. Secus si necessaria est causæ cognitio: quia tūc oportet sedere pro tribunali secundū Innocē. in. c. Nouit. de officio lega. quod in aliena diocesi minimè facere potest. Sed qd de illo, qd excōmunicatus à suo iudice, postea reperit se in aliena diocesi, vtrum

Conclu.

vtrum possit absolui ab episcopo illius alienæ diocesis vel eius vicario? Ad hoc est conclusio affirmatiua: nempe, quod potest per illum episcopū alterius diocesis absolui, si satisfecit parti: hoc est, soluit debitum, saltem si fuit excōmunicatio generalis. Quicumque fecerit fur tū, vel aliud retinuerit, quod ad ius alienum pertineat. Ratio huius conclusionis est, quia tunc nulla proprio iudici irrogatur iniuria. Secus si esset lis cōtestata inter partes in tribunali proprii iudicis, quia per ipsum, vel per pōtificem debet peragi.

XIII. D I F F I C V L T A S.

Vtrum laicus iudex possit absolueri ab excōmunicatione?

Pri. conclus.

Difficultati huic duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit affirmatiua: videlicet, quod iudex laicus potest excōmunicare & ab excōmunicatione absolueri, dummodo habeat primam tonsuram & iurisdictionem, & hoc in foro iudiciali etiam cum solennitate, non autem in foro poenitentia, quod equidem solus sacerdos potest. Conclusionem hanc tenet expresse Diuus Thomas, cui subscribit Antoninus. 3. part. titu. 24. capit. 77. & Petrus à Palud. in. 4. dist. 18. quæstio. 2. articulo. 3. nec de illa est dubitandum (etiam si aliqui gratis dubitent) cum vsus faciat pro illa.

D. Tho.
D. Anton.
Palud.

Sed nunquid potest laicus, etiam qui non habet primam tonsuram, absolueri ab excōmunicatione in articulo mortis? Pro hoc dubio est sententia negatiua: scilicet, quod non potest, quam tenet Couarruias in tractatu quem fecit super cap. Alma mater, & allegat pro se Palud. in. 4. distinctione. 17. quæstione 3. eod quod dicit illic, quemcunque sacerdotem etiam simplicem posse in articulo mortis absolueri ab excōmunicacione.

Coular.

Palud.

Innocen.

A tione, ob id quod tunc temporis, potest quilibet sacerdos à peccatis absolueri: quæ quidem absolutio minime aliter impendi potest, quam præmissa absolutio à censuris, & idē repetit D. 18. vbi supra. Ex quo elicit Couarruias, sententiam Palu. esse, quod qui in articulo mortis à peccatis absolueri non valēt, nec etiam ab excōmunicatione. Sed quāquam sententia hæc sit probabilis: nihilominus probabiliorē reputo contrariam: scilicet, quod deficiente sacerdote, potest laicus non habens primam tonsuram absolueri ab excōmunicatione constitutum in tali articulo, licet à peccatis nequitiam absolueri possit, nec ille qui habet primam tonsuram. Et quidem quod possit huiusmodi laicus absolueri ab excōmunicatione, probatur, nam præter hoc quod est expressa sententia Syluestri, verbo, Absolutio. siluest. 1. §. 4. col. 4. & Angeli, verbo, Absolutio. Ange. 3. §. 17. & summæ Armille, verbo, Absolutio. §. 39. & communis Theologorum opinio in. 4. sententiarum. distinctio. 17. Et est ratio vrgentissima, quia papa potest laico dare potestatem absoluendi ab excōmunicatione, vt notat glossa in cap. Præter. 32. distinctio. Sed in articulo mortis censetur hæc potestas absoluendi delegata ex Romani pontificis intentione, igitur poterit laicus absolueri ab excōmunicatione in tali articulo constitutum, nec si incolumis euadat, oportet, vt amplius ab his absolua-tur, sed vt præsentet se, ne nouam incurrat excōmunicationem. Quod autem laicus, siue habens primam tonsuram siue non, absolueri non possit à peccatis, tenet glossa in capit. Pastoralis. §. Præterea. de offi. ordi. Et ratio suffragatur, quādo quidem absolutio à peccatis ab ecclesia clauibus pēdet, ac denique ab ordine & iurisdictione, vt patet ex extrauaganti. Quia quorundam. §. Quod autem. de verbo. signifi. imò nec posset Papa committere potestatem absoluendi à peccatis laico, aut illi qui clauem ordinis non habe-

Soto.

Soto.

haberet, vt communis omnium Theologorum consensus tenet in. 4. sent. distin. 17.

Annotare hic oportet, quod si absq; absolutione ab excommunicatione siue à sacerdote siue à laico quis decessit ligatus excommunicatione, necessario est impetranda absolutio ab excommunicatione, si poenitentiae & contritionis signa ostendit, nam licet is apud Deum absolutus esse credatur: apud ecclesiam tamen adhuc ligatus censetur, atq; ob id ab eo debet impetrari absolutio, qui eum viuum absoluerit potuisset. capit. A nobis. el. 2. de sent. excom.

XV. DIFFICULTAS.

Vtrum excommunicatio possit suspendi?

conc. vni.

Questioni huic vnica hac conclusione respondetur, quod licet excommunicatio vere suspendi non possit: nihil tamen impedit, quod ab ea detur absolutio ad certum actum & tempus, quo finito iterum quis sit ipso iure excommunicatus sub eisdem conditionibus & solennitatibus, quibus prior excommunicatio inflicta fuit, atque hac ipsa absolutio vulgo appellatur ad reincidendum: eam praxis iam diu admisit: & est huius absolutionis illud peculiare, quod lapso termino in absolutione pre finito vel peracto ad cuius effectum quis absoluitur, statim absque noua sententia excommunicatus, in priorem incidat excommunicationem. Quae quidem conclusio probatur, in cap. Veniens. in 2. de testibus. & in cap. Apostolica. Feli. in capit. Ad reprimendam. de offi. ordi. columna. 2. Ioan. Andre. Hostien. Anto. & Abb. columna vltima in dicto capit. Veniens. & breuiter hac est communis opinio. Intelligitur conclusio ista, siue excommunicatio sit à iure, siue ab homine lata.

selinus.

Ioan. And. Hostien. Abbas.

XVI. DIFFICULTAS.

Vtrum possit aliquis inuitus absolui?

Ad hanc difficultatem est conclusio responsiua. Quamuis nemo inuitus possit absolui à peccatis: potest tamen ab excommunicatione. Hanc conclusio est D. Thom. in. 4. distinctio. 18. quaestione. 2. articulo. 5. & est doctorum sententia communi calculo approbata. Et ratio huius conclusionis est, quia sicut nullum potest esse peccatum nisi voluntarium: ita non remittuntur alicui inuito. At verò excommunicatio sicut in inuitum ferri potest cum sit poena, & poena non incurritur sponte: ita & inuitus ab ea absolui poterit. Hinc nascitur, quod absens potest absolui & per procuratorem, quia non requiritur voluntas illius qui absoluitur ab excommunicatione, & ob id diximus, non posse absolui à peccatis absentem, nec per nuntium nec per literas, quia cum requiratur eius voluntas, oportet, vt dum absoluitur, constet de eius voluntate confessori praesentialiter.

Conc. vni.

D. Thom.

Annotato tamen hic, quod donec confiterit ei de mente absoluentis per nuntium vel literas, non erit tutus in conscientia, nec reputabit se absolutum ab excommunicatione.

XVII. DIFFICULTAS.

Vtrum quis possit absolui ab vna excommunicatione remanens ligatus alijs?

Hic difficultati aliquibus conclusionibus satisfacere possumus. Prima est affirmatiua: nempe, quod potest quis ab vna excommunicatione absolui in alia remanendo: quia excommunicationes non habent veluti peccata connectionem, imo potest homo pro vna excommunicatione satisfacere, non satisfaci-

Pri. conclus.

faciendo pro omnibus.

2. conclus.

Secunda conclusio. Qui est excommunicatus vna excommunicatione, pluribus tamen ex causis non censetur ab excommunicatione absolutus, si in impetratione absolutionis causam aliquam tacuerit. Conclusio ista constat ex cap. Cum pro causa, & cap. Officij. cap. Ex parte. & ex D. Th. in. 4. dist. 18. q. 2. ar. 5. & ibi Theologi, & ita tenendum esse censeo, dummodo causa tacita fuerit, aequè principalis ad excommunicandum: quia tunc manet adhuc ex causa tacita excommunicatus: alioquin, scilicet, si non est aequè principalis valet absolutio: vt si causa illa non expressa, minime auertisset praetatum ab absolutione, licet ei foret expressa.

D. Thom.

3. Concl.

Tertia conclusio. Pluribus excommunicationibus ligatus, si solum dum petit absolutionem, facit vnus mentionem: non censetur ab omnibus liber. Hanc conclusionem tenet D. Tho. vbi supra. & probatur ex eisdem canonibus adductis pro prima conclusione.

4. conclus.

Quarta conclusio. Excommunicatus pluribus excommunicationibus, vnica tantum absolutione ab omnibus absoluitur, si omnes fuerint absoluendi expressa. Haec conclusio est omnium concors sententia in praesentibus locis, sed quid si oblitus fuerit confiteri aliquod peccatum, cuius causa est excommunicatus & absolutio reseruata, & nihilominus generalem absolutionem obtinuerit ab eo qui potuit ab excommunicatione absolui? Respondetur, quod in foro animae absolutus manet ab illa censura, quae ex obliuione non expressit, nec requiritur, nisi vt peccatum illud cum memoriae occurrerit, confiteatur cuiusque confessori: quia ab illo peccato per obliuionem omisso, sacramentalis absolutio absoluit. Et denique sacerdos ab excommunicatione absoluit sine cuius absolutione minime potuit habere locum absolutio sacramentalis à peccatis exhibitae, saltem secundum communem sententiam. In hac sententia inclinant Syluest. Adria. & Gabri.

Syluest. Adrianus. Gabri.

Quinta conclusio. Pluribus excommunicationibus ligatus ab omnibus etiam vnica tantum expressa in petitione absolutus censetur, quoties qui absoluit, ita generaliter absoluerit, vt si dicat, Absoluo te ab hac excommunicatione & ab omnibus alijs, quibus ligatus es, quarum nec memineris, nec memoriam habes.

5. Concl.

Sexta conclusio. Absolutio indiffinita ab excommunicatione exhibitae ei, qui pluribus est excommunicationibus ligatus, vnica tantum in petitione expressa, etiam quo ad alias sufficit, quoties verisimili coniectura praesumitur absolute, à tacitis excommunicationibus nihilominus absoluturum, si earum scientiam habuisset, ita tenet Paludanus in. 4. distinctio. 18. quaestione. 5. Intelligenda tamen sint istae duae conclusiones vltimae, quando quis est ligatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice. Secus quando à diuersis iudicibus: tunc nanque absolutus ab vna excommunicatione, non propter hoc censetur absolutus ab altera, nisi omnes alij ad petitionem suam absolutionem eius confirmauerint.

6. conclus.

Palud.

Annotare hic opus est, quod diximus impraesentiarum, abstinendum fore ab apponendis excommunicationibus, quae habentur in bulla de coena Domini, & ab alijs quam plurimis, quae in iure apponuntur, eo quod Caietan. diligenter ac luculenter in summa verbo, Excommunicatio. per. 81. capitula. eas exceptiones, & dubia quae circa illas emergere possunt, explicat: tantum enim huc adducam canonem illum, si quis suadente diabolo, cum eius explicatione, ob id quia frequenter incurritur. Verba canonis sunt. Si quis suadente diabolo, huius sacrilegij vitium vel crimen incurrerit, quod in clericum vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subijciatur: & nullus episcoporum praesumat illum absolueri (nisi mortis urgente periculo) donec apostolico conspectui praesentetur & eius mandatum suscipiat. 17. q. 4.

Caietan.

Hodie tamen bene potest episcopus, vt supra dictum est.

Quinque sunt verba in hoc canone, quæ explicatione indigent. Primum, Si quis, quo verbo non solum viri verum etiam mulieres sunt intelligendæ, vt patet ex cap. Monialibus. de sententia excommunicationis. Per inferentem manum violentam, intellige non solum executorem, sed mandantem, cõsulentem, auxiliantem, fauentem, consentientem, & ratum habentem factum nomine suo, & potentem impedire cum debet, & nõ obuiantem, si tamen ex intentione nolunt, cum sine eorum periculo possint. Tales enim dicuntur consentire. Item non tantum intelligitur cum percutit alterum: sed etiam seipsum percutit, aut verberat iniuriõse per se vel per alium, excommunicatus esset non minus quã si alium clericum sic percussisset, aut percuti procurasset. Hinc colligitur, quod monialis procurans abortum potione vel phlebotomia, non incidit in huc canonem, quia manus hæc licet sit violenta naturæ, non tamen est violenta personæ consentienti, nec est iniuriõsa statui ecclesiastico.

Secundum verbum est, Suadente diabolo, id est, voluntate & proposito iniuriandi, vt dicit Panormitanus in cap. Nu per. de sententia excommunicationis, & Syluester, verbo, Excommunicatio. 6. §. 1. & summa Armilla & Tabiena. Nec sufficit animus iniuriandi leuiter, sed requiritur animus iniuriandi grauiter, vt sit persuasio diaboli. Et aduerte, quod iniuria quæ sufficit ad incurrendum canonem, est illa quæ si laico viro fieret, mortale peccatum constitueret, vt dicit Caietanus & Armilla. num. 7. Quando vero percussio est ita leuis, vt si esset in laicum, non constitueret peccatum mortale, non est locus huic poenæ, quia non est sacrilegium completum, vt hic supponitur. Enormis verò percussio est scissio membri, vel vulnus lethale, requirẽs medicinam chirurgiæ, vel vbi est abun-

Panorm.

Syluest.

Sum. Arm.

Caieta.

Sum. Arm.

dans effusio sanguinis. Item est enormis, si persona læsa fuerit episcopus vel prelatus, vt habetur capit. Cum illorum. de sententia excommunicatio. Tunc enim etiam si percussio simpliciter sit leuis, ratione personæ, grauis iudicatur. Præterea, est enormis ratione personæ lædentis, vt si laicus officialis authoritatiuè percutiat clericum. Præterea, ratione scandalali, vt si regularis clericum secularem percutiat. Præterea, ex irreuerentia, vt si percutiatur sacerdos indutus sacris vestibus, vel percussio fiat coram prelato. Postremo, si in platea, vel in ecclesia eum percutiat. Ex loco vulneris: puta, si vulneratur in oculo: & ratione temporis: puta magna festiuitatis.

Tertium verbum est, Manus violenta, appellatione cuius venit non solum quæcunque percussio, sed etiam pulueris, aut aquæ, aut vrinæ iniectio, imò & consputio, aut pedum conculcatio, ac violenta acceptio cuiuscunq; rei de manu seu persona clerici: in super captio, de tentio & carcer.

Annotare hic oportet, quod quia violentia distinguitur ab actibus subdolis, fraudulentis & huiusmodi, & rapina distinguitur à furto, ideo licet manus violenta esset, si quis vi acciperet aliquid quod clericus tenet in manu, seu in persona: non tamen esset manus violenta, si quis acciperet furtiuè aliquid quod est in manu, vel circa clericum; vt bursam, vel cingulum.

Quartum verbum est, quod appellatione clerici seu monachi veniunt non solum habentes primam tonsuram, etiã si sint excommunicati, interdicti, aut suspensi, verum etiam appellatione clerici veniunt vtriusque sexus professi religionem aliquam approbatam, nouitij, & conuersi earundem religionum, hoc est, hi qui se & sua mutato habitu religioni perpetuo dedicauerunt, nisi tales fuerint priuilegio clericali priuati, vel degradati, & incorrigibiles, sicut deducitur ex capit. Cum non

D

E

non ab homine. de iudicijs.

Tertianorum autè genus, qui scilicet vocantur de tertio habitu alicuius religionis, non veniunt de iure nomine clerici, nec gaudent hoc priuilegio, nisi ex speciali concessione habeant: quia nec sunt religiosi (cum non habeant solennem professionem) qua religiosi à non religiosis distinguuntur.

Sed dubium oritur consequenter: vtrum sint aliqui casus in quibus percutiens clericum non incurrat excommunicationem? Cui dubio affirmatiuè respondetur: nempe, quod sunt aliqui casus, in quibus non incurritur canon, & eorum primus est. Quando quis ignorabat an clericus esset, puta quia comam nutriebat, vt patet de sententia excommunicationis. cap. Si verò. Quod intellige, nisi ignorantia esset culpabilis. Quo fit, vt si quis etiam malo animo percussisset Petrum, existimans clericum non esse, non incidat in excommunicationem latam à canone contra percutientem clericum: quia excusatur ignorantia inuincibili. Secus si percussisset Petrum clericum, existimans Ioannem esse, & voluisset percutere Ioannem clericum, cui soli inimicus erat: quia tunc nulla contingit ignoratiã ipsum excusans, vt non incurrat canonem. Similiter, qui Petrum laicum percussit, existimans eum esse clericum, etiam si malum animum habuit, & voluntatem percutiendi clericum, non incidit in excommunicationem latam à canone, tametsi teneatur propter suam conscientiam erroneam abstinere ab his quæ sunt interdicta excommunicatis: vt explicat Alfonso à Castro libro primo de potestate leg. poe

1. Casus.

Castro.

na. cap. 5. verbo lex humana iusta, nec tamen erit irregularis, licet cum hac conscientia læsione & errore celebrauerit, siquidem non est excommunicatus. Et ratio quare in hoc casu non incurrit excommunicationem est, quia error conscientia sufficit ad contrahendam culpam, vt cum quis errore deceptus: scilicet, ex conscientia erronea agit aliquid, non tamen sufficit ad excommunicationem incurrendam. Dixi, nisi ignorantia esset culpabilis, quia tunc cum sit vincibilis, crassa & supina, verè incidit in excommunicationem.

Secundus casus est, si non desert habitum vel tonsuram, nec aliquid de clericatu ostendit, si post trinam monitionem non se corrigat, vt habetur de sententia excommu. cap. Contingit, & cap. In audientia.

2. Casus.

Tertius casus est, in clerico qui contempto habitu fert arma, & tertio monitus sit, & se immisceat tyrannidi. de sententia excommunicationis. c. Cum non ab homine.

3. Casus.

Quartus, in clerico exercente negotia, vt ex cap. Sacerdotibus, ne clerici vel monachi, cõstat, & prius requiritur monitio: vt in cap. In audientia. de vita & honestate. cleri. c. fin.

4. Casus.

Quintus, in clerico coniugato, si non fert habitum clericalem de clericis coniugatis lib. 6. quia amittit priuilegiũ clericale.

5. Casus.

Sextus, in illis qui non ex ira, sed iocõ se se percutiunt, vt patet, de sent. excom. c. 1. debet tamen attendi qualitas loci, vt patet, de præsump. c. 1.

6. Casus.

Septimus, si causa disciplinæ quis clericum percuteret, vt magister, prelatus, vel de eius mandato, pater, &c. quæ dicitur sacra lesio. Et si nõ fiat causa correctionis, tã verberas, quã præcipiẽs incurrunt excommunicationem, vt habetur, de sent. exco. c. Vniuersitatis. Quod si causa subest, potest clericus capi, & incarcerari etiã per laicum iudicem, recepta tamen licentia iudicis ecclesiastici, aliàs non: de sententia excommunicationis: cap. Si laicus iudex libro sexto. Sed percussio nõ debet fieri per laicum, alioquin ambo incurrunt excommunicationem, vt patet in dicto cap. Vniuersitatis, nisi clericus esset adeo incorrigibilis, quod aliter capi & corrigi non potest.

7. Casus.

Octauus. Si quis vim vi repellat de-

8. Casus.

De effectu excommunicationis minoris. A

XIX. DIFFICULTAS.

Vtrum minor excommunicatio habeat aliquos effectus?

Conc. uni.

Ad hanc difficultatem vnica conclusio affirmatiua respodetur: nempe duos esse effectus excommunicationis minoris: Primus, quod sic excommunicatus, priuatur participatione sacramentorum tantum passiuam, que quidem in eorum perceptione consistit. Secundus, quod excluditur ab electione passiuam canonice, taliter vt si de facto scienter electus fuerit, eius electio esset irritanda, non tamen est ipso facto irrita. Hi duo effectus ponuntur in cap. Si celebrat de clerico excommunicato. Duo ergo sunt huius minoris excommunicationis substantiales effectus: scilicet, ne eligatur minoris excommunicationis vinculo nodatus, & ne suscipiat sacramenta. At vero eligere non prohibetur, nec exercere ea que ratione iurisdictionis ei competunt: & sacramenta ecclesiastica ab eo collata, non carent virtutis effectu: peccat tamen sic excommunicatus ea conferendo non equidem mortaliter, sed venialiter, vt ait doctissimus Soto & tenet Petrus a Palude. in. 4. distincti. 18. questione. 6. Et ratio est aperta, quia excommunicatio minor non priuat directe communionem actiuam sacramentorum. Quod aperte ex verbis text. colligitur, cum dicat, quod non priuatur sacramentorum administratione, sed solum susceptione. Quocirca, non tantum peccat confitendo, quantum suscipiendo. Quare, si celebrat, grauiter peccat, inquit Papa in dicto cap. Et quidem cum text. dicit grauiter. Si intelligatur practice, quia celebrat, aut quia alijs confert sacramenta, tantum venialiter peccat, nam intra latitudinem venialium sunt aliqua grauia. Si vero intelligatur respectu sumptionis sacramenti, quia qui ce-

Soto. Palud.

Phi

E

lebrat debet sacramentum suscipere mortaliter peccat, quia minor excommunicatio directe & per se priuat susceptionem sacramentorum ecclesie, sententia est iusta & in re graui, non tamen celebrando incurrit irregularitatem, quam incurreret, si esset excommunicatus maiori excommunicatione. De administrante simpliciter ait, quod peccat. Quod intelligitur venialiter. Scio tamen Syluest. verb. Excom. 4. §. 1. Duran. & Adria. tenere, quod excommunicatus minori excommunicatione, peccat mortaliter sacramenta conferendo. Prima tamen sententia mihi placet, tu vero lector tene quam malueris. Item a coetu fidelium non excluditur, nec a participatione spiritualium bonorum. Unde licet sic excommunicatus minori excommunicatione intret ecclesiam, & missam audiat, vel horas etiam cantando cum alijs dicat, non agit contra ius, quia his iure aliquo non est priuatus. Ita tenet Syluest. verbo, Excom. 4. in fine contra multos canonicistas, cui nos libentissime subscribimus. Phi

Phi

Syluest.

Durandus. Adria.

E

Syluest.

Phi

Sciendum est hic primo, quod si sic excommunicato minori excommunicatione quis confiteatur, non tenetur iterum confiteri. Notabile hoc ex ipso met textu colligitur: vbi habetur, quod illud sacramentum est solidum, & fortitur suum effectum, imo post coactum. Constan. taliter excommunicatus conferens sacramentum, nisi se ingerat, sed ab alio requiratur, non peccabit, sic namque intelligendum est id quod diximus, quod peccat venialiter: scilicet, cum se ingerit. Ratio est, quia non est nominatim excommunicatus. Nec ne latet Syluest. tenere cum Palud. confessum sic excommunicato teneri iterum confiteri: primam tamen sententiam adhaerendum esse censeo.

Syluest.

Palud.

Sciendum est secundo, quod participans cum excommunicato minori excommunicatione, nullam ex tali participatione incurrit censuram: quia excommunicatio minor non transit in tertiam personam, eo quod qui cum huiusmodi excommunicato communicat, non excommunicatur.

De

De absolute minoris excommunicationis.

XX. DIFFICULTAS.

Vtrum quilibet confessor possit absolueri ab excommunicatione minori?

Conclu.

Questioni huic duabus conclusionibus respondetur. Prior est, Ab excommunicatione minori quilibet sacerdos parochialis: hoc est, habens curam animarum ac iurisdictionem absoluendi a peccatis mortalibus, absolueri potest, imo quilibet etiam sacerdos expositus ad audiendas confessiones, siue sit religiosus siue clericus. Hanc conclusio habetur in cap. Nuper. de sententia excommunicationis. Et ratione probatur, nam excommunicatio minor solum priuat participationem sacramentorum: quicumque igitur iurisdictione pollet absoluendi a peccatis: potest subinde absolueri ab excommunicatione minori. Et hanc est communis omnium doctorum tam theologorum quam iurisperitorum sententia. Nec de religiosis iam potest esse dubium: nam licet in Extrauaganti, Inter cunctas. §. obsecrent. olim prohibebatur religiosis, ne ab excommunicationis vinculo absoluerent: sed nunc iam per Clementi. Dudum, de sepulturis, per quam reuocata est Extrauagans illa, Inter cunctas: licet religiosis absolueri a minori excommunicatione, nullo tamen modo a maiori.

Conclu.

D. Tho.

Caiet.

Posterior conclusio sit. Ab excommunicatione minori minimè simplex sacerdos absolueri potest. Conclusio ista est Diui Tho. in. 4. distinctione. 18. questione. 2. articulo. 5. q. 1. & Caietani verbo, Absolutio. & in opusculis, questione vnica, de ministro poenitentiae. Et ostenditur ratione euidenti, quia minor excommunicatio est vinculum ecclesiasticum, quod cum sit actus iudicis, non nisi ab habente iurisdictionem absolui

potest, quam quidem purus seu simplex sacerdos non habet: non ergo absolueri poterit ab hoc ecclesiastico vinculo minoris excommunicationis, nec etiam a peccato participationis cum excommunicato. Ob id enim dixit Diuus Thomas loco citato, quod ab excommunicatione minori ille absolueri valet sacerdos, qui potest absolueri a participatione cum excommunicatis, insinuans, quod ab illa absolueri non potest, nisi ille qui iurisdictionem habet in subditum. Et licet simplex sacerdos absolueri possit quolibet a peccatis venialibus: non inde sequitur necessarium, quod habeat iurisdictionem ad tollendam excommunicationem minorem, propter venialia peccata inflictam. Differt enim multum absolutio sacramentalis venialium ab absolute excommunicationis minoris: quae sacramentalis non est, quia ad absoluendum a venialibus peccatis, sufficit potestas ordinis: ad absoluendum vero ab excommunicatione minori, requiritur iurdictio. Hanc dicta sint de excommunicatione sub breui quodam examine.

De interdicto.

I. DIFFICULTAS.

Vtrum ista sex excommunicatio, Suspectio, Irregularitas, Interdictum, Cessatio a diuinis, conueniant & differant?

Pro huius difficultatis decisione annotare oportet, quod cum illa proprie differe dicatur, tam in practicis quam in speculatiuis, quae conueniunt in aliquo genere, vt ait Arist. 10. Meth. tex. 12. Aristot. ideo prius ostendere operæpretium est, in quo conueniunt. Sit igitur prima conclusio. Omnes istae censuræ conueniunt in tribus. Primo, quod sunt propter delictum, praeter irregularitatem, quae non nunquam citra delictum incurrit, vt quae contrahitur propter biga-

Ll 4 miam,

miã , vel propter effusionem sanguinis etiam licitam , vt cum iudex suspendere facit reum, de qua non loquuntur diplomata, quando dicunt, quod possunt absolui à quacunq; censura, sed loquitur de illa, quæ contrahitur propter peccatum, vt quando excómicatus ordines suscipit vel celebrat, &c. Secúddò cõueniunt, quia omnes possunt decerni, vel à iure, vel saltem ex fundamento quod est in iure, nam irregularitas propriè minimè ab homine imponi potest, nisi sit iure decreta propter aliquod factũ. Neque cessatio à diuinis propriè decernitur à iure propter aliquod factum, vt ipso facto intelligatur posita, sed conceditur ecclesiæ facultas, vt quando viderit expedire, cesset. Tertio conueniunt, quia omnes præxigunt canonicam monitionem, vel quæ in iure sit, vel quæ ab homine fiat.

2. conclus. Secunda conclusio. Omnes istæ censuræ differunt diffinitione & effectu. Probatur, nam excommunicatio est ecclesiastica censura, qua homo priuatur sacramentis, & suffragijs, & conuictu fidelium. Suspendio verò est ecclesiastica censura, qua quis priuatur vsu potestatis ecclesiasticæ quam habet. Potest enim suspendi sacerdos vel ab executione ordinum, ne consecret, vel ab vsu iurisdictionis, ne ius dicat, vel absoluat, vel ab actu prædicationis, &c. Irregularitas autem est indignitas, ne possit ad ecclesiasticos ordines promoueri vel si promotus fuerit, nequeat in eis ministrare. Interdictũ est censura ecclesiastica, qua homo separatur à certis sacramentis, omnibusque diuinis officijs, & ecclesiastica sepultura, vt inferius palã fiet. Interdicere namque propria significatione est, prohibere ac vetare, ne quid fiat. Suetonius in Augusto, alteri ob ingratum & maleuolum animum domo & prouincijs interdixit. Cessatio vero est ministrorũ prohibitio, ne sacra faciant, aut diuina celebrent.

3. Concl. Tertia cõclusio. Differunt etiam ex-

A communicatio, & suspensio ex vna parte, & interdictum ex alia: quia excómicatio, & suspensio non decernuntur, nisi propter peccatum personæ, quæ excommunicatur, vel suspenditur. At vero interdictum non semper propter peccatum illorum, qui sacris interdiciuntur, sed propter alienum. In odium namque illius, qui pertinaciter est in excommunicatione, interdicitur ciuitas: & idem est de cessatione à diuinis.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum interdictum emanet à iure, an tantum ab homine?

Priusquam difficultati huic satisfaciam, annotare oportet, quod interdictum in genere est triplex: scilicet, personale tantum: id est, quo interdicitur persona non locus, vel habitatio personæ: & locale tantum, id est, quo interdicitur locus, vel habitatio, & non persona loci. Aliud est locale & personale simul. Rursus interdictum locale est duplex: nempe, generale & speciale seu particulare. Est autem interdictum generale locale, quo interdicitur regnum, siue prouincia, siue ciuitas, siue castrum, aut villa. Interdictum verò locale speciale, siue particulare, est quo interdicitur vna certa ecclesia, vel plures certæ ecclesiæ: non autem omnes ecclesiæ alicuius ciuitatis, vel loci, vt constat apertè ex capit. Cum in partibus. Similiter interdictum personale est duplex: videlicet, generale & speciale, siue particulare. Generale personale, cum interdiciuntur homines regni, quod fieri potest propter peccatũ Regis, prouinciæ & ciuitatis: castri, aut villæ vniuersaliter. Speciale autem est, quo interdicitur pars vnus ciuitatis, vt totum studium, vel clerus, vel certa persona vel certæ personæ, aut etiam incerta: vt cum dicitur, Qui fecerit hoc vel illud, sit ipso facto interdictus. His

sic

1. conc. sic præhabitis, duabus conclusionibus difficultati respondetur iuxta duo membra in ea contenta. Prior, Omnibus his modis interdictum potest emanare à iure, vt in septem casibus sequentibus. Primo, contra collegium vel vniuersitatem ciuitatis, vel loci cogentis Ecclesias vel Ecclesiasticas personas solvere guidagia vel pedagia, quæ ab eisdem extorquent pro proprijs rebus, quas nõ negotiationis causa ducunt. Secundo, cõtra vniuersitatem locantem domos vsurarijs ad foenus exercendum. cap. 1. de vsuris. lib. 6. Tertio, contra vniuersitatem, quæ represalias concedit contra personas Ecclesiasticas. Quarto, contra eos ad quos spectat electio summi Pontificis, si non ilico vbi Papa moritur, procedant ad electionem seruantes seruanda in ea. Quinto, aduersus quancunq; ciuitatem, præter urbem quæ consentit dando auxilium, consilium, fauorem occidentibus, vel percutientibus cardinalè, vel infra mensem non puniètem huiusmodi enormitatem, cum adfuerit facultas. c. Felicis. de pœ. in. 6. Sexto, aduersus ciuitatem, quæ proprium Episcopum percussit iniuriòse vel temere, vel ceperit vel bannierit, vel consilium, auxilium, & huiusmodi dederit, vel hoc facientes scienter defensauerit, vt patet in Clemè. Siquis suaden te. de pœ. Septimo, aduersus clericos, vel religiosos inducetes aliquem ad vouendum, vel promittendũ de sepultura, si in eorum Ecclesia eum postmodum sepeliant, & infra decem dies Ecclesiæ in qua debebat sepeliri, nõ restituunt omnia etiam nõ petita, & cadaver si petatur ipso facto eorum Ecclesiæ & cœmeteria sunt interdicta, quouisque satisfecerint vt constat ex. cap. Animarum de sepultu. in. 6. Octauo, contra regnum, vel alium locum, quando Dominus eius impedit nõ legatus vel nuntius Papæ possit exequi officium suum, vt habetur in Extrauaganti. Super gentes. de offi. lega.

Annotato hic, quod in omnibus præ-

A dictis casibus, licet terra, ciuitas vel Ecclesia sit ipso iure interdicta: tamen nulus tenetur seruare tale interdictum ante denunciationem per iudicem faciendam, & celebrans ante, non incidit in irregularitatem post constitutionem concilij Constan. imo dicit Siluest. verbo in terdictum. 2. §. 1. se non credere interdicti sententiam ligare, in qua non ligaret excommunicatio.

2. conc. Secunda conclusio. Prælati Ecclesiarum cathedralium, aut collegiatarum; nempe, Episcopi & Abbates, qui præsumt collegiatis Ecclesijs decernere possunt interdictum, omnibus prædictis modis, vbicunq; habent iurisdictionem ordinariam, vt expressè notatur in. ca. Cum inter. de consue. & in. cap. Cum ab Ecclesiarum. de offi. ordi. Pariter conciliũ generale. Item electus cõfirmatus, licet non consecratus, potest, quia hoc est iurisdictionis. cap. Transmissam de elect. Inferiores etiam prælati, vt prælati religionum, & iudices Episcopi habentes iurisdictionem ordinariam, possunt subditos suos non exemptos interdicerere, sicut possunt eos excómicare, vt colligitur ex. d. cap. Cum ab Ecclesiarum. Capitulum insuper, sede vacante, potest, vt patet ex capit. Is qui. de maiorita. & obe. Ratio est, quia hoc est iurisdictionis, in qua capitulum succedit, & vt sub compendio comprehendantur qui interdicerere possunt, dicimus, quod omnes qui excómicare possunt, interdicerere etiã possunt, quia minus est interdicerere quã excómicare, nam excommunicatio est maxima pœna, quæ infligi potest.

E Animaduertere tamè oportet, quod mulier prælata: nempe, Priorissa vel Abbatisa non potest interdicerere. Ratio est in promptu, quia hoc ad potestatem clauium spectat, vt patet de pœni. & re. c. Noua. Nec canonici Ecclesiæ cathedralis possunt similiter interdictum ponere in aliquo loco vel Ecclesia, vt constat ex. cap. Quæ sunt. de his quæ fiunt à maio. par. cap.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum impositio interdicti requirat causam aliquam, & quam?

- 2. Conclu.** Sufficienter difficultati huic aliquibus conclusionibus respondetur, quarum prima sit. Interdictum poni non potest, siue personale siue locale sit, sine maxima causa. Hæc conclusio aperte ostenditur, nam non nisi pro grauissima causa populus interdicendus est, & non sufficit, quæcunq; satis esset ad excommunicationem ferendam, eò quòd excommunicatio contra singularem personam apponitur: interdictum autem in damnum totius populi citra eius culpam. Vergit etiã in periculum diuini cultus, potissimum si sit diuturnum: & ob id, quia scilicet patitur detrimentum & incommodum religio Christiana. Innoc. & Hostien. senserunt super ca. Illud quæsiuit. de ijs quæ fiunt à maio. par. cap. interdicti sententiam minimè ferendam esse propter delictum particularis personæ, sed vniuersitatis & locorum, aut domini seu rectoris, vel officialium, vt capit. **Innocen. Hostien.**
- Concl. Basili.** Non est vobis, de sponsa. Vnde Basiliensis Synodus semper præ oculis habenda inquit, Ob culpam autem alterius priuatæ personæ huiusmodi loca interdicti non possunt, nisi talis persona prius fuerit excommunicata, aut denunciata in Ecclesia & publicata specialiter & expressè, vel per circumlocutionem, quæ tenet vim proprii nominis. cap. Prætereà. el. 2. de appella. ac domini seu rectoris, vel officiales ipsorum locorum autoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post biduum eiecta, recedente vel satisfaciente, mox diuina restitui possint.
- 1. Conclu.** Secunda conclusio. Nullus locus aut populus generaliter potest interdicti auctoritate ordinaria vel delegata pro debito pecuniario, vel cuiusvis pecuniæ

A quantitate sine licentia sedis Apostolicæ speciali, & expressa. Conclusio ista ponitur expressè à Bonifacio octauo in Extrauaganti, quæ incipit, Prouide, specialiter tamen bene potest poni, vt quia plebanus non soluit aliquam collectam sedi Apostolicæ vel Episcopo: tunc nanq; interdici potest illa Ecclesia tantum illius plebanus: non autem alia in illa ciuitate, ita notauit Ioan. Andr. in Nouella. **Ioan. Andr.** de sen. excom. lib. 6.

B Sed vtrum prærequiratur monitio? Pro hoc sit tertia conclusio in ordine. **3. Conclu.** Quando ab homine fertur interdictum ob contumaciam, debet præcedere monitio & forma quæ traditur. de sen. excomm. li. 6. cap. 1. Vnde propter defectum monitionis aliquando interdictum est nullum, aliquando iniustum. Si verò propter delictum commissum feratur, non est necessaria præuia monitio, vt habetur. cap. In loca. 5. quæst. 2. & sic intelligendos esse doctores arbitror in. cap. Ad hoc. de appella. vbicunq; inueniantur afferentes præuiam monitionem ad interdictum inferendum non præquiri. Secus quando infertur à iure propter delictum, quia tunc non præquiritur monitio, siue sit speciale siue generale.

D Sed vtrum ferendum sit interdictum sub certa forma verborum? Ad hoc sit quarta conclusio. Quauis interdictum ferri debeat in scriptis continetibus causam, vt habetur in. cap. Cum medicinalis de sen. excom. lib. 6. non tamen est aliqua forma verborum necessario obseruanda, sed potest esse ista, vel similis, vel æquiualens: videlicet, Nos propter talè causam, Ecclesiam vel terram talè, Ecclesiastico supponimus interdicto, vt patet in. ca. Cum in partibus de verbo. signifi. Potest autem iudex sententiam talem pro sua voluntate determinare: puta interdicendo missam cum cantu, vel horas, vel sepulturam, & huiusmodi: vel excipiendo, aut subijciendo quos vult, & quando placet.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum, vt sententia interdicti liget, requiratur vt ad omnium aures perueniat.

- Con. vni.** Difficultati huic vnica hac conclusione respondetur: nempe, quòd vt hæc interdicti sententia liget, sufficit publica promulgatio, neq; est necesse eam singulorum auribus intimari. Sufficit nanque quòd quis sciat, metropolitana Ecclesia interdictum publicè seruare, vt reliquæ omnes Ecclesie teneantur seruare etiam religiosi tam exempti quàm non exempti, siue sit positum auctoritate sedis Apostolicæ siue ordinariorum: & non seruantes excommunicationem ipso facto incurrunt. Hoc enim nunc specialiter in sancta synodo Tridentina sessione. 25. capit. 12. præcipitur sub his verbis, Censuræ & interdicta, nedum à sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, & à regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, atque feruentur.
- Con. Tri.**

V. DIFFICULTAS.

Vtrum interdicti Ecclesiastici césura suspendi possit.

- 1. Conclu.** Impraesentiarum (omissa quorundam opinione tenentium partem negatiuam) per aliquot conclusiones ad difficultatem respondetur, & earum prima sit affirmatiua, qua directè satisficit quaestioni: videlicet, quòd siue sit locus interdictus siue persona, dummodò sit pro delicto alterius, potest perein qui illud decreuit suspendi, tolli & relaxari, imò & idem iudex potest illud suspendere, vel in tota vrbe, vel in aliqua Ecclesia, vel per diem, vel per tempus aliud, causa alicuius officij celebrandi, aut defuncti sepeliendi, aut alia causa legitima, nec

A interim celebrans iudicandus est irregularis. Conclusio hæc est Siluestri, verbo, Interdictum. 3. §. 8. & cõmunis omnium consensus: & maximam rationem habet, ex eo quòd censuræ Ecclesiasticæ regulariter ligant ad nutum & voluntatem iudicis eas decernentis. cap. Venies in. 2. de testibus.

B Annotato tamen, me in conclusione signanter dixisse, Dum modo sit pro delicto alterius, nam si positum sit interdictum pro culpa suspensi vel interdicti absque licentia summi Pontificis non potest suspendi. Et licet non possit Episcopus permittere celebrationem diuini officij in loco ab alio interdicto: potest tamen hanc permissionem cõcedere, vbi à seipso aut eius auctoritate fuerit interdictum decretum. Etenim si Episcopus suspendere ad tempus interdictum potest à se latum, vt dictum est, eadem ratione etiam poterit permittere, vt tempore interdicti possit diuinum officium celebrari, modò hæc permissionem ex causa Episcopus concedat & ad tempus ne videatur priuilegium dare aduersus ius commune, celebrandi tempore interdicti.

D Secunda conclusio. Si interdictum sit à iure, & conditor iuris non reseruauerit, potest Episcopus relaxare, & non inferior ordinariè. Hæc conclusio cõstat aperte ex cap. Nuper. de sen. excom. secus si reseruauerit: quia ipse solus potest, secundum Archi. Similiter, si interdictum esset determinatum ad certum tempus à iure: tunc nanq; ante tempus illud neutiquam tolli posse per ordinarium fateri oportet.

E Tertia conclusio. Quando interdictum rationabiliter est positum à iudice inferiori, maior eo non debet relaxare sine condigna satisfactione & cõsensu illius qui tulit, vt patet ex cap. Cum ad Ecclesiarum. de offi. ord. Neque Archiepiscopus potest relaxare interdictum vel alias sententias latas ab officialibus suffraganeorum, nisi ratione appellata.

pellationis: & tunc, si allegatur, quod sententia est nulla non est necesse eum absolui, potest tamen ad cautelam: nam licet (vt inquit Siluester verb. Interdictum. 3. §. 9.) generale interdictum relaxari non possit ad cautelam, tamen si sit speciale in aliquam personam, sic relaxari potest ad cautelam, quando videtur expedire. Si verò allegatur iniusticia quæ est notoria, superior debet eum absolueri sine remissione. Si autem notum est sententiam esse iustam, non debet absolueri sed remandare: in dubio autem superior potest absolueri.

Quarta conclusio. Interdictum nullum est ipso iure, si post appellationem decretum fuerit. Secus per appellationem sequentem: tunc nanque non suspenditur. Hæc conclusio est comunis omnium sententia.

De effectibus interdicti.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum sint aliqua, quæ tempore interdicti fieri prohibeantur.

Hic difficultati vnica affirmatiua conclusio respondetur: nempe quod sunt multa, quæ tempore interdicti, & in loco interdicto fieri prohibentur, nisi fiant secundum moderationem. cap. Alma mater. Primò, generaliter prohibetur omne exercitium deputatum certo ordini Ecclesiastico, siue clerici sint presbyteri, siue inferiores. Secundò, celebratio diuinorum, vt habetur in ca. Responsio. de clericis excom. & appellatione diuinorum venit solum ordinatum in breuiario, vel missali. Vnde, prohibetur illis ne bini & bini expressa voce horas soluunt ambulando, vel sedendo in Ecclesia, vel iuxta Ecclesiam, vel alibi vbi ab astantibus laicis audiantur. Ex quo rursus infertur, quod tempore interdicti clericus volens dicere horas,

A debet à se remouere familiam laicam: potest tamen cum alio clerico dicere in secreto, vbi à nemine audientur. Tertio prohibetur administratio sacramentorum. Quarto, collatio & susceptio ordinum: non enim potest Episcopus ordines conferre, etiam si ab ipso decretum fuerit interdictum. Tenetur nanque illud seruare, vel tollere, aut suspendere, imo etiam si immineat necessitas ordinandi presbyteros, diaconos, aut subdiaconos, aliosque ministros, quemadmodum visum est Siluestro. verb. Interdictum. 5. §. 7. contra Panormita. in capit. Non est vobis. & licet sint aliqui, qui consentiant Panormita. tenenda tamen est sententia Siluestri: videlicet, quod in loco interdicto, etiam in necessitate, non sunt ordines celebrandi. Secus erit quando populus interdictus est & non clerus: nam tunc clerici illius loci extra locum illum ad alios ordines poterunt promoueri, etiam qui tantum primam tonsuram haberent, non autem laici. Si verò locus tantum interdictus est, quanuis ibi neminem ordinari posse manifestum sit, extra locum tamen interdictum posse ordinari fatendum est, nisi fuerint in culpa delicti propter quod latum est interdictum, vel nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis: quia tunc nullus de vniuersitate ordinari posset. Similiter prohibetur collatio & susceptio Extremæ vnctionis, vt habetur. capit. Quod in te. vbi etiam clericis & religiosis inhibetur, ne Extremam vnctionem recipere possint. Collatio insuper & susceptio Eucharistiæ inhibetur laicis sanis, & clericis secularibus, etiam si possint audire diuina. Quinto, prohibetur omnibus laicis interesse diuinis. Non enim possunt audire diuina, nec etiam extra Ecclesiam auscultare diuina, quæ fiunt in Ecclesia. Ex cipi tamè debet infantes, qui nihil sentiunt, nec cognoscunt diuinorum officiorum, quia

B imineat necessitas ordinandi presbyteros, diaconos, aut subdiaconos, aliosque ministros, quemadmodum visum est Siluestro. verb. Interdictum. 5. §. 7. contra Panormita. in capit. Non est vobis. & licet sint aliqui, qui consentiant Panormita. tenenda tamen est sententia Siluestri: videlicet, quod in loco interdicto, etiam in necessitate, non sunt ordines celebrandi. Secus erit quando populus interdictus est & non clerus: nam tunc clerici illius loci extra locum illum ad alios ordines poterunt promoueri, etiam qui tantum primam tonsuram haberent, non autem laici. Si verò locus tantum interdictus est, quanuis ibi neminem ordinari posse manifestum sit, extra locum tamen interdictum posse ordinari fatendum est, nisi fuerint in culpa delicti propter quod latum est interdictum, vel nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis: quia tunc nullus de vniuersitate ordinari posset. Similiter prohibetur collatio & susceptio Extremæ vnctionis, vt habetur. capit. Quod in te. vbi etiam clericis & religiosis inhibetur, ne Extremam vnctionem recipere possint. Collatio insuper & susceptio Eucharistiæ inhibetur laicis sanis, & clericis secularibus, etiam si possint audire diuina. Quinto, prohibetur omnibus laicis interesse diuinis. Non enim possunt audire diuina, nec etiam extra Ecclesiam auscultare diuina, quæ fiunt in Ecclesia. Ex cipi tamè debet infantes, qui nihil sentiunt, nec cognoscunt diuinorum officiorum, quia

C erit quando populus interdictus est & non clerus: nam tunc clerici illius loci extra locum illum ad alios ordines poterunt promoueri, etiam qui tantum primam tonsuram haberent, non autem laici. Si verò locus tantum interdictus est, quanuis ibi neminem ordinari posse manifestum sit, extra locum tamen interdictum posse ordinari fatendum est, nisi fuerint in culpa delicti propter quod latum est interdictum, vel nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis: quia tunc nullus de vniuersitate ordinari posset. Similiter prohibetur collatio & susceptio Extremæ vnctionis, vt habetur. capit. Quod in te. vbi etiam clericis & religiosis inhibetur, ne Extremam vnctionem recipere possint. Collatio insuper & susceptio Eucharistiæ inhibetur laicis sanis, & clericis secularibus, etiam si possint audire diuina. Quinto, prohibetur omnibus laicis interesse diuinis. Non enim possunt audire diuina, nec etiam extra Ecclesiam auscultare diuina, quæ fiunt in Ecclesia. Ex cipi tamè debet infantes, qui nihil sentiunt, nec cognoscunt diuinorum officiorum, quia

D pa delicti propter quod latum est interdictum, vel nisi locus esset interdictus propter delictum vniuersitatis: quia tunc nullus de vniuersitate ordinari posset. Similiter prohibetur collatio & susceptio Extremæ vnctionis, vt habetur. capit. Quod in te. vbi etiam clericis & religiosis inhibetur, ne Extremam vnctionem recipere possint. Collatio insuper & susceptio Eucharistiæ inhibetur laicis sanis, & clericis secularibus, etiam si possint audire diuina. Quinto, prohibetur omnibus laicis interesse diuinis. Non enim possunt audire diuina, nec etiam extra Ecclesiam auscultare diuina, quæ fiunt in Ecclesia. Ex cipi tamè debet infantes, qui nihil sentiunt, nec cognoscunt diuinorum officiorum, quia

E latio insuper & susceptio Eucharistiæ inhibetur laicis sanis, & clericis secularibus, etiam si possint audire diuina. Quinto, prohibetur omnibus laicis interesse diuinis. Non enim possunt audire diuina, nec etiam extra Ecclesiam auscultare diuina, quæ fiunt in Ecclesia. Ex cipi tamè debet infantes, qui nihil sentiunt, nec cognoscunt diuinorum officiorum, quia

quia isti bene possunt ad diuina admitti licet non in Ecclesia sepeliri. Longè nanque est diuersa ratio de sepultura, & de auditione diuinorum. Sexto, prohibetur pulsatio campanarum, si pro diuinis fiat. Septimo, apertio ianuarum Ecclesiæ, tempore quo diuina celebrantur. Octauo, ne possit Sacerdos aquam benedictam aspergere laicis loci interdicti, quanuis si aspergat, non sit irregularis: tum, quia non est iure cautum: tum etiam, quia non est proprium Sacerdotis. Quo fit, vt Episcopi minimè dare possint benedictionem solennem: quia talis benedictio competit illis ratione ordinis, vt videre est distin. 95. cap. Ecce. Imo addit Siluester verb. Interdictum. 5. §. 4. idem dicendum esse de quacunque benedictione simplici, quando expetitur aut datur ratione ordinis. Secus si detur ratione ætatis vel sanctitatis. Nono, prohibetur benedictio calicis, paramentorum, corporaliū, candelarum in festo purificationis, aut oliuarum in dominica palmarum. Decimo, ne dentur indulgentiæ, quæ concessæ sunt sequentibus & comitatibus corpus Christi, excommunicatis & interdictis culpabiliter: sed alijs omnibus, qui interdicti causam non dederunt, dandæ sunt. Vndecimo, prohibetur, ne laici sepeliantur in Ecclesia, & in cœmeterio, sed extrà sunt sepeliendi, sine officio tamen diuino, quia remanere non debent inhumata. Hæc omnia æquè inhibentur in Ecclesijs exemptis sicut in alijs, quia omnes tenentur interdictum seruare, vt apertè constat ex ca. Auctoritate. de priuilegijs. lib. 6.

Siluest.

VII. DIFFICULTAS.

Vtrum aliqua istorum quæ in præcedenti difficultate prohibentur tempore interdicti, liceant, & quibus personis?

Pro huius quæstionis decisione prænotare oportet primò, quod an-

tiquitus ferè nihil interdictum à cessatione à diuinis differèbat: nam tunc non licebat tempore interdicti, interesse sacris, & solum semel in hebdomada causa conficiendi sacramenti celebrare per mittebatur. de sen. excom. cap. Permittimus. Postmodum verò Bonifacius. 8. in dicto cap. Alma mater. de sen. excom. in 6. Videns incommoda quæ sequebatur ex hoc: videlicet, quia crescebat in deuotio populi, hæresesque pullulabant, & denique infinita pericula animarum insurgant, concessit multa. Secundo oportet annotare, quod interdictum est duplex, generale & speciale. His prælatis, ad præsentem difficultatem perinde atque ad præcedentem, vnica conclusio ne affirmatiua respondetur: nempe, quod multa licent tempore interdicti ex Bonifacij. 8. in loco citato concessione. Primo, tempore interdicti siue ab homine siue à iure decreti, possunt quotidie in Ecclesijs & monasterijs diuina officia & missa, submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis exclusis, in Ecclesijs interdictis celebrari dummodò sit interdictum generale loci, & non personæ: itaque, in Ecclesijs quæ sunt intra locum interdictum, est hoc verum, non autem in Ecclesia specialiter interdicta. Ita nanque, intelligitur. d. cap. Alma mater. secundum

B ne possit Sacerdos aquam benedictam aspergere laicis loci interdicti, quanuis si aspergat, non sit irregularis: tum, quia non est iure cautum: tum etiam, quia non est proprium Sacerdotis. Quo fit, vt Episcopi minimè dare possint benedictionem solennem: quia talis benedictio competit illis ratione ordinis, vt videre est distin. 95. cap. Ecce. Imo addit Siluester verb. Interdictum. 5. §. 4. idem dicendum esse de quacunque benedictione simplici, quando expetitur aut datur ratione ordinis. Secus si detur ratione ætatis vel sanctitatis. Nono, prohibetur benedictio calicis, paramentorum, corporaliū, candelarum in festo purificationis, aut oliuarum in dominica palmarum. Decimo, ne dentur indulgentiæ, quæ concessæ sunt sequentibus & comitatibus corpus Christi, excommunicatis & interdictis culpabiliter: sed alijs omnibus, qui interdicti causam non dederunt, dandæ sunt. Vndecimo, prohibetur, ne laici sepeliantur in Ecclesia, & in cœmeterio, sed extrà sunt sepeliendi, sine officio tamen diuino, quia remanere non debent inhumata. Hæc omnia æquè inhibentur in Ecclesijs exemptis sicut in alijs, quia omnes tenentur interdictum seruare, vt apertè constat ex ca. Auctoritate. de priuilegijs. lib. 6.

C mo, tempore interdicti siue ab homine siue à iure decreti, possunt quotidie in Ecclesijs & monasterijs diuina officia & missa, submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis exclusis, in Ecclesijs interdictis celebrari dummodò sit interdictum generale loci, & non personæ: itaque, in Ecclesijs quæ sunt intra locum interdictum, est hoc verum, non autem in Ecclesia specialiter interdicta. Ita nanque, intelligitur. d. cap. Alma mater. secundum

D Archi. Floren. Siluest. constitutio ista tractat de interdicto generali, & non de speciali. Neque tantum tempore interdicti permessa sunt missarum solennia propria illius diei, vt quidam existimauerunt, sed & aliorum sanctorum & dierum, &c. Et aduerte: quod nomine Ecclesiarum veniunt hospitalia, dummodò erecta fuerint auctoritate Episcopi, quia etiam illic possunt diuina celebrari, & ita seruatur apud omnem Ecclesiam: & celebrans sic ianuis clausis &c. potest secum habere vnum secularem ad hoc deputatum, ad ministrandum sibi,

E dam existimauerunt, sed & aliorum sanctorum & dierum, &c. Et aduerte: quod nomine Ecclesiarum veniunt hospitalia, dummodò erecta fuerint auctoritate Episcopi, quia etiam illic possunt diuina celebrari, & ita seruatur apud omnem Ecclesiam: & celebrans sic ianuis clausis &c. potest secum habere vnum secularem ad hoc deputatum, ad ministrandum sibi,

Innocen.

sibi, secundum Innocen. c. Nuper. de sen. excom. dummodo sibi consueverit ministrare, & non vocet eum in fraudem. Ex præhabitis aperte colligitur, canonicos tempore interdicti teneri conuenire ad Ecclesiam: alioquin amitteret quotidianas distributiones, quæ interessentibus tantum dantur, si non esset interdictum. Secundo, tempore interdicti omnes homines non tantum in articulo mortis constituti (vt per iura antiqua concedebatur,) verum etiam sani, quoties velint, possunt ad poenitentiae sacramentum accedere, exceptis excommunicatis, qui duntaxat in articulo mortis ad sacramenta admittuntur, & illis qui interdicto causam dederunt: nempe, quorum culpa vel dolo lata est sententia interdicti, vel si dederunt consilium, auxilium, &c. nisi prius satisfecerint, vel dederint idoneam cautionem: vel si non possunt, iurauerint quam primum poterant, facere. Non tamen tunc relaxabitur interdictum, vt patet in dicto capit. Alma mater. Tertio, tempore interdicti generalis conferri possunt sequentia sacramenta: videlicet, sacramentum Baptismi tam adultorum quam paruulorum, vt constat ex capit. Quoniam. de sent. excom. lib. 6. & catechismus, & consequenter totum officium Baptismi. Quod si honestè extra Ecclesiam fieri potest, securius est, quanuis tamen si fieret in Ecclesia specialiter interdicta, non incurreretur irregularitas secundum Ioan. Calde. licet oppositum alij teneant. Conceditur quoque tempore interdicti viaticum existentibus in mortis periculo, vt patet ex capit. Poenitentes. dist. 50. & potest portari cum lumine & campanula ad ipsum in firmum: sic enim habet generalis consuetudo, & de lumine est. capit. Sacra de celebra. missarum, & potest dari in praesentia astantium, nec est prohibitum inspicere hostiam extra pixidem, & adorare tempore interdicti nisi cum diuina officia actualiter celebrantur.

Ioan. Cal.

A Pari ratione, conferri potest damnatis ad mortem, siquidem in articulo mortis existere censentur. At verò bellum & mare intrantibus, ac prægnantibus minimè conferendum esse existimant doctores, nisi articulus mortis illis imminere videatur. Ac denique conferri potest clericis & religiosis, quibus licitum est audire diuina secundum veriorè opinionem: quia non est eis prohibita participatio sacramentorum nec diuinorum officiorum. Cõceditur insuper tempore interdicti tam adultorũ quam puerorum in fronte Chrismatio, & consecratio chrisimatis feria quinta magna secundum formam capituli, Alma mater. videlicet, ianuis clausis. Postremò, conceditur quòd matrimonium cõtrahatur per interdictos, sine solennitate tamen. Prohibetur enim benedictio nuptialis, & ratio est, quia etiam ab excommunicatis matrimonium contractum tenet, vt est videre in capitul. Significasti, de eo qui duxit in matrimonio. **E** Quarto possunt clerici omnes etiam primæ tonsuræ audire sacra, & vt inquit sancta synodus Tridentina sessio. 23. capit. 6. possunt etiam fori priuilegio gaudere, si beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferant, alicui Ecclesiae ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur. Coniugati autem amittunt priuilegia clericalia, vt habetur. capit. Ioannes. de cleri. coniuga. præter duo, Nam si tonsuras & habitum clericalem deferant, gaudent priuilegio canonis, Si quis suadente diabolo. & ne conueniantur coram iudice seculari, dummodò secundum constitutionem hodiernam prædicti concilij in loco citato alicuius Ecclesiae seruitio vel ministerio ab Episcopo deputati eidem Ecclesiae seruiant, vel ministrent, & ita per eam limitatur

Cõcil. tri.

Conarr.

Con. Tri.

Archi.

siluest.

tur tex. in. capi. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. qui etiam non ita generaliter debet intelligi, nam solum eius dispositio procedit & locum habet in causis criminalibus, non verò in ciuilibus: quoniam in istis coniugati clerici non sunt exempti à iurisdictione iudicis secularis, vt latè ponit Couarruias practi. quæstio. cap. 31. sed etiam audire sacra non valent, vt patet ex dict. cap. vnico. de cleri. coniuga. in. 6. Bigami verò sunt priuati omni priuilegio clericali: etiam duobus priuilegijs prædictis, vt dicit glossa supra prædictũ. c. Imo non licet illis exercere ministeria illa quatuor minorũ ordinum, quæ ceteris coniugatis idoneis, habitũ clericalem & tonsuram in Ecclesia gestantibus licet, quando cælibes præsto non erunt ad ea munia obeunda, vt expressè determinat eadem sacrosancta synodus Tridentina eadem sessione. cap. 17. Quinto, audire sacra possunt priuilegiati quicunq; Pontificis diplomate, & habentes huiusmodi priuilegium, possunt familiam suam quæ eum comitatur, in Ecclesiam secum ducere, iuxta concessionem eiusdem Bonifacij. 8. cap. Licet vobis. de priuile. lib. 6. nisi vel causam dederint interdicti, vel in fraudem hæc ob causam fuerint in eadem familiam assumpti, vt patet. cap. vlt. de verb. signi. lib. 6. in absentia tamen Domini, tales familiares hoc facere nequeunt. Et nota, quod familiares intelliguntur impresentiarum, non solum perpetui, sed etiam mercenarij secundum Archi. Non tamen sic intelligendum est de familiaribus alicuius collegij & monasterij: quia nisi priuilegiati fuerint, non admittuntur. Sexto, possunt clerici in Ecclesia sepeliri, vt patet in capi. Quod in te. de poeni. & re. & quanuis illic addatur, quod sepeliantur clerici sine solennitate & cum silentio, sed hodie iam, vt ait Siluest. verb. Interdictum. §. 10. conceditur, vt missa & officium funeris cum moderamine. capi. Alma. celebretur, si non sunt interdicti, & seruauerunt interdictum. Et annotato,

A quod etiam si Ecclesia aliqua sit specialiter interdicta, clerici illius Ecclesiae possunt ibi sepeliri, non autem alij, nisi alias Ecclesias non haberent, aut essent impeditæ, quia tunc possent illic sepeliri, vt bene annotat Silue. vbi supra ex Panor. Septimò, possunt Episcopi & superiores prælati quocunque ierint, coram se facere celebrare diuina, submissa tamen voce, & ostio clauso, & exclusis interdictis, vt habetur in. ca. Quoniam Episcopi de priuilegijs. lib. 6. in vltima glossa, nec possunt per alios dioecesanos in eorũ dioecesi prohiberi, & hoc quanuis sit interdicta terra, ciuitas aut castrum. Et simile priuilegium habent fratres prædicatores & minores. de priuileg. cap. Quia in his. si tamen esset interdicta Ecclesia vel aliquis locus singularis, nec Episcopus nec prædicti fratres possent ibi celebrare, vt dicit Siluest. verbo, Interdictum. §. 4. & adducit Ioan. Andre. in. ca. Quæstio. de cleri. nõ residen. Habent etiam prædicti fratres priuilegium ab Alexand. 4. quod incipit, Pro reuerentia quòd in vigilijs & in festiuitatibus diui Dominici, sancti Petri martyris, & octo diebus immediatè sequentibus, vt tempore generalis interdicti in suis Ecclesijs & oratorijs, possint diuina officia solenniter celebrare, excommunicatis duntaxat exclusis. Habent insuper priuilegium, vt possint tempore interdicti recipere ad diuina pueros, suis seruitijs deputatos, & suorũ negotiorum procuratores, ac eos qui continuo operibus eorum insistant, dummodò isti non fuerint causa interdicti, aut specialiter interdicti, vel excommunicati. Habent præterea priuilegium: vt tempore strictissimi interdicti, quilibet conuentus fratrum prædicatorum quotidie vnã missam celebrare possit cum duobus vel tribus tantum ministris, exclusis omnibus qui non sunt de ordine prædicatorum. Cle. Meritis vestra, &c. Est præterea eis priuilegium, vt tempore interdicti quo prohibentur Ecclesia-

stia

stica sacramenta omnia, exceptis paruum Bap-
 tismo, & morientium poenitentia, possint
 confiteri peccata: & absolui, & temporibus
 consuetis, secundum morem eorum recipere
 communionem, & vntionem extremam, diuina
 officia celebrare simul, ianuis clausis, &c.
 exclusis omnibus qui de tali ordine non
 sunt. Sunt eis postremo alia quam plurima
 priuilegia, quae singulariter hic recensere
 longum esset: & videri possunt in compendio
 priuilegorum. Hoc tamen vnum annotare opus
 est, quod omnia priuilegia quae praecesserunt
 decretalem, Alma mater. Bonifacii octaui, &
 sunt illi contraria, sunt reuocata per dictum
 capitulum. Alma mater. circa finem. vide ibi
 glossam. Sequentia vero dicti capituli. Alma
 mater. tenet, & precedit quae non sunt
 contraria dicto capitulo. non reuocantur.
 Octauo, quando interdictum est generale
 locale tantum, non impedit quin illius loci
 habitatores & incolae, qui culpabiles non sunt,
 alibi existentes, possunt diuina officia audire,
 & sacramenta percipere, & in Ecclesia alia
 sepeliri, & eadem ratione clerici possunt
 extra locum illum celebrare: vt cum est
 interdicta terra propter delictum domini.
 Similiter cum interdictum est speciale locale,
 vt interdicta cathedrali Ecclesia, possunt
 canonici extra illam, non solum singuli,
 sed vt collegium celebrare alta voce & cum
 solennitate, vt eleganter annotat Cardi.
 in cap. vlti. de excessu. pra. Et breuiter quotiescun-
 que interdictum est speciale, quo interdicitur
 vna certa Ecclesia, vel plures certae Eccle-
 siae alicuius ciuitatis vel loci, & non omnes
 possunt extra Ecclesias illas interdictas
 diuina solenniter celebrari: secus cum
 interdictum est generale vel speciale personae,
 vt cum ciuitas est interdicta propter
 peccatum ciuium, vel cum aliqua certa
 Ecclesia interdicitur propter peccatum
 alicuius personae particularis itaque
 interdictum potius est personale quam
 locale, tunc nanque quocumque

vadunt, sunt interdicti, nec debent ad-
 mitti ad diuina. Ratio est aperta, nam
 interdictus in vna Ecclesia, interdictus est
 in alia. capi. Quisquis. 4. quast. 5. Nono,
 oblati id est, confratres qui ex priuilegio
 religiosorum fraternitati quorum sunt
 ascripti, possunt tempore interdicti in Ec-
 clesia sepeliri, vt expresse habetur in ca.
 Vt priuilegia. Ita tamen est accipiendum,
 quod huic religioni oblati si decesserint
 non electa sepultura, vel ea quidem electa
 in eo loco, qui iure ipso non electa
 sepultura, est cuiuscumque mortui sepul-
 chro destinatus, sepeliantur sane in Ec-
 clesia, cui corpus illud pertinet, ac com-
 petit, etiam si ea interdicta sit. At si ab
 his oblati electa fuerit ad sepulchrum
 Ecclesia, cui seclusa electione iure Pon-
 tificio minime corpus illud compete-
 bat, & ea sit interdicta, non sunt admit-
 tendi ad Ecclesiasticam sepulturam per
 eos electam, quod quidam ex vero sensu
 eiusdem capituli deducere videntur
 Hostien. Panor. in dicto cap. Vt priuilegia,
 & Siluest. verbo, Interdictum. 5. §. 8.
 Oblati vero dicuntur ad huius priuilegij
 vsum, qui non tantum propria bona
 sed se ipsos dederint perpetuo monaste-
 rio absque religionis professione, sicuti
 tradunt Cardi. in Clemen. 1. de decimis,
 & Abb. in cap. Non est de regulari. Do-
 natio enim bonorum per se non sufficit
 ad gaudendum huiusmodi priuilegij:
 imo est necessarium, quod confratres
 mutato habitu se ipsos perpetuo dede-
 rint monasterio, vel absque habitus mu-
 tatione se & sua monasterio, referuato
 usufructu, tradiderint & obtulerint. De-
 nique erit satis sufficiens oblatio perso-
 narum absque mutatione habitus cum re-
 rum item donatione, aut ipsa mutatio
 habitus cum personarum oblatione.
 Quo fit, vt non requiratur, quod huius-
 modi oblati sunt conuersi fratres, qui
 dem mutato habitu religionem ipsam
 profitentur, minime ordine Ecclesiasti-
 co praediti, & hi cum ceteris religiosi-
 intra monasteriorum claustra vitam
 agunt.

Hostien.
Panor.
Siluest.
Cardin.
Abba.

Card.

agunt. Decimo quod in his festiuita-
 tibus: videlicet, Natalis Domini, Re-
 surrectionis, Pentecostes, Assumptio-
 nis beatae Mariae, & per extrauagan-
 tem Martini quinti, & Eugenij quar-
 ti, additur solennitas corporis Chri-
 sti & eius octaua, pulsatis campanis,
 & ianuis apertis, & alta voce diuina
 celebrentur in locis interdictis, ex-
 clusis excommunicatis tantum, ira ta-
 men vt illi propter quos latum est in-
 terdictum, altari non appropinquent:
 id est, non faciant offertorium, non
 obstantibus quibuscumque priuilegijs.
 Et secundum communem opinio-
 nem incipit dies in vesperis vigiliae
 vsque ad vespertas secundas inclusiue,
 ita vt completorium ianuis clausis
 non publice dicatur. Tenent hanc
 sententiam Ioan. Ancharra. Calderi.
 & Archiepisc. Florenti. tertia part. ti-
 tulo. 26. capitulo quarto. Aliqui ta-
 men largiorem faciunt interpretatio-
 nem, includentes etiam missam vi-
 giliae Natiuitatis, Paschatis & Pente-
 costes, & completorium harum festi-
 uitatum post secundas vespertas. Sen-
 tentiam hanc tenent Archi. Domi.
 Paludanus, Siluester verbo. Interdi-
 ctum. 5. §. 2. Ratio horum est, quia
 in beneficijs larga interpretatio debet
 fieri. Quae autem istarum assertionum
 sit verior, iudicare oportet ex consue-
 tudine, cui standum esse censeo. Ve-
 rum est tamen, quod in Sabbato san-
 cto, quia terminantur vespere cum mis-
 sa, tollitur interdictum ad missam vi-
 giliae, saltem ab initio gloriae, quan-
 do pulsantur campanae.
 Et Annotato, quod non tantum
 in his diebus missarum solennia ip-
 sius festiuitatis, verum & missae peculia-
 res ac votiuae dici celebrari publice
 possunt, ita asserit Siluest. verbo. In-
 terdictum. 3. §. 2. & Florenti. vbi
 supra. In his festiuitatibus hic com-
 memoratis, omnia illa licent tempo-
 re generalis interdicti, quae pertinent

Ioan. An-
char.
Calde.
Archi. Flo.

Archi.
Palud.
Siluest.

Siluest.
D. Antoni.

ad officium diuinum & eius celebra-
 tionem, non autem quae pertinent
 ad sacramenta, nisi sub ea forma qua
 permittuntur aliqui tempore interdi-
 cti. Vnde, posse in his festiuitatibus
 benedici Abbates, virgines, aquam,
 & eam aspergi, vestes & alia Eccle-
 siastica ornamenta ex comuni omniu-
 sententia fatendum est, quia non sunt
 sacramenta, sed officium. Similiter
 tempore interdicti posse nuptias pu-
 blice benedici in his diebus fateri
 oportet, modo alia ex causa non
 fuerint prohibita nuptiarum benedi-
 ctiones: quia etiam benedictio nuptia-
 rum diuinum officium est, ita asserit
 Siluester verbo. Interdictum. 5. §. 2.
 Sequitur secundo non posse in his die-
 bus sacramenta Eucharistiae & Extre-
 mae vntionis ministrari, etiam ipsis
 clericis sanis, nisi dum missarum so-
 lennia celebrant, confitentibus Eucha-
 ristiae sacramentum: quia tunc debent
 sacramentum Eucharistiae recipere. Ta-
 tum enim his diebus licet clericis di-
 uina officia celebrare. Pari ratione
 neque licet fontem baptismatis bene-
 dicere, praeter quam in ipso met fe-
 sto resurrectionis, cum haec benedi-
 ctio non sit necessaria ad baptismi sa-
 cramentum, quod notat Palud. in. 4. distinctione. 17. quast. 3.
 Sed vtrum liceat in his festiuitatibus
 mortuos sepelire intra Ecclesiam tem-
 pore interdicti? Ad hoc dubium senten-
 tia quorundam omissa tenentium par-
 tem negatiuam sit conclusio, quod be-
 ne possunt mortui publice & solenni-
 ter sepeliri. Hac sententiam tenet Siluest.
 verbo, Interdictum. 5. §. 2. Calde. & Archi.
 Floren. vbi supra, cui sententiae vt pro-
 babiliori libenter adhaereo. Ratio nan-
 que manifesta eam suadet, nam officiu-
 defunctorum pertinet ad diuinorum of-
 ficio- rum celebrationem. Nullum tamen
 istorum fieri potest in Ecclesia specialiter
 interdicta, imo in ea Ecclesia non po-
 terunt publice nec secreta diuina
 officia.

Siluest.

Palud.

Con. Affi.
Siluest.
Calde.
D. Anto.

Mm officia

officia celebrari in his festiuitatibus, nec sepeliri mortuos intra Ecclesiam, quando ipse est specialiter & nominatum interdictus, vel si causam dedit interdicti. Vndecimo, tempore interdicti potest verbum Dei omnibus indifferenter tam interdictis, quam non interdictis, quam etiam excommunicatis in loco interdicto praedicari, vt patet capitulo. Respondeo, de senten. excommu. non tamen sunt danda indulgentia quae dantur omnibus praedicationem audientibus, excommunicatis & interdictis, propter quorum culpam latum est interdictum. Potest etiam pulsari campana pro populo vocando ad contionem secundum generalem consuetudinem. Potest praeterea pulsari ad salutationem angelicam, cum pulsatio ista nulli ordini sit annexa. Postremo potest pulsari pro aliquarum literarum ostensione, vel in aduentu alicuius praelati. Duodecimo, tempore interdicti potest mensa benedici, si militer & aqua cum sale sub silentio. Cum enim secundum iura noua permittatur missa (quod maius est) sub silentio, & benedictio aquae (quod minus est) permitti debet.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum violantes interdictum incurrant aliquam poenam?

Concl'u. AD hanc difficultatem est conclusio, quod clerici habentes aliquem ordinem, violantes interdictum, peccant mortaliter, & incurunt tres poenas: videlicet, irregularitatem ineligibilitatem, & inopulabilitatem. Itaque neque eligere valent, neque eligi, nec postulari: suntque suspensi ab officio & beneficio. Haec conclusio quo ad primam partem scilicet, quod peccant mortaliter, probatur ex eo quod mandatum interdi-

A ti imponitur proprie clericis secundum ius antiquum, vt non celebrent, & secundum ius nouum, vt non celebrent nisi iuxta tenorem capitul. Alma mater excluso populo, clausis ianuis, &c. & cum praecipuum sit de re graui, consequens fit, vt non obtemperantes, mortaliter peccent. Quo ad secundam vero partem: nempe, quod incurrant illa tria poenarum genera, probatur ex capitul. Is qui. & capitulo. Is cui de senten. excommu. lib. 6. Et quod sint suspensi officio & beneficio patet ex capitulo. Tanta, de excessibus praelatorum, nec possunt conferre beneficia, imo sunt beneficijs expoliandi, vt patet cap. Postulastis. de cleri. excommuni.

Et annotato cum Siluestro verbo. Interdictum. 6. §. 2. quod clericus interdictus exercens vbicumque ea quae interdictis prohibentur, & non interdictus exercens ea in loco interdicto (intellige sine moderatione capitul. Alma.) efficitur irregularis, quod tamen intelligendum est, si locus sit proprie interdictus, nam si quis celebraret in Ecclesia non interdicta proprie, sed violata femine vel sanguine, non efficitur irregularis, licet grauius peccet, vt patet in praedicto capitulo. Is qui. & a fortiori nec persoluens horas canonicas, vel aliquid aliud diuinum in Ecclesia sic femine vel sanguine violata, efficitur irregularis. Similiter, si clericus non interdictus scienter celebret in loco non interdicto, sed coram interdictis eos recipiendo ad diuina officia vel sacramenta vel sepulturam, non efficitur irregularis: inhibetur tamen ei ingressus Ecclesiae donec eis satisfecerit ad arbitrium eius cuius sententiam contempsit, si est ab homine, vel ad arbitrium Episcopi, si est a iure, de priuileg. capitul. Episcoporum lib. 6. Et si in ea se ingerit officio suo, efficitur irregularis. capitulo. Is cui. Secus si ingerat se diuinis extra Ecclesiam,

fiam, puta sub dio, vel tentorio, vel in oratorio, quod non est Ecclesia, quia tunc non efficitur irregularis. Si vero sit Ecclesia, sed nondum consecrata, quae proprie dicitur basilica, est irregularis: quia satis est, vt sit Episcopi autoritate fundata. Pari ratione si sint religiosi scientes matricem Ecclesiam interdictam seruare, & non seruant sunt excommunicati per Clementem. Ex frequentibus. de senten. excō.

Sed dubium est, de quibus clericis intelligatur conclusio, an de omnibus tam habentibus ordines minores quam sacros, an tantum de habentibus sacros. Huic dubio respondet Soto in 4. distinctio. 22. quaestio. 3. articulo. 1. quod solum de habentibus ordines sacros, qui celebrant vel officia diuinorum ordinum exequuntur: communis tamen sententia tenet, quod de omnibus. Ratio est, quia capitula supra citata irregularitatem decernentia generaliter loquuntur, ita tenet Siluest. verbo. Interdictum. 4.

Sylue.
Summa pi
san.
Summa An-
geli.
Summa Ar.

§. 1. & summa Pisana. verbo. Interdictum. 4. & summa Angelica, & Armilla eodem titulo. & omnes, quos videre mihi contigit. Quo circa adherere huic communi sententiae decreui, quae asserit, quod qui exercent aliquid alicui ordini Ecclesiastico deputatum, & hoc faciunt tanquam clerici siue sint presbyteri siue clerici inferiores: vt si diaconus dicat euangelium, vel subdiaconus Epistolam, tanquam subdiaconus vel acolitus exerceat officium suum tamquam acolitus: & sic est de omnibus qui minoribus ordinibus initiati sunt, vt deferendo cereos, aut legendo, & agendo ea quae sunt sui muneris incidunt in praedictas poenas. Si vero exercent aliqua in loco interdicto alicui certo ordini Ecclesiastico non deputata, vt cantare in choro, legere psalmos vel Euangelium, vel

A Epistolam sicut faciunt alij laici, non incidunt in eas. Hoc tamen intellige, quando hoc ex deuotione faciunt, & non quasi soluendo horas, nec ex contemptu & authorizando, vt si praelatus faciat celebrare coram se, quia ingerit se diuinis & violat interdictum. De psalmista vero interdicto seu etiam non interdicto sed in loco interdicto, tenendum est secundum theologos, qui dicunt psalmistatum non esse ordinem, sed officium annexum ordini, quod solenniter agendo in officio suo, non efficitur irregularis. Secus secundum canonistas, qui tenent esse ordinem. Similiter habens primam tonsuram, quia secundum theologos, quibus in hoc standum est qui nihil ex suo officio facere potest, non efficitur irregularis, cantando vel psallendo. Idem est de benedicente mensam: quia hoc non est deputatum certo ordini, & ob hanc eandem rationem ille qui alijs celebrantibus campanas pulsaret, vel Ecclesiarum ianuas aperiret, neque si alteri interdicto, vel excommunicato celebranti adiutor extiterit, non efficeretur irregularis, quia ista non sunt annexa ordini alicui. Secus si faciat authorizando, vt celebrans principaliter: scilicet, vt omnes veniant ad audiendam rem diuinam. Idem si quis absoluat, vel excommunicet non vt sacerdos sed vt iudex sine solennitate, vt patet in capitulo. A nobis el secundo de senten. excommunicata. Iurisdictionalia enim non sunt prohibita tempore interdicti. Pari ratione si sit religiosus, nullum habens ordinem, & moniales violantes interdictum, vt si solenniter in Ecclesia canant, non sunt irregulares, vt non possint ad ordines sacros promoueri, sunt tamen aliter puniendi in aliquod arctius monasterium intrusi, vt capitulo. Postulastis.

talastis. sancitur, sub nomine enim clericorum intelliguntur & religiosi nullum ordinem habentes, etiam moniales, quibus incumbit diuina officia celebrare solenniter, & idcirco quantum ad hoc censentur violatores interdicti. Quo fit, ut licet non incurrant irregularitatem, quia hoc non est expressum in iure, efficiantur tamen ineligibiles actiue & passiuè. De laicis autem eo modo violantibus, quod ingerunt se ad audiendum sacramentum, vel alia diuina officia, est conclusio tenenda ut probabilius, quod si laicus sit interdictus, vel si sit totus populus, ingerendo se diuinis officijs audiendis, si tamen ipse non sit interdictus sed solus locus, non peccat ingerendo se saltem mortaliter nisi aliquod violentiæ genus faciat, ut se ingerat, vel clericis eum expellentibus non obtemperet. Hæc conclusio est doctissimi Soto vbi supra. Et quo ad primam partem liquida est, nam interdiceri populum vel aliquem, est eis inhibere ne diuina officia audiant. Cum igitur sit res grauis nisi obtemperet, certum est eos peccare mortaliter. Quo ad secundam partem est Siluestri loco citato & Caietani, verbo Interdictum. Dicunt enim, quod laici, nisi se ex contemptu ingerant, nihili faciendo Ecclesiæ interdictum vel authoritatem, non peccant mortaliter. Dicit enim illic Caie. quod violatio interdicti solum est clericorum, quia quando solus locus interdicitur, mandatum iudicis non dirigitur ad laicos, sed ad solos clericos & religiosos: videlicet, ut inanis clausis celebrent, &c. vnde illis incumbit à diuinis populis arcere, quibus laici parere tenentur. Quo circa, secluso scandalo & contemptu, solum vi-

dentur venialiter peccare, propterea quia interpretatiue faciunt contra clericorum intentionem. Et addit ibi Caietanus, quod quauis dum diuina sumus audientes, interdictus Ecclesiam intret, non tenemur eum vitare: quia non iubemur non participare cum interdictis, sed solum clerici tenentur eos à sacris eijcere.

Secunda conclusio in hac difficultate fit, quod Episcopus tempore interdicti conferens tam minores ordines & primam tonsuram quam maiores, efficitur irregularis. Probat, nam exercet actum certo ordini Ecclesiastico competentem tempore ipso prohibito. Itè, quia horum ordinum collatio ad Episcopalem potestatem & ordinem pertinet, ut planè compertum est. Recipientes quoque ipsos ordines tam minores quam maiores efficiuntur irregulares, si agunt aliquem actum solenniter his ordinibus conuenientem. Quo fit, ut de illo qui ordinem Sacerdotalem recipit, nullum sit dubium quin irregularis fiat, eò quod simul cum Episcopo celebrat, atque actum exercet ordini conuenientem: videlicet, Eucharistiæ consecrationem, sicut annotant D. Thom. in 4. distinct. 13. quæst. 1. artic. 2. q. 1. 2. & in 3. part. quæst. 81. artic. 2. & Siluest. verbo. Eucha. 2. §. 2. qui tenent posse simul ordinatos cum Episcopo ordinante conficere corpus Christi, ut nos docuimus in materia Eucharistiæ imò & assistentes Episcopo ordinati fieri irregulares notum est, si ut diaconi vel subdiaconi vestibus induti huic ordinum celebrationi adiutores extiterint, ea peragentes quæ in pontificali libro continentur, quia agunt actus certo ordini conuenientes tempore interdicti. Et hæc sint satis de interdicto.

DE SA-

1. Conclu.

Soto.

Sylue. Caieta.

B

C

D

E

2. Conclu.

D. Tho. Siluest.

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.



*U*n quinque ad perfectionem vniuscuiusque persona pertineant tria scilicet per se, ut baptismus, confirmatio, & Eucharistia, & per accidens duo ratione peccati: quæ sunt penitentia, qua sanamur, & Extrema vnctio, qua integram valetudinem recuperamus: & dictum sit hæcenus de quatuor prioribus, dicendum superest modo de quinto, nempe, Extrema vnctione. Circa cuius constitutionem declarat, & docet Sancta synodus Tridentina sessione. 14. quod quemadmodum cetera sacramenta Deus ipse ceu maxima auxilia præparauit, quibus dum viuerent Christiani, integros se conseruare, & ab omni incommodo spiritus se tueri possent, ita hoc sacramento Extremæ vnctionis tanquam præsidio quodam presentissimo atque firmissimo finem vitæ munire voluit, eo quod nullum tempus est, quo vehementius aduersarius noster omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, si posset, diuinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

I. DIFFICULTAS.

*U*trum extrema vnctio sit sacramentum?

4. Conclu.



D hanc difficultatē duabus respondetur conclusionibus. Prior sit affirmatiua, scilicet, quod vnctio extrema est sacramentum. Hæc conclusio est secundum fidem catholicam tenenda, contra quosdam hæreticos, qui contrarium conclusionis asseruere. Refert namque Tho. Vvalden. tomo. 2. de Sacramen. capit. penultimo. Vuitcless negasse Extremam vnctionem esse sacramentum, & eiusdem hæresis fuerunt priores authores Vvaldenses, ut refert Guido Carmelita in suo de hæresi: ex quibus illam hæreditarunt Bohemij, ac subinde Lutherani. Sed habetur conclusio nostra diffinita in capitu. vnico. de sacra vnctione. & in cap. superfluum. 95. dist. & in cap. Ad abolendam. extra de hæreti. vbi excommunicantur, qui aliter senserint de sacramentis, quam Romana Ecclesia sentit. At verò Ecclesia in concil.

Vol.

Guido.

Florentino determinasse extremam vnctionem esse vnum de septem sacramentis Ecclesiæ constat: igitur non licebit hanc conclusionem negare. Confirmatur etiam conclusio sanctorum testimonio; Augustini, scilicet in libro secundo, de visitatione infirmorum. capitulo quarto, vbi dicit, Nec prætermittendum est illud Iacobi Apostoli præceptum. Infirmatur quis in vobis, &c. Nota verbum præceptum, quod certè rem grauem atque adeo sacramentum designat. Eandem conclusionem Beda libro secundo, super Marcum, capitulo quarto, & super Lucam libro. 3. capitulo. 7. fundat in vsu Apostolorum, Mar. 6. vngentes oleo infirmos, quauis tunc cum nondum essent sacerdotes instituti vnctione illa ut sacramento non vsi fuerunt. Eandem conclusionem Diuus Tho. in 4. dist. 13. probat hoc pacto, In

Concl. flo.

Augu.

Beda.

D. Tho.

M m 3 his

tulastis. sancitur, sub nomine enim clericorum intelliguntur & religiosi nullum ordinem habentes, etiam moniales, quibus incumbit diuina officia celebrare solenniter, & id circo quantum ad hoc censentur violatores interdicti. Quo fit, vt licet non incurrant irregularitatem, quia hoc non est expressum in iure, efficiantur tamen ineligibiles actiue & passiuè. De laicis autem eo modo violantibus, quod ingerunt se ad audiendum sacramentum, vel alia diuina officia, est conclusio tenenda vt probabilius, quod si laicus sit interdictus, vel si sit totus populus, ingerendo se diuinis officijs audiendis, si tamen ipse non sit interdictus sed solus locus, non peccat ingerendo se saltim mortaliter nisi aliquod violentiae genus faciat, vt se ingerat, vel clericis eum expellentibus non obtemperet. Hæc conclusio est doctissimi Soto vbi supra. Et quo ad primam partem liquida est, nam interdiceri populum vel aliquem, est eis inhibere ne diuina officia audiant. Cum igitur sit res grauis nisi obtemperet, certum est eos peccare mortaliter. Quo ad secundam partem est Siluestri loco citato & Caietani, verbo Interdictum. Dicunt enim, quod laici, nisi se ex contemptu ingerant, nihili faciendo Ecclesiae interdictum vel authoritatem, non peccant mortaliter. Dicit enim illic Caie. quod violatio interdicti solum est clericorum, quia quando solus locus interdicatur, mandatum iudicis non dirigitur ad laicos, sed ad solos clericos & religiosos: videlicet, vt inanis clausis celebrent, &c. vnde illis incumbit à diuinis populis arcere, quibus laici parere tenentur. Quo circo, secluso scandalo & contemptu, solum vi-

dentur venialiter peccare, propterea quia interpretatiue faciunt contra clericorum intentionem. Et addit ibi Caietanus, quod quauis dum diuina sumus audientes, interdictus Ecclesiam intret, non tenemur eum vitare: quia non iubemur non participare cum interdictis, sed solum clerici tenentur eos à sacris eijcere.

Secunda conclusio in hac difficultate fit, quod Episcopus tempore interdicti conferens tam minores ordines & primam tonsuram quam maiores, efficitur irregularis. Probat, nam exercet actum certo ordini Ecclesiastico competentem tempore ipso prohibito. Itè, quia horum ordinum collatio ad Episcopalem potestatem & ordinem pertinet, vt planè compertum est. Recipientes quoque ipsos ordines tam minores quàm maiores efficiuntur irregulares, si agunt aliquem actum solenniter his ordinibus conuenientem. Quo fit, vt de illo qui ordinem Sacerdotalem recipit, nullum sit dubium quin irregularis fiat, eò quod simul cum Episcopo celebrat, atque actum exercet ordini conuenientem: videlicet, Eucharistiae consecrationem, sicut annotant D. Thom. in 4. distinct. 13. quæst. 1. artic. 2. q. 1. & in 3. part. quæst. 81. artic. 2. & Siluest. verbo. Eucha. 2. §. 2. qui tenet posse simul ordinatos cum Episcopo ordinante conficere corpus Christi, vt nos docuimus in materia Eucharistiae imò & assistentes Episcopo ordinati fieri irregulares notum est, si vt diaconi vel subdiaconi vestibus induti huic ordinum celebrationi adiutores extiterint, ea peragentes quæ in pontificali libro continentur, quia agunt actus certo ordini conuenientes tempore interdicti. Et hæc sint satis de interdicto.

DE SA-

1. Conclu.

Soto.

Sylue. Caieta.

B

C

D

E

2. Conclu.

D. Tho. Siluest.

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.



*V*m quinque ad perfectionem vniuscuiusque personae pertineant tria scilicet per se, vt baptismus, confirmatio, & Eucharistia, & per accidens duo ratione peccati: quæ sunt penitentia, qua sanamur, & Extrema vnctio, qua integram valetudinem recuperamus: & dictum sit hætenus de quatuor prioribus, dicendum superest modo de quinto, nempe, Extrema vnctione. Circa cuius constitutionem declarat, & docet Sancta Synodus Tridentina Concil. Tri: sessione. 14. quod quemadmodum cetera sacramenta Deus ipse ceu maxima auxilia preparauit, quibus dum viuerent Christiani, integros se conseruare, & ab omni incommodo spiritus se tueri possent, ita hoc sacramento Extremæ vnctionis tanquam presidio quodam presentissimo atque firmissimo finem vite munire voluit, eò quod nullum tempus est, quo vehementius aduersarius noster omnes suæ versutiae nervos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, si posset, diuinæ misericordiae deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

I. DIFFICULTAS.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum?

1. Conclu.

Val.

Guido.



A hanc difficultatē duabus respondetur conclusionibus. Prior sit affirmatiua, scilicet, quod vnctio extrema est sacramentum. Hæc conclusio est secundum fidem catholicam tenenda, contra quosdam hæreticos, qui contrarium conclusionis asseruerunt. Refert namque Tho. Vvalden. tomo. 2. de Sacramen. capit. penultimo. Vuitcleff negasse Extremam vnctionem esse sacramentum, & eiusdem hæresis fuerunt priores authores Vvaldenses, vt refert Guido Carmelita in suo de hæresi: ex quibus illam hæreditarunt Bohemij, ac subinde Lutherani. Sed habetur conclusio nostra diffinita in capitu. vnico. de sacra vnctione. & in cap. superfluum. 93. dist. & in cap. Ad abolendam. extra de hæreti. vbi excommunicantur, qui aliter senserint de sacramentis, quam Romana Ecclesia sentit. At verò Ecclesia in concil.

*F*lorentino determinasse extremam vnctionem esse vnum de septem sacramentis Ecclesiae constare: igitur non licebit hanc conclusionem negare. Confirmatur etiam conclusio sanctorum testimonio; Augustini, scilicet in libro secundo, de visitatione infirmorum. capitulo quarto, vbi dicit, Nec prætermittendum est illud Iacobi Apostoli præceptum. Infirmatur quis in vobis, &c. Nota verbum præceptum, quod certè rem grauem atque adeo sacramentum delignat. Eandem conclusionem Beda libro secundo, super Marcum, capitulo quarto, & super Lucam libro. 3. capitulo. 7. fundat in vsu Apostolorum, Mar. 6. vngentes oleo infirmos, quauis tunc cum nondum essent sacerdotes instituti vnctione illa vt sacramento non vsi fuerunt. Eandem conclusionem Diuus Tho. in 4. dist. 13. probat hoc pacto, In

M m 3 his

his quæ Ecclesiavifibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, vt Baptismus, quædam sacramentalia, vt Exorzismus, aqua benedicta. Horum autem discrimen est, quod sacramentum est illud, quod operatur remissionem peccatorum, quæ fit per gratiam. Sacramentale autem est dispositio quædam ad affectionem huius effectus. Cum ergo Extrema vnctio remittat peccata, vt patet ex testimonio Iacobi, si in peccatis est, remittentur ei, consequitur, quod sit sacramentum. Breuiter omnes catholici doctores tenent istam sententiam. Sed vtrum sit Extrema vnctio vnum sacramentum, an plura: merito dubitatur. Cui dubio hac secunda conclusio respondetur: videlicet, quod licet fiant multa vnctiones, vnum tantum sacramentum est. Hæc conclusio est omnium doctorum consensus, & eam probat D. Thom. in. 4. distinctione. 13. quæstione. 1. articulo. 2. q. 2. quia sicut artificiale, vt domus, est multa quodammodo in actu, sed illa multa conueniunt in aliquo vno, quia ex pluribus materialibus vna perficitur forma, ita quodlibet sacramentum dicitur vnum, in quantum multa quæ sunt in vno sacramento: nempe, plures res, & verba ordinantur ad vnum significandum, vel causandum effectum gratiæ: sed est differentia, quod quædo vnica actio sufficit ad significationem, vnitas sacramenti consistit in illa actione tantum, vt patet in cõfirmatione, & ideo vnica Christianatio est sacramentum. Quando autem significatio sacramenti potest esse in vna & in multis actionibus, tunc sacramentum perfici potest vna actione vel pluribus, sicuti Baptismus vna immersione vel tribus. Potest namque ablutio Baptismi fieri, per vnam immersionem, & per tres, & id circo tunc, vel vna immersio est sacramentum, vel omnes tres. At verò quando perfecta significatio non potest esse nisi per plures actiones tunc illæ plures actiones sunt de perfectione sacramenti, sicut patet in Eucharistia,

quia perfecta refectio corporalis significans spiritualem, existere non potest nisi per cibum & potum, & sic est in hoc extreme vnctionis sacramento: quia curatio perfecta interiorum vulnerum non potest perfecte significari nec fieri nisi vnctis sensibus & organis, quæ sunt morborum spiritualium, hoc est peccatorum radices. Quare vnctio partialis cuiuscunque sensus, non est nisi pars sacramenti. Ex quo fit consequens, vt sacramentalis gratia, neque per primam neque per subsequentes vnctiones conferatur vsque ad punctum vltimæ partialis formæ, vt inferius explicabo.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum istud sacramentum Extreme vnctionis sit à Christo institutum sicut & alia omnia sacramenta.

Hic difficultati vnica hac conclusione affirmatiua respondetur: scilicet, quod hoc sacramentum sicut reliqua omnia, à Christo ipso institutum est. Conclusionem istam, contraria recitata & reiecta asserit D. Thom. in. 4. distinctione. 23. quæst. 1. art. 2. q. 1. & Ricardus distinctione. 2. articulo. 1. quæst. 3. Et rationes id certe cõuincunt. Prima quia sacramenta sunt legis Euangelicæ fundamenta, ad legislatorem autem pertinet fundamenta legis constituere, quæ nemo alius dinouere possit. Vnde Paulus ait, sic nos existimet homo, &c. vt dispensatores ministeriorum Christi non ait fundatores sed dispensatores. Secunda, quia cum nouæ legis sacramenta gratiam conferant quam solus Christus ex potestate excellentiæ præstare valet: nemini dubitare licet, sacramentum istud à Christo fuisse institutum, siquidem potestatem hæc nulli communicauit. Tertia, quia cum sacramenta veteris legis, quæ tantum erant nostrorum figura, Deus solus condiderit, condecens fuit, vt Christus ea,

conuenientia.

D. Tho. Ricard.

1. Ad. Cor.

inqui-

Hugo.

In. Sent.

Cõcil. tri.

D. Thom.

in quibus veritas consistit, & instrumenta suæ passionis sunt, institueret. Ex quibus facile exploditur Hugonis sententia libro secundo de sacramentis. parte 15. & Magister Sententiarum aliorumque multorum in prædicta distinctione afferentium, diuum Iacobum in verbis apostitis in sua canonica. cap. 5. scilicet, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini, hoc sacramentum instituisse. Nullus enim Apostolus aliquod sacramentum potuit instituire propter prædictam rationem, bene tamen quilibet illorum promulgare potuit sacramentum iam institutum, & hoc fecit Iacobus in verbis præmissis. Ac demum œcumenica Tridentina Synodus nuper celebrata sessione. 14. cano. 1. decernit sub anathematis censura, hanc conclusionem, & conclusionem primam præcedentis difficultatis. Inquit enim, si quis dixerit, extremam vnctionem non esse verè & proprie sacramentum, à Christo Domino nostro institutum, & à beato Iacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum, anathema sit. Nec nocet id quod obijci solet in contrarium, quia non inuenitur locus expressus in Evangelio, vnde possit colligi institutum fuisse à Christo. Multa nanque vt D. Thom. inquit vbi supra articulo 3. fecit ac dixit Dominus, quæ in Euangelij non continentur, quia Euangelistæ non fuerunt solliciti vniuersa pernarrare, sed illa tantum, quæ ad salutis necessitatem, & Ecclesiæ dispositionem pertinebant qualia sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Ordo, & Matrimonium: Cõfirmatio verò, & extrema vnctio non habent tantam necessitatem, sed nihilominus Spiritus sanctus ex traditione Apostolorum illa declarauit. At enim illic doctor sanctus, quod omnia sacramenta Christus perfecte instituit, sed quæ difficiliora erant creditu, illa per se promulgauit, alia autem

A seruauit Apostolis promulganda, sicut Extremam vnctionem, & Cõfirmationem. Quo fit, vt in verbis Iacobi præmissis sit hoc sacramentum promulgatum ab ipso Iacobo, & nõ institutum: illa enim Apostoli admonitio non fuit eius institutio, sed relatio, & commendatio instituti Christi.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum materia huius sacramenti sit oleum simplex ab Episcopo consecratum?

Questioni huic tribus conclusionibus respondetur. Prima sit. Materia sacramenti huius, est oleum. Hæc habetur in dicto ca. 5. Iacobi vbi dicitur. Et orent super eum vngentes eum oleo. Habetur etiam in ca. vni. de sacra vnctione. & in conc. Floré. Ratione deinde congruentissima probatur, quia proprietates huius olei maximè cõueniunt effectui illius sacramenti. Est enim oleum mitigatiuum dolorum, & id circo ponitur in vulneribus, vnde ille Samaritanus de quo habetur apud Lucam. cap. 10. Oleum infudit in vulneribus fauciati. Cum ergo effectus istius sacramenti sit dolorem spiritualem & corporalem mitigare, congruentissime in oleo institutum fuit.

Secunda cõclusio. Oleum istud debet esse oliuarum. Probatur hæc conclusio, nam quotiescunque in scripturis sacris inuenitur simpliciter oleum, semper de oleo oliuarum intelligitur, sicut nomine panis, triticeus: & nomine vini, vinum vitis intelligitur. Quemadmodum enim omnes alij panes & vina inuenta fuerint propter defectum panis triticeus & vini vitis, ita oleum nucum, vel ex alia quavis vnctuosa materia expressum propter defectum olei oliuarum inuenta sunt, vel propter aliquam medicinam sicut oleum amigdalorum & similia. Nec obstat huic conclusioni, quod materia sacramentorum debet esse illa quæ vbiq; reperiri possit, oleum autem nõ

Mm 4 vbiq;

2. Conclu.

D. Tho.

1. Conclu.

Con. flo.

Lucæ. 10.

2. Conclu.

vbique reperitur (Non inquam obstat) quia satis est tantam esse copiam in orbe Christiano, vt possit saltem per veteram vbique reperiri.

3. Conclu.

Tertia conclusio. Istud oleum debet esse simplex sine balsamo. Hæc conclusio habetur in capit. vnico de sacra vñtione. Præcipitur enim illic, quod non admisceatur balsamum: & idem habetur in concil. Floren. sub Eugenio quarto. De qua re tractat Diuus Thom. vbi supra artic. 3. ql. 1. & assignat pro ratione: quia balsamum propter odorem pertinet ad bonitatem famæ, qua quidè de cætero non indigent propter se exeutes ex hac vita, sed tantum indigent nitore conscientia, quæ per oleum significatur. Est enim oleum materia lenitiua, & vsque ad intima penetratiua, & effusa & sua pingui suauitate spem salutis offert, quæ potissimum vulneribus & athleticis in agone certantibus applicatur. Quibus remedijs peccatis vulneratus, dum agonizat, opus habet.

4. conc.

Quarta conclusio. Istud oleum oportet benedictum ac consecratum esse ab Episcopo. Conclusio hæc habetur in prædicto capitu. vnico. & in concil. Florenti. Et ratio istius conclusionis est, quia cum materia omnium sacramentorum sit instrumentum ad sanctitatem conferendam, oportet vt aliquo modo sit sanctificata, differenter tamen, nam materia sacramentorum, quibus Christus vsus est, non indiguit aliqua sanctificatione speciali, præter illam, quæ suo vsu illi contulit, qua fit sacramentum.

Beda.

Ait enim Beda, Christum tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulisse aquis: & panem & vinum suis manibus tetigisse, ait Euangelista, quando illa consecrauit. At verò Extremæ vñtionis & confirmationis materia Christus non vsus est. Quo circa, vt benedicantur ac consecrentur horum sacramentorum materia opus est. Nec tantum de necessitate præcepti oleum hoc consecratum esse oportet, vt Caieta. affirmat

Caic.

A in commen. 3. part. quæst. 72. articul. 3. verum etiam de necessitate sacramenti. Ita enim tenet expresse Diuus Tho. in. 4. distinct. 23. quæst. 1. artic. 3. ql. 3. & hæc est communis opinio. Quod maxime conuincitur ex concil. Floren. Inquit nanque materiam huius sacramenti esse oleum ab Episcopo consecratum. Et confirmatur ex vsu Ecclesiæ, quæ si hoc sacramentum oleo non benedicto fieret, non reputaret esse sacramentum: necesse est ergo asserere, quod est de essentia, vt sit ab Episcopo consecratum.

D. Tho.

Cõ. Flor.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum Extremæ vñtionis habeat formam aliquam.

Difficultati huic tribus conclusionibus respondetur, & earum prima fit affirmatiua, qua directe quæstioni satisficit: videlicet, quod habet formam. Conclusio ista est tenenda secundum fidem catholicam. Est enim expressa sententia concilij Floren. quod omnia sacramenta debent constare ex materia & forma, vt patet ex vsu vniuersalis Ecclesiæ, quæ quibusdam verbis, in collatione sacramenti huius vtitur. Item, quia materia cum ad multa indifferenter se habere possit, non nisi per formam ad certum effectum determinatur. At verò vñtio illa olei plura potest significare: scilicet, curationem tantum corporis, vt dum à medico applicatur infirmis, vel recreationem & solamen lassati corporis: debet ergo per aliqua verba quibus proprie suapte natura conuenit esse signa, ad certum sacramenti effectum adaptari.

1. Conclu.

Cõci. Flo.

Secunda conclusio, forma conueniens istius sacramenti non per orationem indicatiua: scilicet, vngō oculos tuos, vel aures tuas, &c. vt in missali Ambrosiano

2. Conclu.

fiano inuenitur, sed per orationem deprecatiuam: nempe, per istam vñtionem & suam pijsimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, auditum, &c. profertur.

Et annotato, quod siue dicatur, indulgeat tibi Deus, aut remittat, aut sanet quicquid deliquisti, aut commisisti, &c. nõ variatur formæ essentia. Et licet orationes quæ ante vñtionem præmittuntur, non sint formæ, sed sacramentalia quædam, & ideo quælibet Ecclesia possit suis vt, sed tamen forma sacramenti eatenus est de essentia, vt sit apud omnes deprecatoriua, vt eleganter docet

Soto.

Dominicus à Soto in. 4. distin. 13. quæst. 1. art. 4. ad secundum. Modo probatur cõclusio ex vniuersali vsu Ecclesiæ Romanæ, & ex concilio Florenti. atque ex verbis diui Iacobi, qui per modum deprecationis, inquit, Orent super eum.

conc. Flo.

Oratio enim idem est quod deprecatio. Item, quia per hanc formam exprimitur primū materialis causa, Per istam vñtionem. & virtus sacramenti, Per suam misericordiam. & simul intentio ministri, & effectus sacramenti cum dicitur, Indulgeat tibi Deus, Ergo forma hæc est congruens. Præterea, quia hoc sacramentum suscipiens, est viribus proprijs destitutus, vnde aliorum orationibus subleuari indiget. Postremò, quoniam hoc sacramentum datur exeuntibus ac desinentibus esse iam de foro Ecclesiæ huius militantis, & in solius Dei manu requiescunt, vnde, per orationem committuntur eius clementiæ & potestati. Has tantum rationes gratia breuitatis selegi ex pluribus quæ à doctoribus assignari solent ad probandum quare aliorum sacramentorum formæ sint indicatiuæ, forma autem istius deprecatiua. & Solet tamen hic suboriri dubium cum in hoc sacramento plures fiant vñtiones, in qua illarum remissio peccatorum quoad reliquias, & gratiæ collatio fiat. De

A qua re cum nihil certum certitudine fidei, nec ex sacris literis, nec ex concilijs, nec ex ecclesiæ traditione definitum habeamus, vnusquisque suo sensu abundare poterit, atque ob id diuersi in diuersas abierunt sententias. Petrus enim à Palude in. 4. distinctione. 24. quæstio-

palud.

ne. 1. asseruit, per omnes & singulas vñtiones remissionem peccatorum, & gratiæ collationem fieri. Alij autem dixerunt, ad vñtionem quæ fit per oculos peccata per illos commissa remitti, & ad vñtionem quæ fit ad aures, remitti peccata per eas commissa & sic de alijs sensibus. His tamen opinionibus omis-

B sive, est tertia conclusio in ordine de mte D. Thom. ad hoc dubium responsiua. Licet in hoc sacramento fiant multæ vñtiones, vltima tamen est forma respectu omnium præcedentium, & agit in virtute omnium, & ob id in illa vltima vñtione infunditur gratia, vt dicit

3. conc.

D. Thom. in. 4. distin. 23. quæstio. 1. artic. 2. ql. 1. ad. 3. Itaque gratia sacramentalis neque per primam nec per subsequentes vñtiones confertur, vsque ad punctum vltimæ partialis formæ. Vnde nulla est consequentia, quod si plures sint vñtiones plura sint sacramenta. Nam si cut partiales formæ ossium, carniū & neruorum in homine vnū integrant suppositum, ita & illæ omnes vñtiones vnicum signum vnius gratiæ.

D. Thom.

☩

C Annotato circa hanc conclusionem, quod cum dixi, vltimam vñtionem esse formam respectu præcedentium, intellexi de vltima quinque sensuum: nempe, de illa quæ fit in membris, quia quinque istæ vñtiones sunt tantum de essentia sacramenti, & sic in termino prolationis formæ ad vñtionem quæ fit in manibus, infunditur gratia, atque adeo vñtio renū vel pedum non est pars sacramenti, sed tamen quando ecclesia iubet, vt istæ duæ vñtiones fiant, intentio ministri debet ad omnes referri, & tunc, nisi in vltima non confertur. Ex his manifestè colligitur, quod si sacer-

D

dos vna vnctione facta aut duabus, mo-
 reretur (vt contingit tempore pestilen-
 tia) sacramentum maneret imperfectu,
 atque adeo nullum esset, nisi alius pre-
 sto esset, qui alias vnctiones prosequere-
 tur, & tunc vnctiones factas non debet
 iterare, nec pluralitas ministrorum tol-
 lit vnitatem huius sacramenti, quia in-
 strumentaliter tantum operantur. Muta-
 tio nanque martellorum, inquit D. Tho.
 non tollit vnitatem operationis fabri.
 Et licet in priori editione hac docue-
 rimus: modo tamen re oculatius inspe-
 cta, crediderim ego, vnctiones omnium
 quinque sensuum non solum non esse de es-
 sentia, verum etiam nec adeo de neces-
 sitate huius sacramenti, vt si contingat in-
 firmum, vna vel duabus vnctionibus fa-
 ctis mori, a veri sacramenti ac subinde
 gratia sacramentalis susceptione impe-
 diatur, ipso non ponente obicem, dum-
 modo intentionem, non conficiendi sa-
 cramentum sacerdos non habeat prius
 quam omnes vnctiones perficiantur,
 quam habere non debet, sed quam ha-
 bet ecclesia. Et praeter hoc, quod hanc
 nostram sententiam, vt magis piam ac
 fauorabilem libentissimo, ac aequo ani-
 mo ab omnibus amplecti oportet, hisce
 rationibus non leuibus satis illis persua-
 sa esse debet, quarum prima sit. In vna
 sola vnctione concurrunt omnia qua
 sunt de essentia sacramenti, scilicet ma-
 teria, forma, & intentio ministri, suffi-
 cientesque subiectum, nepe vnus sensus,
 ad ipsam sacramentum recipiendum, er-
 go conficitur verum sacramentum. To-
 tus discursus simul cum antecedente li-
 quido constat. cuiusque intuenti, si qui-
 dem eadem forma replicatur ad omnes
 sensus vngendos. Secunda ratio est, quia
 si tota essentia eucharistiae sacramenti in
 vna tantum seruetur specie, quid mirum,
 quod tota extremae vnctionis sacramen-
 ti essentia in vnctione vnus solius sen-
 sus seruari queat, licet non tota perfectio.
 Quod quidem expresse innuere videtur
 D. Tho. in additionibus. 3. part. adiectis.

D. Tho.

A

C

D

D. Tho.

quaestione. 29. articulo. 2. Sicut enim in-
 quit in eucharistia non potest esse perfe-
 cta refectio corporalis, quae significat spi-
 ritualem, nisi per cibum & potum: simi-
 liter in hoc sacramento, quia curatio vul-
 neru non potest perfecte significari nisi
 per appositionem medicinae ad diuer-
 sas vulnerum radices, & ideo, inquit, plu-
 res actiones sint de perfectione huius sa-
 cramenti. Hac ille. Cum igitur dicat has
 plures actiones esse de perfectione hu-
 ius sacramenti, & non dicat de essentia,
 fit consequens, vnica tantum vnctione
 confici posse hoc extremae vnctionis sa-
 cramentum, imperfectum tamen & ma-
 cum, quemadmodum eucharistiae sacra-
 mentu sub vna tantu specie confectum
 esset imperfectu. Et sicut in naturalibus
 licet homo sine manibus, aut pedibus, ef-
 fet essentialiter verus homo: non tamen
 perfectus, nec integer. Vnde, peccaret
 mortaliter sacerdos qui absque praedi-
 cta necessitate aliquem sensum vngere
 ommitteret. Tertia ratio est quia cum in
 sumptione prioris speciei detur etiam sa-
 cerdotibus vtramque speciem sumenti-
 bus, gratia (vt in materia eucharistiae di-
 ctum est) nec in sumptione secundae spe-
 ciei eis noua, nec maior gratia confere-
 tur, nisi maior adsit deuotio, fit, vt nul-
 la etiam apparens ratio videatur qua fate-
 ricogamur non confici hoc extremae vn-
 ctionis sacramentum priusquam infirmus
 in omnibus quinque sensibus vngatur. Po-
 strema ratio est, quia iam retro docuimus,
 poenitentem illum, qui vno vel duobus pec-
 catis confessis, morte preoccupatus reli-
 qua peccata confiteri non valet, & posse
 absolui, & veru poenitentiae sacramentu
 recipere. Pari ergo ratione nobis asserere
 licebit, eum, qui vna, vel duabus vnctio-
 nibus receptis obit, verum extremae
 vnctionis sacramentum suscipere. Et
 Diuo Thomae, qui oppositum videtur
 tenere, cum dicat quod in vltima vn-
 ctione infunditur gratia sacramenta-
 lis, facile satisfacere possumus, tum
 quia intellexit quando infirmus omnes
 recipit

D. Thom.

recipit vnctiones, tu etiam, quia si opus
 tertiae partis perfecisset, mutasset senti-
 tiam, aut se declarasset, tum denique, quia
 ille non dixit, quod vnctio illa quae fit
 ad quinque sensus ab omnibus obser-
 uatur tanquam simpliciter necessaria,
 sed cum dictione diminutiva, siquidem
 dicit, quasi de necessitate sacramenti,
 scilicet quoad eius integritatem.
 Notandum est hic vltimate, quod
 quamuis in cap. Nunquid de conse. dif-
 5. dicat glossa, quod omnia sacramenta
 perficiuntur cum inuocatione trinitatis:
 scilicet, In nomine Patris & Filij &
 Spiritus sancti: attamen haec glossa so-
 lum probat quod ita fit, non autem quod
 sit de necessitate sacramenti. Non
 enim videtur esse de substantia formae
 sacramenti istius secundum D. Thom.
 vt dicit summa Armilla in verbo, vn-
 ctio extrema.

⊕

D. Thom. Sum. Arm.

De effectu Extremae vnctionis.

V. DIFFICULTAS.

Vtrum effectus Extremae vnctionis sit
 peccatorum remissio, & sanitas cor-
 poralis?

Conclu.

Pro huius difficultatis decisione an-
 notare oportet, quod triplex est
 peccatum, nepe, originale, mortale &
 veniale, & in vnoquoque est distingue-
 re tria: scilicet, maculam culpa, & rea-
 tum poenae, & reliquias quae ex ipsis pec-
 catis relinquuntur. Hac distinctione sic
 praehabita, sit prima conclusio. Effectus
 proprius sacramenti huius non est remis-
 sio culpae originalis vel mortalis. Con-
 conclusio haec triplici ratione ostenditur, &
 earum prima sit, quia sicut medicatio &
 sanatio praesupponit vitam corporalem
 eod quod mortuo, qui sanari nequit, nul-
 la applicatur medicina: ita Extrema vn-
 ctio praesupponit spiritualem vitam, la-

guidam tamen, debilem & infirmam,
 non ergo est instituta, vt per se directe
 tollat mortem originalis vel mortalis
 culpa. Quare Iacobus non simpliciter
 dixit, quod directe remittat peccata si-
 cut poenitentia, sed quod si infirmus in
 peccatis est, remittentur ei. Secunda ra-
 tio est, quia cum baptismus contra ori-
 ginale, & poenitentia contra actuale mor-
 tale directe ordinetur, fit, vt extrema vn-
 ctio non sit ad illum effectum directe
 instituta, eod quod duo sacramenta imme-
 diate non ordinantur principaliter &
 ex aequo ad eundem effectum. Tertia,
 quia sicut poenitentia supponit baptis-
 mum, quo tollitur originale, ita extre-
 ma vnctio suo ordine, & institutione pra-
 supponit poenitentiam, qua tollitur mor-
 tale.

Secunda conclusio. Istud sacramen-
 tum extremae vnctionis, non est princi-
 paliter institutum contra veniale pecca-
 tum. Haec conclusio est contra Scotum,
 Durandum, Bonauentura, Ricardum, &
 Maiorem in. 4. distinctione. 23. sed est ex
 pressa sententia D. Tho. in eadem distin-
 ctione. quaestione. 1. articulo. 3. ql. 1. Cu-
 ius ratio est, quia poenitentia sufficenter
 etiam in vita delet venialia quo ad cul-
 pam, licet principaliter sit instituta ad re-
 missionem mortalis culpa, nec veniale
 sit eius necessaria materia, & ideo sub co-
 ditione ait Iacobus, Si in peccatis est,
 hoc est, si in peccato est vlllo, siue morta-
 li siue veniali, insinuans quod non debet
 infirmus post sacramentum poenitentiae
 quod ei applicatur, in aliqua esse culpa
 peccati. Videtur etiam per hoc insinua-
 re, quod etiam si non haberet peccatum
 infirmus, esset ei extremae vnctionis sa-
 cramentum conferendum, cum loqua-
 tur conditionaliter. Deinde probatur,
 nam cum remissio venialis peccati sine
 nouae gratiae collatione fiat, nulla opus
 est institutione sacramenti ad istud pre-
 cisum effectum, sed sufficienti sacramen-
 talia. Postremo, quia si remissio venia-
 lium esset effectus extremae vnctionis,
 tam

2. conclusio Scotus. Durandus. Bonauen. Ricard. Maior. D. Thom.

tam commodè ministraretur sanis, quàm infirmis, siquidem peccata venialia quotidie cōmittimus: quare non esset proprium sacramentum infirmorum.

3. Concl.

Tertia conclusio. Effectus sacramenti extremæ vnctionis, est sanare, & abstergere per gratiam reliquias peccatorum, & vestigia, & cicatrices, quæ quidē nihil aliud sunt, quàm quædā prauæ habitudines, puta pronitas & procliuitas ad malum & ineptitudo & torpor, languor & debilitas, quæ in nobis ex peccato actuali vel originali relinquuntur ad operandum bonum, & ad hoc, vt non facillè possimus de Deo cogitare & resistere tentationibus dæmonum. Et quoniam in articulo mortis maximè homines à dæmonibus infestantur, & maiorem langorem sentit animus, & acriori afficitur mœrore, idcirco solis in illo articulo constitutis confertur istud sacramentum vt illis animam alleuet, & confirmet, magnam in eis diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmi subleuari & morbi incommoda, ac labores leuius ferant: & tentationibus dæmonis, calcaneo insidiantis, facilius resistant.

Notato tamē, quod per pronitatem non est intelligendus fomes peccati nec habitus prauus, sed actus & effectus eorum, quia fomes cum sit naturalis, non tollitur per gratiam, quæ datur in hoc sacramento, & habitus ex prauis actibus geniti non euelluntur nisi per contrarios actus. Vnde, postea cum manēt habitus ipsi, pullulant iidem effectus, solum igitur actus & effectus eorundem habituum tolluntur per gratiam huius sacramenti. Conclusionem istam sic probabo, nam cum hoc sacramentum supponat peccatum tam actuale, quàm originale quo ad culpam tam venialem, quàm mortalem, & aliquam partem pœnæ iam esse remissam per baptismum & pœnitentiam, sit, vt ad hoc non ordinetur directè, sed ad remissionem peccatorum quo ad reliquias, ad quem effectum in-

A fusio gratiæ requiritur sicut ad remittendam pœnam.

Quarta conclusio. Hoc sacramentum extremæ vnctionis, si inuenit peccatum aliquod vel mortale vel veniale quo ad culpam, tollit illud, & gratia habita augetur, vel noua confertur, dumodò non ponatur obex ex parte recipientis. Hæc conclusio est D. Thomæ vbi supra, & probat hac ratione: videlicet, quia gratia quæ præstat prædictum robur, non compatitur secum peccatum, idè ex consequenti remittit peccata, quæ inuenit, quemadmodū ignis expellit humiditatem à ligno ad suum effectum: scilicet, calorem introducendum, eo quod non compatiuntur simul humiditas & calor. Item, patet ex testimonio Iacobi. Si in peccatis sit, dimittetur ei. Et breuiter conclusio ista secundum fidem est tenenda. Habetur namque definita in concilio Tridentino, sessione. 14. cap. 2. sub his verbis, si quis dixerit, sacræ infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, anathema sit.

Quinta conclusio. Extrema vnctio habet pro effectum minus principali, infirmum ab ægritudine corporali alleuare, & nonnunquam seruare. Hæc conclusio patet testimonio Iacobi. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, scilicet, à langoribus suis.

Annotare tamen oportet circa hæc conclusionem, quod non semper causat hunc effectum: nempe, sanitatē corporis, sed interdum in quantum expedit, vt ait concil. Flor. & nunc concil. Tridentinum: videlicet, cum expedit animæ suscipientis ad spiritualem salutem. Rursus annotandum est hic cum doctissimo Soto, quod hoc etiam non est signum infallibile, siquidem multi postmodū sunt peiores, & conuerso multum moriuntur etiam in gratia, qui fortè si in pristinam sanitatem redirent, pluribus meritis

tis vitam suam exornassent, quare illud signum non dederunt concilia tanquā articulum fidei, cum dicunt. In quantum expedit. Hoc tamen est certum, quod cæteris paribus facilius sanitatem recuperat in extremis vnctus, quam si non vngeretur, quia hæc virtus causas naturales adiuuat corroborando virtutem naturæ, imo & virtutem medicaminum: sed tanta potest esse infirmitas, vt illud iuuamen non sufficiat: & propterea, licet effectus præcipuos istius sacramenti sit certus: scilicet, infusio gratiæ ad remissionem peccatorum, quantum ad reliquias eorum, sed quantum ad effectum secundum respectu salutis corporis qui non est principalis, licet ex sua natura semper ad illum effectum iuuet, non tamen eandem habet ordinariam certitudinem quantum ad effectus consecutionem, nam potest natura morbi adeo inualuisse, vt id non sufficiat.

De ministro huius sacramenti.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum solis & omnibus sacerdotibus hoc sacramentum administrare competat?

3. conclus.

Tribus conclusionibus huic difficultati respondetur & earum prima sit. Ab omnibus & solis sacerdotibus etiam in mortis articulo confertur extrema vnctio. Itaque neque requiritur episcopus, nec sufficit diaconus aut alius non sacerdos. Hæc conclusio præter verbum Iacobi, dicentis, vt presbyteri oleo vngant infirmos, habetur expressa definita in concilio Florentino sub Eugenio quarto, vbi dicitur solum sacerdotē ministrum esse huius sacramenti. Habetur quoque in cap. Quæsiuit. extra de verb. signifi. vbi ait glossa solum sacerdotem infirmum vngere posse. Nouissimè

A conclusio ista est decretum sanctæ synodi Tridentinæ, sub his verbis, Si quis dixerit, presbyteros ecclesiæ quos beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quavis communitate, ob idque proprium Extremæ vnctionis ministrum non esse solum Sacerdotem, anathema sit. Hanc eandem sententiam tenet Diuus Thomas in 4. distinctione 23. quæst. secunda, articulo primo. q. 2. ad secundum. & ratio quæ assignat illic est, quia hoc Sacramentum non est necessitatis sicut Baptismus. Quocirca, non ita eius dispensatio committitur omnibus in necessitatis articulo, sicut Baptismi dispensatio, sed tantum illis quibus ex officio competit. Diaconis autem etiam baptizare non competit ex officio, multo ergo minus administrare hoc sacramentum. Nec tantum intelligimus non Sacerdotem peccatum committere hoc Sacramentum ministrantem, sed quod de necessitate sacramenti est, vt à presbytero exhibeatur, alioquin nullū erit sacramentū. Deinde etiam probatur, nam ille qui dispensare habet Sacramenta corpori Christi mystico, oportet vt habeat potestatem supra corpus Christi verū, sed iste est solus Sacerdos, quare solus ipse habet hoc Sacramentū ministrare. Nec requiritur vt sint plures sacerdotes, sufficit namque vnus cum ministris, vel ministro seculari respondente, si plures minimè haberi possint. Pluralitas enim illa à Iacobo posita: scilicet, Inducat presbyteros, in singularitate resoluenda est, vt dicamus, Presbyteros vel presbyterum. Quod autem episcopi ad hoc sacramentum ministrandum non sint necessarii, aperte patet, tum quia sunt arctioribus negocijs implicati, & ideo non eis vacat, tum etiam quia neque eos decet per domos infirmorum discurrere, quod esset ad illos vngendum necessarium.

Sed dubium est, vtrum quicumque simpliciter

4. conclus.

D. Thom.

Cōci. Tri.

3. Conclus.

Conc. Flo.

Con. Trid.

Soto.

tis

Conc. tri.

D. Thom.

C

D

E

dubium.

plices

plures sacerdotes, licet non sint parrochiales possint hoc sacramentum administrare: Cui dubio satisfact hac secunda conclusio in ordine: nempe, quod quamuis de necessitate sacramenti non requiratur proprius sacerdos ad hoc sacramentum conferendum, sed quicumque simplex sacerdos sufficiat, peccat tamen mortaliter huiusmodi simplex sacerdos illud administrando sine licentia proprii sacerdotis. Nullus enim sacerdotum vllum sacramentum potest administrare, nisi suis subditis sine licentia proprii sacerdotis, ad quem de iure spectat huius sacramenti administratio, præter baptismum in extrema necessitate: quod si sint religiosi incurrunt excommunicationem, vt habetur in Clement. religiosi. de priuile. Et idem etiam peculiariter de religiosis habetur. Clement. dudum de sepul. scilicet, quod non se intromittant in officia presbyterorum parochialium. Et ratio est euides, quia simplex sacerdos sic administrans, alienam iurisdictionem usurpat. Quod autem sit verum sacramentum sic à sacerdote priuato administratum, patet: quia concurrunt omnia quæ sunt de essentia sacramenti: scilicet, materia & forma & intentio ministri. Secus de sacramento poenitentiae, vbi de necessitate sacramenti exigitur iurisdictione. Annotato tamen, quod proprius sacerdos etiam si sit excommunicatus, potest dare prædictam licentiam: sicut excommunicatus & suspensus à iurisdictione dant licentiam confessiones audiendi.

3. Conclusio. Tertia conclusio. Quando certo præsumitur rati habitio plebani: nempe, in articulo necessitatis, vbi quis iam iam appropinquat morti, & copia proprii sacerdotis haberi non potest, posset & deberet quicumque alius sacerdos etiam religiosus, alienum subditum infirmum inungere. Conclusionem istam tenet Caietanus, verbo, Excommunicatio. capit. 64. vbi dicit, quod religiosi non incurrunt sententiam excommunicatio-

nis appositam in prædictis Clementinis, si ex ignorantia vel sub rati habitio- nis spe sacramenta administrant, quia tunc non ex præsumptione administrant: & in Clementinis solum dicitur, Si præsumperint. Eandem sententiam tenet Soto, & assignat pro ratione: quia licet non sit sacramentum necessitatis, sæpe posset contingere, vt per illud homo fieret ex attrito contritus.

VII. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentū sanis, furiosis & pueris sit exhibendum?

Hic difficultati me satisfacturum existimo quatuor conclusionibus, & earum prima sit, quod sacramentum hoc non nisi infirmis conferre licet, imo si sanis conferatur, non erit sacramentum. Hæc conclusio ex prædicta autoritate Iacobi constat. Infirmatur quis in vobis, &c. Colligitur etiam ex cap. vnico. de sacra vnctione, vbi oleum infirmorum appellatur oleum huius sacramenti. Habetur etiam in concilio Florentino, & ex vniuersalis ecclesie vii patet, quæ tantum illud confert infirmis. Postremo probatur ratione, quia huiusmodi sacramentum datur per quendam curationis corporalismodum, & debet exterius significare id quod intus operatur. Quocirca, illis quibus curatio corporalis non competit: scilicet, sanis conferri non debet, sed solis infirmis: nec solum hoc requiritur de necessitate præcepti, sed de necessitate sacramenti. Item, quia effectus huius sacramenti non solum est gratiam conferre, sed etiam ab infirmitate corporali liberare. Vnde colligitur, quod subiectum de essentia istius sacramenti est homo infirmus.

Sed vtrum conferri debeat omnibus infirmis dubium est? Pro quo sit secunda conclusio. Non quibuscunque infirmis conferendum est hoc sacramentum, sed tantum

tantum illis qui sunt in periculo, & sunt morti propinqui propter infirmitatem, qui cum deuotione tunc illud petunt, vel antea petierunt. Conclusio ista habetur in concilio Florentino vbi dicitur. Hoc sacramentum nisi infirmo de cuius morte timetur, dari non debet. Et concilium Tridentinum dicit, quod est adhibenda extrema vnctio illis infirmis, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur. Quem quidem usum vniuersalis obseruat ecclesia. Postremo probatur hac ratione: nempe, quia istud sacramentum est vltima medicina, vt nomen ipsum extremæ vnctionis sonat, & ad extremam vltimamque luctam cum demone datur. Sequitur primò ex hac secunda conclusione, cum in illa dicatur, debet dari infirmis, ac in mortis articulo constitutis ex infirmitate ipsa, quod euntibus ad bellum, aut nauigaturis, aut etiam occidendis iudicis sententia non debet conferri hoc sacramentum, quia talis mors non imminet ex defectu nature, sed euentu fortunæ, neque huiusmodi homines sunt subiectum in quo secundarium effectum habere possit sanandi corpus. His autem qui præsenio deficiunt sine actuali infirmitate, datur. Sequitur secundò, quod non est differendum huiusmodi sacramentum, quousque infirmus careat sensu, aut omnino sit eius desperata salus, sed conferendum est ei, quando de eius morte timetur. Effectus enim spiritualis poscit, vt infirmus sensum habeat, vt sacramenti deuotioni afficiatur, & animi hilaritate corroborata spe gloriæ recreetur. Dixi in conclusione, quod illis est conferendum, qui cum deuotione petierunt, nam ego non auderent illud conferre infirmis existentibus sine sensu, si nunquam antea petierunt, secus si antea petierunt, & si non explicitè, saltem tamen implicitè secundum Petrum à Palu. & Archid. Florenti. quia scilicet quamuis non actualiter petierint, sunt tamè tales personæ, de quibus constat quod bene vixerunt, & quod si

tunc haberent sensum illud peterent, vt creditur: sic enim habet usus ecclesie, & quando D. Thom. dicit in 4. distinctio- ne. 24. quæstione. 2. articulo. 2. q. 13. quod non debet dari, nisi habentibus actua- lem deuotionem, debet intelligi, de ijs qui non habent, neque illam habuerunt.

Tertia conclusio. Amentibus & furiosis à natiuitate vel perpetuo, non est sacramentum hoc conferendum; cum nunquam deuotionem erga hoc sacramentum habuerint. Secus si aliquibus poteretur lucidis interuallis, quibus possent deuotione erga ipsum adducti, illud petere. Est etiam eadem ratione dandum freneticis & amentibus, si prius sana mentè petierunt, nisi crederetur, quod irreuerentia & indecentia aliqua huic sacramento exhiberetur. Et ob hanc rationem non est administrandum hoc sacramentum pueris, tum quia deuotione erga ipsum habere non possunt, tum quia institutum est contra reliquias peccatorum actualium, quæ ipsi ante usum rationis committere nequeunt, vel contra reliquias originalis, quatenus per actualia sunt confirmata.

Quarta conclusio. Pueris adultis baptizatis debet conferri hoc sacramentum ab illo tempore, quo illis viaticum porrigitur. Hæc conclusio probatur, quia potest contingere, vt si quis mortem obiret sine hoc sacramento, damnaretur: si verò illud reciperet, vitam æternam consequeretur. Potest nanque contingere illum non posse peccata sua mortalia post baptismum commissa confiteri, vel dato quod esset confessus, non tamè habuit tunc contritionem, nec attritionem: postmodum autem in mortis articulo habet attritionem, quæ quamuis per se sola non sufficiat ad contritionem inducendam, attamen iuncta sacramento, fit homo de attrito contritus virtute sacramenti: quia omnia sacramenta habent efficere de attrito contritum, imo etiam si nunquam post susceptum baptismum lapsi fuerint adulti: est eis sacramentum

concl. Flo.

concl. Tri.

Soto.

1. Conclusio

concl. Flo.

Dubium.

2. conclusio

Palu. Archid.

D. Thom.

3. Conclusio

4. conclusio

Palud. Arc. Flor. mentum hoc conferendum, vt si statim post baptismum susceptum infirmaretur. Hanc sententiam tenet Petrus à Palud. & Archiepiscopus Floren. Ratione quoque probatur, quia remanet pugna contra hostem, nec est mendaciū in forma, quia remansit debilitas mentis ex prioribus peccatis.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum omittere hoc sacramentum sine sufficiente impedimento sit mortale peccatum?

1. conclus. **C**onclusionibus duabus quaestioni huic responderetur. Prior sit. Omittere ex negligentia hoc sacramentum, non est mortale peccatum. Conclusionem hanc tenet Bonauentura, Petrus à Palud. Durand. & Syluest. verbo, Extrema vnctio. §. 9. & ratio est, quia istud sacramentum nō est necessitatis, sicut Baptismus & Poenitentia. Posterior conclusio. Si ex cōtemptu omittatur, est dānabile: scilicet, mortale. Conclusio ista est expressa sententia sanctae synodi Tridentinae, sessione. 14. cap. 4. inquit enim concilium. Nec verò tanti sacramēti cōtemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset. Contemptus autem iudicaretur in hac materia, si videns quis, quā proxima est lucta, ac certamen cum inimico, & dicunt ei quòd illud recipiat: & ipse non vult, sed recipere paruipendit. Omnes nanque qui tunc illum viderent nolentem recipere illud, scandalizarentur.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum sint certa partes corporis vngēdae, & non totum corpus?

1. Conclu. **Q**uestioni huic tribus cōclusionibus breuiter responderetur. Prima est affirmatiua, qua directē

A satisfit illi: videlicet, quòd non totū corpus est vngendum hoc sacramento, sed certae partes. Conclusio ista praeter hoc quòd est omnium doctorum sententia, probatur ratione, quia quemadmodum corporales medicinae non omnibus partibus corporis quae dolent, applicantur, sed tantummodo illis vbi est radix & fons infirmitatis, ita in spiritualibus medicationibus applicandis obseruandum est. Et quia tres sunt in homine radices morbi spiritualis, cum eadem sint principia peccandi & agendi: nempe, vis cognoscitiua, vis appetitiua, & vis motiua, sed per principia cognoscitiua quinque sensus intelliguntur: nihil enim est in intellectu, quin prius fuerit in sensu: idcirco quantum attinet ad essentiam sacramenti fieri debent vnctiones super organa quinque sensuum, quae quasi primae radices peccati sunt: nempe, Oculi propter visum, quo peccamus, Aures propter auditum, Nares propter odoratum, & Os non propter loquelam, sed propter gustum, & Manus propter tactum.

B **C** **2. Conclu.** Secunda conclusio. Nonnullae Ecclesiae in more habent propter virtutē appetitiuam vngere renes, & plures etiam propter executiuā vngere pedes: id est, quia sunt principale instrumentum prosecutionis ac executionis vis motiuae, aliae verò vtrunq;. Illam autem vnctionem vniuersalis Ecclesia obseruat, quae fit ad quinque sensuum organa de necessitate & essentia sacramenti, sed particulares Ecclesiae habent diuersos modos vngendi pedes & renes, quasi illud non sit de essentia, alioquin vniuersalis Ecclesia illum morem seruaret. Nec obstat decretum concilij Florent. vbi septem omnes vnctiones connumeratur, nam patrum intentio non fuit, nisi numerare omnes, quae vel Ecclesiae vniuersali, vel alicui particulari in more sunt, vt omnes approbaret, non tamen omnes in eodem gradu, ita vt omnes essent de essentia sacramenti. Hae Soto. dist. 23. q. 2. art. 3. Et in religionibus vnctio in renibus

nibus non est in vsu propter pudorem, praecipue in foeminis, imo si foeminae essent vngendae propter appetitū, in vmbilico essent vngendae, quia in ipsis illic viget delectatio, sicut in viris in lumbis. Cor verò non vngitur, quia est principium immediatum vitae, & remotum actionis, nec genitalia membra propter immunditiam & irreuerentiam sacramenti. **E** Sed aduertat hic lector, quòd cum dicimus in hac difficultate de necessitate & essentia huius sacramenti esse, vt fiant vnctiones super organa quinque sensuum, iuxta expositionem à nobis supra difficultate 4. in hac posteriori editione data, intelligere debet.

3. Conclu. **¶** Tertia conclusio. Cæcus à natiuitate, qui nō peccauit per visum, vel surdus à natiuitate, qui non peccauit per auditum, vel claudus, qui non peccauit per gressum, debet iniungi in istis membris. Probatur, nam licet cæcus à natiuitate non peccauerit videndo, tamē forte peccauit inordinate visum appetendo, & idē dico de surdo & claudo. Possunt enim peccare per internas potentias, quibus illa membra respondent. Vnde, quamuis aliquis careat huiusmodi membris, in quibus solet fieri Vnctio: debet nihilominus iniungi in locis circumuicinis.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum debeat iterari?

1. Conclu. **A**D hanc difficultatem duabus responderetur conclusionibus, quarum prima sit affirmatiua: nempe, quòd istud sacramentum iterari potest in diuersis infirmitatibus. Hac conclusio

A praeter hoc quod est omnium doctorū cōsensu approbata, habetur in sancta synodo. Trident. sessi. 14. cap. 2. sub his verbis. **Couc. tri.** Quòd si infirmi post susceptā hanc vnctionem conualuerint, iterum huius sacramenti subsidio iuuari poterunt, cū in aliud simile vitae discrimen inciderint. Probatur etiam rationibus. Prima, quia in isto sacramento, non imprimatur character, eo quòd non confertur homini vt signum distinctiuum inter status ecclesiae militantium, cum non debeat permanere in ecclesia militante, sed in aliam vitam transire, nec potestas per illud suscipitur ad conferendum vel suscipiendum aliquod sacramentum, & tamen ad ista officia imprimitur character. Secunda, quia hoc sacramentum non habet effectum perpetuum, cum sanitas mentis & corporis, quae huius sacramenti sunt effectus amitti & recuperari possint. Potest nanque homo multoties ad mortem infirmari, & sanari.

2. Conclu. Secunda conclusio. In eadem infirmitate, vt si aliquis recidiuaret, posset iterato iniungi. Probatur, quia recidiuū videtur esse alia infirmitas à prima. **3. Conclu.** debet enim hoc sacramentum conferri in infirmitate periculosa: quam obrem, quotiescunque deuenit ad punctum mortis, debet iniungi, vt postquam euasit semel & bis articulum mortis, eadem infirmitate durante, iterum atque iterum ad similem infirmitatem redeat, iterum atque iterum est vngendus: quia iam est quasi alius status infirmitatis, Quamuis sit eadem infirmitas. **4. Conclu.** Quia hoc sacramentum non tantum respicit infirmitatem, verum etiam infirmitatis statum. Et haec de hac materia extrema vnctionis. **N**onnullae De

DE SACRAMENTO ORDINIS.

VM unitas naturaliter sit prior multitudi-
ne, fit, ut quinquē sacramē-
ta, quæ ad re medium & perfectionem singularis cuiuscunque persone
spectant: nempe, quæ producunt, promouent, ac hominem conseruant
in esse spiritali suapte natura, sint priora illis, quæ non singulis perso-
nis coaptantur, sed respectu multitudinis instituta sunt, & in bonum commune to-
tius Reipub. & Ecclesie referuntur, qualia sunt, Ordo & Matrimonium. Quæ circa
iuxta hunc naturæ ordinem, hucusque de quinquē prioribus differuimus. Nunc ve-
rò de reliquis duobus tractandum super est. Et quoniam sacramētum ordinis maius
ac dignius est matrimonij sacramento, eo quòd Ordo ad procreationem filiorum spi-
ritualium attinet: Matrimonium autem ad procreationem filiorum secundum car-
nem: & dignius minus dignum præcedere oportet, idcirco prius nobis agendum erit
de Ordinis sacramento.

I. DIFFICULTAS.

Vtrum in Ecclesia debeat esse Ordo, & an sint plures Ordines?

Vic difficultati per aliquot
conclusiones respondetur,
& earum prima, qua dire-
ctè satisfiit primæ quæstio-
nis parti, sit affirmatiua: nempe, quòd in
ecclesia debet esse ordo. Cōclusio hæc
est expressa sententia D. Th. in 4. d. 23.
q. 1. ar. 1. & probat ex illo Apostoli Ro-
ma. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt,
sed ecclesia à Deo est, eo quòd ipse eā
ædificauit sanguine suo, ergo ordo in
ecclesia esse debet. Alias rationes in cō-
firmationem huius conclusionis addu-
cerem, nisi pro sequenti cōclusione eas
essem facturus. Est secunda conclusio,
qua directè secundæ parti quæstionis
respondetur. Decentissimum, imo ne-
cessarium fuit, plures ordines in eccle-
sia existere. Hæc conclusio est secundū
fidem catholicā tenenda contra Vuit-
clef, & contra Lutherum, qui in suo illo
pestilenti libro de abroganda missa pri-
uata, omnes istos ordines ecclesiasticos
tollere conatur, ut est videre apud Vual-
densem, tomo. 2. de sacramentis. capit.
27. & 28. Et hæc est expressa sententia
œcumenici Tridentini concilij, sessio. **Concl. Trid.**
vigesima tertia. c. 2. vbi inquit sacrosan-
cta synodus. Cū autē diuina res sit tam
sancti sacerdotij ministeriū, cōsentaneū
fuit, quo dignius, & maiori cū veneratio-
ne exerceri posset, ut in ecclesie ordina-
tissima dispositione plures, & diuersi es-
sent ministrorum ordines, qui sacerdo-
tio ex officio deseruirent, & ita distri-
buti, ut qui iam clericali tonsura in-
signiti essent, per minores ad maiores
ascenderent. Et inferius cano. 2. hoc
idem sub anathematis censura decer-
nit, nam dicit, Si quis dixerit, præter sa-
cerdotium non esse in ecclesia catholi-
ca alios ordines, & maiores & minores,
per quos, velut per gradus quosdam in
sacerdotium tendatur, anathema sit. Et
probat conclusio, quia legimus in ar-
ca Noe (quæ huius ecclesie figura fuit)
diuersas dispositiones, mansionesque
fuisse. Vbi diuersa animalia collocaban-
tur.

tur. Oportuit ergo & in hac ecclesia di-
uersos ordines esse: videlicet, alium
presbyteratus, alium diaconatus, alium
verò subdiaconatus, &c. Item, primi Es-
dra. cap. 7. ponuntur diuersi gradus ma-
iores: scilicet, Sacerdotes & Leuitæ: &
minores, videlicet, Lectores & Canto-
res. Præterea, quia ordinem nomen es-
se cuiusdam potestatis spiritualis ab om-
nibus conceditur, at verò ministros ec-
clesie non omnes equalem potestatem
habere, constat: cū vnusquisque illo-
rum pulchro ac conuenienti ordini sit
à Deo constitutus. Diuersos igitur ordi-
nes esse in ecclesia fateri oportet. Præ-
terea, quia ecclesia ista militans corres-
pondere assimilarique, quātum potest,
debet ecclesie triumphanti. Præcepit
nanque Dominus Moyse, ut omnia iux-
ta figuram sibi in monte demonstra-
tam faceret. Ex quo loco meritò colligunt
doctores, ecclesiam militantem à
triumphante velut ab exemplari quo-
dam debere sumere ordinem ac dispo-
sitionem. Cū igitur in cælesti hierar-
chia diuersi ordines sint inter beatos:
scilicet, ordo Angelorum, Archange-
lorum, Principatum, Potestatum, & Do-
minationum, &c. necesse est fateri, quòd
in hac militante ecclesia non solum
sint ordines, verum etiam diuersi ordi-
nes. Inde enim Regina Sabba, vt. 3. Re-
gum. 10. legitur, admirata est Salomo-
nis sapientiam, quòd domum Dei tanta
ministorum varietate exstructam
decorasset. Postremò, quia videmus,
quòd in rebus omnibus naturalibus
posuit Deus ordinem, in cælis diuersa
astra & diuersos planetas: & in elemen-
tis diuersos gradus situs & perfectio-
nis, ita vt terra sita sit in infimo loco, ac
in super in corpore naturali diuersa mē-
bra ad diuersa officia deputata, vt scili-
cet, per ista opera venirent homines in
ipsius Dei cognitionem. Igitur & in hoc
corpore mystico huius ecclesie militā-
tis, necesse est, vt sint etiam diuersi or-
dines.

A Sed dubitatur, à quo institui fuerint
huiusmodi diuersi ordines, in ecclesia?
Pro quo sit tertia conclusio, tenenda
etiā de fide, quòd ordo sacerdotalis est in
ecclesia ex diuina institutione. Habe-
tur Matthæi capit. 10. & Luca. 10. & ad
Titum cap. 1. Reliqui te Crete, vt ea que
desunt corrigas, & constituas per ciui-
tates presbyteros, sicut ego disposui ti-
bi, & 1. ad Timotheum capit. 4. Noli ne-
gligere gratiam quæ data est tibi per
prophetiam cum impositione manuum
presbyterij. & 1. Corinthiorum cap. 4.
Sic nos existimet homo, vt ministros
Christi, & dispensatores ministeriorum
Dei. Habetur etiam in Epistola ad He-
bræ. cap. 5. Omnis Pontifex ex homini-
bus assumptus est, & pro hominibus cō-
stituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt of-
ferat dona & sacrificia pro peccatis, &
ad Ephes. 4. Quosdam dedit Apostolos,
quosdam Prophetas, alios Euangelistas,
alios autem Pastores & Doctores. Ra-
tione quoque probatur. Nam sacerdos
ad eucharistiam consecrandam ordina-
tur: hunc autem effectum omnem hu-
manam facultatem excedere, nemini li-
cet dubitare. Nec igitur licebit dubita-
re ordinem sacerdotalem, qui est in ec-
clesia, ex diuina institutione esse.

D Quarta conclusio: Non solum ordo
sacerdotalis, sed omnes alij ordines, tā
maiores quam minores, sunt in ecclesia
ex Christi institutione. Hanc conclusio-
nem probat eleganter Thomas Vual-
densis libro de sacramentis. capit. 116.
contra Vuitclef (qui dicebat Christum
duos dumtaxat ordines instituisse: scili-
cet Apostolorum qui erant sacerdotes, &
septuaginta duorum discipulorum, qui
erāt sicut diaconi, hoc est ministri Apo-
stolorum) ex multis testimonijs, quæ il-
lic adducit. Primum, ex Epistola tertia
Clementis papæ ad vniuersos Diui Pe-
tri successores, vbi facit memoriam de
subdiaconis & de reliquis ordinibus mi-
noribus. Secundū testimoniū quod ad-
ducit, est Anacleti Papæ in suis decretis,

vbi omnes ordines tam minores, quam maiores amplectitur. Ait enim, episcopus Deo sacrificans, testes secum habeat, & plures quam alius sacerdos. In solenioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat. Tertium testimonium adducit ex canonibus Apostolorum per multa capita, in quibus facit mentionem de diacono & subdiacono, ac omnibus inferioribus ordinibus. In c. 42. dicitur, quod episcopus aut presbyter, aut diaconus alea, atque ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certe comunione priuetur. & c. 43. dicitur, subdiaconus, aut lector, aut cantor, similia faciens, aut desinat, aut comunione priuetur. Fit quoque mentio de hac re in concilio Niceno. c. 3. & in concilio Laodicensi. c. 23. & in concilio Calcedoniensi. c. 14. & in concilio Toletano. 1. c. 4. & Toletano. 4. capit. 40. & in concilio Bracharenensi. 1. c. 28. & sequentibus. Ac demum in oecumenica Tridentina Synodo canone. 6. diffinitur hoc idem sub his verbis, Si quis dixerit, in ecclesia catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris & ministris, anathema sit. Item D. Hieronymus in argumento prioris Epistolae ad Theophalo. inquit, Hos collaudat Apostolus scribens eis ab Athenis per diaconum, & Onesimum acolitum. Concludimus igitur omnes septem ordines esse antiquissimos: nempe, a tempore Apostolorum semper in ecclesia fuisse celebres, ac ex consequenti a Christo redemptore nostro fuisse institutos in particulari ipso viuentis, vel saltem in generali: scilicet, quia Christus dedit potestatem ecclesiae constituendi ministros ad eucharistiae sacrificium celebrandum quotquot ei visum esset expedire. Vnde, credendum est, hanc ordinum distinctionem ex traditione Apostolorum haberi, nam canon receptissimus est a D. Augustino additus, scribens aduersus Donatistas, quod quicquid non habetur institutum in aliquo concilio, & per totam ecclesiam semper obseruatur: credendum est ab Apostolis traditum esse.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum sit aliqua diffinitio ordinis conueniens?

B Difficultati huic respondetur affirmatiue: nempe, quod haec est conueniens diffinitio. Ordo est signaculum quoddam, in quo & per quod spiritualis potestas, seu officium traditur ordinato. Hanc diffinitionem ponit Magister sen. in. 4. d. 24. & Hugo de sancto Victore. Et ratione probatur, nam duo ponuntur in hac diffinitione: scilicet, signum quoddam exterius, & effectus interior: nempe, spiritualis potestas, quae quidem duo sunt de ratione ordinis secundum quod est ecclesiae sacramentum. Ex quo sequitur, ordinem sacramentum esse, quia sacramentum nihil aliud est, quam sacrae rei signum: hoc est signum gratiae hominem sanctificantis. Ordo autem accipitur pro ipsa ordinatione, quae est sensibile signum spiritualis potestatis, quae illic confertur, ut cum episcopus oblato calice cum hostia ait, Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c. Per illa enim verba, & traditionem materiae confert potestatem: scilicet, characterem ad consecrandum, quae quidem materia & forma signum sensibile est potestatis, quae confertur & gratiae, & est tenenda haec sententia: videlicet, quod ordo sit sacramentum secundum catholicam fidem. Habetur namque expresse in synodo Florentina, vbi ordo inter sacramenta ecclesiae connumeratur: & in sacrosancta synodo Tridentina nuper sub Pio. 4. celebrata, sessio. 23. capit. 3. dicitur, quod dubitare nemo debet, ordinationem esse verum & proprie vnum ex septem sanctae ecclesiae sacramentis, & in sacrosancta synodo Tridentina nuper sub Pio. 4. celebrata, sessio. 23. capit. 3. hoc idem diffinitur sub anathema-

M. sententia Hugo.

Conc. Florent. Conc. Tri.

Conc. Nic. Laodi. Calc. Tolet. Bracha. Con. Trid.

D. Hieron.

Aug.

thematici censura sub his verbis, Si quis dixerit, Ordinem, siue sacram ordinationem non esse verum & proprie sacramentum a Christo Domino institutum: vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis: aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei & sacramentorum, anathema sit. Inferius autem examinandum superest, an singuli ordines sint sacramenta: & vtrum omnes simul sint vnum sacramentum.

III. DIFFICULTAS.

Vtrum hoc sacramentum habeat materiam?

1. Conclu.

D. Aug. M. sent.

Praesenti quaestioni tribus conclusio- nibus respondetur, quarum prima sit affirmatiua, quae secundum catholicam fidem est tenenda. Et probatur, nam cum omnia sacramenta consistant ex rebus & verbis, ut D. Augustinus & Magister sententiarum ac omnes doctores dicunt: & res in sacramentis habeant locum materiae necesse est fateri, res quae in hoc sacramento adhibentur, esse materiam. Differentia tamen non parua est inter huius sacramenti & aliorum sacramentorum materiam: quia in alijs sacramentis id quod in illis confertur, deriuatur a Deo, & non a ministro, qui sacramentum dispensat, sed illud quod in hoc sacramento traditur: nempe, spiritualis potestas, deriuatur a Deo per ministrum habentem similem characterem. Nullum enim aliorum sacramentorum ad hoc conditum est, ut minister similem facultatem ei quam habet, conferat suscipienti: istud autem per se primo ordinatur ad conferendam potestatem, quae est character, similem ipsi quae est in ministro. Ex quo sequitur primo, ut effectus aliorum sacramentorum sit, suscipientem per gratiam assimilare Deo & non ministro, qui saepe solet illa carere, effectus autem istius sacramenti est, ut ordinans per cha-

acterem assimilaret sibi suscipientem. Sequitur secundo, quod efficacia aliorum sacramentorum consistit in materia, quae virtutem habet diuinam, & per sui applicationem sanctificat, sicut aqua in baptismo per ablutionem, & chrisma in confirmatione per vnctionem: ad denotandum, quod minister non sanctificat, nisi per virtutem Dei, quae est in materia. Sed in isto sacramento efficacia residet penes eum, qui sacramentum dispensat & in forma quam profert, & non in materia. Sequitur tertio, quod materia in alijs sacramentis concurrat, ut perfectio nem conferat sacramento, quia minister nihil aliud facit, quam illam applicare. Vnde debet materia tangere suscipientem per modum causae efficientis, ut ablucendo, vngendo, &c. In hoc vero sacramento tantum se habet materialiter & potius significat usum potestatis exhibitae a ministro, & adhibetur ad determinandam intentionem & potestatem ministri, quae illi qui ordinatur traditur, quae ad ipsam potestatem causandam. Ita tenet D. Thomas in. 4. d. 24. q. 1. ar. 1. q. 5. Sed dubitatur quae sit huius sacramenti materia. Pro quo dubio sit facta conclusio, Materia istius sacramenti est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicem cum vino & patenam cum pane porrectionem. Diaconatus vero, per libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus, per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem. Et similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Ita habetur expresse in concilio Florentino, sub Eugenio quarto. Tradit namque episcopus unicuique materiam, circa quam officium suum, atque ministerium exercere debeat. Quo circa licet in primitiua ecclesia in ordinatione presbyteri, & in ordinatione diaconi ac subdiaconi non essent huiusmodi traditiones: attamen modo nullo pacto licet dubitare easdem necessarias esse, cum oppositum asserere.

D. Tho. dubium.

2. Conclu.

Conc. Flo.

re sit concilio Florentino aduersari, nec non omnium Theologorum sententia. Nec obstat, quod obijci posset, quia tempore Apostolorum non ordinabatur presbyter & diaconus per huiusmodi traditiones: scilicet, calicis cum vino, & libri Euangeliorum, sed per solam manuum impositionem. Non obstat, inquam, quia illud tunc fiebat propter materiam penuriam, Non enim erat in promptu omnis atq; integra omnium sacramentorum materia, & ideo ordinabantur illo modo, ut patet Actorum cap. 8. & 1. ad Timotheum. 4. unde utebantur tantum materia partiali: nempe, manuum impositione. Et sic suscipiebant sacramenta quantum ad substantiam: & si non perfecte, cum integra materia sacerdotis ex impositione manuum, & traditione calicis cum vino constet, & materia integra diaconi, ex impositione manuum & traditione libri euangeliorum. Quemadmodum ob balsami penuriam in collatione confirmationis solo oleo tunc temporis utebantur. Nec nocet, quia in ecclesia, ubi habitabat Durandus materia diaconi sola manuum impositio erat. Et ita in quarto concilio Carthaginensi. cap. 3. & 4. solum habetur, quod diaconus, & presbyter cum ordinabantur episcopus qui eos benedicebat, manum super illorum capita imponebat. Non, inquam, nocet quia tunc non erat ista integra materia diffinita, ut modo habetur in concilio Florentino, vel dici poterit, quod errabat ecclesia illa.

Actu. 8.
Ad Tit. 4.

Conc. Cart.

Dubium.

D. Tho.

Palud.

A Syluestri in verbo, Ordo. 2. §. 5. & Caiet. *siluest. Caiet. Conc. Florent.* in quodlibet. 1. quaestione. 16. Concilium etiam Florentinum ait, quod per traditionem materiae confertur ordo. Nec sufficit traditio materiae facta ab episcopo: nisi qui ordinatur, ipsam materiam tangat. Rationibus quoque probatur. Prima, quia in omnibus alijs sacramentis requiritur ipsius materiae contactus, ut patet inductiue de baptismo, Confirmatione, & extrema unctione: ergo & in hoc sacramento contactus ille est necessarius. Secunda, quia cum dicitur in forma, Accipe calicem, vel librum, si non interuenisset huiusmodi acceptio, forma esset falsa. Accipere nanque est correlatiuum huius, quod est dare: cum ergo episcopus det potestatem, & iubeat, ut alter accipiat, videtur necessarium, ut manibus tangat. De necessitate ergo sacramenti requiritur contactus materiae. Tertia ratio est, quia ita habet ecclesiae vniuersalis consuetudo ex Apostolorum traditione.

B Annotare tamen primò hic oportet cum Soto pro scrupulis tollendis eorum qui arbitrantur, nisi tetigerint, calicem & simul hostiam, nullatenus esse ordinatos, quod fortasse licet non attingant hostiam, sed dumtaxat calicem, illic censentur totum quod ibi datur, pertingere: nam sicuti qui tangit calicem censetur tangere vinum, quod est intus, ita & hostiam, quae est supra patenam. Dicit tamen, quod est adhibenda diligentia contingendi etiam hostiam ad modum in Pontificali Romano prescriptum.

C Annotare tamen hic opus est secundo, quod huiusmodi contactus non requiritur, ut sit simul cum verbis mathematicè, ut non finiatur verborum prolatio, antequam tactus fiat, sed satis est simultas moralis, quae obseruari solet secundum communem loquendi usum, ad quod sufficit, quod immediate, & proximè post prolationem verborum succedat contactus. Arbitror tamen tutius esse,

Not. li. Soto.

Not. li.

esse, ut antequam vnum finiatur, aliud incipiat, ut tangere calicem, vel librum ante finem prolationis verborum.

IIII. DIFFICULTAS.

Vtrum forma in hoc sacramento congruè designetur?

AD hanc difficultatem duabus conclusionibus respondetur. Prior sit. Forma ordinis optimè designatur verbis huiusmodi imperatiui modi, Accipe potestatem offerendi sacrificium pro viuis & mortuis. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Et sic de aliorum ordinum formis. Hæc conclusio expresse ponitur in concilio Florentino sub Eugenio quarto, & eam ponit etiam Diuus Thomas in. 4. distinctione. 24. quaestione. 1. articulo. 1. q. 4. Sicut enim creatio regis, aliusque cuiusque magistratus fit per verbum imperatorium, Accipe potestatem, tradendo illi sceptrum, vel pileum, vel clauis, vel quodpiam aliud in signe Reipublicæ: sic dum ordinatur ecclesiae minister, forma ordinandi esse debet, Accipe potestatem, tradendo materiam circa quam usus eiusdem potestatis versatur.

2. Concl. Secunda conclusio. Non tantum habet ordo sacerdotalis formam quam ponit concilium Florentinum cum dicit, Accipe potestatem offerendi, &c. verum etiam aliam per impositionem manuum cum illis verbis, Accipe potestatem remittendi peccata. Et hæc secunda forma secundum aliquos non solum est necessaria necessitate præcepti: sed etiam necessitate sacramenti: Pro cuius probatione supponunt, quod sacerdotium extenditur ad consecrandum, & ad absoluendum. Quo supposito, sic probant, quia notum est sacramenta id efficere, quod significant: at verò verba primæ formæ significant potestatem consecrandi, non autem remittendi peccata, quare præter

A primam formam est altera necessaria. Quo fit, inquiunt, ut si secundum formam non acciperet sacerdos, minime absolueret posset: & si attentaret absoluere, nihil faceret. Item, quia Christus non simul utramque potestatem discipulis tradidit, sed primam ante passionem, alteram vero post resurrectionem: non ergo est vna sola potestas. Nec tamen ob id, aiunt, licet inferre, quod presbyter recipiat duplicem characterem iuxta duplicem potestatem, cum idem character ad utramque potestatem extendatur: Nec existimandum est has duas formas, æquales esse. Prima namque principalior est, quandoquidem ad principalem effectum ordinatur: nempe, ad eucharistiam consecrandam. Hic nanque effectus est principalior, quia teste Paulo, Omnis pontifex ex hominibus assumptus est, & pro hominibus constituitur, ut offerat dona & sacrificia. Quamobrè primæ solius tanquam principalioris meminit concilium Florentinum. Secundum verò alios, inter quos est Soto in. 4. d. 24. q. 1. ar. 4. sacramentum perficitur in traditione calicis & hostiæ cum forma tradendi potestatem consecrandi, itaque per secundam formam: scilicet, Accipite potestatem remittendi peccata, & per manuum impositionem nulla traditur noua potestas, sed explicatur illa, quæ prius collata fuerat, & sic nec est de essentia sacramenti necessaria: quam ego sententiam libentius amplector: tum, quia hæc est opinio communis: tum etiam, quia Florentina synodus, ut dictum est, non meminit huius secundæ formæ.

E Sciendum est hic, quod licet in concilio Florentino ponatur explicatio trinitatis in hac forma: non tamen est de essentia eiusdem formæ, sed de decentia. Nam ut diximus in materia de confirmatione, Difficultate. 4. in solis sacramentorum Baptismi & Confirmationis formis requiritur de necessitate sacramenti trinitatis explicatio, eo quod in illis fit professio fidei.

Conc. Flo. Soto.

Conc. Flo.

V. DIFFICULTAS.

Utrum sint in Ecclesia conuenienter septem ordines distincti?

Pro presentis questionis elucidatione duo notabilia præmittenda sunt. Primum, quod cum omnes ordines ad eucharistiæ sacramentum tanquam ad finem ordinentur numerus & illorum sufficientia communiter sumitur à doctoribus per ordinem ad istud sacramentum. Quo fit, vt vnus ordo dicatur maior, dignior ac eminentior alio secundum quod proximius eucharistiã attingit. Vnde, sacerdotum ordo, quorum munus est eucharistiã ipsam consecrare, est omnium dignissimus.

Secundum notabile est, quod secundum Diui Thomæ sententiam in. 4. Ordo dupliciter sumitur. Vno modo proprie, vt est nomen cuiusdam spiritalis potestatis, altero modo large, vt nomen est officij, vel dignitatis. His sic præhabitis, fit prima conclusio. Primo modo accipiendo, Ordines sunt septem, quatuor scilicet minores, qui non dicuntur sacri, eo quod non habent actum circa materiam sacram: puta calicem, vel eucharistiã: quorum primus (incipiendo ab infimis) est ordo ostiariatus, ad quem pertinet cymbalum ad conuocandum populum pulsare, & ostium ecclesiæ aperire, & dignos in ecclesia admittere, indignos verò excludere, & respicere: scilicet infideles, ne ad sacra irridenda ingrediantur. Secundus est ordo lectoratus, cui proprium est legere prophetias, & idcirco secundum Diuum Thomam in. 4. distinctione. 24. quæstione. 2. articulo. 1. q. 1. Prophetiæ quasi prima rudimenta eis legendæ committuntur. Vnde eis etiam si non sint subdiaconi, ex officio competit cantare in ecclesia prophetias & lectiones, quæ canuntur in hebdomada sancta & in sabbato. Nec est necesse, vt qui illas canunt sint dalmaticis induti, sed sufficiunt eis super-

A pellicia. Tertius ordo est exorcizatus, cuius est arctare, ac pellere dæmones per adiurationem, ne dominetur in corpore nondum baptizato, & ideo traditur exorcistæ liber, in quo scripti sunt exorcismi sub illa forma, Accipite, & habete potestatem imponendi manum super energumenos. Quod quidem beneficium contulit Christus, vt Marci. 7. legitur, quando salua sua tetigit aures surdi & muti dicens, Epheta, quod est aperire, & quando de Magdalena septem eiecit dæmonia. Quartus ordo est Acolitatus, cuius est præparare luminaria in sacrario, portare cereum, & pyxidem cum pane, & vrceolos cum vino & aqua præparare, ac ad altare deferre.

Sciendum est impræsentiarum, quod quamuis omnes isti actus minorum ordinum possint per alios exerceri: sed nõ ex officio, sicut in dominicis diebus in municipijs legitur ab agricola epistola in ecclesia, non tamen ex officio, cum hoc ad subdiaconatus ordinem spectet. Nunc sancta synodus sessione. 23. capit. 17. decernit, vt in posterum huiusmodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur. Sunt etiam tres maiores ordines, qui è diuerso dicuntur sacri, propterea quod attingunt materiam sacram, & quia eis votum continentiæ & castitatis est annexum, non quidem essentialiter, sed accidentaliter ex ecclesiæ statuto, vt habetur. 28. distinctione. cap. Nullum. & cap. Decernimus, scilicet subdiaconatus, cuius est legere epistolam solemniter, & panem in patena, & vinum & aquam in calice præparare, & offerre diacono, quia diaconus de manu eius accipit & porrigit sacerdoti. Quocirca traditur ei calix vacuus cum patena superposita. Est etiam diaconatus ordo, ad quem pertinet assistere sacerdoti, & ei in omnibus quæ aguntur in missæ celebratione, ministrare. Sunt enim sacerdotis proximi cooperatores, quapropter per antonomasiam dicuntur diaconi, id est, ministri.

Id

1. Thom. 3. Id enim Græcum nomen sonat. Ob id que Paulus. 1. ad Thim. 3. post mores Episcoporum, quo nomine omnes presbyteros comprehendit, subdit, & quibus debent esse virtutibus Diaconi imbuti. Ad Diaconum etiam spectat ex proprio officio legere Euangelium tanquam proprium actum, sed non illud prædicare, sed tantum ex commissione maxime tempore necessitatis. Possunt enim Diacones si sint idonei, facultate sua id muneri quandoque etiam solemniter exercere. Ad ipsum propterea antiquitus spectabat ex officio Christi sanguinem populo dispensare. Vnde dixit beatus Laurentius beato Sixto. Nunquid degenere me probasti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Domini sanguinis dispensationem. Et sic credo, quod poterit nunc etiam in necessitate deferre corpus Christi ad infirmum, de mandato Episcopi aut presbyteri: imò in extrema necessitate, secundum Verue. poterit absentibus Episcopis & presbyteris, absque alia licentia corpus Christi populo dispensare. Poterit insuper præsentem presbytero in necessitate: nepe, quia presbyter est fesus, vel alias ad hoc impotens, vt habetur. 93. distinct. capit. Diacones. Ita enim Siluester in verbo. Diaconus. §. 2. Postremo est ordo presbyteratus, ad quem pertinet consecrare corpus, & sanguinem Christi. Hic nanque est eius actus principalior. Alius autem consequens, & secundarius: scilicet, soluere & ligare, per quem actum præparatur corpus Christi mysticum: videlicet, fideles Christiani, vt ad corpus Christi verum suscipiendum sint apti atque idonei. Ex prædictis aperte colligitur, ad minores Ordines, & ad duos maiores: videlicet, Diaconatum & subdiaconatum spectare, populum ad Eucharistiã dispositione remota disponere: ad presbyteratus vero ordinem dispositione proxima, qua quis fit idoneus ad suscipiendum ilico Eucharistiã, quæ quidem dispositio est remis-

A sio peccatorum. Et hæc per sacramentorum gratiam Baptismi & Pœnitentiæ incumbit sacerdotibus, quibus cõpetit Eucharistiã consecrare & ministrare: nam & in rerum natura eidem agere, cui conuenit principalem formam generare, subinde congruit & proximam dispositionem inducere.

Secunda cõclusio. Large (vt ordo est nomen officij, vel dignitatis) sunt nouè Ordines, quia quatuor minoribus additur prima tonsura, & maioribus Episcopatus. Dicitur nanque largè prima tonsura Ordo: quia illam habentes, respectu quarundam actionum habent officium. Datur enim corona, vt cõtare possint in choro, & ad missam adiuuare. Ob idque ingrediuntur Ecclesiam tempore interdicti. Vnde, magnus abusus est eos tonsurare sine intentione intrandi religionem, aut promouendi ad sacros ordines. Est enim iste abusus in more secularibus, nobiles, milites, qui absque illo proposito ascendendi ad ordines sacros, sed solo animo consulendi sibi in suis criminibus, & foro se seculari subducendi, primam tonsuram suscipiunt. Et id circo manifeste prohibitum est Episcopis in cap. Nullus de tempo. ordinã. in. 6. Et hoc idem prohibetur nunc illis

D in sacrosancta synodo Trident. Sessio. 23. cap. 4. Et non dubium quin grauius peccet Episcopus eis huiusmodi primam tonsuram conferendo, non habentibus hanc intentionem. Episcopatus verò licet secundum Duran. in. 4. dist. 25. quæst. 6. & Petrum à Palud. quæst. 7. sit proprie Ordo, & sacramentum imprimens characterem, non quidem distinctum ab ordine sacerdotali, sed vnicum sacramentum & vnicus integer ordo qui in cõsecratione episcopi perficitur, eo quod episcopus est princeps sacerdotum, & summus sacerdos, & in quo sunt omnes ordines, vt Ambro. dicit, Diuus Thomas tamen in additionibus. 3. p. q. 40. art. 5. tenet, quod nec est sacramentum nec proprie, sed large dicitur

Nn 5 Ordo

Ordo ꝑ secundum quoddam respectu quarundam actionū sacrarum. Habet enim episcopus potestatem in omnibus hierarchicis respectu corporis mystici super sacerdotem, & sic est dignitas & gradus altior sacerdotio, cui eminentiora officia sunt annexa. Ratio autem quare propriè nō sunt ordines tam episcopatus quam primatonsura est, quia non recipiunt aliquam potestatem in ordine ad eucharistiam, vt habetur in capit. Cum contingat. de ætate & qualitate ordinan. ꝑ Nam licet illic dicatur, quodd per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo confertur, largè sumēdo ordinem intelligi debet. Hanc nostrā sententiam tenent Diuus Thomas in additionibus. 3. part. quæstione. 40. articulo. 2. Bonauen. Ricar. Soto & breuiter omnes theologi & sancti & concilia. Vnde, ad minus est temerarium asserere primam tonsuram & episcopatum esse propriè ordines, ac subinde esse nouem, vt Maioris in. 4. distinctione. 24. quæstio. 1. & Echius in quadam homilia de ordinibus asserunt. Et in particulari de prima tonsura, quodd non sit propriè ordo probatur apertè, quia tantum dispositio, & præambulum est ad ordines, mediumq; inter mere seculares, & ecclesiæ ministros. ꝑ De episcopatu quoque patet ex distinctio. 32. cap. Seriatim. vbi inter ordines non annumeratur episcopatus. Episcopus enim in ordine ad eucharistiam consecrandam non maiorem potestatem habet quam simplex sacerdos, imò sacerdotum quisque æqualem habet, & quantum ad substantiam sacramenti, in dependentem ab episcopo, eo quodd quicunque sacerdos potest per se consecrare. Secus quantum ad accidentarias ceremonias, vt vasa & vestes consecrare: nā quātum ad hoc dependet ab episcopo. Item, quia dum quis consecratur in episcopum ꝑ non datur gratia sacramentalis ex opere operato ad actus iurisdictionis, aut gubernationis, sed ad actus ordi-

D. Tho. Bonauen. Ricar. Soto.

Maior. Echius.

nis circa eucharistiam. Data est in sacerdotio complete etiam ad administranda sacramenta omnia pro quocunque tempore, quo factus episcopus administraturus esset, & ideo solum in consecratione in episcopum datur gratia ex opere operantis, non autem ex opere operato, vt dictum est, ꝑ nec recipit aliū characterem, sed extenditur potestas sacerdotalis seu character, quem prius habebat ad plures operationes ad quas eam non extendebatur. Quamuis enim episcopo detur aliqua potestas non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis supra illam, quam habet simplex sacerdos, nihilominus illa non habet rationem noui characteris, quia omnis character ordinis ad sacramentum eucharistiæ ordinatur, & episcopatus non est via ad sacerdotium, sed illud præsupponit, illudque perficit. Vnde, quia per se potest esse diaconus, antequam sit presbyter, characterem per se imprimit diaconatus. Eo uero autem, quia nō potest esse episcopus quin prius sit sacerdos, non imprimit episcopatus characterem. Et si quis aduersus prædicta obijciat, quia episcopatus dicit ordinem ad eucharistiam consecrandam, siquidem episcopus confert sacerdotium, quæ est potestas consecrandi ergo imprimit characterem: respondendum est ei, quodd licet ita sit quodd hac ratione dicatur ordinari ad eucharistiā, sed tamē hic ordo non est proximus & immediatus, sed remotus ad consecrandum.

VI. DIFFICULTAS.

Utrum supra sacerdotalem ordinem alior sit episcopalis potestas?

Q Væstio hæc licet ex præcedenti maneat iam ex parte soluta: tamen vt perlpiciamus, quo iure episcopalis potestas præcellat sacerdotalem, & etiam vt plenius eam intelligamus,

gamus, opus fuit vt apponeretur. Pro cuius explicatione annotare oportet, quodd sacerdos habet duplicem actum: principalem scilicet, consecrare corpus Christi, & minus principalem, seu secundarium, nempe, præparare populum ad huius sacramenti susceptionem, ab soluendo & ligando: & ideo quæstionibus conclusionibus fiet satis. Prima conclusio. Quantum ad primum actum, non tantum episcopus non habet potestatem, sed scilicet characterē superiorē sacerdotali characterē: sed nec papa. Cuius ratio est, quia huiusmodi potestas sacerdotalis non dependet ab aliqua superiori potestate ad conficiendum corpus Christi: nisi tantum à diuina. Secunda conclusio. Quantum ad secundarium actum, potestas episcopalis superior est sacerdotali, quia iurisdictionis simplicis sacerdotis necessario dependet à iurisdictione, quam habet episcopus. Non enim potest iurisdictionis potestas, simplicis sacerdotis exire in actum nisi quibusdam ordinationibus præmissis, quæ quidem ab episcopo fieri debent. Dependere igitur oportet potestatem iurisdictionis existentem in simplici sacerdote ab existente in episcopo. Præterea, quia humanorum officiorum ordo exigit, vt in quolibet officio præcellat vnus qui in illo officio sit princeps, sicut in militibus oportet, quodd sit dux. Multo ergo magis in sacerdotibus oportet, vt aliquis cæteris præferatur, qui sacerdotum sit princeps: hic autem est episcopus, quare episcopalis potestas sacerdotalem præcellere debet. Et qui negaret huiusmodi distinctionem inter dignitatem episcopalem, & sacerdotalem, ac eam superare siue iure diuino siue humano, nempe, saltem traditione Apostolorum, hæreticus censetur. Hunc namque errorem habuit Vvitlef, vt videre est apud Vualdens. tomo. 2. de sacramentis. ca. 117. & tomo. 1. de sacramentalibus lib. 2. cap. 60. Vbi ait in illum esse prorsus discrimen, sed

1. Conclu.

2. Conclu.

Vuald.

A promiscuè omnes sacerdotes esse episcopos, atque ad eum quemlibet posse confirmare & ordinare, habere quam plenam iurisdictionē in sua parocia. Eundem errorē sequuti sunt Lutherani. D. August. in lib. de hæresibus. Hæresi. 53. quem adducit D. Tho. in 2. 2. q. 184. art. 6. etiam ait, quodd quidam eò quodd obtinere nō potuit episcopatum in Dei ecclesia, transiit ad Arrianos, & propriū dogma adhibuit, quodd presbyter ab episcopo nulla differētia deberet discerni, & ob id etiam refert Vualdē loco citato tenuisse illum errorem Vvitleff videlicet, quia episcopatum quem ambierat, obtinere nequit. Hic autem error manifeste exploditur ex ca. Manus de conse. dist. 5. Vbi dicitur, quodd si simplex sacerdos confirmare attentet, nihil facit: quia tempore Apostolorum soli confirmabant Apostoli, & hodie successores eorum, id est episcopi debent confirmare, aliquid ergo potest episcopus, quodd non simplex sacerdos. Postremò id ipsam: nempe, conclusionem nostram secundam, secundum catholicam fidem esse tenendam, ac eius contrariam esse expressum errorem definit œcumenica Triden. Synodus nuper sub Pio. 4. Pontifice maximo celebrata Sess. 23. ca. 4. Vbi sic ait: ꝑ Proinde declarat sacrosancta Synodus, præter cæteros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere: & positos, sicut idē Apostolus ait, à Spiritu sancto regere ecclesiam Dei: eosque presbyteris superiores esse: ac sacramentū confirmationis conferre, ministros ecclesiæ ordinare: atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent & in Cano. 7. inquit, si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi: vel eam quam habent, illis esse cum presbyteris communem,

D. Augu. D. Thom.

Cōcil. tri.

ana-

anathema sit. **¶** Tertia conclusio. **¶** Delictum hoc, & præminentiam episcoporum respectu simplicium presbyterorum non ex sola traditione Apostolorum suscepit ecclesia, sed iure diuino ex Christi institutione. Hæc sententia est Diui Thomæ. 22. vbi supra, & omnium sanctorum patrum atque doctorum. Est enim Dionysij Apostolorum discipuli. capit. 5. de ecclesiastica Hierar. vbi ponit tres ordines hierarchicos, vt sint purgatiuum tantum, nempe Diaconorum, quibus conuenit catechumenos catechizare: & illuminantium: scilicet, presbyterorum administrantium: baptismum, poenitentiam & eucharistiam: & perficientium, scilicet episcoporum, quibus conuenit confirmare, & ordinare, & prædicare; Si enim simplex sacerdos conferret maiores ordines, certe nullum perficeretur sacramentum. Et idem est de consecratione chrisimatis, & templorum &c. Probat etiam ex dictis Anacleti Papæ, cuius verba habentur. 22. dist. cap. In nouo. Inquit namque illic, quod Christus prius Apostolos constituit: ipsis vero decedentibus, in loco illorum surrexerunt episcopi. Videntes autem ipsi Apostoli messem multam, & operarios paucos rogauerunt Dominum menses, vt mitteret operarios in messem suam. Vnde ab eis electi sunt. 72. discipuli, quorum typum gerunt presbyteri: atque in eorum loco sunt constituti in ecclesia. Et idem habetur in epistola ad Iacobum fratrem Domini: constat igitur distinctionem hanc antiquissimam esse: scilicet, à tempore Apostolorum, vt probat Thomas Vualden loco citato. Est insuper sententia Bedæ lib. 3. super Lucam. capit. 15. Sicut duodecim inquit, Aposto. formam episcoporum exhibere simul & demonstrare nemo est qui dubitet, sic & septuaginta duos figuram presbyterorum gessisse sciendum est. Postremò ostenditur conclusio hac ratione, quia si quilibet sacer-

dos plebanus tam plenam haberet iurisdictionem iure diuino in sua parochia quam episcopi, iniuria eis irrogaretur ab ecclesia, si prohiberentur ne excommunicandi ius aliaq; iudicia tam plenè exercerent quam episcopi. At vero in hoc nulla eis fit iniuria, ergo iure diuino institutū est. Aliam ratione facit Dominicus à Soto videlicet, quod si haberet simplex sacerdos eandem potestatem quā episcopus, nō posset ecclesia facere: quod si attentaret, factū nō teneret. Sed hæc ratio quam sit parui momenti, constat, quoniā potestas absoluendi est de iure diuino, & tamē si attentaret sacerdos absoluere non sibi subditū, factū nō teneret. Nec obstat huic conclusioni tertiæ id quod dicit Hierony. in epist. ad Euan driū, quæ à Gratiano citatur dist. 3. cap. legimus. & super epist. ad Titum, cuius verba habentur. 95. dist. ca. Olim in quibus locis aperte asserere videtur, de iure diuino eosdem esse episcopos & presbyteros, nullamq; esse inter eos distinctionem. Nō inquam obstat, quia Hieron. illud dixit, eo quod in primitiua ecclesia presbyteri habebant iurisdictionem super populum sicut episcopi: nō tamē de iure diuino habebant illam potestatem æqualem. **¶** Vel illud dixit Hieron. vt humiliaret diaconos, qui se pares sacerdotibus faciebant & in tantū supra ipsos extollere presbyteros nixus est, vt eos videretur episcopis æquare, vel tertio die quod Hieron. non negat potestatem episcopi præcellere sacerdotalem, sed quantum ad potissimū actum scilicet consecrare eucharistiam, imò etiā quantum ad absoluendū à peccatis habita iurisdictione æquales esse asserit, **¶** Vel quarto dic, qd illud cōtingebat in primitiua ecclesia, quia ppter paucitatem ministrorū simul ordinabat in episcopos & sacerdotes. **¶** Vt vbi cūq; inueniretur omnia sacramenta administrare posset, & nō esset necessariū ad Apost. recurrere, **¶** Vel dic. 5. quod licet secūdū nomē olim oēs promiscue vocaretur episcopi: ita qd pres-

presbyteri honoris gratia dicebantur episcopi, & ne episcopi superbirent, etiā dicebantur presbyteri, nihilominus in re erat distinctio, neque apostolus vquam innuit re non fuisse dignitates distinctas, sed dumtaxat promiscuo nomine appellari. & idem ait etiam Ambrosius, quod primi presbyteri, episcopi appellabantur. **¶** Et ratio erat, quia episcopi dicuntur ex eo quod super intendunt. Sicut dicit Augu. 19. li. de ciuitate Dei. Presbyteri autem in græco dicuntur quasi seniores. Vnde & Apostolus communiter vtitur nomine presbyterorum quantum ad utrosque cum dicit 1. ad Tim. 5. Qui bene præfunt presbyteri duplici honore digni habentur, & similiter etiam nomine episcoporum. Vnde dicit actorum. 20. presbyteris Ephesinæ ecclesiæ loquens. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei. Sed secundum rem semper inter eos fuit distinctio, etiam tempore Apostolorum, vt patet per Dionys. vbi supra. Postmodum tamen in ecclesia ministrorum numero crescente ad schisma vitandum necessarium fuit, vt etiam nomina distinguerentur, vt scilicet maiores dicerentur episcopi, minores autem presbyteri. Vnde dicere presbyteros non differre ab episcopis, inter dogmata hæretica numerat Augustin. in lib. de hæresi. cap. 53. tom. 6. **¶** Non obstat insuper id quod obijci solet, quia in euangelio nullibi legitur, episcopos seorsum à presbyteris ordinatos: nam licet hoc ita sit: quia tamē legimus in cœna eos sacerdotes fecisse, nihilominus certo certius tenendum est, fuisse episcopos à Christo institutos, quibus vt dictum est, episcopi successerunt. Si enim hoc nō legitur, propterea est, quia multa, vt dicit Ioan. euangelista fecit Christus, quæ in scripto non sunt tradita, vel quia Christus per potestatem excellentiæ, prætermisso ordine qui nunc seruatur, potuit Apostolos cum eos ad apo-

stolatum assumpsit, episcopos creare quantum ad eorum peculiaria officia, licet postmodum virtutem consecrandi & absoluendi contulerit. **¶** Annotare opus est impræsentiarum, quod quamuis in episcopi consecratione, tres episcopi requirantur de necessitate præcepti: vnus tamen solus est de necessitate ipsius consecrationis. Prima huius notabilis pars habetur. 64. dist. cap. episcopi & 66. dist. ca. Porro. & liquido ex usu ecclesiæ constat. Secunda vero colligitur etiā ex eisdem locis, vt tenet Cardinalis Turrecremata super capit. Porro. Ex quo euidenter elicitur Summum Pontificem dispensare posse, vt vnus dumtaxat episcopus cum duobus sibi assistentibus dignitatibus episcopū consecrare valeat, imò de facto iam generaliter huiusmodi dispensationem concessit Summus Pontifex pro episcopis, qui in indiarum partibus consecrantur propter episcoporum penuriam. **¶**

VII. DIFFICULTAS.

Utrum supra episcopos, sit aliquis superior ordo in ecclesia, & an iure diuino?

Difficultati huic duabus conclusio nibus respondetur iuxta duas partes, quas in se claudit. Prior conclusio fit. Licet papatus non sit sacramentum & ideo nec characterem imprimat, nec gratiam ex opere operato conferat: est tamen dignitas omnes alias dignitates præcellens. Conclusio ista quoad primam partem, nempe, quod nō sit sacramentum, in sequenti difficultate liquabit. Quoad secundam vero, sic probatur: nam vbi cūque est ordo inter multa, oportet esse aliquod vnum vniuersale, ad quod omnia alia reducatur, ac ei subdantur vt omnes vnus regni ad vnum regem suum, & omnes parochiarū plebani ad vnū episcopum ciuitatis, episcopi

Vualde. Beda.

Soto.

D. Hiero.

¶

¶

¶

¶

¶

Turrec.

¶

¶ Conclusio.

D. Ambro.

August.

1. ad Tim. 5.

Actor. 20.

Dionys.

Augu.

Ioan. vlt.

copi vero plures ad vnum Archiepiscopum; ac demum vniuersalis ecclesia ad vnum summum Pontificem, qui est Christiviciarius. Et patet, nam alias si non esset vnus, summam potestatem habes vnitas & pax minime conseruari possent. Itē, quia Papa summam potestatem habere debet. Repugnat autem duos esse, & vtrumque summum. Cum igitur tota ecclesia sit vnum corpus: oportet vt sit vnum summum caput, in quo sit aliqua suprema potestas respectu totius ecclesie, per quam omnis potestas inferior, scilicet episcopalis regatur: & hæc est summi Pontificis potestas.

Annotare tamen hic oportet, quod episcopatus & papatus non differunt potestate ordinis, sed sola iurisdictionis amplitudine: quia nullum sacramentum potest papa administrare, quod non possit & quicumque episcopus, templam etiam, altaria & vestes, vasa & virgines possunt omnes episcopi sicuti papa consecrare & benedicere, atque adeo consecrare episcopos & archiepiscopos, & ipsum papam. Qua propter si qui in papam eligitur, episcopus erat, non denovo consecratur in papam: quia papa non est nisi summus episcopus. Dicuntur ergo diuersi ordines sola iurisdictione, amplitudine, & propter gradus dignitatis diuersos. Quo fit, vt possit papam ratione iurisdictionis eligere & confirmare episcopos, & eos deponere ac suspendere, quod alij episcopi nequam facere possunt.

2. Conclu. Posterior conclusio fit, potestas hæc seu dignitas papæ de iure diuino præcellit omnes episcopos, & omnem eorum potestatem. Hæc conclusio est veritas catholica. Quare, qui eam negant, vt Vvirclef, & Lutherani hac nostra tempestate, meritisime vt hæretici & schismatici habentur. De qua re non minus egregie quam diffusè tractarunt Caiet. **104. EKi.** in suis opusculis, & Ekus. lib. 3. de prima tu pontificis. Et constat ex euangelio, nam non temere Christus Petrum ter

A interrogauit dicens. Simon Ioannes diligis me plus his? Sed quia aliquid ei præ alijs committere volebat: nempe, Christiani orbis gubernaculum: ob id enim fecit istam comparisonem: quam quidem facere non consueuerat, & præmisit eius examen, an dignior reliquis esset. Quo præmisso, subiunxit, quia diligis me plus his, pascere oues meas: hoc est, præpositus & caput esto fratrum, vt ipsi in loco meo te assumant, & vt caput colere teneantur. Item, Matthei. 16. **Math. 16.** Christus Petrum fundamentum ecclesie instituit dicens ei, Tu es Petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauis regni cælorum, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis &c. Præterea, quid in causa esse potuit, vt nullum, sed Symonem solum, Petrum nuncupauerit, & soli illi mutauerit nomen. Quam quidem nominis mutationem ei prædixerat Ioan. 1. Tu es Symon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod quidem est nomen Græcum: hoc est caput, vel (vt ait Hieronymus in interpretatione Hebræorum nominum) Sirum, idem sonans quod solidum: hoc est, stabilis & immobilis petra, quia igitur fundamentum, ac caput solidum Christi ecclesie futurum erat, ipsum solum vocauit Petrum, & illi soli mutauit nomen, sicut & Abraham mutauit Dominus nomen, eo quod pater multarum gentium futurus erat. Præterea, quia singulariter dixit illi Dominus, ego rogabo pro te Petre, vt non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, ac si aperte diceret quod illud caput fidei constituebat. Et hac ratione Mattheus & Marcus vbiicumque referunt Apostolorum numerum, à Petro incipiunt. Accedit postremò testimonium Anacleti. cap. In Sancta. dis. 22. & testimonium Diui Cyrilli episcopi Alexandrini in decretis suis, vt membra, inquit maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum Pontificum, à quo debe-

debemus querere, quid credere, & quid tenere debemus, ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus: quoniam ipse solus est, reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere & ligare loco illius, qui ipsum edificauit, & nulli alij, quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit: cui omnes iure diuino caput inclināt, & primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu Christo obediunt. Potestatem ergo Petri omnium Episcoporum de iure diuino præcellere potestatem, fateri oportet. Missa facio alia quam plurima testimonia, quæ hic possem afferre: tum, quia de hac re supra difficultate tertia in materia de clauibus diffuse satis differuimus, tum etiam, ne videamur ab instituto nostro recedere.

VIII. DIFFICULTAS.

Vtrum omnes septem ordines sint verè sacramenta?

VT melius præsentis difficultati satisficiamus, annotare opus est, quod in tres gradus septem ordines distinguuntur, quorum primus est, sacerdotium, & in secundo collocatur Diaconatus & Subdiaconatus, qui sunt etiam ordines sacri, & in tertio quatuor minores, qui non censentur sacri. Vnde, iuxta hæc tria membra, tribus conclusionibus respondetur. Loquendo igitur de sacerdotio, fit prima conclusio. Negare sacerdotium sacramentum esse, atque aded institutione Christi stabilitum, hæreticum est. Hanc conclusionem vnanimiter omnes catholici fatentur. Instituit namque ipsum quantum ad potestatem consecrandi in coena, vbi tradens proprium corpus & sanguinem consecratum, subiunxit, Hoc facite in meam commemorationem. Potestatem autem priori annexam remittendi peccata tradidit Ioan. vltimo. dicens, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis pec-

A cata, remittuntur eis &c. Ostenitur etiam manifeste hac ratione, nam cum omnes fateantur ordinem esse sacramentum, & secundum fidem sit teneridum, & sacerdotalis ordo sit omnium caput & finis, quod omnia referuntur, certum est, illum esse proprie & potissimum sacramentum, cui maxime definitio adaptatur. Est enim signum rei sacræ: nempe, spiritualis diuinæque potestatis, in quo sacerdos constituitur ad conficiendum corpus Christi verum. De iure ergo diuino est, quod sacerdotium sit sacramentum.

De ordinibus autem sacris, qui sunt in secundo gradu, nempe, de diaconatu & subdiaconatu, fit secunda conclusio. Negare, quod diaconatus & subdiaconatus sint sacramenta iure diuino, videtur mihi temerarium esse. Conclusio ista est contra Duran. in 4. dist. 24. q. 2. vbi affirmat solum sacerdotium sacramentum esse à Christo institutum, reliquos vero ordines sacros & minores ab ecclesia esse institutos, ac sacramentalia esse. Est etiam contra Magistrum sen. in 4. dist. citata, qui idē tenet quoad subdiaconatum & minores ordines, & contra Caiet. qui in additionibus. 3. p. q. de modo tradendi seu recipiendi ordines subscribere videtur sententiæ Durandi. Et probatur nostra conclusio, nā est omnium antiquorum concors sententia in distinctione citata. Est enim Dionysij. cap. 5. de ecclesiastica Hierar. vbi ait, Diaconos & subdiaconos gratiam recipere in sua ordinatione, & ca. 3. dicit, quod diaconorum erat ponere sacrum panem & vinum in altari: ergo ipsi deseruiebant altari, & non solum mensis, vt Durandus & Caietanus autumant, seu censent. Probatur etiam ex Apostolo ad Ephes. cap. 4. dicente, **Ad Ephes. cap. 4.** Christum redemptorem nostrum alios dedisse Apostolos, alios euangelistas, alios doctores &c. vbi per doctores Theophilactus intelligit Diaconos, qui purgare debebant. Nec est dicendum, quod

2. conclusio.

Duran.

M. sent.

Caiet.

Dionys.

Ad Ephes. cap. 4.

Theophi.

1. Conclu.

quod solum fuerunt deputati ad ministrandum mensis, siquidem Paulus. I. ad Thimo. 3. precipit, ut ad diaconatus officium exercendum, examinentur diaconi, ut sint bene morigerati: nā oportet eos pudicos esse, non bilingues, non vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura, & sine macula. At vero certum est, ad ministerium mensarum non requiri huiusmodi egregijs virtutibus esse præditos: examinabantur ergo, quia ministri altaris constituebantur. Ait namq; Dionysius in li. 1. de Ecclesiast. Hierar. c. 1. immundis nefas esse tangere symbola sacra. Idq; præcipuè Actuum. 6. confirmatur: nam Apostoli septē illis diaconibus in suo conspectu constitutis orantes, manus imposuerūt, quod erat sacramenti signum. Et idem est dicendum de ordine subdiaconatus siquidem ecclesia subdiaconatum inter ordines sacros connumerat, quos ad recitanda soluendaq; diuina officia compellit, qui ceu ministri adeo altari mancipantur, & à laicorum statu separantur ut sint matrimonio contrahendo prohibiti, & ideo dalmatica, & manipulo utuntur. Postremo patet, quia Concilium Floren. ponit propriam materiā & formam subdiaconatus, ergo est sacramentum. Nec obstat id quod obijcit Duran. quia quādo plures actiones ordinantur ad vnum spirituale effectum, & vna attingit ipsum, aliæ vero solum disponunt, illa sola quæ principa liter attingit, est sacramentum, cæteræ vero tantum sunt sacramentalia: sicut quia catechismus & exorcismus ordinantur ad ablutionem originalis peccati, sola ablutio attingit hunc effectū, & ideo sola ea est sacramentum. Nō inquam, obstat: nam & si illi ordines ad eucharistiam consecrandam referantur, quem quidem effectum solus presbyter attingit, non tamen inde subsequitur non esse sacramenta, quia non sunt sicut exorcismi, sed cōsecrationes,

A & dedicationes ad certa officia, sicut in domo principis diuersi instituuntur ministri ad diuersa officia, seu ministeria. Non obstat similiter id quod solet obijci, quia idem facere poterat diaconus & subdiaconus ante huiusmodi ordines susceptos; quod possunt postea: nam quāuis illa officia legendi euangelium vel epistolam, si non ordinatus exequeretur, essent lectiones: sed id facere non poterant ex officio. Requiritur namq; ad eadem officia cum idoneitate exercenda, ut suscipiant potestatem & in dignitate per sacramentum ministri constituantur. Quare non opus est, ut per quodlibet sacramentum accipiatur potestas ad simpliciter agendum, sed ad digne agendum.

Loquēdo vero de ordinibus qui collocantur in tertio gradu, sit tertia conclusio. Quatuor minores ordines non sunt sacramentalia quædam (ut prædicti doctores, imo & Soto in prædicta dist. quæst. 1. art. 4. censent) sed sacramentalia. Conclusio hæc est communis omnium Theologorum sentētia. Est enim D. Tho. in. 4. distinctione citata. q. 2. ar. 1. q. 3. Inquit enim illic, omnes ordines secundum se esse sacros, quia omnia sunt sacramenta: sed superiores dici sacros, ratione materiæ sacræ, circa quam exercentur. Est etiam Petri Paludani in eadem distin. quæst. 1. artic. 2. Bonauent. Alberti & Alexandri etiam eadem distinctione. Tandem est Iodoci Clitoui in quodam compendio veritatum contra Lutherum. Rationibus insuper tribus ostenditur. Prima, quia quilibet ordo illorum est sacræ rei signum: id est, signum sensibile sanctificationis, ergo sacramentum. Secunda, quia repetere sacramentalia, nullum sacrilegium est, at vero repetendo minores ordines, magnum sacrilegium committitur, quod est signum, ipsos characterem imprimere. Non igitur sacramentalia (ut illa opinio autumat) sed vera sacramenta sunt. Tertia ratio est,

3. Concluf.
Soto.
D. Tho.
Palud.
Bonauent.
Albertus.
Alexandr.
Clitoue.

est, quia sacramentalia ad solennitatem quandam, & ad recipienda sacramenta referuntur: attamen ordines minores non ad hanc solennitatem adhibentur, cum in primitiua ecclesia ordinarentur Diaconi, quamuis sacerdotes esse non deberent, & itaque vnus ordo potest dari ei qui nunquam alios est suscepturus: sacramentalia autem non dantur nisi illi qui sacramentum recipere debet. Omnes ergo septem ordines sacramenta esse fateri oportet, ut conclusio asserit. Item, quia Ignatius martyr in epistola. 8. ad Antiochenos, cum duceretur ad martyrium, de omnibus ordinibus meminit, inquit, saluto sanctum presbyterum saluto Diaconos, acolytos ac exorcistas. Præterea, quia concilia faciunt mentionē de omnibus his ordinibus.

Conc. Flo. Concilium enim Florentinum dicit sextum sacramentum esse ordinem, & ibi numerat omnes septem ordines, omnes ergo intelligit esse sacramenta.

Conc. Lao. Conc. Cartha. 3. cap. 18. & 19. & Conc. Cartha. 4. cap. 3. 4. & 5. 6. 7. 8. & 10.

Con. cart. & Ac demum sacrum Triden. concilium sessione. 23. cano. 2. vbi sub his verbis decernit, si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in ecclesia catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdā in sacerdotium tendatur, anathema sit. In omnibus his locis approbantur minores ordines tanquam distincti. Quilibet enim ordinatur ad suum finem particularem immediatum, licet omnes ordinentur ad sacerdotium tanquam ad vltimum finem. Similiter referuntur ad diuersas personas. At vero sacramentalia nec proprie habent finem particularem, nec ordinantur ad diuersas personas. Cum ad eandem personam referantur, tanquam dispositiones ad sacramentum suscipiendum, ut aperte constat de exorcismis, qui ad baptismi sacramentum ordi-

nantur. Non igitur minores ordines dicendi sunt sacramentalia, sed sacramenta. Et eadem argumenta faciunt etiam ad probandam secundam conclusionem de Diaconatu & subdiaconatu. Non obstat id quod communiter solet obijci, quia si omnes septem ordines essent sacramenta, sequeretur, quod essent septem sacramenta ordinum, ac proinde essent. 13. sacramenta. Non, inquam, obstat, nam omnes sunt vnum sacramentum ordinis & non plura, eo quod omnes ordinantur ad vnum summum ministerium, scilicet eucharistiam consecrare, ita tenet Siluest. in verbo ordo. 1. §. 2. Et ratione probatur, nam diuisio ordinis in septem non est totius in partes integrales, sicut homo diuiditur in caput, manus, & pedes nec totius vniuersalis in partes subiectiuas: scilicet, generis in species, ut animalis in hominem & equū, sed diuisio totius potestatiui in suas partes, cuius plenitudo est tantum in sacerdotio, ut est exemplum de anima, & eius potentijs diuisa per vegetatiuam, sensitiuam & intellectuam, quæ quidem potentiæ dicuntur quodammodo partes animæ, quamuis sint eius accidentia propria: sicut enim tota virtus secundum essentiam est in anima, cuius potentiæ sunt participes, eodem modo tota ratio sacramenti ordinis est in sacerdotio, in reliquis vero ordinibus est participatio quedā, quatenus ad ipsum omnes referuntur. Idem dicit Pet. Palud. nempe, quod ordo est vnum sacramentum, non vnitate indiuisibilitatis, sicut punctus: neq; continuitatis, sicut linea, aut perfectione vnus formæ, sicut corpus animatū, sed perfectione vnus finis, quia cū ex diuersis ordinibus specialibus constituator, omnes ordinantur ad vnum actū, scilicet consecrationem Eucharistiæ.

Sciendū tamē est hic, quod licet episcopus, ut est distinctus à presbyteratu, sit ordo accipiēdo ordinē large pro aliquo

Siluest.
Palud.

aliquo gradu & dignitate, vt prædictū est: non tamen est sacramentum, quia vt ordo sit sacramētum, debet proprie accipi & ordinari ad aliquod eucharistiæ speciale ministerium. At vero id non habet episcopatus, sed solum ornatur ad constituendum ministros, & vasa consecranda. Et confirmatur, quia si consecratio in episcopum esset sacramentum superius sacerdotio: sequeretur, quod characterem imprimeret, quod tamen est falsum: quia si verum esset, sequeretur, quod si quis ante alios ordines, scilicet antequam fieret sacerdos consecraretur in episcopum, eundem episcopalem characterem cum gratia susciperet & factum teneret, sicut tenet presbyteratus, si ante Diacōnatum recipiatur & potest fieri Diacōnus, qui non erat Subdiaconus, quantum ad hoc quod factum teneat, eò quod in susceptione sacramentorum non est essentialis ordo, vt superius ab inferioribus pendeat: id tamen minime concedi potest, vt inferius ostendam, nam nisi sit sacerdos, nullatenus consecratio in episcopum est valida. Notabile istud probāt argumenta facta supra in 5. difficultate, quibus ostēdimus, episcopatum non esse proprie ordinem. Nec me latet, Canonistas habere contrariam sententiam, imo & inter Theologos Durandum vbi supra, quæstio. 6. Sed verior est communis Theologorum sententia, scilicet, quod episcopatus nec est ordo proprie nec sacramentum, ac proinde tenenda.

Duran.

De effectu huius sacramenti.

IX. DIFFICULTAS.

Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens?

Con. vnica. **H**ic difficultati vnica conclusio de affirmatiua respondetur: nem

Ape, quod hoc sacramentum confer gratiam, imo non tantum illam habet cōferre, verum etiam augmentum illius. Hanc conclusionem tenet expressè Magister sent. in 4. distin. 24. & Dignus Thom. ibidem quæstio. 1. artic. 2. ql. 1. Eam quoque tenet Conciliū Florentinū. Et modo eā determinat sacrosancta œcumenica Tridentina synodus sub Pio. 4. celebrata sessione. 23. cap. 3. sub his verbis, scripturæ testimonio, Apostolica traditione, & Patrum vnanimi consensu perspicuum est, per sacram ordinationem quæ verbis, & signis exterioribus perficitur, gratiam cōferri. Ait enim Apostolus 2. ad Timo. cap. 1. Admoneo te, vt resuscites gratiā Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearū. Nō enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Et inferius in eadem sessione cano. 4. anathematizat eum, qui dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctum. Et ratione probatur, nam vt habetur Deuter. cap. 32. Dei perfecta sunt opera cuiusque enim datur potentia aliqua diuinitus, dantur ea per quæ executio illius potentie potest congrue fieri, nam in naturalibus quibus natura dat potentiam, dat & membra quæ ad eius vsum sunt necessaria: animalibus namque quibus potentias tribuit sensitiuas, dat & membra, quibus ipsa potentia animæ possunt exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiae. Cū ergo hos ministros instituat ipse Deus ad hæc publica ministeria exercenda: omnia necessaria ad apte idoneeque administrandum denegare non debet. Inter hæc autem omnia, gratia est, quæ maxime exigitur. Conferre ergo eam hoc sacramentum necessum est fateri. Itaque sicut per baptismum confertur gratia ad digne reliqua sacramenta suscipiendum, ita per sacramentum ordinis infunditur gratia gratum faciens, ad ministranda sacramenta. Nec tantum

M. sentent. D. Tho. Cō. Florē. Cōc. trid.

1. Ad. xiii.

Soto.

tantum per presbyteratus ordinem, verum etiam per omnes septem ordines concedere hoc opus est, siquidem (vt in præcedēti difficultate docuimus) omnes sunt sacramenta. Episcopatus verò, cū secundum Theologorum sententiam non sit proprie ordo ac subinde nec sacramentum, fit vt nec ex necessitate gratiam conferat, nec eam augeat: quia gratia non confertur ad illa officia exercenda, quæ spectant ad iurisdictionem & gubernationem: alioquin copiosior gratia daretur Archiepiscopo dum consecratur, quia maiore habet iurisdictionem, sed confertur ad illa, quæ ad potestatem ordinis attinet: hoc enim sonat gratia sacramenti ordinis, vt bene dicit Soto, quæ quidem annexa est characteri, nisi ponatur obex. Et ideo licet dum quis consecratur in episcopum, sacerdotalis potestas seu character extendatur ad alia sacramenta tradenda: scilicet, Confirmationem & ordinem, vt dictum est, non tamen indiget noua gratia sacramentali, tamen si per morum, meritorumque augmentum debet committi, vt cumulationi prouehatur. Secus erit dicendum secundum canonistas, qui affirmant proprie esse ordinem & sacramentum, quia sic semper non ponenti obicem, conferret nouam gratiam sacramentalē.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum in sacramento ordinis imprimatur character, & an quantum ad omnes septem ordines?

1. Conc.

In hac difficultate, quoad primam partem est conclusio affirmatiua: nempe, quod ordo imprimit characterem. Conclusio ista secundum fidem orthodoxam est tenenda. Est enim character potestas protestandi fidem per susceptionem vel collationem sacramentorum. Cū ergo hoc

A sacramentum sit signaculum potestatis supernaturalis conficiendi eucharistiam, aliaque sacramenta dispensandi: consequens fit, vt per ipsum character imprimatur, qui signum eiusdem potestatis est. Habetur etiam diffinita præsens conclusio in concilio Florentino sub Eugenio. 4. vbi dicitur, quod tria sunt sacramenta: scilicet, baptismus, Confirmatio & ordo, quæ characterem imprimunt in anima indelebilem: vnde, in eadem persona non reiterantur. Et nuper in sancto concilio Tridentino sub Pio 4. Pontifice maximo celebrato. sessione. 23. capit. 4. & infra cano. 4. damnatur, ac anathematizatur, qui dixerit, per sacram ordinationem non imprimi characterem, vel qui asserueit noui testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere: ac semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse. Quoad secundam vero partem quæstionis, fit secunda conclusio, quod omnes septem ordines imprimunt characterem. Hanc conclusionem tenet D. Thomas in 4. distinctione. 24. quæstio. 1. artic. 2. ql. 2. & Ioan. EKius homilia. 63. & communis theologorum schola, sicut tenent, quod omnes septem ordines sunt sacramenta. Probatur insuper ex eodem concilio Florentino sub Eugen. 4. qui non sacerdotium aut tres maiores ordines in particulari characterem imprimere assererat, sed absolute affirmat tria sacramenta: videlicet, baptismum, Confirmationem & ordinem characterem imprimere. Nullum igitur ordinē excludit conciliū. Præterea quia huiusmodi ordines perpetuo manent, & nunquā iterantur, ergo imprimunt characterem. Postremo, quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationem. Quilibet namque recipiens ordinem, potest facere ali

Cōc. flor.

Conc. Trid.

2. Concl.

D. Tho.

EKius.

Conc. flo.

quid ex officio & iure, quod nō potest ille, qui caret illo ordine. Vnde, cū character sit signum distinctiuum ab alijs, oportet, vt in omnibus imprimatur.

Sed dubium est, quo actu in quolibet ordine imprimitur character? Cui dubio hac tertia conclusione in ordine respondetur; quod in eo imprimitur, quo suscipitur exterius signum expressius significans principalem potestatem: quam recipit ille ordo cum expressione verbi determinantis significatum: id est, cum certa forma verborū. Conclusionem hanc tenet Ricar. & D. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. Et volunt dicere, quod in actu principali imprimitur. Oportet namque vt in actu, in quo imprimitur character in sacramento ordinis, sint ista duo, scilicet, traditio alicuius instrumenti deputati ad executionem illius ordinis, & prolatio aliquorum verborum, quę ad hoc sunt deputata. Imprimatur enim ostiario in traditione clauium ecclesię. Lectori in traditione libri lectionum prophetarum. Exorcistę, in traditione libri exorcismorum. Acolito autem, non in traditione candelabri, vt summa angelica dicit: sed in traditione vrceoli vacui, vt dicit D. Thom. Et ratio est, quia vrceolus directius respicit eucharistiam, quę candelabrum. Nec nocet denominari ab illo. Acolitus enim gręcę, latinę dicitur ceroferarius. Non autem sic appellatur, eō quod iste actus sit principalior, sed quia nomen est magis notum, & ideo non nocet. Itaque in traditione vrceoli, & non in traditione candelabri imprimitur character, si seorsum tradantur. Si vero simul tradantur: imprimitur in vtriusque traditione, quod quidem fieri debet, vt habetur in cap. Acolitus. distinct. 23. & in cap. Perlectis. dist. 25. Subdiacono non imprimitur character in traditione libri epistolarum, sed in traditione calicis: tamen sine pane & vino, per quod differt a sacerdote, cui traditur cum pane

3. conclusio

D. Tho. Ricar.

D. Thom.

A & vino. Ratio huius est, quia principalior actus subdiaconi est, preparare materiam in vasis sacris. Diacono autem quamuis Scotus in 4. dist. 24. & Duran. eadem di. q. 3. dicant non imprimi characterem in traditione libri euangeliorum: sed cum episcopus manum ei imponens ait, Accipe Spiritum sanctum ad robur. &c. quorum ratio est, quia nō est in vsu vniuersalis ecclesię tradere ei librum, imo ait Durandus, in ecclesia Aniciensi vbi fuit Pontifex, non fuisse in more tradere Diacono librum: tenendum tamen est oppositum: nempe, quod Diacono imprimitur character in traditione libri euangeliorum, cum verbis ad hoc deputatis secundum D. Thom. vbi supra: & Ricar. Palud. & Siluestri in verbo, Ordo. 2. §. 4. Impositio autem manū nō est de necessitate & substantia huius sacramenti, vt habetur extra de sacramentis non iterandis. cap. vlti. Item, quia conc. Flo. quod fuit postea affirmat, Diaconatus ordinem per libri Euangeliorum dationem conferri, & ob id tunc infunditur gratia, & imprimitur character. In ordine vero sacerdotali imprimitur character secundum D. Tho. & Silu. vbi supra in traditione calicis & hostię cū prolatione verborū, quę tunc profert episcopus, scilicet, Accipite potestatem consecrandi, & tunc gratia donatur. Ratio est, quia per hoc propinquius accedit ad primarium, ac principalem actum sacerdotis: vide licet, consecrare. Vnde, nō imprimitur in impositione manū, vt quidam dixerūt. Impositio nāq; illa manū nō erat sacramētū, sed sacramentale quoddam.

Sed est dubiū, an character ordinis presupponat characterē baptismalem? Pro quo sit. 4. cōcl. in ordine. Quod characteres omniū ordinū presupponunt characterē baptismalem de necessitate sacramenti. Probat, nam baptismus ianua & fundamentum est omnium sacramentorū. Vnde, secundum Apostolum, vbi fundamētū nō est superedificari

Duran.

D. Thom. Ri. ar. Palud. Siluest.

Conc. Flo.

4. cōcl.

dificari non potest. Est namque baptismus potentia receptiua, per quam homo capax efficitur ad cetera sacramenta recipienda, & idcirco nullus nisi sit baptizatus, huius sacramenti capax esse potest. Ex quo inferitur, quod si constaret quempiam iam promotum ad ordinem sacerdotalem, vel ad dignitatē episcopalem, non esse baptizatum: deberet baptizari, atque iterato ordinari, corollarium istud habetur extra de presbytero non baptizato. c. Si quis presbyter. & c. Veniens. vbi docemur, quod absque baptismo, qui ianua est sacramentorū, nullus est homo sacramenti capax, atq; adeo si quis sic promotus in episcopum, ante baptismi susceptionem ordinare alios attentauerit, verum sacramentum non confert. Similiter si antequam baptizetur, promotus fuerit ad ordinem sacerdotalem, nec conficere potest sacramentum, nec absolueret in foro poenitentiali.

5. Conclusio

Quinta conclusio. Licet, vt dictum est, character ordinis de necessitate sacramenti presupponat characterem baptismalem: attamen confirmationis characterem tantum de congruitate presupponit similiter primam tonsuram. Si enim non tonsuratus, vel non confirmatus ordinetur, verum ordinem recipit, licet non debeat sic ordinari.

6. Conclusio

Sed nunquid character vnus ordinis presupponere debet characterem alterius: hoc est, an illi equi non est subdiaconus, possit ordinari in Diaconum, vel nō Diaconus in presbyterū? Cui dubio hac sexta cōcl. in ordine negatiua respondetur: nempe, quod de necessitate sacramenti character vnus ordinis non presupponit alterius ordinis characterē. Quo fit, vt nō subdiaconus ordinari possit in Diaconum, & nō Diaconus in presbyterum. Conclusio hęc habetur expresse, extra de clerico per saltum promot. ca. vni. & dist. 52. cap. Sollicitudo. vbi determinatur, quod si hoc contingat, qui isto modo est ordinatus, non debet iterum ordinari de illo ordine iam suscep-

A to, sed dumtaxat de illis ordinibus omnibus, & debet fieri sine scandalo quantum fuerit possibile, & non exequatur officium illius ordinis, quousque quod defuit, suppleatur, vt habetur cap. i. de sacramentis non iterari quod si in illo ordine superiori ministrauerit, quicquid alij dicant efficitur irregularis, vt bene dicit Syluest. verb. Irregulari. §. ii. Et qui dem quod non presupponat character vnus ordinis characterem alterius, vt dicit conclusio probatur ratione, quia sunt potestates distinctę, & vna quantum est de ratione sui, non exigit aliam in eodē subiecto. In primitiua namque ecclesiā, vt dicit D. Tho. vbi supra, aliqui ordinabantur in presbyteros, qui tamen prius inferiores ordines non acceperant.

Siluest.

D. Tho.

Septima conclusio. Qui scienter sic ordinatur per saltum: mortaliter peccat, quia agit contra ius ecclesiasticum, & de rigore iuris debet deponi, etiam si non ex malitia, sed ex ignorantia aut negligentia aliquem ordinem pretermisit, sed ex dispensatione episcopi ad ordinem pretermisum poterit promoueri: & interim ab executione superioris ordinis erit suspensus, vt patet. dist. 48. cap. Sicut olim. & dist. 52. cap. Sollicitudo vbi supra de clerico per saltum &c. & eodem modo poterit cum eo dispensari, si interim ministrauerit in illo ordine, credens quod fuisset gradatim promotus, vt patet in cap. vni. citato. Quod si talis promotus sit scienter, & in ordine sic suscepto sine dispensatione ministrauerit: non potest dispensari quod ulterius ascendat, nisi per Papam, sed in ordine suscepto adhuc potest dispensari per episcopum, sicut cum non ordinato ministrante.

7. Conclusio

Conc. Flo.

Conc. Flo.

Conc. Flo.

Conc. Flo.

Conc. Flo.

Hęc ad literam supplementum, vnde desumpsit Siluester in verbo, Irregularitas. §. ii. Et id quod dicit supplementū: nempe, quod si in ordine sic suscepto sine dispensatione ministrauerit. &c. videtur modo disponere sacrosancta cecumēnica Tridentina synodus, ses. 23. cap. 14. Cum dicit, Cum promotus per saltum

Siluest.

Conc. triid.

si non ministraverint, episcopus ex legitima causa possit dispensare.

Circa id quod diximus in sexta conclusione, quod debet suppleri, quod de fuit, oportet annotare, quod si illud quod fuit omissum, sit vel dubitetur esse de substantia, totum debet iterari, quia non dicitur iterari, quod dubitatur esse factum, ut habetur. ca. Solennitates. de conse. distinctione. 1. Si autem est evidens, quod non est de substantia: non debet iterari, sed statuto tempore caute suppleri, ut habetur. cap. Presbiter. de sacramentis non iterari. & suppletur ab eo, qui ordinaverat, si possibile est.

De ministro huius sacramenti.

XI. DIFFICULTAS.

Vtrum minister huius sacramenti sit omnis solusque episcopus.

Difficultati huic duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit, minister ordinarius, id est, ex officio, huius sacramenti est solus episcopus. Hæc conclusio habetur in concilio Florentino sub Eugenio. 4. & in concilio Constantinop. sessione. 8. & in concilio Toletano. 8. capit. 7. & in concilio Tridentino nuper celebrato sessione. 23. capit. 3. & canone. 7. eam etiam tenet Dionysius. 5. capit. de ecclesiasti. hierar. rationibus quoque probatur. Prima, quia solus episcopus potest consecrare templa, vasa & vestes quibus utuntur, benedicere, instar secularis principis, qui publica officia, & magistratus inter ciues distribuit. Sed homo per ordines magis dedicatur, ac nobiliori modo applicatur ad diuinum cultum quam per illa. Quare, multo magis solus episcopus poterit ministros consecrare. Secunda, quia notum est sacramentum ordinis excellentius confirmationis esse sacra-

Amento. Cum ergo solus episcopus habeat ex officio confirmare, a fortiori soli conueniet ex officio hoc ordinis sacramentum conferre. Ex quibus excluditur hæresis Vvicleff & Armacani asferentium, simplicem sacerdotem, imo quemlibet de populo posse consecrare, ac ordinare: aduersus quos scripsit Thomas Vualdensis. in lib. de sacramentalibus. capit. 60. & 63. Ac demum condemnatur hæresis ista in sacrosancta Tridentina synodo sessione. 23. capit. 4. sub Pio. 4. hac nostra tempestate celebrata, Inquit enim, quod si quis omnes Christianos promiscuè noui testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spiritali prædicatos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quæ est vt castrorum acies ordinata, confundere, perinde ac si contra beati Pauli doctrinam ad Ephesios. cap. 2. Omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes pastores, omnes sint doctores. Tenenda est igitur conclusio secundum fidem catholicam: nempe, quod solus episcopus, vt ordinarius minister potest ordinare.

Secunda conclusio. Summum Pontificem committere posse non episcopo: scilicet, simplici sacerdoti potestatem conferendi minores ordines, notissimum est, quia iam de facto huiusmodi potestas collata est. Possunt namque eos conferre presbyteri cardinales, imo & aliquando collata est huiusmodi potestas Abbatibus sancti Benedicti, vt expresse habetur distinct. 69. cap. Quoniam. & in capit. Cum contingat extra. de ætate, & qualitate ordinandi. & in capit. Abbates. de priuilegijs in 6. Hodie tamén secundum constitutionem œcumenicæ Tridentinæ synodi sessione. 23. capit. 10. iam non licet Abbatibus ac alijs quibuscumque quantumuis exemptis, intra fines alicuius diocesis consistentium, vel etiam nullius diocesis cuiquam, qui regularis sub-

subditus sibi non sit, tonsuram vel minores ordines conferre, sed hoc facere ad episcopos intra quorum diocesis fines existant, pertineat, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. At vero, quod summus Pontifex possit huiusmodi potestatem illis committere: scilicet, conferendi minores ordines, vt asserit nostra secunda conclusio tenet expresse Diuus Thomas in 3. par. quæstio. 72. articulo. II. ad 1. & in 4. distinctione. 25. quæstio. 1. articulo. 1. Dicit enim illic, quod papa qui habet plenitudinem potestatis pontificæ potest committere non episcopo ea quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus CHRISTI. Vnde dicit primò, quod ex commissione eius aliquis simplex sacerdos potest conferre minores ordines, & confirmare. Dicit secundò, quod non potest Papa committere non sacerdoti, vt hos ordines conferat, nec alteri quam episcopo, vt conferat maiores ordines: quia habent immediatam relationem ad corpus CHRISTI, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem quam simplex sacerdos, vt dictum est. Item, quia simplex sacerdos, vt possit conferre maiores ordines ex commissione Pontificis, non habetur in sacris literis, nec ex ecclesiæ traditione.

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum episcopi hæretici, schismatici, & ab ecclesia præcisi conferant veros ordines, si id attentent?

Ræstioni præsentī tribus respondetur conclusionibus, quarum prima, qua difficultati directe satisfit, sit affirmatiua: nempe, quod hæretici quicumque etiam præcisi ve-

Arum ordinis sacramentum, si id attentent, conferunt. Hæc conclusio habetur in concilio Florentino, vbi dicitur, quod tria sacramenta imprimunt characterem, & ideo iterari nequeunt, postquam semel recepta fuerint, & in concilio Toletano. 7. & 8. dicitur, quod ordo semel receptus manet inconuulsus. Patet etiam ex Diuo Augustino. 2. lib. contra Parmenianum. capit. 13. cuius verba referuntur. 1. quæst. 1. cap. Quod quidam. Vbi præcipitur, quod Baptismus, & ordo ab hæreticis collati non iterentur, & docet illic nullam esse causam, vt qui baptisma inter hæreticos retinent, ius dandi amiserit vel baptisma vel ordinis sacramentum: vtrumque enim, inquit, tam baptisma, quam sacer ordo sacramentum est, & ideo neutrum quamuis ab hæreticis suscipiatur, iterare licet in ecclesia catholica. Item, idem Augustinus. tract. 5. super Ioan. ait, sacramentorum ministrum non sua propria potestate, sed facultate Christi sacramenta conferunt, iuxta illud Ioanni Baptistæ reuelatum, super quem videris spiritum descendentem. & c. ipse est qui baptizat: ergo in ministro est essentialis qualitas ad sacramentum conferendum. Persistencia autem in fide, non est nisi accidentaria, quæ ideo virtutem principalis agentis impedire non valet, si suscipiens sit dispositus quod si defectus fidei non impedit quominus vera sacramenta conferant hæretici, multo id minus impedit aliorum quorumcumque morum corruptio. Tandem probatur, nam episcopus, qui in hæresim incidit, quando reconciliatur, non iterum consecratur, nec aliquis sacerdos: signum ergo est eos retinere potestatem, quam in sua ordinatione receperunt. Ac ex consequenti si veram formam & materiã & intentionem seruent: vera sacramenta conferent. Nec obstant iura & concilia, quæ aduersus hanc conclusionem adduci possunt, vt concil. Nicenum. cap. 17. vbi dicitur, quod erit irrita talis ordinatione, & in ca. 19. quod si quis confugerit

ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrigris, rursus ordinentur ab episcopo ecclesiae catholicae. Non, inquam, obstant, quia omnia intelliguntur, quod irriti sunt huiusmodi ordines quantum ad usum, vel dicatur, quod loquuntur per exaggerationem ad terrorem. Secus autem dicendum est de sacramento poenitentiae, ut alibi diximus, nam ad alia conferenda sacramenta, ut vere sint sacramenta, sufficit potestas ordinis per indelebilem characterem, sed ad absolendum requiritur praeterea iurisdictione. Quocirca, qui iurisdictione privatus est, aut ab eius usu suspensus, neminem absolueri iure valet neque absolutio tenet.

2. *Conclu.* Secunda conclusio. Licet ordinati ab huiusmodi episcopis haereticis & schismaticis, ut dictum est, veros ordines recipiant: attamen tam ipsi recipientes, quam episcopi conferentes, mortalem culpam committunt, quia sunt prohibitione ecclesiae privati huiusmodi episcopi, & omnibus etiam inhibetur ab illis ordines recipere. Quo fit, ut ab haereticis ordinati, gratiam in sua ordinatione non suscipiant, quia cum illis interdicta sit sacramentorum administratio fit, ut qui illis se ordinandos submitunt, eorum sint participes criminis, atque aded obicem gratiae opponant. Comprehenduntur namque haeretici, sub nominatim excommunicatis, & clericorum manifestis percussoribus, a quibus neququam suscipere licet sacramenta, nam si ab alijs toleratis, & non prohibitis quantumcumque perditis moribus susciperent sacramenta: gratiam reciperent. Et pari ratione, quia non sunt prohibiti baptizare in extrema necessitate, possunt conferre plenitudinem Baptismi: scilicet gratiam. Et hoc est quod ait Papa, solum Baptisma illis concedi.

3. *Conclu.* Tertia conclusio. Si episcopus per simoniacam venditionem contulerit ordines, quamuis verum sacramentum conferat: tamen, tam suscipiens quam conferens peccant, fiuntque irregulares, & a

A suo ordinum usu suspenduntur. Conclusio ista quoad primam partem, est nota: siquidem illic omnia quae sunt de essentia sacramenti, conveniunt, scilicet, materia, forma & intentio. Quoad secundam vero partem, cauetur in cap. Gratia. & c. Quicumque & cap. Si quis episcopus. i. quae st. i. & sic sunt intelligendi canones omnes, insinuantes, simoniacè per pecuniam ordinatos, non esse sacerdotes, aliosque esse a sacerdotio, ac carere dignitate: nihil aliud enim volunt dicere, nisi quod usus ordinum est eis interdictus propter hoc namque canones de illis loquuntur, quandoque ac si non essent ordinati.

De qualitate & aetate suscipientium ordinum.

XIII. DIFFICULTAS.

Utrum mulier sacramenti ordinis sit capax.

P R O solutione huius questionis annotare oportet, in suscipiente sacramentum, quaedam esse de necessitate sacramenti requisita, quaedam autem de necessitate tantum praeccepti, itaque si quis non habeat priora, non recipit sacramentum, etiam si attētet recipere, si vero desint ea quae sunt secundi generis, recipitur sacramentum, non tamen res sacramenti. Quo supposito, unica conclusio-
con. unica. ne negativa respondetur: scilicet, quod mulier ordinari non potest, nec si de facto ordinaretur, reciperet sacramentum scilicet, characterem alicuius ordinis clericalis, itaque de iure divino & de necessitate sacramenti requiritur sexus virilis ad ordinum susceptionem. Hanc conclusionem tenet Ambro. super epistolam ad Timothe. cuius verba habentur. 24. distinct. cap. Mulier. eandem tenet D. Th. in 4. distinctione. 24. quae st. 2. articulo. 1. q. 1. & est omnium theologorum sententia

tentia, & probatur triplici ratione. Prima, quia Christus qui fuit huius sacramenti institutor, neququam promovit mulierem aliquam ad aliquem ordinem. Nam nec in coena dum potestatem exhibuit consecrandi, neque Ioan. vlti. dum facultatem contulit absolventi, foeminam ullam, sed solos viros ordinavit. Licet namque beatissima virgo Maria dignior ac excellentior fuerit uniuersis Apostolis, non tamen illi, sed ipsis claves regni caelorum commisit, ut haberetur extra. de poeni. & remissio. cap. Nova quaedam. Unde, Christus absentem ipsam esse voluit in coena, ubi Apostolos ordinavit. Secunda, quia ordinati debent praesse & dominari alijs. At vero iure naturae subditus est sexus foemineo virili. Statim enim quando virum & foeminam Deus condidit, subiunxit dicens, Sub viri potestate eris: & ipse dominabitur tui. Impedimenta ergo naturalia faciunt ordinum foemineum sexum incapacem, & similiter hermaphroditum in talem sexum inclinatum: & monstrum, quod sine legitimis membris ad exercenda ordinum ministeria nasceretur. Hinc fit hermaphroditum non licere ordini bus initiari, quousque constiterit quoniam sexus in ipso praevaleat: tum, quia monstrum est: tum, quia anceps est, ut possit foemineus sexus in eo praevalescere. Si autem praevaleat virilis, tunc vir est censendus. I. Queritur. ff. de statu hominum, & sic idoneus ad hoc sacramentum tunc erit. Tertia ratio est, quia prohibitum est mulieribus loqui in ecclesia: ait namque Apostolus. i. Corint. 11. mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto: at vero ordines ecclesiastici inter alia officia ad docendum sunt instituti, non igitur ordinari possunt mulieres. Nec obstat, quia in aliquibus capitibus iuris inveniuntur, quod appellatur mulieres diaconissae, & presbyterae, nam intelligitur, quod illae vocabantur diaconissae: supra quas fundabatur aliqua

1. Cor. 11.

A benedictio, ratione cuius consequeretur inter caetera aliquod beneficium vel speciale officium, sicut forte legendi homiliarum lectiones, vel euangelia in choro, quod alijs monialibus non licet: nam diaconissa idem est quod ministra. Presbyterae vero vocabantur, quia secundum morem primitivae ecclesiae erant uxores presbyterorum, vel forte aliqua viduae de rebus ecclesiae curam habentes (instar matris familias) vocabantur presbyterae: & sic exponenda sunt omnia capitula, quae de ista materia loquuntur.

XIII. DIFFICULTAS.

Utrum pueri usu rationis carentes ordines suscipere possint?

V T melius praesentem questionem explicemus, annotare oportet, quaedam esse sacramenta quae requirunt actum suscipientis sicut sunt poenitentia in qua contritio & accusatio requiritur, & matrimonium ubi requiritur consensus. Quaedam vero, in quibus actus suscipientis non exigitur de necessitate sacramenti, sed tantum de necessitate praeccepti. Hac distinctione sic praemissa, duabus respondetur conclusionibus. Prior sit. In illis sacramentis, ubi actus suscipientis est necessarius, usus rationis est de necessitate sacramenti, itaque ista sacramenta ante usum rationis minime suscipi possunt.

Posterior conclusio statuitur de sacramentis secundi generis: nempe, quod in illis non requiritur usus rationis de necessitate sacramenti, sicut sunt illa quae characterem imprimunt, ut baptismus, confirmatio & ordo sacer ubi solum spiritualis potestas datur, & non requiritur consensus, vel formalis suscipientis, vel interpretatiuus parentum, sed quemadmodum si reventibus parentibus, puer baptizaretur, sacramentum teneret, quia sufficit intentio ecclesiae: ita si

O o s postqua

etiam, vt ad presbyteratus ordinem non assumantur, qui in diaconatu ad minus annum integrum non ministraverint, nisi ob ecclesie utilitatem ac necessitatem aliud episcopo videatur.

Sciendum tamen est in presentiarum, huiusmodi etatem requiri de necessitate precepti non autem de necessitate sacramenti: Quocirca, si quis ante prefatam etatem ordinetur: suscipit characteres, sed non executione ordinis usque ad completum tempus, vt notatur in d. Clementina. Et quamuis secundum Innocentium & Hostienonem sint ipso iure suspensi ab executione alius ordinis, sed debeat suspendi: hodie tamen ait Syluester verbo, Irregularitas. §. 10. recipientes ordines sacros extra tempora, vel ante etatem, aut sine literis dimissorijs, sunt ipso iure suspensi ab huiusmodi executione, quousque legitimam etatem attigerint, atque adeo quoties quis vel subdiaconus, vel diaconus solenniter fuerint prius suis ordinibus functi, mortaliter delinquant, & fiunt irregulares a solo Papa absoluedi, vt habetur in cap. Sane. cap. Cum quidam. cap. Consultationi de tempo. ordinan. Et possunt ipso iure beneficijs priuari per Extravagan. Pij secundi, quae incipit, Cum ex sacramento, & renouata per regulas cancellarie Innocentii 8. & Alexan. 6. quibus statim est: quod quidem annotauit Syluest. verbo, Irregularitas. quae stio. 10. Episcopus ordinans etiam per annum a collatione clericalis tonsurae propter hanc culpam suspenditur, vt dicit doctissimus Soto, vbi supra, & debet compelli ad prouidendum totaliter ordinato in beneficio competenti, vt dicit Syluester, verbo, Ordo. 3. §. 8.

Sed vtrum praeter praedictos defectus impediens susceptionem ordinum, sint alij etiam obstantes? dubium est. Cui hac quarta conclusione in ordine affirmatiua satisfacere possumus, videlicet quod sunt alij quam plurimi, qui impediunt ordinum susceptionem. Non quidem,

vt si attentet, factum non teneat, sed vt suscipiendo mortale peccatum committatur. Itaque qui ordinandi sunt, requiruntur de necessitate precepti, vt sint sine huiusmodi defectibus: non autem de necessitate sacramenti. In primis impeditur seruus a susceptione ordinum, quia tam episcopus ordinans illum inuito domino, quam ipse seruus peccant mortaliter, nisi ignorantia inuincibili excusetur, quia maximam iniuriam inferunt domino: verum tamen ordinem suscipit. Cum de iure naturali non sit libertas: necessaria necessitate sacramenti, sed praecise necessitate precepti ecclesiastici. Est enim necessaria libertas ad ordinum ministerium exercendum: quia seruus non est sui iuris. De qua re agitur per totam distinctionem. 54. & extra per totum titulum. de seruis non ordinandis. Quod si sciente domino neque contradicente ordinatur seruus, eo ipso fit liber, vt habetur in cap. Si seruus. Vnde episcopus illum ordinans, sciens illum esse seruum, tenetur soluere pretium serui domino, vt seruus libertate donetur: Et a fortiori si dominus contradixerit. Si vero tam domino quam presentante & episcopo ordinante inscius seruus se ingesserit, si habuerit peculium tenetur se redimere: sin minus, a seruitute non eripitur, vt habetur capit. Frequens. distinctio. 54.

Secundo inhibetur, ne quis ordinetur sine licentia proprii praelati, non tamen sic ordinatus efficitur irregularis neque suspensus: sed est suspendendus, neque si celebret antequam suspendatur, efficitur irregularis secundum Hostien. licet grauius peccet celebrando, antequam proprius praelatus ratam habeat talem ordinationem, vt habetur de tempore ordinan. cap. Eos. ordinans tamen illum scienter vel ignorantia affectata, per annum a collatione ordinum est suspensus. Et postquam eius suspensio fuerit manifestata per euidentiam facti, vel quia est iure notorium: poterunt

Syluest.

Inno. Alex. Syluest.

Soto.

Syluest.

dubium. 4. Conclu.

Hostien.

runt subditi sine eius licentia a vicinis episcopis ordinari, vt habetur in loco preallegato.

Conc. Tri.

Hodie tamen, per decretum oecumenici & generalis Tridentini concilij, sessione. 23. capit. 8. etiam ordinatus, a non proprio ordinario, a susceptorum ordinis executione quoad proprio ordinario videbitur expedire, est suspensus, etiam si cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij praetextu, etiam statutis temporibus promoueatur, nisi eius probitas ac mores ordinarij sui testimonio commendentur.

Et in eadem sessione. cap. 16. disponit etiam eadem sancta synodus, vt nullus clericus peregrinus sine commendatijs sui ordinarij literis ab vilo episcopo ad diuina celebranda & sacramenta ad ministranda admittatur.

Tertio est impeditus a susceptione ordinis illegitime natus, siue ex fornicatione simplici siue ex adulterio quomodocumque fuerit genitus non ex legitimo matrimonio. Eodem enim modo tam ipse quam episcopus ordinans, peccant mortaliter, si sine prauiua dispensatione id fiat, nisi, vt dictum est, ignorantia inuincibili excusetur. Potest tamen episcopus cum huiusmodi personis dispensare quoad minores ordines. Quantum ad maiores autem non, nisi summus Pontifex, vt habetur in cap. Is qui. lib. 6. de etate & qualita. ordinan. & tanto debet esse difficilior dispensatio, quanto turpior fuerit eorum origo.

Notab.

Et notato, quod qui fiunt monachi, ipso facto quod profitentur, possunt ordinari absque dispensatione, vt patet in ca. Vt filij de filijs presbyter. l. 6. Ratio est, quia mos iste in religionibus seruatur, siue iure communi, siue consuetudine, vel ex priuilegio fuerit obtentus, vt per professionem omnis irregularitas quantum ad ordinis susceptionem tollatur, exceptis his quae vel ex homicidio voluntario vel bigamia contrahuntur,

non tamen fieri possunt praelati sic illegitime nati absque prauiua dispensatione, vt in eodem cap. Filij. subiungitur, Et quantum ad regimen cathedralium ecclesiarum. Nunc sancta synodus Tridentina sub Paulo. 3. celebrata, sessione. 7. cap. 1. expresse determinat, vt nullus ad huiusmodi regimen assumatur, nisi ex legitimo matrimonio natus, & etate & matura grauitate morum, literarumque scientia sit praeditus iuxta constitutionem Alexandri. 3. quae incipit, Cum in cunctis. in concilio Lateranensi promulgata. Idem decernit in sessione. 22. cap. 2. & quantum ad scientiam determinat, vt antea in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatius in sacra Theologia, vel iure canonico merito sit promotus, aut publico alicuius academiae testimonio idoneus ad alios docendos, ostendatur: quod si regularis fuerit a superioribus suae religionis similem fidem habeat.

Conc. Tri.

Quarto impediuntur corpore vitati, vt si habeant natum amputatum, vel insignem maculam in oculo, vel si digitis careat, vnde impeditur ne possit frangere hostiam, aut si ad eam ei tremiscat manus, vt calicem absque effusionis periculo minime eleuari possit, ita vt si quis careat membris vsui sacramenti necessarijs, non sit ordinandus: de quo impedimento agitur in titulo de corpore vitatis.

Quinto arcetur praeccepto ecclesiae ab ordinibus omnis homicida voluntarius post baptismum, & omnis mutilator alterius vel sui ipsius, siue id licite siue illicite fecerit. Quo fit, vt iudex & similiter mandans, consulens, aduocatus, custodiens, & breuiter omnes illi, qui taliter sunt causa mortis, quod non sequeretur nisi ipsi seruarent eum, aut portarent scalas, vel funes pro aliquo suspendendo, incurrant irregularitatem impientem promotionem ad ordines.

Est tamen hoc intelligendum, dummodo subsequuta fuerit mors: nam licet

cet quis sagitta animo occidendi hominem, aut fuste ipsum aut gladio percussit, si non sequatur mors, quia non est homicida, non est irregularis. Signâter dixi homicida volûtarius, nam qui operam rei licitâ, prudentemque adhibet diligentiam ne noceat: quamuis ex actione sua sequatur homicidium, non est reus homicidij, nec incurrit irregularitatem: quia non est voluntarium, sed simpliciter casuale. De qua re sunt textus, extra de homici. vt cap. Lator. & c. Dilectus. & cap. significasti. & cap. Ex literis. Item, qui dâtes alicuius pugno extrahit, non dicitur mutilare, & per consequens, non efficitur irregularis. Similiter per effusionem sanguinis citra mutilationem vel homicidium non inducitur irregularitas: quoniam poenâ non sunt ampliandâ, sed restringendâ, vt patet cap. Odiâ. & cap. In poenis. De regulis iuris in. 6. & canones non loquuntur, nisi de homicidio vel membri mutilatione. Præterea, infirmorum custodes, & infirmarij, dum infirmû in lecto mouent, vt vel aptius ei cibum ministrent, vel quietius iaceat, etiam si ex hoc aliquatulum mors acceleraretur, nullam irregularitatem incurrunt: cum dent operam rei licitâ, & bona fide hoc faciant. Secus si tam immodica esset negligentia, & iactatio illius, vt iudicio prudentû censeretur occisio, & mortalis temeritas, vel si hac intentione infirmum voluit. Postremò, qui se defendens alterum occidit, licet irregularis efficiebatur tempore Diui Thomæ vt patet ex ipso in 4. distinctione. 24. quæstione. 2. articulo. 2. ql. 2. ad. 3. sed modo iam reuocatum est hoc ius, per Clementinâ vnic. de homicid. vbi dicitur, quòd si se defendendo cum moderamine inculpatâ tutelâ alterum occidit, non est irregularis. Quod etiam verum habet in illo, qui dabat operam rei illicitâ, vt si se defendendo interficiat virum vxoris, cû qua deprehensus est à viro. Tunc nanq; nõ efficitur irregularis, vt tenet expresse

D. Thom.

Summa Armilla, verbo, Irregularitas. *Siluef. Ar.* §. 42. Nec me latet, aliquos doctores tenere contrariam sententiam, sed verius reputo, quòd dicit Armilla: cuius hac ratione moueor, quia quamuis daretur operam rei illicitâ: tamen postquâ deprehenditur à viro illius vxoris cum qua rem habet, de iure naturali est ei licita defensa. Et re vera ille non dicitur homicida, cum mortem non intendat, sed sui ipsius defensam: & sic licet adulterium fuit voluntarium: non tamè per se fuit causa homicidij: sed vulneratio quæ non fuit voluntaria. Si vero in defensionem amici vel in iusto bello quempiam occiderit, irregularis efficitur.

Similiter incurrunt irregularitatem impediendam promotionem ad ordines, non defendentes hominem, qui occiditur, vt prælati & iudices, nõ liberantes eum à morte, cum possunt, si ex officio suo, tenentur. Si verò sint aliæ personæ, quæ non tenebantur ex officio, non efficiuntur irregulares, vt egregie ait Syluest. in verb. Homicidium. 3. §. 3. vbi multos adducit casus, in quibus irregularitas non incurritur.

Sexto, non possunt ordinari de iure, illiterati, criminosi, infames, bigami, & omnes irregulares, & omnes excommunicati excommunicatione maiori, & qui de facto ordines sacros susceperint, irregulares efficiuntur, vt patet cap. 1. de eo qui furtiuè ordines suscepit. & cap. Cum illorum. de senten. excommunic. lib. 6. non autem efficiuntur irregulares, qui ordinantur in excommunicatione maiori. De ordinibus minoribus, quâuis quidâ oppositû dicat, vt est videre apud Syluestrum, verbo, Irregularitas. quæst. 13.

Sciendum tamen, quòd omnes hic apposti & alij omnes, quos posuit Syluester in verbo, Ordo. 4. §. 2. si de facto ordinantur, ordinem suscipiunt & characterem: peccant tamen grauiter contra ecclesiæ præceptum. Quare, gratiam non

non suscipiant, manentque subinde suspensi, atque adeo quoties in ordinibus administrant, grauissime peccant.

Sciendum quoque est, quòd cû omnes huiusmodi irregularitates & impedimenta iure Pontificio oriatur, super omnibus potest summus Pontifex dispensare, nisi quando ius diuinum attigerint. Cû illo enim qui truncus est manibus, aut mutus, dispensari minimè posset, vt presbyter fieret. Verba sunt expressa Dominici à Soto in. 4. distinctione. 25. quæst. 1. art. 3.

Soto.

Nota.

Con. Trid.

Annotare tamen hic oportet tertio, quòd in posterum per decretum oecumenici & generalis Tridentinæ synodi, sessione. 24. cap. 6. licet episcopus irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare: nam vt expresse cauetur in eadem synodo, sessione. 14. cap. 7. qui occiderit proximû suum per insidias vel industriam, etiam si crimen, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri poterit.

Septimo, vxoratus ordinari in sacris non potest etiam ante copulâ consumptionem, sine licentia vxoris, vt patet cap. Vxoratus. de conuer. coniung. neque ad episcopatum promoueri, vt cauetur ibidem. cap. Sanè. Nam cum prædicta cap. inter Matrimonium non distinguant, siue ratum sit, siue consummatum, veritatem continent etiam in non consummato, vt bene ait Durand. in. 4. distin. 27. quæst. 2. & Palud. quæsti. 3. Et ratio huius est, quia per ordinum susceptionem nõ moritur spiritualiter, nec emittitur votû paupertatis aut obedientiæ, eo modo quo religiosi: & votû continentiæ annexum non est de essentia sacerdotij. Potest enim Papa dispensare, vt sacerdotes vxores habeant, vt Græci. Imo verò, vt in prædictis. c. legi-

Durandus.
Palud.

tur, non sufficit simplex consensus vxoris, vt habetur cap. Ex parte. in. 1. de conuer. coniug. sed requiritur, vt continentiam ipsam etiam voueat: quinimo si non sit ætate prouecta: nempe, sexagenaria, requiritur vt religionem profiteatur, ad hoc quòd matrimonium dirimatur: si vero fuerit sexagenaria, satis est, vt simplex votum continentiæ faciat, per quod iuri suo petendi debitum abrenuntiat. Quod si de facto ordines sacros susceperit sine licentia vxoris, & sine hoc quòd ipsa si non est sexagenaria profiteatur, vel si est sexagenaria sine hoc quòd simplex votum continentiæ faciat, potest illum in consortiû coniugale repetere: ille autem manet ordinatus, quoniam ordo est sacramentum, characterem imprimens, atque adeò si est vera materia & forma & intentio, erit verus ordo, sed perpetuò erit suspensus, & mortua vxore non poterit in illo ordine administrare, nec ad alios ascendere, nec obtinere beneficium, vel officium ecclesiasticum, nisi religionem approbatam fuerit ingressa, vel diuortium inter eos fuerit celebratum, & esset deferendus in iudicium tanquam suspectus de hæresi. Si enim inter eos esset celebratum diuortium, remaneret solutus à vinculo reddendi debitum, nisi si fornicariâ pepercerit: & sic poterit si ne licentia vxoris promoueri ad sacros ordines extra religionem, etiam post consummatam copulam, vt bene annotat Dominicus à Soto in. 4. distin. 27. quæstio. 1. articulo. 4. & patet ex cap. Constitutus. & capit. Veniens. de conuersio coniuga.

E

X V. D I F F I C I L T A S.

Vtrum sint determinata tempora ab Ecclesia pro omnibus ordinibus conferendis?

Questioni huic per aliquot conclusiones respondetur, & earû 1. Concl. prima

prima sit affirmatiua, qua directè difficultati præsentis satisficit: nepe, quod sunt sex tempora anni deputata ad conferendos ordines, scilicet in sabbatis quatuor temporum, & in sabbato medio hebdomadæ quadragesimæ, in quo cantatur, Scientes. & in sabbato paschæ, ut habetur dist. 73. capit. fin. Possunt etiam conferri ordines sacri in die dominico mane sequenti: ita tamen, quod ordinandus & ordinans, continent ieiunium præcedentis sabbati: quia tunc mane dominici diei, trahitur ad sabbatum propter continuationem ieiunij, ut habetur in prædicta distinctio. cap. Quod à patribus. Sed hoc non faciat episcopus, sine necessitate, scilicet, quia in sabbato non potuerunt conferri, ut si fortè infirmaretur sabbato, posset differre in crastinum.

2. *conclu.* Secunda conclusio. Papa potest subdiaconatus ordinem conferre, omnibus diebus dominicis, & festis præcipuis, ut habetur in eadem distinctio. cap. vlti. Imo secundum Hostien. quolibet tempore, quemlibet ordinem conferre potest. Quod quidem loquendo de potestate absoluta: indubitatum est, cum ista sint de iure positio.

3. *Conclus.* Tertia conclusio. Episcopus potest conferre minores ordines, diebus dominicis, & alijs festis præcipuis vni vel duobus, ut habetur de tempo. ordinan. cap. De eo. Imo secundum summam Pisanam, Archidia. Roselā, & Supplementum ex causa rationabili, pluribus potest eos conferre, dummodo non videatur episcopus generalem ordinationem facere, & huic sententiæ inhæret Syluester, verbo, Ordo. 2. §. 6. Primam tamen tonsuram, omni die conferre potest secundum Petrum à Palu. & ita habet generalis consuetudo.

4. *Conclu.* Quarta conclusio. Omnes minores ordines, vni personæ conferri possunt, vna & eadem die, nisi contrarium haberet consuetudo ecclesiæ, quæ non seruat scandalum generaret.

A Quia conclusio. Non possunt conferri vni personæ eadem die, prima tonsura, & quatuor minores ordines. Conclusio hæc est Hostien. & Panormit. in Hostien. dist. cap. de eo, & est verissima vbi hoc Panorm. non habet consuetudo. Secus vbi habet consuetudo.

B Sexta conclusio. Nullus potest suscipere duos ordines sacros in eadem die, etiam si sit regularis, priuilegijs, & indultis quibuscunque illis concessis non obstantibus, ut expresse decernit sanctum Tridentinum concilium, nuper sub Pio quarto celebratum, sessione. 23. cap. 13. nec etiam potest eadem die suscipere quatuor minores, & subdiaconatum, absque dispensatione solius Summi Pontificis, ut bene notant Innocentius, & Hostiensis in cap. Dilectus. de temporibus ordinan. Si enim suscepit minores, & subdiaconatum, suspenditur ne in ordine superiori, sed tantum in minoribus administret. Si autè suscepit duos sacros, in nullo potest, & si præmonitus fuerat, sub censura anathematis ne illos simul ordines suscipere, tunc cum sic ordinato in utroque casu solus Papa potest dispensare. Si verò non fuerat sub tali sententia prohibitus, in utroque casu poterit episcopus dispensare: & si ingrediatur religionem aliquam, poterit Abbas: & si sine dispensatione administret, efficitur irregularis, & episcopus oppositum faciens, si scienter faciat, debet deponi, ut habetur distinctio. 51. capit. Qui in aliquo. Si verò ex negligentia, debet priuari potestate conferendi talem ordinem, ut habetur distinctio. 36. capit. Qui ecclesiasticis. & 1. questione. 1. cap. Si qui episcopi.

C Annotare hinc oportet primò, quod ordines conferendi sunt ante prandium, si tamen post prandium, & similiter extra prædicta tempora conferantur, verus character recipitur. Quod non solum de minoribus, verum etiam de maioribus ordinibus intelligendum est. Et ratio huius est, quia ista non sunt de substantia

D Annotare hinc oportet primò, quod ordines conferendi sunt ante prandium, si tamen post prandium, & similiter extra prædicta tempora conferantur, verus character recipitur. Quod non solum de minoribus, verum etiam de maioribus ordinibus intelligendum est. Et ratio huius est, quia ista non sunt de substantia

stantia, sed tantum de congruitate. Nam de substantia vel essentia ordinis, non potest esse nisi traditio alicuius signi cum expressione verbalis formæ.

Nota. 2. Secundo oportet annotare impræsentiarum, quod licet locus vbi conferendi erant ordines antea, non erat determinatus, sed episcopi de consuetudine, non solum minores, sed etiam maiores conferebant, vbi volebant.

Hodie tamen disponit sacrosancta œcumenica Tridentina synodus, sessio ne. 23. cap. 8. ut ordinationes sacrorum ordinum, statutis à iure temporibus, ac in cathedrali ecclesia, vocatis presentibus ad id ecclesiæ canonicis, publice celebrentur. Si autè in alio diocesis loco, presentis clero loci, dignior (quantum fieri poterit) ecclesia semper adeatur.

XVI. DIFFICULTAS.

Verū in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitæ, morum honestas & scientia?

Præsentis difficultati per aliquot respondetur conclusiones: & quantum attinet ad mores ordinandorum, est prima conclusio. Quamuis morum integritas non sit de essentia sacramenti: est tamen de præcepto diuino maxime necessaria. Conclusio hæc ostenditur tam ex veteri quam ex nouo testamento. Præcipiebatur enim Leuitici capit. 21. quod habentes maculas, non offerrent panem Deo, nec ad eius ministerium accederent, si cæcus fuisset, si claudus, &c. At vero per istas maculas corporales: spirituales intelliguntur, quæ hominem sacris ordinibus indignum reddunt, ut ait Gregorius in prima parte Pastoralis, cuius verba referuntur distinctio. 49. Item, quia ob id Christus non antea Petrum vicarium suum constituit, quam tertio interrogaret, an se plus cæteris diligeret, Ioannis ultimo,

A vt insinuaret charitatem in ordinandis exigi. Præterea Chrysostomus in libro de sacerdotali dignitate docet, sacerdotes tanto morum interuallo debere reliquo populo antecellere, quanto brutis ouibus rationalem pastorem, imo cælestes angelos debere inter homines viuere. Tractant enim sanctissimum corpus, & sanguinem Christi, quod angelis tangere, non est indultum. Nec solum exigitur hæc bonitas & honestas in sacerdotibus: verum etiam in omnibus inferioribus ministris, ut dicit Hieronymus, cuius verba habentur 8. questione. 1. capit. Qualis. Ait nanque quod presbyteri & diacones debent summa diligentia providere, ut cunctum populum, cui præsent, conuersatione, scientia ac sermone præeant. Imo & qui sunt in minoribus ordinibus, qui domui Dei seruiunt, id etiam debent curare. Vehementer enim, inquit, Ecclesiam Dei destruit meliores esse laicos, quam clericos. De hac bonitate & honestate requisita tractant quam plurimi canones, ut est videre à distinctione. 25. vsque ad. 50. & 81. decreti, vbi describuntur mores omnium ordinandorum.

Et nunc sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina synodus, sessione vigesima secunda, capit. 1. dicit, Nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt: cum enim à rebus sæculi in altiore sublati locum conspiciantur in eos, tanquam speculum reliqui oculos coniungunt, ex ijsque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone alijsque omnibus rebus nil nisi graue moderatum, ac religione plenum, præferant, leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant.

Pp Et

Et de promovendis ad minores ordines decernit eadem synodus Tridentina, sessione. 23. cap. 5. quod bonum a parochis, & a magistro scholae, in qua educantur, testimonium habeant. De his vero, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem episcopum adeant, qui parochi, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita, à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum episcopum transmittat, & inferius. cap. 7. præcipit eadem sancta synodus examinadoribus ab episcopo deputatis, ut ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter inuestigēt, & examinent.

Secunda conclusio. Qui cum conscientia peccati mortalis siue occulti, siue manifesti ad quemcunque ordinem accedit, siue minorem siue maiorem præsumptuose: verum ordinem suscipit, peccat tamè mortaliter, & sacrilegium committit. Hæc conclusio quoad primam partem est contra Vuitclif, qui tenuit quod neque malus homo, dum sacris initiatur suscipit sacramentum, nec sacerdos dum est in peccato, sacramentum eucharistiæ conficit, aut alia verè administrat. Dicebat enim sanctitatem requiri in ministris de essentia sacramenti. Quem errorem secutus est Armachanus lib. II. capit. 4. qui asserit per quodcunque peccatum mortale amitti omnem potestatem, tam spiritualem, quam civilem. Aduersus hunc errorem scripsit Thomas Vualdensis in 2. tomo. de sacramentis. cap. 3. 4. & cap. 144. & 145. vbi plurimis tum sacrae scripturae testimonis, tum rationibus, eum reprobat: quas hinc adducere nimis operosum longumque esset, maximè quia

iam ego alibi istum errorem refutavi. Cum enim sacerdotes non operentur in sua virtute, sed Dei, absque sanctitate verum conferunt sacramentum, modo in his, quæ sunt de sacramenti essentia, non deficiant. Quoad secundam vero partem, probatur conclusio, quia omnes ordines tam minores quam maiores sunt sacramenta. Quo fit, ut suscipiendo in mortali ponatur obex gratiæ, ac subinde mortale crimen committatur.

Annotare hic oportet eos, qui ad minores ordines suscipiendos accedunt: non teneri sub mortali confessionem præmittere, sicut nec ad confirmationem recipiendam. Optime tamen faceret, qui eam præmitteret. Probatur hoc notabile: tum, quia vniuersalis ecclesiæ vsus, & doctorum sententia ita tenet, tum etiam, quia non habetur præceptum de hac confessione præmittenda ante susceptionem horum ordinum.

Quantum ad scientiam autem requisitam in ordinandis, est tertia conclusio, quod est necessaria scientia & prudentia ad illud officium, ad quod promovetur congrue exercendum. Conclusio ista est Divi Thomæ in. 4. distinctione. 24. quæstione. 1. articulo. 3. ql. 2. Ex hac conclusione colligitur, non æqualem scientiam & prudentiam exigi in omnibus promovendis, sed maior vel minor, secundum quod ad plura vel pauciora se se eius officium extendit. Inferitur rursus plus scientiæ ac prudentiæ requiri in promovendis ad sacros ordines, quàm in promovendis ad minores, & inter hos plus in promovendo ad sacrum presbyteratum, & adhuc plus in promovendo ad regimen animarum, quàm in simplici sacerdote. Ad minores namque ordines suscipiendos, satis est, ut ordinandus legere saltem sciat, & commodè pronuciare: quia eorum munus non est sacra scripturam intelligere. Ad sacros autè ordines exigitur, ut diaconus & subdia-

conus

conus latine sciat, scilicet, ut quæ legit intelligat: quamvis mysteria theologice non calleat.

Hodie tamen decernit sancta Tridentina synodus, sessione vigesima tertia, capit. quarto, quod etiam prima tonsura non initiatur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant. Et in eadem sessione, capit. II. disponit, quod neque ad minores ordines promoveantur, qui saltem latinam linguam non intelligant, & hoc per temporum interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videretur, ut eo accuratius, quantum sit huius disciplinæ pondus, possint edoceri: ac in vno quoque munere, iuxta præscriptum Episcopi se exercent, idque in ea, cui adscripti erunt, ecclesia: nisi forte ex causa studiorum absint, atque ita de gradu in gradum ascendant: ut in eis cum ætate vite meritum, & doctrina maior accrescat, quod & bonorum morum exemplum & assiduum in ecclesia ministerium, atque maior erga presbyteros & superiores ordines reuerentia, & crebrior quàm antea, corporis Christi communio maxime comprobabunt, cumque hinc ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus: nemo ijs initiatur, quæ non scientiæ spes maioribus ordinibus, dignum ostendat. Hi vero non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoveantur: nisi necessitas, aut ecclesiæ utilitas, iudicio episcopi aliud exposcat. In simplici vero sacerdote requiritur peritia ad congrue celebrandum necessaria: nempe, rectè distincteque legere ea quæ in missæ officio continentur, etiam apte pronuciare & accentuare, & ad minus grammaticaliter intelligere, imo, & aliquanta scripturae intelligentia in eo exigitur. Oportet insuper, quod sciat sacramentorum numerum, & quæ sit debita materia, & debita forma vniuscuiusque sacramenti. Ac denique defectus, qui in missa possunt contingere,

At verò promovendus ad regimen animarum, tenetur scire omnia prædicta, & ultra hoc modum debite sacramenta administrandi. Tenetur etiam tanta pollere scientia, ut sciat illa, quæ plebi sunt necessaria: nempe, ea quæ populus credere & observare debet, scilicet articulos fidei, & decalogum, & ordinaria peccata quæ ei per confessionem deteguntur, & ut poenitentibus salutaria consilia præstare valeat. Non tamen tenentur eiusmodi presbyteri, & adeo esse theologi, aut iurisperiti, ut omnes subtiles quæstiones legis, & ardua, vel sacra scriptura, vel sacrorum canonum penetrent. Cum in his ad superiores sacerdotes: scilicet, episcopos recur-

est exigenda huiusmodi scientia, qui quidem parati esse debent ad satisfaciendum omni posceti rationem de ea quæ in nobis est fides, 1. Petri. 3. Quanta autem scientia pollere debeant sacerdotes, habetur in decretis distinctione 36. 37. & 38. Ex omnibus dictis ultimo inferitur manifeste, quod episcopus promovens ad ordines indignos, vel conferens curam animarum carentibus scientia & prudentia, moribus & vita: non dubiè, quin mortaliter delinquat. Corollarium istud tenet Divus Thomas in. 4. distinctione. 24. quæstione. 1. articulo. 3. ql. 4. Est namque huiusmodi episcopus sic promovens indignos, infidelis servus, quia exponit res spirituales, super quas est constitutus, periculo contemptus. Nam cuius vita despicitur, restat, ait Gregorius ut eius prædicatio contemnatur.

Quinimo etiam si alias vita honesta & moribus polleant, si tamen careant scientia, determinat nunc sancta Tridentina synodus, sessione. 21. cap. 6. quod episcopi tantquam Apostolicæ sedis delegati possint parochialium ecclesiarum rectoribus illiteratis & imperitis, coadiutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu

2. conc.

Tho. Vual.

1. Pet. 3.

D. Thom.

Greg.

Conc. Tri.

assignare, vel aliter providere, quacunque appellatione, & exemptione remota.

Solet impraesentiarum disputari à doctoribus, vtrum sacerdotes oporteat esse pauperes? Cui breuiter satisficit dicendo, quod ecclesiae decoris interest, ne vllus ordinetur absque titulo beneficii, aut congrui patrimonij, ne ob paupertatem alia incommoda non modica clericatui indigna accidant: scilicet, ne vendant sacramenta, & pro sacrificio missae pretium statuunt, cum promissa, non pretium, sed eleemosyna sit eroganda.

Hoc idem nunc decernit oecumenica & generalis Tridentina synodus, nuper sub Pio quarto celebrata, sessione 21. capit. 2. sub his verbis, Cum non deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut fordidum aliquem quaestum exercere: compertumque sit, complures plebisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui varijs artibus, ac fallacijs constringunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: statuit sancta synodus, nequis deinceps clericus secularis, quauis alias sit idoneus moribus, scientia, & aetate, ad sacros ordines promoueat, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad vi-

ctum honestè sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constituto, quod aliunde viuere commodè possit: & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint, nisi illi quos episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum: eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quae eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia episcopi alienari, aut extinguui, vel remitti nullatenus possint: donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti: vel aliunde habeant, vnde viuere possint: antiquorum canonum poenas super his innouando.

Solent quoque superaddi multae aliae quaestiones circa hanc materiam ordinis: nempe, an debeant ordinati tonsuram deferre, & quibus debeant vestibus indui, & quae sit coronae & iusmodi vestium significatio: tamen quia diffusè satis de his in multis locis ab ipsis doctoribus traditum est: horum solutiones vnusquisque in illis videre poterit, & ideo haec de ordine dicta sufficiant.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

NOST QUAM Dei auxilio de sacramentis, quae generant, vegetant, nutriunt, promouent, ac reparant hominem in vita spiritali tractauimus, dicendum nobis iam de sacramento, quod producit, & generat eundem in esse, & vita corporali, scilicet de Matrimonio. De quo licet animus nobis non sit differere plenissime, & circa omnia euagari, eo quod satis omnia ea dilucidat:

que: tum à sanctis patribus, tum etiam, à doctoribus scholasticis sunt descripta, quibus nolle praebere fidem extremae stultitiae esset argumentum: omnia tamen necessaria scituque digniora intacta non dimittam, & cum ieste Aristotel. in 2. post. text. comment. 8. c. 9. quaestio. an est naturaliter prius sit, quam quod quid est, frustra in quaestionem verteretur, quid sit Matrimonium: nisi prius an sit, pro comperto habuerimus. Quo circa inter omnes difficultates in hac materia disputandas haec erit prima.

I. DIFFICULTAS.

Vtrum matrimonium sit in rerum natura à Deo institutum?



DIFFICULTATI praesenti vnica affirmatiua cõclusionione respondetur, nempe matrimonium à Deo ipso omnium creatore esse institutum. Inquit enim Hugo lib. 2. par. 11. capit. 1. Cum omnia sacramenta post peccatum, & quidem propter peccatum coeperint: solum matrimonium est institutum ante peccatum in statu innocentiae, quod quidem instituit Deus in illo deliciarum paradiso, quando datum est Adae adiutorem simile sibi, siue quando dixit, Crescite, &c. Eduxit namque Deus Aëuam de Adae costa: vt os ex osibus, & caro ex carne duo in carne vna essent. Inquit autem Deus, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne vna. Genes. 2. c. Ex latere (aiunt doctores) eam eduxit, & non de pedibus, nec de capite. Vt nec esset serua mariti, nec domina: sed vt esset par naturae consors: nepe, vt doceret quanta inter eos non solum corporum, verum & animorum necessitudo esset necessaria, quantoque subinde amore deberent coniugi. Quem amorem inter virum & uxorem voluit Dominus commendare, cum dixit, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, &c. Sed aduertendum est, quod tunc fuit institutum in officium naturae ad prolem procreandam, educandam, atque

A instituendam, & vt essent mutua inter virum & uxorem, obsequia, quod quidem officium & ante peccatum erat necessarium & sub praecipio cadebat, quousque sufficienter genus humanum multiplicaretur. Praeceptum nanque erat illud Genes. capit. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Post peccatum autem primi hominis illico sine noua alia institutione mansit idem matrimonium in remedium contra concupiscentiam. **B** Quomodo poma, herba, & huiusmodi alia, quae antea tantum erant data in cibum. Post peccatum vero coeperunt esse medicinae contra corporis morbos, vnde Augustinus. 9. lib. super Genes. ad litteram cap. 7. dicit, quod sanis erat in officium, aegrotis coepit esse in remedium. **C** Ait enim magnus doctor gentium. 1. Corinthiorum. 7. Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat, & vnacumque suum virum. Quae quidem verba non praecipium: sed quaedam minoris boni concessio sunt: vt aperte ex eodem Apostolo constat, cum subdit. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Secundum verò, quod representat mysterium dispensationis Christi cum ecclesia: nempe qua ratione matrimonium est sacramentum: in noua lege à Christo institutum est. Ratio huius est illa quae reliquis sacra-

Coc. vnic.

Hugo.

Genes. 2.

Arist.

Genes. 1.

Aug.

1. Ad cor. 7.

mentis communis est: quoniam omnia sacramenta, eo quod instrumenta sunt passionis Christi ab ipso fuerunt instituta.

Ioan. 2. Sed quando illud instituit Christus, solet dubitari, ad quod aliqui dicunt, quod quando in Chana Galileae nuptijs interfuit Ioannis capit. 2. vbi (non corporali praesentia tantum sed miraculi exhibitione) voluit nuptias cohonefere, & approbare, ita, ut illud, quod antea solum erat officium, & remedium, per suam legem celebrandum foret ut sacramentum gratiam conferens. *Mat. 19.* Alij dicunt, quod illud instituit Matthaei 19. quando Pharisaeis interrogantibus, an liceret hominibus quacunquē ex causa uxorem dimittere, respondit. Quos Deus coniunxit, homo non separet: sed non admodum refert scire hoc, dummodo teneamus, (ut tenendum est secundum fidem à Deo esse institutum.

II. DIFFICULTAS.

Vtrum matrimonium sit hominibus naturale?

ET si naturalis ordo hic exposcere videbatur, ut post determinationem quaestionis, an est, illico quaestionem, quid est, expediremus: attamen quia (ut dictum est) coniugium & est officium naturae, & sacramentum: ante omnia oportet hanc videre, ac explicare, ut ex istis expositis conditionibus commodius quaestionem, quid est, nempe definitionem elicere possimus, & sicut in materia poenitentiae disseruimus, prius de ipsa sub ratione virtutis, & deinde sub ratione sacramenti: ita impraesentiarum statim de matrimonio (quatenus est in officium naturae, deinde quatenus est sacramentum) tractabimus. In hac ergo difficultate quaeritur, utrum sit matrimonium à natura

Anditum. Pro cuius explicatione duo annotare oportet. Primum, quod naturale bifariam dicitur, vno modo, quod ex principijs intrinsicis ex necessitate causatur, sicut necessum est lapidem descendere propter suam gravitatem, & ignem ascendere propter suam levitatem. Alio modo dicitur id naturale, ad quod natura inclinatur, & instigatur, tamen complementum accipit à libero arbitrio, sicut dicuntur virtutes naturaliter inesse homini, & non quod inveniuntur in nobis aliqui habitus perfecti per naturam, sed inest nobis à natura suscipere illas per operationes nostras, scilicet per assuetudinem ad operationes, ut dicit Divus Thomas in 1. 2. quaestione 51. articulo 1.

Consequenter annotare oportet secundo, quod impraesentiarum non est quaestio, an consensus maris & foeminae generationis causa sit naturalis hominibus. Siquidem de hoc nullum poterat esse dubium, eo quod huiusmodi inclinatio etiam in animalibus brutis reperitur. Natura enim indidit eis inclinationem hanc, ut individuorum propagatio continuaretur, quia alias deficerent animalia, quae corruptibilia sunt. Sed quaestio est, an praeter animalibus homini sit naturale, ut vinculo quodam indissolubili, ac perpetuo vir & foemina ad generationem, educationem, ac proles institutionem copulentur?

Et Tercio oportet annotare duplicem esse matrimonij finem, primum scilicet & praecipuum, qui est propagatio, ac educatio proles, & secundarium ac minus principalem, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum. His sic praemisissis, fit prima conclusio. Accipiendo naturale primo modo, matrimonium non est naturale, quia non ex necessitate causatur, sed ex voluntate per liberum consensum. Vnde libere aliqui mortaliū matrimonio copulantur, à quo alij abstinent.

Secun-

2. conclusio.

Secunda conclusio. Accipiendo naturale secundo modo, matrimonium est naturale, ut distinguitur contra ius humanum & gentium, non est enim quoddam inuentum hominum. Hanc conclusio probatur imprimis ex illo quod habetur in principio Digestorum. Vbi dicitur, ius naturale esse maris & foeminae conjunctionem, quam nos matrimonium appellamus. Deinde probatur, nam ratio naturalis ad ipsum matrimonium inclinatur, quantum ad vtrumque finem praedictum, & quantum ad primum (scilicet bonum proles) non tantum inclinatur ad habitudinem viri & foeminae, quantum esse oportet inter eos tempore commixtionis carnalis (ut in vago concubitu contingit) sed etiam ad foetus educationem usque ad ipsius foetus perfectionem. Magis namque intendit natura educationem ac perfectionem genitorum secundum corpus & animam quam ipsorum generationem & vitam. Quoniam propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ait Aristot. 1. Posterior. text. com. 5. Vnde non solum proles à parentibus generari: sed educari, ac institui, ad perfectumque hominis statum traduci oportet, cum dans formam, & ea quae ad ipsam formam consequuntur dare debeant. Quod quidem, nisi determinatos certosque parentes haberet proles, inter quos aliqua obligatio viri ad mulierem determinata esset (quae matrimonium facit) minimè fieri posset. Oportet enim, ut sicut per sacramentum ordinis spiritualis generatio ecclesiae propagatur, dum episcopi (tanquam patres spirituales ecclesiarum) ordinant sacerdotes ipsique sacerdotes baptizant, absolvent, atque eucharistiam conferunt, populoque dispensant, & sic filij spirituales multiplicantur, & spiritualis generatio perpetua successione continuatur ac conservatur, ita matrimonij sacramentum institui oportuit ad humanam speciem propagandam, quo ad esse

A se naturale, ne carnalis generatio esse defineret, ac subinde mundus finiretur. Intentio namque naturae est, res naturales perpetuo in suo esse conservare, & individua si posset, sin minus, saltem species perpetuare, atque ob id duplicem inclinationem indidisse perspicuum est. Alteram quidem, ut individuo cibo potuque conserventur: alteram vero ad generationem, quia species perpetuentur. Quemadmodum enim id, quod consumptum erat per naturalem calorem, cibo & potu recuperatur: ad eundem modum individua, quae per mortem deficiunt, generatione recuperantur. Et quoniam istae operationes ad hos fines maximè necessariae sunt: (ne propter fastidium ab illis homines desisterent, sed magis elicerentur) maximam in utraque illarum delectationem inveniunt. Quocirca incorruptilibus rebus ac perpetuis nempe angelis, & in caelestibus corporibus, & in nostris post resurrectionem neutra istarum operationum reperitur. Vnde dixit Christus Dominus. Lucae. 20. filij huius seculi nubunt, illi vero qui digni habebuntur seculo illo neque nubunt, neque ducunt uxores. Quod autem ratio naturalis inclinet ad secundarium finem matrimonij, (nempe mutuum obsequium) manifeste convincitur: cum eorum, quibus ad humanam vitam indigemus, quaedam opera sint viris competentia: quaedam vero foeminis, viris enim prolem erudire competit, foeminis autem eam educare. Quibus ideo si liberum esset societatem dissolvere, nequiret proli bene esse consultum, ac prouisum. Ad viros quoque spectat exterioribus occupari: ad foeminas autem omnibus, quae sunt intus, dominari. Ob id ergo ratio naturalis dicitur, ut homines simul cohabitent: quia vnus non sufficit sibi in omnibus necessarijs, in quo brutis animalibus praestant, quod illa tali consortio non egent, nisi solius procreationis

Pp 4 causa:

causa: homines verò non solum propter rationem illam, sed propter diuersa officia. Ac denique ratio naturalis ad matrimonium homines inclinât: licet perfectio ipsius matrimonij ex libero arbitrio depêdeat, & per consensum voluntatis compleatur. Constat igitur ex dictis verissimam esse nostram secundam conclusionem. Nec obstat id quod aduersus illam obijci potest, videlicet quod ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, in cuius exemplum subditur maris & foeminae coniunctio, quæ fit generationis causa. In brutis autem animalibus non est coniunctio maris ad hanc foeminam determinatè ad modum matrimonij, sed promiscuus temerariusque concubitus, non ergo matrimonium quod est vinculum inter certas personas, indissolubile est de iure naturæ. Non inquam obstat, quia brutis animalibus nulla est necessaria coniunctio, nisi causa generationis, & ideo simpliciter in omnibus requiritur, vt coeant in actu generationis. Et hæc sola coitio ad generandum simpliciter est necessaria. At vero in hominibus (quia non solum nutritio prolis quantum ad corpus, verum & educatio quantum ad animam, & maris & foeminae fauore & opera in longum tempus indiget) non solum coitio ad generandum naturalis est, verum & indissolubile confortium, quod est matrimonium. Habent præterea homines præcunctis animalibus secundum conditionem (quatenus sunt animalia polytica) quod propter mutuas operas, quibus in re domestica, & polytica inuicem se maris & foemina iuuant, perpetua egent societate. Non obstat etiam, quia quæ naturalia sunt, eadem sunt apud omnes homines. At verò matrimonium nõ eodem modo esse apud omnes fateri oportet, cum secundum diuersas hominum conditiones diuersimode contrahatur, diuersique sint ritus, ac cæremoniæ in matrimonio contrahendo. Non in-

A quam obstat, nam matrimonium quantum ad contractum & mutuum obligationem est inuariabile, atque immutabile, cum sit quid essenziale in matrimonio, quia per matrimonium omnes intelligunt illum contractum mutuo se obligandi, & si omnia eodem modo perseverarent (sicut in principio) non contingeret dissolutio: quare de per accidens contingit discessio. Nam si in pactum deducerent discessum pro libito, vel repudium post Christi aduentum, non esset matrimonium, vt patet extra de condit, appositis. capit. fin. Sed quandum ad modum contrahendi, quod quidem accidentarium est: variatio potest contingere, & fieri alio & alio modo apud hos, vel illos, quia illa quæ sunt per accidens, non cadunt sub arte vel scientia, cum sint infinita, vt ait Aristot. in 2. Physic. & sic in istis partibus in vnaquaque prouincia erat alius & alius modus contrahendi.

III. D I F F I C V L T A S.

Vtrum matrimonium cadat sub præcepto?

D Priusquam difficultati huic respondeamus distinctionem bimbrem præmittere oportet. Nempe præcepta esse in duplici differentia, quædam, quæ ad singulorum hominum in particulari perfectionem spectant, vt sunt præcepta de actibus virtutum, scilicet ieiunare, elemosynam conferre, & huiusmodi. Quædam autem quæ ad multitudinis perfectionem spectant. Cuius distinctionis fundamentum est id, quod ponit Diuus Thomas in 4. dist. 26. quæstione. 1. articulo. 2. scilicet quod natura dupliciter inclinât ad aliquid. Vno modo sicut ad id, quod est necessarium ad perfectionem vnus. Alio modo inclinât ad aliquid quod est necessarium ad multitudinis perfectionem.

Hac

1. *conclu.* Hac distinctione sic præhabita est prima conclusio. Præcepta primo modo accepta obligant omnes in particulari. Probat, nam naturales perfectiones omnibus sunt communes. Quo fit, vt vnusquisque teneatur iure naturæ alimentis, cibo scilicet, & potu necessarijs, ac abstinencia à nociuis intendere conseruationem sui.

2. *Conclu.* Secunda conclusio. Præcepta secundo modo accepta quamuis obligent communiter, neminem tamen obligant determinate. Ratio huius conclusionis secundum D. Thom. vbi supra est, quia ad illud vnus obligatur determinate, quod si ipse non fecerit sequitur malum. Sed horum quæ ad communitatem pertinent, si aliquid vnus non fecerit, per alium suppleri poterit, ita quod non sequatur malum. Quare ad nullum horum tenemur determinate, sicut esse agricolæ, cerdone, & huiusmodi pertinet ad communitatis perfectionem: ad nullum tamen istorum tenetur quis determinate. Non enim tenetur singuli esse agricultores, aut ædificatores, aut milites &c. Sed vnusquisque suam & spõte vnâ quamlibet sequitur artem. Ad diuinamque prouidentiam spectat facere, vt sponte, & absque compulsionem aliqui quidem contemplationi, quidam vero militiæ, quidam rei vxoriæ, quidam denique agriculturæ vacent, & sic de alijs, vt nihil bono communi desit.

3. *Conclu.* Tertia conclusio, corollaria ex duabus præcedentibus est. Quod quamuis nunc de matrimonio nõ inueniatur præceptum naturale, nec diuinum singulos homines obligans determinate: nihilominus inuenitur præceptum communiter obligans. Præceptum enim, vt D. Thom. 22. q. 152. art. 2. ad 1. ait debitum importare dicitur, At vero debitum, nonnunquam ab vnoquoque, nonnunquam autem à multitudine implendum esse, liquido constat. Et primo modo vnusquemque, & secundo vero modo

A non singulos homines sed multitudinem obligare omnibus compertum est. Huius autem secundi generis est matrimonij præceptum. Conclusio ista aperte quoad vtramque partem ostenditur, & imprimis, quod non teneatur in singulari homo aliquo naturali præcepto probatur, nam actus coniugalis ad indiuidui bonum nõ est necessarius, sed ad multitudinis bonum: vt non de sit continuatio speciei, ac politici status. Nemo igitur in particulari necessario tenetur ad matrimonium. Communitas tamen tenetur. Deinde probatur. Nam natura ipsa inclinât ad aliquod bonum toti communitati necessarium, quod quidem per matrimoniale actum impeditur. Ad bonum namque communitatis pertinet viros sapientes habere, & viros vacantes Deo, medijsque inter Deum ac ceterum populum: At vero hæc maxime per matrimonium impediuntur, vt dicit D. Thom. in 10. co citato. Non ergo est præceptum naturale singulos homines obligans, nam alias natura sibi ipsi repugnaret. Vnde Theophrastus philosophus probauit, quod sapienti non expediebat nubere. Quod autem non teneatur quis determinate ad matrimonium ex diuino præcepto, sic manifeste conuincitur, quia præceptum illud Gen. 1. & 9. Crescite & multiplicamini, longe aliter pertinet ad statum gratiæ, quam pertinebat ad statum naturæ primitus institutæ. In principio enim mundi necessario erat omnibus procreatio filiorum, propter multiplicationem & conseruationem speciei. Vnde datum est tunc præceptum ad supplendum hominum paucitatem. Hac enim ratione dedit Deus illud præceptum, vt ait D. Thom. in 4. dist. 33. q. 3. ar. 2. ad 2. in mundi constitutiones, quando tantum erant Adam & Eva. Et post diluuium quando dumtaxat octo animæ remanserunt: scilicet quatuor viri, & quatuor foeminae, & idcirco temporalis erat eius vis obli-

hanc sententiam. **E** Postremo, quoniam Dominus Iesus hunc matrimonialem contractum extulit, ac eleuauit vsque ad sacramenti nouae legis dignitatem. At vero asserere Deum aliquod malum tanquam instrumentum nostrae sanctificationis assumpsisse, impium, ac blasphemum esse liquet. Contractum igitur matrimonialem, & illius actum licitum sanctumque esse, nulli dubitare licet. **H** Nec obstat, quod ex Hieronymo super Matthaeum (cuius verba habentur 32. q. 2. ca. connubia) obijcitur, videlicet quod tempore concubitus non datur praesentia Spiritus sancti, etiam si propheta videatur, qui officio generationis obsequitur. Non inquam obstat, nam dictum Hieron. intelligendum est, quando exuberantia sensualitatis illius actus tollit non solum rationis usum, verum etiam rationis ordinem, non autem quando tollit rationis usum, non tamen ordinem. Prima namque est peccatum, non autem secunda, ut egregie ait doctissimus Soto. **E** Sic namque exponit D. Augustinus in libro de bono coniugali cap. 10. locum illi Pauli. I. Cor. 7. hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium, nepe quando actus matrimonialis exercetur per incontinentiam & libidinem, tunc indulgetur, & venia datur, quia est illicitus. Tertio potest locus iste Apostoli intelligi, ut D. Th. in additionibus. 3. p. adie. q. 41. ar. 4. ad 3. intelligit, scilicet, quod noluit dicere, quod in illo actu esset culpa, sed quod esset minus bonum, quam continentia, nam melior est coelibatus, & virginitas, quam matrimonium: quoniam ille qui ducit uxorem, quodammodo ab altiori meliori, statu ad minus bonum dicitur cadere, & non habet actus matrimonialis indulgentiam nisi secundum quod est indulgentia de minoribus bonis, quae idem est quod concessio. Nec est inconueniens, quod ille qui tali concessione utitur mereatur: quia bonus usus beneficiorum Dei meritorius est. **H** Et iuxta primam expositionem intelligendus

est cano ille, vir cum propria uxore 33. q. 4. & alij ubi habetur nunquam opus coniugale sine peccato posse exerceri, quod quidem nisi secundum expositionem datam intelligeretur, neutiquam sustineri posset; nam alias quis teneretur peccare, quia teneretur reddere debitum, & sic exercendo opus iustitiae peccaret. Pari modo est intelligendus philosophus, qui in Ethic. ait quod aufert actus matrimonialis usum rationis ad momentum, & quod homo adeo obducitur sensatione voluptatis, quod rationis usus etiam sapientis totus absorbetur. Licet enim delectatio, quae est in illo opere & contactu maritali in paruum tempus rationem eclipsat, ne altiori rei vacare possit: tamen non tollit rationis ordinem, sicut tollit actus fornicationis: & sic differunt in genere moris, licet sint eiusdem naturae. Vnde actus fornicationis est peccatum, non autem actus coniugalis. Ex misericordia enim Deus respexit fragilitatem humanam, & matrimonium hoc ordinauit in remedium excusandi peccati. Non debet tamen in actu illo coniux nimiam fruitionem procurare. Ut admonet Paulus loco citato dicens, Qui nubunt sint tanquam non nubentes: hoc est, sic illum actum exercent, ac si non exercent sicut subdit. Qui utuntur hoc mundo, sint tanquam non utentes. **E** Nec nocet id quod obijci posset, quod quemadmodum veniale peccatum, quantum non tollat habitum charitatis, quia tamen actum illius impedit, actus illicitus est: sic etiam actus matrimonialis, licet non quia tollat charitatis habitum: attamen quia illius actum impedit, illicitus erit. Non inquam nocet, quoniam actus matrimonialis impedit per modum delectionis, eod quod animus occupatur, ac retardatur quibusdam negotijs implicatus, ut simul & de facili ad superna rapi nequeat: quod quidem absque culpa aliqua (imo nonnunquam cum merito) fieri potest: sicut dormire, seruire infirmis, curare res temporales Ecclesiae, vel

vel conuentus, & huius generis est actus coniugalis: non tamen impedit per modum contrarietatis, ut taliter humanus affectus alicui rei temporali adhaereat positius praeter ordinem rationem, ut honorem, vel pecunias diligat plus, quam par est, nam tunc veniale peccatum erit. Non nocet quoque, quod ebrietas idem est peccatum, quia priuat hominem usum rationis, sed hoc ipsum facit actus venereus, cum adeo rationem absorbeat, ut fere impossibile sit hominem in ipso actu cogitare aliud. Erit ergo talis actus peccatum. Non inquam nocet, nam quemadmodum qui priuat se ratione per somnum, caret omnino culpa eod quod actum a natura ordinatum & necessarium ad indiuidui conseruationem esse, liquido patet: ad eundem modum priuationem rationis, (si quae est in coniugali actu) naturalem ad humanam speciei perpetuitatem omnino necessariam, ac proinde actum licitum esse fateri opus est. Caeterum priuatio rationis, quae in ebrietate contingit, & violenta est, & inutilis, atque non necessaria, imo nociua, superfluaque. **H** Quantum ad secundam partem quaestionis est posterior conclusio. Quod actus matrimonialis non solum est licitus (ut affirmat prior conclusio: verum etiam potest esse apud Deum meritorius gratia. Haec conclusio manifesta ratione probatur. Nam omnis actus, quo impletur praecipuum, est meritorius si ex charitate procedat, cum sit actus virtutis obedientiae, sed actus matrimonialis est huiusmodi. Praecipit enim Apostolus. I. Cor. 7. quod uxori vir debitum reddat, meritorius ergo erit talis actus, quando coniuges sunt in charitate, & intentio illorum est recta, nempe ad debitum reddendum, vel ad proles generationem, etsi coniuges existant extra charitatem, erit moraliter bonus, scilicet si coeant ubi & quando oportet. Sicut comedere ubi & quando oportet ad conseruandam vitam, est actus mora-

liter bonus, **E** Nam iuxta sententiam D. Tho. 22. q. 18. ar. 9. non dari actum in indiuiduo indifferentem, sed omnem huiusmodi actum hominis a deliberatiua ratione procedentem bonum esse, vel malum moraliter, perspicuum est. Secus si aliqua praua circumstantia vitietur. Et sciendum est hic, quod ex hac nostra secunda conclusione non licet inferre licere cuiquam coniugatis consulere, ut frequenter actum huiusmodi coniugalem exercent, tum, quia talis actus minus bonum est quam continere, tum vero, quia in quocumque actu virtutis debeat esse modus, ordo, & mensura, si aliquid horum defiat non erit actus virtutis & quamuis in usu matrimonij non sit difficultas operis & laboris: satis tamen ad meritum essentiale difficultas maxima quae est in tenendo medium rationis in huiusmodi actibus matrimonialibus, quando quidem est illic vehemens delectatio, & illa quam habet in reddendo debitum coniux ille qui minus est affectus rei uxoriae & potius vellet subire aliam magnam poenam quam reddere, quia tamen scit se ad id teneri, reddit de facto, ut ille actus sit meritorius non requiritur ut actualiter coniuges referant in Deum nec in bonum obedientiae, iustitiae, vel religionis, sed satis est ut fiat ab existenti in gratia & formaliter, vel virtualiter referatur in Deum & vitam aeternam, taliter ut non apponat malum finem, nec aliquam malam circumstantiam, cum actus bonus ex natura sua tendat in bonum finem. **H** Ex dictis elicitur, quod quando quis ad actum matrimonialem accedit causa tantum explenda libidinis sistendo intra fines matrimonij: scilicet quando cum alia muliere id non faceret, non est actus meritorius, quia est peccatum veniale, ut ait expresse D. Tho. in 4. dist. 26. q. 1. D. Thom. arti. 4. & in 22. q. 132. artic. 3. ad 1. Nullus enim peccando, ait illic, vitam aeternam meretur. Vnde opus studiosum amittit

vim merendi vitæ æternam si propter inanem gloriam fiat. Etiam si illa inanis gloria non sit peccatum mortale. Si militer, si huiusmodi actus fieret otiose, hoc est, absque hoc quod referant in finem formaliter, vel virtualiter. Tertio, quando habendo remvir cum propria vxore transgreditur fines matrimonij. Vt scilicet, si cum quacumque muliere id facere proponeret, quia illud propositum accedendi ad alienam est mortale, erit etiam mortale.

V. DIFFICULTAS.

Vtrum matrimonium sit sacramentum, & an conferat gratiam?

Iam, quod de matrimonio quatenus est in officium naturæ; disseruimus superest, vt de eo quatenus est sacramentum tractemus. De qua re, iuxta duo difficultatis membra; nempe, vtrum matrimonium sit sacramentum, & an gratiam conferat, duæ erunt conclusiones, quarum prima sit. Matrimonium est sacramentum ecclesiæ. Conclusio hæc, præter hoc quod est communis omnium Theologorum sententia, est secundum catholicam fidem tenenda contra Armenos & Lutheranos, negantes esse sacramentum. Habetur enim definita in cap. Ad abolendam de hæret. Vbi dicitur, quod quidæ sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptisate, seu de confessione peccatorum, matrimonio, vel de aliquibus ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat & obseruat, vinculo perpetui anathematis innodamus: Sed Romana ecclesia tenet matrimonium esse sacramentum, ergo tenenda est conclusio. Fuit enim in concilio Constantiensi sessione. 15. de hoc errore inter alios condemnatus Ioannes Hus quod septem

ecclesiæ sacramenta inficiabatur, & in concilio Florentino dicitur nouæ legis septem sunt sacramenta, scilicet baptisus, confirmatio, eucharistia, Pœnitentia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Et in sacro Tridentino concilio sessione. 6. canone. 1. de sacramentis in communi diffinitur, Septem esse sacramenta nouæ legis, & subditur ibi, & vnumquodque istorum vere & proprie est sacramentum, & expressius & in particulari sessione. 24. canone. 1. Si quis dixerit matrimonium non esse vere, & proprie sacramentum, anathema sit. Quo fit, vt sicut modo esset hæresis asserere, quod Spiritus sanctus non procedit à filio: ita est manifesta hæresis dicere nunc, quod matrimonium non est vere & proprie sacramentum, vt videre est per Alphonsum à Castro in libro de hæresi verbo nuptiæ, hæresi tertia. ¶ Tandem probatur nostra conclusio ratione. Quia matrimonio competit generalis ratio sacramenti: nempe, quod sacramentum est sacræ rei signum. Significat enim aliquid exterius, scilicet desponsationem Christi cum ecclesia, & aliquid interius, videlicet gratiam, quæ est res contenta. Vnde Apostolus ad Ephes. 5. ca. loquens de matrimonio inquit. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Coniunctio namque mulieris cum viro, qui sunt quasi membrum & caput, est signum coniunctionis ecclesiæ cum Christo, sub quo quasi sub capite suo viuit. Et quia ex hac coniunctione pullulat mutuus amor, subinfert, viri diligite vxores vestras, sicut Christus diligit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Quo circa dilectio viri & vxoris signum est etiam dilectionis Christi & ecclesiæ. Nec obstat id quod obiicit Lutherus, quia Apostolus Græce scribens non dixit sacramentum sed mysterium, non (inquam) obstat, quoniam idem est mysterium, & sacramentum

Conc. Flo.

Con. Trid.

Castro

Ad Ephes.

Soto.

Caieta.

mentum. Quare interpretes vtroque nomine promiscue vtuntur, inquit Dominicus à Soto in 4. dist. 26. q. 2. arti. 2. Quo circa (inquit) potuisset optime Caietanus illam annotatiuam excusare, quam idem in expositione huius Paulini loci nēpe, quod ex illo verbo, sacramentum hoc magnum est, nõ colligitur matrimonium esse sacramentum: quia non dixit nisi mysterium. Nã reuera idem est mysterium & sacramentum, si modo de collatione gratiæ non contendamus.

Annotare hic oportet, quod in hoc sacramento matrimonij, sacramentum tantum sunt actus, & consensus contrahentium exterius significati. Res autem & sacramentum est vnio & nexus maritalis, qui ex illis actibus resultat: sed res tantum contenta est gratia.

Ex quo aperte elicitur matrimonij nomen esse æquiuocum, siquidem aliquando pro vnione, ac pro ipso vinculo, quod est res & sacramentum, aliquando pro expressione consensus, quod est sacramentum accipitur.

Quantum ad secundum membrum difficultatis præsentis præter Hæreticos, qui effectum gratiæ in sacramentis non agnoscunt, fuerunt etiam quidam ex catholicis tã iuris periti, quã Theologi tenentes partem negatiuam. Vide licet quod matrimonium, quannis sit sacramentum, non tamen confert gratiam. Ex iuris peritis tenuit Hostien. in titulo de sacramentis non iterandis. & Bernar. in apparatu extra de simonia super cap. Cum in ecclesiæ corpore, & Glossa. 32. q. 2. c. Honorantur. Ex Theologis autem Magister sententiarum in 4. dist. 2. circa principium Durandus in 4. dist. 26. q. 3. Imo tenentes communẽ sententiam contrariam: nempe, quod matrimonium, sicut cætera sacramenta, confert gratiam, vt D. Tho. Bonau. Scotus, Ricardus, & reliqui, solum eam aiunt esse probabiliorem. His tamen non obstantibus sit posterior conclusio.

¶

¶

Hostien.

Bernar.

M. sent.

Duran.

D. Thom.

Bonau.

Scotus.

Ricar.

si secundo quæstionis membro respõ sua. Non solum est temerarium hæc nostra tempestate negare matrimoniũ conferre gratiam, verum etiam erroneum, imo & hæreticũ. Conclusio hæc constat aperte ex cap. ad abolendam de hære. (vbi vt dictum est in præcedenti conclusione) anathematis vinculo innodantur, qui de septem sacramentis, aliter quam ecclesia romana senserint, & ex concilio Florentino, vbi postquã inter cætera sacramenta anumeratur matrimonium, dicitur, Quæ sacramenta multum à sacramentis antiquæ legis differunt. Illa namque non causa-bant gratiam sed eam solum per Christi passionem dandam figurabant, hæc vero nostra & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt. Item authores qui contra Lutherũ scripserunt, vt Rosenfis, & EKius, & concilia Parisiensis & Colonia cõtra ipsum Lutherum congregata, tanquam errorem eum vituperant.

Accedit demum definitio cecumenicæ ac generalis Synodi Tridentinæ sub Pio. 4. celebratæ sessione. 24. canone. 1. sub his verbis. Si quis dixerit matrimonium non esse vere & proprie vnũ ex septem legis euangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum: sed ab hominibus in ecclesia inuentum, neque gratiam conferre, anathema sit. Osten-ditur in super conclusio ratione, quia si non conferret gratiam, sed solum esset signum significans vnionem Christi & ecclesiæ, non esset sacramentum vnio-cum cum alijs nouæ legis sacramentis, & nulla esset ratio, quare potius poneretur in numero sacramentorum nouæ legis, quam aqua benedicta, quia nouæ legis sacramenta id efficiunt, quod significant. Vnde re vera, qui negat matrimonium conferre gratiam, in virtute negat esse sacramentum nouæ legis, quod est hæreticum. Quod autem vnio-cum sit sacramentum cum alijs sacramentis probatur: quoniam ad vnio-cationem

2. Conclu.

Con. flo.

Rosenfis. EKius.

Conc. Trid.

¶

Conclu.

Con. Conf.

nem fat est, quod nomen sit commune, ratio vero substantiæ nomini accommodata, id est diffinitio, sit eadem, ut in regula antepredicamentali habetur: sic autem est in matrimonio, quia nomen sacramentum commune est baptismo, matrimonio, & cæteris sacramentis. Quod vero definitio sit eadem colligitur euidenter ex eo, quod est inuisibilis gratiæ visibilis forma, cuius imaginem gerat, & causa existat, & est signum sensibile conferens gratiam, (ut supra dictum est) ad vniocationem autem satis est, quæ sunt communia & essentialia toti generi, reperiri in omnibus speciebus, etiam si in singulis particulares differentiæ, (quibus vna ab alia distinguitur) non reperiantur. Scire tamen hic oportet, quod quamuis matrimonium sit vniuoce sacramentum cum alijs: obtinet tamen infimum gradum inter sacramenta nouæ legis. Quemadmodum enim in operibus diuinis & naturalibus omnia quidè bona sunt: imo valde bona iuxta illud *Genes. i.* vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, & ad suos fines consequendos aptissime & sapientissime disposita, & tamen vnum opus præstantius esse altero conspicue liquet. Præstat enim homo equo, imo homo homini ingenio, & pulchritudine &c. & stella stellæ claritate, ad eundem modum in operibus gratiæ, & super naturalibus philosophari oportet. Siquidem quamuis singula sint optima, vnumquodque in suo gradu & ordine: attamen vnum altero præstantius esse haud dubitare licet. Cū autem inter maxima bona gratiæ sacramenta nouæ legis computanda sint, & ad suos vniuscuiusque fines consequendos sint aptissime disposita, sit, ut inter illa diuersæ perfectionis & necessitatis sint gradus, quos pulchre pro suo more *D. Tho.* Diuus Thomas constituit, ac disposuit in 3. part. quæstione. 65. articulo. 3. ad 1. vbi videtur vltimum locum, & gra-

adum matrimonio assignasse. Quamuis namque quantum ad significationem matrimonium præstantissimum locum teneat, cum mirabilem vniocnem illam Christi cum ecclesia significet, qua nihil dignius, altiusque excogitari queat, de qua Apostolus loquitur ait. Sacramentum hoc magnum est, attamen quoad efficientiam, quæ potissimum sacramentorum effectus est, alia sacramenta matrimonio præstant, vberioreque gratiam conferre habent. Nec nocet, quod in alijs sacramentis minister debet esse distinctus à recipiente sacramentum, cum nullus se ipsum baptizare valeat: at vero in matrimonio soli coniuges inter se possunt contrahere, ergo non est sacramentum. Non (inquam) nocet, tum, quia post concilium Tridentinum etiam in matrimonio de necessitate sacramenti requiritur minister, sicut in alijs sacramentis, tum, quia admissio quod non requiratur, respondetur cum Scoto, quod vnus coniux sibi sacramentum suscipit, & alteri confert: sicut sacerdos sibi eucharistiam suscipit, & populo distribuit. Tum denique ac melius respondetur, quia cū duo contrahunt, & si sit vnus contractus: duo tamen sunt sacramenta multiplicata ad suscipientium multiplicationem. Vir namque applicat sacramentum foeminae & foemina viro: quæ admodum si duo infideles simul & semel mutuo se baptizarent. Non etiã nocet id, quod à Durando obijcitur, quia illa, quæ in alijs sacramentis aguntur, naturæ facultatè superant, eo quod protestationes fidei sunt: at vero ea quæ in matrimonio aguntur, mere humana & naturalia sunt, perinde ac in alijs contractibus civilibus. Non ergo matrimonium est vniuoce sacramentum cum alijs. Non inquam nocet, nam si consideremus naturam cuiuscumque sacramenti in particulari, in singulis reperiuntur aliqua particu-

laria, quæ in alijs non reperiuntur ut in baptismo lotio: In poenitentia iudicium, & in matrimonio contractus. Non nocet insuper, quod cum materia sacramentorum non subest potestati humanæ, eo quod sunt quædam diuina symbola à Christo Domino instituta per excellentiæ potestatem quæ nemini communicauit: materia vero matrimonij humanæ subest potestati, cum Papa & ecclesia personas illegitimas, atque ad matrimonium inhabiles reddere, quæ antea essent legitime & habiles possit. Non (inquam) nocet, tum, quia cum matrimonium hoc habeat peculiare, quod est contractus civilis, & ecclesiæ potestas possit contractus quosdam irritos esse decernere conditionesque necessarias apponere & non necessarias tollere: Quemadmodum potestas civilis aliquos contractus irritare potest fit, ut cum ratio sacramenti in illo civili & humano contractu (qui supponitur) fundetur, ecclesiæ materiam huius sacramenti diuina autoritate mutari possit, vel aliter & melius dicitur, quod materia proxima huius sacramenti, est consensus expressus prioris coniugis personæque legitime, consensus verò subsequens legitime personæ est forma, & quamuis materiam remotam seu potius subiectum diuina autoritate ecclesiæ mutare valeat: attamen materiam proximam nequit, siquidem, quod consensus expressus inter legitimas personas non faciat matrimonium, non subest ecclesiæ potestati.

¶ Annotare impræsentiarum oportet, me supra signanter dixisse in conclusione, hac nostra tempestate hoc est post concilium Tridenti. vbi diffinitur (ut dictum est) matrimonium conferre gratiam, nam tenentes oppositam sententiam ante determinationem prædicti sacrosancti concilij Tridentini, post concilium tamen Floren-

tinum ad minus erant de hæresi vehementer suspecti: sed qui nunc iam in posterum tenuerint, tanquam hæretici damnandi erunt, ac hæreticorum poenis subiacebunt.

¶ Qui vero concilio Florenti antecesserunt, nec tanquam hæretici erant damnandi nec de hæresi suspecti. Et Diuus Tho. & reliqui antiqui patres, qui tenuerunt, ut probabilius, matrimonium conferre gratiam non solum si hoc Tridentinū concilium attigissent, verum etiam Floren. non ut probabilius tantum, verum & catholicum esse asseruissent. Nec obstat id, quod aduersus secundam conclusionem Durandus Duran. & alij qui sunt contrariæ sententiæ obijciunt, quoniam pro matrimonio confertur pecunia, & pretia interueniunt, ut patet 32. q. 2. c. Honorantur & 30. q. 5. cap. Aliter, & conditiones pecuniariæ apponuntur in matrimonio contrahendo, ut patet extra de conditio. apposi. quod non fieret, si per ipsum gratiam conferretur. Non (inquam) obstat, quia in matrimonio sunt duo: nempe, contractus naturalis, & civilis, & ultra hoc est sacramentum, & ideo nil vetat, ut in quantum est contractus, interueniant munera inter contrahentes victus causa: sicut in emptione, & venditione & alijs contractibus. ¶ Cum enim res sacræ aliquid temporale annexum habent pretio æstimabile, qui accipit pretium pro huiusmodi re, nullum peccatum committit Symoniæ, ut pro calice, auro, vel argento, dummodo non accipiatur aliquid ratione consecrationis. ¶ At vero in quantum sacramentum est minime licet. Quod fit, ut non magis liceat ecclesiæ ministris pecunias accipere pro huius sacramenti administratione: quam pro administratione baptismi. Similiter, non nocet id, quod obijciunt, quia si gratiã conferret, maxime cõtra concupiscẽtiam: at per matrimonium concupiscẽtiam potius inflamma-

inflamatur, quam extinguitur, sicut ignis alio appposito igne. Non (inquam) nocet, quia quamvis concupiscentia absolute considerata, quo magis exercetur, eo ardentius feruescat, tamen dum eius necessarius usus rationis ordinis per matrimonium subijcitur, illam reprimit, quatenus illae actiones sunt licitae ratione generationis, & generant habitus studiosos, quae quidem actiones essent illicitae, & generarent habitus vitiosos, si essent concubitus vagi. Item, coniugium quatenus est sacramentum, per gratiam, quam confert, concupiscentiam in sua radice extinguit, & eneruat ad actus illicitos. Praeterea non obstat quod rursus obijciunt, quia melius est castitatem seruare, quam ducere uxorem, ut ait Paulus. 1. Corin. 7. & quod per matrimonium videtur homo cadere ab statu perfectionis, quod per susceptionem alicuius sacramenti haud fieri potest. Non obstat (inquam) nam bene stant ista duo: scilicet, quod melius est non nubere, & perfectior status quam nubere, quia vxoratus non ita manet liber ad vacandum diuinis, ut innuptus manet liber. Hoc enim expresse ait Paulus vbi supra, inquit namque. Qui sine vxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus quae sunt mundi, quomodo placeat vxori: & idem asserit de muliere. Bene (inquam) stat hoc cum eo, quod si nubat conferatur illi gratia per matrimonij sacramentum. Siquidem actum licitum exercet nubendo, quia tantum est consilium non nubendi quod non omnes capere possunt, ut inquit redemptor noster Matthaei. 19. nec licet affirmare, quod homo cadit ab statu perfectionis per matrimonium contractum nondum consummatum. Videmus enim Beatam Virginem veram Ioseph coniugem fuisse, & tamen ab statu perfectionis non ce-

cidisse quia alias imperfectiorem esse post matrimonium contractum, quam antea, fateri oportet, quod minime licet concedere. Cadit tamen homo ab statu perfectionis per matrimonium consummatum, cum eum impediatur a praedicta perfectione (vt dictum est) Quod sicut poenitentia non deijcit hominem a gratia, sed eiecitum per peccatum erigit, & reducit ad statum pristinum ita sacramentum matrimonij non deijcit a statu continentiae, sed volentes deficere ab illo sustinent & confirmant, ne in deteriora labantur. Postremo, non nocet nostrae secundae conclusioni id quod obijcitur ex Innocentio in capit. Gaudemus de diuort. Quod sacramentum coniugij apud fideles & infideles existit, & tamen non baptizatis non confert gratiam. Non (inquam) nocet, quia solum est sacramentum accipiendi nomen sacramenti pro signo rei sacrae, quamvis gratiam non conferat, vt erant sacramenta veteris legis, & pro vinculo in officium propagationis humani generis, quo significatur vnio Christi & ecclesiae, secundum quod fuit a principio in paradiso a Deo institutum, sic enim intelligitur capite. Gaudemus. Si vero nomen sacramenti accipiatur pro sacramento nouae legis conferente gratiam, matrimonium infidelium non est sacramentum, sicut nec esset sacramentum si non baptizatus ordinaretur, aut confiteretur. Quomodo autem sit sacramentum matrimonium, quod inter infideles contrahitur, infra cum de disparitate actus fuerit sermo docebimus.

VI. DIFFICULTAS.

Vtrum materia sacramenti huius sint personae contrahentes & forma sint verba vtriusque coniugis?

AD

Adrian. Palud.

AD hanc difficultatem Adrianus. A questione prima de matrimonio & Petrus Palud. in quarto distinctione prima, quaestio. quarta, vnica conclusione affirmatiua respondent: nempe quod personae contrahentes sunt materia, & verba forma in hoc sacramento. Et assignant pro ratione, quia in quolibet contractu res quae transferitur, habet locum materiae: cum ergo in matrimonio res, quae transferuntur, sint personae ipsae contrahentes, ipsos esse materiam fateri necessum est. Haec tamen opinio non est ratione consentanea, propterea quod materia debet esse pars sacramenti: at vero contrahentes non sunt pars eius, sed subiectum. Quare haec sententia omissa licet probabilis sit conclusio de mente Capreoli in 4. distinct. 26. in solutio. ad 2. Durandi tenenda: nempe contrahentium verba, aut nutus, qui eorum loco substituantur, esse materiam & formam sibimutuo, scilicet verba coniugis primo proferentis, Ego duco te in vxorem esse materiam, & verba alterius coniugis secundo proferentis, Ego duco te in virum, formam. Probatur aperte ista conclusio: nam sicut in numeris binarius est quid compositum, & prima vnitas dicitur tenere locum materiae, secunda autem locum formae, eo quod perficit numerum, ita in matrimonio posterior consensus expressus priorem informat quia quemadmodum prima vnitas binario conficiendo non sufficit, sic consensus vnus coniugis matrimonio conficiendo non sufficit, & in illo momento, quo posterior consensus accedit priori, conficitur sacramentum. Neque alia expectetur forma praeter verba exprimentia consensum, eo quod directe faciunt nexum qui est sacramentum matrimonij, non quidem tanquam meri actus humani, (vt aiebant Pelagiani) sed ex institutione Christi confertur gratia per illos dum amborum consensus cocunt. Deinde probatur, quia con-

Capreol. Duran. Con. vnic.

cilium Florentinum cum in reliquis sacramentis explicuerit, materiam & formam & ministrum requiri, dum in specie ad matrimonium descendit, solum ait, multos consensus per verba de praesenti expressos regulariter causam esse efficietem matrimonij. Fateri ergo oportet hac ratione materiam esse & formam, atque adeo ante concilium Tridentinum non esse alium necessarium ministrum praeter ipsos contrahentes, qui materiam applicant & formam. Haec est expressa sententia Hugonis libro 2. de sacramentis part. II. capite. 5. nam dicit, quod coniugium incipit esse ex quo consensus inter masculum & foeminam factus fuerit. Ex quibus colligitur manifeste secundum concilium Florentinum quod nec verba prolata a sacerdote (ego vos coniugo) nec benedictio nuptialis, qua in ecclesia sponsi sollemniter benedicuntur, sunt forma, ac proinde nec de essentia istius sacramenti: sed dumtaxat de sollemnitate, cum iam antea per consensus de praesenti fuerit matrimonium confirmatum. Item, quia si esset forma necessaria, ecclesia illam expressisset tanquam necessariam, & tamen nullibi de illa fecit mentionem. Et tandem probatur aperte, nam alias ante praedictum concilium Tridentinum omnia clandestina matrimonia, quibus sacerdos non interfuit, non fuissent sacramentum, quod quidem quans sit dictu falsum, liquido constat. Signanter dixi ante concilium Tridentinum. Nam licet vsque ad eandem praedictam sacrosanctam oecumenicam synodum Tridenti nae clandestina matrimonia rata & vera fuerunt: hodie tamen per determinationem praedictae sanctae synodi sessione. vigesima quarta capite primo huiusmodi contractus sunt irriti ac nulli nec sufficit mutuos consensus etiam per verba de praesenti expressus ad matrimonium contrahendum nisi praesente parcho, vel alio sacerdote

Conc. Flo.

Hugo.

Con. flo.

Nov

19

19

Qq 2 de

Matth. 19. Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum caelorum, qui potest capere capiat, id est tantum bonum propter sui altitudinem non praecipitur, sed consulitur.

De sponsalibus.

VIII. DIFFICULTAS.

Utrum sponsalia sint futurarum nuptiarum promissio?

Arist.

Quomodo secundum philosophum dispositio praecedat matrimonium. Et idcirco primo de sponsalibus est agendum. Sed, ut certa ab incertis discernere possimus, prius annotare oportet, quod nomen sponsalia quandoque accipitur pro muneribus, quae ab sponso sponsae dantur. Ut habetur in lege prima. C. Si nupt. ex rescript. petant. & in lege unica. C. Si rector prouintiae sponsalia dederit arras. Accipitur etiam hoc nomen sponsalia pro matrimonio contracto etiam per verba de praesenti non consummato. Unde sponsam secundum hoc dicemus quae vere matrimonio addita est, quod sacra scriptura, atque iura canonica passim obseruant: ut habetur de praescrip. cap. tertio loco & 27. quaestione. 2. capite. Coniuges, & capite qui desponsatam; & hinc nostrates uxorem ab sponsa, quae conjugalem consensum praestitit hoc solo distingunt, quia uxor post nuptialem benedictionem, & solennitatem seu copulam carnalem sponsa dicitur. Qua ratione Origenes capite. Inuenta. 27. quaest. 2. noluit admittere, ut Beata Maria diceretur uxor Ioseph. Ante vero nuptialem benedictionem, & solennitatem, seu copulam carnalem sponsa appellatur. Ut patet ex capite. Ex publico. de conuersione conjugato,

A Quopacto beata Virgo fuit vere coniux Ioseph. & idcirco sunt multi canones, qui coniuges nomine sponsi & sponsae appellant, & ratio etiam ad hoc suffragatur. Nam ibi est implicita futurae copulae carnalis promissio, ut dicit D. Thomas. in 4. distinct. 27. artic. 1. ad 6. & interuenit ibi sponsio quadam, atque pactum de futura fidelitate seruanda, & quantum sint verae huiusmodi acceptiones, sed tamen prior ac frequentior sponsaliorum, atque sponsarum significatio est, quae sponsas proprie intelligimus, quae de futuro appellamus, quod Abba. Anto. Felix in Rubrica de sponsalibus fatentur.

B His sic praehabitis est conclusio affirmatiua, quae ad difficultatem respondetur, nempe quod sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissiones mutuae uiri & foeminae de contrahendo matrimonio. Dicuntur namque sponsalia (ut nomen sponsum sonat) ab spondendo, ait enim Ulpianus eodem titulo. l. 2. sponsalia dicta sunt ab spondendo, unde per uerba de futuro sunt, quia sunt tales promissiones, vel ut quaedam sacramentalia matrimonij, sicut exorcismus baptismi ut dicit D. Thomas. ubi supra & habetur haec acceptio in cap. Nostrates 30. quaest. 30.

C Annotare oportet hic primo, quod signanter dixi in conclusione, mutuae promissiones, nam sicut matrimonium non perficitur, nisi per mutuum utriusque consensum, ita neque sponsalia uiri obtinent nisi per mutuum utriusque partis promissionem, unde si uir aut foemina tantum promittat, non erunt sponsalia, quamuis enim illa promissio sit obligatoria. Et ut credo sub mortali peccato ut colligi videtur ex Diuo Thoma. 22. quaestione. 88. articulo. 3. ad 1. Sed non in vi sponsaliorum, sed in vi simplicis promissionis. Nec ratione illius ad contrahendum cum illa, cui promissio cogendus est, nec ex huiusmodi promissione nascitur

citur impedimentum publice honestatis. Unde si de facto contrahat cum consanguinea illius foeminae cui promissio, validum esse matrimonium censet, siue peccet siue non. At uero quando interuenit ex utraque parte promissio, sponsalia obligant sub peccato mortali, eo quod pacta & foedera ex uirtute commutatae iustitiae seruare tenemur, oriturque publice honestatis impedimentum. Imo quando fuerint sponsalia iuramento firmata regulariter sponsi compellendi sunt, ut in capite. Ex literis el. 2. de sponsalibus habetur. Quod quidem debet intelligi, cum ad eum probabilis spes, quod illi uoluntarie ecclesiae obediant, atque amborum effectus inter se reconciliabuntur. Nam si adhuc malus timeatur exitus, exhortandi ac monendi sunt, potius quam cogendi ut dicitur in capite. requisitum eodem titulo. Sic namque Silvester uerbo sponsalia. §. quarto. ait, nempe arbitrio iudicis esse relinquendum ut ipse examinet quando compelli debeant, quando autem non, prout uiderit expedire. Quando uero tantum alter promittit, non oritur praedictum impedimentum publice honestatis. Quod tamen secundum unam opinionem post concilium Tridentinum solum habet uerum si seruetur etiam in sponsalibus forma in illo apposita. Secundum autem ueriores sententiam (quam nos tenemus) etiam nunc si clandestine sponsalia fiant, non sunt irrita, sed ualida in utroque foro, etiam si non praesente paroco, & testibus contrahantur sponsalia, eo quod per praefatum concilium tantum clandestinum matrimonium irritatur non autem sponsalia. Et ratio est manifesta, eo quod ex sponsalibus nequaquam sequitur inconueniens illud maximum quod concilium euitare uoluit ac praetendit. Siquidem si post huiusmodi sponsalia de facto contrahat cum alia, matrimonium firmum ac validum esse

A perspicuum est. Item, quia concilium non meminit, nec tractat de sponsalibus de futuro, sed solum de matrimonio de praesenti. Non ergo eius prohibitio debet extendi ad sponsalia de futuro extra rationem & intentionem ipsius concilij. Nec obstat ratio in qua prima opinio fundatur, quam adducit Panormitanus in ca. Cum inhibitio. de clandestin. desponsatio. & Silvester uerbo matrimonium. 6. q. 7. & Glossa. in lege oratio. ff. de sponsalibus, uidelicet quod quando prohibetur matrimonium saltem sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, & sub eadem poena sponsalia prohiberi intelliguntur. Non (inquam) obstat, tum, quia haec sententia non solum non est recepta, sed reprobatur per Glossa. in clementina de consanguinitate, & affinitate, & per Cardinalem & Felinum in dicto c. cum inhibitio. Tum etiam, quia ratio illa dumtaxat locum habebat quando sponsalia poterant transire in matrimonium de praesenti copula carnali cum affectu maritali interueniente, uel transibat, uel intendebatur, quod transiret. Unde Nauarro in capite. 22. numero. 43. & numero. 63. Cum autem post concilium Tridentinum, in matrimonium (quantumcunque interueniat copula) transire nequeant, aperte colligitur, non prohiberi sponsalia, etiam si non seruetur forma a sacro concilio statuta: licet prohibeatur matrimonium de praesenti. Sicut quamuis ecclesia prohibet celebrare matrimonia solennia, & uelationes in quadragesima, non tamen prohibet fieri sponsalia, ut docet Silvester uerbo matrimonio. 7. quaest. 2. Et sciendum est, quod si de praesenti contraherent Synodalem excommunicationis censuram incurrerent, quamuis non esset uerum matrimonium, sed intentatum. Annotare oportet secundo, quod sponsalia non sufficiunt ad matrimonium contrahendum, nisi nouus consensus de praesenti accedat, uel formalis, uel

Qq 4 virtualis

virtualis per consummationem copulae affectu mortali, quoniam matrimonium est vera & realis traditio: permissio autem non est traditio. Vnde nisi postea adueniat consensus non fiet matrimonium. Solum enim sponsalia causant obligationem contrahendi in futuro tempore. Imo nec si sint consensus interiores de presenti, si illos non si bi inuicem per verba de presenti explicent. Sed tantum per verba promissoria de futuro fiat matrimonium. Hoc notabile verum habuit secundum antiquum. Nunc autem post decretum Tridentinae Synodi a nobis adductum in fine sextae difficultatis, quantumcumque accedat nouus consensus expressus per verba de presenti etiam per consummationem copulae affectu maritali non sufficit. Ut sponsalia transeant in matrimonium, nisi interueniant praerequisita in praedicto decreto. Imo, sine istis neque sunt sponsalia. **¶** Secundum priorem sententiam, secus secundum posteriorem cui maiorem fidem adhibemus. **¶**

Annotare oportet tertio, quod sponsalia possunt contrahere per personam legitimam per se, per nuncium, per litteras, per procuratorem inter absentes, & per patrem & matrem, ac per quemlibet dummodo consentiant, & se ratificent hi, quorum nomine contrahuntur, quia non sunt sponsalia donec ille vel illa sciuerint, ac ratum habuerint.

IX. DIFFICULTAS.

Utrum sponsalia contrahantur pluribus modis?

Hic quaestioni per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit: quod omnibus his modis ac verbis quibus ad futurum matrimonium consensus promittitur, vera sponsalia contrahuntur, ut patet ex c. Ex lite

ris. Pro cuius conclusionis probatione sciendum est, quod sponsalia possunt contrahi absolute, & conditionaliter: & absolute multipliciter contrahuntur. Vno modo simplici ac nuda promissione, sicut quando dicitur, accipiam te in uxorem & accipiam te in virum. Secundo modo, interueniente iuramento, vel fidei datione, ut habetur in cap. Inter virum de sponsa. Tertio modo, quando ambo sunt impuberes, vel alter eorum (maiores tamen septennio) & non propinqui pubertati, contrahunt per verba de presenti: tunc namque licet secundum verba matrimonium censendum foret, tamen ex iuris interpretatione ac intellectu censentur sponsalia de futuro impediendo defectu aetatis ut habetur in cap. vni. de sponsa. libr. 6. Quarto modo, per anuli subarrationem, ut habetur in c. Si quis desponsauerit. 27. q. 2. Quinto dando arrham, & de arrha & anulo iudicabitur secundum verba acta, quae praecesserunt, quia si fuerint de futuro, erunt sponsalia: si de presenti, erit matrimonium: & si nulla fuerint, iuxta consuetudinem iudicabitur. Quia si apud aliquas nationes fuerit consuetudo sine verbis praecedentibus per solam arrharum dationem: puta, iocalium aut pecuniarum, sponsalia fieri aut matrimonium, sicut apud quosdam Mexicanos est solitum fieri: vera sponsalia erunt, vel matrimonium. Si vero non sit talis consuetudo, vel sola ipsa dona, non probant sponsalia. De quibus videndus est Archi. Flore. 3. p. tit. 1. cap. 18. §. 1. Si autem praecesserint verba vnus tantum, & datio anuli: vel alter accipiat arrhas, verum matrimonium iudicabitur, si verba sint de presenti: vel sponsalia, si verba sint de futuro. Sic enim notat Glossa super cap. penul. de sponsa. Et ratio illud suadet, quia in hoc denotatur consensus alterius expressus. Sed si vir accipiat manum puellae dicendo do tibi fidem quod te accipiam: & illa nihil respondeat, vel non ostendat

ostendat se acceptare, non sunt sponsalia: quia non debet claudicare ex altera parte. Qui tamen promisit, tenetur fide seruare secundum Archiepiscopum Florentinum.

Archi. flo.

Sed nunquid istis verbis, volo te accipere in meam, contrahuntur sponsalia? dubium est. Pro hoc notato, quod si constat de intentione, in foro animae standum est intentioni. Quo supposito sit prima conclusio. Si per ista verba, de presenti voluit illam accipere, erit matrimonium: si in futurum erunt sponsalia solum.

1. Concluf.

2. Concluf.

Secunda conclusio. Si per illud verbum volo, solum explicat appetitum ac desiderium quoddam, quod est velle inefficax: illis verbis, neque contrahitur matrimonium, neque contrahuntur sponsalia. Secus si idem valeat verbum, volo, quod, consentio, & voluntatem: id est, assensum praebere, nam tunc matrimonium fit.

¶

Et sciendum est, quod si verba fuerint aequiuoca, ac indifferentia ad praesens & futurum, secundum contrahentium intentionem iudicandum erit an per illa matrimonium, an tantum sponsalia contrahantur. Quando enim contrahentium dubius est animus ex circumstantiis coniectura suscipienda est. Quod quidem conspicua ratione ostenditur, quoniam sicut in rerum naturalium cognitione, ubi occulta est substantia, ad proprietates ipsarum recurrere opus est, sic in moralibus, cum substantia contractus & consensus nobis non constituerit, occultaque fuerit ad ea, quae humanorum actuum sunt circumstantiae, recurrere, necessum est. Magnopere enim tunc considerare oportet, an inter illos de matrimonio, an de sponsalibus ageretur. **¶** Sciendum est etiam quod licet haec verba, volo tecum contrahere, & illa respondeat, & ego tecum, secundum se non explicent consensum de presenti, sed tantum desiderium de futuro: ex praecedentibus tamen potest

¶

praesumi pro matrimonio, vel pro sponsalibus. Nam si praecesserint verba de matrimonio de presenti, & ista fuerint subsequuta, praesumi potest pro matrimonio. Si tamen verba de sponsalibus, pro sponsalibus praesumendum est. Idem iudicandum est de istis verbis, volo te esse uxorem meam, & illa respondeat. Volo te esse meum maritum, quod dictum est de verbis praecedentibus. Hanc sententiam tenet Petrus Paludanus in 4. distinctione. 27. quaestione. 1. artic. 4. & Adrianus in 4. quaestio. vlti. De sponsalibus. **¶** Similiter animaduertere oportet, an legitimae aetatis & scientiae, discretionisque essent, an non: habetur enim in capit. Ex literis. el primero. de sponsalibus. quod si aliter non intellexit, quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurrendum esset tunc. Vterque namque cogi debet ad verba prolata retinendum, ac seruandum in eo sensu, quem illa recte intelligentibus generare solent, illi tamen parti semper magis fauendo, quantum potuerit fieri, quae in matrimonio simplicius procedit. Quocirca in foeminarum fauore communiter erit iudicandum, quando quidem simplicius rem tractare solent, faciliusque a viris deludi possunt. **¶**

Sed dubium est, an istis verbis, Habeo te in uxorem. Habeo te in meam, aut, Tenebo te, vel, Repurabo te pro mea, & Tractabo te sicut meam, aut quid simile: & muliere respondente, Habebote in virum, fiat matrimonium, vel solum sponsalia? Pro hoc sit prima conclusio. Quod si istis verbis de futuro ad datur ista particula, Ab isto tempore, vel, Ab isto instanti habebote in uxorem, est verum matrimonium. Haec conclusio habetur expresse determinata in capit. Ex parte. de sponsa. Cuius prima ratio est, quia qui talia verba profert cum intentione, explicat consensum de presenti: verum igitur est matrimonium. Secunda, quia, quod vir habeat foeminam pro sua, fieri legitime nequit, nisi consensu

Q 9 5 sus

fus antecedat: quare, si ex nunc, vel post hac habiturus est eam pro sua, signum est iam nunc consentire de presentia. Et idē erit si dicat, eris post hac, seu ex nūc meus, & eris meus: Secus si dicat, Esto mea vxor, aut meus vir, quoniam hoc futurum est imperatiui, quasi rogantis aut petentis consensum, & ideo non de notat inchoationem ex illo articulo.

2. Concl.

Secunda conclusio. Si nihil addatur illis verbis, solum contrahuntur sponsalia. Et sic iudicabuntur in foro iudiciali & conscientia, quia denotant executionem matrimonij in futurum: & idē penitus significant, ac si diceretur, Aliquo futuro tempore habebō te pro vxore.

Cōc. vnic.

Sed adhuc est dubium, an istis verbis, Non accipiam aliam in vxorem nisi te, & non habeo aliam in vxorem nisi te, & istis non contraham cum aliqua alia muliere à te, cōtrahantur sponsalia? Pro hoc est vnica conclusio. negatiua. Hęc conclusio probatur, nam sicut propositio negatiua nihil ponit in esse: ita promittens factum negatiuum nō obligat se ad aliquid positue faciendum. Vnde Petrus Paludanus in. 4. dist. 27. quæstione. 1. artic. 1. dicit, quod sponsalia solum contrahuntur per propositionem affirmatiuam, non autem per negatiuam. Verum est tamen, quod facienti aliquam prædictarum promissionum, non licet aliam ducere: quamuis si de facto duxerit, factum tenebit.

Palud.

Loquendo autem de spōsalibus quæ contrahuntur sub conditione, adhuc est distinguendum. Quia, aut conditio est honesta, vt cum dicitur, Accipiam te in vxorem, si parentibus meis placuerit, vel vtilis, vt si dederis mihi centum marcas. Tunc est prima conclusio. Quod stante conditione, stat promissum. Et tunc quando adimpletur conditio fiunt sponsalia: oriturque publicæ honestatis iustitiæ impedimentū, & nō antea: etiā si in contrahendo sponsalia, fuerit appositum iuramentum. Si vero

2. conclus.

conditio sit inhonesta, adhuc est distinguendum: quia aut est contraria bonis matrimonij, vt si dicam, Accipiam te, si venena sterilitatis procures, vel donec inueniam aliam pulchriorem te, & sic est secunda conclusio, quod tunc sponsalia non contrahuntur. Aut non est contraria bonis matrimonij, vt si dicam, Accipiam te, si furtis meis consentias, vel si hominē interfeceris. Et sic est tertia conclusio, quod stat promissio: tollenda tamen est conditio.

2. Concl.

Annotare tamen hic oportet primo, quod quando apponitur aliqua conditio pecuniæ per modum pœnæ, quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat nec potest exigi illa pœna à nolente cōtrahere matrimonium, sed de huiusmodi conditionibus sponsalium, diffusius inferius agendum nobis erit, cum de conditionibus, quæ in contrahendo matrimonio apponuntur, sermonem fecerimus.

3. Concl.

Annotare oportet secundo, quod ubicunque in hac difficultate diximus, fieri matrimonium per quæcunque verba consensum de presentia explicantia, vel fieri sponsalia per verba consensum de futuro significantia, secundum iura antiqua, vt iacet debet intelligi. Hodie tamen post sacrosanctam œcumenicā Tridentinam synodum nisi adhibeantur requisita in decreto prædicti concilij. nempe, quod verba proferantur præsentē parochō, vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus, non contrahitur matrimonium, nec fiunt sponsalia & secundum priorem opinionē, bene tamen secundum posteriorem, & verionem vt dictum est.

Cōc. Tri.

X. DIFFICULTAS.

Vtrum sponsalia iureiurando per verba de futuro confirmata vim habeant matrimonij?

Ad

1. Concl.

Ad hanc difficultatem est prima conclusio directe respōsiua. Spōsalia de futuro quomodocunque fuerint iureiurando asserta, vim nō habēt contracti matrimonij. Conclusio hęc est omnium tā iurifconsultorū quam Theologorū confessio: Cuius ratio est, quoniam iuratio non est nisi dictorum confirmatio: ergo si verbis de futuro apponatur, solum confirmat promissionem. Promittere autem matrimonium, non est illud facere: qui ergo promittit, licet id iurauerit, nondum facit. Item, qui iurat, se matrimonium facturum: iurat se consensum postea adhibiturum de presentia, in quo, vt infra patebit, essentia matrimonij consistit: ergo ipso iuramento denotatur, verba illa iurata de futuro non sufficere: vnde optime ait Papa in capit. De illis, quod qui sponsalia de futuro, iuramento confirmarunt, si ad alias se nuptias transtulerunt, illa sint valida: recepta tamen de periurio pœnitentia, si per eum qui iurauit, steterit, quominus matrimonium consummaretur. Secus tamen erit, si iuramentum cadat super verba de presentia.

Secund.

Sed iam quod per sponsalia de futuro iuramento asserta, non sit matrimonium, merito consequenter dubitatur: vtrum si postmodum mutant propositum, sint compellendi ad cōtrahendum? Pro huius dubij elucidatione annotare oportet, quod sponsalia de futuro, siue fuerint simpliciter, siue fide interposita, seu cum iuramento cōtracta, dissoluantur per mutuum dissensum. Ratio est, quia talia sponsalia sunt contracta sub conditione tacita: scilicet, si res in eadem voluntate & cōsensu permanserit. Nam & si iuramentum principaliter in Deum dirigatur, id tamē fit tanquam in testem promissionis, quæ alteri fit. Est enim Deus testis illius promissionis ad hominis vtilitatem. Vnde fit iniuria Deo propter illud testimonium, si homini illi cui ipso teste, est fa-

Secund.

cta promissio, fides frangatur: at quando ipsum iuramentum respicit principaliter hominis commodum, si homo ille obligationem illam remittat, Deus item illam remittit, vt egregie pro suo more docet Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 89. articulo. 9. His sic præhabitis, fit secunda conclusio in ordine in hac difficultate ad istud dubium respōsiua. Quod si ambo mutant propositum, siue sponsalia fuerint contracta fide interposita siue cum iuramento: hinc inde emissio, commonendi sunt ac modis omnibus inducendi, vt fidem seu iuramentum præstitum seruent. Si autem se ad inuicem admittere noluerint, non sunt vt contrahant, compellendi: Conclusio hęc est expressa in. 2. cap. de spōsaliibus. Cuius ratio assignatur in eodē canone: videlicet, ne forte deterius inde contingat, quia inuita nuptia malos consueuerunt habere exitus, vt patet 30. quæstione. 2. cap. 1. Non obstat textus in dicto. c. 2. dicens, ex patientia id tollerari debere, quasi dicat, non de iure, sed ex quadam promissione: nā id textus expressit, propter vulgares qui forsitan scandalizari possent ex hac dissolutione sponsaliorum, existimantes propter hoc incurri periurium: propter hoc enim ait decretalis prædicta, monēdos esse contrahentes sponsalia, ne illa dissoluant, si fieri possit: non tamen compellendos: quia, vt dictum est in notabili, mutuo iurantium dissensu possunt dissolui.

D. Thom.

2. conclus.

Annotato, quod signanter dixi in conclusione, siue fuerint contracta fide data, siue cum iuramento, nam canon ille. Præterea non est restringendus, quando solum interuenit præstatio fidei, sed est etiam ampliandus, quando iuramentum interuenit. Cum præstatio fidei & iuramenti æquipolleant, vt constat ex capit. Peruenit. de fide iusso. & c. Ad aures.

Tertia conclusio. Si alter dumtaxat sponforum mutat propositum, altero

3. Concl.

volente eum ducere, si ex altera parte iustitia petatur, & sponsalia sint iuramento firmata, de rigore iuris huiusmodi qui iuravit se alteri nupturum, monendus est: quod si monitus non acquiescit, compellendus est ab episcopo per excommunicationem, ut ipsum in conjugem recipiat, & maritali affectione pertractet nisi rationabilis causa obstiterit, à iuramento rescindendi, vel timeantur ex coactione incommoda: nempe, vxoricidium, vel aliquod aliud maximum malum. Quod tamen videndum, scilicet quando sequetur vel non, arbitrio iudicis relinquo. Pari modo cessabit coactio, si alter eorum iam contraxit cum alia per verba de presenti. Iam enim tunc impossibilitate se inuoluit, ne possit prius iuramentum implere: iniungitur tamen illi per quem, scilicet poenitentia de periurio, ut dictum est in prima conclusione. Ita nanque est intelligendum caput illud, Ex literis de sponsalibus: vbi ponitur tertia hæc nostra conclusio, & si quæ sunt alia. cap. quæ dicat quod est compellendus. Casus iste ante concilij Tridentini decretum (siue clam siue publicè cum alio per verba de presenti contraxisset) verum habuit: hodie tamen post prædictum decretum, quamuis per verba de presenti contraxisset cum alia, nisi interueniret ea quæ illic apponuntur tanquam necessaria ad contrahendum, non redditur inhabilis ad prius iuramentum implendum, & ideo cogendus est ad illud implendum, nisi aliquod ex prædictis obstet, per quod sponsalia dirimantur.

XI. D I F F I C V L T A S.

Vtrum tempus requisitum ad contrahendum sponsalia sit septennium?

I AM nunc necessum est videre de tempore & ætate ad sponsalia contrahenda requisita. Cui difficultati per aliquot conclusiones arbitror me suffi-

Acienter posse satisfacere, & earum prima qua directe quæstioni respondetur fit, quod rationabiliter à iure statutum est tempus primi septennij completi ad sponsalia contrahendum. Hæc conclusio est Diui Thomæ in 4. distinctione 27. quæstione. 2. articulo. 2. & Syluestri in verbo, Sponsalia. §. 2. & Summæ. Armillæ, verbo, Sponsalia. Accedunt quoque iura canonica, quæ hanc conclusionem passim probant, ut capit. Literis. capit. Accessit. capit. Ad dissoluedum de sponsatione impuberum, quia satis est ipsos sponfos quid agant intelligere. In septennio autem homo uti ratione incipit, nam tunc finitur tempus infantie, quæ (ut nomen sonat,) homo ea quæ rationis sunt, fieri nequit.

B Secunda conclusio. Quamuis nondum compleisset alter vel ambo septennium, si multum appropinquant ipsi contrahentes ad illud septennij tempus, & malitia suppleat ætatem: contractus sponsalium habet robur, ut si hebdomada, vel forte dies defuerit. Tenet istam conclusionem Diuus Thomas vbi supra addit. 7. Et ratio est, quia quod parum distat à re, nihil distare videtur (inquit Philosophus in 2. Physicorum.) Illam etiam tenet Archidiaconus & Archiepiscopus Florentinus, & Syluester, verbo, Sponsalia. §. 2. & Armillia vbi supra, & omnes Theologi, quos ego vidi. eam præterea tenent plures canonistæ, glossa in cap. Sponsam. de sponsa. Ioannes Andreas in capit. Vno. de sponsalibus in 6. & Couarruias in suo libro de Matrimonio. par. 1. cap. 2. & ratio suffragatur, nam ego non video, cur ætas exacte expectanda sit. Nam ea ratione qua ante ætatem matrimonio designatam, præmatura potentia ad generandum ipsum ætatis defectum supplet, in sponsalibus ipse intellectus idem efficiet: cum (ut dictum est secundum Diuum Thomam in loco citato, & iurisconsultos in l. sponsalibus. ff. de sponsa.)

C Tertia conclusio. Si ambo vel alter sint minores septennio, & ipsi vel parentes eorum vice & nomine contrahant sponsalia, nihil agunt nisi dum venerint ad septennium, incipiat eis placere. Ex tunc enim valent, quando expresso vel saltem consensu tacito consentiunt, nam si scientes tacuerunt, silentium erit consensus interpretis: sunt enim sponsalia dependentia ex consensu filiorum, postquam usum habuerint rationis ut cap. 1. de sponsa. impube. habetur. Quo fit, ut si adueniente usu rationis reclamauerint, nulla sint sponsalia: itaque septennium requiritur, vel ad contrahendum sponsalia, vel ad illa confirmandum. Hæc conclusio habetur in capit. Literas. de sponsa. Vnde si quis despiciat puellam ante septem annos, si interim ipse moritur, potest eam frater suus ducere. Similiter si moreretur illa puella ante septennium annum, vir duceret eius sororem aut matrem, ut dicit text. præallegatus. c. Literas, de sponsatione impub. Ratio est euidens, eo quod ex huiusmodi sponsalibus nulla oritur affinitas, cui

1. Concl.

D. Thom. Syluest. Summæ Ar.

2. Concl.

D. Thom.

Aristot. Archi. Archiepiscopus Syluest. Sum. Arm. Ioan. And.

D. Thom.

fatis

fatis sit, sponfos quid agant intelligere. Imo ratio maior videtur de sponsalibus, quia magis sunt solubilia. Hæc propinquitas à quibusdam determinatur tempus sex mensium, sed melius est, ut determinetur secundum conditionem contrahentium, cum in quibusdam celerius maturè sit usus rationis quam in alijs. Nec obstat id quod aduersus hæc conclusionem obijcitur à Panormit. & alijs, quod si impubes ante legitimam ætatem religionem profiteatur solenniter professio est nulla, etiam si malitia suppleat ætatem: ergo similiter septennium non adimpleto, non erunt valida sponsalia. Non, inquam, obstat: quia illud sic determinauit ecclesia, non autem hoc, & præter hoc quod iuris determinatio standum est, ratio id suadet: quia maior deliberatio requiritur ad religionis votum emittendum, quam ad sponsalia contrahendum.

3. Conclus. Tertia conclusio. Si ambo vel alter sint minores septennio, & ipsi vel parentes eorum vice & nomine contrahant sponsalia, nihil agunt nisi dum venerint ad septennium, incipiat eis placere. Ex tunc enim valent, quando expresso vel saltem consensu tacito consentiunt, nam si scientes tacuerunt, silentium erit consensus interpretis: sunt enim sponsalia dependentia ex consensu filiorum, postquam usum habuerint rationis ut cap. 1. de sponsa. impube. habetur. Quo fit, ut si adueniente usu rationis reclamauerint, nulla sint sponsalia: itaque septennium requiritur, vel ad contrahendum sponsalia, vel ad illa confirmandum. Hæc conclusio habetur in capit. Literas. de sponsa. Vnde si quis despiciat puellam ante septem annos, si interim ipse moritur, potest eam frater suus ducere. Similiter si moreretur illa puella ante septennium annum, vir duceret eius sororem aut matrem, ut dicit text. præallegatus. c. Literas, de sponsatione impub. Ratio est euidens, eo quod ex huiusmodi sponsalibus nulla oritur affinitas, cui

Panorm.

3. Conclus.

A nullæ sint quæ ante septennium fiunt, ut dictum est.

Quarta conclusio. Si maior septennio contraxit cum minore, licet sponsalia non fuerint valida etiam ex parte maioris, quia non claudicant, tenetur nihilominus maior expectare minorem, cui fidem dedit, si forte manere velit in eodem proposito: alias peccat propter fidem mentitam, vi dicit Syluest. in verbo, Sponsalia. §. 2.

Sciendum hæc, quod licet impubes, nempe, minor septennio possit contrahere, cum peruenit ad debitam ætatem secundum Panormitanum in capit. de illis. de sponsa. impube. attamen maior septennio nunquam potest. Nec sufficit, quod impubes consentiat cum ætatem legitimam attigerit, nisi impubes consentiat etiam de nouo: quia requiritur, quod nouus vtriusque consensus accedat tacitus vel expressus. In contractis vero sponsalibus à duobus impuberibus, is qui prius ad ætatem perfectam peruenit, non tenetur aliud expectare, sed poterit statim contradicere atque recedere ab sponsalibus.

Quinta conclusio. Idem tempus determinatur in masculo & in foemina quoad sponsalia, non autem quoad matrimonium. Hæc conclusio est D. Thom. vbi supra, & ratio illius est, quia in sponsalibus tantum requiritur usus rationis, qui quidem simul incipit in vtroque: at vero in contractu matrimoniali nõ solum requiritur dispositio ex parte usus rationis, verum etiam ex parte corporis, ut scilicet sit tempus generationi aptum, quod in puella in duodecimo anno, in masculo autem in fine decimi quarti est secundum philosophum. II. de animalibus. Ita enim asserunt Diuus Thomas ad 5. & Syluester vbi supra. Quo fit, ut quilibet valens contrahere matrimonium possit etiam sponsalia: non tamen contra, quilibet valens contrahere sponsalia, potest matrimonium contrahere.

4. Concl.

Syluest.

5. Conclus.

D. Thom.

Arist. D. Thom. Syluest.

XII. DIFFICULTAS.

Vtrum carnalis copula post sponsalia de futuro adueniens matrimonium perficiat?

A Nimaduerte lector, quodd omnia quæ in presenti difficultate apponuntur, tantum tibi deseruirent pro dignoscendis matrimonijs ante sacrosanctum œcumenicum concilium Tridentinum celebratis, & vt nihil antiqui iuris sit, quod ignores. Erant enim secundum ius antiquum sequentes quatuor conclusiones quæstioni huic responsiue, & earum prima erat. Stando in foro conscientie, quantumcunque adueniat copula carnalis post sponsalia de futuro, nunquam erit matrimonium, si deficit consensus de presenti, vel eam non cognouit affectu maritali: id est non tanquam vxorem, intendens scilicet, consummare matrimonium. Conclusio hæc est omnium Doctorum, tam Canonistarum quam Theologorum, vt ait Syluester, verbo, Matrimonio. 2. §. 15. & ratione probatur, quia cõsensu adeo est necessarius ad perficiendum matrimonium, vt etiam si interueniant verba de presenti absque consensu, neutiquam fiat matrimonium, at copula cum sit quid externum, maiorem vim nequit habere, quam si essent verba de presenti, nõ ergo sola copula sufficit. Ex quo colligitur, quod si alter intus dissentiat, vel aliquo indicio alteri ostendat, non accedere vt coniux, vt si alter illorum sit conditione longe superioris nobilitate vel dignitate aliqua, vel si dum vnus ait se accedere vt coniugem, alter non prorsus annuat, sed significet illud in posterum differendum, nullum fieri matrimonium, vt docet eleganter Soto in. 4. distinctione. 27. quæstione. 2. artic. 4. Colligitur rursus, quodd si vir post sponsalia contracta de futuro cum prima, habuisset accessum ad secundam cum affectu

A maritali, ac verbis de presenti, vel de futuro, vel istam secundam duceret per verba de presenti sine copula, in foro anime stando, illud secundum esset matrimonium, si etiam illa pariter intentionem habuerit. Imo hoc est verum etiam si copulam habuerit cum prima sine cõsensu legitimo, & sine affectu maritali, vt benedicit Syluester, verbo, Matrimonio. 2. §. 15.

B Secunda conclusio. In foro contentioso, vbi post sponsalia de futuro copula interuenisse comprobatur, matrimonium cense tur, cogunturque sic copulati ab ecclesia, vt coniuges habitare: quare licet alter vel ambo ad alia se vota transferant, compelluntur ad primum redire, quod præsumptum fuit matrimonium: nec secundum matrimonium cõsetur. Hæc conclusio habetur in cap. Is qui fidem. de sponsalibus. & in cap. De illis, & in capit. Per tuas. de conditionibus appositis. Nec est contra hoc exceptio vlla admittenda, nisi signa dissensus alter ostenderit: nam tunc si allegat se reclamasse, & est paratus probare, audiendus est. Et ratio est quia ecclesia nõ potest de occultis, nisi per extera iudicia iudicare, & nullum potest habere efficacius indicium quam eiusmodi copulam. Pari ratione si quis sponsalia contraxit per verba de futuro cum aliqua, cum qua non consummauit copulam, & postmodum cum altera itidem per verba de futuro, cum qua copulam cõsummauit, non tamen maritali affectu, sed fallaciter, etiam si secunda sponsalia fuerint iurata, & non prima, licet in foro exteriori si concubitus ille legitime fuerit probatus, ex præsumptione iudicabitur fuisse tunc matrimonium consummatum, attamen in foro conscientie magis verum est, quod sit standum prioribus sponsalibus, & iniungenda est pœnitentia pro iuramento: quia iniuria quæ illata est secundæ, non aufert suum ius priori. Cui fidem primam dederat corpusque suum promiserat, vt habetur

2. Conclu.

Syluest.

Soto.

Syluest.

2. Conclu.

E

3. Conclu.

betur in cap. Sicut de sponsalibus. Pro pleniori tamen harum conclusionum intelligentia, sit tertia conclusio in ordine. Ad hoc quodd vera sponsalia, quæ re & nomine de futuro appellamus, transeant in matrimonium præsumptum: non sufficit quod interueniant oscula, amplexus, tactus: imo verò nec nifus ad consummandum sufficit, nisi re vera copula consummetur, vt habetur in cap. fina. extra. de sponsalibus. Sufficit namque & requiritur vera carnalis copula consummata. Quo fit, vt etiam si ipsam vir aperuerit, & interueniret effusio seminis extra vas, vel si mulier esset corrupta, & non interueniret effusio seminis intra vas, non cõsetur matrimonium, & hæc est sententia communis, vt ait Syluester, verbo, Matrimonio. §. 16. & ratio est: quia in his non adest copula carnalis, de qua iura loquuntur. Vnde, inter potentem & impotentem, etiam si scierit cõtrahant, nõ fit matrimonium, eo quod ibi non interuenit copula consummata, quandoquidem seminare nequeunt, & etiam si ille vir impotens claustrum aperiat. Verum est tamen, quod potens scierit contrahens, est obligatus ad manendum cum impotente, & ad eam tractandam vt sororem, vt patet cap. Consultationi. de sponsali. Seminatio vero quæcunque intra vas sufficit ad copulam consummandam etiam citra corruptionem virginis claustrum, nam contingere potest, vt citra rupturam semen coletur.

Syluest.

4. Conclu.

Quarta conclusio. Si sint sponsalia de futuro iuris interpretatione verbis autem in mente de presenti propter minorem vtriusque vel alterius contrahentium etatem: nempe, contracta inter impuberes, vel inter impuberem & puberem, si postquam ad legitimam etatem peruenerint, se se osculis & amplexibus etiam citra copulam tractent, tunc in foro exteriori præsumitur matrimonium, in foro tamen conscientie nunquam vim habet, si deficit consensus.

A Hanc conclusionem tenet Hostien. & Anto. in capit. Attestationes. de sponsa. impub. & Syluester vbi supra & est doctorum communis sententia. Intelligenda tamen est conclusio primò, si signa illa: nepe, oscula & amplexus post etatem perfectam contingant. Existimo enim, non fat esse si inter proximos pubertati contingant, etiam si malitia suppleat etatis defectum, vt in foro exteriori præsumatur matrimonium. Secundo est intelligenda, quando illa sponsalia, verbis de presenti, iuris tamen interpretatione de futuro, contracta fuere inter maiores septennio, nam si contracta forent à minoribus septennio, adueniente etate non efficiuntur matrimonium, etiam si oscula, amplexus & similes coniecturæ dentur præter nouum expressum consensum vel ex copula deductum, qui ad hoc sufficeret. Ita intelligit istam conclusionem Couarruias in suo opusculo, de matrimonio part. 1. capit. 4. Omnes prædictæ quatuor conclusiones in hac difficultate contentæ, vt in sui principio admonuimus, dumtaxat locum habuerunt, vsque ad sacrosanctam œcumenicam Tridentinam synodum, nunc autem post prædicti concilij decretum, quantumcunque post verba de futuro consensus de presenti, vel copula carnalis etiam cum affectu maritali adueniat, neque si vir post sponsalia de futuro contracta cum prima, ducat secundam per verba de presenti, efficitur matrimonium in cõscientia, nisi presente parochio eos coniugente, & duobus vel tribus testibus, vt dictum est, celebratur. Pari ratione in foro contentioso, quantumuis sponsalia de futuro copula interuenisse comprobetur, vel si sint sponsalia de futuro iuris interpretatione, sed verbis & mente de presenti propter minorem vtriusque vel alterius contrahentium etatem, vt dicitur in quarta conclusione, postquam ad legitimam etatem peruenerint, sese osculis & amplexibus tractent, nunquam tamen erit matrimonium

Hostien. Antoni. Syluest.

Couarrui.

Cõci. Tri.

trimonium

trimonium praesumptum, quoniam secundum praefatum decretum, nullatenus dari possunt illa matrimonia praesumpta, quae olim secundum iura antiqua dabantur. Sed oritur hic paruum dubium, utrum si essent sponsalia contraeta per verba de futuro coram parcho, & testibus legitimis, postmodum autem in illorum absentia sponsi copulam commissumarent, nunc post sacrosanctam Tridentinam synodum fieret matrimonium. Cui dubio negatiue respondetur. Cum enim secundum praefatum concilium, ut matrimonium contrahatur duo sunt necessaria, scilicet, quod omnia quae sunt de essentia illius contractus, publice coram parcho, & testibus fiant, & quod si aliqua sint dubia, & equiuoca, ut potest quae sponsis & coniugatis conuenire possint, taliter coram parcho, & testibus explicari debeant, ut illis verba illa animo matrimonium contrahendi de praesenti sponsos protulisse constet, ut sic equiuocatio, & indifferentia omnino tollatur, possintque de illo testificari, in casu autem praemisso tantum possint parochus & testes de sponsalibus per verba de futuro testificari, sit consequens ut sponsalia illa nullatenus etiam accedente copula carnali in matrimonium transeant, imo etiam si in praesentia parochi & testium sponsi per verba de futuro sese inuicem amplexarentur, atque obscuraretur affectu maritali, minime, nunc post praedictam Synodum matrimonium fieret. Quia enim ista sponsis etiam conceduntur, liquido patet, non esse sufficiens signum consentiendi de praesenti, nisi coram illis per huiusmodi signa ipsos sponsos de matrimonio vellemus contrahere explicaretur. Tunc namque omnis proculdubio equiuocatio tolleretur.

XIII. DIFFICULTAS.

Vtrum sponsalia valeant in aliquibus casibus dirimi?

Priusquam huic quaestioni respondeamus, annotare opus est, quod ex quo sponsalia semel contracta sunt, semper ligant, nasciturque ex illis obligatio ad contrahendum matrimonium, vel tempore praefixo, si praefinitum est, vel adueniente decente oportunitate; ut sponsi non sint in mora. Ita namque oritur huiusmodi obligatio, ut si contrahantur sponsalia postmodum cum alia, & non sit processum ad carnalem copulam cum illa secunda, compellendus sit redire ad primam. Si vero cognouerit carnaliter secundam, cum iam matrimonium dicatur, debet cum secunda manere, & non redire ad primam, ut dictum est. Hoc notabile antiquitus locum habuit, nunc vero secundum sacrosanctam Tridentinam synodum determinationem, cum post sponsalia adueniente copula carnali, etiam cum affectu maritali, nisi contrahant iuxta formam in dicta synodo traditam non fiat matrimonium, vnde dictum est, non potest manere cum illa, cum qua secundo contraxit sponsalia, sed compellendus est semper redire ad primam, exceptis casibus, in quibus dirimuntur sponsalia. Hoc notabili sic praemisso, sit conclusio vnica ad difficultatem responsiva: nempe, quod sunt quam plurimi casus, in quibus soluentur sponsalia, & eorum primus est. Si alter sponsorum post desponsationem transeat ad religionem, etiam ante professionem: nam cum primum habitum induit, alter potest ad alia vota euolare, ita tenet Syluester, verbo, Sponsalia. §. 10. Ratio est, quia nodum est matrimonium perfectum, nam si esset perfectum, non dirimeretur vsque ad professionem: nempe, si esset ratum non consummatum, & transiret vnus ad religionem altero inuito. At vero cum solum sponsalia, vno illorum religione ingrediente, alter in seculo remanens professionem illius expectare minime tenetur quinimo cum primum alter religionem ingreditur, aded a prima sponsione

ne liber relinquitur, ut ad alia sponsalia, vel nuptias transire possit, quod amen intelligere oportet, seclusa fraude & dolo: nempe, quod non intret religionem per vnum mensem, vel vnum diem, ad recedendum ab sponsalibus, & illico exire intendat. Sed post professionem ille qui remanet in seculo, statim remanet liber, & potest alteri nubere, quasi post mortem coniugis, quia religio quaedam mors est civilis, ut inquit D. Thomas in quarto, distinctione 27. q. 3. Et habetur casus iste extra de coherfio. con. uga. c. Ex publico. & 22. q. 5. c. Desponsata. & in auth. de san. Epif. §. Sponsalibus quoque. col. 9. vbi dicitur, quod vinculum illud rumpitur.

Secundus casus est, in quo dirimuntur sponsalia, quando superuenit sponsalibus votum simplex, de castitate seruanda, quia est promissio de meliori bono. Sed iste casus intelligitur, si intendat religionem intrare, nam alias peccaret uedo in alterius prauiudicium. Ratio huius casus est duplex, prima, quia per sponsalia duntaxat obligabatur homini, per votum autem simplex obligatur Deo. Secunda, quia ita se habent sponsalia in ordine ad matrimonium, sicut votum simplex ad solenne. Nam quoadmodum sponsalia sunt promissio, matrimonium autem traditio, sic votum simplex est promissio, solenne vero traditio. Cum igitur votum solenne matrimonium ratum dirimere, omnibus sit perspicuum, pari ratione & votum simplex sponsalia dirimere, consentaneum rationi videtur. Ita sentit D. Tho. in additio. 3. p. adiectis. q. 53. ar. 1. ad. 1. & Syluester, verbo, Sponsalia. §. 10. & alij Canonista, & Dominicus a Soto, quorum sententia nos libentissimè subscribimus, tametsi non illa Canonistarum regula adducti, scilicet, quod quando duo vincula inaequalia concurrunt fortius vincit minus forte, siue praecedat, siue sequatur, ut matrimonium de praesenti dirimit sponsalia praecedentia, eo quod

est fortius vinculum. Non inquam, hac regula adducti cum illa non sit vniuersaliter vera, siquidem ex illa perspicue elicitur, sponsalia iurata sequentia dirimere sponsalia non iurata praecedentia, quoniam est vinculum fortius, quod tamen quam falsum sit, liquet, eo quod priori sponsa iam erat ius acquisitum. At vero cum tertiae personae iniuria, nullum humanum contractum validum ac ratum esse, omnibus copertum est. Nec solum votum simplex religionis, vel castitatis praecedens, sponsalia subsequuta annullare, ut habetur in cap. Rursus, qui clerici. vel uouentes: verum etiam superueniens praecedentia siue iurata, siue non iurata, dirimere, tenendum esse arbitramur. Ratio est, quia status perfectior propter imperfectionem non impeditur. Cum autem statum religionis, vel castitatis, perfectiorem esse, quam matrimonij haud dubitare liceat, aperte fit consequens, ut propter sponsalia non sit impediendus. Nec me latet magistrum a Victoria (ut fertur) asseruisse, eum qui vouit castitatem post sponsalia, teneri, vel religionem intrare, vel sponsalia implere matrimonium contrahendo, si alter sponsus vult. Quo fit, ut votum simplex castitatis non absolute sponsalia prius contracta dirimat. Quam quidem sententiam accepit ex Petro Paludano in quarto, distinctione vigesima septima, quaestione prima, articulo 3. casu. 5. vbi illam tenet, & videtur haec sententia probari, tum quia alias facile esset sponsis sese adinuicem diludere, recedereque ab sponsalibus, simplex castitatis votum emitendo, tum etiam, quia in cap. Veniens, qui clerici, vel uolentes. expresse habetur, mulierem quandam votum castitatis post sponsalia emisisse, & pontificem maximum poenam ei de fide mentita imponi & alteri nubere praecipisse, eo quod sponsus iam aliam duxerat. Si igitur est fide mentita, & ei esset imponenda poenitentia, manifeste videtur elici, sponsalia per castitatis

R. r. votum

§

D. Thom.

2. Casus.

§

D. Thom. Syluest. Soto.

Coc. viii.

Coc. viii.

1. casus.

Syluest.

§

Victoria

votum fuisse soluta. Propter istas rationes, vtramque opinionem probabilē, ac defensabilem esse existimo, ac proinde libere poterit lector vtramuis illarū maluerit amplecti. ¶

3. Casus. Tertius casus est. Si alter illorū post contracta sponsalia recipiat aliquē ordinem sacrum, quia ordini sacro est annexum votum castitatis solenne, per quod licet non matrimoniu, tamen sponsalia legitimē dirimuntur.

4. Casus. Quartus. Quando sponsus non inuenitur, quia se transtulit ad aliam regionem longinquam ante carnalem copulam, & conueniente tempore expectatus non reuertitur, ac debito modo requisitus, non apparet. Tūc enim sponsa alteri potest nubere, extra, de sponsali. cap. De illis.

5. Casus. Quintus est. Quādo certus terminus matrimonio contrahendo fuerat prefixus, quā eo elapso, ille per quē nō stetit, liber manet, & sine periurio nubitur, quā promissio solum facta est in tali tempore signato, vt habetur extra de sponsa. cap. Sicut ex literis.

6. Casus. Sextus casus est. Si alter sponsorū post contracta sponsalia incurrat grauem morbum: nēpe, lepram, vel paralytim, quā ipsum nimis debilitat, vel si naso aut visu orbatur, aut aliquā foeditatē contrahit, vt patet. c. Quēadmodum. de iureiur. §. Quod si, & ibi glossa, vbi innuitur, quod etiā si iurasset ducere, non tenetur ducere, & cap. Literas de coniugio leprosi. & ratio est, quia si tunc cum sibi ipsi displicent sponsi, coniugari compellerentur, non posset res bonum exitum habere. Secus si id genus morbi sponsalibus antecesserit, & fuerit prænотus, vel superuenerit matrimonio iam contracto.

7. Casus. Septimus. Si alter sponsorū fuerit medio tempore (scilicet post sponsalia contracta) fornicatus carnaliter, & a fortiori si fuerit fornicatus spiritualiter, per heresim vel infidelitatē, & ratio huius casus est, quia tūc redditur alteri suspectus de fide postea nō seruanda, quē quidem

A est vnū de tribus matrimonij bonis: & quia tūc iā ductam, propter fornicationē liceret dimittere quoad thōrū, vt infra dicemus, a fortiori ergo, si nondū factum est, soluitur prorsus promissio, ac sponsalia non remanēt in suo rigore, & si fuerint iureiurādo stabilita. Casus iste habetur cap. Quēadmodū. de iureiur. vbi dicitur quod non obstante iuramento, potest aliam ducere innocens, quoniam in illius potestate est sponsalia dissoluere, non autē in potestate rei: nam si innocēs consentit, reus resiliere nō potest, cū non debeat ei proprium peccatum patrocinari. Neque refert puellam per vim aut sponte fuisse fornicatam. Quin vero si ante sponsalia credebatur virgo, & postea ante consensum de presenti inuenta est corrupta, potest sponsus a promisso recedere.

B Octauus est, quando sponsus de facto cū alia, vel sponsa cum alio contraxerit per verba de presenti, vel etiā de futuro, & sequatur carnalis copula, tunc nā que dirimitur sponsalia propter maius vinculū seu pactū superueniens, sed debet agere poenitentia de periurio vel si de mentita, vt dictum est. Peccat enim mortaliter, cū inferat iniuriam & graue damnum alteri frangendo promissum, quod de iustitia adimplere tenebatur. Et tenetur de omni dāno, quod ei subsecutū fuit per nō adimplentē promissum. Casus iste est expressus, extra de sponsa. c. Si inter virū, & in vfu fuit, vt iacet, ante sanctū concilium Tridentini. At vero post ipsum concilium solum habet locum, si post sponsalia de futuro cū vna, contrahat cum alia iuxta modū in dicto concilio præscriptum, vt dictum est.

C Nonus. Si superueniat capitalis inimicitia inter sponsos, quia alter potest separationem petere, nam tunc ista sponsalia per mutuam ipsorum voluntatē dissoluantur, vt habetur extra de sponsa. c. Præterea. Non enim peccāt, quicquid alij dicant. Cuius ratio est manifesta, quia talia matrimonia solent habere, vt diximus, malos exitus, & in his respicere oportet ad finem.

D Decimus. Si superueniat affinitas: puta, si sponsus cognouit consanguineā sponsā, vel e conuerso. Talis enim non possunt de cætero coniungi. Casus iste habetur extra de consanguini. & affini. c. Super eo, & 27. q. 2. cap. Si quis sponsam, & cap. Ex literis. Sed nota, quod secundum iura ista antiqua dirimebantur sponsalia, si cognouit consanguineam sponsā in aliquo gradu vsque ad 4. inclusiuē. Nunc vero post concilium Tridentinum sub Pio quarto celebratum, sessione. 24. cap. 4. tantum dirimuntur, si eam cognouit in 1. & 2. gradu, & idem est si superueniat cognatio spiritualis vel legalis: scilicet, adoptio, vt habetur extra de cognatione spirituali cap. Veniens.

10. Casus. Decimus est. Si sponsus promissit dare certam quantitatem pro dote, & dare non potest. Ita tenet Ioannes Andr. in cap. De illis. de conditio. appo. Idem quoque est de qualibet conditione interueniente, si deficit, nam tunc dirimuntur sponsalia, nisi cum illa copulam consummaret, quia qui copulam consummavit, secundum ius antiquum iam videtur discedere a conditione & matrimonium contrahere. Attamen post concilium Tridentinum, nuper sub Pio quarto celebratū, per solam tamen consummationem copulæ non videtur recedere a conditione, neque fit matrimonium, vt dictum est.

11. Casus. Undecimus. Si superueniat affinitas: puta, si sponsus cognouit consanguineā sponsā, vel e conuerso. Talis enim non possunt de cætero coniungi. Casus iste habetur extra de consanguini. & affini. c. Super eo, & 27. q. 2. cap. Si quis sponsam, & cap. Ex literis. Sed nota, quod secundum iura ista antiqua dirimebantur sponsalia, si cognouit consanguineam sponsā in aliquo gradu vsque ad 4. inclusiuē. Nunc vero post concilium Tridentinum sub Pio quarto celebratum, sessione. 24. cap. 4. tantum dirimuntur, si eam cognouit in 1. & 2. gradu, & idem est si superueniat cognatio spiritualis vel legalis: scilicet, adoptio, vt habetur extra de cognatione spirituali cap. Veniens.

12. Casus. Duodecimus. Si fama sit, quod inter eos est aliquod impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, etiam si non sit certum tale impedimentū: sed aliquod est scandalum de huiusmodi coniunctio, quia tunc ad tollendum istud scandalum, etiā si non constet de impedimento: dissoluantur sponsalia, vt habetur extra de sponsa. cap. Cum tria, & de consanguini. & affini. cap. 2.

13. Casus. Decimustertius est, quando quis impubes contraxit sponsalia, & cum venit

A ad ætatem adultam, petit absolui à vinculo sponsalium, & sibi dari licentiā nubendi, antequam aliquem tacitum consensum in pubertate habuerit, vt habetur in cap. De illis. & cap. A nobis. extra de sponsa. impube. Secus est. si pubes contraxit cum impubere, quia resiliere non potest, sicut nec impubes, antequam deueniat ad pubertatem, vt tenet Syuest. verbo, Sponsa. §. 10.

B Nec solum in his prædictis casibus dirimi possunt sponsalia: verum etiam propter quamcunque causam rationabilem superuenientē: quæ si à principio fuisset ex cogitata, impedimentum præstitisset. ¶ Annotare hic primo oportet, quod cum sponsalia semel fuerint rata, ac valida, etiam si postea dissoluantur ex rationabili causa, manet tamē impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, vt expresse habetur de spons. impu. per plura capita, itaque mortua sponsa neutiquam eū consanguinea illius contrahere valet absque dispensatione. ¶

C Annotare hic oportet secundo, quod in istis casibus: scilicet, cum post sponsalia contracta cum vna, contrahit quis cū alia per verba de presenti, iuxta modū concilij multoties à nobis repetitū, & cum ingreditur religionem approbatā, & cū alter fornicatur, si est notorium: & generaliter in omnibus, quando causa soluendi est notoria & legitima, atque in iure expressa: possunt sine auctoritate ecclesiæ, dirimi sponsalia, & ipso facto soluantur. Imo & quando ipsa sponsalia secreta erant, valida: scilicet ante concilium Tridentinum. ¶ Quod diximus in priori editione sequendo priorē opinionem, nunc autem sequendo posteriorem, dicimus, quod sunt valida, siue ante concilium siue post illud, eo quod concilium non irritat clandestina sponsalia, sed matrimonium, (vt dictum est,) & potest in conscientia esse remissio ad inuicem sine ecclesiæ iudicio, dummodo ex huiusmodi sponsaliorum solutione scandalum non oriatur,

propter quod euitandum ecclesie iudicium requiratur. Quod quidem verum habet etiam si sponsalia sint iurata (quicquid dicant aliqui Canonistae) cuius ratio est, quia iuramentum in fauore alicuius partis factum, ipsa parte remittente dissoluitur, nec ex hoc aliqua irreuerentia diuino nomini infertur: quandoquidem ex consensu illius dumtaxat dependebat. In omnibus alijs predictis casibus debent sponsalia auctoritate ecclesie dirimi.

XIII. DIFFICULTAS.

Vtrum aliquando contingat peccatum inter sponsos.

Coc. vnic. **P**raesenti difficultati vnica respondeatur conclusione: nempe, quod sponso- rum peccata in triplici modo inueniuntur, Primo in ipso contractu, si ficte contrahant, non intentione contrahendi, vel fide seruandi, & est mortale, quia perniciosum multum, vel si clandestine contrahant. Non enim solum matrimonium: verum etiam sponsalia de futuro, publice debent contrahi secundum dispositionem iuris, vt habetur in cap. Cu in hitoio. de clandest. desponsa. Secundum Panormitanum, ibi, quia sponsalia ante concilium Tridentinum in multis casibus constat, quod transibant in matrimonium ipso facto, vt patet in capit. Is qui de sponsali. non autem post ipsum concilium. Nec est necesse seruare huius cap. Solennitatem. vbi non est consuetudo, quod fiant tales denunciations: sed sufficit publice contrahere, vt non dicatur clandestinus contractus. Ita asserit Armilla, verbo, Sponsalia. & adducit pro hac sententia glossam in verbo, clandestinus. Vbi autem est consuetudo, propter pericula quae communiter sequuntur, & propter prohibitionem, mortale videtur omittere, sicut de contractu matrimonij, licet minus. Secundo, committitur peccatum in dissolutione

A ipsorum sponsalium, quando sine causa sufficienti dissoluantur, quia est peccatum perfidiae & mortale, cum sit proximo perniciosum. Tertio, in visu, quando vacant actibus impudicis.

Sciendum tamen est hic, quod oscula, amplexus, & huiusmodi ex benevolentia, non sunt peccata. Si vero delectationis causa fiant affectu maritali iam inchoante absque impudicitia, tantum venialia sunt. Caueant tamen a consummatione antequam contrahant, quia mortale esset, vt expresse tenet Armilla vbi supra, & maxime nunc post praefatum concilium, quandoquidem non transeunt sponsalia in matrimonium per solius copulae consummationem, etiam habitae affectu maritali, & haec de sponsalibus sint satis.

De matrimonij diffinitione & causa.

XV. DIFFICULTAS.

Vtrum haec sit conueniens matrimonij diffinitio. Matrimonium est viri & mulieris legitima coniunctio, indiuiduam vitam & consuetudinem retinens?

Expeditis iam in superioribus de conditionibus matrimonij quatenus est in officium naturae, & quatenus est sacramentum, ad quaestionem quid est: nempe diffinitionem explicandam superest accedere. Et pro huius difficultatis elucidatione, duo operae pretium est annotare. Primum, quod dicitur matrimonium potiusquam patrimonium, quia licet adulta prole sequatur munimentum patris, non solum educationis, sed prouisionis bonorum, in quibus proles succedat: sed tamen mater est, quae prius munit, & sic dicitur matrimonium, quasi matris munimen: quia munitur a matre filius prius in utero, & deinde vberibus, & alia infantilia officia ab ea ei praestantur, & ideo tanquam a priori & magis

Sum. Arm.

necef

necessario dicitur matrimonium, & non patrimonium. Dicitur quoque matrimonium, & non patrimonium, quia maiora onera sunt in matre quam in viro. Finis namque principalis matrimonij est bonum prolis, in cuius procreatione mater magis laborat, & ideo magis denominatur ab ipsa.

Secundum quod annotare oportet, est, quod matrimonium includit multa. Includit enim consensum, quo vir & foemina consentiunt ad mutuam ac perpetuam corporum traditionem. Deinde includit contractum exteriorem, quo consensus & traditio illa corporum exprimitur, & hoc siue contractus ille verbis, siue nutibus fiat. Tertio, includit mutuam obligationem ad reddendum debitum. Quarto, includit facultatem quam vterque coniugum habet vtendi corpore alterius. Vltimo, includit mutuam relationem, quae ex illo contractu & vinculo sequitur inter virum & vxorem, propter quod alter vir, alter vero vxor appellatur. His sic praelibatis, propositam quaestionem quinque conclusionibus breuissimè, nec non clarissimè absolue- mus: quarum prima sit. Matrimonium non est consensus interior. Probat, nam consensus non est sensibilis, cum tamen omne sacramentum sensibilis esse debeat.

1. Conclu.

Concl. Flo.

2. Concluf.

Soto.

A 27. q. 1. ar. 1. & probatur, nam cum contractus nihil aliud sit quam expressio quaedam consensus, & consensus vt dictum est, non est matrimonium, sit, vt nec contractus ipse: scilicet, verba, quibus consensus exprimitur, sit matrimonium.

Tertia conclusio. Matrimonium non est ipsa mutua obligatio ad reddendum debitum: tum, quia si Deus facultatem faceret alicui licite vtendi aliqua muliere, non ideo esset matrimonium. Tum etiam, quia potest manere matrimonium indissolubile, quando non maneat illa obligatio: vt si alter coniugum fornicetur: alter absoluitur ab illa obligatione debiti reddendi, vt infra docebimus, & tunc manet matrimonium indissolubile. Similiter si ambo per mutuam consensum post consummatum matrimonium ingrederentur religionem. Tu etiam, quia illa obligatio mutua, est effectus matrimonij: non ergo poterit esse ipsum matrimonium. Quae admodum obligatio quam habet filius reddendi honorem parentibus, quia est effectus ad filiationem consecutus, non est ipsa filiatio.

Quarta conclusio. Matrimonium non est facultas, quam vterque habet vtendi alterius corpore. Haec conclusio eisdem rationibus, quibus praecedens tertia conclusio remanet probata.

Restat ergo, vt matrimonium supponat pro vinculo & obligatione mutua, quae ex mutuo consensu exteriori expresso ad communem vitam enascitur: quod quidem vinculum est relatio rationis, quae nihil aliud est, quam mutuus respectus vnus ad alterum, qui confurgit ex vtriusque voluntate. Quocirca, cum matrimonium dicitur vinculum, non accipitur nomen causaliter, vt aiunt pro re quae coniuges copulat & vinculat, illi enim sunt consensus, sed formaliter pro modo, qui per tales consensus fit. Nec nocet, quia illud vinculum non est quid sensibilis, nam in sacramento, ait Diuus Thomas non requiritur, quod sit sensibilis illud quod est res & sacramentum,

3. Concl.

4. Conclu.

D. Thom.

Rr 3 & ita

5. Concluf.

& ita se habet coniunctio in hoc sacramento, sed verba exprimentia consentium sunt sacramentum tantum, & causa praedictae coniunctionis. Ex quibus omnibus colligitur, iam conclusio directe ad difficultatem responsiva: nepe, quod haec est conueniens & legitima matrimonij diffinitio, matrimonium est coniunctio maritalis viri & mulieris inter legitimas personas, indiuiduam perpetuamque vitae consuetudinem retinens. Haec diffinitio habetur. 27. q. 2. cap. 1. & extra, de praesumptio. cap. Illud.

Et annotato, quod in hac diffinitione, coniunctio est genus: differentia autem, quae constituit speciem est, quod sit maritalis: nam si esset aliud genus contractus: quo se mutuo masculus & foemina obligaret, vt sibi inuicem seruirent: scilicet, propter pretium, vel ob aliam causam, non esset matrimonium.

Est etiam sciendum quod per hoc quod dicitur, viri & mulieris excluditur coniunctio viri cum viro, vel mulieris cum muliere, vel vnus viri cum multis mulieribus: quia talis coniunctio non efficit matrimonium, sed causat peccatum. Dicitur insuper in diffinitione, Indiuiduam vitae consuetudinem retinens.

Quod est tantum dicere, quod neuter eorum absque alterius consensu potest continentiam profiteri post matrimonium consummatum, nec se alteri copulare etiam ante matrimonium consummatum post ratum, sed sibi inuicem seruare fidem, & debiti redditionem mutuam. Explicat enim verbum, retinens, perpetuum vinculum, & indissolubile nexum. Ratio autem secundum D. Th.

D. Tho.

quare coniunctio matrimonij est inseparabilis vsque ad mortem inter homines, & non inter alia animalia haec est: quia aliorum animalium filij possunt sibi victum statim habere, vel saltem ad eorum sustentationem vnum sufficit, sicut est vacca, equa, asina & similia, & ideo ibi non est coniunctio certa certi masculi ad certam foeminam: nec etiam neces-

saria diuturna coniunctio, eo quod foemina in eis sufficit ad educandum foetum sine masculo. In his autem quorum filij indigent vtriusque scilicet, tam patris quam matris sustentatione, aliud est. Si militer vbi inuenitur aliqua determinatio quantum ad tempus sustentationis & educationis, sicut in auibus, vnde, passer, turtures, & columbae habent determinatas foeminas, quia habent educare pullos, & alter eorum non sufficeret ad querendum victum. Non autem sic est in hominibus, vbi filius indiget cura parentum ad magnam tempus. Quare, matrimonialis coniunctio inter solos homines dicitur indiuisibilis secundum totam vitam alterius coniugis. Oportet enim filium generari, educari, nutriri & doceri, ac sibi de necessarijs vitae a parentibus prouideri. Idcirco ergo indiuiduam vitam retinere debent atque inseparabilem, vt scilicet promoueant prolem vsque perfectum statum virtutis, vt supra in septima difficultate docuimus.

B **C**

C **D**

XVI. DIFFICULTAS.

D *Vtrum ad substantiam matrimonij requiratur interior consensus, vel sufficiat protulisse verba?*

S **C**

E

¶

D. Thom. 2. Concluf.

concl. Flo.

betur. c. Dilectus. de sponsa. Haec omnia tenet D. Tho. 1. 2. q. 15. Notabili hoc sic praelibato, est prima conclusio. Ad matrimonium necessario exigitur consensus, sic quod a statibus omnibus alijs hoc solo deficiente non est matrimonium. Conclusio ista probatur extra de sponsa duorum. c. fina. Dicitur nanque illic, consensus de praesenti legitimus inter personas habiles sufficit ad matrimonium secundum canonicas sanctiones: & si solus defuerit, caetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Habetur quoque in concilio Florentino sub Eugenio quarto haec conclusio diffinita, vbi dicitur, consensus de praesenti esse causam matrimonij. Et licet hoc ante sacrosanctam Tridentinam synodum verum fuerat: nunc autem post ipsum concilium, nisi interueniat praedicta requisita, etiam si caetera omnia adsint, non contrahitur matrimonium. Habetur insuper. ff. de pactis. l. 1. quod omnis contractus requirit consensus. Cum ergo matrimonium sit contractus quidam: consensus exigitur. Postremo probatur ex fine matrimonij: nam procreatio & educatio proles nullo modo posset stare, nisi si esset consensus. Parentibus nanque inter se non bene conuenientibus, non possent filij optime procreari, neque etiam in operibus aliquo modo communicarent, si animo dissentirent. Quocirca, deficeret in illis secundus finis matrimonij: necessarius igitur est consensus. Nec obstat, quia sacramenta non sunt a voluntate humana, consensus autem emanat ab illa, ergo non sunt causa matrimonij. Non, inquam, obstat: quia licet causa principalis sacramentorum sit diuina virtus quae in eis operatur salutem, nihilominus causae instrumentales sunt nonnunquam nostrae actiones per diuinam institutionem ad gratiam concurrentes, vt sunt contritiones poenitentium, & contrahentium consensus. Ita que non solum ipsi coniugum consensus, verum etiam ipsi consentientes sunt

A instrumentalis, & minus principalis causa efficiens matrimonij, vt sacramentum est. Secus autem dicendum est de consensu respectu humani contractus, nam non solum consensus, verum etiam ipsi contrahentes causa principalis efficiens dici possunt.

B **C**

C **D**

D **E**

E

¶ 2. conclusio

Concl. Trid.

sent pedem absque praesidentis consensu, & sic eo adhibito fiebant tales matrimonij coniunctiones. Et re vera si hoc non esset verum matrimonium, maior pars illorum, qui modo coniuncti sunt, matrimonialiter: essent in statu damnationis aeternae. Cum non aliunde, nisi quia rectore consulente conuenerunt in vnum. Scio tamen Petrum a Palu. tenere in. 4. distin. 27. quaest. 2. artic. 3. contrarium: scilicet, non sufficere, quod rector loquatur pro contrahentibus, sed requiri, vt aliquis parentum vel tutor pro ipsis respondeat. Quod verum asserit Soto in foro ecclesiae: in foro tamen conscientiae: si verus aderat contrahentium consensus, quicunque alius pro spouo vel sponsa respondebat, ipsis tacentibus, & non contradicentibus, validum efficiebatur matrimonium: nunc autem nisi interueniant requisita in praedicto decreto concilij Tridentini, nec in foro conscientiae erit verum matrimonium, nec in foro ecclesiae praesumptum, quatenus tuncunquam ipsis tacentibus, & non contradicentibus, parentes, vel rector, vel quicumque alius pro ipsis respondeat.

Est sciendum primo, quod consensus parentum respectu filiorum non est requisitus tanquam de essentia, sed solum de honestate, vt patet in cap. Veniens de sponsa, & cap. sufficiat. 27. q. 2. & nunc sancta oecumenica Trid. synod. sess. 24. c. 1. de reformatione, anathemate damnat eos, qui falso affirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse, & ita intelligenda sunt leges quae dicunt, parentum consensus exigi: nempe, non tanquam de essentia, sed solum de honestate.

Est etiam sciendum secundo, non esse in terra potestatem, siue ecclesiasticam siue civilem vt fieri possit matrimonium sine vtriusque consensu: ita vt papa, vel princeps non possit aliquem ad matrimonium obligare, neque Deus eiusmodi facultatem reipublicae tribuit, vt pos-

fit absque consensu contrahentium conubia firmare. Probatum namque omne vinculum, quod potestas humana potest constituere, potest dissoluere, sed ecclesia non potest dissoluere matrimonij vinculum legitime contracti: nec ergo poterit aliquo modo constituere. Quod autem non possit dissoluere: patet ex illo Mat. 18. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Hanc sententiam tenet communis omnium Theologorum sententia: & ratio est, quia per tale matrimonium non apte copula carnalis potest constare, cum incommodissime fiat inter inuitos. Similiter, nutritio & educatio proles, ac mutua obsequia non commodè inter ipsos existere possent. Cum igitur matrimonium ordinetur ad hos fines, vt dictum est, consequens erit vt si isti fines destruantur, Deus non reliquerit talem potestatem ecclesiae: nempe, vt possit aliquos ad contrahendum cogere. Nec est eadem ratio in alijs translationibus rerum & in alijs contractibus: potest enim princeps ex causa transferre rem aliquam in alterum inuito domino. Ratio namque discriminis est, quia caeteras res eandem vtilitatem habere constat: quando auctoritate principis transferuntur, quam habent quando auctoritate veri domini, quod in matrimonio minime contingit, cum, vt dictum est, ex matrimonio coacto non sequatur finis ipsius, qui sequitur, quando propria voluntate contrahunt. Item, quia alij contractus cum non referantur ad communem conuictum, licet non sint voluntarij nihil periculi adferunt: at vero matrimonium coactum solet habere malos exitus. Potest quoque imperator in perpetuam seruitute hominem redigere, si ad sit causa rationalis: non tamen in vinculum matrimonij. Cuius differentiae ratio est, quia per poenas, atque flagella, obsequia serui commodè fieri possunt: non autem obsequia matrimonij. Similiter non potest ecclesia facere monachum absque illius consensu.

Neque

fit absque consensu contrahentium conubia firmare. Probatum namque omne vinculum, quod potestas humana potest constituere, potest dissoluere, sed ecclesia non potest dissoluere matrimonij vinculum legitime contracti: nec ergo poterit aliquo modo constituere. Quod autem non possit dissoluere: patet ex illo Mat. 18. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Hanc sententiam tenet communis omnium Theologorum sententia: & ratio est, quia per tale matrimonium non apte copula carnalis potest constare, cum incommodissime fiat inter inuitos. Similiter, nutritio & educatio proles, ac mutua obsequia non commodè inter ipsos existere possent. Cum igitur matrimonium ordinetur ad hos fines, vt dictum est, consequens erit vt si isti fines destruantur, Deus non reliquerit talem potestatem ecclesiae: nempe, vt possit aliquos ad contrahendum cogere. Nec est eadem ratio in alijs translationibus rerum & in alijs contractibus: potest enim princeps ex causa transferre rem aliquam in alterum inuito domino. Ratio namque discriminis est, quia caeteras res eandem vtilitatem habere constat: quando auctoritate principis transferuntur, quam habent quando auctoritate veri domini, quod in matrimonio minime contingit, cum, vt dictum est, ex matrimonio coacto non sequatur finis ipsius, qui sequitur, quando propria voluntate contrahunt. Item, quia alij contractus cum non referantur ad communem conuictum, licet non sint voluntarij nihil periculi adferunt: at vero matrimonium coactum solet habere malos exitus. Potest quoque imperator in perpetuam seruitute hominem redigere, si ad sit causa rationalis: non tamen in vinculum matrimonij. Cuius differentiae ratio est, quia per poenas, atque flagella, obsequia serui commodè fieri possunt: non autem obsequia matrimonij. Similiter non potest ecclesia facere monachum absque illius consensu.

Neque

fit absque consensu contrahentium conubia firmare. Probatum namque omne vinculum, quod potestas humana potest constituere, potest dissoluere, sed ecclesia non potest dissoluere matrimonij vinculum legitime contracti: nec ergo poterit aliquo modo constituere. Quod autem non possit dissoluere: patet ex illo Mat. 18. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Hanc sententiam tenet communis omnium Theologorum sententia: & ratio est, quia per tale matrimonium non apte copula carnalis potest constare, cum incommodissime fiat inter inuitos. Similiter, nutritio & educatio proles, ac mutua obsequia non commodè inter ipsos existere possent. Cum igitur matrimonium ordinetur ad hos fines, vt dictum est, consequens erit vt si isti fines destruantur, Deus non reliquerit talem potestatem ecclesiae: nempe, vt possit aliquos ad contrahendum cogere. Nec est eadem ratio in alijs translationibus rerum & in alijs contractibus: potest enim princeps ex causa transferre rem aliquam in alterum inuito domino. Ratio namque discriminis est, quia caeteras res eandem vtilitatem habere constat: quando auctoritate principis transferuntur, quam habent quando auctoritate veri domini, quod in matrimonio minime contingit, cum, vt dictum est, ex matrimonio coacto non sequatur finis ipsius, qui sequitur, quando propria voluntate contrahunt. Item, quia alij contractus cum non referantur ad communem conuictum, licet non sint voluntarij nihil periculi adferunt: at vero matrimonium coactum solet habere malos exitus. Potest quoque imperator in perpetuam seruitute hominem redigere, si ad sit causa rationalis: non tamen in vinculum matrimonij. Cuius differentiae ratio est, quia per poenas, atque flagella, obsequia serui commodè fieri possunt: non autem obsequia matrimonij. Similiter non potest ecclesia facere monachum absque illius consensu.

Matth. 18.

Palud.

Soto.

Conc. Tri.

Neque huic sententiae aduersatur id quod habetur, de regula. lib. 6. capite. 1. Quod scilicet, gerens habitum per annum, transactio anno illo probationis compellendus est ab ecclesia, vt seruet monachatum. Non aduersabitur, inquam, quia illud fit, eo quod tunc praesumitur professio tacita, & sic conflesse praesumitur: sicut praesumebat ecclesia ante determinationem Tridentini concilij, eos qui post sponsalia de futuro copulabantur affectu maritali, fuisse complexos.

Annotare tadem hic oportet, quod quamuis non sit talis potestas in terra apud summum Pontificem & imperatorem, posset tamen Deus de potentia absoluta utroque renitente aliquos coniungere. Probatum primo, quia consensus sunt matrimonij causa efficiens ante concilium Tridentinum, vt iacet, post ipsum vero, adhibitis praedictis requisitis concilij. Deus autem vicem effectiuae causa se solo supplere potest, vt absque sole illuminare: ergo potest absque illorum confesibus duos copulare, sicut de Adam & Eva probabile putat Palud. in 4. dist. 26. quaest. 2. artic. 2. Quod verum esse patet. Et tunc quia Eva formata ex viri costa dormientis, antequam aliqua verba proferret quibus exprimeret consensum, diuino affectus lumine dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrem & matrem &c. Tum vero, quia cap. 3. volens se excusare Adam, dixit, mulier, quam dedisti mihi &c. Quod non videtur dixisse, si ipse illam accepisset. Secundo probatur, & Matthaei. 19. Dixit Dominus, quos Deus coniugit, homo non separet, vbi matrimonium primorum parentum peculiari quadam ratione tribuitur Deo, Tertio probatur, nam ambigere non licet, quin Deus maiorem habeat in hominem potestatem, quam homo in se ipsum: homines autem suis proprijs volunta-

Palud.

Gene. 2.

Gene. 3.

Matth. 19.

tibus se inuicem possunt matrimoniali pacto colligare, si contrahant iuxta formam in praedicto decreto praescriptam: ergo Deus qui dominus est naturae atque adeo voluntatis nostrae, id potest absque humana voluntate efficere.

Quarto, quia cum Deus sit absolutus dominus non solum nostrorum bonorum, verum & nostrorum etiam corporum, & vitae, consequens est, vt sicut potest bona vnus ipso inuito alteri tradere: ita possit mulieris facultatem viro facere, & virum in potestatem mulieris traddere, ipsis etiam inuitis, & talis coniunctio haberet legitimam matrimonij rationem: & ita potuit tanquam Dominus corporum meretricis facultatem facere Oseae, vt illa vteretur etiam inuita. Tametsi cum Deus omnia disponat suauiter, nec illic credendum est vsus fuisse absoluta potestate, sed quod animos Oseae & mulieris fornicariae conciliauit, vt in matrimonium consentirent, & in hoc sensu iustus est Oseas facere filios fornicationis, quod iustus est illius prolem suscipere: quae priusquam ipsi Oseae in matrimonium coniuncta esset, fornicaria erat: itaque propter turpitudinem, qua prius mater sordebat, dicti sunt filij fornicationis, quamuis ex legitimo matrimonio nati.

Et hoc tenet Soto tanquam probabilius, sed fortasse possunt sic istae duae sententiae conciliari, quod quemadmodum in prima rerum institutione Deus naturae officia praue nit, quae temporis progressu praestanda erant a causis naturalibus, vt naturalia germina, quae postea suo tempore terra erat productura, a principio Deus diuina potestate subito produxit, ad eundem modum in praesenti formata est Eva in viri adiutorium, & diuina auctoritate concessa est illi, & iam in radice quodammodo in essentia erat verum matrimonium inter illos, diuina auctoritate contractum. Sed tamen ipse author Deus diuinitus inspirauit, ad quem finem potissimum

esse

esse

esset factum, atque adeo libentissime
interque acceptavit.

XVII. DIFFICULTAS.

Utrum consensus verbis, vel signis,
vel factis exprimi necessum sit?

Con. nic.

VNica cōclusionē affirmatiuā dif-
ficultati præsenti respondetur;
nempe, consensum per verba, vel facta,
vel signa æquivalentia, exprimi neces-
sum esse, ita vt interior solus non suf-
ficiat. Hæc conclusio est contra Vit-
cleff, qui vt refert Vualdensis tomo se-
cundo de sacramentis capite. 32. & 33.
asserbat, quod ad matrimonium con-
trahendum solus interior consensus
sufficit. Et præter hoc quod conclu-
sio nostra est omnium Theologorum
sententia, habetur diffinita in concilio

Con. flo.

Florentino, vbi expresse appellatur
causa efficiens matrimonij consensus
per verba de præsenti expressus, quod
in posterum intelligendum est, si ex-
primatur consensus iuxta modum con-
stitutum in Tridentino concilio: vi-
detur etiam haberi determinata in ca-
pite. Cum autem extra de sponsa. Ra-
tione quoque probatur, nam in ma-
trimonio confertur virtute talis con-
tractus potestas viro petendi debitum
ab vxore, & è conuerto vxori petendi
à viro: at vero per interiorē actum
vxoris minime viro constare potest,
quod supra corpus ipsius potestatem
habeat, quia homo non potest secre-
ta cordis alterius cognoscere, imo nec

D. Tho.

Angelus, vt dicit Diuus Thomas. i.
parte quæstione 57. articulo quarto,
non ergo potest petere. Et idem dicen-
dum est de vxore. Præterea, quia cum
matrimonium sit sacramentum, & ad
omnia sacramenta requiratur, vt in-
terueniat aliquod signum sensibile:
necesse est, vt consensus exprimat
saltem per nutus, qui quidem suffi-

ciunt etiam in contrahentibus valen-
tibus loqui. Nec solum requiritur ex-
pressio exterior ad hoc quod cognos-
catur: verum etiam vt sit matrimo-
nium, postquam ecclesia diffiniuit,
quod debet esse consensus mutuus ex-
pressus de præsenti: & sicut hoc re-
quiritur ad hoc quod sit matrimo-
nium secundum concilium Floren-
tinum, ita nunc modus exprimendi
consensum diffinitus in sacra Tri-
dentina Synodo est necessarius, vt fiat
matrimonium. Intelligere tamen oportet,
quod expressio exterior est neces-
saria, non tanquam causa principalis
matrimonij: sed tanquam causa mi-
nus principalis, & per se tamen & non
vt causa sine qua non. ¶ quia causa
principalis est interior consensus. Ex
quibus euidenter elicitur, quod non
sufficit traduxisse mulierem in do-
mum suam, nisi adsit consensus expres-
sus, nec sufficit talis consensus expres-
sus post concilium Tridentinum, nisi
exprimatur modo præfinito in concilio:
atque adeo nec sufficiunt prædicta
omnia sine interno consensu. Osten-
ditur hoc corollarium ex Innocentio
in capite. Tuæ fraternitati. Ait enim
in puero ante legitimam ætatem verba
non sufficere, quia non potest habere
legitimum consensum. Idem in capite
Tuæ nos, & ex Euaristo Papa in decre-
tis suis, capitulo secundo, & adducitur
30. quæstione quinta, capite. Aliter, vbi
dicitur, quod nisi ab his qui super fœ-
minam dominationem habere videntur,
& à quibus custoditur, vxor pe-
tatur, & à parentibus ac propinquo-
ribus sponsetur, atque suo tempore sa-
cerdotaliter (vt mos est) cum precibus
& oblationibus à sacerdote benedicatur,
adultera, contubernia, vel supra
aut fornicationes, potius quàm legitima
cōiugia esse, nō est dubitandum. Et prop-
ter hoc dictū Hugo de sancto Victore
li. 2. de sacramentis. p. ii. c. 6. putat, quod
huiusmodi consensus, qui in occulto
sunt,

Conc. flo.
con. Trid.

¶

Innoc.

Hugo.

fiunt, coniugium non faciunt: nisi idem
ipsi qui sibi in occulto consenserunt, eū-
dem consensum vtriusque in manife-
sto profiteantur. Non est intelligendū
istis verbis velle Hugonem negare pos-
se esse coniugium, si adsit consensus ex-
pressus, sed insinuat, quam necessarium
sit exprimere consensum. Verum nam-
que matrimonium contraheretur an-
te sacrosanctā Synodum Tridentinam
per solum mutuum consensum expres-
sum in occulto, sed nunc iam per talē
consensum non contrahitur nisi expri-
matur præsente sacerdote & duobus,
vel tribus testibus. Quod autem signa
consensum exprimentia sufficiant, ha-
betur in cap. Cum apud sedem aposto-
licam, de sponsa. Patet etiam ex Hugo-
ne vbi supra, & ex D. Tho. in additio.
3. p. q. 45. ar. 2. ad 2. Et etiam si pater loco
puellæ dicat, sic, & illa propter verecun-
diam taceat: sufficit. Sufficiensque sig-
num est, quod verba parentū sunt puel-
læ, ex quo non contradicit, vt ait. D.
Thom. vbi supra ad 3. ¶ Quoniam si-
lentium cum circumstantijs ibi contin-
gentibus pro consensu expressione,
saltem ad rationem contractus sufficie-
tem, fat esse, liquet. ¶ Quando autem
verba, vel nutus, vel signa defuerunt,
non tanquam matrimonium, sed tan-
quam stuprum habendum & fornicationem
esse arbitror, etiam si adsit ani-
mus interior. Sequitur rursus, quod si
aliquando casus contingat, sicut apud
Indos istos solet contingere, vt mutuo
habitent, ac communicent in mutuis
operibus vir & fœmina, si signa defue-
runt ad consensum exprimendum, quā-
tumcunque sit cohabitatio, non est ma-
trimonium. Item, conueniant in filiorū
procreatione, si tamen coniuncti fue-
rint absq; aliqua promissione, absque
aliquo signo exprimente consensum
iuxta mores suos, sine hoc quod ipso-
rum parentes tale tractauerant matrimo-
nium, neque sunt tanquam coniuges le-

Hugo.
D. Thom.

D. Thom.

¶

gitimi iudicandi: nisi de nouo adinuicē
promittant, etiam si in animo semper
habuerint se tanquam coniuges. Hoc
corollarium manifeste probatur, quia
si pro matrimonio esset præsumendū,
ex eo esset, quia forte talis esset vsus cō-
trahendi matrimonium apud eos: sed
non est talis, imo est modus sponden-
di & donandi ad inuicem inter spon-
sum & sponsam: non ergo apparet qua-
re ante Trident. concil. contractus iste
sine signo vel verbo præcedenti pro
matrimonio esset iudicandus. Et post
concilium adhuc ista non sufficiunt, ni-
si interueniat præfata forma. ¶ Nec ob-
stat id quod posset obijci aduersus no-
stram conclusionem ex cap. Tuæ fra-
ternitati, de sponsalibus, vbi dicitur,
quod matrimonium in veritate contra-
hitur per legitimum viri, & mulieris
consensum, verba autem mutuum ex-
primantia consensum de præsenti, quā-
tum ad ecclesiam sunt necessaria. Con-
stare ergo potest verum & legitimum
matrimonium quo ad Deum solo con-
sensu. Non inquam, obstat, quia in illo
cap. dumtaxat diffinitur, verba nō om-
nino necessaria esse, cum adsunt alia ex-
teriora signa, quibus exprimat con-
sensus. Sic namque intelligere oportet
capita illa, cum locum, & cum apud se-
dem. Quod si nobis sermo sit de matri-
monio, vt sacramentum est, expressio-
nem exteriorē tanquam de essentia,
& non vt causa sine qua non, necessa-
rium esse, omnibus perspicuum esse de-
bet. Si vero sermo sit de illo, vt contra-
ctus est, expressio, siue per se, siue per
accidens requiritur quinimo melius di-
citur, quod absolute exigitur, tanquam
causa instrumentalis & per se. Nec enim
lingua causa est per accidens, sed per se
tanquam instrumentum ordinatum ad
hoc. Verba namque per se, & ex natu-
ra sua sunt signa conceptuum. Ex quo
conspicue elicitur, quod cum in texti-
bus adductis dicitur, solum consensum
sufficere, nunquam verba excludun-
tur

B

C

D

E

tur, siquidem dictio exclusiua nullatenus à concomitantibus necessarijs excludit. Bene tamen parentum consensus, copula, consensus in copulam benedictio ecclesie, & alię solennitates excluduntur, at vero mutus & legitimus consensus verbis, vel signis exterioribus expressus semper necessarius est. Nunquam tamen etiam in usum loquelę habente verba sunt de essentia sacramenti huius, vt liquido patet ex cap. Cũ apud & cap. Tuę fraternitati, de sponsalibus, vbi decernitur posse inter mutos matrimonium confici: at vero variatis personis sacramenti essentia non variatur, ergo verba de essentia sacramenti matrimonij minime debent conferri. Imo nec verba sunt de necessitate præcepti, si alias signa exteriora exhibeantur ad consensum exprimendũ sufficientia. In concilio namque Tridentino accurate, ac solícite omnia necessaria ad contractum, & matrimonij sacramentum conficiendum annumerantur: & tamen ibi non præcipiuntur verba, sed tantum dicitur, quod sacerdos viro & muliere interrogatis, & eorum consensu mutuo intellecto, vel dicat, ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiusque prouintię ritum. Cũ autem omnibus perspicuum sit, consensus solis signis absque verbis exprimi posse, fit consequens, vt verba non necessario subpræcepti obligatione cadant. Verum est tamen, quod cũ verba locum præcipuum in significando obtineant nec melius, ac commodius quis suos conceptus, & consensus explicare valeat, quam verbis, si sine causa cum loqui posset, nollet, proculdubio grauiter peccaret, non tamen (vt existimo) mortaliter, modo exteriora signa sufficientem consensum exprimentia exhiberet, nisi ex defectu loquendi videretur contractus exponi dubio ac discrimini, vnde scandala orientur, li-

Con. Trid.

A tesque sequi possent. Quo circa neutiquam sacerdos admittere debet vt puella etiam præ verecũdia non respondeat nisi capite annueret, vel alio exteriori signo sufficienter se consensisse, ostenderet, quoniam si nullũ tale signum appareret etiam si parentes pro illa responderent (quicquid sit in ratione contractus) ratio tamen sacramenti minime seruaretur. Quamuis namque taciturnitas ad contractus rationem sufficiat, eo quod qui tacet, consentire videtur: attamen sacramenti ratio exposcit aliquod sensibile signum positiuũ in illo, qui sacramentum recipit. ¶

B Sed dubium se offert hic non contentendum, vtrum requiratur, vt consensus vtriusque coniugis pro eodem tempore concurrat, & explicetur, an sufficiat pro diuersis temporibus: vt si vnus consentiat hodie in alterum, & alter nõ statim consentiat, sed crastina die, vel ab hinc vnum annum? Cui dubio duabus respondetur conclusionibus. Prior fit. Quod quomocumque vnus consentiat, & deinde alter, si simul moraliter, ita quod verba vnius succedant verbis alterius, quamuis non pro eodẽ tempore ambo consentiant: erit matrimonium. Satis namque est, si vnus hodie consentiat, & alter post aliquod tempus, dum modo qui primo consensit nõ reuocauerit consensum, antequã alius consentiret, vt statim difficultate sequenti ostẽdemus, cum probauerimus matrimonium per procuratorem vel literas esse verum, idque indissolubile. Conclusio hæc præter hoc quod est Theologorum & canonistarum communis sententia, habetur in cap. Dilectus de sponsa. & in cap. penultimo eod. titu. & ibi Hostien. & cardi. ¶ Sed hoc ante sacrum Tridenti. conc. verum habuit, nam post illud hæc simultas neutiquam ad matrimonium sufficit. Quãuis enim minor quam in alijs sacramentis exigatur: attamen ad minus requiritur, vt antequam ad inuicem recedat,

coram

coram parcho, vel alio sacerdote de A ipso vel ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus secundus coniux consentiat, suumque consensum verbis, vel signis exprimat, antequam prior suum reuocet. Cum enim in omnibus alijs sacramentis hæc simultas moralis materię & formę, exigatur, (vt dictũ est in materia vniuscuiusque sacramenti) & coniugum consensus verbis expressi se habeant tanquam materia & forma, fit, vt simultas huiusmodi etiam in sacramento matrimonij necessaria sit. ¶

2. Conclusio.

Posterior conclusio. Quamuis altera pars non reuocauerit suum consensum, si fuerit tantum interuallum inter vnus & alterius consensum, vt habeatur ac si non fuisset nõ erit matrimonium: vt si dicat nunc, accipio te in meã vxorem, & mulier post annum respondeat. Similiter, si quis modo in matrimonium per literas consentit, & perẽtibus postea literis negotium intercipitur & fere obliuioni traditur & post septennium vel decennium alter consentit, certe non esset matrimonium tutũ, nisi prioris consensu integrato: quia iã videtur eius virtus exoluisse. Pari etiã ratione, si quis dicat, accipio in vxorẽ filiam talis domini: ac mittit nuntium, existimans illum negociaturum fore in spacio trium mensium, qui tamen de moratus est tribus, vel quatuor annis: tunc namque licet ipsa consentiat post huiusmodi tempus, non erit matrimonium, nisi ipsius viri consensus ad illud vsq; tempus in quo ipsa consentit, perseuerauerit. ¶ Quod quidem nũc post sacram synodum minime sufficit, sed requiritur vt consensus vnius coniugis verbis, vel signis expressus alterius consentium sequatur, priusquam à presentia sacerdotis ipsi coniuges recedant (vt dictum est.) ¶

¶

¶

Sed animaduertendum est impresentiarum primo, quod quando matrimonium in facie ecclesie celebratum est,

quod tamen in veritate nullum fuit, ex eo quod vnus illorum non consensit interius, sed tantum exterius ad alterũ decipiendum, quantumcunque exterior contractus factus fuerit, non est matrimonium, cum ex altera parte defuerit consensus. Imo etiam si postea illud non consensisse pœniteat, nunquã erit matrimonium, quousque expresse de presenti consentiat, altero coniuge de nouo simul consentiente, vel in priori consensu perseuerante. Nam canon communis est, quod si tempore contractus non fuit matrimonium ex quo cumque impedimento illud proueniat, nunquam postea fit matrimonium: nisi omnia fiant de nouo, quę ad matrimonium contrahendum requiruntur: sicut sæpe accidit, vt contrahentes sint affines, eo quod illorum aliquis accessum habuit ad consanguineum alterius in aliquo gradu prohibito si postmodum contrahunt illud impedimentum ignorantes, & in confessione deprehendit confessor illud non fuisse matrimoniũ propter occultum impedimentum: tunc obtenta dispensatione ante concilium Tridentinum non debebat matrimonium iterum publicitus contrahi, ne oriretur scandalum, sed secreto debebant coniuges iterum mutuo consentire. Imo si alter tantum impedimentũ nouerat, non oportebat id alteri reuelare, sed dissimulanter persuadere, vt se haberet pro coniuge dicendo, omnes nubunt, nubamus nos etiam iterum, vel dicendo sic, Tu non est vxor mea? & ipsa respondente, quod sic: dicat ipse & ego maritus tuus. ¶ Imo etiam nũc post præfatum concilium est opinio aliquorum, quod quando absq; scandalo vel alio notabili damno, vel alicuius infamia iterum nubere non valuerunt coram parcho, & testibus, maxime cum alter tantum impedimentũ nouerit, satis erit vt coniuges inter se in secreto mutuo consentiant modo prædicto. Hęc sententia quadrupliciter probabilis

lis

lis redditur. Primo, quia cū ecclesia nihil cum scandalo fieri velit (vt ait Glosa in cap. nihil de p̄scriptio. & in cap. Cum ex iniuncto de noui operis nunciacione) nulla videtur ratione suaderi posse, eos tunc in secreto contrahere nequire. Secundo, quoniam si sic p̄sente parochō, & testibus contraherent, valde difficile foret occultum peccatum ratione cuius ortum fuit impedimentum celare. Tertio, quia certū est, quod si patres qui concilio interfuerunt, quando hanc legem condiderūt, interrogati fuissent, an casum huiusmodi voluissent comprehendere, negatiue proculdubio respondissent. Cum enim ōcumenica, & generalis Tridentina Synodus maximis malis quæ ex clandestinis matrimonijs frequentissime sequebantur, remedium adhibere tantū intenderet, & in casu p̄senti nullum tale malum euenire possit, fit, vt nulla sit necessitas iterum contrahendi p̄sente parochō, & testibus, si quidem iā ecclesiæ constat, eos publicitus contraxisse. Dicit enim Panor. in c. Quoniam de probationibus, quod quodcumque lex aliquid prohibet, vel disponit ad aliqua inconuenientia euitanda, eo ipso quod illa inconuenientia cessant, prohibitio, seu legis dispositio etiam cessat, ita sentit Navarro. cap. 16. num. 37. Quarto, denique, quia si sic publicè iterum contrahere voluissent, ecclesia eos non sineret, ne locus scandalo p̄beretur, p̄terquam, quod eis asserentibus, sese impedimentum illud occultum habere, fidem non adhiberet. Sed quamuis hæc opinio (vt dictum est) probabilis sit: attamen tutius ac securius esse cenſeo, cum notabile scandalum, vel alicuius infamia timeretur ex hoc, quod aliqui sic contrahant propter occultū, impedimentū & alter contrahentiū impedimentū ignorat, recurre ad summū Pontificē, vt ipse non solū in impedimento: verum etiam in contrahendi modo à concilio statuto dispenset, nisi facilis

Panor.

Navarro.

A ad illum recursus haberi nō possit propter magnam paupertatem, aut alia legitima impedimenta, nam tunc si impedimentum esset occultum, & sine magno scandalo p̄senti parochō, & testibus contrahere nequeant, Diocesaniū episcopum tam in impedimento, quam in modo contrahendi dispensare posse, absque hæsitacione aliqua arbitror: & ita mihi videtur esse dicendum, quando papa aliud non determinauerit, ac declarauerit. At vero quando absque scandalo, & absque aliquo alio modo, vel alterius infamia, p̄sente parochō, & duobus testibus matrimonium iterū confici potuerit, hodie post p̄satum concilium adepta dispensacione, adhuc non sufficit iterum mutuo consentire, sed seruata forma in dicto concilio statuta necessario contrahere debent, cū textus concilij dicat, qui aliter, quam p̄sente parochō, vel alio sacerdote de ipsius vel ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit. & huiusmodi contractus nullos, & irritos esse decernit, prout eos p̄senti decreto irritos facit & annullat. Et ad hoc vt seruata forma concilij contrahant, coniux impedimentum sciens alteri coniugi illud in secreto reuelare poterit, nempe, vel maritus vxori, vel vxor marito, si viderit expedire, caueat tamen ne illi tertiam personam cum qua peccauerat reuelat propter nocumentum infamiæ quod illam sequeretur. Dicere nanque debet illi, necessarium esse sic contrahere iterato ad scrupulos tollendos, vel fingendo aliam causam, prout sibi visum fuerit expedire, sicut est quod in re tãt momenti, vt est sacramentū matrimonij non exponantur periculo. Benedictiones autem nuptiales, aut alias solennitates minime repetere opus est, tum quia non sunt de substantia matrimonij, tū vero quia iam factæ fuerant. **¶**

Secundo

Conc. flo.

D. Thom.

Vuald.

Secundo est animaduertendū, quod ex omnibus dictis elicitur, non sufficere consensum per verba de futuro expressum, quia vt diximus supra, requiritur consensus per verba de p̄senti expressus, vt habetur diffinitum in concilio Florentino, & in capite licet de sponsalia duorum, & in cap. Si inter virum, & vxorem, de sponsa. & D. Thom. tenet idem in additionibus. 3. p. quæst. 45. ar. 3. & Thom. Vuald. li. de sacramentis ca. 132. vbi refellit Vitcleff oppositum tenentem. Hæc sufficere existimo quod verba habeant formam p̄sentis temporis, si sensum faciant de futuro. Ad hoc enim vt matrimonium fiat, necessaria sunt verba sensum de p̄senti importantia, ita quod nullo modo pendeat effectus à futuro. Cetera enim omnia sacramenta irrita sunt, si aliquid apponatur pro futuro, vt si quis diceret, ego te baptizo pro crastino. Quo fit, vt per hæc verba accipio te in vxorem, si pater tuus cōsenserit minime fieri posse matrimonium: cum sensum de futuro faciant. Breuiter, vt omnes casus occurrentes includamus, dicimus, quod quotienscumque effectus à futuro tempore dependeat: nunquam erit matrimonium, sed dumtaxat sponsalia. Unde per hæc verba. Habebote deinceps in vxorem. verum contrahitur matrimonium, quia quoad sensum & effectū sunt p̄sentis temporis. De qua re habetur expressus casus in cap. Ex parte extra de sponsa. Imo, vt dictum est, nec sufficit consensus per verba de p̄senti expressus, post concilium Tridentinum, nisi exprimat p̄sente sacerdote & duobus vel tribus testibus.

Tandem sciendum est hic, quod legitimus consensus potest etiam exprimi per alia verba inter homines visitata, vt dicendo, Consentio in te tanquam vxorem. Similiter si vir diceret, volo, quod tu sis mea vxor, & illa, Et ego habebote pro viro. In omnibus enim talibus contrahitur matrimonium. Sed si

A vir diceret, volo te accipere in vxorem, vel, volo in te consentire tanquam in vxorem non esset matrimonium: nisi per ista verba, voluit de p̄senti illam accipere, quia tunc esset matrimonium vt dictum est supra difficultate nona.

XVIII. D I F F I C V L T A S.

B *Vtrum matrimonium contractum per procuratorem vel litteras sit verum & indissolubile, & Vtrum verè sit sacramentum?*

Questioni huic duabus conclusionibus respōdetur iuxta duos illius membra, & earum prior sit affirmatiua: nempe, quod est verum & legitimum matrimonium.

C Conclusionem hanc tenet Siluester verbo, Matrimo. 9. §. 9. & Caieta. in addito. 3. p. q. 1. de matrimonio. art. 1. & sumitur evidens exemplum ex sacra scriptura, Isaac enim contraxit cum Rebecca per nuntium. 32. q. 1. ca. Non omnis mulier, sed non est idoneus procurator, nisi si super hoc habeat speciale mādātū, & exprimat p̄sona cum qua debeat contrahi matrimonium, vt in capite si. de procurato. in 6. & l. generali. ff. de ritu nuptiarum, cauetur. Nec talis potest alium substituere, nisi de hoc habeat speciale mandatum. Sed aduertere opus est, quod si interim dum vadit procurator exequi mādātum, ipso procuratore ignorante & persona cū qua fit contractus, antequam procurator contrahat. qui misit eum ductus poenitentia reuocat mandatum & auctoritatem quam dederat ipsi procuratori, nō tenet matrimonium. Sic enim habetur diffinitum in d. c. fi. Cuius ratio est: quia matrimonium vt dictum est, essentialiter dependet ex vtriusque legitimo cōsensu: & nunc post concil. ex illo consensu, & ex hoc quod p̄sente sacerdote & duobus vel tribus testibus celebre

Conc.

Siluest. Caieta.

CAIETA

tur,

tur, & in casu iam defuit ex parte illius quod misit procuratorem. Quo fit, vt si priusquam illa consentiat, veniat consensus reuocatio ad procuratorem, quã tumcunq̃ue contrahat cum illa pro domino qui illum misit, nihil actum sit etiã in foro exteriori. Sed si superuenit reuocatio postquam iam illa consenserat, si hoc Ecclesiã constare potest, quod scilicet ille prius dissensit: Similiter non tenet matrimonium, quia nec verè nec interpretatiuè concurrunt consensus. Sed si non constaret de dissensu priuato, cogeretur vir propter probationis defectum eam ducere: quia ecclesia non iudicat de occultis.

Annotate tamen, quod ad tollendos scrupulos ne fortè fuerint consensus interrupti, laudabile est, vt in præsentia postea illi qui per procuratorem contraxerunt, eisdem contractus ratificent. Licet enim quando quis primò consentit & nuntium misit, etiam si distrahatur postea ad alia, & non aduertat, alio consentiente in foro conscientie, & ecclesiã sit verum & legitimum matrimonium, siquidem nunquam amplius reperitur dissensus postquam consentit, & in foro ecclesiã standum est pro matrimonio in fauorem illius, vt habetur extra de re iudicata cap. Duobus: nihilominus optimum consilium est, postea in præsentia, priores consensus ratificare.

Quo ad secundum difficultatis membrum. & Duæ sunt celebres opiniones, altera aliquorum, qui posteriorem conclusionem responsiuam etiam affirmatiuam ponunt: nempe, quod matrimonium contractum per procuratorem, vel per literas est verum sacramentum conferens gratiam. Hęc conclusio est communis tam iuris peritorum quam Theologorum sententia, quam quidè fertur tenuisse magistrum à victoria, & expresse tenet Soto in 4. di. 27. q. 1. ar. 2. atque ad eam in priori editione probabilissimam reputauit, vt crederem

M. Vito.
Soto.

A omnino esse amplectendam, & probabam causam tribus rationibus. **¶** Prima quia Christus dominus voluit, vt in noua lege vinculum matrimonij esset sacramentum, quod in veteri lege tantum erat vinculum: Cum ergo in matrimonio contracto per procuratorem sit vinculum, & quod sit sacramentum, fateri necessum est. Secunda quoniam simpliciter Christus instituit matrimonium esse sacramentum, nullam faciendo matrimonij per procuratorem vel literas contracti exceptionem. Tertia ratio est, quia cum matrimonium sit in dissolubile, & esse sacramentum neuiquam licet ambigere. Quod si est sacramentum, & gratiam cõfert, sic per procuratorem contrahentibus non ponentibus obicem. **¶** Et quamuis in priori editione (vt diximus) affirmatiue sententiã subscripserim, sed nunc reocculatius inspecta, posteriorem conclusionem negatiuam tanquam probabiliorē tenere decreui, scilicet matrimonium inter absentes non esse verum sacramentum. Hanc conclusionem tenet Duran. in 4. di. 26. q. 3. & post ipsum Caie. in speciali. q. ad 3. p. adiecta, eam amplectitur doctissimus magister Cano in relectione de sacramentis in communi in 1. parte & lib. 8. de locis Theologicis cap. 5. Et probatur quadrupliciter primò, quia cum susceptio sacramenti sit actio siue passio personalis, vt inductiuè in omnibus sacramentis liquido patet, talis autem actus inter absentes fieri nequeat, fit, vt non sit sacramentum. Secundò, quia supposito quod sacramenta sint veluti instrumenta physica ad gratiam cõferendam, & contactum agentis ad passum requiri, omnibus perspicuum esse debeat, & inter absentes iuuismodi contractus esse nequeat, eò quod contingere potest, vt eo tempore, quo procuratores contrahunt, ipsi contrahentes nihil agant, imò vero dormiant, consequitur, vt matrimonium inter absentes sacramentum esse non possit. Tertio, quia

B **C** **D**

C **D**

D

E

¶

¶

2. Conclu.
Duran.
Caie.
M. Cano.

quia cum ad sacramenti susceptionem aliqua in adultis dispositio, & preparatio exigatur, & contingat, vt quando procurator contrahit, is qui facultatē procuratori tradidit, nullam habeat dispositionem, nam alias toto illo tempore teneretur esse in gratia fateri necessum est, matrimonium per procuratorem contractum non esse sacramentum. Quarto, quoniam si matrimonium inter absentes celebratum esset sacramentum, ex eo esset, quia est contractus quidam, de cuius ratione non est, quod contrahentes sint præsentis: at vero ex hoc non colligitur sacramentum esse, siquidem poenitentiam esse quoddam iudicium, de cuius essentia non est præsentia rei & iudicis, constat: Nihilominus tamen poenitentia sacramentum neuiquam absenti potest impendi. Pari ergo ratione licet matrimonium sit contractus non erit inter absentes sacramentum. Sed Soto & alij Doctores oppositam tenentes sententiam nituntur diluere, hæc argumenta facta pro sententia nostra & Caietani. Respondent enim ad primū quod hoc est peculiare huic sacramento: Nam cum sit contractus naturalis, & materia eius & forma non sint nisi actus contrahentium (vt dictum est) in eorum absentia perfici potest. Tum etiam, quia in matrimonio sic contracto est vera actio, vel passio sensibilis explicans voluntates contrahentium per procuratores. Ad secundum & tertium respondent, quod hoc non impedit, nam sicut pueris ante rationis usum infunditur gratia baptismalis: & quemadmodum non est inconueniens, quod detur gratia dormientibus virtute præcedentis actus, si prius erant in gratia: ita si qui misit procuratorem, est in gratia, vel cum sufficienti attritione, quando alius consentit in matrimonium, ei etiam dormienti dabitur gratia. Et similiter quando procuratores vtrinque missi conueniunt.

Soto.

A **B**

C

D

E

¶

Siluest.
Hostien.

Si sicut

sicut olim ante concilium secundū om-
 num opinionē erat. Hęc distinctione
 sic pręhabita tribus cōclusionibus iux-
 ta tria distinctionis membra me nō in-
 sufficienter dubio proposito posse sa-
 tisfacere arbitror, quarū prima sit. Ma-
 trimonium quatenus est cōtractus hu-
 manus naturalis, siue per procuratorē,
 siue per internūtiū, siue per literas ce-
 lebratum vim obligandi tam in foro
 conscientię quam in exteriori modo
 ad sint testes habet, nisi aliud obstat.
 Hęc conclusio pręter hoc quod est cō-
 cors omnium doctorum tam iuris peri-
 torum quam Theologorum sententia,
 duplici ratione satis euidenter ostendi-
 tur. Et prima est. Quia cum omne pro-
 missum in iure naturali dumtaxat stan-
 do sit debitum nisi alias sit lege prohi-
 bitum, vt patet in l. Legitima conuen-
 tio. ff. de pactis, & in stipulatione per
 procuratorem facta, promissio & pa-
 ctum sit inter homines, consequens est,
 vt huiusmodi cōtractus vim obligan-
 di habeat in vtroque foro, adeo vt per
 iudicem competentem qui sic promi-
 sit ad id seruandum compelli queat, vt
 patet in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinamenti ap-
 probata in noua legum regni cōgerie.
 Secunda ratio est, quod per hoc quod
 sancta Synodus clādestinum matrimo-
 nium irritauit, promissionem & stipu-
 lationem in illo inclusam non abstulit,
 cum nihil circa eam disposuerit, sed in
 suo rigore & robore in quo olim erat
 iure naturali & humano valida, eam re-
 liquit. Neutiquam enim ius naturę per
 sacrum concilium sublatum fuit, vt op-
 time docet frater Antonius de Cor-
 doua minorita in summa ab eo sermo-
 ne Hispano edita. quęst. 52. idem docet
 Nauarro in manuali confessariorū cap.
 25. numero. 144. & frater Alfonsus à ve-
 racruce sacre Theologię ac artiū ma-
 gister ordinis. D. August. in sua appen-
 dice ad speculum coniugiorum quem à
 multis retro annis non tantum in sacris
 ac bonis litteris, verum in omnium vir-

1. conclu.

F. Anto. à Cordoua.

Nauarro.

F. Alfons. à Veracru.

A tutum genere vtriq; huius noui orbis
 respublicę tam Indorum quàm Hispa-
 norum exempla splendidissimum exti-
 tisse cognouimus, idem tenet Doctor
 Gutierrez. lib. de iuramento. par. 1.
 ca. 51. Inquiunt enim doctores isti, quod
 non solum hoc verum habet quando
 Petrus & Maria cōtrahunt per verba
 de futuro, sed etiam quando per verba
 de pręsenti inter se solos, nam quamuis
 B matrimonium indissolubile non sit, va-
 let tamen pro sponsalibus de futuro, ita
 vt obligati maneant ad contrahendū
 de pręsenti corā parochō, & testibus,
 & ad id compelli possunt altera parte
 petente. In quo deceptus fuit doctor
 Frias de Albornoz, in tractatu quē de
 tractos & cōtractos Hispano idio. ma-
 te edidit lib. 4. titu. 1. in quo nonnulla
 correctione digna scripsit. Asserere igitur
 C opus est eos, qui sic per procurato-
 rē, vel internūtiū, vel literas contra-
 hunt in vtroque foro ad adimplendū
 promissum teneri. Signanter diximus
 in conclusione nisi aliud obstat, nā mul-
 ta sunt quę post promissionem factam
 euenire possunt ratione, quorum pro-
 mittens promissum adimplere non te-
 neantur, vt satis diffuse in materia de
 sponsalibus supra difficultate. 13. docui-
 mus.

Licē. Guil.

Alborn.

2. Conc.

D Secunda conclusio. Matrimoniu sic
 per procuratorem inter absentes cele-
 bratum, non esse sacramentum asseri-
 mus. Hęc conclusio pręter hoc quod
 rationibus à Durando, Caietano, & ab
 ingeniosissimo magistro Cano in eius
 veritatis ostēsiōe factis perspicue pro-
 batur, libuit nihilominus alias (vt exi-
 stimo) non leues superaddere. Et earū
 E prima sit, quia cum nullum aliud ex ec-
 clesię sacramētis per procuratorem,
 vel internūtiū, vel literas recipi queat
 vt inductiue per omnia discurrēdo, nē
 pe, nec baptisimus, nec confirmatio, nec
 Eucharistia &c. liquido constat, nulla
 proculdubio ratio conuincens apparet
 cur hoc matrimonio demus. Quod si
 quis

quis dicat hoc peculiare habere matri-
 moniū. prę ceteris sacramētis, ex eò
 quod est humanus cōtractus facile ei
 respondetur, quod ex hoc nō sequitur
 cōtractū illū vim obligandi habere in
 ratione sacramēti, sed tantū in ratione
 cōtractus iuris naturalis. Deinde quia
 cum omnia sacramēta tribus perficiā-
 tur, videlicet, rebus tanquā materia, ver-
 bistanquā forma, & persona ministri
 conferentis sacramētū, cū intentionē
 faciendi quod facit ecclesia. Quorum si
 aliquod desit, non perficitur sacramē-
 tū, vt ex conc. Floren. in doctrina de sa-
 cramentis constat, & in matrimonio
 per procuratorē desit minister eò quod
 non est idē sacerdos in cuius pręsentiā
 vterque contrahentiū consentit, liqui-
 do cōsequitur huiusmodi cōtractū
 nō esse sacramētū. Quinimo etiā si ef-
 fet idem parochus non cēleretur sacra-
 mentū, quoniam deest pręsentiā cōtra-
 hentiū & illorū verba. Probat, nā ex
 eo quod sunt absentes, verba ministri
 nō supra contrahentium sed supra pro-
 curatoris pro absentis consentientis
 consensum expressum cadunt. Hoc
 autem ad sacramēti rationem nul-
 latenus sufficere valet, siquidē expres-
 sio personalis consensus ad id exigitur. Prę-
 terea, quia hoc sacramētū sicut & alia
 nouę legis ex opere operato gratiā nō
 ponenti obicē secundū orthodoxam fi-
 dē conferre habet vt supra difficultate
 5. docuimus: ad id verò pręsentiā illud
 suscipientiū requiri fateri necessum est,
 quandoquidem in illorū absentia nec
 administratio, nec sacramēti susceptio
 vere & in rigore esse possit. Cū igitur
 in matrimonio per procuratorē cōtra-
 cto contrahentiū pręsentiā desit, sacra-
 mentū esse nequit. Pręterea, quia, si ob-
 id ante pręfatū conciliū, grauissimorū
 doctorū opinio assererat, matrimoniū
 per procuratorē celebratū sacramētū
 non esse: quia sacramēti susceptio actio
 siue passio personalis esse debet, multo
 ergo magis nunc post ipsum conciliū

Conc. Flo.

A non esse sacramētū liquet siquidē cō-
 trahentiū pręsentiā, vt sit personalis
 susceptio sancta synodus (vt existimo)
 exposuit, vt in conclusionē sequenti am-
 plius ac luculentius, ostendā. Postrema
 ratio est, quoniam si ante conciliū, quādo
 clandestina matrimonia rata & firma
 erant absque parochō & testibus, gra-
 uissimos Doctores, vt Duran. Caiet. &
 Magistrū Canom, in locis pręallegatis
 B imò Theologorū principē D. Th. in 4.
 dist. 1. q. 1. ar. 3. ad quintū. & Guilielmū
 parisiensem in li. de sacramētis tracta-
 ctu de matrimonio. ca. 9. q. 1. in vniuer-
 sum ausos fuisse opinari matrimoniū sa-
 cramentū non esse vbi deest minister
 omnibus perspicuū est, à fortiori nunc
 post ipsum conciliū hoc ipsum, eos fateri
 si adhuc viuerent opus fuisset pre-
 cipe de sacramēto matrimonij per pro-
 curatorē cōtracto, cū absolute, ac gene-
 raliter absq; exceptione aliqua ad huius
 sacramēti rationē, pręsentiā parochi &
 testium necessariam esse diffiniat.

Duran. Caieta. Cano. D. Thom. Guiller.

C Tertia conclusio. Quandiū sedes A-
 postolica (cuius propriū munus est cō-
 ciliū declarare, & cuius cēsure & cuius-
 libet melius sentiētis omnia à me dicta
 & scripta antea semper subiēci & mo-
 do etiā subijcio) aliud nō diffinierit, cō-
 tractū matrimoniale per procuratorē,
 vel internūtiū vel literas inter absen-
 tes celebratū, nūc post conc. Tridenti-
 nō solū nō esse sacramētū, vt probatū
 est, sed nec verū, ratū, ac firmū indissolu-
 bileq; matrimoniū, suspicor. Et quāuis
 hęc conclusio eisdē rationibus quibus
 præcedens probetur maximo modo
 post conc. quādo nō videtur posse da-
 ri cōtractus matrimonialis quia sit sa-
 cramentum quia tamen non per uiam
 difficultatem habet, eo quod omnes
 etiā qui ante concilium negabant esse
 sacramentum, absque hesitatione ali-
 qua hunc matrimoniale contractum
 per procuratorem celebratum ratum
 ac validum vinculumque indissolubile
 includentem fatebantur, ideo alijs nō.

3. conc.

si id aperte exprimerent, quemadmodum si qui modo clandestine contraherent, quantumvis carnalis copula cum affectu maritali subsequuta esset, matrimoniali vinculo non obligarentur, bene tamen iuris naturalis vinculo nisi expresse caueant, se si huiusmodi contractus matrimonialis sit nullus, non intendere alicui alteri vinculo sese astringere.

Non obstat praeterea, quod obijci posset, quod si sacrum concilium voluisset hunc contractum per procuratorem celebratum in ratione sacramenti matrimonij irritum esse & inualidum illud explicuisset, quemadmodum in impedimento publicae honestatis & affinitatis ex copula illicita contracta & in impedimento ex spirituali cognatione proveniente explicuit. (Non inquam obstat) cum utrobique non sit eadem ratio, quoniam exceptiones has fecit propterea, quod sub aliqua clausula generali derogatoria ipsius concilij non includuntur. At vero contractum matrimoniale firmum & ratum atque proinde indissolubilem non esse, sub clausula illa generali, qui aliter quam praesente parochi. &c. clauditur. Concilium enim oecumenicum & generale vniuersale ecclesiam representans ius nouum condere & in eo clausulam per quam ius antiquum limitaretur aut reuocaretur apponere posse nemini ambigere licet.

Ioan. And.

Dicit enim Ioannes Andreas super cap. Motu proprio extra de preben. quod quando privilegium continet clausulam derogatoriam siue in generali siue in speciali & similiter quando huiusmodi clausula generalis ponitur in conci. hoc sufficit, & hoc ipsum asserit in capite. 1. de excessibus praelatorum in 6. & Archidia. in ca. Cum aliquibus de rescriptis in 6. Ex quibus perspicue elicitur non fuisse opus in sacra Trid. synodo expressam mentionem facere illorum capitulorum ex parte, & ca. finalis de procurato. in 6. ad eorum derogationem

A sicut non fuit opus eam facere ad derogandum quamplurima iura, quae clandestina matrimonia olim ante praedictum concilium vera & rata esse affirmabant. Postremo, non valet argumentum quod aduersus hanc nostram sententiam fieri posset ex axioma illo communi, nempe, quod id quod aliquis auctoritate nostra facit, per nos ipsos censetur facere, ac subinde nos facimus. Sed procurator vice contrahentis gerit, & loco illius substituitur, atque auctoritate eius facit quicquid facit, ergo contrahens facit. Igitur matrimonialis contractus per procuratorem celebratus ratum & firmum, ac subinde indissolubile est censendus. (Non inquam valet) ex eo quod axioma illud duntaxat verum habere iudicamus, cum personalis actio alterius, cuius personae vice gerit non requiritur (ut in naturali contractu contingit.)

C Quo fit, ut in matrimoniali contractu indissolubili, in quo personale praesentiam contrahentium necessarium esse manifeste ostendimus, id locum non habeat. Sed quoniam res est magni momenti cuperem diffinitionem summi Pontificis ea de re videre.

XIX. DIFFICULTAS.

Utrum quando quis dolose & verbis fallacibus de presenti contraxit cum aliqua, asserens se habere consensum quem vere non habet teneatur in conscientia eam ducere?

P R O praesentis difficultatis elucidatione, distinctio bimembris praemitenda erat ante oecumenicum Tridentinum concilium, nempe, quod aut illa erat eiusdem conditionis & status, aut diuersi. Et siquidem erat sibi aequalis vel quasi aequalis, tunc erat prima conclusio, quod si nondum se ad alias nuptias transfulerat, ille, qui sic puellam deceperat, eam accipere in coniugem tenebatur sub mortali peccati reatu, nec erat absoluen-

1. conclu.

absoluedis quousque illam duceret. Haec conclusio praeter hoc quod habetur in iure extra de adulterijs. capite. 1. & 2. est omnium Theologorum sententia. Illam namque tenet D. Tho. in dist. 28. artic. 2. ad 4. Scotus in 4. distinctione 30. quaest. 1. Adrianus in quaest. 2. de matrimonio. Siluester in verbo matrimonio 4. §. 8. Rationibus quoque probatur. Prima, quia ille intulerat puellae grauissimam iniuriam, quam resarcire non poterat alia via, quam eam in uxorem accipiendo tenebatur ergo eam ducere. Secunda, quia quemadmodum si quis modo post sacrum Tridentinum concilium contrahat sponsalia per verba de futuro, siue seruata forma illicita, siue non seruata tenetur eam ducere, ita si ante concilium contraxerat praefata sponsalia de futuro, tenebatur sub poena grauis peccati mortalis eam in coniugem accipere, & a fortiori tenebatur, si per verba de praesenti cum aliqua contraxisset, & habuisset rem cum illa carendo interiori consensu. Et modo etiam post concilium tenetur. Nec solum est intelligenda conclusio ista, quando illa quam deceperat, aut vi oppresserat erat virgo, verum etiam si non esset virgo: nam quamuis quando virginem destorauerat, maiori obligatione eam ducere tenebatur: nihilominus & si non esset virgo teneretur ipse verba sua solida facere, veluti in quibuscumque alijs contractibus & promissis, in quibus interuenit, Do ut des, ut egregie docet dominicus a Soto in quarto distinctione vigesima septima quaestione prima articulo tertio.

D. Thom. Scoto. Adrian. Siluest.

Om

Om

Soto.

Annotare oportet, me signanter dixisse, Ante sacrum oecumenicum Tridentinum concilium, quando clandestina matrimonia erant valida, nam hodie post ipsum concilium, si verbis illis fallacibus de praesenti clam cum illa contrahat, asserens se habere consensum quem vere non habet, non vi-

A detur quod teneatur eam accipere in coniugem, cum iam matrimonia & sponsalia quae illo modo contrahuntur, secundum priorem opinionem non sint valida: secus secundum posteriorem. Nec praesumi potest, eam deceptam fuisse, cum certa forma contrahendi in praedicto sacrosancto concilio sit statuta & apposita, quae in huiusmodi clandestino contractu non fuit seruata: videtur tamen mihi, & quod melius faceret eam ducendo, & quod ad minus eam dotare teneatur ratione nocenti. Quid autem sit dicendum, si praedicto modo, scilicet dolose contraheret, seruata tamen forma concilij, statim docebimus.

Secunda conclusio. Si erat magna disparitas inter illos, itaque erat multo melioris conditionis ac status vir, aut aliquod fraudis signum euidentis fuerat ex parte ipsius mulieris, vel ex verbis viri & bonis coniecturis facile poterat deprehendi fallacia, non eam ducere tenebatur. Probatur, nam tunc probabiliter poterat praesumi eam deceptam, non fuisse, sed se deceptam finxisse, quia videbatur apparens ipsam consensisse. Tenebatur tamen tunc illam dotare iuxta modum dotis, quam Virgines suae conditionis & status accipere consueuerant: quod si fuerat nimis leuis credendo, forte nec in integrum eam dotare tenebatur, etiam si eam Virginem inuenisset, sed ad arbitrium prudentium compensare illi, pensato ex vna parte damno, & ex altera, quod censetur sua sponte voluisse decipi. Quod si sine dolo, & deceptione ipsa se ad id offert, vel leuiter rogata consentit, nihil ante concilium nec post illud teneretur restituere in conscientiae foro, etiam si vere virgo esset. Tum, quia scienti & sponte consentienti non fit iniuria nec dolus. Tu etiam, quia lex

D

E

quæ obligat ad soluendum aliquid ei quam deflorauit, agit de decipiente. Signanter diximus leuiter, nam si grauius importunè fuit rogata, satis dicitur coacta, quoad hunc effectum. Et eadem ratione quando erant eiusdem conditionis ac status vir ipse & puella, si ipse iam esset impeditus ratione matrimonij sequentis legitimi, in quod consentiat, tunc non tenebatur eam ducere, imo non poterat, secunda uiuente: attamen eam dotare tenebatur, & ista secunda mortua eam quam deceperat, tenebatur in coniugem accipere. Hæc tamen sic dicta intelligenda erant quantum ad conscientiam forum, quia quantum ad forum iudiciale in isto casu, si mulier poterat probare contractum de presenti, vel de futuro, & copulam subsequutam, cogebatur vir illam ducere in uxorem, nec admittebatur probatio in contrarium, ut notatur in capite. Is qui de sponsalibus. Non tamen debebat etiam præcipiente ecclesia redire ad primam illam deceptam, alia uiuente, sed potius humiliter excommunicatione pati debuisset, attamen taliter cum secunda habitare debebat, ut inde scandalum non generaretur. Nam si secus contingeret ire ad aliam patriam tenebatur cum secunda. Etsi clarius scire cupis, quam obrem illum compellebat ecclesia habitare cum prima, tibi respondeatur, quod quia erat præsumptum matrimonium cum illa. Quæ omnia secundum iura antiqua vera, & in usu fuerunt. **Conc. Tri.** Nunc autem secundum ius nouum sacri Tridentini concilij, si vir cuiuscumque conditionis sit, siue publice siue occulte, siue ueris uerbis, siue dolosis contrahat cum aliqua, siue inferioris conditionis & status, siue æqualis non seruata forma in prædicta synodo statuta & apposta, nec erit, uerum matrimonium in foro interiori, nec præsumptum in exteriori, ut ex ante dictis liquido patet, atque adeo nec sponsalia. Et secundum primam opinionem. Et si prohibito matrimonio,

prohibentur etiam sponsalia ut patet. **L. oratio. ff. de sponsa.** Sed licet hoc uerum sit: nepe, quod ita contrahendo per uerba de presenti non sit matrimonium nec si per uerba de futuro sunt, sponsalia, secum dicta opinione atque adeo nec ex hoc capit, teneatur puellam ducere: Et tamen si ea uerbis fallacibus, promissionibus, seu pollicitatione deceperit, carente interiori consensu: Et promittendo se postea illam in coniugem accepturum iuxta formam ab ecclesia traditam, & ipsa illam quam uiro probat, & studiose adhibens fidei, permiserit se ab illo cognosci: si uere & realiter fuit decepta, & non potius decepta fuisse se finxit, nec leuiter rogata consentit (ut dictum est) creditur ergo (sub peritorum censura) quod tunc tenetur in conscientia eam ducere, uel saltem dotare, pensato modo & quantitate dotis, quam Virgines suæ conditionis & status accipere consueuerunt secundum arbitrium sapientium. Et itaque tenetur ad faciendum id, quo illa maneat contenta, uel ad resarciendum ei damnum omne, quod inde illi euenerit, scilicet quanto maioris eget, quo talis adipiscatur meritum, qualem manens uirgo adipisceretur, ut inquit Nauarro in manuali cap. 16. num. 17. & ad id debet à confessario persuaderi, imo si nollet, non deberet illum absolueret, ut tenet Scotus in 4. dist. 30. q. 1. Adria. q. 2. de matrimonio ad secundum. Palu. di. 27. q. 2. ar. 5. & uidetur esse sententia D. Th. in addit. 3. p. adiectis q. 46. ar. 2. ad tertium. Quæuis ab ecclesia non possit compelli, ut ex ca. Præterea, de sponsa. liquido constat. & tenet Soto in 4. d. 29. q. 2. ar. 1. & ar. 3. & di. 27. q. 2. ar. 5. Et uidetur mihi hæc sententia suaderi posse triplici ratione. Prima, quia huiusmodi uir iure naturali tenetur resarcire & recõpensare nocentem & grauissimam iniuriam, quam puellam intulit. Secunda, quia ex hoc quod sic maneat obligatus non sequuntur mala, quæ ex matrimonio & ex sponsalibus clandestinis ex quo erant ualida sequebantur, quibus uolens sancta synodus

Nauarro.
Scotus.
Adrian.
Palud.
D. Thom.
Soto.

¶

Conc. Tri.

¶

nodus succurrere annullauit huiusmodi contractus. Tertia, quia maximè discrimen est inter contractum per uerba de presenti, uel de futuro, celebratum absque forma concilij ex una parte, & istam promissionem ex alia, nam illic cum non fiat secundum formam statutam, & appositam ab ecclesia: non debet præsumi eam deceptam fuisse, sed se deceptam finxisse, ut in calce primæ conclusionis docuimus: in nostro uero casu bene præsumitur deceptio, imo ut supponitur, uere & realiter fuit decepta. At uero si forma prædicta seruata contrahat cum illa, quantumcumque uerbis dolosis & fallacibus, fingens se habere consensum, quem uere non habet, siue ambo sint eiusdem conditionis, & status, ut dicitur in prima conclusione, siue longe diuersi, ut dicitur in secunda, nihilominus talis uir in foro iudicali cogebatur habitare cum illa, & in foro animæ. Et quia consensu interiori caruit, peccauit duplici peccato, scilicet contra iustitiam proximum decipiendo in re maximi momenti, & peccato sacrilegij contra religionem, eo quod ludibrio exposuit ipsum sacramentum. Quocirca accedendo ad huiusmodi foeminam, eaque ut uxor uentendo grauius peccat, quam si cum alia fornicetur, sicut qui auctoritate publica furatur, grauius peccat, quam qui priuata. Unde uidetur mihi satis probabiliter dici posse, quod non sufficeret huic dicere in confessione, fornicatus sum, uel accessi ad non meam, sed quod teneretur explicare, illam esse cum qua dolose contraxerat, & quod si nondum ad secundas nuptias transferret teneretur adhibere consensum, nec antequam illum adhiberet, esset à confessario absoluendus. Et cum iterum in facie ecclesiæ contrahere non valeant citra scandalum, & fieri matrimonium non possit quousque de nouo mutuis utriusque consensus simul concurrat, ante concilium Tridentinum necessarium erat, ut ille qui sciebat impe-

dimentum, subtraheret ab altero coniuge illud ignorante suum consensum cum maxima cautela: quod hodie post concilium intelligendum est, admodum quem in XVII. Difficultate docuimus. Si uero priusquam de nouo consentiat alibi ubi matrimonium primum ignoratur, uere cum alia contrahat, & iuxta formam præscriptam in concilio, & cum illa diu illic manere non possit, quin noticia primi matrimonij ad aures in loco illo habitantium perueniat: ad patriam longinquam, & maxime remotam atque distantem cum illa secunda ire tenetur, & cum illa illic manere, ubi talis noticia haberi non possit. Animaduertendum est hic, quod quatuor sequentes casus tantum locum habuerunt ante prædictum concilium: de creui tamen illos lectori proponere, tum pro matrimonijs ante illud celebratis dignoscendis: tum etiã, ut nihil iuris antiqui ignoret. Primus casus erat, quod aliquando non admittebatur probatio in matrimonijs præsumptis. Erat enim casus expressus in cap. Continebatur. de sponsa. impube. Vbi habetur, quod si uir dicat, se cognouisse suam sponsam, cum qua eadem domo habitabat, ei credatur, si hoc iuret, nisi mulier uellet se uirginem probare per aspectum sui corporis. Nam si inuenta fuisset uirgo, elidebatur præsumptio prior, quæ erat pro uiro, capit. Proposuiisti, & ad hoc verificandum tradenda erat ipsa mulier septem probis matrimonij, quæ omni seruata honestate eam uisitarent, ut dicitur in dicto cap. Proposuiisti. Aliquando autem non admittebatur probatio. Erat enim casus de conditione apposi. cap. De illis, & cap. Per tuas ubi habetur, quod qui contraxit sponsalia sub conditione, si ante conditionis euentum cognoscat ipsam mulierem, præsumitur eam affectu maritali cognouisse, & per hoc præsumebatur recedere à conditione.

Secundus casus erat, & communis in 2. casu

Si 5 cap.

¶

cap. Is qui de sponsa. vbi habetur, quod is qui sponsam de futuro cognouit post sponsalia, præsumitur eam affectu maritali cognouisse, ac proinde matrimonium esse præsumptum. Secus tamen erat, quando eam prius cognouerat, & postea eam desponsauerat per verba de futuro, & eam amplius nõ cognouerat, quia tunc non dicebatur matrimonium præsumptum, licet aliqui neoterici iuristæ contrarium tenuerint.

3. Casus. Tertius casus erat, in quo ecclesia ante præfatum sacrosanctum concilium Tridentinum iudicabat esse matrimonium: quando contraxerat cum impubere, & in qua malitia nõ supplebat ætatem, per verba de presenti: quia solum erat sponsalia de futuro iuris interpretatione, vt dictum est, verum si postquã puella effecta erat adulta, recipiebat à suo sponso iocalia vel vocando se coniuges, vel se amplexando, aut osculando vt coniuges: ex his præsumebat ecclesia, quod de nouo consentiebat: & sic erat matrimonium præsumptum. Casus iste habetur in cap. vnico. §. secundo de sponsa. impub. lib. 6.

4. Casus. Quartus casus habetur in cap. Proposuit. de cõiug. seruo. vbi dicitur, quod si liber homo ignoranter cõtraxit cum ancilla, nullum est matrimonium: tamen si postquam sciuit eam esse ancillã carnaliter eã cognouit, præsumitur, quod affectu maritali cognouit, ac ex consequenti ante concilium erat matrimonium præsumptum. Et quod dictum est de muliere in his casibus, intelligebatur etiam è conuerso de viro, concludendo igitur dicimus, quod in omnibus his casibus, & in alijs si qui alij reperiantur in iure, erat matrimonium præsumptum præsumptione iuris, & pro tali iudicabatur in foro exteriori, nec admittebatur probatio in contrarium, etiam cum iuramento, & qui hæc matrimonia nõ volebat seruare, detrudendus erat in carcerem, donec etiam inuitus ea seruaret, vel ad hoc compellendus erat per

A césuram ecclesiasticam, si iudici visum foret. cap. Ex literis. & cap. Ex parte extra de sponsa. & matrimonijs. Ex dictis constat iam quo pacto ante sacrosanctum concilium, quãdo quis negabat, se consensisse in matrimonium, quod verbis contraxit: si verba legitime probabantur; Ecclesia in fauorem matrimonij sententiam proferebat, illud habens pro rato, licet nonnunquam in foro conscientie nullum fuerit. Signanter dixi, casus istos locum habuisse in matrimonijs ante prædictum sacrosanctum concilium celebratis, quia nunc post eius promulgationem, neuti quam per consummationem copulæ, nec ex eo quod puella cum venerit ad ætatem adultam, recipiat iocalia à sponso suo, & datur matrimonium præsumptum, atque adeo nec si liber homo verbis de presenti etiam publice contrahat cum quacunque muliere, siue libera siue ancilla, etiam si eam, postquam scit esse ancillam, carnaliter affectu maritali cognouerit, in foro interiori verum matrimonium censetur, nec in exteriori præsumptum iudicabitur, nisi secundum formam in prædicta synodo statutam, & appositam fuerit celebratum.

D Sed annotare hic oportet, quod siue ante concilium quando ecclesia ex præsumptione matrimonium habebat pro rato, siue post illud si contingat, quod aliquis contrahendo secundum formam ab ecclesia statutam careat interiori consensu: nihilominus filij ex huiusmodi matrimonio nati sunt legitimi, vt habetur in capit. Ex tenore. Qui filij sint legitimi. Regula enim generalis est, quod quancunque ex parte vnus coniugis ad fuit bona fides, & matrimonium fuit contractum in facie ecclesie, filij ex huiusmodi matrimonio progeniti sunt legitimi. ¶

E Sed adhuc in foro conscientie ante prædictam sacrosanctam Tridentinam synodum oriebatur dubium, idque grauissimum, quod etiam (vt videbimus) in aliquo

aliquo casu nunc locum habet. Dubium, inquam erat, vtrum quando alter coniugum negabat se consensisse, alius posset ad secunda vota commigrare? Primum exemplum erat ex parte viri, vt si secreto & sine testibus acceperat Mariã in vxorem, verbis fallacibus exprimes consensum, vt suam libidinem expleat, & taliter illã se duxerat, vt ipsa existimaret verum fuisse matrimonium, postmodum vero se consensisse negabat, & sic eam relinquebat perplexam. Secundum exemplum erat ex parte foeminae vt si ipsa postquam consenserat metu parentum, dicta retractabat, ac dicebat se non consensisse: & idcirco virum ancipitem relinquebat. Dubium, inquam erat, vtrum in istis casibus posset cõiux, qui sic anceps manebat, citra mortale crimen ad aliastrã ire nuptias, vel an teneretur expectare alterum cõiugem, quousque respiceret. Et subiungebatur aliud dubium, vtrum persona docta licetè posset ei cui constat de promissione facta, & consensu verbis de presenti expresso, quem alter negabat, consulere, vt aliam duceret vxorem, vt in casu præmissio. Quo ad primum dubium ante sacrum Tridentinum concilium, hac prima conclusione satisfiebat, vt vir qui consenserat in aliquam, & ipsa similiter cõsenserat per expressam promissionem: si simul in vnum per multum tempus permanserant, postea vero ipsa dicente, se non cõsensisse, & diuertente à viro propria auctoritate, non posset aliam licetè ducere. Conclusio hæc ostendebatur manifeste ex eo quod qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, sed qui statim, vt vxor negat, aliam ducit, facit contra cõscientiam, ergo peccat. Agit enim contra conscientiam, quam habet de consensu explicito verbis vel signis. Item in dubijs tutior pars est eligenda: sed dubium est, vtrum talis verù dicat, vel mentiat, & probabilius est, ipsam mentiri, cù non reuocauerit con-

A sensum statim, sed per longum tempus simul habitauerit, tutior ergo pars est non ducere aliam. Quare, non licebat viro aliam ducere solum quia vxor dicebat se non consensisse. Tinet etiã sententiam Hugo de sancto Victore, in libro de sacramentis. par. II. cap. 6. vbi dicit neque ecclesiam dare licentiam, vt aliam ducat, sed debet expectare ipsam, si non potest testibus conuinci, & ipsi in poenam quia clandestine contraxit non datur licentia, vt contrahat cù alia. Idem quoque tenet Ricardus in quarto distinctione. 19. artic. 1. quæstio. 3. nam dicit, quod vir non tenetur ei credere: si postea neget se consensisse, quoniam præsumitur, eam mentiri, vt est determinatum in cap. Per tuas. de probatio. Ex hac conclusione eliciebatur à fortiori nullò modo tali viro licere aliam ducere, quando illi constabat de consensu mulieris expressione, & ipsa postea omnino negabat se cõsensisse expresse. Nõ, inquam, licebat aliam ducere vsque ad mortem primæ, cù qua expresserat consensum: maior nanque ratio erat, quod posset transire ad aliud matrimonium quando alter negabat se consensisse in corde, quàm quando negabat consensum expressisse, ac verba protulisse, quia cordis arcana nulli possunt esse nota, nisi soli Deo, verba autem sic.

Quoad secundum verò dubium erat hæc secunda conclusio in ordine respõsionis sua. Sicut viro seu foeminae certo scienti certitudine morali alium consensisse, qui tamen negabat se consensisse, ac promississe, nullo modo licebat commigrare ad alias nuptias citra mortale crimen: ita nec licebat sapienti ei consulere, vt aliam duceret. Probatur, nam qui consulit peccatum, vel mouet ad illud, peccat: at verò qui consulebat huiusmodi homini sic perplexo circa cõsensum vxoris, aliam ducere, consulebat peccatum, cum ipse peccaret aliam ducendo, quia agebat contra conscientiam habendo propriam coniugem viuam, ergo

1. Conclu.

2. Conclu.

ergo qui consulebat peccabat. Digni enim sunt morte (ait Paulus Ro. 1.) non solum qui mala faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Multo ergo magis digni erunt morte consulentes: Faciebat enim pro hac sententia text. in cap. Mulieri de iure iurando. Vbi innuebatur, quod mulieri asserenti, quod aliquis sibi promiserat quod ille negat, & alias probationes non haberet, iudex non deberet dare licentiam contrahendi matrimonium cum alio, ne author periurij videretur, neque deberet prohibere, quod cum alio contraheret, ne si forte falsum iurauerit, matrimonium legitimum impediret, sed suae conscientiae esset relinquendum. Praeterea, quilibet tenetur non scandalizare proximum, sed in casu isto, qui consulebat aliam ducere, scandalizabat proximum, quia dabat occasionem ruinae, vt dictum est, non igitur licebat ei consulere vt aliam duceret, neque poterat illi dare licentiam, aut consulere, vt aliam duceret, alias peccatum consuleret. Solum nanque tunc episcopus declarabat, quod non erant compellendi ad cohabitandum, cum vno negante, nullam probationem alter adduceret.

3. *Concl.* Tertia conclusio erat, viro seu foeminae, quae persuaderi poterat ex probabilibus & vero similibus coniecturis ad arbitrium prudentis viri in altero coniuge conjugalem consensum defuisse, licitum erat, transire ad secunda vota, & similiter licitum erat viro sapienti habenti huiusmodi coniecturas consulere hoc. Ita Couarruias. 2. par. capitulo secundo in suo de matrimonio, & Sylue. in verbo, Matrimonio. 4. §. 9. asserunt. Iudici vero stando in foro iudiciali minime hoc licebat consulere. Eiusmodi autem coniecturae erant sequentes: nepe, si ille qui negabat se consensisse, quando praecesserant verba expressa, vel signa inter illos de matrimonio, vel quando praecesserant verba à parentibus vel consanguineis, etiam de matrimonio,

Couarru. siluef.

A illo reuocasset, & patefecisset, quod non consenserat, vel monstrabat hoc factis fugiens à consortio, vel quia inter eos erat magna disparitas generis, vel diuitiarum, status vel conditionis, ita quod erat tam impar, quod non erat verisimile, illum istam in uxorem accepisse, & praecipue, si aliquod aliud signum fraudis apparebat, quod poterat probabiliter praesumi, quod sponsa non fuerat decepta, sed se decipi sinxerat, & vir erat probatae vitae, puta, quia omni anno confitebatur, & communicabat, & conuersabatur cum viris bonae vitae, & inde ad secunda vota iam transferat. Nam viro non contrahente non erat tutum, vt ipsa contraheret. Eodem modo si puella, quae consentire se dixerat, consensisse negabat, verisimilibus coniecturis metrum patris probas, si erat foemina alias bonis moribus imbuta, & alteri viro iam copulata, tunc tutum poterat vir prior alteram sibi matrimonio sociare. Si tamen coniecturae praeteriti consensu essent vehementes: quia scilicet non erat forte adeo dispares, neque erat verisimilis metus, & talibus verbis, & modo vir consenserat, vt ipsa arbitrio sapientum non posset non credere illum consensisse. Praesertim si post notabile tempus (vt dictum est in prima huius dubij conclusione) id negauerat, quia tunc revera vxor quamuis adiurando ipse negaret, & ad alias transiret nuptias, non deberet illi fidem adhibere: nam vt habetur cap. Per tuas. de probatio. Nimis indignum est, vt quod sua quisque voce dilucide protestatus est, in eodem casum proprio valeat testimonio infirmare. Quocirca, nec poterat ipse alteri nubere: quod si de facto nupsisset, matrimonium nullum esset, sed profus deferendum, quamuis pluribus esset iam liberis foecundum: non obstantibus quacunque seditione & scandalo. Deferendum, inquam, quoad thorum: quoniam neque poterat illa debitum petere, neque viro reddere, sed mortem de-

beret potius sustinere, quam reddere: imo licet coniecturae non essent tam vehementes, sed essent tam certae, quod ad arbitrium sapientum essent, vtrunque pares, ita quod facerent rem dubiam, nequiret ad secundas migrare nuptias, alias tunc etiam ageret contra conscientiam.

Annotare hic oportet, me signanter dixisse, Ante sacrosanctam Tridentinam synodum, nam hodie post ipsam synodum, quantumuis per magnum temporis intervallum simul habitent, si non contraxerunt seruata illa forma, quam concilium ordinavit, scilicet in praesentia parochi & duorum vel trium testium, non habent locum huius difficultatis conclusiones, vterque nanque illorum potest tunc propria auctoritate cum alio contrahere, & cuicumque etiam licet ei illud consulere. At vero si seruata forma praedicta contraxerunt, locum habent omnes tres praefatae conclusiones, nam non solum si ipsa dicat, quod aliquo metu leui sibi à parentibus illato, consensit, sed etiam si constet viro metum huiusmodi fuisse in virum constantem cadentem, & pari ratione si constet foeminae virum voluisse illam decipere: nihilominus, non licet illi in eodem loco, & patria, vbi sciri potest primum matrimonium illa relinquere propria auctoritate, & aliam ducere, nec viro sapienti illud consulere. Ratio est evidens, quia semper scandalum oriretur, & tenemur non scandalizare proximos. Imo nec ecclesia illud permetteret, quousque ordine iudiciario talis metus vel deceptio constaret, & primum matrimonium pro non rato ab ecclesiastico iudice daretur. Secus tamen esset dicendum, si tunc se ad aliam prouintiam remotam ac valde distantem transferret, vbi neutiquam matrimonium primum innotescere posset: nam tunc illic non tantum, si ei de dissensu alterius coniugis constaret, verum etiam si de hoc expressis probabilibus, & vero simili-

A bus coniecturis persuasus esset, ad secunda vota ei transire liceret, & viro sapienti huiusmodi coniecturas habenti hoc ipsum consulere. ☩

XX. DIFFICULTAS.

Vtrum postquam coniuges habent ad inuicem in se possessionem, & incipiunt dubitare de matrimonio liceat petere debitum conjugale?

I N hac quaestione, vt certa ab incertis separemus, annotare oportet, quod quaestio haec non habet locum, quando alter coniugum habet coniecturas certas, quod alter habuit consensum, vt in casu posito in praecedenti difficultate: nam tunc non tantum poterit reddere, verum etiam petere, quantumcumque alter neget se consensisse: deberet tamen illi sic neganti, petenti denegare debitum, atque ei obijcere, quare ab illo petat debitum, cum fateatur se non habuisse consensum, & idcirco si vult vt illi reddat: quod consentiat tunc: quod quidem non solum ante concilium, sed nunc post ipsum videtur posse verificari, vt in casu, quo verbis fallacibus, sed seruata forma contraxit, & postea negat se consensisse. Nec etiam habet locum quando certo quis cognouit non esse verum matrimonium, siue bona fide, siue mala à principio contraxerit matrimonium cum secunda. Quia cum tali certitudine nec exigere nec reddere potest debitum, etiam adueniente praeccepto ecclesiae. Habetur namque hoc expresse in cap. Inquisitioni extra de sententia excommunicationis, & in capit. Dominus. de secundis nuptiis, vbi determinatum est, quod si quis coniugum sit certus de vita prioris coniugis, nullo modo liceat ei petere nec reddere. Quilibet enim tenetur sub mortali peccato non accedere ad alienam, & si sit foemina non accedere ad alienum, siue sit exigendo

gendo siue reddendo. Dixi, etiam si ad-
 lit ecclesie præceptum, quia ecclesia non
 potest id quod illicitum est, ac iure diu-
 no & naturali prohibitum, licitum fa-
 cere. Non igitur poterit facere quod sit
 licitum accedere ad alienam, cum sit for-
 nicatio, quæ iure diuino & naturali est
 prohibita. Quocirca quando pro certo
 scit impedimentum coniugij, debet po-
 tius excommunicationis sententiã hu-
 militer sustinere, quam per carnalẽ cõ-
 mertium peccatum mortale perpetra-
 re. ¶ Quia sicut fornicatio & adulteriũ
 sunt intrinsicè mala, vt mendacium &
 periurium, ac proinde in nullo casu lici-
 tẽ fieri possunt, ita iste vel ista quæ im-
 pedimẽtum habet, in nullo casu potest
 huic debitum reddere magis, quàm al-
 teri, cum sciat non esse virum suum. ¶
 Ex his iam euidenter colligitur, senten-
 tiam Magister sententiarum in distin-
 ctione 38. in. 4. & Hugonis lib. 2. de sa-
 cramentis par. 11. c. 6. esse falsam, & te-
 merariam & fortasse erroneam, ¶ qui
 dicunt, quod in casu quo est certa de
 alio coniuge, licet ob ecclesie præcep-
 tum nõ suo commiseri. ¶ Nec obstat
 id quod obijci solet, quod si huic mulie-
 ri, aut viro scienti impedimentum, in ta-
 li casu debitum reddere non liceret: ef-
 set perplexa, quoniam si non reddat de-
 bitum huic, quam vel quem scit non ef-
 se virum suum, aut vxorem suam mor-
 taliter peccat, & incurrit excommuni-
 cationem. Si autem reddat, fornicatur,
 eo quod accedit ad alienum, ac per con-
 sequens erit perplexa. Non inquam ob-
 stat, quia sustinendo excommunicatio-
 nem, & abstinendo à sacramentis non
 peccat. Quod si cum aliqua illarum ma-
 trimonium non consummauit: optimũ
 remedium erit, ingredi religionẽ, quo-
 niam sic satisfaciet vtrique vxori, &
 vtraque manebit libera ad contrahen-
 dum cum alio, & sic etiam excommuni-
 cationem vitabit, atque omnia alia in-
 conuenientia. Si vero iam consumma-
 uerit matrimonium cum illa, quæ re ve-

M. senten.
 Hugo.
 ¶
 ¶

A ra illius erat vxor & compellatur ab
 ecclesia, vt habitet cum alia; renun-
 ciare debet huic, dicendo, quod non
 est eius vxor, debetque ab illa, & à sa-
 cramentis etiam abstinere, eo quod
 sententia excommunicationis in eum
 lata fuit iusta. Deinde si vitè non po-
 test habitare in religione illa, qui vel
 fama, vel vita eius periclitatur, in regio-
 nem aliquam longinquam discedere
 eum oportet (vt dicit Diuus Thomas) ¶
 cum vera vxore, aut de eius licentia, si
 eam secum deducere non valeat. Quod
 sic otrahens impedimentum sit mulier
 tunc & remedium adhibere, longe
 fuerit difficilius, & nihilominus ad-
 hibitio illius arbitrio prudentis viri re-
 linquitur. Hoc tamen pro certo ha-
 beatur, quod illa huic debitum red-
 dere non valet, cum non sit suus ma-
 ritus. Non obstat etiam, quia sicut li-
 citum est iudici innocentem publice
 probatum nocentem occidere, sic etiã
 licitum esse videtur mulieri reddere de-
 bitum huic viro, qui sententia publi-
 ca suus esse dèrnetur, etiam si scientia
 priuata, non esse virum suum sciat
 cum maius malum sit innocentem oc-
 cidere, quàm adulterium committe-
 re. Non inquam obstat, primo quia
 non est eadem ratio, nam iudex hunc
 innocentem probatum nocentem li-
 berare minime valet absque scanda-
 lo: at verò coniux habens impedi-
 mentum bene absque scandalo potest
 non reddere debitum, quandoquidem
 actus ille in secreto fit. Deinde, quia
 illius iudicij executionem ad publi-
 cum bonum esse necessariam, omni-
 bus perspicuum est, non vero matri-
 monialem illum actum. Demum non
 obstat, id quod obijcitur, quod cum
 ex duobus malis minus sit eligen-
 dum, minusque malum sit reddere,
 huic debitum, quam esse inobedien-
 tem Ecclesie, & excommunicatio-
 nem incurrere, consequitur, vt in casu
 proposito reddere, debitum licitum sit.

D. Thom.

Non

Non inquam obstat, tum, quia in malis
 spiritualibus solum minus malum per-
 mittitur, vt maius vitetur, quemadmo-
 dum re ipsa compertum est, meretrices
 à republica tolerari, ne maiora mala spi-
 ritualia sequantur, tum etiam, quia quã-
 do non sunt intrinsicè mala, optimè
 minus malum eligere licet, vt non au-
 dire missam, ne perdat vitam, si horum
 duorum malorum alterum sequi opus
 sit. Quando autem est intrinsicè malũ,
 etiam minimum nequiquam eligere li-
 cet. Mentiri nanq; etiam pro totius mũ-
 di salute non licet. Cum igitur fornica-
 ri, non autem excommunicationem su-
 stinere, malum intrinsicè esse constet,
 inde nimirum consequens fit, vt in casu
 præsentis, eam sustinere debeat vt forni-
 cationem euitet. ¶ Nec etiam habet lo-
 cum quæstio quando habet suspiciõne
 ex leuib; coniecturis: nam tunc ad pa-
 storis consilium illam deponere debet,
 & sic reddere & petere, vt habetur in
 dicto cap. Inquisitioni. Restat ergo iam
 propositam difficultatem solum habe-
 re locum, quando est dubium forma-
 tum: nempe, quãdo sunt, æquæ rationes
 pro vtraque parte, vt si vxor bona fide,
 credens primum matrimonium nõ ef-
 se legitimum, quia vir dixit se non con-
 sensisse, aut esse consanguineos, ad secũ-
 das nuptias se trãstulit, quibus celebra-
 tis ambigere probabiliter incipit, pri-
 mum matrimonium legitimum fuisse,
 atque adeo secundum non esse solidũ,
 aut dubitare incipit, secundum maritũ
 esse sibi consanguineum. Similiter, con-
 traxit vir cum aliqua muliere, & post
 coniugium occurrit ei dubium, an sit
 matrimonium, eo quod antequam cum
 illa contraxisset, accessum habuerit ad
 consanguineam illius in quarto gradu
 ante concilium vel post conciliũ in pri-
 mo vel secũdo. Aliud exemplum, quæ-
 dam mulier contraxit matrimoniũ bo-
 na fide, putans priorem maritum mor-
 tuum esse propter dictum cuiusdam vi-
 ri magnæ autoritatis. Postea autè ad

¶

A dictum alterius tantæ autoritatis asse-
 rentis illum adhuc viuere, formauit
 æquale dubium pro vtraque sui parte,
 an viuat, vel non, ac proinde an sit ma-
 trimonium cum isto secundo, an non.
 In hoc ergo casu quæritur, an possit nõ
 tantum redire, sed exigere debitũ cõ-
 iugale ab eo, quem secundo loco duxit.
 Et pro huius difficultatis pleniori intel-
 ligentia, præiacenda sunt à nobis quæ-
 dam fundamenta, quorum primum est.
 Quod quando necesse est in alterũ duo-
 rum extremorum incidere: licitum san-
 ctumque est, vt euitetur magis pericu-
 losum, eligere minus, vt quando occur-
 runt duo præcepta, naturale scilicet &
 positium, quorum alterum necesse est
 frangere: potius frangendum est positi-
 uum, quàm naturale, & sic in alijs. Hoc
 fundamentum habetur in cap. Duo ma-
 la. 13. distinctione ex concilio Toleta-
 no octauo.

Secundum fundamentum est. Si ali-
 quid faciendo quis exponit se periculo
 peccandi, non illud faciendo nulli se pe-
 riculo committit, vt si dubitat, an ho-
 die sit præceptum de ieiunando: si come-
 dit, exponit se periculo peccandi mor-
 taliter, siquidem qui amat periculũ, pe-
 ribit in illo. Ecclesiasti. 3. Si vero nõ ce-
 nat, nulli se periculo committit.

Ecl. 3.

Tertium fundamentum est. Quod
 dubium potest esse practicum, vel spe-
 culatiuum. Est enim speculatiuum, quan-
 do mulier dubitat, si est vir suus: an nõ,
 vel quando milites dubitant, si est bel-
 lum iustum vel iniustum. Practicũ ve-
 rò est ipsa operatio, vt dubitare, an red-
 dere debitum huic sit bonum vel ma-
 lum.

His fundamentis sic prælibatis sit i. Conclu-
 sio. Coniux in dubio pra-
 ctico pari ex vtraque parte constitutus,
 si illud amouere non potest, siue à prin-
 cipio bona fide contraxisset siue mala,
 & siue alter coniux tantum sciat impe-
 dimẽtum, & sit dubius, siue ambo, sem-
 per tenetur in conscientia alteri coniu-
 gi

gi petenti debitum reddere, imo etiam si qui petit faciat contra propriam conscientiam petendo, ut si mulier prius votum castitatis emisit, postea autem aliqua carnes tétatione agitata petat à suo viro debitum, quamuis vir sciat illud: nempe, quòd propter illud impedimentum peccat vxor petendo, nihilominus ei reddere tenetur. Imo non solum hoc verum etiam si de eius consensu fecit votum, tenetur petenti debitum reddere, licet petere nequeat. Poterit tamen ille facultatem quam illi fecit reuocare, ut ait Augustinus cap. Manifestu. 33. quæstione. 5. Hanc conclusionem tenent grauisissimi doctores. Illam nanque tenet Petrus Paludanus in. 4. distinctione 36. quæstione. 2. articulo. 3. Syluester, verbo, Matrimonio. 8. §. 3. & verbo, Matrimonio. 6. §. 8. & Soto in. 4. distinctione 41. quæstio. 1. artic. 5. ad. 3. Habetur quoque hæc sententia in cap. Dominus de secundis nuptijs. & in cap. Inquisitioni. Et probatur aperte ex primo fundamento, quia non reddendo exponit se periculo maiori, quam reddendo: quandoquidem negando debitum exponit se periculo committendi iniustitiam, & reddendo tantum exponit se periculo fornicandi. At fornicatio culpa minus grauis est, illicitum igitur erit debitum negare cum tali dubio. Præterea, in re ambigua semper standum est determinationi ecclesiæ, ut ex cap. Maiores. extra de baptismo patet, ut quando milites dubitant an bellum sit iustum an iniustum, dicit Augustinus cuius verba habentur. 23. quæst. 1. cap. Quid culpatur, quòd si princeps præcipiat, teneretur obedire supposito, quòd habet princeps verum dominium ac legitimam possessionem super ipsos milites: quia si non haberet, non tenerentur obedire. Ceteris enim paribus, semper melior est conditio possidentis, ut habetur de regu. iuris in. 6. regula. 65. Cum igitur alter coniux habet possessionem super corpus alterius in dubio constituti, reddere de

D. Aug.

Palud. siluest.

Soto.

Aug.

bet exactus iste qui sic est dubius, quia est hoc saltem obedire Deo præcipienti reddere vnicuique quòd suum est: quia in dubijs parendum est. Ex hac conclusione & eius probatione euellitur Adriani opinio in. 4. quæstio. 2. de matrimonio, & quolibeto. 2. artic. 3. & Scoti dist. 30. quæstio. 1. & Ricar. dist. 27. artic. 10. quæstio. 4. qui omnes vnanimiter consentiunt in hoc, quòd sic dubius nec potest petere, nec reddere. Nec opus est impresentiarum adducere argumenta, quæ faciunt pro hac sententia: cum ex dictis facili negotio solui possint. Omnia enim habent locum quando qui petit non habet legitimam possessionem, & quando non se exponit maiori periculo non reddendo: tunc nanque non tenetur reddere petenti, qui sic dubius est. Vnde, qui probabiliter dubitaret an vxor sua sit serua, quòd bona fide credens esse liberam duxerat, non tenetur or to tali dubio ei reddere petenti, quia magnum damnum incurrit reddendo: nam si in tali dubio reddat: remanebit per totam vitam cum illa: quod quidem in hac nostra conclusione minime locum habet. quippe cum legitimam possessionem habeat petens, ac iustitiam ad petendum, atque ex consequenti alter non reddens iniustitiam committat. Quare non reddendo maiori se exponit periculo.

Secunda conclusio. Coniux in dubio practico æquali constitutus, siue à principio bona fide, siue mala contraxit si sua sponte petat ab altero coniuge debitum coniugale, peccat mortaliter. Hæc conclusio constat ex nostro secundo fundamento, quia si non petat, nulli se exponit periculo: petendo autem periculo fornicationis se exponit, non ergo ei licet petere. Et præter hoc quod conclusionem istam tenent omnes doctores adducti pro priori conclusione, scilicet Palud. Syluest. Diuus Thom. in 4. distinctione. 41. quæstione. 1. articulo 5. q. 1. ad. 3. habetur quoque definita in dicto

Adrianus.

Scotus. Ricar.

2. Conclus.

dicto cap. Inquisitioni ubi expresse præcipitur, quòd qui probabiliter dubitat, non potest manente dubio exigere, ne agat contra conscientiam: cum cuiuslibet sit præceptum de non agendo contra conscientiam, ut patet ex Paulo loco citato. Et nihil interest, vtrum à principio bona fide vel mala contraxerit, nam rationibus probabilibus aduenientibus non minus potest formari dubium, qui bona fide contraxit, quam qui mala. Nec textus citatus reddit pro ratione, quia à principio habuit malam fidem, sed ne agat contra conscientiam, quia qui agit contra conscientiam, adificat gehennam. Vnde, non credo satis tutam fore illorum opinionem qui afferunt, quòd si quis bona fide contraxit matrimonio putans priorem coniugem mortuum, si facta diligentia non potest veritatem inuenire, quòd quantumcumque maneat in dubio potest non solum reddere, sed petere absque peccato aliquo, quia siue bona fide siue mala contraxerit, & siue adhibuerit diligentiam in indaganda veritate siue non, imo adueniente ecclesiæ præcepto, quòd maneat simul, si adhuc cum his omnibus maneat dubius: semper agit contra conscientiam, quòd nequaquam licet. Si tamen dubium deponat ad ecclesiæ præceptum, quia cum desistere non possit à matrimonio, non dubitat, quòd licet ei petere: bene potest tunc petere. Quòd maximè verum habere apud istos huius noui orbis neophitos existimo, qui quidem non solum episcopi præceptum: verum etiam cuiuslibet ministri, siue in confessione, siue extra, ut oraculum habent ac venerantur. Quare sufficiens erit, ut nullum remaneat in eis dubium ad reddendum petenti, & ad exigendum. Sed si non deponant dubium, nullatenus licet eis petere. Scio tamen quosdam doctissimos viros tenere non solum sic dubitantem posse reddere, verum etiam petere, quorum sententiam nunquam mihi persuadere potui. Verum est tamè,

quòd si timet mulier incontinentiam, poterit reddere, & etiam petere. Sed si non timet, solum poterit reddere. Similiter quando est vir habens dubium istud, & scit vxorem suam esse nimis verecundam, ne ipsa detrimentum patiat, poterit vir ipse optimè petere: nam tunc licet formaliter sit petere, virtualiter tamen est reddere. Nec ego nisi in hoc casu audem consulere existente huiusmodi perplexo dubio, quòd peteret.

Tertia conclusio. Qui dubitat de vero coniuge quantum ad speculatiuum indicium, non tamen dubitat quantum ad praxim, exigendo, & reddendo: potest licite non solum reddere, sed petere. Stat enim vxorem habere debium istius propositionis. Hic est vir meus speculatiue, & non habere de ista gradu hunc est accedendum, quæ est prædicta.

Similiter quamuis miles speculatiue dubitet, an bellum sit licitum: necne: at tamen principe præcipiente, tenetur ire ad bellum, quia certus est se benefacere practice. Sic nanque ait Caieta. in quibusdam responsionibus, & Medina de restitutione. q. 17. & Nauarro de penitentia dist. 7. c. Si quis autem. Doctusimus etiam Soto tenet idem in sua relectione, de ratione tegendi & de tegendi secretum membro. 3. q. 1.

Ex dictis omnibus in hac difficultate quatuor regulæ possunt colligi semper ob oculos habendæ ad diffiniendum in moralibus, & earum prima sit. Quòd primū matrimoniū est certū: non licet ad secundas nuptias transire propter quodcumque dampnum emergens, quòd si de facto quis ad eas transferit: sunt dirimendæ, quicquid inde sequatur. Patet ex determinatione Innocentij in dicto cap. Inquisitioni, de sent. excom.

Secunda regula. Quòd primum matrimonium non est certū, sed est dubium: non licet transire ad secundas nuptias. Si tamen quis de facto secundas nuptias celebrauerit: posterit reddere, imò

3. Conclus.

E

Caieta. Medina. Nauarro. Soto.

1. Regula.

2. Regula.

T t etiam

Soto.

etiam tenetur, minime vere exigere. Et annotato hic cum Soto, quod si quis mala fide dubitans, probabili dubio priores nuptias fuisse legitimas, se transfert ad secundas, probabilius est, secundas esse irritandas: nam cum mala fides nemini suffragetur, illud secundum matrimonium ex altera parte claudicat, & ideo ex neutra est firmum.

3. Regula.

Tertia regula. Si stipatum matrimonium non est certum nec probabile, sed tantum sunt pro illo quaedam leues coniecturae, tunc absque conscientiae scrupulo, qui illas habet coniecturas poterit transire ad secundas nuptias, ut si vir statim revocavit, & patescit, quod non consensit, & inde ad secunda transierit vota, ut dicit Syluest. verbo. Matrimonij. §. 9. vel si foemina ignobilis contraxit cum aliquo nobili viro, quia est magna coniectura, quod illam deesse velit. Poterit transire ad secundas nuptias.

4. Regula.

Quarta regula. In his omnibus ad veritatem diffinendam, & librandas pensandasque rationes ex utraque parte magno consilio opus est. Unde ire oportet ad verum magni concilij, & vitae & scientiae.

XXI. DIFFICULTAS.

Utrum clandestinum matrimonium sit validum?

Conci. Tri.

Quoniam clandestinum matrimonium usque ad promulgationem auctoritatis oecumenice Tridentinae synodi nostra hac tempestate celebrata validam fuerat, & de illo quae plures canones a Romanis pontificibus extabant compositi, & a doctoribus non pauca vel minima quaestiones tractabantur, ut nihil antiquitatis ignoretur, referam hic nonnulla generaliora, quae de ipso clandestino matrimonio scripta, & tradita fuere, adductu-

rus in vnaquaque conclusione huius difficultatis determinationem praedicti concilij obseruandam, & tenendam deinceps. Pro cuius elucidatione praenotabo, quid clandestinum matrimonium olim diceretur. Et licet canonum professores sex modos clandestini matrimonij distinguant, quos nonnulli Theologorum ab illis mutuauerunt, ut Petrus a Palude in 4. distinctione. 28.

Ego tamen dumtaxat duos hic apponere decreui, ad quos, in fallor, omnes reducuntur. Primus, sique maxime proprius erat, quando fiebat sine testibus legitimis, per quos in foro exteriori posset comprobari. Secundus vero modus (tamen si non tam proprius) erat quando licet fieret testibus adhibitis, sed sine solennitatibus fieri assuetis, videlicet non praemisissis denunciationibus & bannis.

Tunc enim erant legitimi testes, quibus valebat ecclesiae matrimonium innotescere. Et utroque modo prohibitum erat fieri ab ecclesia, ut patet extra de clandestina desponsatione. Hoc fundamento sic praehabito, quantum ad primum modum erat prima conclusio. Matrimonium clandestinum. Si per verba de presenti (se motis etiam omnibus arbitris) fieret, firmum ac validum erat. Assertio haec praeter hoc quod ante sacrum concilium Tridentinum erat concors Theologorum sententia habetur expresse in iure. cap. quod nobis extra de clandestina desponsatione, & capit. Tua nos. de sponsalibus. & 30. quaestione. 5. capit. Nec illud, ubi ad hoc probandum subiungit summus Pontifex pro documento, quod multa fieri prohibentur, quae tamen si fiant, facta tenent. Et ut cum quis sponsalia per verba de futuro cum vna contraxit, prohibitum est illi iure naturali, matrimonium cum alia contrahere: tamen si de facto contrahat cum illa secunda, factum tenet. Quo fit, ut non satis sit, matrimonium aliud esse prohibitum, ut irritum statim esse iudicetur.

Habetur praeterea in c. Suffi-

cienciae

Palud.

Conclu.

E

Th

Sufficiat. Vbi dicitur, solum contrahentes consentum sufficere, & sic omnes doctores fatebatur, consentum per verba de presenti expressum inter legitimas personas sufficere. Nihil enim magis naturale est, quam ut posset per suam quisque voluntatem alteri se coniugem tradere. Sed hoc non obstante sit fecunda conclusio. Iustissimè ecclesia ante sacrum Tridentinam synodum prohibuit matrimonia sine parentum consensu, & quaecunque alia clandestina fieri multis rationibus permota. Primo, quidem, quia in iure naturali stando filij parentibus obedire tenentur, eorumque consilio negotia peragere. Cum autem matrimonij negotium maximi momenti sit, iuste ecclesiam absque parentum consensu fieri prohibuisse, fateri opus est. Secundo, quia cum in matrimonio perpetua ac indissolubilis obligatio sit, maximam deliberationem ad contrahendum exigere omnibus perspicuum est, hanc autem adolecentes minime habere queunt, praesertim puellae: Non ergo absque parentum consilio contrahere debent, cuius rei expressum exemplum habetur Genes. 24. de Isaac, qui cum quadraginta esset annorum, non nisi ex parentum voluntate duxit uxorem: & seruus Abraham prius parentum voluntatem, quam puellae Rebecae explorauit. Tertio, quia ex consensu omnium nationum liquido constat, occulta matrimonia esse detestanda, publica verò colenda: At verò consensus iste communis vox naturae, & Dei dici solet, a quo lex petenda est (ut ait Cicero libro primo Tusculanae quaestionum) iure igitur optimo clandestine contrahere prohibitum est. Quarto, quoniam cum foeminae partim leuitatis partim autem cupiditatis vitio laborent, facile viris in matrimonio consentiebant, ipsi vero statim ut illas adepti erant illico dimittebant ad alias publicas se transferentes nuptias, quae tamen in rei veritate nuptiae non

2. Conclu.

Gene. 24.

Cicero.

erant. Postremo, quia illa a parentibus inducta, praereverecundia, primum matrimonium publicare non audebant, sed matrimonio secundo ex voluntate parentum exquisito consentiebant, ex quo inconuenientia illa (quae sacra synodus euitare intendit) sequebantur. Iure igitur naturali clandestina matrimonia tanquam paci contraria, bonaeque reipublicae gubernationi aduersa, atque obedientiae a filiis parentibus debita iniuriosa, prohibita sunt.

Licet enim obedire filij parentibus teneantur: attamen non sic sunt sub eorum potestate, ut sine consensu ipsorum, propria filiorum voluntas ad celebrandum verum matrimonium non sufficiat. Nec nocebat, inquiunt Doctores, sicut nec hodie nocere potest, huic sententiae id quod Euaristus Papa in Epistola prima ad Episcopos Africanos dicit, cuius verba referuntur in causa citata 30. quaestione. 5. capit. Aliter ubi dicitur, quod nisi ab his qui super ipsam foeminae dominationem habere videntur, petatur vxor, non coniungia, sed adulteria vel fornicationes esse non dubitatur, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima. Ex quibus verbis videbatur colligi, quod non erat matrimonium, siquidem illud Pontifex appellat contubernium fornicarium. Non, inquam, nocebat, nam illud dixerat Pontifex, ex eo quod matrimonia illa quae non fiebant solenniter secundum tenorem legis in iudicio exteriori, ex praesumptione iuris reputabantur ab ecclesia stupra & fornicationes, quauis in foro conscientiae essent vera matrimonia, vel dic

quod Pontifex appellabat huiusmodi matrimonia fornicationes, & supra gratia exagerandi peccatum, quod committebatur in clandestino matrimonio, & non quod voluisset asserere, non esse matrimonium secundum conscientiam, quinimo hoc insinuauit cum dixit, Nisi voluntas propria suffragauerit, &c.

quasi

T t 2

Conci. Tri.

quasi dixisset, quod si proprii consensus interuenirent, quamuis occulti: matrimonium verum ac ratum esset in conscientia. Vnde, non eodem modo, quo matrimonium prohibebatur ab ecclesia inter consanguineos in quarto gradu, & matrimonium clandestinum prohibebatur, nam cognati censebantur sicut & modo ab ecclesia illegitima matrimonij materia: sed tamen prohibitio clandestini coniugij non tangebat materiam, aut formam, sed modum, siquidem rata & vera erant clandestina matrimonia libera contrahentium consensu facta: at verò hodie prohibitio clandestini matrimonij in sacrosancto Tridentino concilio, nuper sub Pio. 4. celebrato, sessione vigesima quarta in decreto de reformatione matrimonij capit. 1. tangit illum modum tanquam necessarium ad efficiendum matrimonium ratum, & firmum, sub his verbis, Qui aliter, quam præsente parcho, vel alio sacerdote de ipsius parcho, seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attemptabunt: eos sancta synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsente decreto irritos facit, & annullat. Et qui dem quod ecclesia huiusmodi clandestina matrimonia annullare potuerit liquet ex decreto eiusdem concilij in eadem sessione, can. 4. vbi sub his verbis diffinit, Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in his constituendis errasse: anathema sit. Annotare etiam oportet concilium signanter dixisse, ad sic contrahendum, & non simpliciter, nam si postea haberent parochum & testes legitimos absque dispensatione aliqua coram eis contrahere possent & in fine eiusdem capituli determinat tempus, quando lex ista incepit obligare, cum dicit, decernit insuper, vt huiusmodi decretum in vna-

A quaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos. Hæc sancta synodus. Quo fit, vt matrimonia clandestina post sufficientem promulgationem prædicti decreti, post triginta dies à die publicationis (intra quos præsumit sancta synodus fieri posse) sint iam irrita ac nulla, non tantum si absque testibus, sed etiam si testibus adhibitis celebrata fuerint, nisi seruata fuerit præfata forma, vt id quod dixerat, scilicet præfate parcho vel alio sacerdote de ipsius parcho seu ordinarij licentia, fideles intelligerent inuolabiliter esse obseruandum, subiungit infra eodem capit. quod si quis parochus, vel alius sacerdos siue regularis siue secularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponso sine illorum parochi licentia matrimonio coniungere aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tãdiu suspensus maneat, quandiu ab ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, absoluantur. Hæc sancta synodus, & non est validum matrimonium. Ex his euidenter elicitur prætextu cruciatæ vel alterius priuilegij, vel necessitatis non parochum vel sacerdotem alium sine eius vel ordinarij licentia, non posse aliquos matrimonio copulare, etiam si facultatem digniora sacramenta conferendi scilicet eucharistiam, & poenitentiam, habere compertum sit, quoniam matrimonium ad externam ecclesiæ politiam pertinet, neque est tam frequens. Signanter dixi, vel necessitatis, quia etiam si concubinarius in articulo mortis esset constitutus, absoluique possit ab omnibus peccatis, & ecclesiæ censuris à quocunque sacerdote: non tamen poterit à non parcho, vel alio sacerdote facultatem eius, aut ordinarij non habente matrimonio cum concubina coniungi vt eorum filij sint legitimi. Sed

3. conclus.

Caleta.

4. conclus.

Con. Arel.

Sed iam quod erat validum matrimonium clandestinum, merito consequenter in dubium vertebatur, vtrum esset licitum? & ratio dubitandi erat quia multa facta tenent, quæ tamé non licent. Pro quo dubio erat tertia conclusio in ordine, quod matrimonium clandestinum ab his nudatum incommodis, quæ accidere solebant, & ecclesiæ prohibitione, nullum erat peccatum: nam quemadmodum potest quisque sua bona alteri absque testibus & arbitris tradere, ita & se poterat alteri coniungere, vt dicit Caletanus in additiõibus. 3. part. adiectis. Erat quarta conclusio, quod matrimonium, cui duo saltem vel vel tres testes non intererant, quorum testimonio in foro ecclesiæ probari posset, ratione incommodorum subsequentiũ & prohibitionis ecclesiæ, nisi aliqua esset legitima excusatio, erat peccatum mortale. In primis hæc conclusio constabat ex cap. Cum inhibitiõ extra de clandestina desponsa. & ex capite aliter 30. quæst. 5. & ex concilio Arela. capit. 6. in quibus locis prohibebatur contrahere clandestine: at verò non obedire ecclesiæ peccatum mortale est, nisi ex materiæ leuitate excusetur: hoc autem ecclesiæ præceptum erat de re graui, quia magni referebat, tum ad tranquillitatem Reipublicæ, tum etiam ad sacramenti firmitatem, & ad falsas cauendas nuptias: ergo huiusmodi præcepto nõ obtemperare peccatum mortale erat. Conclusio ista verum habebat, etiam si nullum esset matrimonium propter impedimentum dirimens, vt si consanguinei clanculum contraherent, qui quidem tum peccabant, tum etiam excommunicationis sententiam incurrebant. Quocirca in Clementina vnica de consanguinitate & affinitate contrahentes in gradibus prohibitis sententiæ excommunicationis subijciebantur ipso facto, cui etiam

A hodie post sacrum Tridentinum concilium subijciuntur sic contrahentes, cum præfata clementina non sit abrogata. Probatur deinde nostra conclusio ex vtroque matrimonij fine. Ordinatur namque ad prolem tanquam ad principalem finem, non solum vt procreetur, sed vt commodè educatur, atque religiosè instituat. Ordinatur secundo ad operum communicationem viri & foeminae: & ad vtrumque finem mutua vtriusque requiritur cohabitatio. At vero ex tali clandestina coniunctione liquido constat, quod vterque finis impediatur: siquidem ex hoc quod non interfuerant testes, quibus probaretur primum matrimonium, in statu damnationis remanebant, dum priore vxore cum qua clam contraxerant, relicta, transibant ad alia matrimonia cum alia palam contrahendo, & cum ea in perpetuo adulterio viuendo, & sic verum matrimonium primum dirimebatur secundum ecclesiæ iudicium, licet non secundum rei veritatem, quo dirato, non paruum proli inferebatur nocumentum: ergo mortale peccatum erat clandestine contrahere. Præterea quia qui sic clam contrahebant alijs scandalum generabant, nam eos tanquam concubinarios reputabant, vt dicit Caletanus loco citato, & vt dicitur in dicto capit. Aliter. Postremo patet, nam cum pro istius modi clandestina coniunctione grauissima excommunicationis poena infligeretur communiter ab episcopis, sit, vt esset mortale peccatum sic contrahere, quandoquidem excommunicationis vinculum non nisi pro peccato mortali infligitur. Nec à peccato excusabantur neophyti clandestine contrahentes absque testibus, quibus sufficienter iam hoc præceptum erat promulgatum, cum lex ecclesiastica iusta & sancta omnes Christianos obliget, transgressoresque non ignorantes inuincibiliter culpa reos faciat.

secus si nondum præcepti huius plenâ haberent notitiam: tunc nanque non mortaliter delinquebant clandestinè contrahendo. Vnde, à fortiori ratione, fateri oportebat, non peccare infideles sic contrahentes: sicut nec modo peccant, dum in sua infidelitate perseverant: tum quia non sunt legibus ecclesiæ subiecti, tum etiam, quia ex nullo iure naturali ad hoc astringebantur, sicut nec modo astringuntur: cum mala quæ ex clandestino matrimonio sequebantur, non ex natura rei & ipsius actus, sed tantum ex hominum malitia inferrentur. Quo fit, vt nullatenus sit in hac parte fides adhibenda cuidam viro de literis certè & religione benemerito, ac mihi perinde colendissimo, qui nuper in quodam suo opere asseruit, quod seclula ecclesiæ prohibitione, iure naturali infideles tenerentur non contrahere clandestine. Hæc quarta conclusio scilicet quod erat peccatum mortale clam contrahere, hodie etiam locum habet post præfatum concilium, non solum si testibus deficientibus attentent clandestinè contrahere, verum etiam si testibus præsentibus, & data quacunque ex culatione contrahant non seruata forma in prædicto concilio statuta. Quod quidem apertè probatur ex eisdem rationibus, quibus ante concilium probabatur, nam cum non obedire ecclesiæ præcepto mortale peccatū esse constet (nisi materiæ leuitate quis excusetur) & quod celebrentur matrimonia secundum prædictam formam, sit præceptum ecclesiæ, & de re graui, fit, vt eâ non seruare sit mortale. Et hoc idè: nempe, quod sit mortale contrahere non seruata forma præfata. Innuat sancta synodus Tridentina, cum dicit, Insuper parochum vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero & testes qui sine parochio vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerunt nec non ipsos contrahentes grauius arbitrio ordinarij puniri præcipit. Hæc sancta

Cōcl. Tri.

A synodus. At vero grauis poena non nisi pro mortali peccato infligi solet, qui igitur contrahunt non seruata forma prædicta concilij, mortaliter delinquant & matrimonium est nullum.

B Quinta conclusio erat, quando plures casus poterant contingere in quibus dispensare licebat, & decebat, idque fieri poterat per episcopum: imo in quibus si copia episcopi haberi nō posset, vel si ipse iniuste dispensare renueret, valeret sponsi priuata autoritate citra culpam contrahere: primo, vt ait

C Caiet. quæstio. 2. de matrimonio. super 3. part. si repentinus casus rationem offerret contrahendi, & testes haberi nō possent, vt si virgo esset sub tutela iniqui tutoris constituta, & vellet eam viro ignobili ac indigno tradere in uxorem, posset absque aliqua culpa clam nubere honesto ac sibi grato iuueni, vbi tuta esset, quod ipse postmodū matrimonium non negaret. Et idem dico, si parentes vel tutores nollent puellam nuptui tradere, vt patrimonium suum consummarent. Secundo, si prius in facie ecclesiæ bona fide contraxerant, & in veritate propter occultum impedimentum nullum fuerat matrimonium, postmodum autem deprehenso seu cognito impedimento occultè obtenta dispensatione poterant secretè contrahere absque villo peccato præstito mutuo consensu, cum non deberet iterū matrimonium publicè contrahi, nec oriretur scandalū. Imo si alter tatum impedimentum nollet, non oportebat id alteri reuelare, sed dissimulanter persuadere, vt se haberet pro coniuge, iuxta modum & formam à nobis supra Difficultate decima septima assignatā. Tercio, si concubinarij iter agerent, & ob concubinatum in periculum inciderent subito, tunc potuissent matrimonium occultè contrahere, vel si depreherentur in concubinato, poterant etiam illico contrahere, vt affirmare possent se esse

D E

5. Conclu.

Caiet.

Soto.

1. Conclu.

coniuges. Quarto, potuisset absque peccato clam fieri matrimonium, quando post excidium ac ciuitatis destructionem euaderent duæ legitimæ personæ. Quin verò si aliqui fuissent soli quorum maximè interesset coniugari & valdè timeret, quod illo elapso tempore prohiberentur ne contrahere possent: tunc si occultè in matrimonium consensissent animo post modum publicè di, dicebat Dominicus à Soto, quod non peccabāt salte mortaliter. Hodie tamen ista quinta conclusio post sacram Tridentinam synodum, non potest habere locum in aliquo prædictorum casuum: quia modus & forma contrahendi in præfato concilio statuta, est necessaria ad efficiendum matrimonium ratum & firmum. Quod si in secundo casu ex hoc quod contrahant seruata forma, oriatur scandalum, adire debent superiorem, vt dispenset non solum in impedimento, sed etiam in forma prædicta. Sed vt magis forma ista seu modus contrahendi explicetur, merito consequenter dubitare quis posset, quæ sint in illam formam recipienda, tanquam de essentia, aut necessitate sacramenti matrimonij, quæ autem de necessitate præcepti, quæ verò nec de necessitate sacramenti, nec præcepti: cui dubio per aliquod cōclusiones me non insufficienter satisfacere posse arbitror, quarum prima sit. Necessitate præcepti semper fuit necessarium vt matrimonij sacramentum autoritate ecclesiæ conficeretur, nempe tunc cum verba de præfati proferuntur, vel quando postea matrimonium publicatur, si ex ista causa antea non potuit, vel saltem quando solemnizatur in ecclesia. Hæc conclusio euidenter probatur, tum quia cum matrimonium in bonum publicum per se ordinatur, exigitur, vt publica autoritate cōtrahatur. Iure namque gentium in matrimonium contrahendo, solemnitatem introductam fuisse, publicumque conuiuium exhiberi solitum nemini dubium

A esse valet, vt in coniugio Rebecæ & Tobia liquido apparet, tum etiam quia ministros ecclesiæ inferiorum Dei dispensatores esse, liquet testante Apostolo I. Corinthiorum. 4. At verò negotij sibi crediti rationem reddere nequeūt. Si quisque de populo propria autoritate matrimonium contrahere posset, vt igitur legitimè contrahatur, Ecclesiæ autoritas necessario requiritur. Tū vero, quia idem Apostolus inter cætera præcepta, quæ eius discipulo Timotheo

B 1. Ad Tim. 5. tradidit vnum fuit, vt viduas adolescentulas matrimonio coniungeret, vnum ergo munus episcopi est matrimonij sacramentum administrare: ob id nanq; vetustissima traditio à principio institutionis huius sacramenti Christus Dominus cum beata Virgine, & discipulis

C suis nuptis interesse voluit. Ioan. cap. 2. vt fideles persuasum sibi haberent, illud legitimum sacramentum matrimonij esse, quod Dei inuocatione, autoritateque sacrosanctæ matris ecclesiæ per manus Apostolorum & eius ministrorum dispensaretur. Et hoc ipsum Clemens in Epistola. 1. ad Iacobum fratrem Domini insinuat, cum dicit, se hoc præceptum inter alia à Diuo Petro accepisse,

D se, vt virgines matrimonio iungeret. Tum demum ostenditur euidenter ex decreto ipsius sacre synodi Tridentinæ, cum dicit, ecclesia sancta iustissimis de causis clandestina matrimonia semper fuisse detestata, non autem ob aliam causam, nisi quia deest ecclesiæ autoritas, ergo autoritas ista requiritur, si quidem ipsummet concil. dicit quod illa erant vera, ac rata matrimonia.

E Secunda conclusio, ante concilium Tridentinum probabilis est, matrimonium fuisse verum sacramentum, etiam si nullus minister ecclesiasticus adesset. Cōclusio ista est expressa Diui Thomæ sententia in additionibus. 3. p. quæstio. 45. articulo. 5. in corpore, & ad. 2. vbi docet, quod in sacramento

1. Ad Tim.

5.

Ioh. 2.

Ioh. 2.

Ioh. 2.

Ioh. 2.

Ioh. 2.

Cōcl. Tri.

2. Conclu.

D. Thom.

poenitentia, licet actus noster sit de essentia: non tamen est sufficiens ad sacramenti effectum proximum inducendum nempe, absolutione à peccatis, & ideo oportet, quod ad sacramenti perfectionem interueniat actus sacerdotis, sed in matrimonio actus ministri sunt causa efficiens ad proximum effectum inducendum (qui est mutua obligatio) cum quicumque iuri iuris possit se alteri obligare: & idcirco sacerdotis benedictio neutiquam in matrimonio requiritur quasi de essentia sacramenti, sed de ipsius solennitate. Quo fit, ut licet omittatur, verum sit matrimonij sacramentum: peccant tamen sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentur. Hæc D. Thom. cuius sententiæ subscribit Petrus à Palude in. 4. distinctio. 26. questione. 6. ar. 3. ad argumenta Durandus, & Capreo. ibidem questione. 1. & Soto, & denique est communis opinio præter quod rationibus insuper conspicuis ostenditur. Prima, quia cum acceptarentur ante concil. Trident. clandestina matrimonia à iure, & ab ecclesia, ut vera sacramenta, siquidem non illa dissoluebat profecto minister ecclesiasticus necessarius non erat. Secunda, quia cum concil. Floren. in omnibus alijs sacramentis ministrum ordinarium & extraordinarium apposuerit, & quando de matrimonij sacramento egit, nullam mentionem de ministro illius in particulari fecerit, signum euidenter videtur, ministrum ecclesiasticum non requiri de necessitate huius sacramenti. Confir. nam in præfato concil. dicitur quod causa efficiens matrimonij est mutuus consensus expressus per verba de presenti aliorum autem sacramentorum, minister ecclesiasticus. Ergo licet in alijs talis minister sit necessarius, non tamen exigitur in matrimonij sacramento. Tertia, & vltima ratio sit, quia quæuis alia sacramenta constet habere formam determinatam, à ministro ecclesiastico proferendam: attamen in matri-

Palud.
Durandus.
Capreo.
Soto.

conc. Flo.

monij sacramento illam huiusmodi formam esse nemo est qui ambigat, ac ex consequenti non exigi in illo huiusmodi ministrum ecclesiasticum, fateri necessum est. Nec obstat id quod solet obijci aduersus istam sententiam, nam cum omnia nouæ legis sacramenta quædam cæremoniæ sacræ sint, & matrimonium absque sacro ministro contractum non cæremonia sacra, sed quid prophanum censeatur consequens fieri videtur nunquam fuisse sacramentum, sicut nec modo est sine ministro. (Non inquam obstat) eo quod licet matrimonialis contractus humanus, & ciuili sit: attamen ex quo à Christo Domino sanctificatus, & assumptus est, ut in instrumentum gratiæ, iam cæremonia sacra dicendus est. Quod vero prophanè contrahatur non prouenit ex ipso sacramento, sed ex parte contrahentiũ, qui quidem indignè ac prophanè contrahunt, atque ob id sacrilegium committunt. Non etiam obstat id quod concilium Florentinum dicit, Tria esse necessaria in sacramentis nouæ legis, scilicet materiam, formam, & ministrum, quorum si aliquid defuerit, sacramentum non perficitur. Si ergo minister ecclesiasticus defuerit, non tantum post concilium Tridentinum, verum etiam ante ipsum, matrimonium non erit sacramentum. Non inquam obstat, nam illa verba concilij in communi, & in vniuersali sunt dicta. Quocirca referri, & accommodari debent, singulis sacramentis non in eodem rigore. Non enim eodem modo res sensibiles in omnibus sacramentis reperiuntur, quæ sint materia. In sacramento namque poenitentia non est aliqua res sensibilis exterior, ut est in baptismo aqua & in vnctione oleum. Sic etiam satis erit in matrimonio dare materiam, & formam, quæ verba sunt vtriusque coniugis consensus exprimètia, & ex eo quod vterque contrahentiũ est alterius minister, vera contractus ratio saluatur. Quæuis enim hæc

B

C

D

E

Conc. Flo.

hec verba ex natura sua spiritualem effectum non significant: ex Christi tamè institutione hoc habent, quia quæadmodum aqua in baptismo non esse, sed ex institutione Christi nouam vitam habet significare, sic etiam de verbis matrimonialibus dicendum est, quod cum illa antea tantum ciuili contractus essent, instituta sunt à Deo ut signum, & causa gratiæ essent, at vero absque ecclesiastico ministro, sanctitas sacramentorum informis est, eo quod ex instituentis virtute pendet, non autem ex natura signi. Sicut enim verba ista, Ego te absoluo visitata erant iudicibus ante Christi aduentum, & tamen non figurabant, nec sanctitatem aliquam efficiebant, ex quo tamen illa Christus instituit. Pro poenitentia sacramenti forma, virtutem homines absoluendi à peccatis illosque sanctificandi habent: ita verba ista, Accipio te in meam vel in meum, quæ ante Christi aduentum tantum efficiebant contractum quendam humanum, & ciuilem, postea sacramentum conficiunt, ac proinde sanctitatis, & gratiæ causatiua sunt, quam quidem sanctitatem verba illa, ego vos coniungo in matrimonio, vel alia quæ dicit sacerdos neutiquam efficere queunt. Non refert etiam id, quod D. Thom. dixit, 4. contra gen. cap. 78. quod matrimonium secundum quod in bonum ecclesie ordinatur, regimini ipsius ecclesie subijci debet, & subdit, ea autem quæ per ecclesie ministros populo administrantur sacramenta dicuntur, videtur ergo D. Thom. intelligere matrimonium sine ecclesie ministro contractum non esse sacramentum. (Non inquam nocet) quoniam D. Th. prius in communi loquutus fuit, cum dixit, quod ea quæ per ministros ecclesie dispensantur, sacramenta dicuntur: non tamen dixit quod omnia sacramenta, ut sacramenta sint, per ministros ecclesie dispensari debeant. Satis enim est quo ad solennitatem. Unde subdit, quod in matrimonio quædam

D. Tho.

A

B

C

D

E

benedictio nubentibus per ministros ecclesie adhibetur, huiusmodi autem benedictionem non esse de essentia neque de necessitate sacramenti nemini in dubium venire potest.

Tertia conclusio. Neque ante sacrum Tridentinum concilium neque post illud sunt necessaria aliqua verba ministri ecclesiastici ad sacramenti essentiam. Hæc conclusio quo ad primam partem probatione non indiget. Quo ad secundam vero probatur, quia Theologi doctores, & episcopi etiam qui concilio interfuerunt, nunquam aliquam sacramentorum formam esse de essentia matrimonij intellexerunt. Ergo nec verba sacerdotis, nam si essent, profecto non eos latuisset, neque explicare omisissent. Item, quia cum conc. Floren. tradidisset Armenijs sacramentorum formas & ecclesie latinæ traditiones, in sacramento autem matrimonij nullam formam à sacerdote proferendam tradidisset illis, sit consequens, ut in matrimonio nulla sit forma, nec minister ecclesiasticus necessarius tanquam de essentia, alias cum non explicauerit non solum esset diminutum conc. Verum etiam quodammodo in re grauissima eos decepisset. Quæuis enim instituit ut sacerdos dicat, ego vos coniungo in matrimonium, vel alia verba similia: non tamè statuit tanquam de essentia, imo nec de necessitate sacramenti, quin potius iam sacramentum est confectum per contrahentium mutuos consensus per verba de presenti expressos. Ipsos namque contrahentes & ministros esse, & præter illos non esse alium ministrum ecclesiasticum de essentia huius sacramenti, affirmamus.

Quarta conclusio. Post sacrosanctam Tridentinam Synodum presentia parochi, vel alterius sacerdotis de parochi, vel ordinarij licentia, & pari ratione presentia testium adeo necessaria est, ut absque illa matrimonium sit nullum, & persone sint inhabiles ad sit contrahendum. Hæc conclusio præter hoc

3. Concl.

Conc. Flo.

4. Conc.

Con. Trid. quod ex decreto sacri Tridentini concilij, quod incipit, qui aliter &c. est evidens ostenditur manifeste, tum, quia per sonæ, quæ aliter quam publico quodam testimonio contrahunt, inhabiles sunt, contractusque ille inualidus ac nullus redditur, tum etiam, quia non parum refert, ut thesauri ecclesiæ, ipsius ecclesiæ autoritate dispensentur. Tum demum, quia sacerdotis presentiam autoritate eos in matrimonium copulandi habetis necessariam esse asseueramus, ad hoc ut contrahentium stantiumque; fidelium mentes ad superna & diuina erigantur, nam quemadmodum in alijs sacramentis præter illorum essentialia, aliqua sacramentalia præcedentia ac subsequentia, cum quibusdam cæremonijs, ac solennitatibus ad sacramentorum dignitatem commendandam adhiberi solent: ad eundem modum in hoc matrimonij sacramento, contrahentium consensus verbis expressus presentiaque; sacerdotis, ac testimonium exigitur, ut conditio adeo necessaria, ut absque illa matrimonium confici nequeat.

Et annotare hic oportet, quod parochus in presentiarum intelligitur illemet, qui in cap. Omnis vtriusque sexus de poenti. & remis. apponitur, qui qui dem contrahentes interrogare debet, ut mutuum illorum consensum intelligat, quo intellecto, in matrimonium eos coniungat, teneturque sub mortali in libro ad hoc deputato nomina illorum, & testium, & vbi, & quando matrimonium celebratum fuerit scribere, ut causæ matrimoniales citius, & clarius diffiniantur & sic multæ lites vitentur, non tamen exigitur notarius qui hoc scribat, sed sufficit, quod ipse parochus.

Annotare oportet secundo, quod quando sponsi non sunt eiusdem parochiæ, regulariter parochus sponsæ debet illos matrimonio copulare, eò quod matrimonium communiter in domo sponsæ celebrari solet, sufficit

A tamen parochus sponsi, cum enim ius habeat sponso subdito suo sacramenta ministrandi, ex consequenti & sponsæ ministrare poterit, quia licet ipsa de sua parochia non sit: attamen quo ad hoc iam sibi subdita censetur quando autem vnus coniux est peregrinus; alter vero incola, parochus incolæ potest illos in matrimonium coniungere. Si vero vterque esset peregrinus, ille parochus qui secundum usum ecclesiæ alia sacramenta illis valet ministrare: eos etiam matrimonio copulare poterit, quoniam nonnunquam forum interius ratione hospitij, & incolatus fortiuntur, dum tamen id fraudulenter ne fiat, quia si propter hoc solum patriam reliquissent, scilicet, ut alibi matrimonium contraherent, existimo matrimonium non esse validum. Dico secundo, quod est præceptum parochis impositum, ne in matrimonium iungant peregrinos ignotos absque legitimo examine & diligenti inquisitione præmissis & licentia ordinarij ut expresse habetur in præfatio Tridentino concilio sessione. 24. ca. 7. cuius decretum inferius ad litteram adducemus.

D Annotare oportet tertio, quod testes debent esse tales quales ius canonicum exposcit. Nec enim exigitur ut habeant conditiones, quæ ad testificandum in criminalibus requiruntur, ut habetur in cap. Si testes, & sequentibus. 4. q. 2. Ratio est, quia cum causa matrimonialis sit fauorabilis, ut habetur in cap. fina. de sententia & re iudicata. Domestici & consanguinei testes idonei esse possunt ad testificandum in fauore matrimonij contracti, nisi sponsa esset multo inferior sponso, quia tunc testimonium matris suspectum haberetur, ut habetur in cap. super eo de testibus. el. 2. imo eadem ratio videtur esse de patre sponsæ in prædicto casu, imo & de patribus sponsi, quando multo inferior esset sponso, sed ne videamur mittere falcæ in messem alienam, hæc examinanda iuris

Siluest.

iuris consultis relinquimus. De qua re videat lector Syluestrum verbo testis §. 1. dicto. 8.

Sed adhuc ex parte contrahentium oritur paruum dubium: nempe, quæ intentio, & quæ dispositio, ac præparatio requiratur, ut digne ad hoc sacramentum accedant? Cui dubio respondetur primo, quod ut verum sacramentum recipiant, non opus est eos actualem considerationem finis matrimonij supernaturalis habere, sed satis est si virtualem habeant, & quod intendant facere quod ecclesia intendit. Sicut enim illos qui in lege naturæ animo contrahendi verba ista, ego accipio te in meam vel in meum dicebat, perpetuum supra se vinculum inducere, liquido constabat: ita quoque in lege gratiæ, eos, qui per verba de presenti contrahere intendunt, eo ipso virtualiter matrimonij sacramentum suscipere, fateri necessum est. Secundo dicitur, quod ut digne accedant ad matrimonium consummandum, oportet ut in timore domini, & non libidinis affectu, sed prolis suscipiendæ ad laudem Dei conueniant. Tertio dicitur, quod quamuis sacramentalis confessio non prærequiratur ex præcepto, ex consilio tamen exigitur, quod evidenter ex textu concilij constat, siquidem hortatur, ut antequam contrahant vel saltem triduo ante consummationem peccata sua diligenter confiteantur, ad sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum pie & deuote accedant, imo optimè facerent, si præparationem illam, quam angelus expræsit Tobiæ, scilicet ut tribus diebus orationi vacarent, præmitterent. Hortatur etiam concilium ut ante benedictionem, quæ in ecclesia datur, coniuges in eadem domo non habitent. ¶

De secundo vero modo contrahendi clandestinæ: scilicet, quando fiebat testibus adhibitis, sed sine solennitatibus & bannis, subiungebatur, & nunc etiã subiungitur. Sexta conclusio in ordine,

6. conc.

A quod etiam si contrahere est mortale peccatum, vbi hæc banna seruari cõsueuerunt, nisi aliqua adsit rationalis causa. Signanter dixi, & nunc etiam subiungitur. Nam etiam hodie post œcumenicam ac generalem Tridentinam Synodum, verum habet nostra conclusio, & eisdem rationibus, quibus ante concilium à doctoribus probabatur, & post ipsum ostenditur, & in primis, ex capitulo citato cum inhibitiõ. Vbi clandestina matrimonia penitus inhibentur, & quod hoc non intelligatur solum de coniugijs quibus non interfunt testes, liquido constat: tum, quia vniuersaliter loquitur pontifex: tum etiam, quia prohibetur illic, ne quis sacerdos talibus interesse præsumat, & præcipitur, ut cum matrimonia fuerint cõtrahenda, in ecclesijs per præbyteros publicè proponantur edicta competenti termino præfinito: ut intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, vtrum aliquod obstat impedimentum, quæ omnia etiam de matrimonio contracto sine bannis intelliguntur, & hoc idem nunc sacrosancta Triden. Synodus vbi supra prohibet: nempe, matrimonia fieri absque bannis sub his verbis, sancta Synodus Lateranensis concilij sub Innocen. 3. celebrati vestigijs inherendo præcipit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parcho tribus cõtinuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solennia publicè denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum: quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie ecclesiæ procedatur, vbi parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuscuique

Conc. Trid.

9. concil.

nium : nempe, si opponat, quod dormiuit cum ea, quam desponsauit suis consanguineus, sit ei credendum. Pro hoc dubio, sit prima conclusio. Quod debet hoc suo consanguineo denuntiare in occulto, alias peccat, & si permittat fieri matrimonium ei non denuntiando, & hoc postea veniat ad ecclesię notitiam, talis per septem annos pœniteat, & mulier pœniteat vsque ad mortem, & nunquam nubat, vt expresse habetur 35. q. 3. cap. Si homo, sacerdos tamen si viderit expedire, aliam pœnitentiam vtriusque imponat, & qui habet auctoritatem, cum eo dispentet. Quod si talis non audet dicere suo consanguineo, vel quia eum timet, aut parentes mulieris, tunc dicat sacerdoti in occulto, & sacerdos occulte vocet ipsam mulierem, & moneat eam, vt veritatem dicat, quod si ipsa neget, & asserat esse falsum, ei credat. Si autem dicat esse verum, tunc ostendat ei, quod non potest nubere suo sponso propter contractam affinitatem, & idcirco inducat vt publicè renunciet sponsalibus, quod dicat se nõ velle suo sponso nubere, & dicat ipse sacerdos sponso quod ipsa non vult illi nubere, atq; illi persuadeat, vt ipse etiã renunciet: quod si ipse sponso noluerit & ipsa dicit, quod non audet contradicere sponsalibus timore parentum, vel si ipsa dicat, quod non vult contradicere sponsalibus, tunc postquam ei ostenderit in occulto, quod non erit matrimonium inter eos, si publicè veniat ad contrahendum, matrimonium permittat fieri: quia non potest publicè eã impedire, cum sciat eius peccatum in occulto. Si vero forte esset filia alicuius viri potentis, quæ sine magno suæ famæ detrimento non posset resilire à sponsalibus, vel si esset aliqua rationabilis causa dispensandi iudicio sacerdotis, deberet fieri dispensatio cum eam occulto ab eo, qui habet auctoritatem, & sic cõtraheret. Ita Siluester in verbo de sponsalibus §. 9. videtur sentire esse faciendũ.

Siluest.

A Si vero ille denunciator publicè hoc dicat, ac confiteatur, ei in hoc non est credendum, quia vox vnus, vox nullius in factu alieno, vt patet in capite. Licet ex quadam de testibus. Hoc tamen intellige; si mulier negat, nam si ipsa sponte confiteretur, ei contra se dicenti esset credendum, vt habetur in ca. Ex literis extra de diuor. & cap. Attestationes de sponsa. impube.

B Quod si est vnus solus testis ille qui denuntiat impedimentũ esse inter eos, quorum banna fiunt, & sit grauis persona, cui merito fides adhiberi debeat, est secunda conclusio. Quod si probat de hoc quod dicit esse famam, quã quidem famam per duos testes probat, talis fama impedit matrimonium cõtrahendum, vt expresse habetur. 4. q. 3. ca. Si testes. §. vbi numerus, si probet, quod ex tali matrimonio oriretur scandalũ

2. conc.

C tunc soluatur sponsalia, & non credatur iuramento parentum oppositum asserentiũ. Et si ad monitionem noluerint desistere ab sponsalibus, ad hoc cõpellantur, vel cõtra formam huiusmodi adducant testimonium suorum propinquorum iurantium eos non esse consanguineos. Hęc omnia habentur in ca. Cum tua de spona. Quod si talis testis, qui prædicto modo denuntiat, non est grauis persona, cui merito credi debeat vel si sit grauis persona, tamen non probat de fama, quod sunt consanguinei, nec etiam docet quod ex tali matrimonio oriretur scandalum, tunc est tertia conclusio, quod sunt modendi, qui sic volunt contrahere, ne contrahant: nõ tamen prohibendi, vt patet capit. Cum tua de sponsa.

3. Conc.

D Quando autem sunt duo vel plures testes, tunc est quarta conclusio quod sunt examinandi magna cum diligẽtia, de omnibus circumstantijs, scilicet de personis, quæ contrahere volunt, si eas cognouerunt, item de verbis quibus cõtraxerunt sponsalia, de loco, de tempore, de anno, de mense, de die, de hora, ac deniq;

4. Conc.

E Quando autem sunt duo vel plures testes, tunc est quarta conclusio quod sunt examinandi magna cum diligẽtia, de omnibus circumstantijs, scilicet de personis, quæ contrahere volunt, si eas cognouerunt, item de verbis quibus cõtraxerunt sponsalia, de loco, de tempore, de anno, de mense, de die, de hora, ac deniq;

denique de multis alijs circumstantijs, vt ex eorum dictis possit cõstare, cuius illa sit vxor. Quod si omnes testes adinuicẽ non concordat, nisi duo ad minus in omnibus circumstantijs conueniant, Tunc habeantur, ac si nihil dixissent, non adhibendo fidem eorũ verbis quia vel tunc sunt singulares, vel sunt mendaces, & ideo nihil probant. Quod dictum est de impedimento affinitatis: exempli gratia, est etiam dicendum de alio quocumque impedimento, & similiter, quæ dicta sunt de proponendo impedimento, quando sunt banna, intelliguntur etiam si impedimentum opponatur alio quocumque tempore, quando non sunt banna: sed de his hęc sint satis dicta, ne videamur in messem alienam falcem mittere. Et exemplũ quod posui de affinitate per copulam fornicariam contracta, intelliguntur nunc post concillium in primo, & secundo gradu.

Con. Trid.

Annotato hic, quod quando illi qui vagantur, voluerint contrahere, maius examen est faciendum circa eos, vt expresse admonet sancta synodus sub his verbis, multi sunt qui vagantur, & in certas habent sedes, & vt improbi, sunt in genij, prima vxore relicta, aliam, & plerumque plures, illa viuente, diuersis in locis ducunt, cui morbo cupiens sancta synodus occurrere, omnes ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant: magistratus etiam seculares hortatur, vt eos seuerè coerceant: parochis autem præcipit, ne illorũ matrimonij intersint, nisi prius diligẽtem inquisitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

XXII. DIFFICULTAS.

Vtrum vsus clandestini cõiugij sic peccatum mortale?

S Vpposita bimẽbri distinctione in præcedenti difficultate apposita: nepe quod matrimonium cõtraheretur clandestinè sine testibus, aut cum illis, sed sine bannis: antè concilium Tridentinũ duabus conclusionibus respondebatur, & earum prima erat. Loquendo de matrimonio clandestino sine testibus, vsus illius erat peccatum mortale. Conclusio hæc erat expressa sententia Caietani. quæst. 2. de matrimon. art. 2. in additionibus ad tertiam partẽ adiectis, & rationibus probabatur. Prima, quia regulariter, & vt in plurimum ex tali vsu, oriebatur scandalum, eo quod ab omnibus habebantur pro concubinarijs, & ita appellabantur cap. Aliter 30. quæst. 5. Secunda, quia poterat alter coniugum quod erat ligatus alteri cõiugio, & nullo modo probari poterat quod prius duxerat alteram. Addebatq; ibidẽ Caiet. quod non solum vsus, qui frequentiã actũ importat, sed etiam actus vnus, etiam cum sterili seu vetula, quæ nõ potest concipere, quantumcunq; occultus, erat peccatum mortale, sicut & ipse contractus clandestinus, propter damnationem ecclesię damnantis omnem contractum: & concubitum clandestinum in sua specie, & ibidẽ Caiet. monebat confessores viduarum nobilium, ne consulerent fornicariã, vt contraheret clandestinum matrimonium, quasi licite deinceps satisfacturæ voluptati suæ cum clandestino coniuge: tum, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona (teste Paulo Rom. 3.) tum etiam, quia per hoc non euitabant peccatum mortale in vsu dicti cõiugij: tum, quia adiũgebatur periculum homicidij vtriusq;, aut alterius coniugis: vt plures contingere vidimus: consanguinei enim multo magis vindicabant talia coniugia: quam si sola fuisset fornicatio. Hęc Caietanus illic, & cum constet ex dictis huiusmodi vsus ante sacrosanctũ Tridentinum concilium, quãdo matrimonium

1. Conclus.

Caiet.

Ad Rom. 3.

nium

nium clandestinum erat validum, fuisse mortale, à fortiori nunc post ipsum concilium id fateri necessum est, quando non est validum, & ideo est accessus ad alienam, ac proinde fornicatio.

Loquendo de matrimonio clandestine contracto testibus adhibitis, sed bannis, & publicis denunciationibus prætermisissis, erat posterior conclusio. **2. Conclu.** Caietani, quod huiusmodi usus non erat mortale, quamvis non deerant qui oppositum defenderent tanquam probabile, ego verò & ante sacrosanctum Tridentinum concilium, & nunc post ipsum semper credidi huiusmodi usum non esse mortale, dum tamen sit matrimonium celebratum seruata forma in præfato concilio statuta & apposita.

De consensu coacto.

XXIII. DIFFICULTAS.

Utrum consensus extortus per metum cadentem in constantem virum sufficiat ad matrimonium?

1. Fundam. **P**RO huius quæstionis elucidatione præiacenda sunt quinque fundamenta. Primum est, quod duplex est metus vel coactio, quidam qui cadere potest in virum constantem, quidam autem qui in inconstantem. Virum constantem appellamus, qui secundum rationem iudicat, qui scilicet semper eligit ex duobus bonis quod melius est, & propositis nobis malis vitat quod maius est, ac eligit quod minus. Quocirca, non diceretur vir constans, qui ob euitandam mortem eligeret peccare, siue venialiter siue mortaliter, siquidem nullum maius malum, quam peccatum, ut inquit **Arist.** 3. Ethic. cap. 1. similiter non diceretur vir constans, qui timore aliquo ne iacturam pecuniæ faceret, detrimentum honoris eligeret. Pari ratione dice-

A retur vir constans, qui potius vult consentire in istam, quam perdere paruam pecuniam: quam quidem secluso hoc timore nullo modo acciperet in vxorē. Item virum constantem appellamus, qui non nisi ex probabili, & vehementi extimatione periculi, quod est præsentaneum, & iam iam impendens, mouetur. In constantem verò, quia mouetur ex leui & remotiori, iuxta illud pro verbi. 27. Fugit impius nemine persequente: debet enim vir sternus musicam imitari, quæ non nisi instante fragellu euolat: quo transeunte protinus eodem reuolat. Vnde iuris consultus. le Metu. 3. ff. quod metus causa. Metum, ait, præsentem accipere debemus, non suspitionem inferendi eius. Præsentem, scilicet, id est, iam illatum. Quo fit, ut si quis doli sollicitat puellam, domi strepitum sentiret aliquem, metuque illo consentiret in matrimonium, valeret illuc, quidem ante sacrum concilium Tridentinum: quia metus nondum erat illatus, atque adeo neque præsens. Hodie tamen non valeret, cum clandestina matrimonia per concilia sint irrita, ut dictum est. Secus si cum tali metu contraheret seruata forma concilij.

D Secundum accipe fundamentum, quod coactio & violentia, quæ in idem coincidunt, est duplex. Vna scilicet, quæ absolutam infert necessitatem, & hæc censetur simpliciter violentia, ut dum quis alterum retinentem loco depellit, quia illic nullus est voluntatis consensus. Altera est violentia seu coactio mixta, & ea quæ sunt per huiusmodi violentiam, & coactionem, quamvis secundum quid sint in voluntaria, absolute tamen ac simpliciter sunt voluntaria, ut quando tempestatis tempore quis proijcit merces in mare, simpliciter vult proijcere: quamvis si periculum posset euitare, nullatenus eas proijceret. Hoc fundamentum ponitur ab **Aristotele**, tertio Ethicorum cap. 3. & à **D. Thom.** 1. 2. quæst. 6. art. 6. & 7.

Tertium

Tertium fundamentum sit, quod mala quæ possunt mouere virum constantem, sunt metus mortis, & enormis cruciatus, ut patet in cap. Cum dilectus de his quæ vi & c. & ibi glossa. Item, metus stupri in Virgine, & metus seruitutis, ut habetur in .l. ego puto. & .l. isti quidem. ff. quod metus causa. Similiter, vinculorum atrocium timor, & longæ carceris, ut .l. Nec timorem & .l. qui in carcerem. ff. eodem titu. Metus quoque amissionis omnium bonorum ac totius status, ut in eodem cap. de his quæ vi & c. & ibi glossa. Nec tantum hoc est verum de timore amittendi bona, sine quibus homo minime viuere potest: verum etiam de timore amittendi bona, sine quibus grauem iacturam patitur. Cuius ratio est euidens: nam matrimonium vita hominis existimatur, ut est in proverbio ex Hesiodi carmine. Item metus infamiae cadit in virum constantem, quando est infamia, cui non facile subueniri potest. Deprehensus enim in aliquo delicto, iusto metu facit, quicquid facit, ne prodatur: quia proditus potest pati mortem vel cruciatum, cum sit infamia iuris. Secus est de infamia, quæ fundatur in falso, cui facile subueniri potest, nam timor huius infamiae non cadit in virum constantem. Item, metus excommunicacionis cadit in virum constantem etiam quando est excommunicacio iniusta, quia timenda est, ut patet cap. 1. 11. quæstione. 3. & tenet **Ioann. Andre.** & **Pan.** in cap. Cum dilectis, de his quæ vi & c. & **Syluester** in verbo Metus, sed quoniam certa regula non possunt omnes metus in virum constantem cadentes comprehendere: boni viri arbitrio in foro conscientiae, & iudicis in foro iudiciali relinquendum est, ut ipse examinet, quis metus in virum constantem cadat, quis vero non, ut notat glossa in capite citato. Cum dilectus. Cum enim quædam sint, quæ mouerent virum unum constantem, quæ alium non mouerent, &

A determinare, quæ sint illa, non pendeat ex re ipsa, sequitur, quod pendet ex boni viri arbitrio atque prudentia. Quod magna cum diligentia annotatu opus est, propter huius noui orbis incolas, qui meticulosi sunt, & ex leui metu mouentur. Pari ratione minor metus cogit foeminas, quam viros: quia à natura inest eis minor animi vigor, corporisque fortitudo, itaque sunt magis meticulosæ. Aliquid enim cogeret foeminam etiam constantem ad eligendum id, quod vir constans nequaquam eligeret, ut dicit glossa in capite. Cum locum. Et hanc sententiam tenet **Couarruias** in secunda parte. capite tertio, in suo tractatu de matrimonio, ubi quamplures doctores adducit pro hac sententia.

C Quartum fundamentum sit, quod cum quædam sint intrinseca ratione peccata, quæ sunt prohibita, quia mala: alia vero sunt mala, eo solù quod iure sunt humano prohibita, qui metu mortis quantumuis atrocissimæ illa, quæ sunt prioris generis committeret peccaret, & sic desineret esse vir constans, quia cum sint natura sua mala, neque eunt non esse mala, qui vero metu mortis committeret alia posterioris generis: nempe, frangeret ieiunium vel festum, non peccaret, atque adeo neque desineret esse constans. Nam cum non sint intrinsecus mala, possunt quidem bona fieri, quando sunt media cauendi grauiora mala. Sed si ei incuteretur huiusmodi metus à tyranno in contemptum, & odium fidei, & leges ecclesiasticæ, si ob illum metum frangeret ieiunium, iam desineret esse constans, quia tunc potius deberet pati mortem, quam ieiunium frangere. De qua re diffuse satis in materia de excommunicacione, à nobis disertum est.

E Quintum fundamentum sit, metus ut matrimonium impediatur, debet esse ab extrinseco illatus, & quod ad hoc pecu-

Vv liariter

liariter incutiatur, ut matrimonium contrahatur, alioquin si suapte natura, vel fortuna, vel alio fine sit: illatus, non impedit vim promissionis. Est enim metus ab intrinseco, dum quis propter vitandam infirmitatem uxorem duceret, quem quidem metum nemo incutit, sed ex rei natura nascitur. Imo licet incutiatur à rebus inanimis extrinsecus, vel à feris animalibus, proprie dicitur ab intrinseco. Quo fit, ut si quis metu tempestatis existens in mari, aut metu incendij, quo circumsepitur, vel ferarum, à quibus obsidetur, aut metu mortis in bello votum emitteret, illud teneret: quia metus ille non censetur ab extrinseco illatus, eo quod sit per modum naturæ, sed quando offertur ab hominibus, ita tenet Syluester, verbo. votum secundo. §. 12. Rursus quamuis inferatur ab hominibus extrinsecus, non illo fine, ut matrimonium contrahatur, sed alio, matrimonium tenet etiam si iniuste, inferatur, & etiam si alias minime contraheretur, ut si in obsidione verbis metu captionis obsessus princeps, vel alius primatus cuius offerret hosti, matrimonio sibi copulare filiam eius, matrimonium teneret: quia ille non est metus ad illum finem oblati, sed sua sponte voluit qui illum patiebatur ea se conditione liberare.

Probat, quia tunc metus & periculum non cadit directe supra matrimonium, & iste sua sponte consentit, etiam si occasione desumpta ex metu obsidionis, vel captiuitatis, formaliter ergo matrimonium illud non fit ex metu. Secus si hostis illo fine urbem obsideret, ut principem ad matrimonium cogeret. Et eodem modo, si infirmus metu mortis polliceatur medico se eius filiam ducturum, si eum sanaret. Imo quamuis medicus hanc conditionem offerret, alias eum non curaturus, matrimonium teneret, quia tunc medicus non infert metum, sed

morbus: matrimonium autem est si- cut pretium pro medela constitutum. Eadem ratione si latroni ob sua crimina in carcere coniecto puella conditionem offerret se illum liberaturam, si se velit in uxorem ducere: certe matrimonium teneret, quia metus ille non est illatus ab illa, sed est oblata conditio si vult à metu in quo est liberari. Probat, nam cum isti timores sint iustissimi, & à Deo, naturaque procedant, ab intrinseco illati dicendi sunt. Nulla enim tunc proprie est coactio, aut violentia, que sit à principio extrinseco, passo non conferente vim, sed potius est inspiratio, & inductio quædam, sicut si esset lex præcipiens, ut quicumque stupraret Virginem, aut illam in uxorem acciperet, aut moreretur, si in hoc casu ille timore mortis, illam duceret, firmum ac validum esset matrimonium, eo quod lex est iusta. Si tamen quis deprehendit aliquem in crimine, & incutit ei metum quod eum accusabit, nisi puellam ducat, si eam ducit, matrimonium non tenet. Similiter si quis alium in carcerem detrudat, ut consensum matrimonij extorqueat: non tenet matrimonium, ut patet. l. Qui in carcerem. ff. eodem titulo. Pariter si pater iuueni, quem cum filia sua deprehendit, comminetur, quod eum accusabit, nisi eam duxerit, matrimonium non tenet, licet iuste eum possit accusare. Ratio horum est quia in his casibus metus est illatus ab extrinseco. Et eadem ratione in casu quo princeps reo quem iuste potest interficere, diceret, occidam te, nisi hanc duxeris. Non tenet, quia metus illatus est ab extrinseco, & illo fine: nisi ille, ut metum euadat, conditionem illam sponte eligat, & nisi sit lex præcipiens, quod qui Virginem violauerit eam ducat, ut capite primo, de Adult. nam quamuis tunc iudex etiam metu

mortis

mortis compellat eum, ille consensus solidus est & firmus. Et quantuncumque ille qui ad supplicium ducitur, nullo modo istam meretricem esset accepturus in uxorem, si alio modo posset euadere mortem: attamen si ipsa illi petente ducat eam, ut vitam seruet, ut fieri solet ex laudabili consuetudine apud aliquas prouincias, matrimonium tenet. Ratio est, quia non solum nulla tunc ei fit iniuria, verum etiam adhuc condonatur, & poena remittitur, ita tenet Syluester verbo Metus. §. 6. Quando dicimus, quod in casibus hic appositis matrimonium est validum, nunc post sacrum Tridentinum concilium solum habet locum, si celebratum fuerit iuxta formam concilij.

Syluest.

1. Conclu.

His sic præiactis fundamentis, per aliquot conclusiones difficultati respondetur, & earum prima fit. Consensus coactus per metum cadentem in constantem virum, non est ad matrimonium perficiendum validus. Hæc conclusio habetur in cap. Veniens. & cap. Cum locum & cap. consultationi tuæ de sponsa. & cap. de nuptijs & cap. Si veru. 31. q. 2. & ratione probatur, nam plena libertate nullatenus natura vinculi coniugalis, finisque matrimonij seruari posset, quia facile ad inuicem discederent, & sic non esset hoc sacramentum indissolubile, neque esset prolis educatio, neque operum communicatio, que sunt fines matrimonij.

2. Conclu.

Secunda conclusio. Consensus coactus metu cadente in virum inconstantem non irritat matrimonium. Hæc conclusio licet non reperiatur expressa in iure: eam tamen colligunt doctores à contrario sensu ex eisdem locis pro prima conclusione adductis. Cum enim illic sola matrimonia irritentur, quæ metu cadente in constantem virum contrahuntur, consequitur, per metum cadentem in virum inconstantem, scilicet, leuem non irritari, verbi gratia, si iocose aliqui comminentur mortem ali-

cui, & propter talem metum, ille qui incutitur, aliquam duxerit, legitimum erit matrimonium, si celebratum fuerit seruata forma concilij: quia talis metus non est cadens in virum constantem.

Annotare oportet hic quod iste due conclusiones locum habent non solum in foro ecclesiæ, sed etiam in conscientia, ut patet ex cap. Significauit de eo qui duxit eam quam polluit per adultarium. Dicit enim tex. quod si tanta vis illata fuerit, ut non sponte in primam consenserit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in uxorem accepit reuertendi liberam tribuas facultatem, igitur primum matrimonium nullum fuit, quod vsu eiusdem ecclesiæ præsertim confirmatur, quæ, licet in suo tribunali coactus ille confiteatur se habuisse consensum, nihilominus absoluit eum à matrimonio. Quæ hodie in vtroque foro vera sunt si forma concilij seruetur.

Sed vtrum matrimonium metu contractum sit iure diuino nullum, an solo iure humano: merito consequenter dubitatur? Cui dubio hac tertia conclusio ne in ordine respondetur, quod est nullum iure diuino & naturali, & non tantum ex ecclesiæ constitutione. Etiam si parochus, & testes adsint, quandiu durat metus grauis, siue actualiter siue virtualiter, irritum & nullum est matrimonium: transacto autem metu si sit de nouo consensus: erit validum matrimonium, ut si quis alicui diceret, nisi infra octo dierum spacium duxeris hæc, ego te occidam, vel in carcerem detrudam, & ille manus eius euadere nequeat, si reuera intra illos dies eam ducat, metus ille matrimonium iure diuino & naturali irritat, & annullat, ut ex capite. Perlatum, de his quæ vi metusue causa sunt, euidenter colligitur. Vnde non opus est, quod ille metus semper actualiter duret, sed sufficit virtualiter. Quod si metus vtroque modo iam cessasset, &

V v 2 ille

ille qui passus est metum, tunc consentisset (consensu alterius adhuc durante) verum conficeretur matrimonium, nec opus est, ut multo tempore cohabitent, sed sat erit, si ille qui metum est passus, habita oportunitate fugiendi, non fugiat. Non enim persona illa simpliciter sunt inhabiles, sed dumtaxat quoad metum durat, transacto igitur metu illo si consentiat de nouo, ratum ac firmum censetur huiusmodi matrimonium. ¶ Hæc conclusio est contra Cardinalem in capite. Abbas de his quæ vi metus causa fiunt, asserentem validum esse consensum coactum iure diuino, rescindendum tamen postea matrimonium per ecclesiam. ¶ Et huic sententiæ subscribit Durandus in quarto distinctione decima nona, quæstione secunda, Paludanus ibidem quæstione prima, Ricardus & Soto, Nam (quicquid dixerit libr. septimo de iustitia & iure, quæstione secunda articulo primo, & libr. octauo quæstione prima articulo septimo. Vbi obscure loquitur) impræsentiarum tamē sententiam istam Card. tenet ut probabiliorē, in quam etiam inclinasse fertur doctissimus Magister Victoria. Sed nihilominus ego nunquam illam mihi persuadere potui, rationibus sequentibus inductus, quarum prima sit, quia cum matrimonium semel ratum & consummatum per nullam aliam potentiam quam diuinam dissolui queat, iuxta illud, quos Deus coniungit, homo non separet, sit, ut si iure diuino & naturali semel fuerit validum per ecclesiam irritari nequeat. Secunda quia leges humanæ nunquam statuunt, nec statuere possunt, ut matrimonium metu contractum sit nullum: sed rogatus papa, an esset matrimonium? Respondit negatiuè. Tunc sic arguitur, Pontifex primo interrogatus de tali matrimonio, vel illud censuit esse validum, vel non, & si censuit non esse validum, habemus intentum. Si autem

A quod sit validum, neutiquam illud dissoluere potuit. Tertia ratio est, quia cum matrimonium perpetuum & amicabile contractus sit, plenissimam libertatem & deliberationem exigit, ac subinde consensum coactum ad illud perficiendum minime sufficere, fateri oportet. Siquidem nullum violentum esse perpetuum, quin potius violentiam perpetuitati repugnare, omnibus perspicuum est. Postrema ratio sit, nam quemadmodum, si quis in nemore metu mortis oppressus à latrone daret ei pecunias, proculdubio in illum non transferret illarum dominum. Ad eundem modum, imo multo minus qui metu in constantem virum cadente coactum trahit matrimonium, sui corporis Dominium transferre non valet, ac proinde ipsum matrimonium per vim contractum iure diuino & naturali, esse inualidum, nemo est qui ambigat. Et præter has rationes quæ vim maximam inferunt lectoribus attente eas considerantibus ad nostram sententiam tenendum, tenet eam Scotus in quarto distinctione vigesima nona quæstione prima articulo secundo. ¶ Et Gabriel in tertio distinctione trigesima nona quæstione prima con. octaua, eandem tenet Diuus Thomas in tertio sententia. distinctione eadem (inquit enim) non sufficere ad matrimonium simplicem consensum, sed liberum esse necessarium, ad iuramentum verò, simplicem consensum sufficere, atque ob id etiam metu factum interim dum absolutio non præstatur, obligare iurantem, & qui non impetrata absoluteione à iuramenti vinculo, aliam in uxorem acciperet, mortaliter peccaret, quia qui ex metu illo iurat, simplicem consensum exhibet, quem si non exhiberet: mortaliter peccaret, cum adducat falso Deum in testem, ut Caietanus egregie pro suo more annotat in Commentarijs in secundam secundam quæst. 89. articulo septimo dubio. 2. non tamē propter

propter iuramentum matrimonium confirmatur: confirmatur vero, si prius per metum esset factum & absente metu ille iuramentum ducendi aliquam confirmauerit. Vnde D. Augustinus, cuius verba referuntur, capitulo inter cætera. 22. quæstio. 4. Cum dixit Vualdum metu mortis iurasse se concubinam ducturum, licet non fuit matrimonium, si tamen ante impetratam absoluteionem à iuramento aliam duxisset, mortaliter peccaret, & quia ratione iuramenti eam ducere tenebatur, & modo etiam tenetur post concilium. ¶ Scio tamen Ricardum in 4. eadem distinctione, cui subscribit Paludanus, tenere contrariam sententiam: nempe, non peccare, quia dicunt, quod neque in conscientia illud iuramentum est obligatorium, siue verbis de futuro siue de præsentis sit appositum, sed licet hoc sit probabile: tamen probabilius mihi apparet, quod peccat ducendo aliam sine absoluteione iuramenti. ¶ Et quod illud matrimonium validum non fuerit ostenditur aperte ex eo, quod alias lex canonica inconuenientibus quæ ex matrimonio coacto subsequuntur non prouidisset, quando quidem vnicuique facile esset per vim consensum, & simul iuramentum extorquere. Quo fit, ut si huiusmodi matrimonium esset validum, maximum oriretur inconueniens, nam cum vinculum matrimonij indissolubile sit, manifestè colligitur, eum, qui ex metu passus est iniuriam, absque villo remedio, & refugio manere: at vero ecclesia huiusmodi inconueniens volens tollere, statuit, ut talia matrimonia etiam iurata, irrita ac nulla essent. Sed annotare hic opus est, quod si essent sponsalia per verba de futuro iurata propter diuini nominis reuerentiam, aut iuramentum esset seruandum: aut saltem relaxandum. Subest enim iustissima relaxandi causa ratione metus, & iniuriæ illatæ, possetque non tantum epif-

A copus, verum etiam quicumque confessarius virtute cruciatæ huiusmodi iuramentum relaxare, etiam sine alterius partis consensu. Quamuis enim in bulla dicatur, quod fiat absque præiudicio partis, aut parte satisfacta: at tamen pars illa quæ metum ac vim intulit, non solum non acquirit ius: verum etiam illud violauit. Nulla ergo illi fit iniuria, ex eo, quod cum altera parte, cui iniuria facta est dispensetur. Nec obstat id quod in capite. Ad aures, & ad audientiam, de his quæ vi metus causa fiunt, habetur, ubi contractus per metum facti irriti, ratione iuramenti superuenientis validi censentur. Non inquam obstat, quia in matrimonio iurato etiam coacto ecclesia adhibet remedium, nec est eadem ratio de alijs contractibus iuratis, eò quod isti etiã si semel validi fuerunt, irritari possunt: at vero contractus matrimonialis, cum semel validus fuerit, reuocari nequit, siquidem vinculum est perpetuum. Et ob id prouidit ecclesia, ut tale matrimonium non valeat. Non obstat etiam, quoniam huiusmodi matrimonia coacta neutiquam dispensatione indigent, ut ex capite. Verum de iure iurando liquido constat. Erant ergo obligatoria. (Non inquam obstat) nam cum aliquis sponsalia iurauit, vel contractus alios ex natura sua solubiles facit, relaxatione indiget, non autem si matrimonium iurauit, eò quod in primo casu iuramentum est obligatorium, licet sit relaxandum, cum in præcepto sit remedium: In secundo vero casu iuramentum non valet, & idcirco relaxatione non indiget, cum enim matrimonij vinculum sit indissolubile, & perpetuum, si semel fuerit validum: nullum potest habere remedium. ¶ Sed opus est, ut illuc reuertamur, vnde fecimus digressum: scilicet ad probandam conclusionem tertiam, quam tribus non leuibus rationibus ostendam. Prima, consensus iusto

metu coactus omnes alios contractus iure naturali eneruat, atque inuallidat, quia talis consensus per iniuriam extorquetur, & ideo debet qui cogitur, in suam libertatem restitui, ergo à fortiori in matrimonio, vbi maior exigitur libertas, id ipsum eadem natura secundum Deum constituit. Secunda, si solo iure ecclesiastico consensus coactus infirmaretur, consequens feret, vt si inter infideles tale matrimonium contrahe- retur esset validum, etiam si ad ecclesiam post transmigrarent: quia ecclesia erga infideles nihil potest disponere: con- sequens tamen est falsum, imo illud etiã censetur irritum, & inuallidum, sicut in ter Christianos. Tertia ratio sit, quia cum matrimonium sit sacramentum, de quibus essentia est consensus, & eccle- sia ea mutare nequeat, quæ sacramen- torum essentiam attingunt: consequens est, vt si iure diuino coactus consensus non esset irritus, quod eum ecclesia irritare nequiret. Nec me latet Pe- trum à Palude in quarto distinctione vigesima nona, quæstione prima, & Ricardum eadem distinctione, quæ- stione secunda, articulo primo, & ma- iorem ibidem quæstione prima, & Du- randum quæstione secunda tenere cõ- trariam opinionem huius nostræ ter- tiæ conclusionis: scilicet quod solo iu- re pontificio consensus coactus irri- tatur, non quod per talem consensum fiat matrimonium iure diuino, & natu- rali, venit autem rescindendum per ius Pontificium, vt dixit Cardinalis, sed quod nunquam fuit matrimonium iu- re pontificio vetante. Vnde, ad vlti- mam rationem nostram, quæ potissi- mum argumentum est Scoti, respon- dent, quod cum matrimonium non so- lum sit sacramentum: verum etiam contractus civilis, quamuis ecclesia quatenus sacramentum est, eius essen- tiam mutare nequeat: tamen quatenus est contractus civilis, potuit ecclesia per potestatem ei diuinitus commis-

A sam administrandi Christianam rem- publicam, consensum coactum metu cadente in constantem virum inuallida re, infirmare & cassare, ad obuiandum incommodis maximis, quæ illo admis- so oborirentur, & tanquam iniuriam, & fini matrimonij nocuum. In reli- quis verò sacramentis quia sunt mere sacramenta, nihil ecclesia mutare po- tuit circa eorum essentias quæ sunt de iure diuino, scilicet forma, & materia extrinsecus admota cum intentione fa- ciendi quod Christus instituit, & mul- to minus in his quæ per characteres imprimuntur. Et quamuis hæc opinio sit valde probabilis, probabiliorem ta- men reputo opinionem Scoti, cui proin- de libenter adhæreo.

Quarta conclusio. Si quis duxerit uxorem metu in virum constantem ca- dente, nunquam postea etiam per co- habitationem diurnam in conscien- tia erit validum matrimonium, quod à principio fuit inuallidum. Probatur, nã à principio propter metum interueni- tem fuit matrimonium nullum ex de- fectu consensus, ergo si non aduciat de nouo consensus, nullo modo fiet ra- tum, & validum, quod ante fuit nul- lum.

Sed dubitabatur consequenter ante sacrosanctum œcumenicum Triden- tinum concilium: si quis metu mortis compelleretur matrimonium consum- mare, vtrum tunc esset matrimonium? Ad hoc dubium hac quinta conclusio- ne in ordine respondebatur, quod in conscientia inconstanter egisset, qui sic coactus metu mortis copulam ha- buisset, quia potius debuisset pati mor- tem, quam matrimonium consumma- re ad peccatum fugiendum, vel debuif- set ad eam copulam affectu maritali ac- cedere consummando; & perficiendo matrimonium: & si consensus in ma- trimonium fuerat iusto metu coactus, & consensus in copulam non fuerat, vt accessisset affectu maritali, sed fornicario,

Palud.

Ricar.

Ioan. M. Duran.

Card.

Scoto.

4. Conclu.

5. Conclu.

rio, non erat matrimonium in conscien- tia, secus si fuerat cum maritali affectu. In foro tamen ecclesiæ præsumebatur matrimonium esse validum, saltem si viro illata esset coactio, quoniam ille non poterat, nisi consentiens coire. Quare licet consensu fuisset metu exor- tus, tamen ille metus non iudicabatur viri constantis, si eum in delictum con- iecisset, ob idque quamuis diceret, se non consensisse in matrimonium, non esset ei fides ad hibenda. Et idem esset de puella si metu consensisset in copu- lam, atque adeo ecclesia debebat illos constringere, vt in matrimonio perse- uerarent. Hæc erat sententia Petri Pa- lud. in quarto distinctione vigesima no- na, quæstione prima articulo quarto. Signanter dixi ante concilium, nam nunc post ipsum nullum est matrimo- nium præsumptum per consummatio- nem copulæ in foro ecclesiæ, nec ve- verum in foro conscientiæ, etiam si se cognouerint affectu maritali, nisi con- traxerint iuxta formam in præfato con- cilio statutam.

Annotato tamé, quod poterat puel- la non solum allegare metum, sed vim, ita vt fuisset tentata vel ligata dissen- tens, atque adeo citra suã culpã turpitu- dinem passa, & tunc neque in foro ec- clesiæ, neque in foro conscientiæ ma- trimonium erat validum, nisi ipsa in co- pulam consensisset.

XXIII. D I E F I C V L T A S.

Vtrum vel princeps subditum, vel pa- ter filium possit ad matrimonium cogere?

A D hanc difficultatem tribus cõ- clusionibus respondetur & earũ prima sit. Matrimonium contractum imperio, vel precibus regis, vel cuius-

Palud.

Palud.

1. Conclu.

A cumque domini, qui tyrannicè tracta- re solet subditos suos non obtemperã- tes, ipso iure est nullum, & dicitur ti- mor cadens in constantem virum. Hæc conclusio est expressa sententia Panor- mitani in capi. vltimo, qui clerici, vel vouen. & Syluestri verbo metus. §. se- cundo & eam iam supra satisfucidè ostendimus, cum probauimus Deum hanc facultatem nulli hominum reli- quisse, vt inuitum quempiam in matri- monium obtruderet: quippe quod cum natura ipsius quod perpetuum es- se debet, è diametro pugnet. Ex hac con- clusione elicitur, quod cum apud istos neophitos domini essent sic sæui, & im- petuosi, qui imperio ipsorum, vel preci- bus matrimonium contraherent, non remanerent ligati in tali matrimonio.

Hanc conclusionem decernit sancta Synodus Tridentina sub his verbis. Ita plerumque temporalium domino- rum ac magistratuum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates exce- cant, vt viros & mulieres sub eorum iu- risdictione degentes, maxime diuites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis adigant cum ijs matri- monium inuitos contrahere, quos ip- si Domini vel magistratus illis præscri- pserint, quare, cum maximè nefarium sit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iura ex- pectantur: præcipit sancta Synodus omnibus cuiuscumque gradibus, dig- nitatis, & conditionis existant, sub a- nathematis pœna quam ipso facto in- currant, ne quouis modo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscum- que alios cogant, quo minus libere matrimonium contrahant. Hæc san- cta Synodus. Nec nocet huic conclu- sioni .l. continet. §. Sed vim. ff. quod met. cau. vis quam magistratus intulit iure licito, non vitiat contractum. Nõ, inquam, nocet cum dicat iure licito, & vis iusta principis matrimonium non vitiat. Iusta autem vis est, quando ex

Panorm.

Syluest.

Con. Trid.

lege procedit, vt dum qui Virginem deflorauit, compellitur eam sibi matrimonio copulare, nisi eam dotare voluerit. Et quamuis olim in cap. fina. de raptoribus statutum esset verum confici matrimonium inter raptorem & raptam, si ipsa consentiret etiam sub potestate raptoris existens: Nunc autem de cernit sacrosancta Tridentina Synodus vt plena libertas nullaque vis, atque coactio in matrimonijs contrahendis sit, & vt quoadiu est in potestate illius omnino sit inhabilis ad contrahendum cum illo, donec separata ab illo & in loco tuto posita, libere consentiat. **¶**

Conc. Tri.

2. Conc.

D. Thom.

Secunda conclusio. Pater non potest simpliciter ad matrimonium filios compellere, hoc est, per consensum patris sine consensu filij non firmatur matrimonium. Hanc conclusionem probat Diuus Thom. hoc pacto cum in matrimonio sit quædam quasi seruitus perpetua, nequit pater filium, qui liberæ conditionis est, aut metu mortis, aut alio cadente in constantem virum, ad consensum cogere. Licet enim teneatur filius patri obedire in licitis & honestis, sed tanquam liber homo. Quare, non cogitur omnimode in his obtemperare, in quibus est tam liber, quam ipse pater: puta in matrimonio contrahendo, per quæ filius futurus est pater. Vnde licet pater possit sponsalia filij iurare, tamen iuramentum eius non habet arctiorem vim, quam quod quantum in se erit operam dabit matrimonio filij conciliando: quod quidem non aufert eidem filio reclamandi: & ideo conditio illa (nisi filius renuerit) semper in iuramento includitur. Vnde, si contrahat sine voluntate patris, verum est matrimonium

3. Conc.

Tertia conclusio. Matrimonium contractum blanditijs vel persuasionebus validum est, quia plena libertas stat cum huiusmodi blanditijs, persua-

sionebus, vel importunitatibus, cum per huiusmodi importunitates non tollatur voluntarium, supposito quod solum sunt persuasiones & importunitates, & non comminationes. Quamuis namque aliquo modo mouent voluntatem, sed non vt aliquid voluntarij adimant.

Circa secundam conclusionem est dubium: vtrum sit aliqua poena statuta in iure contra filios matrimonium contrahentes sine consensu parentum? Cui dubio duabus conclusionibus respondetur. Prior sit, in iure communi

1. Conclu.

stando, ante concilium non habebatur, quod hæreditate priuaretur filia, quæ contra voluntatem parentum clam nupserat, sed solum ponebatur hæc poena in auth. vt cum de appellationibus cogno. §. causas autem. collatione octaua, quod si ante vigesimū sextū annū, vel filia in proprium corpus peccasset, vel seruo nupisset ingratitude rea sit. Si autem à vigesimo quinto anno parentes distulissent eam marito copulare, & forsam contigisset in suum corpus peccare, aut sine consensu parentum (libero tamen) se cõiungere, hoc ad ingratitude filia non imputabatur.

Posterior conclusio sit. In Hispania extabat lex inter Taurinas quadragesima nona, quæ iam hodie post sacrum concilium Tridentinum non potest habere locum: scilicet, quod quando matrimonium clam contrahebatur, hæc erat iusta causa, vt parætes possent filiam exhæredare, licet ipso facto non esset hæreditate abdicata. Quin vero

2. Conc.

alia lex erat condita Vallisoleti, quod quamuis filia vigesimā quintam annorū ætatem excelsisset, eidem subdeditur legi, & Couarruias in secunda parte de matrimonio capite sexto, cre-

Couarrui.

debat legem istam etiam filiam viduam, quæ habitabat simul cum parætib, & sub eorum cura debebat, comprehendere. Hæc cõclusio probatur, nã quamuis

quamuis à principibus abdicata sit potestas statuendi leges circa sacramentum matrimonij, quia non possunt mutare ea quæ sunt de substantia matrimonij, vt patet cap. Tuam. de ordi. cogni. & capit. Causamque in. 2. qui filij sint legitimi, quandoque illic dicitur, causam matrimonialem, atque adeo legitimatio- nes liberorum ad examen ecclesiæ pertinere, sanè incumbit iudicare, an matrimonium fuerit validum an inuaidum: poterat tamen, sicut & hodie possent, prohibitioni Romani pontificis hac in re poenas addere, ad coadiuuandum, vt patet per glossam in Clement. Ne Romani, in verbo, Tolli. de electio. cõmuniter receptam, & in diuersis partibus nimis commendatam, & patet, nam & si matrimonia facta inconsultis parentibus iure canonico & naturali, & diuino sint firma: non tamen semper cõtrahentes excipiuntur à delicto, quod princeps punire potest.

Couarrui.

Et annotato hîc, quod huiusmodi leges non habebant locum in masculis absque voluntate parentum contrahentibus, vt annotabat Couarruias vbi supra, sed in foeminis, quæ cum non tanto ingenio & prudentia vigeant, debet in nuptijs contrahendis parætib, obstrictius esse subiectæ, ne leuiter de se disponant. Nec erat huiusmodi rigor obseruandus, nam pensanda erat causa nubendi, vt si fortè filia erat iniuria parentum oppressa, quam ne dotaret, vel ex alia causa nuptui tradere recusabat. Tunc enim si clam nupisset suo æquali, non fuisset vtendum rigore legis cū illa, nec cum personis inferioris sortis debebat ille rigor obseruari, vt cum illustribus, quia non tantum detrimentum causabatur per matrimonia inferioris gentis.

De consensu conditionato.

XXV. DIFFICULTAS.

A Vtrum consensus conditionatus sit ad matrimonium per se sufficiens?

IN primis aduerte lector, vt sequentia de consensu conditionato legas tanquam ea quæ antiquitus, quado claudestina matrimonia erant valida, cõtingere potuerunt, nam quid nunc post sacram œcumenicam Tridentinam synodum (quando sunt irrita) dicendum sit de matrimonio sub conditione celebrato, in fine præsentis difficultatis tibi à nobis apponetur. Deinde annota, quod præsens quæstio non habet locum, cū cõditiones sunt generales & tales quæ licet nõ apponantur, intelliguntur: vt, cõtrahat tecum, si Deus voluerit, aut si nos viuos seruauerit. Nec enim sunt particulares, sed tamè cõtractui matrimonij necessaria, vt si vir diceret hermaphrodito, contraham tecum, si sexum elegeris foemineum, aut si mihi non fueris consanguineus, aut si diceret Sarracena, contraham tecum si fidem Christi profiteri decreueris. Ratio huius notabilis est, quia nihil refert, vtrum vel apponatur, vel taceatur, quandoquidem ex natura rei appositæ censentur. Habet igitur locum hæc difficultas in alijs conditionibus particularibus, de quibus sunt plures distinctiones: nam quædam sunt necessaria, quædam possibili, quædam autem impossibili. Atque possibili sunt rursus bipartitæ, nam aliæ sunt conditiones honestæ, aliæ autem turpes & inhonestæ. Istarum verò quædam sunt contra substantiam matrimonij, aut eius finem, aut fidem: quædam autem, quæ non aduersantur matrimonio. Tãdem impossibiliu aliquæ sunt impossibili simpliciter, & ex natura rei, aliæ vero ex conditione personæ: & omnes istæ cõditiones apponi possunt, aut verbo de præsentis, contraham, ducam, nubam, aut de futuro contraham, &c. His ergo sic præhabitis, ad quæstionem per aliquot conclusiones responderetur, & earum prima sit. Si conditio sit necessaria

1. Conclu.

de futuro, & addatur verbis de praesenti: vt si quis dicat, contraho tecum, aut ducō te, si cras oriatur sol, vel si sum moriturus, vel si pater meus sit moriturus, verum ac legitimū matrimoniū statim perficitur, nisi sic contrahentes suspendant consensum, vsque cras quando sol oriatur. Ratio istius conclusionis est manifesta: quia talia futura iam sunt praesentia in suis causis. Quo circa habetur conditio ista pro non adiecta, ac perinde solidum est matrimonium, ac si conditio esset de praesenti. Assertio ista est D. Thom. in. 4. distinctione. 29. articulo. 3. ql. 3. Quamuis glossa nuper super cap. Per tuas. de condi. appo. contrarium sentiat, dicens, quod etiam talis conditio necessaria suspendit contractū, & idcirco si iste antequam sol oriatur cras aliud matrimonium contraxerit de praesenti, illud, inquit est validum. Sed tamen glossa haec nulli cōsentanea est rationi, nam cum illa conditio sit iā in suis causis naturalibus necessaria, impleta censetur. Si verō talis conditio necessaria addatur verbis de futuro: vt, cōtraham tecum, si Sol oriatur cras. valebit pro sponsalibus, ac si nulla esset adiecta conditio. Si autem quis diceret, contraham tecum, si pater meus moriatur, non tenetur eam ducere quousque pater moriatur.

2. Conclu.

Secunda cōclusio. Si conditio sit possibilis de praesenti, & adhibeatur verbo de praesenti, si illa tunc vel impleta est, vel adimpleatur, vt si Petrus dicat Mariae secum consentienti, contraho tecum, si patri meo placuerit, id est si iam modo placet, verum perficitur matrimonium absque alio consensu. Haec conclusio nemini potest esse dubia, cū in isto contractu interueniet consensus mutuus de praesenti, nullatenus ex futuro pendens, qui ideo eodem momento quo exprimitur, vim suam obtinet, si modo personae sint legitimae: & patet, nā & in alijs contractibus civilibus, ita res habet. I. institutio talis. ff. de

A condi. institu. & l. Cū ad praesens. ff. si certum petat. vbi habetur, quod si conditio est de praesenti aut de praeterito, non suspendit contractum.

Et annotato, quod signanter dixi in conclusione, si illa conditio tunc est ad impleta, quia si non esset ad impleta, aut esset matrimonio contraria, non teneret matrimonium. Signanter etiam dixi in cōclusionē, si iam modo patri meo placet: nam si tunc patri displicebat, quamuis postmodum scienti placeat, matrimonium nullum est absque nouo consensu: quia conditio ad illud momentum referenda est, quo consensus de praesenti exprimitur. Ex quo conspicue elicitur, quod modo post sacrum Tridentinum concilium nisi contrahentes sint praesentes, & consentiant, neutrum matrimonium conficitur, quia post illud omnia quae sunt de necessitate matrimonij fieri debent parochō, & testibus praesentibus, taliter vt testificari de illis possint.

Tertia conclusio. Si conditio possibilis honesta de futuro, quae non est contra substantiam matrimonij, adijciatur verbis de praesenti: suspendit contractum: hoc est, facit illum obligatorium sub illa conditione, & non aliter.

D Vt si quis contrahat in hunc modum, contraho tecum, si pater tuus consenserit, vel si pater tuus dederit mihi decem millia talenta. Conclusio haec habetur in capit. De illis. & capit. Super eo. & capit. Per tuas. de conditio. appo. Et ratio est, quia consensus non aliter est iudicandus, quam exprimitur: Cum ergo sub conditione exprimitur, non obligat nisi sub illa, quod etiam commune est omnibus contractibus civilibus, itaque contractus nunquam erit nisi sponsaliorum. Pari modo si quis hac honesta conditione contrahat cum aliqua, quam non vidit, si non fuerit caeca aut muta, aut cocles, aut leprosa, vel aliqua insigni turpitudine deformata, etiam si per verbum de

D. Thom.

Concl. Tri

3. Concluf.

4. conclu.

Palud.

D. Tho.

Adrian.

Ricard.

de praesenti illud dicat: vt, contraho cū Maria, si non fuerit caeca, &c. matrimonium non tenet, nisi conditione stante: scilicet, quod ipsa non sit caeca. Et parius est de sponsa respectu sponsi. Eodem modo si dixerit, Nubo tali si hanc aut illam doctus est artem ad alēdam vitam. Nam conditiones huiusmodi sunt, tum honestae, tum & multum ad perpetuitatem cohabitationis & generandi conducentes, & ideo nulla est causa cur nō approbentur tanquā necessario adimplendae. Secus si minus ad finem matrimonij conducerent, vt si quis contraheret cum aliqua absente, si esset pulchra aut bene morigerata, quia cū istae qualitates recipiant magis & minus, non sunt in foro ecclesiae admittendae tanquam matrimonium inualidantes.

Quarta conclusio. Si conditio sit possibilis, honesta, contraria tamen matrimonij substantiae, nullum est matrimonium, vt si quis dicat ego accipio te in uxorem, si vixerimus in perpetua castitate, (scilicet vt neuter alteri debitū vnquam reddat) neque nos carnaliter cognoscamus. Vel si dicat vterque alteri, contraho tecum si prius voto castitatis tesc obstrinxeris, vt nūquā à me petas, neque mihi debitum reddas. Conclusio ista est communis doctorum sententia & vera, licet Paludanus aliter sentiat.

Eam enim tenet Diuus Thomas in. 4. distinctione. 28. articulo. 4. ad. 3. & Adrian. in tractatu de sponsalibus. quæstione. 9. & Ricardus in. 4. eadem distinctione, articulo. 2. quæstione. 4. Ratione quoque probatur, nam cum ad substantiam matrimonij spectet quaedā obligatio, quae vterque facit potestatem sui corporis alteri ad vsum, ad inuicem carnaliter cōmiscendi: & in hoc casu nullus illorum possit vti alterius corpore, quae quidem conditio est contraria fini & fidei matrimonij, fini scilicet generationis & fidei sibi inuicem debitum persoluendi, fit vt nullum sit matrimonium. Item, videtur expressa sententia cap. si. de con-

di. appositis. Vbi tantum dicitur, quod conditiones quae sunt contra substantiam matrimonij, illud tollunt absq; restrictione ad turpes, ergo etiam honestae si sint contra substantiam matrimonij, ipsum impediūt. Quamuis enim copula carnalis de essentia matrimonij non sit, attamen ius illam exigendi de illius essentia est. Similiter licet effectū, & finem matrimonij de substantia illius non esse constet, vt proles: attamen aptitudinem, & potentiam ad prole suscipiendam de illius substantia esse negare non licet. Quo fit, vt si quis diceret, contraho tecum, donec nascatur nobis filius masculus, non conficeretur verum matrimonium, eo quod conditio appositae perpetuitati in matrimoniali contractu inclusa repugnat. Sicut conditio, quae in aliquibus religionibus appositae inuenitur, nempe, vt nullus sanguine Hebraeorum infectus in illis profiteri queat, annullat votum solenne eo quod est perpetuum & indissolubile. Quod si quis dicat, contraho tecum si filios, qui nascantur exposueris pro foribus ecclesiae, aut in fluuium proieceris, nullatenus verum matrimoniū conficitur. Si autem dicat, contraho hac lege, ne filios proprio lacte nutriam, non impedit, quum verum contrahatur matrimonium.

Annotare tamen hic opus est, quod ex eo quod filij feruorum vēdi possint, statim cum fuerint nati, non impedit quominus verum inter illos cōfici possit matrimonium. Possent namque vendi ex contrahentium conditione, scilicet, quia alijs sunt subiecti prouenit.

Secundo annotare oportet, quod si intentionem interiorē haberent, nunquam conueniendi, si tamē eam verbis non explicauerint, matrimonium teneat: quia quamuis habeant intētionem castitatem seruandi, si alius petat, tenetur ei reddere debitum, ita tenet Syluester, verbo, Matrimonium. 4. S. 5. Si tamen verbis exterioribus in conditione appo-

§

§

§

siluest.

apposuere, nullus illorum potest petere nec si petat, alius tenetur reddere, & ideo non est matrimonium. Imo si tantum ex parte vnius contrahentis apponatur conditio, quod nunquam ab illo alter coniux petat debitum, non fit matrimonium: quia tunc non habet vterque æqualem potestatem super corpus alterius: contractus autem matrimonialis claudicare ex aliqua parte nõ debet, sicuti nec alij contractus. Ex his euidenter colligitur, inter beatam virginem & Ioseph fuisse legitimum matrimoniũ: quia absolute ac sine conditione seruãdicitatem contraxerunt. Si tamẽ beata virgo illam conditionem expressisset, non esset verum matrimonium: nec ante nuptias desiderium quod virginittatis habebat, aufa est absoluto voto firmare, sed sub conditione, si Deo placeret, eo quod tempore legis veteris oportebat generationi insistere tam mulieres quam viros. Postmodum vero accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginittatis emisit, vt ait D. Th. 3. par. quæstio. 28. articulo. 4. Desideriũ dixi, quia votum virginittatis ante nuptias non tam votum dicendum est, quàm desiderium vouendi. Vnde Augustinus nõ dicit, quod tunc vouit, sed quod proposuit se permanuram virginẽ, nisi Deus aliter reuelauerit.

D. Tho.

D. Aug.

Scotus. Caieta.

¶ Annotare opus est, ad perfectum matrimonium non esse necessarium absolutum consensum in actualem copulam carnalem, sed sufficere efficacẽ voluntatem tradendi potestatem ad copulam huiusmodi. Consensus nanque ad matrimonium contrahendum requisitus neutiquam virginittati mentali repugnat, vt expresse asserit Scotus in. 4. distinctione. 30. quæstione. 2. & Caieta. in opusc. 17. responsionum. Responsione. 2. licet enim beatam Mariam perfectã virginittatem metis & corporis habuisset secundum fidem orthodoxam, fateamur: nihilominus tamen cõsensum ad

A matrimonium habuisse nemini dubitare fas est. de qua re pulchrẽ pro suo more agit D. Thom. 3. par. quæstio. 29. art. 2. & videndus est textus ille capituli beata Maria. 27. q. 2. ¶

D. Tho.

¶

Sed circa tertiam conclusionem insurgit graue dubium: scilicet, vtum adimpleta conditione, sine nouo consensu fiat matrimonium, an requiratur nouus consensus? Cui dubio hac. 5. conclusio in ordine respondetur, quam ante sacrum Tridentinum concilium nõ fiebat matrimonium quousque de nouo adinuicem cõsentirent de præsentia, aut maritalis accederet copula, quod hodie post ipsum concilium adhuc non sufficit, sed requiritur quod simul cum illo nouo cõsensu interueniat forma in prædicto concilio statuta. Hęc conclusio est contra Panormi. & aliquos alios ex

5. Concl.

Concl. Tri.

Panormi.

canonistis tenentes in cap. Super eo. & cap. De illis. de condi. apposi. quod adimpleta conditione, absque nouo consensu matrimonium est validum: ita vt si ad alia vota ille trãserit, nulla sint præsus: quibus subscribit Paluda. in dist. 29. quæstio. 2. ar. 5. Sed conclusio nostra est expressa sententia D. Thom. in. 4. dist. 29. art. 3. & Ioan. Maio. eadem dist. quæstio. 4. Adria. quæstio. 3. de spons. & habetur in locis citatis, vbi dicitur illum talem esse compellendum ad contrahendum: signum ergo est, quod fuit aliqua obligatio illa conditione adueniente, & non fuit matrimonium: quia si eo ipso quod conditio adimpletur, esset matrimonium, non opus esset ecclesiæ coactione, vt qui sic pepigerunt contraherent: compellit autem eos vt cõtrahãt, ergo non erant nisi sponsalia sub conditione obligantia. ¶ Quia ex eo quod conditionem de futuro apponunt, consensum in futurum suspendunt, ac subinde velint nolint sponsalia contrahunt. ¶ Et ratione euidenti probatur, nam vt ex conc. Florentino constat, consensus per verba de præsentia explicatus est

Palud.

D. Tho. Ioan. Mai. Adrian.

causa efficiens matrimonij, quod nunc etiam

¶

Concl. Flo.

etiam post concilium Trid. est verum: dummodo huiusmodi consensus sit præstitus seruata præfata forma concilij, vt supra dictũ est. Cum ergo à principio, quando illam conditionem apposuerunt, non adfuerit talis cõsensu, nec ipsa conditione adimpleta: fateri necessum est nullatenus talem contractũ habendum esse pro matrimonio, nisi de nouo adsit mutuus consensus. Confirmatur etiam maximẽ, quatenus matrimonium est sacramentum, exemplo aliorum sacramentorum. Nullum enim sub conditione quidquam valet, vt si quis diceret, Ego te baptizo, aut confirmo, aut absoluo, si ieiunaueris, vel psalmos recitaueris. Nec incipit valere, dũ conditio impletur: nam in sacramentis locum non habet rati habitio. Pari igitur ratione, si quis diceret, contraho tecum, si cras dederit pater tuus eleemosynam: quod si pater audiat & faciat in fauorem matrimonij iudicandum est. Ita tenet Hostien. & Card. in dict. cap. Super eo. & ratione probatur, nam vbi in conditione non interuenit specificatio de consensu verbis expresso, sufficere videtur pro conditionis impletione tacitus cõsensu. Ex hac conclusione ante Triden. concil. apertẽ colligebatur, quod siue ante completam conditionem, siue post alter illorum, qui in illã conditionem consenserant, voluisset à contractu resilire, & aliam vel alium ducere, ille contractus secundus erat verum matrimonium, nisi iam adinuicem post adimpletam conditionem consensissent de præsentia, aut maritalis accessisset copula. Hodie vero post sacrum Tridentinum concilium, nec ille contractus secundus erit matrimonium verũ, nec primus, quamuis post adimpletam conditionem adinuicem consentiant de præsentia, aut maritali affectu se cognoscant nisi tunc cõtrahant seruata præfata forma sacri Tridentini concilij.

Hostien. Card.

Concl. Trid.

A cum conditio de futuro fertur super illegitimam materiam quam cum fertur super legitimam: vt si quis cognato suo intra quartum gradum prohibitum dicat contraho tecum, si papa dispensauerit, non enim erat ante sacrum conciliũ validum matrimonium dispensatione concessa, quousque accederet nouus cõsensu: quod hodie adhuc non sufficit nisi simul cum consensu nouo interueniant requisita in ipso cõcilio. Et quod conclusio ista magis habeat locũ, quando fertur super illegitimam materiam, probatur, nam Panormi. & Innocen. in cap. Super eo. & in cap. De illis. licet vbi est legitima materia censeant matrimonium absque nouo consensu fieri: tamen vbi est illegitima, id negant.

Panormi. Innocen.

C Quo fit, vt minimẽ sit adhibenda fides Calderino, & alijs quos Syluest. verbo Matrimonio. 3. §. 9. inducit, asserentibus post adeptam dispensationem absq; nouo consensu fieri matrimonium. Et probatur nostra conclusio manifesta ratione, nam cum Papa super matrimonium dispensat in gradu prohibito, solum intelligit facultatem illis facere contrahendi: non autem ratum habere quod factum est, quia consensus ille inter illegitimas personas nullus fuit, ergo si postquam sunt facta legitimæ personæ summæ Pontificis dispensationem, contrahere volunt, requiritur quod de nouo consentiant de præsentia, vt fiat matrimonium. Ex quibus liquido constat, quod quamuis ante dispensationem cognati sponsi per verba de præsentia, & per copulam carnalem affectu maritali matrimonium consummauerint, & prolem susceperint, nullum tamen est matrimonium, sed omnes concubitus inter illos sunt fornicationes quousque post dispensationem de nouo de præsentia consenserint. Secus tamen est de alijs cõtrahebibus ciuilibus qui quidem cum ex nouo consensu non pendeant iure præsumitur consensum semper in virtute durare, quousque conditio superueniat,

Syluest.

E

Et annotare hic oportet, quod conclusio ista. 5. multo magis verum habet

ueniat, & ideo adimpleta conditione sunt validi.

Sed iam quod non est matrimonium dispensatione concessa, utrum saltem habeat talis contractus vim sponsaliorum, ita ut ad eam dispensationem contrahere teneantur, merito consequenter dubitatur. Cuius dubio (omissa sententia Adriani affirmatiua licet probabilis, quam tenet in materia de matrimonio, quaest. 10.) Hac negatiua conclusione sexta in

Adrianus.

6. conclusio.

ordine responderetur: nempe, quod nulla nascitur sponsaliorum obligatio. Hac conclusio est communis doctorum sententia in cap. Super eo. & colligitur aperte ex l. Si stipuler. ff. de verbo. obligatio. ubi habetur, quod si quis stipulatur, ut id fiat quod natura fieri non concedit, obligatio non consistit. Et subditur ad propositum, quod si quis stipulatur de eo quod leges fieri prohibent, cessat obligatio, veluti si quis nupturam fore sibi stipuletur: & ratio est quia ex facto iure improbatum nulla nascitur obligatio, nec tantum intelligitur matrimonium improbari inter cognatos: verum etiam sponsalia, cum sponsalia sint vinculum & obligatio ad matrimonium contrahendum, & cognati tam ad sponsalia quam ad matrimonium sint indebita ac illegitima materia. Quin vero & in l. Oratio. ff. de sponsalibus habetur, quod lex quae prohibet matrimonium, subinde prohibet sponsalia. Unde non solum ante dispensationem obtentam: verum, & post, uterque potest a pacto illo recedere, altero etiam inuito, & reclamante, secundum hanc sententiam. Imo quamuis contractus ille iuratus esset, quia in tali casu iuramentum non ligat, nec dispensatione indiget, eod quod super illegitimam materiam latum est. Et si sic pasciscentes sint cognati & intendunt facere sponsalia, peccant, & grauius si id iurant, quia fertur iuramentum in materiam vetitam, quamquam excommunicationem non incurrant: quoniam poenae sunt restringendae, & excommu-

nicatio in iure non fertur nisi in eos, qui in gradu prohibito matrimonium de facto contrahunt, ut patet in cap. De muliere. de matrimonio contra interdictum. Ecclesiae, & in Clemen. vnica de consanguini. & affini. Vbi nulla fit mentio sponsaliorum. Et licet haec omnia vera sint, mihi tamen media quadam opinione sub distinctione bimembri breuius ac facilius videtur satisfieri posse ad dubium propositum: nempe, quod si adest causa legitima dispensandi ad arbitrium boni viri, ad eam dispensationem, talis contractus obligat in conscientia, adeo ut si aliquis illorum ad secundas nuptias se transferat, mortaliter delinquat, licet factum teneat, & sic habet verum Adriani sententiam. Quoniam licet promissio facta de re illicita, qualis est de contrahendo cum consanguinea, vel consanguineo absolute sit illicita, ac prohibita: attamen hac conditione vetita, si Papa dispensauerit, fit licita & obligatoria, praesertim si iuramento sit firmata, quia iam est de re licita. Item, quia si monachus votum peregrinationis emitteret sub hac conditione, si praelatus ei licentiam impartitus fuerit, ad eam licentiam ab illo, manet voto astrictus, & tamen antea erat materia prohibita, pari ergo ratione, ad eam dispensationem, contractus ille erit obligatorius etiam si antea esset de materia prohibita. Si vero non ad sit causa legitima dispensandi adueniente dispensatione, nulla oritur obligatio, quod licet ad eod perspicuum sit, ut nulla videatur indigere probatione, ostenditur nihilominus euidenter: tum, quia in tali casu potius esset dissipatio, quam dispensatio, tum etiam, quia cum sit peccatum petere dispensationem nulla praexistente causa legitima, & ea obtenta uti, & nemini ratione promissionis etiam iuramento firmatae liceat peccare, fit consequens, ut nulla obligatio oriatur, dispensatione adueniente. Si vero non cogitent sponsalia facere, sed obligare se ex honestate, ne expensae

in

in vanum fiant, vel alia bona de causa: tunc nullum peccatum ferit etiam id iurare, ut dum matrimonium illum inter cognatos propter aliquem bonum finem est expediens, & dum expensae in expeditione dispensationis amplae factae sunt: maxime si sponsa sese permiserit spe illa destorari, licet peccauerit non solum in tali concubitu, verum etiam & in osculis, & tactibus, quia omnia feruntur super indebitam materiam.

7. Conclusio.

Est septima conclusio in hac difficultate, quod si conditio sit impossibilis, ex natura rei, & ratione obiecti, ut si quis dicat, contraho tecum, si Deus non est, vel si cras sol de caelo ceciderit, aut si digito caelum tetigeris, in conscientia ad consensum intrinsecum spectandum est: Nam si fuerit verum consensus de presenti matrimonium facit, si vero de futuro sponsalia: sin minus, neutrum. At vero in foro iudiciali hoc maxime notandum est, quod ecclesia ex conditione impossibili non contendit sufficiens sumere praesumptionis iudicium, sed aliunde. Unde si confiteatur se dixisse, contraho tecum, si caelum digito tetigeris, per alia verba, aut facta coniiciendum erit, verumne habuerit consensum, vel de praesenti, vel de futuro: & tunc praesumetur ioco conditionem adiecit, ac perinde pronuntiabitur illud fuisse matrimonium, aut sponsalia, ac si nulla fuisset adiecta conditio. Hoc enim sonat, habeatur conditio impossibilis pro non adiecta. Quod dicit Gregorius. 9. in cap. fina. de condi apposi. Et eadem ratione, si coniiciatur adiecit conditionem per fraudem, ut si pollicebatur quis puellae matrimonium, si secum in rem veneream cōsentiret, sed ut illam deciperet, adiecit si caelum digito tetigeris: Tunc nanque tenetur ille iniuriam per fraudem illatam recompenfare, & merito compellitur eam ducere. Si tamen ex coniecturis intelligatur, aut ioco dixisse, contraho tecum si caelum tetigeris, aut tanquam vnū impossibile, & constat, quod animus

Greg.

utriusque vel alterius contrahentium non fuit contrahere: non esset in foro contentioso, nec in foro conscientiae, nec in iure naturali stando pro matrimonio iudicandum, nec pro sponsalibus. Et praesertim ex hac coniectura poterit percipi virum non habuisse animum ducendi illam, sed fallendi: scilicet, si erat lata disparitas, quia ipse erat illustris & foemina pauper.

B

Octaua conclusio, Si quis contrahat vel sponsalia vel matrimonium cum conditione impossibili non ex natura rei, sed ex conditione personae, & ex aliquo facto, ut si quis dicat, contraho tecum, si dederit mihi regnum, vel si feceris mihi donari illustre castrum, aut marchio natum, stante conditione, in foro animae, & in iure naturali stando, tenet matrimonium: & non stante conditione, non tenet matrimonium. Haec conclusio ostenditur aperta ratione: quia huiusmodi conditiones non sunt habendae pro non adiectis, imo faciunt consensum pendere ex aduentu ipsarum: & ideo si non adimplentur, non censetur matrimonium. Quin vero nec ecclesia praesumeret esse matrimonium, quando cunque constaret contrahentium animos, vel saltem alterius fuisse non contrahere, nisi sub conditionis euentu, & aliter non: quia si hoc non constet, iudiciale forum reputat ac praesumit verum esse matrimonium, etiam sine conditionis euentu, nam reputat pro non adiecta in fauorem matrimonij. Ita nanque Caietan. in opusculo intelligit praefatum textum.

Caietan.

D

Nona conclusio. Sponsalia, vel matrimonium contractum sub conditione turpi, vel impertinenti, quae non est contra substantiam matrimonij, tenet ante euentum conditionis, ut si aliquis dicat, contraham tecum, si furtum committas, sunt sponsalia ante adimpletionem conditionis. Et si dicat, contraho tecum, si furtum commiseris est matrimonium. Ratio huius conclusionis est.

9. Conclusio.

est: quia, cum nemo ad id quod turpe est, obligetur, imo multo minus quam ad impossibile, ubi conditio turpis consensus matrimonialem non aufert, contractus ille relinquitur solidus, & ipsa fit vana & inutilis nullam vim obligandi. Intelligenda tamen est haec conclusio in publico ecclesiae foro, ubi ex praesumptione proceditur: quia in isto foro habetur pro non adiecta. At vero in foro conscientiae semper respiciendum est ad interiorum consensus: nam si quis dixit, contrahe tecum, si mihi ad furandum fueris socius, & nullum alium habuit consensus nisi sub tali conditione, neque intellexit se aliter obligare, re vera non fecit matrimonium, licet id praesumatur fecisse. Quare, ante conciliū, vel debebat planè postea consentire, vel in alium locum fugere, ubi non compelleretur permanere cum illa. Si vero affectu maritali postea copulam consummasset, tunc fieret matrimonium.

10. conclusio.

Decima conclusio. Sponsaliorum vel matrimonij contractus sub conditione turpi contra substantiam matrimonij est nullus, ut si quis contrahat in hunc modum, contrahe tecum, si venena sterilitatis procures. Vel, si generationem proles euitabis, quod est contra matrimonij finem, aut si aliquem admiseris, qui tecum adulteretur, quod est contra eius fidem. Vel si dicat, contrahe tecum, usque dum te aliam pulchriorem vel ditiolem inueniam: quod est contra eius perpetuitatem. Hic namque concubitus potius esset, ut capit. solet. 32. q. 2. ait Augu. quia matrimonium. Conclusio ista habetur in cap. vlt. de cond. appo. Est tamen primo intelligenda, si conditio sit apposta per modum obligationis ad illud obligatis, nam si per modum assertionis apponatur, valebit matrimonium, quia tunc habetur pro non adiecta. Secundo est intelligenda conclusio, si uterque contrahentium in illa conditionem consentiat, secus quando alter illorum contradicit. Idem quoque est, si alius taceat, quia praesumitur quod con-

A tradicat in fauorem matrimonij.

Sed quid dicendum est, si quis contra xerit sponsalia cum puella sub hac conditione, si fueris virgo? Respondetur, quod ista conditio bifariam potest apponi: scilicet turpiter & honeste, turpiter dicendo, contrahe tecum, si tecum congressus, te inuenero virginem: & tunc in foro contentioso stando, etiam post concilium essent sponsalia absoluta non pendencia à futuro: at vero ante concilium interuenisset copula, haberetur pro matrimonio: quia praesumebatur quod iam ille à conditione recesserat, ut patet capit. Per tuas. Si autem conditio honesta apponeretur, ut dicendo, capio te in uxorem, si modo fueris virgo: quod potest explorari per matronas. Isto secundo modo crediderim, conditionem esse obligatoriam: ita ut nisi sit adimpleta, nec teneat matrimonium, nec sint sponsalia obligatoria. Et ratio est, quia conditio est honestissima. At vero in foro conscientiae si ille non habuit intentionem ullam faciendi matrimonialem contractum, contractus ille nullus est, & pariter si quis dicat, contrahe tecum, si mecum concubueris. Si non habuit animum se obligandi nisi sub illa conditione, in conscientia si illa non implet conditionem, ille non manet obligatus.

D

Adhuc restat in hac materia paruum dubium: vtrum scilicet, vno dicente, ego accipiam te in uxorem: & alio respondente, forte ego accipiam te in virum: sint sponsalia, vel parentibus loquentibus sic filio, accipe istam in uxorem, ipso respondente, forte accipiam? huic dubio tribus conclusionibus respondetur. Prima, per ista verba dubitativa secundum sensum quem facere videntur, non erat praesumendum matrimonium nec sponsalia: quia ad matrimonium requiritur consensus de praesenti, & ad sponsalia exigitur promissio certa de futuro. At vero in his verbis non inuenitur talis consensus nec promissio.

E

Secunda conclusio. Si post ista verba statim

1. conclusio.

statim

statim traduxisset illam in domum secuta copula, nisi aliud obstarat: verum fieret matrimonium. Haec conclusio liquet, nam videbatur mutuus consensus verbis vel signis expressis, & si consummassent copulam post huiusmodi conditionales contractus, videbatur à conditione discessisse: quia talis contractus erat sponsalia, & sic erat praesumptum matrimonium in foro ecclesiae. In foro tamen conscientiae, si quis sub conditione contraxerat, interius caret intentione matrimonium consummandi, & non accederet affectu maritali, sed fornicario, minime à conditione discessisse iudicabatur, ac proinde nec esset censendum matrimonium.

3. conclusio.

Tertia conclusio. Si tamen traductio illa in domum, ac copula consummata, non fieret statim post illa verba expressa vnius & dubitativa alterius, sed post longum tempus, vel saltem post mensem, vel annum, non praesumendum erat pro matrimonio nec in foro conscientiae, nec in exteriori virtute illorum verborum, quae praecesserant. Secus si de nouo tunc interius consenserant, quia tunc iudicari poterat pro vero matrimonio. Quod maxime memoriae commendandum esse censebam propter incolas huius noui orbis, inter quos contingebat post prolationem vnius (nempe ego accipiam te in uxorem: & alio respondente, forte accipiam te) statim iungi & consummare matrimonium.

Sed quid dicendum est, si quis dicat, Non aliam nisi te ducam, vel si dicat, Nunquam aliam à te uxorem ducam? Vtrum contrahatur sponsalia? Dubitationi huic supra difficultate nona negatiue respondimus: nempe, nullam obligationem ducendi hanc ex talibus verbis oriri, quoniam est mera negatio & nunquam per puram negationem contractus matrimonij, vel sponsaliorum vim obtinet: sed per affirmationem. Secus est de ista oratione, Non aliam sed te ducam, nam tunc fit contractus spon-

saliorum: quia, sed te, exceptio est affirmatiua ducendi illam. Eadem ratione si quis dicat, Nullam mulierem ducam praeter te: nam sensus est, Non aliam ducam, & ducam te. Quando vero ponuntur huiusmodi dictiones, Nisi, quam, ut si quis dicat, nullam mulierem ducam, nisi te. Vel nullam quam te ducam, aut non contraheam cum alia quam tecum in foro conscientiae consulenda est intentio contrahentis, quem sensum praetererit. Potest enim facere sensum exceptiuum, ut idem sit quod, praeter te: & sic obligatio nem parit contrahendi. Et potest etiam facere conditionalem, ut idem sit quod, si non duxero te, nullam ducam, & sic est negatiua: & idcirco nullam parit obligationem. Haec dicta sunt secundum ius antiquum, nam in principio huius difficultatis admonuimus, solum potuerunt habere locum quando erant valida claustra matrimonia. Cum igitur nunc post sacrosanctam Tridentinam synodum sunt irrita, consequens fit, ut iam non contingere valeant huiusmodi matrimonia, sub conditione facta. Et si aliquis plebanus adeo esset insipiens ut aliquid quod matrimonium sub conditione celebraret, iudicandum esset de illo matrimonio secundum ius antiquum, dummodo seruaretur forma in praefato concilio statuta & apposta: esset tamen huiusmodi minister grauiter increpandus ab ordinario, sponsalia vero fieri possunt modo post concilium sub conditione sicut & ante illud, siue interuenientibus requisitis in ipso concilio, siue non.

E

XXVI. DIFFICULTAS.

De bonis matrimonium excusantibus.

Vtrum sint aliqua bona quibus matrimonium excusetur & honestetur?

Pro huius difficultatis elucidatione primo annotare oportet, negotium

X x tium

1. Ad ri. 4.

Castro.
 Φ

tium istud excusandi matrimonium in-
troducendum fuisse in scholas causa cauē-
di vetustam eorū hāresim, qui nuptias
negabant esse licitas, de quibus Paulus
1. Timoth. c. 4. meminit. Φ ut refert Ca-
stro in lib. de hāresibus, verbo nuptiā,
hāresi. prima. Φ

Annotare opus est secundo, actus ef-
se in triplici differentia, quosdā qui ex
natura sua sunt boni, & nullū includūt
speciē mali: vt sunt actus virtutū, quos-
dā qui ex natura sua sunt mali: vt occi-
dere auctoritate priuata, furari, & adul-
terari: quosdā autē qui licet in sua ratio-
ne bonitatē & honestatē includant, sed
tamen videntur praeferre quandā de-
formitatē & speciē mali: & huius ge-
neris sunt actus matrimoniales. Quo fit,
vt non omnis & solus actus indifferēs

Durand.

indigeat excusatione, vt vult Durand.
in. 4. d. 31. q. 1. Non, inquam, omnis: si qui-
dem comedere & bibere quae sunt ope-
ra indifferentia, ea non indigent, nec so-
lus: quia matrimonium de se est bonū, &
tamē eget excusari. His sic prae habitis,
duabus conclusionibus respōdetur ad
quāstionē. Prior cōclusio fit. Actus pri-
mi & secundi generis nulla indigēt ex-
cusatione. Cōclusio ista est adeo euidēs,
vt neutiquā opus habeat explicatione.

1. Conclu.

2. conclu.

Est posterior conclusio, qua directe
quāstioni respondetur. Actus tertij ge-
neris vt matrimonium, indigent excu-
sari per aliqua bona. Conclusio hāc est
expressa sententia Arist. 7. Ethic. vbi di-
cit quod in actu carnali priuatur homo
maximo bono: scilicet vsu rationis. Φ

Arist.

D. Aug.

Dicit enim D. Aug. 14. lib. de ciuitate. c.
16. quod acies mentis habeatur: & de-
nique ibi est tantā inordinatio, vt orga-
na, quibus exercetur pudenda vocētur,
& actus ille etiam cum propria vxore
non nisi occulte, & cum pudore maxi-
mo fiat. Φ Debet igitur esse aliquod bo-
num recompensans istud damnū. Pro-
batur etiam ratione, nam matrimonium
plurimas molestias ac tribulationes &
grauissima onera secum importat. In

A primis nanque adfert vinculum indis-
solubile, quod onus quodammodo ser-
uitutis est: nempe, quia tenentur alteru-
trum reddere debita, nec possit coniux
pro suo arbitrio ab altero recedere. De-
inde, quia vxor tenetur esse sub viri po-
testate, & cum pudore concipit, cū mo-
lestia vteri grauitatem gestat, cum do-
lore parit. Item tribulationē carnis pa-
tiuntur, vt inquit Paulus. 1. Cor. 7. quo

1. Ad Cor. 7.

loco Ambro. multas cōmemorat mari-
torum vxorumque molestias. Item, soli
citi sunt quae sunt mundi, quomodo si-
bi inuicem placeant, ait Idem Paulus, &
denique maximum onus sentitur in fe-
rentis & mariti & vxoris peruersis mo-
ribus, in educandis filijs, & in augenda
re domestica. Quare, nisi per alia bona
fieret istorum compensatio, neutiquam
in statu naturae corruptae esset matrimo-
nium eligibile bonum: necessarium ergo est
aliqua bona ei assignare, per quae excu-
setur, & quatenus est in officium & qua-
tenus in remedium est institutum: quia
vtraque ratione afferret molestias cita-
tas. Secus in statu naturae integrae, quia
tunc nullae potuissent esse molestiae, cū
omnes praefatae ex originali peccato or-
tum habuerint.

C

Sed dubitatur consequenter, quot
sunt ista bona, quibus excusatur & ho-
nestatur matrimonium? Cui dubio vnica
conclusionē hac respōdetur. Tria tan-
tū sunt bona matrimonium excusantia.
Primum est bonum prolis, cuius procreā-
da gratia institutum est, vnde oportet, vt
proles intēdatur, ametur, suspiciatur ac
religiose educetur. Φ Quod proles dici-
tur cōtineri in matrimonio sicut in prin-
cipio, quoniam sicut actus sumit speciē
ab obiecto, & sine in quem per se tēdit:
ita matrimonium in quantum actus huma-
nus est, speciē & bonitatē sumit à prole
intenta à natura. Quo fit, vt proles sit il-
li quid essentialē, nō quidem in esse, sed
in suo principio. Quēadmodū enim de
ratione potētiae est actus, ad quem sua-
pte natura ordinatur, sic de ratione ma-
trimo-

D

Cōc. vnic.

E

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

trimonij est proles, tāquam finis, à qua
sumitur necessitas fidei inter coniuges
obseruandae, & ratio vinculi perpetui
& indissolubilis, quod pertinet ad ratio-
nem sacramenti: Φ & ex hac parte est
primum bonum excusans. Secundū bo-
num est fides, quae quidem non accipi-
tur hic prout est virtus Theologica, sed
prout est pars iustitiae quae est promif-
sorum firmamentum. Debent enim cō-
trahentes, mente proponere, sibi mu-
tuam seruare fidem: scilicet, ne post vin-
culum conjugale maritus ad aliam quā
ad suam propriam coniugem accedat
nec vxor ad alium quam ad suum pro-
prium: hoc enim honestat generatio-
nis actum. Tertium bonum est sacra-
mentum, id est, indissolubilitas coniun-
ctionis. Φ Ex eo quod significat vnio-
nem Christi cum humanitate & eccle-
sia, fit multo indissolubilius vinculum,
vt ex cap. Quando de diuor. colligitur.

Φ

Φ

Vnde sacramentum, vt ponitur inter
bona excusantia matrimonium, nō ac-
cipitur pro substantia matrimonij, sed
pro inseparabilitate, quae est conditio
adiacens contractui, & ideo matrimo-
nium quatenus est vinculum ex contra-
ctu resultans, excusatur, & quatenus est
sacramentum, est bonum excusans. Cō-
clusio hāc est Diui Augustini. 9. super
Gene. ad literam. cap. 7. & lib. de bono
conjugali. & lib. de nuptijs, & concup.
cap. 11. de quibus bonis Hugo lib. 2. de
sacra. par. 11. cap. 7. & sequentibus, elegā-
ter edisserit. Et habetur in decretis. 27.
quāst. 2. c. Omne. Est denique Theolo-
gorum in scholis receptissima sentētia
in. 4. dist. 31.

D. Aug.

Hugo.

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

A non ideo coniux non est: nec etiam ste-
riles, quae fructu prolis carent, coniu-
ges esse desinunt. Ratio est, quia fides &
proles in re nō sunt matrimonio essen-
tiales: quemadmodum est indiuisibili-
tas, bene tamen si considerentur in in-
tentione, quia nisi in contractu inclu-
dantur, saltem si contrariae conditiones
apponderentur: scilicet, quod nunquam
tenerentur sibi debitum reddere, aut
quod sterilitatē procurarent, non eliet
matrimonium. At vero tertium bonū
intrinsicus & inseparabiliter adhāret
matrimonio. Quia enim per pactiōnē
conjugalē sui potētātē sibi inuicem in
perpetuū coniuges tradunt: separari mi-
nimē possunt. Quocirca, nō tantū actus
ipse matrimonialis est bonus, verū etiā
sanctus, quā quidem sanctitatē habet
ex indiuisibilitate cōiunctionis, secūdū
quam significat cōiunctionē Christi
& ecclesiae, vt egregie ait D. Th. in. 4. d.

D. Tho.

31. q. 2. Ex quibus facile vnusquisque col-
ligere poterit, quod non licet asserere,
vlum matrimonij absque peccato saltē
veniali minime posse impleri, vt opina-
tus est ex iure cōsultis Hugo super. c. vir
cū propria. 33. q. 4. propter verbū quod
illic ait Greg. quod vir cū propria vxore
dormiēs, nisi lotus aqua ecclesiam in-
trare nō debet. Nā illud nō dixit Greg.
propter culpā coitus, quasi aliqua inde
excōmunicatiōis imago oriatur, vt Hu-
go, & alij arbitrati sunt: alias nō abster-
geretur aqua, sed illud dixit propter in-
decentiā: quia vsus ille videtur inhabilē
hominem reddere ad spiritualia, quae
vtique de causa cōsultat Paulus cōiugib⁹,
vt orationis causa tantisper abstineant.

Hugo.

D. Greg.

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

Φ

1. Ad Cor. 7.

insinuat congressum coniugalem esse rem minus malam, sed maius bonam, quam castitatem. Nō nocet etiā quod dicit Regius Propheta, In iniquitatibus conceptus sum: quia non dicitur sic conceptus proterea quod semper parentes inique coeant. Sed propter originale, quod puer conceptus contrahit, quod quia causa est, inquit Soto, multorum actualium, pluraliter dicitur iniquitates, ut sit sensus, in iniquitatum seminario conceptus sum.

XXVII. DIFFICULTAS.

Utrum causa voluptatis & delectationis quis coniugalem usum licite adimplere possit?

Questioni huic (omissa opinione quorundam dicentium, quod quandoque ad actum coniugalem libido principaliter mouet est mortale peccatum) tribus conclusionibus respondetur. Prima. Concubitus coniugalis solius voluptatis gratia, ita ut illa sit electa & principaliter intentata, non est de se peccatum mortale, nisi alia forte adsit mortalis circumstantia. Hęc conclusio est expressa sententia Philosophi in. 10. Ethic. Vbi dicit, delectationem de se nec bona nec mala esse, nisi si ratione operationis ad quā consequitur. Itaque delectatio operationis bonæ est bona, operationis verò malæ est mala. At verò concubitus coniugalis de se non est operatio mala: ergo neque delectatio illi adiuncta: quare neque delectatio istius delectationis ex genere suo est mortalis. Est etiam doctrina Augustini lib. de bono coniugali. c. 6. Videlicet quod accedere ad uxorem satiatæ concupiscentiæ causa, venialis culpa est: alioquin si mortalis esset, tunc steriles & fenestrequerent debitum citra mortalem culpam exigere, quod concedere absurdissimum esset.

Intelligenda tamen est præsens con-

Aclusio sistendo intra fines matrimonij. Sistere autem intra fines & limites matrimonij dicitur quis, quādo sic cognoscit uxorem propriam propter delectationem, quod si non esset propria uxor, non eam cognosceret. Exire autem limites matrimonij dicitur quis, quādo uxorem cognoscit propter solam delectationem, & propter hoc cognosceret eam etiam si non esset uxor sua. Si enim talis habeat affectum & actum voluntatis, quando accedit, quod cognosceret aliam si adesset, tunc mortalis culpa contrahitur. Ille nanque est ardentior amator uxoris, quem D. Hiero. condemnat, ap-

CSecunda conclusio est. Accedere ad uxorem voluptatis gratia, est venialis culpa. Hanc conclusionem tenet Aug. ubi supra & li. de nuptijs, & concupiscentia. c. 4. & in Enchiridion. c. 78. & Beda. 1. Corin. 7. D. Th. 4. d. 31. q. 2. ar. 3. & Alfisiodorēsis, & Ricar. breuiter omnes Theologi tenent, quod accedere ad propriam uxorem, solū ad obsequiū libidini, est veniale, vno excepto Ioan. Maio. dist. citata. conclusio. 7. cui Ekus. hom. 1. de matrimonio subscripsit, qui tenent nullam esse culpam, quibus adherēdū in hoc nō est: cū enim cōplexus maritalis nō sit bonus nisi in bonū prolis relatus, aut propter fidem reddēdū debitū, aut forte in remediū concupiscentiæ, quæ sunt bona eū excusantia, sit, ut voluptas nisi his associetur bonis, nō sit bona. Nec nocet argumentum quod pro se facit Maioris: quia sicut licet edere quæcūque lapidum cibum absque culpa aliqua, ita uti licet propria uxore ad delectationem sumendam. Non, inquam,

Psal. 50.

Soto.

3. Conclu.

Arist.

Aug.

Hiero.

2. Conclu.

D. Aug.

Beda.

D. Tho.

Alfiod.

Ricar.

Ioan. Ma.

Ekus.

quam, nocet, imo facit nobis: tum, quia comedere & bibere nisi vel nutritionis causa vel alio honesto fine fiat, non caret veniali culpa, cum saltem sit actus ociosus: tum etiam quia in esu & potu non inest tanta vis ad perturbandam rationem, quanta in coitu.

3. conclus. Tertia conclusio. Accedere ad coniugem generationis causa cū delectatione & voluptate adhærente & placete, nullum est peccatū nimius voluptatis excessus procuretur. Conclusio ista adeo esteuidens, ut probatione nō egeat. Cū enim vsus coniugalis à natura instigetur, sit, ut & ab illa illi actui sit adiuncta delectatio propter necessitatem cōseruandi speciem, quemadmodum ab eadē natura adiuncta est delectatio sumpcioni cibi, & potus ob necessitatem cōseruandi indiuiduum, nulla ergo est culpa ad coniugem cum delectatione causa generationis accedere, sicut nec sumere cibū & potum cū delectatione.

XXVIII. DIFFICULTAS.

Utrum liceat coniugibus ad vitandam fornicationem debitum exigere?

1. conclus. Difficultati præsentī duabus conclusionibus respondetur. Prior sit, qui debitum ab uxore exigit causa fornicationis vitandæ in illa: similiter & quod ipsa petat à marito causa vitandi in illo, nullo modo peccat, imo meretur. Hęc conclusio est Aug. lib. de bono coniugali. c. 7. & 10. ubi ait quod huius causa debitum reddere licet, ne alter coniugum fornicando dānabiliter peccet. Et verba Aug. recensentur. 23. q. 5. c. secundum verba. Est etiam Beda super. 1. Cor. 7. & Magist. sentent. & D. Th. in addi. 3. p. q. 49. ar. 5. ad secundum, atque omnium sententiarum expositorum. Et ratio est, quia est opus iustitiæ, id est fidei coniugij, cum secundū Apostolum mulier sui corporis potestatem non habeat, sed vir, neque vir sui, sed mu-

D. Aug.

Beda.

D. Thom.

Alier: & de hoc non est dubium. Et quando enim vnus coniux scit conditionem, ac fragilitatem alterius coniugis, procliuem esse ad libidinem, nisi coniugio vtatur, quod potissimum ex parte mulierum contingere solet, reddendo ei debitum, siue formaliter, siue interpretatiue petenti actū iustitiæ exercet.

BEst tamen maxima difficultas, vtrum ad vitandam fornicationem in se ipso liceat ei à coniuge debitum exigere. Sūnanque quamplurimi doctores grauissimi tenentes partem negatiuam, scilicet, quod ad vitandam fornicationem in se, non licet accedere ad propriam uxorem citra venialem culpam, ut Aug. in lib. de bono coniuga. c. 6. 7. 10. & in in-chiridione. c. 43. Et Hiero. in epistola p. libris aduersus Iouenianos. Greg. 32. li. moralium. c. 20. & Beda in loco citato, & Magist. sent. & D. Th. d. 31. q. 2. ar. 2. Bonauen. & Ricar. & licet hæc pars negatiua satis sit probabilis, nihilominus parte affirmatiua sit posterior conclusio tāquam mitior, & fortè probabilior tenenda, quod si adhibitis omnibus remedijs, quæ humano modo adhiberi possunt, non potest per illa vitare fornicationem, vel saltem magna cum difficultate, licite tunc potest accedere ad propriam uxorem causa vitandæ incontinentiæ. Conclusionem istam videtur tenere Hugo super Ecclesiastem, in verbo illo, tempus amplexandi, &c. Et in hac sententiam videtur inclinare Scotus. d. 26. Eandēque tanquam certā subsumit Duran. d. 31. q. 4. & Caie. in summa. c. de vsu matrimonij, ubi ait, quod exercendus est vel causa generandi, vel in remedium concupiscentiæ. Et idem ait Syluester, verbo, Debitum coniugale. §. 6. in fine. Sunt etiam duæ rationes non leues ad illam probandum. Prima, quia matrimonium non solum factum est in officium naturæ, quando institutum est à Deo in paradiso in statu innocentiae propter prolem, verum etiam post peccatū institutum est in remediū con-

C

D

E

E

Th

Aug.

Hiero.

Greg.

Beda.

M. sent.

D. Tho.

D. Bonau.

Ricar.

2. Conclu.

Hugo.

Scotus.

Duran.

Caie.

Siluest.

1. Ad Cor. 7.

cupiscentia illorum, qui matrimonium contrahunt. At vero uti matrimonio ad suum finem, licet ille non sit principalis, sed officium generandi, non est ius conjugale transgredi, sed uti remedio in continentibus concessio ad cauendum peccatum.

Quocirca Paulus hoc remedium continere non valentibus proposuit, inquit, Melius est nubere quam vri: quasi per nuptias homo liberetur ab igne inferni, quia cum sit a natura incontinens, exercendo actum venereum extra matrimonium, damnaretur. Qui ergo ob vitandam fornicationem in se accedit ad uxorem, nullum peccatum committit. Est secunda ratio, quia quilibet ex ordine charitatis tenetur diligere se quoad spiritualia plus quam proximum, sed potest accedere ad propriam uxorem ad vitandam fornicationem in illa, ergo ad vitandam in se ipso. Nec enim aliud Paulus dicere voluisse videtur cum dixit loquendo de illis qui se continere non valent, propter fornicationem unusquisque propriam uxorem habeat, & vnaquaque proprium virum. Et ite, quia alias inter steriles & senes usus matrimonij esset illicitus, & pari ratione cum uxore pregnante, siquidem tunc non causa proles, nec fidei seruandae accedit.

Signanter dixi in conclusione, adhibitis omnibus remedijs. Ita namque conclusionem nostram intelligunt Palud. dist. 31. q. 2. & Capreo. Et ratio est, quia certum est quod imprudenter quispiam potionem amaram sumeret, vel sanguinem sibi minueret, si alia faciliore medicina sibi mederi posset. Secus quando habet alia remedia, ut quando fugiendo occasionem potest fornicationem vitare, quia tunc accedere venialis culpa esset, eo quod non tam causa fornicationis vitandae facere videtur, quam voluptate illa potiundi. Et in hoc conueniunt omnes Thomista, & sic explicant Diuum Thom. imo ipse. 1. Cor. c. 7. ita se ipsum explicare videtur, scilicet, quod si tentatio sit vehemens, & non sit aliud remedium, ne utiquam erit peccatum uti coniugio.

A Solet moueri dubium hic, utrum liceat sanitatis gratia accedere ad propriam uxorem? Cui dubio D. Th. ubi supra ad quartum tenet partem negatiuam: facit enim argumentum, id quod genere suo est bonum, non nisi mala intentione vitatur: vsus conjugalis genere suo est bonus, ergo si fiat bono fine, qualis est sanitas corporis, non est culpandus. Et respondet, quod quamuis intentio sanitatis per se sit bona, tamen si per medium ordinatur, quod non est per se ad illam ordinatum, intentio tunc efficitur mala, veluti si quis sacramentum baptismi tantum ad salutem corporalem quereret. Cum igitur matrimonium non ad istum finem, sed ad prolem generandum, & in remedium concupiscentiae sit institutum, sit, ut gratia sanitatis accedere sit veniale: quam sententiam veram reputo, si sunt aliqua remedia facilia ad consequendam sanitatem: si vero non sint alia remedia, ita quod constat illud esse remedium necessarium, & non excludit fines matrimonij, nec illos excedit: quia scilicet illum actum non vellet habere cum alia muliere ad consequendam salutem, quamuis moueatur a sanitate, crediderim nullam esse peccatum, nec ex eo quod a sanitate mouetur, continuo secludit fines matrimonij: sicut qui accedit ad celebrandum propter sanitatem, non inde sequitur, quod excludat intentionem ecclesiae. Hanc sententiam: nempe, quod nullum peccatum committat qui causa sanitatis accedit, tenet Alber. Mag. in. 4. dist. 31. & Maioris ibidem.

B Solet vltimate impraesentiarum moueri dubium de vsu matrimonij, utrum si non seruent coniuges debitum modum in actu carnali, mortaliter peccent? Pro hoc sit prima conclusio. Quod abusus vxoris si sit extra vas foemineum, semper est mortale crimen: effusio etiam seminis extra vas legitimum est itidem mortale. Ait tamen Soto, intelligendum esse si eiusmodi effusio sit notabilis, nam distillatio non semper

Alber. Ma. Ioan. Ma.

1. Conclu.

Soto.

2. Conclu.

Caieta.

Alber. Ma.

Siluest.

per tantae culpae tribuenda est. Item, si dum vult ad propriam uxorem accedere, fortasse festinantius seminat extra vas, non est vitio dandum: quia illud festinationi naturae adscribendum est.

Secunda conclusio. Si vir cognoscat uxorem sedendo vel stando, vel retrorsum ad modum brutorum accedendo, vel foemina supergrediendo viro, intra vas tamen, licet semper sit peccatum, nisi adsit causa rationalis, mortale nihilominus non est, si per aliquem istorum modorum non impediatur generatio ex parte viri, neque conceptio ex parte foeminae. Hanc conclusionem sic intellectam tenet Dominus Caietanus in summa, verbo, Matrimonium. Et quidem quod propter hoc non impediatur generatio, probatur, nam ut dicit Albertus Magnus & ex medicis multi, matrix non solum est receptiua seminis, verum etiam virtutem habet attractiuam, quia semen exorbet, quapropter non est peccatum mortale, ita namque existimat Syluester in verbo, Debitum conjugale. §. 4. Dicit tamen, quod huiusmodi sunt grauiter reprehendendi a confessoribus, si autem per istos modos generatio impediatur, dicit Caietanus quod est mortale. Quod verum esse arbitror, nam tunc impeditur finis principalis a natura intentus, per tales modos coeundi. Dixi, nisi ex causa rationali per aliquem istorum modorum accedant, ut si foemina aliter cognosci non potest, vel propter timorem abortus, vel debilitatem, aut pinguedinem ventris, vel periculum suffocationis: tunc enim nullum peccatum esset, cum illa declinatio a modo consueto naturali, fiat propter bonum finem. Quia non intelligitur declinatio a recta ratione, quae indicat minus malum sustinendum ad euitandum maius.

Annotare etiam hic oportet, quod impudicitia consistens in tactibus venereis, si tales actus non fiant propter conjugalem actum, quando scilicet nihil aliud intendunt, quam sistere in huius-

A modi tactibus, tunc proprie est impudicitia & sic si sine periculo pollutionis in utroque coniuge fiant, peccata venialia tantum sunt, ut dicit Caietanus. Si vero fiant cum periculo pollutionis in ipsorum altero, dicendum est sicut de mul- tum bibentibus cum periculo ebrietatis, & peius hic, quia non est in potestate personae continere pollutionem, sicut continere decimam potationem, ne inebrietur. Vnde, si experta persona est pollui ex similibus tactibus tot & talibus, & aduertit periculum, & non obuiat, nescio an excusetur a mortali, etiam si non sequatur pollutio. Sed si horum aliquid sic fiat a coniugibus, peccatum est mortale: dicente Apostolo ad Gal. 5. Quod impudicitiam agentes regnum Dei non consequentur. Et ratio est: quia huiusmodi actus impudici eiusdem sunt moris, cuius esset coitus consummatus inter illos: quia quatenus sunt delectabiles naturaliter, sunt ordinati ad actum consummatum: multo vicinius, quam delectatio morosa in sola mente consistens, quantum exterior tactus propinquior est consummationi venereae. Et huiusmodi tactus spectat ad easdem species peccatorum: ad quas pertinent ipsi actus consummati.

Caieta.

Ad Gal. 5.

De impedimentis matrimonij.

XXIX. DIFFICULTAS.

Utrum aliqua sint matrimonij impedimenta?

AD hanc questionem duabus conclusionibus respondetur. Prima, Multa sunt impedimenta matrimonij, non solum quae vel ex defectu consentium, vel lege naturae obueniunt, verum quae ecclesiasticis institutis decreta sunt. Haec conclusio est veritas catholica, habetur enim definita in sacra oecumenica Triditina synodo, sessione. 24. Concl. 1. Tri-

1. Conclu.

Concl. Tri.

cano. 4. sub his verbis, si quis dixerit, ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errasse, anathema sit. Per hanc diffinitionem exploditur hæresis Lutheranorum, qui facultatem Ecclesiæ, circa sacramentorum substantiam, & ornatum adimunt. Negat enim posse ecclesiam condere leges impedimentorum matrimonij præter illa, quæ sunt de lege naturæ ut quod filia nõ cõtrahat cum patre, vel forte cum fratre, vel quæ iure diuino sunt in Leuiti. Vnde dicunt & clericos & religiosos posse matrimonium contrahere, cuius cõtrarium nunc determinatur in eodem sacro concilio Tridentino, & in eadem sessione, cano. 9. Sub his verbis, Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos vel regulares castitatem solenniter professos, posse matrimoniũ contrahere, contractũq; validum esse non obstante lege ecclesiastica vel voto, & oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eã nouerint, habere donum, anathema sit: cũ Deus id recte petentibus nõ deneget, nec patiat nos supra id quod possumus tentari. Ratione quoq; probatur, quod id possit ecclesia, nam cũ matrimonium quoad officium generandi, ac procreandi prolem à natura sit institutum, vt vero sacramentum est, institutum sit à Deo, vt verò quidam contractus civilis & politicus, ad civilem rempublicã pertineat: sit, vt tam lege naturali, quàm diuina, & quam ecclesiastica diffiniri queat, quæ personæ sint legitimæ, quæ autem minime ad contrahendum. Et de potestate ecclesiastica constat ex eodem concilio & sessione cano. ultimo. vbi diffinitur causas matrimoniales ad forum ecclesiæ spectare. Quãuis enim qui reipublicæ civili præsent, leges & impedimenta circa matrimonia cõtrahenda, quatenus sunt contractus ciui-

les, sicut circa alios contractus statuere possint, eo quod alias potestas civilis, & regia non esset sibi sufficiens: attamẽ iustissimis de causis potestas superior ecclesiæ hanc potestatem inferiorem limitare, ac sibi vsurpare potuit. Quo fit, vt si infidelibus, qui iure diuino positiuo, aut ecclesiastico humano non obligantur, donec per baptismum, ecclesiæ incorporentur, modò potestas legitima, civilis, iusta, & publica prohiberet matrimonium inter aliquas personas fieri, aut præciperet, vt cum certis conditionibus contraheretur, & aliter factum esset irritum & nullum, qui oppositum attentarent, nihil facerent. ¶

Secunda conclusio. Impedimentorum matrimonij duo sunt genera, quædam sunt, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, alia verò sunt, quæ impediunt contrahendũ, sed non dirimunt contractum. Diuisio hæc nascitur ex alia partitione eorum, quæ ad matrimonium pertinent, quædam enim sunt de essentia matrimonij, & quædam quæ ad eius solennitatem tantum attinent. Cũ enim notum sit, quod remotis illis, quæ sunt de essentia rei, vt forma & materia, non manet res, fit, vt si adsunt impedimenta, quæ contrariantur his quæ sunt de essentia matrimonij, non sit verum matrimonium, & dicuntur non solum impedire contrahendum, sed dirimere iam contractũ. Non intelligas, quod dirimat coniugium illud, quod semel fuit validum, sed quod si sit de facto attetatum, erit irritum, vt si cognati intra quartum gradum contrahant: & peccant attentando, & nihil faciunt. Quocirca hæc impedimẽta nõ propriè dirimũt, quia nullum vnquam fuit matrimonium. Cũ vero remotis his quæ sunt de solennitate sacramenti, adhuc sacramentũ permaneat, vt sine exorcismis & catechismis, si fiat baptizatio in aqua cũ vera forma, erit verus baptismus fit, vt si interueniãt impedimẽta quæ cõtrariantur his quæ sunt de solennitate matri-

matrimonij, licet sit peccatum illis impedimentis existentibus, nihilominus verum sit matrimonium, & ista ante sacrum concilium Tridentinum erant duo, scilicet prohibitio ecclesiæ, ne clãdestinè matrimonium fieret, & tempus feriarum. Vnde versus, ecclesiæ vetitũ, nec non tempus feriarum impediunt fieri permittunt facta teneri. Sed nunc post præfatum conciliũ, non solum extat huiusmodi prohibitio, cum nullum fieri possit clandestinum matrimonium, sed nec si fiat, erit validum, vt supra dictum est. De alio vero impedimẽto feriarum: nempe, de temporibus, quibus fieri nuptiæ solenniter prohibentur, dicemus inferius. Impedimenta autem primi generis, scilicet dirimentia, sunt duodecim, & continentur his verbis, Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus, Disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas: Si sis affinis, si forte coire nequibis. Hæc socianda vetant conubia, facta retractant. De quibus omnibus exacte atq; sigillatim deinceps agendum nobis erit, præterquã de impedimento violentiæ, de quo supra difficultate. 22. disertum est.

Sed priusquam ad tractandum de vnoquoque in particulari descendamus, annotare opus est, quod si superuenirent huiusmodi impedimenta vero matrimonio, non dirimerent, quia verum matrimonium non separatur. Scitote tamen, quod si ista impedimenta præcedant matrimonium, consensum non iugalem excludant: Si vero sequatur matrimonium nullum præstant impedimentum. v.g. furiosus non potest cõtrahere matrimonium: si tamen postquam contraxerit, efficiatur furiosus, nõ propter hoc soluitur matrimoniũ. Item, qui habet vtrumque testiculum sectum, id est auulsam, non potest contrahere matrimonium de iure: si vero postquam contraxerit, scinderetur, nõ id circo soluitur matrimonium. Similiter, si post matrimonium contractum,

in bello caperetur, & iuste efficeretur feruus vir, imo & si se alteri tradat in feruum inuita vxore, non ideo soluitur matrimonium: itaque sicut feruus nolente domino potest se in matrimoniũ tradere, vt inferius dicemus, ita & liber nolente vxore in seruitute mancipare. Ratio est, quia vir non est vxoris nisi quantum ad thorum, vbi opera procreandis liberis datur: quantum autem ad reliquas actiones sui dominus est, vt ait Soto dist. 35. quæst. vnica. artic. 3. Et ita est intelligendum de alijs impedimẽtis matrimonij. Sed oritur impræsentiarum paruum dubium, scilicet, vt rãm vbiq; est aliquod impedimẽtũ siue primi siue secundi generis, agere cõtra illud semper sit mortale? Cuius dubio tribus conclusionibus non insufficienter me satisfacere posse arbitror. Et earum prima sit. Non solum cum lege diuina, & naturali huiusmodi impedimẽtum est constitutum non illud seruare in matrimonio contrahendo peccatũ est: verum etiam si lege humana, leges namque humanas iustas in conscientia obligare, nemini ambigere licet.

Secunda conclusio. Quando adest impedimentum dirimens, vt contrahere cum consanguinea intra quartum gradum vel cum moniali, nisi ignorantia excuset, peccatum mortale est. Hæc conclusio liquet ex eo, quod si contrahentes actum derisorium in re grauissima faciunt, & ex eo, quod sacrilegium committunt, quia sacramentum indigne tractant. Quo fit, vt secundum aliquos sic contrahere sit duplex peccatũ, alterum contra iustitiam, quatenus matrimonium est contractus, alterum vero contra religionem, quatenus est sacramentum.

Tertia conclusio. Contrahere matrimonium cum alia post sponsaliorũ impedimentum, aut post votum simplex castitatis, peccatum est mortale. Hæc conclusio quoad primam partem liquido constat, ex eo quod sponsalio-

rum contractus obligat ex iustitia, nisi adsit aliqua causa ex his, quæ à iure sunt statuta huiusmodi contractum dirimētes. Quo ad secundam vero partem probatur, quia violatur religio, & fides Deo data frangitur, in utroque tamen casu matrimonium cum alia contractū est verum ac validum, sed quemadmodum in primo iniuriam factam primæ resarcire ex iustitia tenetur, sic in secundo, petere debitum ab uxore nequit etiam si alteri coniugi petenti licite reddeere valeat, imo teneatur, ut fusius alibi dicimus. ¶

XXX. DIFFICULTA S.

Vtrum error personæ impediatur?

PRO huius difficultatis elucidatione annotare oportet primo, hunc errorem duplicem esse posse, alterum circa personam, alterum vero circa conditionem personæ. Rursus circa conditionem triplex potest esse error, quidam circa fortunam, quia putavit contrahens, quod erat dives illa cum qua contrahit, & est pauper. Quidam autem est circa genus, quia existimavit, quod erat ingenua & nobilis, & est ignobilis aut rustica. Quidam vero circa libertatem, quia putavit, quod erat libera & est serva: de quo errore fiet sermo diffuse in difficultate sequenti.

Annotare oportet secundò, quod iste error adhuc est duplex, alter antecedens, qui scilicet præcedit contractū alter vero concomitans: nempe, quia licet scieret quod erat Ioanna, quam ipse ducere non intendebat, vel scieret quod erat pauper, illam nihilominus duceret. His sic præhabitis sit prima conclusio. Error personæ antecedens impedit matrimonium iure naturali, ac proinde diuino, ut si quis putans se contrahere cum Maria, contrahat cum Anna: & idem est in alijs contractibus. Si enim credens se emere mancipium

A masculum emat foeminam, contractus non tenet. Conclusio hæc habetur. 39. quæst. 1. & est omnium doctorum concors sententia. Et ratio huius conclusionis est, quia non est matrimonium, ubi deficit consensus debitus, sed ubi est talis error personæ, deficit consensus, cum error tollat consensum: quia consensus ex errore profectus non equidem est liber, & Cum non sit voluntarius, ergo non est matrimonium. Et patet,

B nam teste Arist. 3. de anima comen. 39. Nihil est volitum, quin præcognitum, sed ubi est error, persona non est cognita, ergo nec volita: & sic nec est consensus sufficiens ad matrimoniū. Quo fit, ut per concubitum, quò Iacob cognovit Liam putans esse Rachelem, nõ fuerit matrimonium contractum, quia error personæ præcessit, sed contraxit cum illa per consensum, quem postmodum habuit novum in illam. Nec nocet conclusioni id quod obijci solet, quia si quis putans se baptizare vel confirmare Petrum, baptizaret vel confirmaret Paulum, esset verum sacramentum, ergo pariter, si quis putans contrahere cum Maria, contrahat cum Anna. Nõ, inquam, nocet, quia non est eadem ratio de matrimonio, & ceteris sacramentis, quando quidem in alijs intentio ministri non est proxima causa effectus sacramentalis: nempe, characteris & gratiæ, sed materia ipsa elementalis, & verbum quod est forma. Intentio enim nõ est nisi applicans materiam & formam ad suum proprium effectum, consensus autem est causa proxima vinculi matrimonij, & ille qui fertur in Petrum, non fertur in Paulum, & ideo non est simile.

C **E** In matrimonio enim contrahendo non sufficit deliberatio, quævnus contrahentium potestatem sui corporis alteri vult tradere, sed exigitur consensus determinatio in particularem personam ab ipso electam, adeo ut per se personam cum qua contrahit respiciat, & per se etiam sui corporis dominium in alterum transf.

transferre intendat. Imo requiritur ut per prius personam alterius contrahentes consideret, quam velit illi sui ipsius facultatem facere. ¶

2. Conclu.

Secunda conclusio. Error personæ concomitans impedit matrimonium, ut si aliqua consentiat in Ioannem, & apponitur Petrus, sed tamen etiam si eum cognoscat esse Petrum, consentiat in eum. Conclusio est manifesta, quia licet non sit simpliciter inuoluntarium, at tamen non est voluntarium, quod requiritur ad matrimonium. Nam nihil volitum, quin præcognitum, sed nõ est ibi cognitio, ergo nec volitio. Et sciendum est impræsentiarum differentiam esse inter ministrum aliorum sacramentorum & ipsos contrahentes matrimonium, quoniam poenitentia vel baptismini minister, non istum particularem secundum individuales condiciones considerat, sed secundum dispositionem quam secum ad sacramentum suscipiendum affert. Quo fit, ut error personæ intentionem necessariam ministri minime auferre queat: at vero in matrimonio contrahendo individuales condiciones, magna diligentia per se considerantur, ut eleganter docet D. Thom. 1. 2. quæst. 6. artic. 8. & quæst. 66. artic. 2.

D. Thom.

Syluest.

3. Conclu.

Tertia conclusio. Error qualitatis personæ non euacuat matrimonium, ut si quis contrahit cum hac, quam putat esse Virginem, vel diuitem, vel admodum nobilem, sed tamen nec est virgo, nec diues, nec nobilis. Hæc conclusio est etiam omnium Theologorum sententia in 4. dist. 31. & 36. Et probatur: tum, quia error qualitatis non variat aliquid quod est de essentia matrimonij: tum etiam, quia qui errat circa predictas qualitates, absolute consentit in illam personam, quamvis si sciret esse

corruptam, vel pauperem &c. non consentiret. Quare validum est matrimonium, nisi contraheret cum ea sub conditione, si est nobilis vel virgo, quia tunc penderet contractus ex impletionem conditionis & idcirco non existente conditione, non valeret.

Circa istam tertiam conclusionem annotare opus est cum D. Thom. in 4. dist. 30. quæst. 1. art. 2. in solutione ad 5. quod error nobilitatis aut fortunæ per se matrimonium non euacuat, eadem ratione qua nec error qualitatis, quod tunc fit, cum consensus mulieris fertur in istam personam directe, licet id fecerit quia credebat esse filium regis, vel primogenitum, aut diuitem, cui alias non nupsisset. Sed si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimoniū: quod tunc fit, cum puella non intendebat contrahere nisi cum illo, cui illa conditio aut dignitas adest, ut si directe intendebat consentire in filium regis, quicumque sit ille, vel in filium primogenitum alicuius certi hominis, quæ cognoscit plures habere filios, ratione maioritatus: tunc enim si alius præsentetur ei, quam filius regis, vel quam primogenitus, est error personæ, & impedit matrimonium. Sicut cum diues fingit se pauperem, ut ab alijs eleemosynas extorqueat, illarum dominium nõ acquirit propter qualitatis errorem. Quia enim eleemosyna ex natura sua per se pauperem indigentem exposcit, & eam petens, & recipiens (ut supponitur) est diues, fit consequens, ut translationem dominij illius impediatur. Sic etiam quando error qualitatis cedit in errorem personæ, impedit translationem dominij corporis vnus contrahentis in alterum. ¶ Ex quo colligit primò Soto in 4. dist. 30. quæst. 1. artic. 1. quod quamvis Petrus ille primogenitus, cui illa volebat nubere iam esset defunctus, quando nupsit Ioanni fratri eius, qui ideo Ioanes iam erat primogenituræ hæres, matrimonium

monium non esset validum, quia deest consensus circa Ioannem. Et Unde, ut validum fieret, nouus consensus in illu necessarius esset. ¶ Rursus colligit, quod si per verba de presenti intendes nubere absenti Petro Et ante conciliu Tridentinum quando inter absentes verum matrimonium contrahi poterat, ¶ nupsit Ioanni presenti, quem putabat esse Petrum, licet postea magis sibi placeat matrimonium cum Ioanne quam cum Petro, non potest viuente Petro nubere Ioanni, etiam si in illo errore permanens, multosiam ex eodem Ioanne habuerit filios, quia illud non fuit matrimonium, quamuis per ignorantiam fuerit a culpa immunis.

XXXI. DIFFICULTAS.

Vtrum seruitutis conditio matrimonium impediatur?

Difficultati huic per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit. Error seruitutis (vt si liber ancillam ducat, quam credit esse liberam, vel si libera seruo nubat, quem credit esse liberum) ante concilium Tridentinum matrimonium reddebat nullum in perpetuum, nisi postmodum quando sciret esse seruam, consentiret per verba, vel copulam habitam cum ea affectu maritali, quod hodie post praefatu concilium adhuc non sufficit, sed requiritur, quod contrahat iuxta formam in ipso concilio appositam. Hanc conclusio habetur cap. Proposuit de coniugio seruorum. & 29. quaest. 2. ca. Si quis 1. & 3. & cap. si foemina. est quoque D. Thom. in 4. dist. 30. quaest. 1. art. 2. & di. 36. quaest. 1. art. 1. & Syluestri in verbo, matrimoni. 8. §. 2. Ac denique ratione iure naturae fulcita probatur, nam coniuges mutuo se obligant: tum, ad debitum sibi inuicem reddendum: tum vero, ad in eadem domo commanendum,

Conclus.

D. Thom. Syluest.

A & prolem educandam, gubernandam, & que familiam: at seruus non potest ista officia libere adimplere, ergo ignorata seruitus matrimonium impedit. Et Itē, Quia si huiusmodi matrimonium esset validum, non minima iniuria fieret alteri coniugi libero, nam cum matrimonio ex natura sua indissolubile sit nullum remedium liber amplius habere possit. Expediens ergo, imo necessarium fuit huiusmodi matrimonium per ecclesiam impediri, & dirimi. ¶ Intelligēdam tamen esse hanc conclusionem triplici limitatione arbitror. Primo de ignorantia, quae vsu & more reputatur ignorantia. Secus si ignorantia sit leuissima, quae facile poterat tolli, nam seruitus tali ignorantia incognita non auferit matrimonium. Qui enim cum nigra muliere & vili contraxit, quam videbat male ab hero tractari, non censetur ab ecclesia eius seruitutem ignorasse, imo tam crassa posset esse ignorantia, vt in conscientia ille censetur non ignoranter, sed scienter cum ancilla contraxisse. Secundo intelligitur nisi in animo teneret, quod etiam cum illa contraheret, licet esset ancilla, & id voce expressisset dicendo, duco te in uxorem quamuis sis ancilla. Nam tunc esto credit esse liberam, tenet matrimonium, quia consensus practicus fertur in ancillam, & ideo ignorantia speculatiua non obstat, sed si seorsum apud se habeat illum consensum, quamuis haec esset ancilla, illam ducerem, sed nec mente nec voce illam conditionem explicat, sed absolute contrahit cum hac, quam credit esse liberam, matrimonium non tenet. Tertio oportet, vt qui ducit seruam, sit liber, quia si ipse sit seruus putauitque mulierem quam ducebat esse liberam, quam tamen postea seruam esse inuenit, verum ac legitimum est matrimonium. Ita tenet D. Thomas in 4. dist. 36. quaest. 1. artic. 1. ad 1. Cuius ratio est, quia non potest quis maiore obligationem requirere ex parte alterius,

D. Thom.

rius, quam ipse possit facere, & est equalis vtriusque status. Et ideo nulla fit iniuria. Non ergo irritatur matrimonium huiusmodi per ius positium. Et eadem ratione si seruus crederet secum ancilla contrahere, quae tamen re vera esset libera, matrimonium esset validum, etiam si sit error conditionis, quia nulli est facta iniuria, ius autem canonicum iniurię tantum obuiare pretendit, vt docet D. Thom. in additionibus 3. part. q. 52. art. 1. ad 1. & Syluest. verbo. matrimo. 8. §. 2. & adducit ea quae per canonistas annotari solent super cap. Proposuit, de coniugio seruorum & cap. Significasti, de diuor. ¶

Et annotato hic, quod si tempore infidelitatis liber contraxit cum ancilla etiam conditione ignorata, verum esset matrimonium, cum tales non astringantur legibus ecclesiasticis: & hoc impedimentum ex solo iure ecclesiastico vim habet vt ait D. Tho. in additionibus 3. par. quaest. 52. art. 1. ad 3. & Syluest. verbo. matrimo. 8. §. 2. & Paludanus dist. 35. quaest. 1. quia hic non est nisi error qualitatis, & ideo si statutum ecclesiae non obstaret matrimonium teneret. Et ratione comprobatur, nam si seruitus iure naturali impediret matrimonium siue esset ignorata, siue scita, illud impediret, sicut in illa impedimenta iure naturali, siue ignorata, siue scita sint matrimonium euacuant. ¶

Sciendum est etiam impraesentiarum, quod quando liber cognouerit coniugem suam esse ancillam, si de hoc certus factus fuerit, statim poterit propria autoritate separare se quo ad thorum, imo secundum ius antiquum, si matrimonium fuerat clandestinum, poterat etiam quantum ad cohabitationem. Si vero fuerat in facie ecclesiae celebratum, & ipsa reclamasset necessarium erat, sicut & modo post sacrum oecumenicum & generale Tridentinum concilium necessarium est, vt in foro iudiciali cognita causa pronuncietur esse seruam,

D. Thom. Syluest.

D. Thom. Syluest. Palud.

A iuxta capit. Porro de diuortijs, & quod de libero respectu ancillae dictum est, de libera respectu serui intelligatur.

2. Conclusio. Quando inter seruum & liberam, aut inter liberum & ancillam conditione seruitutis cognita matrimonium contrahitur, validum est matrimonium. Conclusio haec habetur in eisdem locis citatis. Ratio est, quia cum seruitus non sit contra substantiam matrimonij, & scienti & volenti nulla fiat iniuria, consequens fit, vt consensus, quem liber ille habet in ancillam, liber reputatur, ac proinde legitimum fiat matrimonium.

3. Conclusio. Si liber contraxit cum ancilla ignoranter & postea adeptam libertate manet cum ea, & habet accessum ad ipsam sicut antea, imo quantumcunque ante sacrum Tridentinum concilium se postea tractassent tanquam coniuges, nisi adesset nouus consensus, vel eam affectu maritali cognosceret, in foro conscientiae non erat verum matrimonium. Et illico tamen vt aderat, verum efficiebatur matrimonium: Vt habetur cap. 2. & ultimo de coniugio seruorum. Quare si tunc ante praedictum consensum, vel antequam eam maritali affectu cognosceret, & modo etiam: ¶ Situnc nuberet, & modo etiam post concilium alteri nubat, antequam cum ista contrahat iuxta formam praefati concilij, secundum matrimonium est validum: attamen propter honestatem promissae fidei deberet induci tunc & modo, vt consentiret, & contraheret cum illa. Assertio ista est Adriani in 4. quaest. de sponsalibus & Glossae in cap. Ad nostram extra de coniugio seruorum, & Ricar. dist. 36. quaest. 2. arti. 2. Ricar. Et probatur ratione, nam a principio non fuit consensus inter personas legitimas, nec post adeptam libertatem, nec copula sufficebat, non ergo erat matrimonium. Signanter dixi; in foro conscientiae, nam stando in foro ecclesiae, non poterat eam dimittere, eo quod ante

2. Conclusio

3. Conclusio

¶

¶

Adriani

Ricar.

ante

ante concilium praesumebatur simpliciter consensisse, ac affectu maritali accessisse: at vero modo post concilium non standum est in tali praesumptione: nunquam enim ecclesia praesumet fuisse matrimonium inter illos: quousque forma dicti concilij servata contrahatur.

4. Concluf. Quarta conclusio. Seruitutem non adimere seruis ius contrahendi matrimonium, quominus si etiam inuitis dominis illud contrahant, solidum sit ac legitimum, indubitanter tenendum est: tamen si debita, & consueta seruitia eisdem dominis nihilominus exhibere debeant. Haec conclusio habetur in capite primo, de coniugio seruorum & cap. Omnibus. 29. quaest. 2. Et quidem quo ad secundam partem liquida est, quandoquidem per hoc quod seruus contrahat, non priuatur ipse dominus debito seruitio. Ad sciendum autem cui potius seruire teneatur, domino, an uxori, dum domino aliquid praecipiente tenetur uxori reddere debitum, perpendenda est vtriusque necessitas, vt maiori succurratur. In re namque magni momenti domino obtemperare tenetur, in re vero dubia vtra necessitas praeponderet, potius in fauorem matrimonij est inclinandum, maxime dum periculum carnis in coniuge timeretur, vt ex cap. Licet de coniugio seruorum, colligitur. Quoad primam autem partem manifesta ratione ostenditur, nam seruus quantum ad contrahendum, vel non contrahendum liber est, & potest seruus domino ignorante, vel sciente, volente, vel inuito, matrimonium contrahere. Cum enim matrimonium sit de iure naturae in quantum maris & feminae coniunctio ordinatur ad conseruationem speciei, & seruitus pertineat ad ius gentium, quod est positium, vt aperte constat ex D. Thom. 1. 2. quaest. 95. articulo. 4. vbi ius positium diuidit in ius gentium & ciuile, fit vt dominus eos arcere non possint a matrimonio, quin si contrahant, validum sit matri-

monium. Nec domini ipsi seruos puniri queunt, ea dumtaxat ratione, quia ipsis inuitis contraxerunt, siquidem vxores ducendo non solum nihil agunt contrapotentem, quam ipsi domini super illos habent: verum etiam suouitur iure. Non enim seruus est domini in his quae sunt naturalia, sed in alijs seruitijs. Et intelligitur, siue serui inter se contrahant, siue cum ancilla libera, aut cum libera seruus. Ex his inferitur, quod cum frustra seruus haberet huiusmodi libertatem, si exercere non posset actum matrimoniale, non potest dominus eos vendere in regionem longinquam, quia esset in perniciem naturalis iuris matrimonij, nisi bona fide compulsus dominus necessitate id faceret, vt si peregre proficiscens ad bellum, illic egestate coactus illum venderet, & tunc teneretur illa eum sequi si posset sine magno detrimento, quod si non posset teneretur caste viuere.

5. Concluf. Quinta conclusio. Si dominus seruo facultatem faciat matrimonium contrahendi cum ancilla, quamuis iure cogitur eum permittere cum uxore habitare, saltem quantum ad honestam solutionem debiti, non obstante detrimento quod sibi inde sequitur, non tamen eo ipso seruus liber efficitur. Probatur conclusio quo ad primam partem, nam eo ipso, quod dominus consentit eum ducere uxorem, licentiam dedisse videtur alteri vtendi seruo suo quoties voluerit ad illum actum. Ita tenet Ricardus vbi supra. Quo ad secundam vero partem est sententia omnium doctorum, atque ob id tenenda. Secus tamen est si seruus ordinatur, vel religionem profiteatur domino volente, & non contradicente, quia tum cum ipse possit impedire ne suus seruus ordinatur, vel profiteatur, eo ipso consentire videtur, atque eum manumittere. Assertionem hanc tenet Petrus a Palude in 4. dist. 36. quaest. 2. conc. 2.

6. Concluf. Sexta conclusio. Si quis dominus tradiderit

E

G

5. Concluf.

ricar.

valud.

6. Concluf.

derit seruam suam homini libero ignoranti eius seruitutem, si adest legitimus consensus eorum contrahentium, & seruetur forma concilij, legitimum est matrimonium, & eo ipso ea libera efficitur, imo & si scienter dominus tacuit, quia in tali casu qui tacet consentire videtur. Hanc conclusionem tenet Silue. in verbo. Matrimo. 8. §. 2. Panorm. etiam & Glossa in cap. Ad nostram de coniugio seruorum, habetur insuper in iure ciuili in authen. de nupt. §. Si vero col. 4. & hoc statutum est in poenam illius fraudis, & idem est si fuerit seruus, & dominus tradit alicui liberam in maritum. Secus quando dominus tradit seruum vel ancillam matrimonialiter libero, & ei manifestat seruitutem, nam tunc non ob id eam liberam facit, vt supra dictum est, & eleganter probat Couarruias in 2. par. cap. 3. §. 7. Sui tractatus de matrimonio. Similiter cum dominus cum ancilla sua scienter contrahit, eo ipso illa efficitur libera, ac manumissa. Extat enim de hoc in Hispaniarum regnis lex regia rationi naturali maxime consona, quoniam aures audire abhorrent filios ex legitimo matrimonio prognatos sui proprii patris seruos esse: at verò nisi statim, vt dominus eam ducit, libera efficeretur, proculdubio filij, quos ex ea genuisset serui ipsius nascerentur, quando quidem partum ventris conditionem sequi, perspicuum est, vt expresso habetur extra de seruis non ordinandis cap. fina. & cap. vnico. de natis ex libero ventre & iure ciuili. ff. de statu hominum per multas leges. Item, ista duo vxorem & simul seruam esse eiusdem viri, sibi ipsis ad inuicem aduersantur, quoniam ea ratione, qua est vxor, equalis & amica esse debet. At verò si est ancilla, multo inferior sit oportet. Quod fit, vt mulier non sit formata de pedibus viri tanquam ancilla, nec de capite tanquam domina, sed de latere tanquam socia, vt Gene. 2. legitur. Septima conclusio. Quamuis absque

Syluest. Panorm.

Couarru.

E

Genes. 2. 7. Concluf.

A peccato possit seruus matrimonium contrahere sine facultate domini, vt constat ex quarta conclusione: attamen non potest religionem profiteri, vel ad clericatum promoueri. Haec conclusio probatur ex differentijs inter statum religionis & matrimonij. Primum omnium seruus contrahens matrimonium inuito domino, non omnino a seruitute subducitur, eo quod ad horam rei vxoriae vacare potest, & protinus ad seruitutem redire, sed per professionem a seruitijs domini omnino subtrahitur, cum teneatur semper obedire praelato. Secunda differentia est, quod per matrimonium non obligatur vxori, nisi illo officio naturali, per professionem autem obligatur religioni in omnibus operibus, non ergo potest seruus religionem profiteri: votum tamen simplex castitatis potest emittere inuito domino, quia per hoc non subtrahitur a seruitute illius. Quod autem non possit ordinari inuito domino, & quod si ordinetur, veros ordines suscipiat, non tamen subducitur a seruitute, & remanet suspensus, satis superque in materia de ordine difficultate. 14. docuimus.

D De impedimento voti simplicis. XXXII. DIFFICULTAS. Vtrum votum simplex sit matrimonij impedimentum ipsum dirimens?

E Sciendum est pro huius difficultatis elucidatione, quod votum simplex appellamus, quod non est solennizatum professione expressa vel tacita alicuius religionis approbatae, aut sacri ordinis susceptione. Quo fundamento sic praehabito, ad quaestionem hac vnica conclusione affirmatiua respondetur: nempe, quod quamuis votum simplex impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum. Haec conclusio

Con. vnie

conclusio præter hoc quod est omnium Theologorum quam iuris peritorum concors sententia, habetur expresse 27. quæst. 1. per multa cap. & ostenditur aperte ex differentia quam assignat D. Thom. 22. quæst. 88. artic. 7. & in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 3. ql. 2. & Ricardus in eadem dist. artic. 7. quæst. 2. & Bonavent. Alexand. atque omnes antiqui doctores Theologi, quia votum solenne est traditio in possessionem alterius, scilicet Dei, ut liquebit difficultate sequenti. Simplex verò votum non aliud est quam promissio quædam alicuius rei, quæ non transfert eam in dominium eius cui promittitur, sed remanet ad huc promittens sui corporis dominus. Quo fit, ut si post simplex votum emissum, de facto ipsum alteri, scilicet uxori tradat (in qua traditione matrimonij sacramentum consistit, quod est indissolubile) matrimonium firmum ac validum sit, peccabit tamen mortaliter sic contrahens post votum simplex continentie religionis aut sacri ordinis, quoniam fidem frangit Deo & non servat promissum. Sic namque intelligendus est Celestinus cum dicit in cap. Rursus, qui clerici vel vouentes, quod simplex votum apud Deum non minus obligat quam solenne quia utrumque servare actus religionis est. Et non vult dicere, quod perinde simplex votum matrimonium dirimat ac solenne, sed quod sit etiam peccatum mortale simplex votum frangere, & contra religionem, minus tamen, quia non oritur scandalum ex tali fractione nisi publicum sit votum illud sicuti ex fractione solennis voti, ut egregie annotat Dominicus à Soto in 4. distinctione. 38. quæstione 2. articulo. 1. Scio tamen Caietanum in commenta. 22. quæst. & ar. citatis aliter constituere differentiam inter votum solenne & simplex, quam prædicti doctores; nempe, quod votum solenne non aliter à simplici, quam solo ecclesiæ statuto differt, quæ utique statuit, ut votum

D. Thom.
Ricard.
Bonavent.
Alexan.

E

Soto.
Caiet.

A solenne non dicatur nisi cum tali ceremonia, tenenda tamen est prima differentia assignata, quia quamvis illa ceremoniam & modum, quo ecclesia Dei nomine recipit personam in professionem, inuétam esse ab ecclesia fateamur: itaque si ecclesia non reciperet, non esset votum solenne: attamen substantia solennis voti in traditione, & translatione Domini consistit. Solet autem fieri argumentum contra nostram conclusionem quo probari intenditur votum simplex matrimonium dirimere, quia fortius vinculum præiudicat debiliori, sed vinculum voti est fortius quam vinculum matrimonij, ex eo quod hoc facit homini, illud autem Deo, ergo vinculum voti præiudicat matrimonij vinculo. Hoc tamen argumentum facile diluitur, nam licet fortius sit votum simplex quantum ad eum cui fit, scilicet Deo, quam matrimonium per quod astringitur homo uxori ad redditionem debiti, sed tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium est fortius vinculum quam votum simplex, quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem uxoris, non autem per votum simplex, & potior semper est conditio possidentis.

D Sed iam quod matrimonium post votum simplex contractum est validum, merito consequenter dubitatur, utrum ei qui sic contraxit, liceat petere debitum ab uxore? Cui dubio duabus conclusionibus plenè satisfacimus. Prima, quamvis qui post votum simplex solius castitatis matrimonij se vinculo innodauit, debitum reddere tenetur alteri coniugi petenti etiam ad consummandum, itaque consummando non peccat, si id faciat reddendo: attamen petere nequit vnquam, non solum ante matrimonij consummationem, verum nec postea. Hæc conclusio quoad primam partem non indiget probatione, nam cum illud sit verum matrimonium, iam non est dominus sui

1. Concl.

E

1. ad cor. 7
E
Soto.
Victoria.
Sum. Ang.
D. Tho.

D Tho.
Palud.
Caiet.

fui corporis secundum Pauli sententiam 1. Corinth. 7. Et Ita asserit Dominicus à Soto & Magister à victoria (ut fertur) Idem tenuit, & summa Angelica, imo videtur tenere Diuus Thomas quolibet. 7. articulo sexto. Vbi ait, quod mulier, quæ post votum simplex castitatis contraxit, vsum sui corporis viro suo non tenetur negare, & quamuis in priori editione huic sententiæ tanquam probabiliori subscripsimus, nunc tamen reocculatius inspecta, opposita, ut magis probabili, ac tutæ adhærere decreuimus quam quidem expressè tenet Diuus Thomas in additionibus tertie partis quæstione quinquagesima tertia articulo primo, ad secundum, Petrus à Palud. distinctione trigesima septima, quæstione tertia articulo quinto, & Caieta. verbo. matrimonij contractus. Ratione insuper non leui comprobatur, nam cum iste, vel ista matrimonium consummando potestatem sibi adimat adimplendi id quod Deo promisit, sit consequens, ut mortaliter delinquat. Ex quo perspicue elicitur, eum vel eam, sub mortali peccato religionem intrare teneri, cum aliud medium non super sit ei ad votum adimplendum, & ad huc voti obligatio vigeat. Secundo elicitur ex opposita sententiâ eum, qui virginitatis perpetuum votum emisit, absque peccato posse & contrahere & consummare matrimonium: cû nec peccauerit, quando contraxit, quia (ut supponimus) animum religionem intrandi habuit, iustaque contrahendi adfuit causa, nec postea quando consummauit secundum istam opinionem. Hoc autem quam falsum sit nemo est qui ambigat. Et ad autoritatem Apostoli facile respondetur, dicendo, quod ille post copulæ consummationem intellexit, illum vel illam non esse sui corporis dominam, secus autem ante consummationem cum adhuc facultatem habeat votum continentie adimplendi, intrando religio-

A nem: Quod si in religione malus probabiliter timeretur exitus, quia illius atas, vel mores, vel aliquid huiusmodi, religione minime congruunt, optimum erit remedium inducias ab altero coniuge petere, ac obtinere, donec dispensationem inquirat, & obtineat ad reddendum pro prima vice. Ex quo rursus euidenter elici videtur, desponsatam vel desponsatam, qui votum castitatis emiserat, & postea per verba de presenti matrimonium contraxit, accedentem ad confessionem ante copulæ consummationem, neutiquam esse absolvendum, nisi intret religionem, cum ad hoc sub mortali peccato ipsum teneri fateamur, & eadem est ratio de illo, qui post votum religionis, vel sacri ordinis suscipiendi emissum, matrimonium contraxit, quia si nondum consummauit, intrare religionem tenetur, & alioquin absolendus non est, in quo etiam oppositam sententiam tenentes consentiunt nobiscum. Cum enim formaliter religionis vel sacri ordinis susceptionis votum vouerit, & ad huc facultas huiusmodi vota adimplendi super sit illi manifestè consequi videtur, si ipsum vel ipsam, ea adimplere teneri. Quo ad secundam partem, est communis Theologorum ac iuris peritorum summarumque sententia. Est enim Diui Thomæ 22. quæst. 88. art. 3. & Siluestri verbo, votum. 2. §. 1. Non enim solum non potest illud matrimonium sine mortali consummari petendo, Sed nec reddendo secundum nostram sententiam. Quia adhuc potest implere illud per ingressum religionis, & non aliter (& ob id dicit Siluester verbo, Matrimonio, septimo teneri ad ingressum religionis ante consummationem) verum etiam postquam consummauit non potest petere debitum sine peccato, reddere tamen potest & tenetur exigenti, ut dicit conclusio, & si moriatur eius uxor non potest aliam accipere. Et ratio istius sententiæ

Y y est

§

D. Tho.
Syluest.

¶

est aperta, quia postquam consummavit, adhuc est iuris quantum ad debiti exactionem, eo quod non cogitur petere, potest ergo & tenetur seruare quod promissit. Item, quia videtur haberi hęc sententia in capite. Placet, & in capite. Quidam de conuersio coniuga. Verum est tamen, quod si sit vir, qui habet votum illud, potest petere, imo credo quod teneretur quando credit mulierem velle, sed propter verecundiam non petere. Nam hoc interpretatiuè est reddere, vt dictum est supra difficultate. 19. & similiter est dicendum quotienscumque vxor interpretatiuè per signa petat. Nec clam me est aliquos ex canonistis, vt Hostien. & Cardin. super capite. Rursus: atque alios quos citat Glossa in capite. Si quis post votum vigesima septima, quæstione prima, tenere contrariam sententiam huius secundæ partis conclusionis, videlicet, quod licet prima vice consummando matrimonium peccet mortaliter, quia constituit se in statu, in quo minime deinceps votum implere potest, sed postquam consummauit absque peccato aliquo potest petere, est tamen hęc opinio omni probabilitate destituta, ac proinde non tenenda, nam (vt diximus) votum perpetuæ castitatis ad sui obseruationem obligat, quandiu in facultate vouentis fuerit non exigere. Includit enim negationem, scilicet, quod nunquam vouens se polluet. Et ideo nulla est apparens ratio, quod in illa prima transgressione voti obligatio extinguatur. Potest tamen episcopus iusta de causa, vt si non pateat accessus ad summum Pontificem vel alia vrgenti ratione super illa petitione debiti dispensare, imo debet ad cauendum periculum, quamuis non possit dispensare simpliciter super voto castitatis nisi solus Papa, idque iusta de causa: nam si sine causa dispensetur, dispensatus non manet tutus in conscientia, ita enim tenent

Hostien.
Cardi.

A communiter moderni in capite. Rursus, & Archiepiscopus Florentinus in tertia parte, titulo primo, capite vigesimo secundo. Sed consequenter oritur dubium, quid facere debeant, quando vterque illorum votum castitatis emisit. Huic dubio facile satisfieri solet dicendo, quod quamuis eorum neuter absque mortali peccato ratione voti emisit tunc debitum petere queat: attamen ex hoc inferre minime licet matrimonium illud esse nullum, cum satis sit, eum vel eam ex natura contractus ius petendi habere, & vno petente etiam cum peccato, alterum absque vilo peccato reddere posse. Quo fit, vt in hoc non sit fides adhibenda Syluestro, verbo matrimonium sexto. S. quinto asserenti, neutrum illorum habere ius petendi, iniusteque petere: nos autem negamus iniuste petere, nisi iniuste large pro illicite accipiatur. Nec obstat quod in oppositum obijci solet, quod quoties actus coniugalis in nocumentum corporale vnius coniugis cedit, alter non solum debitum reddere non tenetur: verum etiam reddendo peccat. Igitur multo minus contra spiritualem alterius salutem reddere tenetur. (Non inquam obstat) quando quidem actus coniugalis ex natura sua medium esse potest ad corporis infirmitatem cauendam, & idcirco debitum tunc temporis petenti negare medium ordinatissimum esse ad salutem corporalem conseruandam fateti oportet: negare autem debitum coniugale nullatenus est medium ordinatum ad hoc quod iste non peccet, quinimo inde iurgia inter ipsos coniuges orirentur, ac magis concupiscentia exardesceret, & periculum fornicationis immineret, ac demum subinde spiritualis infirmitas de facto non euitaretur. ¶

Secunda conclusio. Si qui nupsit tātū habeat votū de nō nubedo, vel simplex votum

D. Anton.

¶

1. Concluf.

Syluest.

¶

2. Concluf.

votum religionis non explicando castitatem, non solum debet reddere debitum, verum valet absque vlla dispensatione exigere. Hanc conclusionem affirmat Dominicus à Soto libr. 7. de iustitia & iure. Et assignat pro ratione; quia tantum obligatur ad illum statum religionis suscipiendum, non autem ad ceremonias religionis: scilicet, ieiunia & abstinencias ordinis & clausuram nec ad obedientiam & castitatem seruandam. Quare, dum fornicatur huiusmodi homo, nihil contra votum committit, sed tamen peccat peccato fornicationis. Vnde satis ei erit, delicti, quod contrahendo commisit poenitere, & propositum seruare firmum, quod mortuo coniuge religionem intrabit. Et annotato hic, quod in voto de non nubendo præcise, cum non sit votum castitatis, episcopus potest dispensare.

De impedimento voti solennis.

XXXIII. DIFFICULTAS.

Vtrum votum solenne sicut matrimonium contrahendum impedit, ita dirimat contractum?

1. Concluf.

TRibus conclusionibus difficultati præsentati respondetur, & earum prima, qua directe quæstioni satisfit, sit affirmatiua: nempe, quod votum solenne religionis approbatæ, siue fuerit professio expresse siue tacite facta, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, itaque post votum solenne nemo potest contrahere, & si contrahat, est nullum matrimonium: hęc conclusio habetur diffinita in cap. Presbyteris. 27. distinctione, & in cap. Rursus & cap. Meminimus. & capite insinuante extra, qui clerici vel vouent. & 27. quæst. 1. cap. Nuptiarum. & cap. vni. de voto in sexto plurimisque alijs decretis ecclesiæ constabilita

A est. ¶ Ac demum nuper sacri Tridentini concilij decreto sessione. 29. cano. 9. ¶ & non solum omnes doctores vno animo eam concedunt, verum etiam habenda est tanquam fides orthodoxa. Ratione insuper sumpta ex discrimine voti simplicis & solennis in præcedenti difficultate designato, manifeste ostenditur: videlicet, quia per votum solenne homo amittit propriam corporis potestatem, cum sit realis traditio. Qui enim castitatem per religionis ingressum vouit, iam sese dedit, deoque se ad illam obedientiam, castitatem & paupertatem seruandam mancipauit. Quo circa deinceps non est sui iuris, vt possit se in coniugium alteri dare. Item, quia licet per susceptionem baptismi omnes fideles desponsent se Christo: sed tamen per huiusmodi professionem ac traditionem solennem celebratur singulare coniugium cum Deo, & peculiariter cum Christo, in cuius testimonium Virgines cum solenni voto religionis consecrantur; eodem velantur modo, quo nuptæ dum suis traduntur viris: nec opus est alias impræsentiarum cumulare rationes, quando quidem nemo ex catholicis est qui huic conclusioni contradicat.

D Sed, an ex natura sua iure diuino votum solenne dirimat matrimonium, an solum ex ecclesiæ statuto, non minima controuersia est inter doctores, quam exacte elucidare necessum est, eo quod ex eius decisione pendet alterius quæstionis grauissimæ solutio: scilicet, vtrum super votum solenne papa valeat dispensare. Et vt certa ab incertis separemus, distinguendum est inter votum solenne sacrorum ordinum, & solenne religionis: quia votum continentia non est de intrinseca ratione sacrorum ordinum: est tamē de intrinseca ratione religionis, itaque sublato voto non esset religio. Et quidem de voto solenni sacrorum ordinum in sequenti difficultate differemus. Loquendo

Y y 2 igitur

¶

Con. Tri.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Henr. G.
Ricard.
Duran.
Palud.
Scotus.
Caiet.

2. Conclu.

D. Thom.

Altifod.
Alexan.
Bonauent.

Clitho.
Siluc.

Soto.

Aug.

igitur hic de voto solenni religionis, A
omissa sententia Henrici Ganden. quo
lib. 5. quaestione 25. & 26. Ricardi. dist.
38. art. 9. & Durand. quaestione. 2. & Pa-
lud. quaestione quarta, & Scoti in 4.
distinctione praedicta. quaestione vnica,
& Caietani. 2. 21. quaestione. 38. articu. 7.
asserentium solum ex statuto ecclesia-
stico votum solenne dirimere matri-
monium, Sit nihilominus conclusio se-
cunda tanquam certa & probabilior
amplectenda, quod votum solenne ex
natura sua iure diuino dirimere habet
matrimonium. Haec conclusio est ex-
pressè Diui Thomae. 22. quaestione cita-
ta & fuit semper indubitata antiquo-
rum, vt Altifiodorensis, & Alexand.
Alerxertia parte & Bonauent. in quar-
to distinctione citata, & inter iuniores
Iodoci Clithouei in propugnaculo ec-
clesiae aduersus Lutherum, & Syluestri
verbo, votum. 4. quaestione quinta, &
Innocentij Pontificis. capite. Cum ad
monasterium de statu Monachorum,
& nuperrime Soto in suo praeclearo ope-
re de iustitia & iure lbr. septimo, qua-
estione quarta. Et est Theologorum co-
munis sententia in dicta distinctione.
Et probatur triplici ratione. Prima, quia
non habetur memoria post Christi &
Apostolorum tempora, quando haec
institutio inceperit: semper enim ab il-
lo tempore obseruata fuit. Quare, quod
ex iure diuino dirimere habeat matri-
monium, fateri oportet. Hanc nam-
que regulam saepe saepius in superiori-
bus adduximus ex Diuo Augustino ad
ostendendum, quae sint ea, quae de iure
diuino obligant. Secunda ratio est, quia
in voto solenni est traditio, vt dictum
est: & licet solennitas ipsa sit iuris posi-
tium, ratione tamen traditionis facta,
fit, vt non possit matrimonium con-
trahi. Tertia est, quia quod semel Deo
sanctificatum est, non potest in alios vsus
conuerti, sed homo per statum religio-
nis saeculo prorsus abrenuntiat, & to-
tum se Dei seruitio mancipiat (cuius

mancipationis sunt signa, consecratio,
& benedictio, & non quod in illis con-
sistat substantia solennis voti, sed in tra-
ditione ipsa, & translatione dominij,
qua homo ponitur sub alterius potesta-
te. In ordine enim nostro post emis-
sum solenne votum, fit illa benedictio,
sicut in matrimonio, postquam contra-
ctum est, solennes fiunt benedictiones
) non ergo potest matrimonium
contrahere, qui fecit votum solenne,
cum per matrimonium maxime a Dei
seruitio distrahatur: nam qui cum vxore
est, sollicitus est quae sunt mundi, quo
modo placeat vxori, & diuisus est, ait
Paulus 1. Corinth. 7. Ex huius dubij solu-
tione facile colligitur, quid sit dicen-
dum ad aliam quaestionem de dispensa-
tione. Doctores namque citati tenent
quod votum solenne ex eccle-
siae statuto praecise dirimit matrimo-
nium, subsequenter affirmant eccle-
siam posse in vtroque voto, scilicet, re-
ligionis & ordinis sacri, dispensare pro
aliqua maxima necessitate nec aliter
probant, quam ex facto, quia iam sum-
mus Pontifex (vt Petrus de Palude re-
fert) dispensauit cum Rege Aragoniae,
vt vxorem duceret: & Celestinus. 3. fer-
tur dispensasse cum sanctimoniali Con-
stantia Rogerij filia. Quod si summus
Pontifex, inquit, dispense absque
vlla rationabili causa, vt contrahat ma-
trimonium habens votum solenne, li-
cet male faciat, factum tamen tenet,
quando quidem in omnibus quae sunt
iuris humani, ecclesia potestatis pleni-
tudine habet, vt pulchre ait D. Tho-
mae quolib. 4. At vero doctores citati,
vt Diuus Thomas & alij tenentes vo-
tum solenne ex natura sua iure diuino
dirimere matrimonium, ex consequenti
ponunt tertiam conclusionem, quod
super votum solenne religionis nulla
cedit ecclesiae dispensatio, & respon-
dent aliqui, quod illa historia Regis
Aragoniae non habet authoritatem,
neq; alio innuntur testimonio, quam
Palu-

1. ad Cor.

Palud.

D. Thom.

3. conclus.

Palud.
Syluest.

Paludani aut aliorum qui originale hi-
storiam non referunt. Alij autem
quos refert Syluester verbo. votum
quarto quaestione quinta, dicunt illum
Monachum non fuisse professum, ne-
que Pontifices qui dispensarunt, hoc
tanquam legem constituerunt, cum in
ter decreta non referatur, sed illam pri-
mam opinionem sequuti, dispensarunt.
Et quamuis ego sententiam secundam
Diui Thomae, quam sequitur commu-
nis Theologorum schola, probabilio-
rem, sanioerem ac tutioerem reputo: at-
tamen si summus Pontifex dispensaret,
non vtiq; auderem condemnare.

De impedimento ordinis.

XXXIII. DIFFICULTAS C

Utrum ordo impediat matrimonium
contrahendum & dirimat contractum?

Pro praesentis quaestionis elucida-
tione duo sunt annotanda. Primu,
ordines esse in duplici differentia, quos
dam sacros: nempe, tres maiores: quos-
dam vero non sacros: scilicet, quatuor
minores. Secundum, quod hoc impe-
dimentum potest esse vel ex iure po-
sitio tantum, vel ex iure diuino simul
& positio. His sic praelibatis, sit pri-
ma conclusio. Nullus ordo ex mino-
ribus ex iure diuino nec positio impe-
dit matrimonium contrahendum,
nec dirimit contractum: nec post con-
tractum impedit vsum matrimonij tam
apud orientales, quam apud Latinos. E
Conclusio haec habetur in canonibus
Apostolorum can. vigesima septima
distinctione trigesima secunda capite
Seriatim. idem habetur in capite vni-
de clericis coniugatis in sexta. Si enim
non sunt huiusmodi sic initiati religio-
si professi tacite vel expressè, nemini
ambiguum est, quin vxores libere du-
cere valeant. Ratio est aperta, quo-

A niam ministeria ad quae clerici isti di-
putantur, non sunt aded sacra, vt cum
coniugali officio stare nequeant, & in
sacro Tridentino concilio sessione. 23.
permittitur coniugatis, vt tali ministe-
rio fugantur. §

Secunda conclusio. Ordo sacer, siue
fit subdiaconatus, siue diaconatus, siue
presbyteratus, ex ecclesiae praecise sta-
tuto, & non ex iure diuino impedit ma-
trimonium contrahendum & dirimit
contractum. Itaque si post ordines sa-
cros susceptos contrahat quis matri-
monium, non est validum matrimo-
nium. At vero matrimonium contra-
ctum non sic ordinibus obstat, quin si
coniugati illos susceperint, etiam
vxoribus reclamantibus § verum sit
sacramentum, vt diximus in materia
de ordine difficultate decima quarta.
§ Licet careat ordinis executione. §
Haec conclusio habetur expressè distin-
ctione trigesima secunda capite. Si quis
eorum. & capite. Erubescant. & capite
primo & secundo, qui clerici, vel vo-
uent. Et concilio Florentino, ac nuper
demum habetur definitum in sacro
concilio Tridentino sessione. 24. cano.
9. quod iure ecclesiastico ordo impedit
& est fere ab omnibus catholicis calcu-
lo approbata fere, inquam, nam Ioan.
Maioris in 4. dist. 24. q. 2. & Clitho. lib.
de continen. sacer. cap. 13. existimant iu-
re diuino prohibitum esse sacerdotibus
matrimoniu: quare, inquit super hoc
papam dispensare non posse. Nullatenus
tamen tenenda est sententia istoru pro-
pter ratione in praecedenti difficultate
apposita: videlicet, quod votu continen-
tiae non est de intrinseca ratione sacro-
ru ordinum, & solu ex ecclesiae statuto
impedit matrimoniu contrahere. Quo-
fit, vt ex rationabili causa possit sumus
Potifex super eode praeccepto dispesare
cu clericis ecclesiae orietais, ita vt post
ordine sacru possint ducere vxores: &
cu occidentalibus, vt no faciant votu
solenne castitatis in ordinum suscep-
tione

Con. trid.

§

2. Conclu.

§

§

§

§

Concl. Flo.

Con. trid.

Ioan. mai.

Clithone.

tione, & vt contrahere possint. Nam græci legitimi sunt sacerdotes & tamē sunt vxorati. Ita tenet Diuus Thomas 22. quæstione. 88. articulo. 11. Et hunc morem Græcorum conati sunt introducere in latinam ecclesiam Iouinianistæ, Vvicleuistæ, ac demum Lutherus in illo pestifero libello de abroganda missa priuata, vt pulchrè & diffusè Thomas Vualdensis tomo secundo, de sacramentis capite. 128. refert. Sed tamen Græcorum mos nulli orthodoxe synodo. consentaneus est: sed propter eorum duritiam permittitur ab ecclesia eorum sacerdotibus votum castitatis non emittere. At vero mos qui modo in ecclesia occidentali viget, vt scilicet, neque post sacerdotium coniugia contrahant, neque coniugati sacerdotes fiant, habetur in quamplurimis concilijs, quæ hic recensere omisi, ne tedio afficerem animum lectoris. Qui enim diffusissimè videre voluerit, legat Dominicum à Soto de iustitia & iure libr. septimo, quæstione sexta articulo secundo, & Libet tamen mihi nonnullas rationes hinc adducere, quibus ostendam legi naturæ legem de cælibatu consentaneam fuisse tantum abesse, vt illi sit contraria. Ratio enim naturalis dicitur, vt summæ dignitates summè dignis conferantur. Cum igitur sacerdotiū, summam esse dignitatem, liquido constat, eo quod sacramentorum administratio ei est annexa, consequens fit, vt quamuis coniugati boni & sancti sint, quia tamen cælibes multo illis sunt digniores, ideo melius, ac commodius sacra ministeria, eos in ecclesia exercere posse, perspicuum omnibus esse debet, ac subinde non coniugatos, sed cælibes debere fieri sacerdotes. Quanto enim res sacratiores fuerint: tanto maiori reuerentia sunt tractandæ: illis ergo qui maiori pollent puritate committi debent: nempe, his qui cælibatum profitentur. Deinde, quia si à sacerdotibus legis antiquæ propter

A leuitici ministerij dignitatem sanctitas *Leuit. 19.* & puritas exposcebatur, vt ex illo Leuitici. 19. capit. Sancti estote, quia ego Sanctus sum Dominus Deus vester, liquet, multo magis à sacerdotibus euangelicis, qui in terra vicem Christi gerunt, quibus ipse dixit, sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum &c. Et de quibus ait Paulus, pro Christo legatione fungimur & Dei adiutores sumus exigi debere huiusmodi puritatem quæ quidem mediante cælibatu conseruatur. Præterea, quia cum in sacro eloquio veteris pagine legatur, sacerdotes Angelos appellari, vt Malachia secundo, habetur cum illic dicitur Angelus domini exercituum est, loquendo de sacerdote: fit, vt multo magis, noui testamenti sacerdotes Angelos appellari, & esse, ac proinde vitam Angelorum super terram agere, fateri oporteat. Nullo ergo pacto sacerdotes esse coniugatos decet, siquidem Angeli nec nubunt, nec vxores ducunt. Præterea, sacerdotes legis antiquæ, eo tempore, quo sacra faciebant, etiam si coniugati erant: tamen à consortio vxorum suarum abstinabant, vt 1. Paralipo. capite decimo quarto & Luca. primo, legitur. Cum ergo sacerdotes nouæ legis omnitempore sacra tractare debeant, eo quod nostrorum sacrificium cui sacramentorum administratio est annexa ac coniuncta, perpetuum sit, aperte elicitur, eos semper vitam cælibem agere debere. Præterea, notum est, sacerdotum officia esse lugere, prædicare, & continentiam virginibus & viduis suadere: at vero nihil magis his officijs aduersatur quàm matrimonium nuptiarumque solennitas. Non ergo decet sacerdotes vxores ducere. Præterea, quia cum coniugatos necessum sit negocijs secularibus se implicare, vt suam familiam alere queant, constituti autem in sacris illis non debeant se implicare, iuxta Apostoli doctrinam. 2. ad Th. 1.

ad

ad Thimotheum. 2. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus, fit vt non conueniat sacerdotes ducere vxores, & quamuis non constet nobis, quo tempore caperit lex ista ecclesiastica matrimonium sacerdotum, & sacrorum ministrorum irritans, adiungensque illis continentiaæ votum, ac vsum matrimonij contracti interdicens: crediderim tamen ego statim post Apostolorum tempora capisse. In cap. enim proposuisti, & capit. Plurimos. 82. dist. & in cap. presbyteris 27. dist. interdicatur omnibus in sacris constitutis matrimonium contrahere, contracta quoque ab huiusmodi personis disungi iuxta sacrorum canonum diffinitionem iudicamus. Et 28. dist. capit. Nullum præcipitur, vt episcopi nullum subdiaconum præsumant facere, nisi qui se caste victurum promiserit, & in cap. Placuit. 32. dist. præcipitur constitutis in sacris abstinere ab vxoribus, quod nisi fecerint ab ecclesiastico remoueantur officio, & cum per multa retroacta secula disciplina ecclesiastica magna ex parte fuerit colapsa, & vix, aut nunquam visum fuerit, cum sacerdotibus diaconibus, & subdiaconibus dispensatum fuisse, fateri opus est, sacris ordinibus decoratis à principio nascentis ecclesiæ interdictum esse matrimonium. Nec nocet id quod aduersus hanc sententiam obijci posset, scilicet veteris legis sacerdotes coniugatos fuisse. (Nō inquam nocet) quia quāuis illis habere vxores liceret: at amē quia lex & sacerdotium antiquum transfereendum erat, Christus dominus vocauit ad cælibatum non tantum Virgines, verum etiam Apostolos, & discipulos qui antea coniugati erant, atque ob id ipse qui summus sacerdos erat, vt se sacerdotibus in exemplum præberet, & Virginē esse & ex Virgine nasci dignatus est, & licet nonnullos coniugatos à principio nascentis ecclesiæ ob paucitatem ministrorum in sacerdo-

A tes, & episcopos ordinatos fuisse legamus: post modum tamen non vfos fuisse vxoribus constat. ¶

Sed iam quod summus Pontifex potest dispensare cum clericis occidentalis ecclesiæ, solet consequenter dubitari: vtrum expediat? Cui dubio hac tertia conclusione in ordine respondetur, quod non expedit, & esset talis dispensatio ecclesiæ pestifera: imò iudicio meo hæc quæstio non deberet versari inter catholicos. Probatur hæc conclusio, nam quamuis plurima mala sequantur ex hoc quod non contrahunt clerici, multo tamen plura alia ac enormia euenirent, si id omnibus concederetur: esset enim maior ambitio circa beneficia ecclesiastica in clericis: quia si tantam diligentiam habent circa filios illegitimos, manifestum est, quod maiorem haberent circa legitimos. Quo circa maximam curam haberent, vt iure hereditario euenirent filijs suis beneficia. & Præterea, quia dispensare cum constitutis in sacris, vt matrimonium contrahant in prouincijs, vbi sunt heretici, in maximam perniciem ipsorum hæreticorum cederet, cum eorum ingenium tale sit, vt si hanc dispensationem ab ecclesia obtinerent, insolentiores statim fierent, ac magis in superbiam extollerentur, nec vnquam essent quieti, aut contenti, sed deteriora in dies molirentur. Item, huiusmodi dispensatio esset quoque catholicis sacerdotibus perniciofa, nam cum homines à natura proni sint ad malum, prauisque exemplis ad mala facile promoueantur, potius quam bonis ad meliora, statim vt dispensaretur cum clericis vnus prouinciæ omnes clerici aliarum prouinciarum id ipsum appeterent, ac proinde sacerdotum continentia penitus periret. ¶ Præterea, quia periret honestas atque habitus clericorum totaliter, vt proprijs vxoribus placerent. Præ-

Y y 4 terea,

terea, quia minime seruari posset ordinis nitor & corporis mundities, quam tractatio corporis & sanguinis Christi exoptulat. Postremo, quia impediretur altissima meditatio, assiduaq; orationis perseverantia, ac sacrarum literarum lectio. Et possem hic quam plurima alia absurdissima inconuenientia adducere, quæ absque dubio sequerentur, si licentia contrahendi eis concederetur, nisi breuitati studerem, & tædiū in animum lectoris generarem.

De impedimento cognationis carnalis.

XXXV. DIFFICULTAS.

Vtrum consanguinitatis diffinitio, quæ solet constitui, rei diffinitæ competat?

Ad intelligentiam huius quæstionis prænosse oportet, triplicem esse cognationem: scilicet carnalem, spirituales & legalem. Carnalis est, quia nomine consanguinitatis designatur, & per carnalem generationem deriuatur. Spiritualis verò est, quæ per generationem in sacro fonte baptismatis contrahitur, & legalis quæ per adoptionem lege acquiritur. Et si specialis cognatio pro carnali accipiatur, idem est prorsus quod consanguinitas, de qua est sermo in hac difficultate. De alijs autem duabus: scilicet spirituali & legali, inferius in suis proprijs locis differemus. Hoc supposito fundamento, ad difficultatē vnica conclusione affirmatiua responderetur: nempe, quod hæc est optima consanguinitatis diffinitio. Consanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Conclusio hæc præter hoc quod est apud omnes doctores tam Theologiæ quam vtriusque iuris professores receptissima, probatur ratione: Nam, vt author est Phi-

Con. vnic.

Arist.

Alophus octauo Ethicorum, omnis amicitia fundatur super aliqua societate & communicatione, & secundum diuersas societates & vinculo rationes, diuersæ species amicitia sumuntur. Intercedit enim inter Regem & ciues amicitia in illa communicatione & societate fundata, quæ est gubernatio: & dicuntur commilitones, qui conueniunt in eadem militia: itaque eorum amicitia fundatur in militia, & condiscipuli dicuntur, qui ab eodem magistro edocentur, itaque eorū amicitia fundatur in disciplina & scientia, quam ab eodem magistro didicerūt, & cociues appellatur, qui comoratur in eadem ciuitate, & eisdem legibus astringuntur. Eadem ergo ratione in naturæ vinculo qui ex eodem sanguine nati sunt, consanguinei nuncupantur: vlti qui eodem lacte fuerunt nutriti, appellantur collateralis fratres, quamuis à diuersis fuerint parentibus geniti: fundatur enim cognatio carnalis in sanguine, altera vero in lacte.

Annotato tamen, quod non sufficit communicatio sanguinis nude considerata, vt sit cognatio, & consanguinitas, nam sic etiam inter bruta esset cognatio & consanguinitas, quod absurdissimum est dictum, quia neutiquam consanguinitatis capacia sunt: nam finem suarum operationum non cognoscunt. Item, quia cum non habeant suarum actionum dominium & libertatem, sed mero instinctu naturali agantur, non sunt aut foelicitatis, aut iniuriæ capacia: & ob id neque gaudent nomine consanguinitatis, sed exigitur, quod huiusmodi communicatio sit fundamentum amicitia & humanitatis. Et ponitur in diffinitione, vinculum, ad ostendendum, quod consanguinei magis se diligere debeant, quam extranei affectu & effectu. Stipes autem est persona à qua tanquam à fonte eiusmodi promanauit sanguis, & à qua aliqui duxerunt originem: sicut Adā fuit prima radix

radix & stipes humani generis, à quo vniuersi mortales seu rami eiusdem arboris pullularunt: vt Cain & Enoch, & eorum qui ab eis descenderunt. Nec obitat, quia sequeretur ex hac diffinitione patrem & filios non esse consanguineos, quia non ab eodem stipite ambo descendunt, sed vnus ab altero. Non, inquam, obstat: tum, quia ambo descendūt ab auo, præterquam Adam & eius filij, tum etiā, quia sensus est sub distinctione, vel quod ambo descendant ab vno, vel vnus ab altero. Item, intelligitur ab eodem stipite propinquo, & non remoto & nimis distanti. Probatur, nam cum virtus agentis per multa deducitur media, attenuari ac debilitari incipit adeo, vt tandem deficiat. Virtus namque paterna debilius descendit in nepotem, quam in filium: & sic cōsequenter quoad plures se extendit, magis debilitatur. Quemadmodum in arbore truncus radicibus proximis robustior est, mox rami, quo trunco sunt propinquiore, eo sunt robustiores, & quo remotiores, eo exiliores ac tenuiores fiunt: ita familia quo trunco, scilicet patri sunt propinquiore, eo illustriore & nobiliores sunt, & quo ab eo magis elongantur, eo plus degenerant, ac tandem consanguinitas extinguitur & finitur. Per hoc quod dicitur, carnali propagatione, secluditur descensus vnus ab alio, per creationem: nam inter Adam & Eua non fuit consanguinitas, quia Eua nec per semen neque per sanguinem ab Adam descendit, sed ex eius osse à Deo formata fuit per creationem: quia tam Eua quam Adam à Deo creati sunt. Non autem excluditur Christus à sanguinitate virginis, quia eius propagatio fuit carnalis ex parte virginis. Non enim requiritur adesse consanguinitatis commixtio seminis, sed sufficit generatio ex sanguine femina.

A XXXVI. DIFFICULTAS.

Vtrum consanguinitas per lineas & gradus commodè distinguitur?

Vt melius difficultati præsentis satisfacere possimus, diffinitionem lineæ præmittere necessum est, quæ talis est. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium, diuersos continens gradus. In qua diffinitione linea non accipitur pro vna dimensione & specie quantitatis, vt superficies & corpus, sed pro rebus ipsis dimensis & linealiter ordinatis: scilicet, pro pluribus personis seorsum diuisis: sicut numerus accipitur pro diuersis unitatibus.

Consanguinitas vero importat relationem, & respectū inter personas, quæ sunt ipsius relationis consanguinitatis extrema. Itemque importat gradus: nam secundum Ioannem Andre. nihil aliud est gradus, quam habitudo quædam distantium personarum, qua cognoscitur quanta distantia duæ personæ distant inter se, vt habitudo filij ad patrem, sed differunt diuersis rationibus, quia propinquitas filij ad patrem est consanguinitas, sed ea ratione qua distat filius à patre dicitur primus gradus, & ideo sunt duæ relationes ratione distinctæ. Ex dictis manifestè elicitur, personam patris solam non facere gradum propinquitatis, quia nullus est sibi propinquus sed alteri. Sicut enim ascensus & descensus duos terminos exigunt: scilicet, à quo & ad quem, sic gradus plures personas sibi vendicat, vt constituatur.

Ex omnibus his colligitur conclusio affirmatiua, qua ad quæstionem responderetur: nempe, quod consanguinitas per lineas & gradus distinguitur: & istæ lineæ consanguinitatis gradus assignantur tres: videlicet descendentium, ascendentium, & transfuersalis, quæ est colla-

Ioan. And.

Cōc. vnic.

Arist.

teralium. Prima, siquidem consideretur secundum habitudinem principii ad principatum, qualis est descensus patris ad filium, filijque ad nepotem, &c. Vnde ait Philosophus. 8. Ethicorum. capit. 12. quod patres diligunt filios tanquam partes ab ipsis decidas, atque ab ipsis existentes. Secunda vero consideratur secundum habitudinem principii ad principium, qualis est ascensus filij ad patrem & patris ad auum, & aui ad proauum, &c. Vnde istae duae lineae non sunt re diuersae, sed sola ratione & consideratione, quia per eandem scalam descenditur, & ascenditur. Tertia, scilicet transuersalis, quae est collateralium. Est inter duos fratres, & inter filios duorum fratrum, qui dicuntur fratruales: & inter filios duorum fororum, qui appellantur consobrini: & inter alios, quorum neuter duxit originem ab altero descendendo vel ascendendo usque ad quartum gradum. Et si attente consideremus, videbimus quod reliqui omnes gradus vtriusque lineae à primo, qui est inter patrem & filium, originem ducunt, & in illo tanquam linea in centro connectuntur. Ratione enim patris auus & proauus coniunguntur filio eiusdem patris, sicuti & nepos & pronepos & reliqui ratione eiusdem filij vniuntur eius patri & superioribus: & in linea transuersali duo fratres ratione parentum inter se vniuntur: & ratione eiusdem trunci colligantur patruales cum consobrini, & omnes breuiter transuersalis lineae.

Hac omnia aperte ostenduntur in sequenti arbore consanguinitatis.

*

		ADAM			
		EVA			
1	filius vel filia	filius vel filia	1	1	1
2	nepos vel neptis	nepos vel neptis	2	2	2
3	pronepos vel proneptis	pronepos vel proneptis	3	3	3
4	abnepos vel abneptis	abnepos vel abneptis	4	4	4
5	trinepos, vel trineptis	trinepos vel trineptis	5	5	5

In qua figura ab Adam primo patre per vtramque lineam descenditur cuius primus gradus est filius, secundus nepos, tertius pronepos & quartus abnepos, & per eandem rursus ascenditur: eo tamen ordine, vt qui erat descendendo abnepos, relinquatur tanquam primus filius & terminus. Vnde, primus gradus sit pater, qui descendendo erat pronepos: secundus auus, & tertius proauus, & quartus abauus, quae est ipse Adam, transuersim autem ab vna linea ad alteram diuertatur, vt inter duos primos filios & filias qui sunt germani fratres, primus gradus constituitur, & inter nepotes secundus.

Animaduertendum tamen est hic vt melius hanc figuram intelligere possimus, quod gradus consanguinitatis in linea ascendentium & descendentium contrahitur ex hoc, quod vna persona ex alia propagatur, eorum inter quos gradus consideratur, & ideo tam secundum computationem legalem quam canonicam, persona quae in primo in progressu occurrit, vel ascendendo vel descendendo, distat ab aliquo in primo gradu: vt pater & filius, quoniam nulla persona media distat inter illos. Quae autem secundo vtrique occurrit, distat in secundo gradu: vt

du: vt auus & nepos, quia ibi sunt tres personae, duae extremae: scilicet, auus & nepos, & vna media: scilicet, pater respectu vnus, & filius respectu alterius. Vnde quia remoto vno, remanent duo, nepos & auus sunt in secundo gradu: proauus & pronepos in quarto, & sic deinceps.

Quantum autem ad lineam transuersalem aliter computantur gradus à canonistis, quam à legistis. Secundum namque canonistas duae personae in linea transuersali faciunt vnum gradum, sed secundum legistas quaelibet persona facit vnum gradum: vt puta duo fratres secundum canonistas sunt in vno gradu primo, sed secundum legistas sunt in duobus, & filij fratrum in quarto, nepotes vero in sexto, & sic de alijs. Itaque vnus distat ab altero vno gradu & alter ab altero reciproce altero gradu, & ratio huius diuersae computationis ponitur expresse. 35. questio. 5. cap. ad sedem apostolicam. Videlicet, quia leges ob solam successione in hereditatem ab intestato (quae quidem fit ab vna ad alteram personam inter consanguineos) graduum mentionem faciunt: canones autem ob id gradus constituunt, vt aperte monstretur usque ad quotam generationem à consanguineorum nuptijs sit abstinentum. Et quia hereditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personam, idcirco curauit secularis Imperator in singulis personis singulos perficere gradus. At verò, quia nuptiae sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Item, quia leges attendunt descensum à communi patre ex vtraque parte. Sed missam hanc faciamus computationem legalem, tanquam parum aut nihil ad nostrum propositum conducentem, & ad illam qua canonistae vtitur manum mittamus. Pro cuius pleniori explicatione regulas quasdam digni duxi hic apponere, quarum prima fit.

1. Regula. In linea ascendentium & descendentium

A quot sunt personae, tot sunt gradus vna dempta: quia vna persona non facit gradum, vt dictum est.

Secunda regula. In linea transuersali quoto gradu distant personae à communi stipite, distant inter se: vt duo fratres sunt in primo gradu quia à patre vno tantum gradu distant: & filij istorum fratrum distant à stipite: scilicet, ab auo duobus gradibus, & eodem modo distant inter se, & sic consequenter procededo.

Tertia regula. In linea transuersali inaequali id est, quando alter distat à communi stipite gradu remotiori quam alter, quoto gradu remotior distat à communi stipite, eodem distant inter se: vt quando aliquis distat in tertio gradu à stipite, & alius in 2. ipsis distant inter se in tertio gradu, vt habetur in cap. fin. de consanguinit. & affini. vt Ioannes Petri filius distat ab auo duobus gradibus, & Alfonsus filius Iacobi germani Petri genuit Martinum, tunc Martinus est in tertio gradu cum Ioanne filio Petri, quia distat à stipite per tres gradus, dato Ioannes filius Petri solus distat à stipite duobus gradibus. Ratio huius regulae est, quia consanguinitatis ratio in linea transuersali ortu habet à stipite. Ex quo colligitur, quod si vnus distat à stipite per duos gradus, & alios per quatuor quod dicendi sunt distare tales inter se per quatuor gradus, quia secundum remotionem distantiam oportet gradus consanguinitatis computari. Ex quo rursus inferitur, quod quando in vna linea vna persona est in quinto gradu à stipite, in quocumque gradu sit alia in alia linea, poterit cum illa contrahere: usque ad quintum enim gradum exclusiue non licet contrahere. In ipso namque licet & non infra. De iure positio antiquo prohibiti erant coniungi matrimonialiter consanguinei usque ad septimum gradum, vt habetur. 35. questio. 5. capit. citato. Ad sedem. Vbi expresse determinatur quod intra septimum gradum consanguinei non coniungantur. Rationem autem

D. Thom. autem quare ecclesia tot prohibuerit gradus, assignat D. Thomas in. 4. distinctione. 40. scilicet, ut amor ac dilectio hominum inter se diffunderetur in lege noua, quae lex amoris dicitur, ut sic ad extraneos amicitia naturalis quae est inter consanguineos, coniunctione maritali extenderetur, quae coniunctio maximè causa dilectionis est. Postmodum tamen reuocata est lex, ac coarctata usque ad quartum gradum inclusiue, usque ad quem omnis consanguinitas impedit, & dirimit matrimonium & non ultra, ut habetur in cap. Non debet. de consanguini. & affini.

Et annotato, quod ex speciali priuilegio omnibus istius noui orbis Indis concessum est in tertio & quarto gradibus etiam matrimonialiter coniungi posse, ut patet ex Bulla Pauli tertij, & licet non se extendat nisi ad Indos, nihilominus legem esse existimo: quia satis est quod se extendat ad omnes hos neophitos. Quo fit, ut si Indorum vnus distet à stipite in secundo gradu, & alius in tertio, imo etiam si vnus distet per vnum gradum solum, & alius distet per tres, tales dicantur in iure distare in tertio gradu, & possint libere contrahere. Nam quemadmodum secundum variam hominum conditionem, & varietatem temporum diuersae leges feruntur, ita summus Pontifex visa istorum fragilitate ac conditione: legem tulit huiusmodi. Nec solum si sit lex, ut ego existimo, possunt contrahere distantes in primo & secundo gradu cum existenti in tertio, verum etiam si sit dispensatio. Quia licet dispensatio sit stricti iuris, debet tamen recipere interpretationem à iure communi. Nam statuta licet sint odiosa, capiunt nihilominus interpretationem à iure, ut notat Innocentius in cap. Causam. de rescrip. & Bar. in l. Omnes populi. ff. de iustitia & iure. Ratio autem quare in illo. c. Non debet. coarctata fuit lex de consanguinitate & affinitate usque ad quartum gradum inclusiue est: quia ultra inutile erat

A & periculosum. Erat enim inutile, quia ad remotiores consanguineos quasi nullum foedus maioris amicitiae, quae ad extraneos habebatur, charitate in multorum cordibus frigescente. Periculosum autem erat, quia concupiscentia & negligentia praevalente numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis obseruabant, & sic laqueus damnationis multis iniiciebatur ex remotorum graduum prohibitione, cum enim usque ad quartum gradum homines consanguinei cognoscant & ament se mutuo utque ad tale gradum videntur aliquid simile portare ex parètib; quod est causa amicitiae. Nam communiter filij imitantur parètes, ac similes eis sunt in aliquo quatuor humorum, ex quibus homo constat. At verò hæc similitudo paulatim atteritur, ac diminuitur. Quare, postquam excedit quartum gradum, iam penè nulla est. Fateri enim oportet, quod aliquando consanguinitas finiatur: habetur namque apud Philosophum in lib. 1. de generatione animalium. c. 19. quod semen est vltimum quod relinquitur ex alimento cocto vltima decoctione, & est subtile, ac calidum, & hinc est, quod habet maximam vim ad foetum formandum, & est in potètia os, manus atque pedes, & idcirco filij, qui ex illo generantur, sunt similes patri, vel in facie, vel in statura, &c. attamen per processum generationis debilitatur, ac tandem finitur huiusmodi virtus, & sic finitur similitudo, ac proinde amor. Notum enim est, quod si Adam vel Noe resurgeret nunc, nullus illorum qui nunc sunt haberet erga eos amicitiam singularem ob consanguinitatem.

XXXVII. DIFFICULTAS.

Utrum gradus quispiam consanguinitatis in linea recta iure naturali matrimonium impediatur?

Pendet solutio huius quaestionis ex solutione alterius: scilicet an gradus

Leuiti. 18.

dus omnes, qui in Leuitico decimo octavo. cap. prohibentur, sint iure naturali prohibiti: & quamuis huiusmodi prohibitiones, quae ponuntur Leuitici. 18. sint numero duodecim, ad sex tamen gradus reducuntur. Prohibentur namque nuptiae in primo & secundo gradu in linea recta consanguinitatis: scilicet, inter patrem & filiam, & matrem & filium, qui est primus gradus: & inter auum & nepotem, ac subinde inter auam & nepotem, qui est secundus: & in transversali in primo gradu inter fratrem & sororem, & in secundo inter consobrimum & amitam: scilicet, sororem patris, & pariter cum matertera: videlicet, sororem matris. Rursum inter affines: scilicet, nequis agnoscat matrem & filiam, & nequis ducat priuignam, id est, filiam uxoris suae, neque gener socrum suam, neque vna nubat patri & filio, & neque quis ducat sorores duas, aut vna duobus nubat fratribus. Omnia ista manifesta in textu qui sic habet, Dixit namque Dominus ad Moysen, Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut reuelet turpitudinem eius, turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuae non discooperies, turpitudinem sororis tuae ex patre siue ex matre, quae domi vel foris genita est, non reuelabis: nec turpitudinem filiae filij tui vel nepotis, nec turpitudinem sororis patris tui discooperies, nec turpitudinem sororis matris tuae: nec turpitudinem uxoris patris tui, quae tibi coniungitur affinitate: & sic de multis alijs gradibus, qui illic prohibentur tam affinitatis quam consanguinitatis, & tam in linea transversali, quam in linea recta. Difficultas igitur praesens est, an omnes isti gradus prohibeantur ex iure naturae. Pro cuius intelligentia scire opus est, quod triplex genus praecceptorum fuit in veteri lege: scilicet, morale, ceremoniale ac iudiciale, & quidem praeccepta moralia expressa erant in lege veteri, qualia sunt, Non occides, non furtum facies. Non facies

A tibi deos alienos, ac similia. Et huiusmodi praeccepta moralia ad sui obseruantiam non tantum Hebraeos, verum etiam omnes alias gentes obligant, & vim modo in lege noua retinent. Quilibet namque homo siue Iudaeus siue Gentilis, tenetur non furari, non moechari, non falsum testimonium dicere, & sic omnia alia moralia, seu naturalia (quod idem est) obseruare tenetur, ut dicit D. Thomas. 1. 2. quaestione. 98. articulo. 5. & quaestione. 85. articulo. 4. Et patet, nam notum est quod infideles gentiles fornicando ac furando peccant: nec solum postquam lex fuit scripta, verum etiam antequam esset scripta, non seruantes peccabant: omnes ergo obligabantur tunc, & modo ex iure naturali. Vnde, quamuis omnes obligentur tam infideles quam Christiani ad horum praecceptorum moralium quae habentur in lege veteri obseruantiam, non tamè obligantur, quia ibi in lege expressa sunt, sed solum quatenus moralia sunt: videlicet, quatenus vim retinent naturalis iuris: alioquin lege non existente non obligarentur. Ceremonialia vero praeccepta erant huiusmodi. Non serues agrum tuum diuerso semine. Veste quae ex duobus texta est, non indueris. Non comedetis carnem cum sanguine. Non in rotundum attondebitis comam, neque radebitis barbam, & alia quae Leuiti. 19. capit. habentur. Iudicialia vero praeccepta sunt, qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, interficientur ambo de medio populi. Qui furatus fuerit ouem, soluet quatuor pro ea, & qui occiderit occidatur: & ijs similia. Et ita praeccepta ceremonialia & iudicialia quae habentur in lege veteri, tantum Hebraeos obligabant. Quod probat egregie D. Thomas. 1. 2. quaestione. 98. articulo. 5. Hac ratione, quia scilicet, populo Iudaeorum peculiariter data est lex, ut quandam praerogatiuam sanctitatis obtineret propter Christi reuerentiam, qui ex illo populo nasciturus erat: sed quae

**Innocentius.
Bartholomaeus.**

Aristo.

Leuiti. 19.

D. Thom.

quæcunque ſtatuuntur ad ſpecialē ſanctificationem, non obligant niſi ſolum illos ſicut ad quædam obligantur clerici, qui diuino ſeruitio deputantur, ad quæ laici minime aſtringuntur. Ad aliqua igitur obligabatur populus Dei electus Iſraeliticus, ad quæ non gentiliū. Et iſta præcepta ceremonialia & iudicialia ita ceſſarunt per mortem Chriſti, cum dixit conſummatum eſt, vt qui modo ea obſeruaſent, credentes quod vim habeant mortaliter peccarent. Itē, probatur, quia omnia erant figura Chriſti venturi iuxta illud Pauli. 1. Corint.

10. Omnia in figura contingebant illis: adueniente ergo Chriſto qui erat figuratus, neceſſe erat vt figura ceſſaret, ad

Hebr. etiam. 7. translato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis translatio fiat, & cap. 8. inquit, Nouum teſtamentum antiquauit prius, quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt: ad Galat. in

super. capit. 5. ſi circuncidimini, Chriſtus nihil vobis prodeſt, nihil autem excludit fructum Chriſti niſi peccatum mortale, ergo obſeruaſes peccant mortaliter: nec tantum peccarent mortaliter: verum etiam hæretici cenſerentur. Eſt enim hæreſis ab eccleſia condemnata Actuum. 15. Vbi tractata hæreſi Phariſæorum dicentium, quod oportebat circuncidi eos, & ſeruare legem Moyſi: tandem ventū eſt in decretum illud. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria. Et Paulus ad Rom. 7. Lex in homine domi

natur quanto tempore viuūt: itaque vos fratres mortificati eſtis legi per corpus Chriſti. Quod exponit per ſimilitudinē mulieris, quæ ſub viro eſt, quæ mortuo viro ſoluta eſt à lege viri. His ſic prælibatis, ad quæſtionem per aliquot conſiſiones reſpondetur, & earum prima ſi.

Non omnes gradus in Leuitico prohibiti ſunt iure naturali prohibiti. Probatur, nam ratio & neceſſitas in moralibus, & prorsus in omnibus agendis,

ſumenda eſt ex fine, ſed vterque finis matrimonij ſaluus prorsus & incolumis conſtabit, etiam ſi non omnes illæ perſonæ à matrimonio arceantur & eliminantur: ergo quantum ex iure naturali pendet, nō omnes illæ perſonæ ſunt prohibitz ad matrimonium inter ſe iungendum. Probatur minor exēplo: prohibetur in lege, ne quis ducat amitam, aut materteram aut vxorem fratris: & certe non videtur quod officiat, aut obſtet ad finem matrimonij, ſiue primum: ſcilicet, ad procreationē aut educationem: ſiue ſecundarium, videlicet, ad maritalia officia & obſequia: vterque nanque optimè ſaluatur cum coniunctione maritali iſtarum perſonarū. Et confirmatur, nam nūquam aliquis Philoſophorum, qui tamen de connubijs multa ſcripſerunt, putauit illicitum matrimonium inter huiusmodi perſonas: non ergo videtur hoc eſſe prohibitum iure naturali: certe enim alicui veniſſet in mentem ius hoc, ſi naturale eſſet. Et confirmatur vltius, quia huiusmodi matrimonia, vt ex hiftoria agnoſcere eſt, paſſim celebrantur inter gentes ſine quacunque reprehentione, & tamē vt Apoſtolus ad Rom. 2. dicit, Gentes quæ legem naturæ non nouerunt, naturaliter quæ legis ſunt faciunt, hoc eſt, quæ legi naturæ conſentanea ſunt: ergo omnino non videntur ea conubia lege naturali damnata. Præterea, eſt eccleſiæ determinatio, nam in cap. Gaudemus, extra de diuort. ponit Pontifex regulam infidelibus, qui ad fidem conuertuntur, quam nos inferius apponemus: nempe quod infideles iuncti matrimonialiter in ſecundo vel tertio gradu, cum conuertuntur, non ſeparentur: quod non ſtatutum eſſet, ſi ſecūduſ gradus vel tertius iure naturali ſaltem primo eſſet prohibitus, quoniam talibus omnes homines ſubditi ſunt.

Secunda conſiſio. In linea recta iure naturali, & diuino prohibitu eſt matrimonium inter aliquas perſonas conſanguini-

fanguineas: ſcilicet, inter patrem & filiam, & inter matrem & filium: itaque quamuis nulla alia lex id prohiberet eſſet nullum etiam in ſtatu naturæ integræ. Et ideo prohibitio hæc ponitur in Leuit. prima inter omnes prohibitiones. Hanc conſiſionem tenent omnes doctores indifcriminatim, & maxime probat eam Caietanus eleganter in. 22. quæſtio. 154. artic. 5. nec ſolum eam tenent fideles, verum etiam infideles, atque pagani ſola ratione naturali innixi.

Caiet.

Ariſtot.

Ariſtot. nanque. 2. lib. polyt. paulo poſt principium, cum vellet probare cōtra Platonem, malum eſſe habere vxores communes inter alia inconuenientia, quæ adduxit, hoc fuit vnū: quia ſcilicet, ad proprias filias heberent acceſſum, quod maximum ſcelus eſt. Præterea, quia nunquam fuit aliqua natio tā barbaræ quæ non huiusmodi connubia abhorreret: nec tantum gentes, verū etiā brutæ, & fere tales concubitus refugiūt, vt Ariſt. lib. 9. de anim alibus. cap. 47. & Plinius lib. 8. cap. 42. referunt de camello & equo, qui operimento conſectas matres ſuperuenire coacti eas cognouerunt, poſtquam cognouerunt matres eſſe, alter camelarium morſu deſixo interemit, alter verò ſe præcipitem dedit, ac ſi inſtinctu naturali talem fugerent cōmixtionem. Tandem probatur hac ratione, quia iure naturali filius reuerentiam matri præſtare tenetur: non ergo filius matrem in vxorem habere poterit, cum oporteat viro ſubditā eſſe vxorem, fieret enim vir, qui conſanguinitate eſt inferior, per matrimonium ſuperior. Et quomodo mater filio ſaluare reuerentia & pietate ſeruare poterit? Quomodo ex præceptis & nutu filij penderet? aut quomodo filius ſuſtinere poterit, vt matri imperet, & coniugalia obſequia exigat? Periret enim præceptum de veneratione parentum: & quamuis magis ſit contra inſtinctum naturæ, quæ filius ducat matrem, quàm ſi pater ducat filiam, eo quod plus derogatur reue-

Ariſt. Plinius.

Ad Rom. 2.

rentiæ matris, quia vxor in nullo debet eſſe ſuperior viro: nihilominus etiā pater non poteſt nubere filiz. Nam eſto quod vir caput ſit mulieris, tamen mulier ſocia illius eſt, non ſerua: & notum eſt non poſſe inter officia & munia cōiugalia commodè ſeruari pietatem & reuerentiā liberorum ad parētes. Vxor certè ius habet exigendi debitum à viro, quod filiz in patrem non ſatis conuenire poteſt. Nec obſtat id quod poſſet obijci aduerſus noſtram conſiſionem ſcilicet, quod non repugnat filium reſpectu parentum ſuorum iudicem eſſe, vt ſi eſſet epiſcopus vel eorū prælatus, eadem ergo ratione non videtur inconueniens, quod filius ſuperior ſit matre, quatenus maritus eſt, & ea inferior vt eius eſt filius. (Non inquit obſtat) eo quod iudex ſiue ſecularis ſiue ec-

cleſiaſticus publica authoritate fungitur, ratione cuius omnes alias priuatas perſonas præcellere neceſſum eſt. At verò in matrimonio maritus propria authoritate eſt ſuperior ſua vxore. Secundo dicitur, quod cum præcepta ad aliquem finem ordinata, per mediā oportuna, & conuenientia ſunt adimplēda, & reuerentiam parentibus debitam violari medium diſſonum ac impropor-

tionatum ſit ad humanum genus propagandum, ſit conſequeus, vt in huiusmodi neceſſitate neutiquam alicui liceat tale adhibere medium, ſicut eodē neceſſitatis caſu exiſtente, non licet homini ſterilem vxorem habenti aliā ducere propria viuente, etiam ſi totus mundus periret.

Et annotato, quod ſignanter dixi in conſiſione, in ſtatu naturæ integræ, nam eādē reuerentiam & honorem deberent parentibus liberi tunc vt modo: ſicut enim per eſum ligni vetiti illū ſtatum amiſerunt, ita eūdē per quodcunque mortale delictum contra ius naturæ commiſſum perdidiffent: vt ſi filius cognoscere matrem, ſtatum perderet.

Ex

Caicta

¶

¶ Soto.

¶

Ex his iam apertè elicitur, quòd si inuenirentur infideles coniuncti in matrimonio, pater scilicet cum filia, vel mater cum filio, quantumcunque allegarent suam consuetudinem, essent nihilominus separandi, si ad fidem conuerterentur: quia talis matrimonialis coniunctio prohibita est iure naturali primo, & diuino, cui iuri nulla lex vel consuetudo derogare potest. Imo Caictan⁹ vbi supra in. 22. articu. 9. arbitratur matrimonium inter patres & filios adeo esse intrinsecè malum, vt mentiri & furari, & ideo ob nullam necessitatem esse à Deo dispensabile, etià propter propagationem generis humani. ¶ Vnde secundum ipsum Caictanum non sunt excusandæ filia Loth à peccato incestus. ¶ Dominicus tamen à Soto in. 4. distinctione. 40. quæstione vnica, articulo. 3. non audet hoc negare. Ait enim illic quòd saluo peritorum iudicio, si modo non essent in orbe nisi pater & filia, aut mater & filius, quòd licitum fuisset inter eos connubium, non tamen extra istum casum: quia tunc certum est quod natura ipsa, & Deus qui est eius autor, dispensasset. Non enim est tam intrinsecè malum, vt mentiri aut peierare, vt arbitratur Caictanus. ¶ Nam in tali casu (inquit Soto) potius obseruandum esset præceptum de coniugio, quam præceptum de parentum veneratione ac proinde essent excusandæ filia Loth. Præsertim quia cum essent infirmæ mulieres metuerunt scilicet ne, si cum patre non coirent, totus mundus periret, existimantes non superesse alium virum. Quod si Deus alicui patri concederet, vt cum propria filia concumberet, hoc proprie loquendo non esset in iure naturali dispensare, sed diuina autoritate aliquid imperare. Quemadmodum si Abraham de facto filium occidisset, hoc non fuisset dispensare sed illam sui filij dominum facere, ad eundem modum si ex diuino imperio filius matrem duceret, non esset hoc dispensare sed facere

A illum dominum corporis matris, & tunc filius, vt filius est, subiectus esset matri, eamque venerari teneretur, quatenus mater est, mater vero, vt vxor filij esset, & ille maritus, filio ipsi obedire teneretur, cuius rei expressum habemus exemplum in beata virgine, & eius filio Iesu Christo nã illa subdita erat illi, vt Deus, ipse tamen erat subditus illi & Ioseph, quatenus homo erat & filius. ¶ Dicit tamen Soto, quod nunquam casus iste contigit, & sic nunquam fuit dispensatum prouidente Deo. Et huic sententiæ adhærendum esse censeo.

B Sed est dubium, vtum non solum in primo gradu inter parentes & filios iure naturali sit prohibitum matrimonium, verum etiam inter omnes ascendentes & descendentes per lineam rectam appositos in Leuitico? Cui dubio sit in ordine tertia conclusio responsiua affirmatiua: nempe, quòd omnia quæ continentur in Leuitico sunt prohibita iure naturali. Conclusio ista est communis opinio tam iuris peritorum quàm Theologorum. Omnes enim vna voce fatentur, minimè matrimonium posse existere inter ascendentes & descendentes per lineam rectam. Et probatur rationibus. Prima, quia non commodè obseruari posset debita reuerentia, quam inferiores superioribus præstare tenentur, cum actus matrimoniales ex sua natura illa auferre habeant. Secunda, quia iura ciuilia distinctè prohibent matrimonium inter auos & nepotes, ac ceteros ascendentes & descendentes, sicut inter patres & filios, vt expresse habetur in instituta de nuptijs. §. Inter eas. & l. nuptiar. ff. de ritu nuptiar. Tertia ratio est, quia sacramentum matrimonij signum est charitatis Christi & ecclesiæ, ergo ratione sacramenti charitas est inter Christianos propaganda & amplificanda: cum igitur inter consanguineos ipsa sanguinis commixtio charitatem coglutinet, condecens est, vt per nuptiarum vincula diuersi sanguines affinitate copulentur

3. Concln.

tur, quã ratione noua amicitiarum generantur. Non enim est aliud vinculum ita necessarium accommodatumque ad pacem fouendam, sicut matrimonij vinculum. Si enim pater filiam duceret, idem esset pater & maritus. Quocirca sapientissimè à Deo ordinatum est vt in huiusmodi gradibus prohiberetur matrimonium: sed existimo præcipuè hanc communem opinionem fundari in impotentia ad generandum, quia vt in plurimum, cum peruenit nepos ad statum, in quo generare possit, iam auia est impotens atque inepta ad generationem, & à fortiori id dicendum est de superioribus gradibus: nempe, pro auia, ab auia, &c. Raro enim, vel nunquam pro auia erit apta ad generandum, cum ad statum, in quo generare possit, peruenit pronepos. At verò quodcumque tanta est impotentia naturalis ad conjugalem actum, vt seminare non possit, etiam si carnalis coniunctio interueniat, matrimonium est nullum. Et tenendo istam tertiam conclusionem cum communi opinione, dicendum est, quòd hæc prohibitio iuris naturalis contrahendi ascendentes, & descendentes per lineam rectam, finem & limitationem habere debet ad certum gradum, vt expresse asserit Diuus Thomas in. 4. distinctione. 40. quæstione. 1. articulo. 3. Bona uentura ibidem Ricardus etiam ibi, quæstione. 2. Alexand. Alens. in. 2. par. quæst. 169. & in. 3. part. quæstio. 25. & Hugo de sancto Victore libro secundo de Sacramento par. II. cap. 4. Non enim est consentaneum rationi dicere, quòd si nunc resurgeret Adam, non haberet vxorem cum qua contraheret. Quo fit, vt non sit in hac parte fides adhibenda Scoto in. 4. eadem distinctione. Durando & Paludano asserentibus, huiusmodi prohibitionem ratione naturali extendi in infinitum. Ita quòd secundum illos non habet limitem, nec finem. Sententia enim Diui Thomæ tanquam certior ac ra-

D. Thom.
D. Bona.
Ricar.
Alex. Al.
Hugo.

Scotus.
Durandus.
Paludanus.

tioni magis consentanea est tenenda: scilicet, quòd non extenditur in infinitum.

Quarta conclusio. Quamuis communis opinio appositae in tertia conclusione sit probabilissima, contraria tamen factis mihi placet: nempe, quòd iure naturali, & diuino tantum prohibetur vnus gradus in linea recta: videlicet, inter patrem & filiam, & inter matrem & filium. Hanc conclusionem tenet Hugo, Ricard. Alexand. Alens. in locis citatis: & Caictanus. 22. vbi supra, & in opusculo ad Clemen. 7. de coniugio Regis Angliæ, cui subscribit Armilla. Et sumpsit Caictanus ex verbo illo Diui Thomæ in solutione ad. 3. vbi ait, quòd in commixtione personarum coniunctarum per se, aliud quid est quòd est secundum se indecens, & repugnans naturali rationi, sicut mixtio inter parentes & filios, aliæ verò personarum quæ non coniunguntur secundum se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam, sed variatur circa hoc decencia vel indecentia secundum consuetudinem, & legem humanam, vel diuinam. Quare, inquit Caictanus, cum ad rationem filij pertineat, vt deriuetur ex sanguine vtriusque parentis, vel saltem matris, vt Christus, & filio per accidens contingat habere auos ratione parentum, scilicet, quia patres alios habuerunt patres (nam Adæ filij absque auis fuerunt veri filij) & id quòd est per se, sit necessarium, id verò quòd accidit, sit contingens, fit, vt inter patrem & filiam sit necessaria vnitas, quæ iure nature matrimonium excludit, non autem inter alios ascendentes & descendentes. Item: Alexand. Alens. loco citato, distinguit inter illa, quæ iure nature prohibita sunt, & illa quæ iure diuino veteri, in quo ponit omnes personas exceptis parentibus & filiis. Volens namque dominus Deus populum suum peculiariter electum ad cultum Dei, quadam pollere

4. Concl.

Hugo Ricar. Alexand.

Caictanus Summa Ar.

D

E

Alex. Al.

Soto

sanctitate inter ceteras gentes dedit ei ista praecepta peculiaria, & imposuit illis iuras prohibitiones circa matrimonium. **Conclusio** tamen ista est intelligenda, loquendo de iure naturae primariae, non autem secundario, nam non est negandum quin sint de iure naturae secundario, quod quidem expresse insinuare videtur. **Diuis Thomas** cum dicit, hos prohibitiones importare indecentiam, sed variatur huiusmodi indecentia vel decencia, &c. Quod si Caietanus negat esse de iure naturae in hoc sensu, non est audiendus, sed certe non videtur id negare, si quidem dicit quod omnia illa praecepta partim sunt moralia & partim iudicialia. Moraliam quidem, quatenus dicunt quid rationi morali conforme iudicialia autem, quatenus dicunt determinationem tot personarum. Vnde non sunt moralia simpliciter, sed secundum quid, ideo hodie non ligant nisi quatenus ab ecclesia sunt assumpta. Nec enim ista indecentia, quae contingeret ex huiusmodi coniunctionibus, ratione cuius sunt moralia, omnino est tanta, quin possit compensari aliquo magno bono, quod ex tali coniunctione consequitur, aut graui malo quod deuiteretur, vt ad supplendam insignem aliquam solitudinem, & raritatem hominum in orbe aut prouincia. Vnde si haec causa vel alia vrgens adesset summum pontificem in his gradibus rectae lineae vsque ad quartum gradum posse dispensare arbitror, nisi cum patre & matre, vt matrimonium contrahant. Ita tenet Caietanus vbi supra, cui adhaeret praclarissimus magister a **M. Victo.** **Victoria** in sua relectione de matrimonio. **Dominicus** tamen a **Soto** in 4. distinctione quadragesima, quaestio. vnica, articulo. 3. dicit, quod fortasse Papa non valet inter auum & neptem coniugium dispensando permittere, sal-

D. Tho.

Caieta.

M. Victo.

Soto.

tem nunquam fecisse legitur. Nec credo, ait, facere auderet, propterea quod aui & nepotes proximè ad parentes, & natos accedentes quasi patres & filij reputantur, in alijs vero gradibus rectae lineae, dicit, neque vt dispensaret consulendum videtur, neque si vrgenti causa id faceret, reclamandum. Sed res est quae rarissime potest vsu venire, sed licet non legatur summum pontificem dispensasse cum aui & nepte, ego tamen non negare auderem, quod id posset facere: antefactum tamen nulli esset consulendum, vt peteret dispensationem istam. **Ex dictis** aperte colligitur, longè aliter prohibitum esse matrimonium inter patres & filios, quam inter ceteras personas ascendentes & descendentes in Leuitico appollitas. Nam contrahere patrem cum filia aut matrem cum filio prohibitum est iure naturali primario, inter alias autè personas nõ nisi iure naturali, secundario. Rursum ex his omnibus infertur euidenter infideles coniunctos in gradibus illis Leuitici. 18. assignatis, siue fuerit ante legem Christi, siue post, siue in gradibus consanguinitatis, siue affinitatis, de pto illo primo gradu parentum & filiorum inter se, dum modo non contra leges suas, vel consuetudinem suam vim legis habentem, nullo modo esse separandos ad fidem conuersos: nec sic ad fidem conuersi indigent papae dispensatione, imo neque quacunque auctoritate possent separari, scilicet, cum solo iure humano, quo infideles non tenentur, huiusmodi matrimonia sint interdicta. Tenet hoc corollarium Caietanus vbi supra. 22. quaestio. 134. articulo. 9. ad. 3. & eandem etiã tenuit antea **Abulensis**. 1. Regum capit. 8. quaest. 149. & ita est tenendum non obitante quod tenentes communem opinionem: scilicet, omnes illas Leuitico prohibitiones esse de iure naturae; vt sunt **Thomas Vualdensis** libro de sacramen-

B

C

D

E

Caiet.

Abulens.

Vualdens.

tis

Palud. **Paludanus** in 4. distinctionu quaestione in cuius subscribit **Archiepiscopus Florentinus**, 3. par. tituli. 1. cap. 14. **Bonauentura** in eadem distinctione. quaestione. 2. **Ricardus** ibidem articulo. 1. quaestio. 1. & **Syluester** verb. **Papa**. §. 17. consequenter tenent infideles, qui reperiuntur iuncti in his gradibus, separandos esse cum ad fidem conuertuntur, & sic arbitrantur, non posse Papam super illis dispensare. **Nec nocet praedictis** id quod aliqui obijciunt ex **Duo Augustino**, quaestione. 53. super Leuiticum, vbi ait, omnia illa mandata in decalogo esse praconcepta, insinuans esse moralia. Non, inquam, nocet, quia Augustini dictum potest intelligi de iure naturae secundario, & sic nos concedimus quod sunt de iure naturae & moralia secundum quid: quatenus demus quodam modo esse moralia, non tamen subinde colligitur, vt illa virtute matrimonia dirimant. Aliud quippe est rem aliquam pracepto morali & naturali esse prohibitam, aliud vero eodem iure esse irritam. Quia non sufficit, vt matrimonium sit interdictum iure quocunque, ad hoc vt non teneat. Multa enim sunt iure diuino & naturali & humano prohibita, quae tamen facta tenent: vt matrimonium cum secunda post sponsalia cum prima, iure diuino prohibitum est ac naturali, & tamen si fiat, matrimonium tenet, vt habetur extra de sponsa. capit. **Veniens**. Item, iure diuino & naturali prohibita est beneficiorum incompatibilium multitudo, & peccatum est illa possidere non tamen ideo collatio illorum non tenet. Praeterea votum simplex castitatis iure naturae impedit matrimonium contrahendum, sed nihilominus si fiat, factum tenet. Praeterea, prodigalitas iure naturae & diuino est prohibita, attamen donatio prodiga tenet. Postremò patet, quia iure humano prohibitum erat ante concilium Tridentinum contrahe-

Palud.

D. Anton.

D. Bona.

Ricard.

Syluest.

D. Aug.

re clandestinè, extra de clandestina desponsatione per totum, tamen matrimonium sic contractum erat validum. Pariter ergo quamuis demus iure naturae prohibitum esse omnibus etiam infidelibus contrahere in illis gradibus Leuitici. 18. non tamen subinde consequitur, illud matrimonium esse nullum, vt praedicti doctores affirmant. Tantum enim esset nullum apud Iudaeos, si contraherent in illis gradibus, quia ad illos data est lex illa quae matrimonium iam contractum irritabat, ac omnes Iudaei ad illam seruandam tenentur non virtute legis, quae omnino iam spirauit, sed ratione conscientiae. Existimant nanque teneri lege illa: sed apud Christianos profitentes legem euangelicam, solum sequitur, expediens fuisse modo, vt illa matrimonia impedirentur iure positio, vt factum est: non tamen obligant nunc gradus qui modo prohibentur ab ecclesia, quia olim fuerunt prohibiti in lege veteri, sed quia ab ecclesia de nouo constituta ac stabilita est prohibitio. Ratio est, quia omnia cessauerunt, & nullius fuerunt obligationis post Christi mortem, vt dictum est. Nec tantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur, possunt impedire matrimonium contrahendum & dirimere contractum: sed plures potest ecclesia constituisse, vt impediunt & dirimant ac in nonnullis illorum potest dispensare: vt expresse decernit nunc tenendum esse sub anathematis censura oecumenicum & generale concilium Tridentinum, sessione vigesimaquarta, Canone tertio. **XXXVIII. DIFFICULTAS.** *Vtrum aliquis gradus consanguinitatis in linea transversali impediatur iure naturae matrimonium?* **Lz 2. Pro**

B

C

D

E

Leuit. 18.

Abulens.

Con. trid.

Con. trid.

Pro huius diffinitatis explicatione sciendum est, quod illa quae prohibentur iure naturali, sunt in duplici genere: quaedam enim sunt intrinsicè mala, & de se adeò inhonesta, ut in nullo casu licitè fieri possint, ut mentiri, & periurium, & adulterium; & alia præcepta decalogi: sicut è contrario quaedam semper & per se sunt honesta, ut Deum colere, parentès venerari, & similia: alia sunt de se quidem inhonesta & prohibita iure naturali, sed quandoque propter graues causas possunt licitè fieri: sicut è contrario sunt aliqua honesta quidem, & cõsona rationi, & principijs moralibus, seclusa etiam omni lege positua, imò præcepta lege naturali, sed tamè non habent bonitatem inmutabilem, vel necessariam, sed secundum diuersas temporis loci & personarum circumstantias & conditiones, varietatem recipiunt, vt seruare fidem, reddere debitum; non habere plures uxores & similia. His suppositis, sit prima conclusio: Inter fratrem & sororem non est prohibitum matrimonium iure naturali primo modo; nec ducere relictam fratris. Hæc conclusio est communis omnium Theologorum sententia. Ea enim tenet Diuus Thomas in 4. distinctione quadragesima, quæstione vnica, de consanguinitate, articulo. 4. & in 2. 2. quæstione. 154. articulo. 9. ad 3. & Diuus Augustinus. 22. lib. contra Faust. capit. 35. & libro decimo quinto de ciuitate Dei capit. 16. vbi ait, nunquam licuisse sine dispensatione fratres matrimonialiter cõiungi. Per quod dat intelligere, non esse prohibitum matrimonium inter illos iure naturali in primo genere: nam si sic intelligeret prohibitum esse, non diceret, sine dispensatione, cum in illo nulla contingat variatio & mutabilitas. Item, quia in illo libro citato de ciuitate dicit, comixtio fororum & fratrum non natura, sed religione prohibente, facta est damnabilis. Præterea, quia nulla ratione naturali, quæ quidem necessaria vi-

1. Conclu.

D. Thom.

D. Aug.

Adeatur, probari potest, illum esse tam inhonestum, vt in nullo casu liceat fieri, ergo non est de primo genere prohibitorum iure naturali. Confirmatur manifestè, quia illud aliquando (vt omnes fatentur) licuit, vt in exordio mundi, quando vera coniugia fuerunt inter filios Adæ: nam non erant tunc uxores aliæ quam sorores. Item; Deute. 25. præcipit, vt frater accipiat uxorem fratris sui sine liberis defuncti. Nec est dicendum quod in primo casu dispensauit Deus, tum; quia ridiculum esset dicere Deum vt naturæ autorèm fraterna coniugia interdixisse, super quo tamen interdicto illico erat dispensaturus: tum maxime, quia si esset malum ex proprio genere, secundum D. Tho. & saniorẽ sententiam non posset Deus dispensare; sicut nec in periurio, & eadem ratione non est dicendum, quod dispensauit in secundo casu. Item, absurdum est, & parum piũ dicere, quod Deus legem illam in secundo casu adductam condiderit contrariam legi naturali primeuere. Secunda conclusio. Inter fratrem & sororem prohibitum est matrimonium iure naturali secundo modo: hoc est absolute, & non urgente aliqua grati, & rationabili causa. Hæc conclusio est communis doctorum sententia. Nam dicunt aliquo modo esse contra ius naturæ: cum ergo secundum communem sententiam non sit prohibitum iure naturali in primo genere, vt probatum est in prima conclusione, consequens fit, vt sit prohibitum secundo modo. Quod si Caietanus quando dicit in commenta. Super 18. cap. Leui. 8. & super Gen. 20. & Mathæ. 19. ¶ & in 2. 2. quæst. 154. artic. 9. quod non est prohibitum matrimonium iure naturali inter fratres intelligat nullo modo esse prohibitum iure naturali inter eos, fides non est ei adhibenda; nec alicui alteri, si quis est qui illud asserat: quod dixerim propter Scotum, Ricardum, & Durandum, qui in 4. distinct. 40. videntur esse eiusdem

Deut. 25.

D. Thom.

2. conclusio.

Caieta.

¶

Soto. Ricard. Durandus.

Adem sententiæ, licet non tam expresse. Et probatur quod sit prohibitum iure naturali inter fratres matrimonium, nam Deuteronomij capit. 27. ponuntur maledictiones aduersus eos qui faciunt contra ea quæ sunt iuris naturæ, & inter ipsas maledictiones ponitur maledictio contra accipientem sororem in uxorem. Rationibus quoque probatur aperitè. Prima, quia nusquam ecclesia consuevit in hoc dispensare: signum ergo est, prohibitionem in hæc esse de iure naturæ. Secunda, quia illud dicitur esse de iure naturæ, quod cõmuniter eodem modo se habet apud omnes, sed quod coniugantur fratres inter se matrimonialiter communiter apud omnes habetur tanquam inhonestum etiã apud barbaras nationes, iure igitur naturali prohibetur contrahere cum sorore propria. Sed annotato, quod vt diximus in præcedenti difficultate, non est tanta indecentia & inhonestas in tali coniunctione, quin possit compensari aliquo magno bono, quod ex huiusmodi coniunctione sequitur, &c. Vnde ad constituendam pacem in republica, vel ad supplendam aliquam solitudinem, & raritatem maximam hominũ in orbe, etiam si non sit tãta quanta fuit statim à principio conditionis generis humani, crediderim summum Pontificem dispensare posse: tunc nanque non solum non est contra ius naturale contrahere, verum etiam id ratio naturalis dicat: quia aliter species humana minime multiplicari, ac conseruari posset. Illa tamen necessitate cessante, non inuenitur hæc coniunctio inter fratres, per quod datur intelligi, quod extra talem necessitatem non licet, & quidè quod post factum ob urgentem causam, Papa id possit, probatur: nam Archiepiscopus Florentinus. 3. part. titul. 1. cap. 11. refert Martinum. 8. iam dispesasse cum quodam, qui cum suagermana contraxerat, & consummauerat, habito tamè prius peritorum consilio, propter scan-

D. Anto.

Adala & alia mala vitanda. Consulendum tamen est omnibus ante factum, licentiam non esse petendam, cum secundum communem opinionem sit dubium, ipsum posse dispensare, & nusquam ab orbe redempto talis dispensatio legitur. Caietanus tamen. 22. Vbi supra absolute concedit quod posset modo Papa super talem matrimonium dispensare. Et Thomas de Argentina in quarta distinctione quarta ante ipsum Caietanum fuit eiusdem opinionis, & Summa Armilla, verbo, Dispensatio. §. decimo, reputat eandem opinionem veriorẽ communi: mihi tamen placet sententia apposita, quod propter urgentem necessitatem possit, & non alias. Caietanus & Thomas de Argentina inferunt subinde ex sua sententia, quod si frater in infidelitate cum sorore contraxisset, conuersi ad fidem non sunt separandi: quod verum, reputo cum hac tamen limitatione & conditione: scilicet, si apud ipsos infideles esset lex vel consuetudo ab omnibus recepta (quæ tamen haud credo reperiri posse) aliter autem minime auderem cõcedere. Ratio quare tunc non essent separandi est, quia talis consuetudo non esset contra ius naturæ primo modo acceptum, contra quod nequiquam præualere potest: neque contra ius euangelicum, quia iure euangelico solum matrimonium inter patrem & filiam prohibetur.

Caieta.

Tho. de Ar. gen.

Sum. Arm.

C

D

E

Nec obstat id quod obijci solet contra id quod diximus, quod cessante illa necessitate, non esset licita talis coniunctio, quia Abraham accepit in uxorem Saram sororem suam tempore, quo constat genus humanum sufficienter fuisse promulgatum. Non inquam obstat, quia Sara non sic erat soror Abraham, vt ex eodem patre, vel ex eadem matre esset nata, sed appellabatur eius soror, quia tunc mos erat apud Hebræos filios duorum fratrum fratres appellari, atque filiam patris sororè: erat enim filia Aram fratris eius. Quo circa

Zz 3 Abra.

Abraham vocabat Loth fratrem: & tamen notum est, eos non fuisse genitos ab eodem parente, sed à diuersis. Sed quia eorum parentes erant fratres, vel cognati, ipsi quoque dicebantur fratres.

Gene. 26. Item Gene. 26. dixit Isaac, Rebecam esse sororem suam & tamé certum est, non fuisse filiam patris, aut matris suæ. Similiter, Iacob dixit Racheli fuisse fratrem patris sui, & tamen non erant nati ex eodem patre aut matre, ac demùm in euangelio Iacobus appellatur frater Domini, & tamen solum erat frater amittinus. Hoc docet satis diffusè Abulen. super Genes. & D. Aug. lib. 16. de ciuitate Dei. cap. 12. 16. 19. & 30. Sic igitur dicendum est Abraham Sarã sororem nuncupasse quia erat filia patris sui.

3. Concl. Tertia conclusio. In linea transuersali in omnibus alijs gradibus consanguinitatis ascendentiũ & descendentiũ coniunctio maritalis nullo diuino iure aut naturali sic modo prohibita est, vt secluso iure Põtificio illud redderet nullum. Hæc conclusio quantum ad ius diuinum probatur. Est enim ius diuinum vnum positiuum, quod non est de iure naturæ, vt præcepta fidei, & sacramentorum in Euangelio. Aliud vero est ius diuinum & simul naturale. Præceptum prioris generis sub lege Euangelica nullum est positum, quo eiusmodi matrimonia prohibentur. Nec aliquas personas inhabilitauit ad matrimonium, solum enim fecit, vt quoddam anteà erat cõtractus in officium naturæ, modo sit sacramentum conferens gratiam. Illæ verò Leuiticæ inhibitiones abolitæ sunt prorsus, nisi quatenus vim naturalis iuris retinent: nullum ergo iam modo ius est in matrimonio, nisi quatenus est naturale. Quantum autem ad ius naturale, probatur conclusio ex ipsamet ratione naturali hoc dictante. Illud nanque maxime naturaliter prohibitum esse iudicamus, à quo omnes vel saltem fere omnes naturaliter

A abstinent: cum ergo coniunctio maritalis in alijs consanguinitatis gradibus non fuerit exossa, imo satis vsitata apud omnes nationes, vt experientia nobis compertum est apud istos neophitos ac alios gentiles (semper enim in omni lege siue naturali siue scripta hoc fuit in vsu) argumentum efficax est, nullos alios gradus lege naturali fuisse prohibitos: quia alioqui sicut

B multiplicato genere humano cessauit fieri matrimonium in primo gradu, scilicet, inter fratres, cessasset etiam in secundo & tertio gradu inter ceteros consanguineos lineæ transuersalis. Ex dictis colligitur manifestè, quod non est iure naturæ illicitum, & nullum matrimonium inter amitam ac consobrinam: & inter patrum & consobrinam, sed solo iure positiuo. Quocirca si adsit rationabilis causa, non dubium quin summus Pontifex dispensare possit. Legimus enim Exodi. 6. Matrem Moysi fuisse amitam viri sui.

C si adsit rationabilis causa, non dubium quin summus Pontifex dispensare possit. Legimus enim Exodi. 6. Matrem Moysi fuisse amitam viri sui. Quarta conclusio corollaria exterior est, quod infideles coniuncti in gradibus quibuscunque consanguinitatis prohibitis iure humano positiuo apud nos siue secundo siue tertio siue quarto, si sit consuetudo apud illos, vel lex contrahendi in illis gradibus, vt amita cum filio sui fratris, & auunculus cum consobrina, si conuertantur ad fidem, nullo modo sunt separandi. Hæc conclusio est sententia Innocentij. capit. Gaudemus, extra de diuortijs, & capit. de infidelibus, de consanguinitate & affinitate. Vbi summus Pontifex ait, secundo gradu & tertio contraxerunt, si conuertantur, non esse separandos. Imo nec si inueniantur in primo gradu coniuncti: scilicet, fratres ad sensum supra in secunda conclusione expositum. Solum enim, vt dictum est, inter patrem & filiam iure naturali primo, de iure Euangelico, prohibitum est matrimonium: quia ius diuinum Euangelicum omnes cuiuscunque

E Inhabiles personæ per talem legem vel consuetudinem.

Exod. 6.

4. Concl.

Innocen.

que conditionis sint, obligat: Dixit A enim Dominus Matthæi decimo nono. Propter hanc relinquet patrem & matrem, &c. quibus verbis aperte insinuare videtur, quod in matrimonio alia debeat esse vxor quam mater, & alius maritus quam pater. Item, ratio quam ibidem summus Pontifex assignat est manifesta: quia infideles non arctantur legibus ecclesiæ ac statutis pontificum, non ergo sunt separandi ab ecclesiâ, quando conuertuntur ad fidem, cum baptisimus non tollat coniugia sed culpam. Non enim ecclesiæ statuta obligant, nisi illos qui sunt de gremio atque regimine ecclesiæ. Intellegitur tamen conclusio, si illa consuetudo esset vniuersalis apud illos, tam quo ad simplices & pauperes, quam quo ad dominos. Nam si soli Domini haberent illam, separandi essent: cum lex matrimonij inter omnes siue potentes, siue reges, siue simplices æqualis esse debeat. Sicut enim apud Christianos, si reges aut principes sine dispensatione contrahant in gradibus ab ecclesiâ prohibitis, matrimonium est nullum, ita apud dominos horum infidelium esset nullum, si in gradibus communi consuetudine prohibitis contraherent. Ex quibus elicitur, quod si esset aliquanatio gentiliũ quibus lege humana vetitum esset, ne in matrimonio iungerentur consanguinei vsque ad quintum gradum, non dubium, quin si iungerentur, non essent veri coniugati. Ac similiter, si esset consuetudo omnium consensu approbata, quæ hoc haberet, qui contra talem consuetudinem contraherent, non essent veri coniugati: & conuersi ad fidem essent disjungendi, quia tales sunt

Mat. 19.

De impedimento affinitatis.

XXXIX. DIFFICULTAS.

Vtrum ex matrimonio affinitas aliqua contrahatur?

A D consanguinitatem consequitur affinitas: & primo quaeritur, vtrum ex connubio vterq; coniugũ cũ consanguineis alterius affinitatẽ cõtrahat? Quæstioni huic hac vnica conclusione affirmatiua respondetur: nẽpe, qd per matrimonium cõtrahitur affinitas inter vnũ coniugẽ & cõsanguineos alterius, & vice versa. Probatur cõclusio, nã affinitas idẽ est quod cõfinitas, id est finiu propinquitas. Cũ enim per copulã carnalẽ fiant vir & vxor vna caro, fit, vt sanguis vnus attingat sanguinẽ alterius, & vice versa, atq; adeo consanguinei vnus efficiantur alteri affines. Fundamentũ enim affinitatis est copulatio mariti & vxoris, sicut stipès consanguinitatis est pater. Ex quibus elicitur illa vulgata diffinitio affinitatis: scilicet, affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parètela. Dicitur, ex carnali copula & non, ex legitima copula coniugali: quia tã per fornicariã quã per maritalẽ copulã cõtrahitur affinitas, vt habetur 35. q. 3. c. Nec eam. Et extra de eo qui cognoscit vxorẽ &c. c. Fraternalitatis. 35. q. 10. Ex hac diffinitione videtur colligi tanquam probabilius, per matrimoniu ratum non consummatum non contrahi impedimentum affinitatis, sed publicæ honestatis, vt tenet Panormita. cap. Sponsam. de sponsali. & iuris canonici professores, & Scotus in. 4. dist. 41. Ratio est, quia affinitas requirit consumptionem copulæ. Et circa illam particulam istius diffinitionis, Omni carens parètela, annotare oportet, quod cum parètela à parètibus propriè dicatur, voluerunt doctores puram & nudam affinitatem per hoc diffinire, quod non esset admixta consanguinitati: nihilo-

Cõc. vni.

Panorm.

Scotus.

minus nihil vetat, ambobus respectus eadem conuenire posse, vt si qui mihi ex parte mei patris consanguineus est, consanguineam meam ex parte meae matris duceret, quae illi non erat consanguinea: tunc enim meus consanguineus fit ex alia parte meus affinis. Satis ergo est, vt affinitas quantum est de sua propria ratione, sit carens parentela. Ex quo fit, quod si aliqui duo ex vna parte consanguinei sunt, & ex altera affines, super vtrumque impedimentum debet Pontificis dispensatio obtineri, antequam coniugio copulentur.

XL. DIFFICULTAS.

Vtrum ex omni actu carnali huiusmodi affinitas causetur?

Hic difficultati per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima fit. Nullus concubitus extra vas naturale: nempe, in vase non naturali vel alibi cum muliere est sufficiens ad tale affinitatem contrahendam, & a fortiori non sufficiens oscula & impudici tactus. Probatur conclusio ista, nam per huiusmodi concubitus non fit vna caro ad sensum illius verbi, Erunt duo in carne vna scilicet, ad generandum. Habetur etiam conclusio, 35. q. 3. c. Extra ordinaria pollutio. Ratione tandem probatur, nam huiusmodi concubitus non facit commisionem neque carnis vnitatem, per quam contrahitur affinitas.

2. conclusio. Secunda conclusio. Si vir intret claustra pudoris foeminae, & non seminet, non causetur affinitas. Ita tenet D. Th. in addit. 3. p. q. 55. articulo 3. & 4. ad. 2. Et Dominicus a Soto in. 4. distinctio. 27. quaestione. 2. articulo. 4. Et Syluester, verbo, Matrimonio. 2. §. 16. Et intelligitur siue vir illam corrumpt siue corruptam inuenerit. Probatur, quia non fit mixtio seminum, vt habetur in cap. citato, Extra ordinaria pollutio.

Soto. siluest. Tertia conclusio. Si mulier seminet,

et non vir non contrahitur affinitas.

A & non vir non contrahitur affinitas. Haec conclusio est omnium doctorum sententia calculo approbata, vt Syluester in verbo, Matrimonium. 8. §. 15. refert.

4. conclusio. Quarta conclusio. Ex omni actu carnali, quo fit commixtio seminum maris ac foeminae, siue fornicarie, siue matrimonialiter fiat, causetur affinitas. Conclusio haec est Diui Thomae in. 4. dist. 41. quaestione. 1. articulo. 1. q. 1. & vniuersaliter omnium doctorum. Et ostenditur aperta ratione, quia materialis coniunctio duos habet fines, vnum qui est prolium generatio, ac secundarium alterum, qui ad communionem & confortium officiorum spectat, vt supra visum est. Et quamuis secundus non nisi inter coniuges consistat, primus tamen in quacunque copula, quae suapte natura genitrix est, reperitur, ergo vbiunque est carnis commixtio siue illicito siue licito concubitu fiat contrahitur affinitas: sunt enim per illicitum concubitum etiam vna caro. Nam secundum Apostolum. 1. Corinth. 6. qui adharet meretrici, vnum corpus efficitur. Erunt, inquit, duo in carne vna. Cum igitur affinitas ob id ex matrimonio contrahatur, quod duo illic vna caro sunt, consequens fit, vt per illicitum concubitum causetur affinitas. Confirmatur ex cap. Si homo. 35. quaest. 3. Vbi habetur, quod si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens, eandem duxerit uxorem, ipsa sine spe coniugij maneat.

D. Thom. Quinta conclusio. Si vir intret claustra, & seminet, licet mulier non seminet, contrahitur affinitas. Hanc conclusionem tenet Hostien. & Federi. in consil. 109. Inquit namque, quod ad causandam affinitatem, seu matrimonium consummandum, non necessario requiritur, quod mulier emittat, sed satis est, quod viri semen sit commixtum naturae uxoris. Ex contrario enim magna absurditas sequeretur: nam pene quod per annum

C in quacunque copula, quae suapte natura genitrix est, reperitur, ergo vbiunque est carnis commixtio siue illicito siue licito concubitu fiat contrahitur affinitas: sunt enim per illicitum concubitum etiam vna caro. Nam secundum Apostolum. 1. Corinth. 6. qui adharet meretrici, vnum corpus efficitur. Erunt, inquit, duo in carne vna. Cum igitur affinitas ob id ex matrimonio contrahatur, quod duo illic vna caro sunt, consequens fit, vt per illicitum concubitum causetur affinitas. Confirmatur ex cap. Si homo. 35. quaest. 3. Vbi habetur, quod si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens, eandem duxerit uxorem, ipsa sine spe coniugij maneat.

5. conclusio. Quinta conclusio. Si vir intret claustra, & seminet, licet mulier non seminet, contrahitur affinitas. Hanc conclusionem tenet Hostien. & Federi. in consil. 109. Inquit namque, quod ad causandam affinitatem, seu matrimonium consummandum, non necessario requiritur, quod mulier emittat, sed satis est, quod viri semen sit commixtum naturae uxoris. Ex contrario enim magna absurditas sequeretur: nam pene quod per annum

num mulier non emiserit, tamen concepit ex viri semine, & peperit: absurdum esset dicere, quod matrimonium non sit consummatum, vel affinitas non sit contracta. Ratio huius conclusionis est euidens, quia secundum philosophum potest sequi generatio humana ex sanguine mulieris absque eius semine. Eandem quoque sententiam tenet Syluester. vbi supra & patet aperte, quia alioquin virgo Maria non diceretur mater Christi. Sufficit enim, quod ipsa foemina ministraret materiam, quae disponitur ad foetum.

Aristo. Syluest.

6. conclusio. Sexta conclusio. Quamuis non intret vir claustra, si tamen seminet intus vel prius extra vas seminauerit, postea tamen virtus matricis attractiua seminis viri ad se attraxerit, & sic fiat mixtio seminum, causetur affinitas. Haec conclusio ostenditur manifeste, quia ex tali concubitu potest sequi foetus, vt dictum est, & ita forte intelligendus est text. ille cap. iubemus, extra de sponsalibus. Vbi dicitur, quod cum quidam contraxit sponsalia cum puella post septennium, & nifus eam corrumpere non potuit: postea ille iuuenis duxit in matrimonium consanguineam illius puellae, consultusque papa super hoc, determinauit, hoc secundum matrimonium dissoluendum esse: intelligendus est enim nisi fallor, text. iste, quod licet eam non corruerit, tamen seminauit extra vas, & postmodum attractum fuit intus semen, & idcirco Pontifex praecipit, vt cum ea maneret: vel dicendum est, quod ortum fuit impedimentum publicae honestatis, quod quidem impedit contrahendum & dirimit contractum: & ob id declarauit pontifex, matrimonium secundum esse dissoluedum.

XLII. DIFFICULTAS.
Vtrum affinitas impediatur matrimonium contrahendum & dirimat contractum, & in quibus gradibus?

Questioni praesenti tribus conclusionibus respondetur, quarum prima fit. Omnes consanguinei viri, cui aliqua foemina matrimonialiter iungitur, sunt affines tali mulieri in eodem gradu, in quo sunt consanguinitate iuncti tali viro. Ita quod si erant in secundo siue tertio consanguinei viri, in eodem sunt affines uxori illius consanguinei, seu mulieri, cum qua matrimonium contraxit. Eodem quoque modo ex parte foeminae: qui sunt consanguinei eiusdem, affines efficiuntur viro ipsi in eodem gradu, in quo coniuncti sunt eidem mulieri. Sed annotato, quod nunc post concilium per copulam illicitam solum in duobus gradibus contrahitur affinitas. Ratio huius conclusionis est, quia secundum ius nouum Constantiensis Synodi, gradus affinitatis ad normam graduum consanguinitatis exigendi sunt, itaque affinitas ortum habet ex consanguinitate. Quo fit, vt cum dubitatur de aliquorum affinitate, recurrendum sit ad illam personam, qua mediante ventum fuit ad affinitatem: ac per hoc videndum erit, in quo gradu affinitatis sit: quia quoto gradu distant in consanguinitate, in eodem distant in affinitate: ac proinde in omnibus gradibus in quibus impedit consanguinitas matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

B guinei viri, cui aliqua foemina matrimonialiter iungitur, sunt affines tali mulieri in eodem gradu, in quo sunt consanguinitate iuncti tali viro. Ita quod si erant in secundo siue tertio consanguinei viri, in eodem sunt affines uxori illius consanguinei, seu mulieri, cum qua matrimonium contraxit. Eodem quoque modo ex parte foeminae: qui sunt consanguinei eiusdem, affines efficiuntur viro ipsi in eodem gradu, in quo coniuncti sunt eidem mulieri. Sed annotato, quod nunc post concilium per copulam illicitam solum in duobus gradibus contrahitur affinitas. Ratio huius conclusionis est, quia secundum ius nouum Constantiensis Synodi, gradus affinitatis ad normam graduum consanguinitatis exigendi sunt, itaque affinitas ortum habet ex consanguinitate. Quo fit, vt cum dubitatur de aliquorum affinitate, recurrendum sit ad illam personam, qua mediante ventum fuit ad affinitatem: ac per hoc videndum erit, in quo gradu affinitatis sit: quia quoto gradu distant in consanguinitate, in eodem distant in affinitate: ac proinde in omnibus gradibus in quibus impedit consanguinitas matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

C qui sunt consanguinei eiusdem, affines efficiuntur viro ipsi in eodem gradu, in quo coniuncti sunt eidem mulieri. Sed annotato, quod nunc post concilium per copulam illicitam solum in duobus gradibus contrahitur affinitas. Ratio huius conclusionis est, quia secundum ius nouum Constantiensis Synodi, gradus affinitatis ad normam graduum consanguinitatis exigendi sunt, itaque affinitas ortum habet ex consanguinitate. Quo fit, vt cum dubitatur de aliquorum affinitate, recurrendum sit ad illam personam, qua mediante ventum fuit ad affinitatem: ac per hoc videndum erit, in quo gradu affinitatis sit: quia quoto gradu distant in consanguinitate, in eodem distant in affinitate: ac proinde in omnibus gradibus in quibus impedit consanguinitas matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

D determinauit, hoc secundum matrimonium dissoluendum esse: intelligendus est enim nisi fallor, text. iste, quod licet eam non corruerit, tamen seminauit extra vas, & postmodum attractum fuit intus semen, & idcirco Pontifex praecipit, vt cum ea maneret: vel dicendum est, quod ortum fuit impedimentum publicae honestatis, quod quidem impedit contrahendum & dirimit contractum: & ob id declarauit pontifex, matrimonium secundum esse dissoluedum.

E dem impedit contrahendum & dirimit contractum: & ob id declarauit pontifex, matrimonium secundum esse dissoluedum.

E dem impedit contrahendum & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

E dem impedit contrahendum & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.


E dem impedit contrahendum & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

E dem impedit contrahendum & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

E dem impedit contrahendum & dirimit contractum, impedit etiam affinitas, & in primo gradu affinitatis sunt parentes & filij uxoris ex alio marito, & fratres & sorores eius cum ipso marito, licet arctius parentes & filij affinitate illi iungantur, quam fratres & sorores: & vice versa, in primo gradu affinitatis ipsi uxori iunguntur parentes & filij, & fratres, & sorores.

res mariti. Cōstat igitur ex dictis, quod A gradus affinitatis non distinguntur per se, sed ratione consanguinitatis, unde nascuntur. Consanguinitas enim est, quæ per se habet ramos ratione eiusdē cadentis sanguinis, sed affinitas non nisi ratione eiusdem sanguinis, cui maritus per vxorem coniungitur, aut vice versa. Quæ omnia liquido patent in figura sequenti.

FIGURA AFFINITATIS.



IN qua figura sunt tres circuli dextri maritum circumstantes: scilicet, parentum, filiorum & fratrum: & isti tres circuli attingunt vxorem in primo gradu affinitatis, & pariter tertio, sinistri eodem gradu ad maritum pertinent. Quare si protra has lineas sursum ad auos, & deorsum ad nepotes, & ad latera ad filios fratrum eiusdem mariti, omnes distant secundo gradu affinitatis ab vxore. Idem contemplandū est in vxore respectu mariti &c. ut dictum est.

2. Conclu. Est secunda conclusio responsiva ad difficultatem affirmatiua: nempe, quod affinitas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum vsque ad quartum gradum inclusiue sicut consanguinitas. Hæc conclusio sequitur corolarie ex supra dictis: & ideo non indiget aliaprobatone. Et habet verum etiam si inculpabiliter affinitas ignoretur, eò quod inhabilitas personarum non tollitur per ignorantiam, quamuis sic ignorans à culpa & poena excusetur, siue sit poena à iure

canonico, siue ab ordinario imposita. Unde non incurrit censuram excommunicationis, & filij qui nascuntur ex huiusmodi matrimonio durante bona fide, pro legitimis ab ecclesia habentur: modo diligentia à iure requisita fuerint adhibita. Secus autem erit in his, qui mala fide contraxerunt, aut solennitates omiserunt.

B Scire tamen hic oportet, quod hæc conclusio est intelligenda de affinitate præcedenti, non autem de superueniente, quæ quidem impedit ne debitum possit petere sine dispensatione (quam episcopus facere potest) redde- re autem tenetur. Ipsa namque vxor ex hoc quod vir eius habuit accessum ad eius consanguineam, non priuari debet iure suo, nisi ipsa permisit, vel operam dederit, ut vir accederet ad consanguineam. Tunc enim nullum aliud habet remedium, nisi ingredi religionem, si tantum sit matrimonium ratum, vel petere dispensationem ab episcopo, ut possit petere. Et hæc conclusio habet verum etiam mortua illa persona, qua mediante contahitur affinitas. Est enim ista affinitas perpetua: ita ut quamuis memorietur frater, qui duxerat Mariam, semper in perpetuum, Maria maneat mihi affinis. Ratio est, quia cum affinitas originem ducat ex consanguinitate, sit, ut sicut mortuo fratre semper in me manet consanguinitas respectu illius, ita & affinitas respectu vxoris eius viduæ, ut habetur in capite Fraternalitatis trigesima quinta quæstione decima.

E Sciendam est hic secundo, quod consanguinei vxoris & consanguinei viri nõ sunt affines inter se aliquo gradu, ut aperte patet, de consanguini. & affinit. in capite. Quod super his, ita ut consanguinei vxoris efficiantur affines mariti, sed non sunt subinde affines consanguineorum mariti: quare fratres vxoris, imo & ipsius filia

XLII. DIFFICULTAS.

Vtrum aliquis affinitatis gradus iure naturæ matrimonium impediatur & dirimat?

ex alio marito potest nubere filio sui A mariti ex alia vxore; & duo fratres ducunt duas sorores, & duæ sorores duobus fratribus nubunt. Ratio huius notabilis est, quia affinitas hæc causatur ex coniunctione cum consanguinea: qui ergo non est iunctus consanguineæ meæ per matrimonium nec per copulam carnalem, non est aliquo modo mihi iunctus. Quare solum erit affinitas inter me & illum, qui coniunctus fuit consanguineæ meæ.

3. Conclu. Tertia conclusio. Et si secundum ius antiquum tria erant genera affinitatis, modo tamen secundum ius nouum, secundum & tertium genus extincta sunt, & solum durat primum. Explicat Diuus Thomas, Ricard. & Bonauent. hoc pacto, quod si Maria esset fratri meo matrimonialiter coniuncta, erat mihi & sorori meæ affinis in primo gradu, si autem fratre meo defuncto ea dem Maria nuberet Petro, ille fiebat mihi & sorori meæ affinis in secundo genere; & si Maria defuncta, Petrus ille duceret Ioannam, illa efficiebatur mihi affinis in tertio genere. Sed iam ista impedimenta omnino sunt abolita, & tantum in primo genere affinitatis impeditur quis, ne affinem ducere possit. Cum illa enim, quæ nupsit marito propriæ sororis defunctæ, frater illius defunctæ & quilibet eius consanguineus mortuo viro contrahere possunt absque impedimento aliquo, ut habetur in cap. Non debet de consanguini. & affinitate. Et pari ratione reuocatum est illud quod habetur in capite. Porro duorum trigesima quinta quæstione secunda, ubi dicitur, quod coniuges duorum fratrum aut fratruum matris mortuis non possunt successiue eidem postea viro nubere propter iustitiam publicæ honestatis.

(3)

PRO huius difficultatis elucidatione primo annotare oportet cum Dominico à Soto, quod affinitas sicut & consanguinitas constituitur secundum lineam rectam, & secundum lateralem in linea recta ascendentium est, si quis matrem & post filiam ducat, aut si maritus matris ea mortua, ducat priuignam, aut si gener socrum, aut si vna nubat patri & filio, ut si nouerca nubat priuigno, aut si nurus socero. In linea autem laterali, primus gradus est, si quis duas successiue ducat sorores, aut si vna duobus fratribus nubat. Ex his speciebus efficacior est illa, quæ est in linea ascendentium, quam primus gradus lineæ lateralis: scilicet, inter duos fratres. Quare turpius esset matrimonium, si quis matrem & filiam duceret, quam si duas sorores sibi copularet.

Annorare opus est secundo, quod tota hæc difficultas est circa primum gradum, nam de secundo & duobus sequentibus Innocentius capite Gaudeamus de diuor. respondere videtur, non eo rigore esse prohibitos iure naturæ quin inter fideles in eisdem gradibus inita connubia sint solida, & valida. His sic prælibatis, ad quæstionem quæ tum ad primum gradum ascendentium & descendentium, parcem affirmatiuam videtur tenere Diuus Thomas in commentarijs super priorem epistolam ad Corinth. cap. 5. Nam in illa verba Pauli omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes ita ut vxorem patris sui aliquis habeat, inquit, hoc autem erat horribile etiam apud Gentiles, ut potè contrarium naturali rationi existens. Idem tenet

Soto.

Innocent.

D. Tho.

net

Palud. Syluest.

net etiam Palud in 4. dist. 41. & Siluest. in verbo Paga. §. 17. alijque grauissimi doctores videntur esse eiusdem sententia. Ratione insuper probatur. Quia cum ex coniugio fiant duo in carne vna, eadem pietas & reuerentia videtur debere vxori patris, ac ipsi patri. Quare nec eam decet in vxorem accipere, sicut nec patri licet accipere filiam in vxore. Sed his non obstantibus, sit prima conclusio. Quamuis probabilior, ac certior opinio hanc esse fateamur: nempe, iure naturæ prohibitum esse matrimonium in primo gradu lineæ rectæ affinitatis, ac proinde papam non posse dispensare: nihilominus contraria opinio: nempe, non esse de iure naturæ, non caret probabilitate. Grauiissimi namque doctores eam affirmant, vt est Augustinus super Leuit. quæst. 16. Abulæ. super 8. caput. primi Regum. quæst. 152. & Caieta. in comen. 22. quæst. 154. ar. 9. Probatur quoque rationibus. Prima, quia cum hoc non seruetur apud omnes gentes, non censendum est de iure naturæ esse saltem primario. Antecedens patet, nam Plutarchus narrat in vita Demetrii, de Seleuco, qui filio suo Stratoniam, quæ sua fuerat, in vxorem dedit. & aliqui adducunt in exemplum Adoniam filium David, qui petijt Abisag Sunamitidæ, quæ fuerat patris vxor. Hoc tamen exemplum parui momenti est, quia Abisag non fuerat Dauidi cognita. Imo non desunt, qui negent eius fuisse vxorem. Secunda ratio est, quia per tale matrimonium non prorsus impeditur finis matrimonij, nec primarius nec secundarius. Tertia, quia certe nouerca non est vere mater, nec auctoritas Pauli citata nocet: quia possumus dicere, quod Paulus loquebatur de filio, qui viuente proprio patre cum nouerca consuetudinem habebat, aut eo inuito duxit in vxorem nouercam, quod quidem nunquam auditum est adhuc inter gentes: & ob id Paulus tantum in crepat factum, quod profecto notum

1. Concl.

August. Abulen. Caieta.

A esse videtur: nam alioquin non talem concubitum fornicationem appellasset, qualis nec inter gentes auditur, quæ doquidem inter gentes, vt dictum est, fertur contigisse. Ita intelligit hunc locum Pauli Caieta. & Petrus de Tarantasia, & Sedulius super Paulum, & secundum istam sententiam, non dubium quin posset summus Pontifex dispensare in isto primo affinitatis gradu. Quod si summus Pontifex faceret, neutiquam auderem cõdemnare, quamuis ego priori opinioni magis subscribo atque adhareo tanquam certiori. De alijs autem gradibus affinitatis ascendentiũ & descendentiũ secus est: Nam nullus est qui iure naturæ matrimonia irritet. Quo circa super omnibus potest papa dispensare.

B Secunda conclusio. In linea laterali nullus est affinitatis gradus iure naturæ prohibitus, saltè accipiendo ius naturæ strictè, itaque licet connubium in primo gradu: scilicet, inter leuirum & fratrem, id est vxorẽ fratris, licet enim aliquam præferat turpitudinem, & foeditatem, non tamen vsque adeo eodem iure matrimonium vetitum est, vt excluso quocumque iure ecclesiastico fuerit nullum. Conclusionem hanc ponit Soto in 4. sent. dist. 41. quæst. vnica. art. 3. Et quidẽ quod turpe esse sit, si nude consideretur absque alia honestante causa, verba illa legis, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, ostendunt. Quod autem ius naturæ non vsque adeo tale matrimonium inhibeat, vt illud prorsus irritet atque casset probat Soto, quia ratio naturalis ex fine sumenda est, at vero quod qui duas sorores ducat, aut aliqua duobus fratribus nubat, neque primo fini matrimonij, scilicet, proli generandæ & educandæ, nec secundo: nempe, cohabitandi & in domesticis officijs communicandi obstat, ergo iure naturæ tale matrimonium non irritatur. Nec nocet, inquit, quia etiam vterque finis matrimonij seruari

Caieta. Pet. tarant. Sedulius.

2. conclus.

Soto.

seruari potest inter patrem & filiam, & matrem & filium, & tamen iure naturæ superius diximus esse nullum. Non, inquam, nocet, quia alia ratio est de patre & filia, & matre & filio, eod quod filia est pars patris, & ex eius lumbis decisa, & filius pars matris, & ex eius ventre decisus. Hæc autem ratio non habet locum inter leuirum & fratrem. Præterea, quia nullibi legitur, philosophos lumine naturali ductos tale matrimonium tanquam nullum condemnasse. Præterea, quia Iacob ante legem scriptam in Leuitico, duas sorores ambas superstitices sibi allociauit, & tamen erat, vir sanctus, & nulla, vel legitur vel creditur facta dispensatio, quia non erat tanta dispensandi necessitas: ergo id fecit, quia sciebat iure naturæ non esse adeo vetitum, quin bona decula fieri posset licite. Ex his colligitur manifestè, summum Pontificem posse dispensare in omnibus affinitatis gradibus lineæ lateralis. Et imprimis probatur ex facto: quia iam dispensauit Alexander sextus cum Rege Portugali Hemanuel, vt duas subinde sorores matrimonio sibi iungeret, filias catholicorum Regum Hispaniæ Ferdinandi & Helisabeth: & Iulius secundus dispensauit cum Rege Angliæ Henrico, vt acciperet in vxorem relictam fratris Eduardi: scilicet catharinam in clytrissimam feminã filiam eorundem Regum Hispaniæ. Quod quidem argumetum apud catholicos maximam vim habet, in terris non esse huiusmodi matrimonium iure naturæ primo prohibutum. Et in opus. de matrimonio Regis Angliæ, probat Caieta. summum pontificem dispensare potuisse. Deinde probatur, nam Deuterocap. 25. erat lex, quod si frater moreretur sine liberis, vxor illius non nuberet alteri, sed quod acciperet eam frater eius, vt suscitaret semen fratris sui. Signum ergo est, non tam lege naturæ, quam Ecclesiastica tale matrimonium esse prohibitum. Præterea, ille potest dispensare in lege,

Dispensatio Alexandri sexti.

Dispensatio Iulij.

Et Caieta. Phi

A qui illam condidit, cum ergo summus Pontifex vel generale concilium condiderit legem de omnibus gradibus affinitatis lineæ lateralis, in omnibus dispensare poterit. Et vt Caieta. super Leti. cap. 18. & Exod. 6. & n. & numero 26. asserit. Phi. Præterea, summus pontifex potest tollere prohibitionem omnium huiusmodi graduum (saltem si faceret factum teneret) a fortiori igitur poterit dispensare quia qui potest quod maius est, poterit quod minus est. Præterea, summus Pontifex, qui nunc est, cassare actollere potest omnia quæ ab eius prædecessore cõstituta sunt, quia non potuit summus Pontifex qui præcessit, ligare aut coartare potestatem Pontificis qui successurus erat, alioquin postquam aliquid semel in Ecclesia constitutum esset, nunquam ab ipsa posset mutari in melius, quod falsum esse constat. Multa enim statuta conciliorum ac pontificum videmus circa Ecclesiæ regimen variata atque mutata, & abrogata, vt habetur in cap. Non debet, de consanguini. & affini. nec dubitamus id sanctè factum. Postremo, quia si non potest quod alius, certe non haberet eandem potestatem, quam primus habuit, quod haud cõcedere licet. Nec me præterit, Palud. in 4. dist. 40. & 41. Et Antoni. 3. p. titu. 1. cap. 14. §. 2. Ricardum, Bonauenturam, & Siluestrum, verbo Matrimonij. §. 8. & 10. & verbo, Papa. §. 17. contrarium tenere: nempe, quod non potest Papa dispensare in isto gradu. Arbitror tamen veriorẽ esse nostram sententiã, imo omnino tenendam. Et nec id quod Petrus à Palud. adducit pro contraria, aliquam vim habet, nempe, legem illam Deuterocap. legis naturæ dispensationem fuisse, tanquam hoc omnino voluntarie est dictum, cum nullibi in vsu reperitur, Deum dispensationem in lege naturæ præcepisse, tum etiã quia cum in c. illo gaudemus, habeatur, infideles in. 2. vel 3. vel 4. gradu coniunctos, si eos contingat ad fidem conuerti non esse separandos, sit, vt illud matrimonium

Caieta. Phi

Palud. D. Anto Ricard. Bonauent. Siluest.

Et

monium in iure naturæ duntaxat stando nõ sit irritum: & tamen si verũ esset quod Palud. dicit, irritum ac nullum esset ac subinde separandi essent. Quia enim legem Moyfi iam cessasse constat, & dispensationes in illa concessas etiam cessasse, fateri necessum est, & ideo Iudeos legi nature aut humanę postea cõditæ relictos esse, omnibus perspicuum esse debet. Quocirca, leges in Leuitico, & in Deuter. statutz nõ dispensationes, sed diuinæ positivæ, & vna alterius declaratiua sunt personæ in super in Leuitico. c. 18. appositæ, quæ iure diuino positivæ ante Christi mortem inhabiles ad contrahendum erant, modo in lege gratiæ iure positivo humano duntaxat vsque ad quartum gradum inclusivè factæ sunt inhabiles ad contrahendum. Quod sit vt stante legitima causa, summus pontifex in illis dispensare queat. Si autem sine causa dispenset, tam ipse, quam huiusmodi dispensationem petens, & ea vtens peccat, quavis factum teneat. ¶

3. Concluf.

Tertia conclusio. Etsi Summus Pontifex potest dispensare in hoc gradu & in omnibus alijs affinitatis lineæ lateralis: non tamen expedit sine magna & vrgenti causa id facere. Multa namque licent, quæ tamen non expediunt, vt ait Paulus. 1. Cor. 6. Tollitur enim per dispensationem quoddam bonum: nempe reuerentia quædam cognationis, quę inter personas iunctas matrimonialiter nõ commodè seruari potest. Hanc autem minimè expedit tollere. Tollitur etiam aliud bonum, quod scilicet non extendatur amicitia ad multos. Quo fit: vt solum dispensare liceat, quando ex tali dispensatione maius bonum sequitur, quã sit irreuerentię vel dilatationis amicitie malum, & hoc pensitare, & librare non cuiuslibet est, sed ipsius Summi Pontificis, cui potestas dispensandi commissæ est. Ex his inferitur, quod si alicubi inueniatur, Summum Pontificem non posse dispensare in huiusmodi gradibus

A prohibitis iure diuino veteri, intelligendum esse, vt dominus Abulensis respondet, quæ ff. 13. super cap. 8. primi regum: Ex omnibus his rursus colligitur, quod saltem in linea laterali nullus gradus affinitatis est prohibitus apud gentes infideles & cathecumenos, cum non teneantur legibus ecclēsiæ ante baptismi susceptionem, nec iure diuino veteri. Solum enim Iudæi (vt dictum est) illud obseruare tenentur. Cum ergo gradus isti solo positivo iure ecclēsiastico sint obseruandi, & ecclēsia ante baptismi susceptionem potestatem super illos non habeat, manifeste conuicitur, nullum horum graduum esse apud illos prohibitum. Vnde, si qui sint infideles qui veniunt ad baptismum & habent duas sorores in vxores, quas successiue acceperunt, & non prohibebatur hoc apud illos: retineat illas, quas prius acceperunt, hoc quando ambe viuunt, nam si primę mortuæ iam sint, poterunt remanere cũ istis secundis, quæ modo viuunt. Quod si duas sorores apud illos prohibebantur habere, separantur, quia baptismus non facit, vt illam quis possit habere, quæ lege sua prohibebatur, imo verò si cum veniunt ad baptismum habeant vxores nouercas, vxores scilicet patrũ suorum defunctorum, interrogandi sunt, si apud illos hoc prohibebatur, & si quidem dicant quod sic, separantur. Si verò dicant, quod non, sed potius, quod hoc erat in vsu apud illos, ego non audeo eos separare. Eodem modo interrogentur, si apud illos socer filio suo mortuo poterat sibi in matrimonium copulare nulum, ac similiter si gener poterat ducere socrum mortua sua vxore: & pari ratione dicendum erit.

E Sed dubium est, vtum si quis tempore infidelitatis duxit vxorem mortuam infidelem, mortua ipsa & ipso baptizato possit contrahere cum illius sorore, quam prius habuit in vxorem, vel ad quam fuit accessus tempore infidelitatis per actum illicitum fornicarium vel cũ

Abulen.

4. Conclu.

Cõcl. Tri.

¶

¶

Paulus. 3.

consanguinea in secundo & alijs gradibus prohibitis? Pro hoc dubio sit. 4. conclusio in ordine incunctanter tenenda. Qui tempore infidelitatis habuit vxorem, & illo tempore durante mortua est, vel si illo tempore copula illicita habuit rem cum aliqua, Post baptismum factus fidelis non poterat ante sacrum Tridentinum concilium ducere consanguineam illius intra quartum gradum absque dispensatione: Post concilium vero affinitas proueniens ex fornicatione solum in primo & secundo gradu impedit matrimonium contrahendum, & postea dirimit factum. In vltioribus vero gradibus statuit, huiusmodi affinitatem matrimonium postea cõtractum non dirimere, vt patet sessione. 24. cap. 4. ¶ Vtrum autem etiam impedire non habeat talis affinitas in his gradibus in sequenti difficultate examinabimus. ¶ Conclusio hæc nostra habebatur expresse in cap. Deus, qui extra. de diuortijs, vbi præcipit Pontifex, ne infidelis factus fidelis: contrahat cum illa quã frater duxit tempore infidelitatis. Probatur, nam affinitas, sicut & consanguinitas secundum omnes doctores vinculum quoddam naturale est, vt aperte ostenditur. 35. quæ st. 10. cap. Fraternitatis vestræ. Summus namque Pontifex præcipiens, quod affines in tertio vel quarto gradu non iungantur matrimonialiter apud Hispanos, & apud istos neophytos in primo & secundo gradu (quæ in tertio & quarto non prohibetur, vt patet in bulla Pauli. 3.) nõ facit gradum affinitatis de nõuo, sed declarat præexistentem ante omnem prohibitionem, & supposito huiusmodi gradu præexistente, præcipit. Hoc tamen vinculum naturale licet prohibitum sit fidelibus, infidelibus tamẽ est cõcessum: ita quod in infidelitate poterat infidelis ducere affinem, & consanguineam vxoris, vel cõcubinæ defunctæ: non autem postquam factus est fidelis. Ratio huius est, quia fidelis factus, tenetur obseruare leges fide

A lium Christianorum, & vinculum illud naturale consanguinitatis vel affinitatis non est per baptismum sublatum. Cum ergo ecclēsia præcipiat, vt nullus contrahat cum consanguinea illius quã cognouit carnaliter in gradibus præfatis, sequitur quod talis non potest contrahere. Sunt enim multa facta tempore infidelitatis, quæ non essent post fidem susceptam. Nam si quis tempore infidelitatis alicui promitteret ducere illam, viuente propria vxore, & haberet accessum ad eam, post fidelis factus, mortua vxore, non poterit illam cui promissum sit habere vxorem, vt patet ex cap. vni. co. de conuer. infidelium.

Annotare tamen hic oportet vltimate ne nouitius fallatur, quod aliud est aliquem gradum esse de iure nature, & aliud esse prohibitum iure nature. Iure enim nature filij duorum fratrum sunt consanguinei, & tamen non prohibetur matrimonium inter illos iure nature, sed iure positivo. A fortiori ergo stabit, quod inter affines vinculum sit naturale: & tamen quod solum sit prohibitum matrimonium inter eos ex iure positivo. Hactenus dicta de affinitate sufficiant.

XLIII. DIFFICULTAS. Vtrum publica honestatis iustitia impediatur matrimonium contrahendum & dirimat contractum.

Vt melius elucidare possimus præsentem questionem, scire oportet publicam honestatem iustitię contrahi ex dispensatione, etiam si copula consummata non adfuerit, nec matrimonium celebratum, nam si copula superueniat cum maritali affectu, in affinitatem transijt. Et est ista publica honestas vinculum quoddam affinitati simile. Si mile inquam, quia proprium non est affinitas, eo quod sponsalia non consummata

mata non obtinent perfectam matrimonij rationem, sed quandam inchoationem ac preparationem. Non enim sponsalia nisi virtute matrimonij impedimentum cau fiant; & ideo non germinant proprie affinitatem, sed quidpiam aliquantulo minus. Quo fit, vt publicæ honestatis iustitia sit propinquitas ex sponsalibus legitime contractis proueniens robor trahens ab ecclesiæ institutione. **E** vt habetur. 27. quæst. 2. cap. si quis vxorem. Et cap. si quis sponsam, & de sponsalibus. cap. ad audientiam, & li. 6. de sponsali. c. vnico. **¶** his sic prælibatis sit prima conclusio directe ad difficultatem responsiua. Publicæ honestatis iustitia, quæ oritur ex sponsalibus legitime contractis post septennium, vbi interuenit legitimus consensus, ante sacram œcumenicam & generalem Tridentinam Synodum impediēbat matrimonium contrahendum & dirimebat contractum: & eodem modo etiam hodie post ipsum conciliū impedit, & dirimit. Verum est tamen quod quoad gradus aliter & aliter impediēbat tunc quam modo: nam ante præfatam sacra Synodum sponsus & sponsa impediēbantur ne ducere possent consanguineum alterius vsque ad quartum gradū inclusiue vt habetur extra, de sponsalibus, per multa capitula, & li. 6. eodem titulo cap. vnico: nunc vero decernit eadem sacrosancta Synodus sessio ne. 24. capite. 3. **E** duo, alterum, quod quomodo cunque sponsalia sint ipso iure nulla, illis publicæ honestatis impedimentum causari nequit. Ex quo conspicuè elicitur, diffinitionem illius capit. vnici. de sponsalibus iam amplius locum non habere. Alterum vero est. **¶** quod vbi valida fuerint sponsalia, iustitiæ publicæ honestatis impedimentum primum gradum non excedat: quoniam in vltioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio obseruari. **E** Et intelligat lector quod in vltioribus gradibus non solum non dirimit

E
¶
1. Concl.
¶
Con. Trid.
¶
¶
¶
¶

A sed nec impedit, vt statim dicemus, & hoc siue in linea recta, siue in transfuersali. Quo fit, vt sponsa relicta, triplici personarum generi in primo gradu existentium nubere duntaxat prohibeatur. Nempè patri, filijs, & fratribus sponsi. **¶** signanter dixi in conclusione, post septennium quia si ante septenniū sponsalia pura, & determinata: id est, sine conditione tam modo post conciliū quā ante contrahantur, inter duos minores ipso septennio, nullum præstant impedimentum; nec sunt alicuius momenti ex defectu consensus: nisi quod ante ipsum sacrosanctum conciliū, si post septennium ambo sponsalia approbassent expresse vel interpretatiue: nempè, si multo cohabitando, vel veniendo sponsus in domum sponsæ, seu mittendo sibi iocalia, vel quid simile, valida fierent; quia tunc intelligebantur consentire, ex quo non contradicebant. Et idem erat dicendum, quando alter tantum minor erat septennio, vt habetur extra de sponsa. impube. in capit. literas: vbi est casus, quod cum quidam esset perfectæ ætatis quandam puellam in cunabilis desponsauit, & postmodum matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit, & super hoc summus pontifex requisitus, respondet, quod si præfatus vir matrem puellæ in vxorem accepit, antequam puella septimum annum completeret ne utiquam matrimonium esset dissoluedum, cum huiusmodi dispensationes quæ incunabilis sunt, nullæ sint. Verum tamen si postquam puella septimū annum compleuit, vir ille matrem accepit, cum ex tunc sponsalia placere consueuerint, matrimonium illud separari debet, & nec matrem, nec filiam habere poterit: sed nunc post sacrosanctum & generale Tridentinum conciliū hæc secunda pars prædicti text. locum habere non poterit, quando quidem non sufficit post septennium consentire interpretatiue, nec expresse ad hoc vt sponsalia contrahantur, nisi huiusmodi consensus

¶

¶

Siluest.
¶
Palud.

sensus explicetur iuxta formam in prædicto sacrosancto concilio statutam & appositam. **E** Secundū vnā opinionem, nam secundum aliam probabiliorem non opus est, vt præfata concilij forma in sponsalibus contrahendis obseruetur, vt retro docuimus. **¶** Annotato hic, quod ex sponsalibus contractis à furiosis & pueris nullum impedimentum oritur propter consensus defectum apparentis. **B** Secus tamen de sponsalibus nullis propter defectum consensus latentis alterius, vt si quis contraxit sponsalia cū aliqua verbis exterius exprimendo cōsensum interius tamen disticiens, vt si vult decipere mulierē: tunc enim in foro conscientie sponsalia illa sunt nulla: causatur tamē impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, quia illa sponsalia sunt præsumpta vera ab ecclesia cū ecclesia non iudicet de occultis, & nō constet de tali impedimento. Nec enim pendet oriri vel non oriri hoc impedimentum ex hoc, quod sint vera vel nulla sponsalia quantum ad Deum, sed solum ex hoc quod sint ab ecclesia præsumpta, quia ecclesia instituit istud impedimentum propter apparentiam honestatis, vt dicit Siluester verbo matrimonium 8. §. decimoquarto, & tantum oriretur scandalum, si postea contraxisset cum consanguinea sponsa, etiam si non consensit interius, sicut si consensisset. Præterea, quia compellitur ab ecclesia, vt contrahat cum illa, signum igitur est, quod ex illis oritur huiusmodi impedimentum, & hæc est sententia Petri Paludani in quarto, distinctione quadragesima prima quæstione secunda quæ quidem etiam nunc post conciliū Tridentinum est vera, dummodo exterius adhibitis requisitis eiusdem concilij contracta fuerint præfata sponsalia. Sciendum est etiam circa conclusionem, quod hoc impedimentum publicæ honestatis iustitiæ non habet

A vim ex iure diuino nec naturali sed solum ex statuto ecclesiæ. nusquam enim in veteri lege vbi aliqui gradus prohibiti sunt consanguinitatis & affinitatis, fuit mentio facta de tali impedimento, neque in lege euangelica. **¶** Sed dubium est, vtrum si sponsalia contrahantur post septennium inter consanguineos vel affines, vel in aliquo alio gradu prohibito, oriatur istud impedimentum publicæ honestatis iustitiæ? huic dubio hæc secunda conclusio negatiua respondetur: nempè quod omnia impedimenta, quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, impediunt ne contrahatur affinitas, scilicet defectus ætatis, vel votum solenne continentie, & cetera impedimenta, ac subinde ex hoc quod quis de facto sponsalia contrahat, non sequitur vlla publica honestas; quia talia sponsalia sunt nulla, cum persone sint illegitimæ. Conclusio hæc est Diui Thomæ in quarto, distinctione quadragesima prima quæstioncula quarta ad tertium, Ricardi, & omnium antiquorum sententiæ calculo approbata, ac nunc demum est sacri Tridentini concilij determinatione sessione 24. capi. 3. sub his verbis, iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit. Et fundatur D. Thomæ (vt inquit Siluester verbo matrimonium. 8. §. 14.) in ratione naturali, quæ docet, quod id quod nihil est, nihil efficiat, & tex. in cap. Si quis desponsauerit el. 2. 27. q. secunda iuxta expositionem antiquam dixit, quod non inducunt publicam honestatem. Ex hac secunda conclusione manet iam abrogata contraria Bonifacii 8. determinatio, qui, vt loco citato refert Siluest. post D. Thomæ, ex aliquo bono fine, de nihil ad præsens respiciēs ad ipsum consensum seu voluntatem contrahentium, statuit in capitulo ex sponsalibus de sponsalibus in 6. quod licet sponsalia fuerint

2. conclusio

D. Tho.

Ricardus

concl. vbi

Siluest.

nulla ratione consanguinitatis, & affinitatis, religionis, frigiditatis, aut alia quavis ratione, dummodo non fuissent nulla ratione consensus, puta quia ambo vel vnus esset infans aut furiosus prestabant impedimentum publicae honestatis iustitiae quod impediēbat & dirimebat subsequētia sponsalia, & matrimonia: non autem praecedentia: & subdebat idem Bonifacius; quod hoc intelligebat, si sponsalia fuissent pura & certa. Pura, inquam, id est absoluta, & non sub conditione. Nam si contraherentur sub conditione, & antequam adimpleretur conditio, alter illorum cum alterius consanguineo contraxisset, secundum matrimonium erat validum. Sicut & modo, vt habetur in eodem capitulo titato: quoniam cum conditio non esset adimpleta, locum non habet publica honestas dummodo conditio non esset impossibilis, aut turpis, aut illarum quae habentur pro non adiectis, sed esset honesta, quae faceret sponsalia esse in futurum pendētia, nam tunc quousque conditio adimpleretur sponsalia non erant firma, atque adeo non solum inter illegitimas personas, sed nec inter legitimas oriebatur, sicut nec nunc oritur publica honestas. Certa verò erant & tunc modo, quae cum certa persona, scilicet cum Maria vel Ioanna contrahuntur, nam si quis in genere sponsalia contrahat cum aliqua filia Petri, non contrahitur tale impedimentum publicae honestatis. Hodie verò post praefatum sacrosanctum & generale Tridentinum concilium, etiam si sponsalia, quae contrahuntur inter illegitimas personas, sint pura & certa, non oritur huiusmodi impedimentum, & sic renouatur opinio Diui Thomae. Secus si contrahitur inter personas legitimas.

D. Thom.

Sed offert se hic dubium, scilicet, vtrum oriatur hoc impedimentum pu-

A blicae honestatis, quando parentes loquuntur pro filiis? Cui dubio hac tertia conclusione in ordine respondetur, 3. conclus. si parentes contrahant pro filiis impuberibus, scilicet minoribus, septennio, siue scientibus siue ignorantibus, etiam si interueniant requisita nunc in sacrosancta Tridentina Synodo, non oritur huiusmodi impedimentum publicae honestatis iustitiae. Haec conclusio aded est manifesta, vt non indigeat aliqua probatione, cum deficiat tempus necessarium ad contrahendum sponsalia, quoniam vsque ad illum temporis articulum protendatur infantiae periodus, qua, vt nomen sonat, homo ea, quae rationis sunt, fari nequit, & tamen cum sponsalia sint quaedam futurorum promissio exiguat in promittente iudicium, & prudentiam futurorum, & ante praedictum concilium solum effaciebantur sponsalia, quando postmodum scientes transacto septennio, ratificabant tacite vel expresse huiusmodi sponsalia per consensum exteriorem verbo, id est vocando se sponso, vel facto id est dando ad inuicem, ac recipiendo iocalia, & consimilia quae sponsi facere consueuerunt, quia ex his, vt inquit glossa in capite literas, de sponsatio. impuberum intelligebantur consentire de nouo, & tunc causabatur impedimentum publicae honestatis iustitiae. At verò nunc post praefatum concilium, quantumuis loquantur parentes pro filiis ante septennium, & post ipsum septennium ad inuicem dentur dona, nisi contrahant secundum formam concilij non fiunt sponsalia, ac ex consequenti nec oritur praedictum publicae honestatis impedimentum, & secundum priorem opinionem, secus secundum posteriorem, cui vt probabiliori supra subscripsimus. ¶

Quarta conclusio, parentibus contrahentibus pro filiis maioribus septennio, si ipsi filij sint praesentes, & nec consen-

4. Concl.

consentiant nec dissentiant, nec contradicant, sed taceant, non solum ante sacrosanctum ac generale Tridentinum concilium, sed etiam modo & etiam si forma concilij non adhibeatur, oriri impedimentum publicae honestatis iustitiae fateri oportet: ¶ nec solum habet verum haec nostra conclusio, parentibus cotrahentibus pro filiis: verum etiam cotrahentibus pro consanguineis, & praesentibus reipublicae pro ipsis, vbi est consuetum, quod consanguinei, pro consanguineis aut qui praesunt reipublicae pro alijs cotrahant semper enim si sponsalia celebrantur, ipsis pro quibus cotrahuntur praesentibus & non contradicentibus, oritur huiusmodi impedimentum. Haec conclusio habetur in praefato capitulo vnico determinata, Ex hoc nanque, quod filij non contradicunt, factum parentum approbare videntur, & id circo ecclesia iudicat illa esse sponsalia.

Annotare tamen hic oportet, pro nouitijs, quod quantumuis conclusio ista quantum ad forum exterius verum habeat, attamen quantum ad forum conscientiae necessarius est consensus. Non enim sufficit non habere expressum dissensum, vt sint sponsalia quo ad Deum, sed requiritur consensus interior. Ex dictis liquido colligitur, diligentissimam inquisitionem ab vtriusque parentibus pro filiis contrahentibus faciendam fore, vel ab alijs pro ipsis contrahentibus, si eis notificauerunt quando pro ipsis contraxerant. Inquirere etiam debemus ab eis, quid tunc ipsi responderunt filij, & si dicant quod nihil tunc, vt dictum est, per eorum taciturnitatem publicam honestatem contractam fuisse sine alio signo, dicendum est, vt pulchre & diffuse refert Siluester in verbo matrimonium II. §. 7. quod si parentes dicant hoc nunquam suis notificasse filijs nec per se nec per alium, & nesciunt parentes, an filij aliunde sciuerint, tunc enim caute interrogandi sunt filij contrahentes, an sciuerint quod eorum pa-

Siluest.

rentes pro ipsis contraxerant, & si dicant quod sic, eis credatur, maxime quando altero eorum mortuo, alter viuens appetit contrahere cum consanguineo defuncti, quia tunc cum loquatur contra se, ei fides est adhibenda, vt habetur de sponsa. in cap. Attestationes. Similiter, si ambo viuentes sint, & dicant quod non sciuerint, vel si altero mortuo, alter respondeat negatiue, est ei fides adhibenda, nisi aliunde oppositum constet per duos testes contestes, hodie enim haud dubie constabit, an sciuerint an non. Siquidem sponsalia non nisi praesente parcho & duobus vel tribus testibus contrahi possunt secundum vnā opinionem, secus secundum aliam cui maiorem fidem adhibemus.

Dubium tamen est hic non praetermitendum de matrimonio rato non consummato: nempe an impediatur & dirimat, & an tale impedimentum sit affinitas, an publica honestas. Et quidem de prima huius dubij parte nulla esse potest ambiguitas, videlicet quod per matrimonium ratum non consummatum contrahitur impedimentum, quod matrimonium contrahendum impediatur, & contractum dirimat: tum quia illud est verum & legitimum matrimonium: tum etiam, quia si ex sponsalibus tale oritur impedimentum, multo efficacius ex matrimonio rato per verba de praesenti pullulabit. De secunda autem parte praesentis dubij sunt duae opiniones: prima quod per matrimonium ratum contrahitur publica honestas, & haec est Scoti in quarto eadem distinctione quadragesima prima & Paludani, & Panormitani capit sponfam. de sponsalibus, & iuris consultorum. Secunda est, quod contrahitur affinitas, & haec est Diui Thomae in eadem distinctione quaestiuicula quarta ad secundum. & in additionibus tertiae parti adiectis, quaestione. 55. articulo quarto, ad. 2. ¶

Scotus. Paludanus. Panorm. D. Thom.

cui magis adherere videtur Soto in 4. eadem distinctio. quæsti. vnica articu. 2. & probat, quia certum est, per matrimonium ratum maius vinculum contrahi quam per sponsalia cum sponsalia, non nisi virtute matrimonij impedimentum germinet; & id quod ratum est, verum matrimonium existat. Nec obstat (inquit Soto) id in quo prima opinio fundatur, quod affinitas non videtur contrahi nisi per carnalem commistionem; qua coniuges vna caro efficiuntur; nam vt illic Diu. Tho. ait, matrimonium affinitatem causat, non solum ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniugalis, secundum quam matrimonium naturale est, vnde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonij per verba de præsentia ante carnalem copulam. Satis namque est quod in matrimonio rato tradatur facultas corporum ad eandem copulam, vt per illud dicatur etiam fieri vna caro. At vero Siluester verbo matri. 8. quæsti. 14. ait, quod dicatur affinitas inchoatiuè, sed ante concilium videbatur parui referre sic vel aliter loqui, quando de re inter omnes conueniebat, scilicet, quod tam publica honestas quam affinitas impediabat matrimonium contrahendum, & dirimebat contractum. **E** Hædie vero multum refert, eò quod publica honestas non nisi imprimò gradu impedit. Sed cum secundum opinionem Scoti Paludani, & iuris consultorum, per matrimonium ratum non consummatum, iustitiæ publicæ honestatis impedimentum contrahatur, & decretum œcumenici Tridentini concilij (sessione. 24. de reformatione cap. 3. hoc impedimentum, vbi sponsalia valida non fuerint, prorsus tollat: vbi vero valida fuerint, statuatur non excedere primum gradum, à multis dubitabatur, an matrimonia per verba de præsentia contracta, non tamen consummata (quæ interdum sponsalia appellantur) præfatum decretum comprehendat sic vt

Siluest.

Con. trid.

A eo casu impedimentum inde proueniens fuerit sublatum, an vero de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur. Cui dubio Pius quintus Pontifex maximus attendens, appellatone sponsaliorum, qua concilium vtitur, non nisi improprie matrimonium verbis de præsentia conceptis contractum contineri, longeque maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsentia contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere à nemine dubitare, id circo motu proprio autoritate Apostolica respondendo declarauit, ac definiuit, prædictum decretum omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio nõ cõsummato, sed in eo durare adhuc impedimētum in omnibus illis casibus & gradibus quibus de iure veteri ante prædictum concilij decretum introductum erat, & ita mandat iudicari, atque obseruari ab omnibus debere. Sed an hoc iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, quod ex solis sponsalibus legitime contractis oritur, in illis vltioribus gradibus tantum per concilium sublatum quo ad vim dirimendi, non autem impediendi, merito quis dubitare possit? Et quoniam huius dubij solutio ex alterius quæstionis decisione perspicua erit, ideo prius illam hic proponere statui. Est igitur quæstio vtrum decretum illud eiusdem œcumenicæ Tridentinæ Synodi in eadem sessione cap. 4. de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniens, quo non tantum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimi iubetur, quo ad eos qui in primo & secundo gradu coniunguntur, in vltioribus vero gradibus statuit sancta Synodus matrimonium postea contractum per huiusmodi affinitatem non dirimi vtrum inquam postquã in huiusmodi vltioribus gradibus matrimonij contractum non dirimitur, prohibeatur tamen adhuc

Pius quin.

Con. trid.

adhuc contrahi iuxta antiquos canones? Cui quæstioni idem Pontifex in suo proprio motu folio. 76. respondit sub his verbis: Declaramus, & Apostolica autoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in vltioribus gradibus huiusmodi libere & licite matrimonium contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus, atque stauimus, decernentes irritum & inane, si quid secus à quoquam quacunque dignitate, autoritate, & potestate prædita contigerit iudicari. Hæc Pontifex maximus. Quo fit, vt doctissimus Martinus ab azpilcueta Nauarrus in suo manuali confessoriorum cap. 22. nume. 42. ex eo quod concilium non ait non impediri matrimonium post hæc affinitatem contractum, sed tantum nõ dirimi, licet prius docuisset, matrimonium per affines ex copula illi cita. 3. & 4. gradibus contractum valere prædicta, peccare tamen contrahentes sine dispensatione: postmodum tamen perspecta prædicta summi pontificis declaratione, siue ipse siue alius apposuit in margine illam, nempe prædictam affinitatem in 3. & 4. gradibus nec dirimere, nec impedire. Et iuxta istam declarationem intelligendum esse proculcubio existimo decretum citatum de impedimento publice honestatis iustitiæ, scilicet, quod in vltioribus gradibus matrimonium, nec dirimitur, nec impeditur, quod quidem maxime constat ex ipsius concilij verbis, cum dicit, iam non posse huiusmodi prohibitionem absq; dispendio obseruari, ac proinde patet solutio ad primum dubium. Et præterea declarationis huius ad vtrunque decretum congruentissima ratio assignari potest. Nam si ecclesia in cap. non debet de consangu. & affini. septimum gradum quantum ad vtrunque effectum limitauit ac restrinxit ad quartum, vt in matrimonij contrahendis multa peccata, & in dirimendis multa scandala vitarentur, rationi consentaneum est vt etiam affini

A tatem ex copula fornicaria, & ex sponsalibus proueniens in illis vltioribus gradibus, referendo singula singulis, quo ad vtranque vim prorsus tollat; adeò vt affinem in illis gradibus modo vnicuique absque dispensatione ducere liceat, ne occasio aliqua peccandi in matrimonij contrahendis in prædictis gradibus deinceps remaneat. **¶**
Sed nunquid licebit dispensare in huiusmodi impedimento? Pro hac dubitatione sit conclusio in ista materia, **5. Conclusio** quod si adsit causa legitima & rationalis, fieri poterit dispensatio ab habente autoritatem, alias non. **¶**
Sed quæ erit causa rationalis? pro hoc sit sexta conclusio, quod illa possit dici causa rationalis dispensandi, propter quam doctores dicunt dispensari posse: nempe, pro honore vnius regni, vt dicunt Ricardus, & Petrus Palud. in 4. itaque dispensatio fieri non debet, nisi in commune bonum cedat, pro quo lex omnis constituitur, similiter erit causa rationalis dispensandi, quando ex separatione matrimonij oriretur scandalum, & periculum fidei & animarum: tunc nanque rite dispensare posset habens autoritatem, vt aperte patet in ca. Quia circa de consanguinitate & affinitate. De quo scandalo diligenter à non suspectis est inquirendum, dispensatio quoque fieri poterit per dictum capitulum qui circa si iam habent filios & nullum scandalum oritur ex eo quod cum eis dispensetur secus si ex tali dispensatione timeretur scandalum, puta quia alij hoc videntes probabiliter turbabuntur, aut simile facere præsumerentur: tunc enim cum eis non dispensetur, quia etiam scandalum impedit matrimonium contrahendum, vt habetur de sponsali. in capit. tua. **E** Sed si commode tunc impedimentum probari queat in iudicio autoritate Ecclesiæ sunt separandi, si vero matrimonium aut non sit contractum in facie Ecclesiæ, aut adhuc publice non sit

¶

6. Conclusio

Recor. Palud.

D

E

¶

diulgatum, & vtrique coniugi de præcedente affinitate constet, propria ad inuicem auctoritate separari poterunt: eo quod tunc nec fit iniuria ecclesiastico iudici, nec scandalum oritur. ¶ Similiter cum eis non dispensetur omnino, etiam si plures habeant filios, si fortè admoniti fuerunt vt se separarent, & ecclesiam contempserint, vt patet de eo qui duxit in matrimonium quam pollu. per adulterium in cap. cum haberet. Ac demum, non permittantur contrahere, nec cum eis dispensetur, si sit dubium, quod est orta publica honestas inter eos, quia dubium huiusmodi non est causa sufficiens dispensandi.

¶ Et sciendum nobis est hic, quod cū correctio fraterna, & admonitio in bonum correcti ordinetur, vbicunque bona fides coniugum concurreret, occultumque esset impedimentum, atque scandalum magnum timeretur ex hoc, quod de separatione ageretur, omittenda esset admonitio huiusmodi. Quando autem quis scit, aut probabiliter credit maiora incommoda prouentura esse, ex eo, quod non admoneat coniuges, admonere eos, illisque reuelare tale impedimentum debet, ac denique opportuna adhibere remedia, eo modo quo magis prodesse & minus obesse possit. ¶

¶ *Con. trid.* Annotare hic oportet ex sacro sacro Tridentino concilio sessione. 24. cap. 5. de reformatione matrimonij circa omnes gradus consanguinitatis, affinitatis & publicæ honestatis prohibitos, quod si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiã consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, siquidem solennitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur poenis. Non enim dignus est, qui ecclesie

A benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit. Si vero solennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio vel raro: idque ex causa, & gratis concedatur, in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes & ob publicam causam. Ex hoc decreto exploditur abusus multorum, qui ante concilium Tridentinum prius in gradibus prohibitis contrahebant, & matrimonium consummabant, vt facilius dispensationem obtinerent.

De cognatione spirituali.

C XLIII. DIFFICULTAS.

Vtrum spiritualis cognatio sit matrimonij impedimentum?

Difficultati huic tribus conclusio-
nibus respondetur, quarum prima sit affirmatiua: nempe, quod impedimentum matrimonij est spiritualis cognatio. Hęc conclusio habetur in cap. Veniens de cognatione spirituali, & Theologia ratio est, quia cognatio spiritualis insurgit ex propagatione spirituali ad modum quo ex carnali propagatione insurgit vinculum quodam naturale, quia quem admodum per generationem carnalem homo acquirit esse naturale, ita per generationem spiritualem acquirit esse spirituale, scilicet esse gratiæ: & sicut generatus per carnalem generationem contrahit vinculum cū parētibus, ita per generationem spiritualem baptizatus, vel confirmatus contrahit vinculum cum conferente sacramento, qui Dei personam representat tanquam pater. Contrahit etiam huiusmodi vinculum cum tenente, qui matrem representat spiritualem, scilicet ecclesiam suo gremio baptizatum suscipientem

pietent. Vnde ad hunc modum diffinitur cognatio spiritualis est propinquitas quædam personarum, ex collatione sacramenti vel tentione proueniens ex statuto ecclesiæ. Ex statuto, inquam, ecclesiæ, quia istud impedimentum quod causatur in baptismo & confirmatione: nempe cognatio spiritualis non habet fundamentum in natura vt cognatio carnalis, quæ per generationem carnalem contrahitur, sed in ecclesiæ statuto. Vnde non habet impedire ex iure naturali, nec ex iure diuino veteri, cum constet manifestè, ac euidenter in iure naturali, & diuino veteri non fuisse baptismum, aut confirmationem. Item constat non impedire ex iure diuino Evangelico, quia nusquam in toto Euangelio reperitur talis prohibitio facta, nec ab Apostolis instituta restat ergo vt impediat ex ecclesiæ statuto. Et ista prohibitio habetur extra, de cognatione spirituali per multa capita, & in sexto eodem titulo. Quocirca summus Pontifex poterit in huiusmodi impedimento dispensare ex rationabili causa, sed non episcopus.

Sed iam quod huiusmodi spiritualis cognatio impedit matrimonium, merito consequenter dubitatur, vtum duntaxat impediatur contrahendum, an etiam dirimat contractum? Cui dubio hac secunda conclusio in ordine respondetur nempe, quod si talis cognatio matrimonium antecedit, ipsum impedit contrahendum, & dirimit contractum, sicut cognatio carnalis. Si vero matrimonio iam contracto adueniat talis cognatio nullatenus dirimit matrimonium. Conclusio ista habetur in cap. Si vir. de cognatione spirituali, & cap. dictum, & cap. ad limina. 30. quæstione. 1. Et ratio est, quia matrimonium semel legitime contractum nunquam dirimitur, quoad vinculum, nisi per ingressum religionis, si ingressio fiat ante consummationem copulæ, aut Christianismigratia, modo quo in proprio loco

A exponemus.

De vsu vero matrimonij est tertia conclusio, quod si pater vel mater carnalis baptizet proprium filium, aut teneat illum ad baptismum vel confirmationem citra necessitatem extremam, aut ex ignorantia culpabili contracta, impeditur, ne debitum petere valeat: teneatur tamè reddere, eò quod culpa eius alteri coniugi minime nocere debet. Quod si in culpa vtriusque sterit, vterque manet priuatus iure petendi debitum. Quo circa petere non possunt, nisi cum illis dispensatum fuerit, quæ quidem dispensatio per episcopum fieri potest. Si vero hoc faciat pater vel mater tempore necessitatis, aut ex ignorantia inculpabili, profecto debitum & petere & reddere poterit, vt bene ait Soto in quarto sententiarum, distinctione quadragesima secunda, quæstione prima, articulo primo, quia necessitas vt caret lege, ita & à poena legis excusat. Itaque in necessitate licet scienter id faciat, non priuatur iure petendi debitum. Conclusio ista habetur de cognatione spirituali per totum, & capitu. citato ad limina. 30. quæstione prima, & eam tenent communiter doctores. Vtrum autem si quis in huiusmodi extrema necessitate paruulum morti proximum absque solennitate baptizet, contrahat hanc cognationem spiritualem, licet quidam ex iuris consultis quos refert Paludanus dicant, de hoc esse summum pontificem consulendum: nihilominus tamen tenendum est, quod huiusmodi Baptismus causa est spiritualis cognationis impediens matrimonium contrahendum & dirimentis contractum. Quod quidem aperte ostenditur, quia canones absque vlla exceptione aiunt, baptizantem, & seceptorem cognationem contrahere cum baptizato. Nec obstat id, quod obijci potest, quia pater carnalis in tali necessitate baptizans proprium filium, non priuatur iure petendi debitum. Non inquam obstat, quia non currit eadem ratio

ante matrimonium contractum, quæ currit post contractum, nam cum post contractum ius sit iam acquisitum ad exigendum debitum, consentaneum fit rationi ut cum adest necessitas, coniux illo iure non denudetur ante contractum autem, ubi nondum ius vllum acquisitum est, non est inconueniens, quod contractatur huiusmodi cognatio quæ matrimonium impediatur & dirimat.

XLV. DIFFICULTAS.

Vtrum per solum baptismum cognatio spiritualis contrahatur?

D. Thom. Cœ. vnic. **I**N hac difficultate omisis opinionibus quas refert Diuus Tho. in. 4. distinctione. 42. quæst. 1. art. 2. Hac vnica conclusione respondetur, cognatio spiritualis duntaxat, per duo sacramenta, scilicet baptismum & confirmationem contrahitur. Conclusio hæc est assertio **D. Thom.** Th. loco citato, & habetur in capit. primo. de cognat. spiritua. lib. 6. & 30. q. 1. in locis supra citatis, & de confirmatione habetur eadem causa & quæst. c. Si quis filiastrum suum vel filiastram ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab vxore, & nunquam alia accipiat. Intellegitur tamen textus iste, si tenuerit ante matrimonium, quia si post, solum impeditur ab exactione debiti, ut dictum est. Ratione quoque probatur præfens conclusio, nam generatio spiritualis per baptismum fit, & per confirmationem confirmatur: at verò nulum aliud sacramentum censetur generatio, sed vel alimentatio ut eucharistia, vel sanatio & reconciliatio ut poenitentia, &c. cum igitur cognatio spiritualis per generationem spiritualem superueniat, consequens fit, ut duntaxat per ista duo sacramenta contrahatur. Nec nocet huic sententiæ canon ille, Omnes 30. quæstio. 1. Vbi Simachus Papa ait, omnes quos in poenitentia suscipimus, ita

A nostri sunt spirituales filij, ut & ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trine mersionis vocabulo mergentibus vnda sacri baptismatis regenerauit. Ex quibus verbis colligi videtur, per poenitentiam contrahi hanc spirituale cognationem. Non, inquam, nocet, quia poenitentes non dicuntur ea ratione sacerdotis eorum confessiones audientis filij, ut cognatio illa matrimonium baptizati cum filia sacerdotis baptizantis impediatur ante concilium Tridentinum, sed dicuntur spirituales filij quia per doctrinam, & monita atque administrationem sacramenti reconciliat eos Deo, quod quandam gerit cum spirituali, genitura similitudinem, non tamen hoc sufficit ad contrahendam cognationem spiritualem, sed sola collatio gratiæ per modum generationis, qua anima spiritualis infunditur, aut corroboratur. **S. Simachus** autem illud dixit ne se confessores cum mulieribus quas à peccatis absoluerint carnaliter commisceant. Eset enim graue sacrilegium. de hac re videndus est Ioannes Bernardus Diaz de **Ioan. Bern. Diaz.** Luco in practica criminali cap. 76. Vbi dicit, quod ipse deponeret clericum de hoc delicto conuictum, & adducit in hanc sententiam aliquot iuris consultos. Quo modo autem cognatio spiritualis non prorsus per catechismum contrahatur, ex prædictis, elicitur; tum, quia non est sacramentum, sed sacramentale (nam ut ait in loco citato Diui Thomæ qui catechismum connumerant inter sacramenta, & ob id dicunt per illum contrahi cognationem spiritualem, propriam vocem videntur ignorare) tum etiam, quia catechismus licet impediatur matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum, quod hodie post concil. an. ita sit, in sequenti difficultate de impedimento catechismi aperte ostendimus. Cum ergo cognatio spiritualis & impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, fit, ut per catechismum non contrahatur cognatio spiri-

spiritualis prorsus, sed aliquid debilius quam cognatio, sicut ex sponsalibus non nascitur affinitas sed publica honestas quæ impedit, sed non dirimit matrimonium.

XLVI. DIFFICULTAS.

Vtrum cognatio spiritualis duntaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur?

A Nimaduerte hic lector, quod antiquitus sicut erant tres species cognationis spiritualis, ita tribus conclusionibus præfenti difficultati respondebatur, hodie verò cum per concil. Trid. iam. 3. species sit sublata, conclusio tertio loco apposita solum pro fraternitate contracta usque ad præfatum concilium deseruiet. Hoc supposito, est prima conclusio. Inter baptizantem & similiter inter susceptorem & baptizatum contrahitur spiritualis paternitas impediens, dirimensque matrimonium, & eadem contrahitur inter confirmantem & confirmatum, & tenentem ad confirmationem. Hæc conclusio habetur expresse. 30. q. 1. & 33. quæst. 2. cap. Si quis cum matre & alijs. Eodem titu. in. 6. probatur etiam ratione, quia sicut ex eo quod aliquis alium generat, pater eius dicitur naturalis, quia genitus accipit esse naturale & inter ipsum patrem & filium oritur huiusmodi impedimentum, ita ex generatione spirituali quæ fit per baptismum, efficitur quis pater spiritualis, quia baptizatus acquirit esse spirituale, & sic causatur paternitas ista spiritualis ex parte generantis in ordine ad generatum, & ex parte tenentis in ordine ad baptizatum vel confirmatum; non autem in ordine ad fratres baptizati vel confirmati. Possent enim soror baptizati iungi ipsi baptizati, vel tenenti, ut habetur. 30. quæst. 3. ca. illud etiam similiter, neque contrahitur hanc cognationem spiritualem cum filia spirituali sui filij carnalis: nam licet cog-

A natio spiritualis à patre in filium transiret, ut ante sacrum Trident. concilium non posset filius baptizantis vel tenentis contrahere cum filia spiritualis patris, non tamen è conuerso à filio in patrem, & sic illam quam filius baptizauit poterat tunc sicut & modo pater ducere. Dixi, tenentis nam etiam si plures vocati sint tanquam patrini, ut alicubi causa honoris fit, si solus vnus tangat & sit electus, alijs solum stantibus, cum tangente tantum contrahitur hæc cognatio spiritualis & paternitas. Ex quo sequitur aperte, quod ante præfatum concilium si omnes tangerent puerum, cum omnibus contrahebatur huiusmodi cognatio spiritualis, & omnes spirituales patres baptizati vel confirmati essent, ut patet in. 6. eodem titu. quod hodie iam locum non habet, ut infra docuimus. Annotato tamen, quod non sufficit quicumque tactus ad hanc cognationem contrahendam, sed tunc proprie contrahitur hæc cognatio, cum quis infantulum tenet, dum sacerdos aquam infundit, vel tunc, cum illum de manibus sacerdotis, dum illum emerfit, suscipit ille vero qui postea de manibus susceptoris accipit, & inuoluit, minimè. Et idè est de confirmatione dicendum: ille enim solus qui tenet puerum, dum ab episcopo vngitur, contrahit cognationem spiritualem, iuxta cap. si quis filiastrum. Et sic sequitur, quod si infans domi ob necessitatem baptizatus fuerit, dum postea in ecclesia hæc sacramentales ceremoniæ adhibentur, nulla contrahitur cognatio, neque si vel errore vel de industria iteraretur baptizatio, contraheretur, quia illud secundum non esset sacramentum: & pari ratione si sub conditione. Si non est baptizatus, baptizetur, si in rei veritate erat baptizatus, licet baptizans excusetur à culpa, nullam contrahit cognationem, quanuis ecclesia quando non constat fuisse baptizatum, præsumat eam contraxisse. Quapropter, si postmodum constaret illum fuisse prius

baptizatum, pronuntiaretur, cognationem non fuisse contractam.

Circa istam conclusionem sunt. 4. an notanda, id est, quod eadem cognatio ac impedimentum contrahebatur ante conc. inter uxorem cognitam à baptizante, & ipsum baptizatum seu confirmatum, & inter uxorem cognitam à tenentis & ipsum tenentem ad baptismum, vel confirmationem. Cognitam dixi nã cum uxore baptizantis seu tenentis ad ista sacramenta ante matrimonij consummationem; non contrahebatur huius modi impedimentum, quia nondum effecti sunt vna caro, ita tenet Ant. 3. p. ti. 1. cap. 15. §. 3. & Henric. & habetur in cap. veniens & c. super eo de cognat. spiritua.

D. Anto. Henr.

Secundum notabile sit, quod eadem cognatio & impedimentum contrahebatur ex copula fornicaria ante concilium: & id circo signanter dixi in conclusione, cognita absolute. Notabile hoc tenet Diuus Tho. Albertus magnus, & Silue. verbo matrim. 8. §. 7. & alij graues antiqui doctores. Et eadem ratio militabat, quia vna caro efficiuntur etiã per copulam fornicariam. Oppositum tamen istius notabilis tenent Ricardus Palud. 4. dist. 42. & Panor. in cap. Martinus de cognat. spiri. & alij quos refert Siluester verbo matrimonium. 8. quæst. 7. §. 5. sed hodie post concilium Tridenti. nulla talis cognatio contrahitur, cum cesset omnis transmissio, per verba illa, omnibus inter alias personas impedimentis sublatis.

D. Thom. Albertus magnus.

Ricar. Palud. Panorm. Siluest.

Tertiũ notable est, quod qui leuat de sacro fonte puerum & tangit illum, licet nõ respondeat, verus nihilominus pater spiritualis efficitur. Istud notabile manifesta ratione ostenditur: quia facit quod est de essentia illius paternitatis. scilicet, tãgere in baptismo vel in cõfirmatione. Responso nanque non est de essentia, sed tactus tantum sufficit, dum modo intendat facere quod solet patrinus facere, licet ipse non intendat esse

A patrinus. Idem dicendum est de illo qui baptizat, vel confirmat, & vult seu intendit baptizare, seu confirmare, quia licet ipse non intendat esse pater spiritualis, verus tamen pater efficitur, satis nanque est, quod intendat facere illud, ad quod consequitur cognatio spiritualis. Sequitur ex dictis, quod si quis respondeat ad catechismos & exorcismos & non tangat in baptismo, vel confirmatione, etiam si sit electus non efficitur patrinus, neque oritur talis cognatio spiritualis, per talem actum, quando quidem non facit quod est de essentia paternitatis spiritualis. Ita tenet Ioan. Andr. in reg. qui per aliũ in. 6. & Archid. in ca. eodem tit. lib. 6. & c. de his. & c. ad limina & c. omnes & c. 1. 30. q. 1. & ita tenendum est. Sequitur rursus ex his, quod nemo per procuratorem potest fieri susceptor, vt cognationem ipse contrahat, cum officiũ susceptoris in actione personali consistat, quã est tenere & suscipere baptizatum: vnde cũ mittunt magnates procuratores vel nũtios qui pro ipsis teneant, non contrahunt huius modi cognationem, sed consueuerunt fieri illã ceremoniã ad colendam pacem, & augendam amicitiam.

Ioã. Andr. Archid.

Annotare oportet hic, quod cum dicitur factum esse necessarium ad contrahendam cognationem spiritualem, non est intelligendum, quod requiritur factus in carne nuda nam satis est tãgere vestes, imo si puerum quis teneret in disco argenteo honoris gratia, satis esset.

Quartum notabile sit, quod si baptizans vel leuans de sacro fonte non sit baptizatus, non contrahet istam cognationem spiritualem. Ratio est, quia qui non est christianè eruditus, curam erudiendi Christiani suscipere non valet, nec potest qui non est spiritualiter baptizate regeneratus esse pater, aut cognatus spiritualis, sicut qui nondum carnaliter natus est, nulli potest esse aut pater aut cognatus. Et licet postea baptizetur

tizetur, nullam contrahit cognationem: secus tamen si esset hæreticus, quia ille cum sit vere renatus, baptizans vel leuans contrahit cognationem spiritualem.

2. conclus.

Secunda conclusio, compaternitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, contrahitur inter baptizantem & inter susceptorem, ex vna parte, & baptizati parentes carnales ex alia, & idem est de confirmatione. Ex cognatione nanque, quæ est inter baptizantem seu suscipientem & baptizatum: oritur cognatio ista quæ est compaternitas, & cognatio quæ erat ante concilium inter baptizatum & coniuges baptizantis & susceptoris. Hæc conclusio habetur expresse extra eodem tit. cap. Martinus, & eodem tit. in. 6. nec dum, & 30. quæst. 4. ca. si quis. Et ratione probatur, quia cum baptizans & susceptor sint patres spirituales baptizati, & similiter confirmans ac tenens, & qui eum genuerunt, sint patres carnales, fit, vt inter se sint compatres, id est, simul patres eiusdem filij, diuersis tamen rationibus, & merito, inter has personas inter quas compaternitas ista oritur, prohibetur matrimonium, quia inter tales ratione talis vinculi est amicitia quædam. Quam obrem ecclesia ob amicitiam dilatandam, voluit istis prohibere cõnubium, vt cum alijs contraheretur amicitia ratione matrimonij, quia inter patrem & matrem carnalem pueri, baptizantem & tenentem, seu cõfirmantem oritur familiaritas, & ob id ait Palud. in. 4. non licet religiosis leuare puerum de sacro fonte, nec baptizare, quia prohibitum est eis cõmatres habere, ne sint mulieribus familiares. Vnde religiosi non ex iure communi sed ex speciali dispensatione seu cõcessione summi pontificis exercent huiusmodi officia in his Indiarum partibus.

Paludanus.

Circa istam secundam conclusionem tria annotare oportet primum, quod hæc compaternitas tantum cõtrahitur

A inter fideles, itaque si quis baptizaret filium infidelis, non contraheret cognationem spiritualem cum illo infideli parente paruuli, etiam si postea ad fidem conuerteretur: quia quod à principio nullum fuit, conualescere nequit.

Secundum, quod compaternitas tantum oritur inter patrem carnalem, & baptizantem, & leuantem de sacro fonte, & nulla oritur compaternitas inter ipsosmet patres spirituales, scilicet baptizantem & susceptore, & quanuis assignant pro ratione huius notabilis, quia baptizans & susceptor & similiter confirmans & tenens non per se sed per accidens concurrunt ad idem sacramentum, nihilominus ratio legitima est, quia cum hoc impedimentum à solo iure positio vim habeat, & nõ inueniatur expressum in iure non est quare sit ponendum inter impedimenta.

Tertium, quod quanuis ante sacrum concilium Tridentinum compaternitas viri communicaretur vxorico cognate, & è conuerso vxoris ipsi viro per actionem, quando vir vel vxor baptizabant, vel tenebant, non tamen communicabatur per passionem, vt quando erant duo vxorati legitimi, & vir habebat filium ex alia vxore vel vxor ex alio viro, si Petrus baptizabat, vel leuauit filium illius viri ex alia vxore licet enim Petrus contraheret cognationem cum illo viro, non tamen cum vxore illius ratio erat, quia vir ille scilicet Paulus non per propriam actionem contraheret cognationem cum Petro, qui eius filium baptizabat, sed per actum Petri. Si tamẽ Paulus baptizabat, vel leuauit filium Petri, ipse & eius vxor contrahebant cognationem cum Petro, vnde erat versus quæ mihi vel cuius mea natum fonte leuauit: hæc mea comater, fieri mea non valet vxor. Hoc est mulier quæ vel mihi natum, puta meum filium, leuauit de fonte, vel cuius natum mea leuauit: sic fit mea comater, vt nequeat fieri mea vxor. Sed mea dicatur, quæ carne mea sociatur

fociatur. Et sequitur, si qua mœe natum non ex me fonte leuauit, hanc post fata meæ, non inde vetabor habere. Hoc est, si qua mulier natum vxoris meæ, quem non ex me genuit, ex fonte leuauit, post fata, id est post obitum vxoris meæ, non vetabor illam ducere, quia non est affinis mea. Signanter dixi ante concilium nã nunc post illud non trã sit cognatio ex vno coniuge in alterũ.

37. Concl.

Tertia conclusio vinculum cognationis spiritualis, quod confraternitas dicitur, ante sacrum concilium Tridentinum contrahebatur inter filios baptizantis, & pariter susceptoris & baptizatum: quod quidem vinculum impediabat matrimoniũ cõtrahendũ, & dirimebat contractũ, & idẽ de cõfirmatione. Hęc cõclusio extabat determinata, extra decogna. spiri. fere per totũ & in. 6. eodẽ tit. ca. necdũ & 30. quæ. 3. ca. pictatiũ, & c. nõ oportet, & reliquis. Ratione quoq; probatur nã filius, vt ait Philo. in 8. eth. est aliquid patris, nõ tamẽ diuerso, pater est aliquid filij, aut frater aliquid fratris, & ideo baptizans, & susceptor transmittent cognationem in proprios filios, vt essent cõfratres baptizati non tamen transmittent in parentes suos aut fratres. Itaque si Petrus leuauerat Mariam filiam Pauli, & Paulus habebat alios filios & filias, omnes filij & filia Petri tam ante, quam post paternitatem geniti poterant contrahere cum omnibus filijs, & filiabus Pauli, præterquam cum maria, quam leuauerat de sacro fonte, aut tenuerat ad confirmationem. Hoc nanque erat decretum Vrbanũ cap. super quib. 30. qu. 3. sequebatur ex his quod licet baptizatus contraheret spirituales cognationem cum baptizante & leuante, & cum eorum filijs, non tamen ipse baptizans vel leuans nec filij eorum contrahebãt hanc cognationem cum alijs fratribus leuati siue baptizati, quos non baptizauerat vel leuauerat, vt habetur extra de cogna. spiri. cap. vtrum autem, & c. super


Arifto

eo, & c. tua nos. Et ratio erat, quia fratribus carnalibus baptizati, & filijs carnalibus baptizantis vel leuantis, non erat vnus pater communis, & idcirco non erant fratres, & ex consequenti inter illos non prohibebatur matrimonialis coniunctio. Hodie vero non solum inter istas personas non contrahitur cognatio aliqua spiritualis, verũ etiam vinculum confraternitatis, quod ante concilium Trident. contrahebatur, iam per ipsum conc. sublatum est, vt expresse est videre in sel. 24. cap. 2. inquit nã que, statuit sancta Syno. vt vnus tantum siue vir siue mulier iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizatam & baptizatum, baptizati que patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. Hęc sancta syno. Constat igitur ex sacra Trid. Synodo, confraternitatem iam abolitam esse, & cum ibi non annumeretur fraternitas, & ac subinde baptizatum cum filia baptizantis, & cum filia de sacro fonte leuantis, & pari ratione confirmatum cum filia confirmantis ac tenetis, ad confirmationem contrahere posse: & sic duntaxat sunt duæ species cognationis spiritualis, vt ostenditur in figura sequenti.

Con. Trid.

et. p.

Figura cognationis spiritualis.



ET vt melius appareat, qui sunt, qui hanc cognationem spirituales cõtraxerunt

Cõci. Trid.

traxerunt, docet eadem sancta Synodus: quod parochus antequam ad baptismũ conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant: & eum, vel eostantum ad illum suscipiendum admitat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij, inquit, vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationẽ spirituales nullo pacto contrahant: constitutionibus in contrariũ facientibus non obstantibus, & si parochi culpa vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. Hęc sancta Synodus. Ex quibus liquido constat, non contrahere cognationem spirituales omnes, qui interfuerint baptismo: & tetigerint baptizatum, sicut olim cõtrahebant, ex quo non minima inconuenientia sequebantur, sed solum contrahunt illam electi & designati ab ijs ad quos spectat, & ob id præcipiatur parochis, vt antequam baptismum cõferant diligenter sciscitentur, quem vel quos elegerint. Sed oritur paruum dubiũ in præsentiarum, an inter eos qui ante hoc concilij decretum hanc confraternitatis cognationem contraxerant, vel aliam quancunque spirituales, ex eo quod baptizatum tetigissent, perseueret modo post præfatũ decretum huiusmodi impedimentum. Cui dubio sub sedis Apostolicæ censura, ad quam canonicas sanctiones, quæ expressiore sensum postulare videntur, declarare, spectat, respondendum esse arbitror, nullũ amplius impedimẽtũ inter huiusmodi personas remanere, quominus absq; dispensatione aliqua libere & licite contrahere queant: neque ego oppositũ ex verbis concilij colligere possũ, cum dicat, omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. Verba enim ista, & alia præcedentia, scilicet, quod si alij vltra de-

signatos baptizatum tetigerint, cognationem spirituales nullo pacto contrahant, benigne & fauorabiliter intelligenda sunt, id est, non solum in futurum, sed etiam in præteritum huiusmodi impedimentum inter alias personas non expressas in concilio omnino sublatũ esse. Licet enim ecclesia impedimentum aliquod de nouo statuens personas iam antea matrimonio copulatas illegitimas non reddat: tamen cum eadẽ impedimentum aliquod tollit, & in præteritum tollit, redditque personas, quibus illud obstitabat, quominus contraherent, habiles ad contrahendum, cuius ratio est, quia poenas restringi, fauores, vero conuenit ampliare.

De Catechismo autem est dubium, an impediatur matrimonium contrahendũ? Cui dubio ante sacrum concilium Tridentinum hac vnica conclusione affirmatiua respondebatur: nempe, quod nec ille qui mulierem ad catechismum tenuisset, nec eius filij, eam sibi matrimonio copulare poterant. Conclusio ista est Bonifacij octauĩ in cap. per catechismum de cognatione spirituali. 6. & communis Theologorum sententia cuius rationem assignat D. Tho. in. 4. d. 42. q. vnica ar. 2. ad 3. quia in catechismo fit quædam professio fidei, futuri baptismi, sicut in spõsalibus fit spõs quædam futurarum nuptiarum, itaque ex catechismo quia est dispositio baptismi, contrahitur non cognatio prioris, sed debilius quiddam. Non enim tanti effectus est cognatio, quæ per catechismum contrahitur, quanti est illa cognatio, quæ contrahitur in baptismo; nec in omni catechismo contrahitur huiusmodi impedimentum, sed solum in illo, qui baptismum præcedit, quod aperte ex ipso met tex. constat, cum tantũ dicat, per catechismum qui præcedit baptismum, cognatio spiritualis contrahitur impediens matrimonium contrahendum, & odia sine restringenda. Et ratio, quam Diuus Thomas illic, & Ricardus eadem distin.

Cõc. vnic.

D. Thom.

D. Thom. Ricard.

Durandus. distinctione, & Durandus distincti. 41. ad hoc probandum faciunt, videtur convincere. Aiunt nanque ex eo oriri impedimentum per catechismum, quia est quaedam preparatio ad perfectam generationem, quae fit in baptismo: at vero quando iam puer est baptizatus, facta est iam regeneratio: per catechismum igitur factum post baptismum non poterat ante concilium, sicut nec modo potest cognatio spiritualis impediens contrahi. Sequitur rursus ex dictis, per salis pabulum, & appositionem salivae atque oleiunctionem, nunquam istud impedimentum contrahi potuisse, cum ista non sint catechismus, sed exorcismus, & textus praallegatus solum dicat per catechismum, atque odia restringi fauores vero ampliari conueniat.

Soto.

Coci. Tri.

Annotare oportet, me signanter in conclusione dixisse, ante concilium, quia nunc post ipsum fortassis alicui verum videbitur, quod nullum contrahitur impedimentum, quod & antea non nulli existimabant, ut refert Glos. in ca. peruenit. 30. quaest. 1. cui etiam assentiri videtur Dominicus a Soto in. 4. distin. 42. quaest. 1. arti. 2. verum inquam alicui videbitur, siquidem concilium in sessione 24. dicto cap. 2. decernit quod cognationem spiritualement deinceps tantum contrahant suscipientes de baptismo, & baptizans cum persona baptizata, & eius patre & matre, item, quia dicit in fine illius decreti, omnibus inter illas personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. His tamen non obstantibus crediderim ego, quod si vnus & vna eligantur ab ijs, ad quos spectat iuxta eiusdem concilij sanctionem, & vnus de sacro fonte suscipiat, alter vero tantum ad catechismum teneat, quod iste secundus quamuis non contrahat cognationem dirimentem, ut primus, nihilominus contrahit impedimentum. Suadet enim haec nostra sententia tribus rationibus

A bus ex eodem textu concilij desumptis. Prima, quia concilium nullam prorsus facit mentionem de catechismo, & casus omissus habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis. Secunda, quia concilium per decretum istud solum intendit tollere multitudinem prohibitionum, quae antea erant inter plures personas, quia tenens trans mittebat cognationem in personam ab ipso cognitam, siue copula fornicaria siue maritali, atque etiam in filios ab eodem genitos, ut supra dictum est: at vero per hoc quod vnus ex electis tenens ad catechismum contrahat cognationem impediens, non multiplicantur prohibitiones, cum non interueniant plures personae quam concilium disponit, nec fiat praefata transmissio & minor cognatio illic contrahatur. Tertia ratio est, quia videtur sanctam Synodum solum voluisse providere incommodo, qui ex multitudine impedimentorum dirimentium sequebatur, cum dicat, multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Ex his dictis facile diluuntur rationes quibus opposita sententia fulciebatur. Et quanuis in priori editione ita mihi dicendum visum fuerit: sed nunc re oculatius inspecta oppositae sententiae ut probabiliori subscribere decreui, cum doctissimo Nauarro in Manuali confessoriorum cap. 22. nume. 72. nempe quod per illa verba concilij Trident. Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis sublatis, cognatio ex catechismo proueniens censetur restricta, sicut illa quae nascitur ex baptismo & confirmatione. Et ratio est quam illic Nauarro facit, scilicet, quod cum duo sic se habent, quod alterum est metiens, alterum mensum, lex corrigens, vel limitans metiens, censetur corrigere vel limitare mensum, sed eadem ratio militat in utroque. At constat quod

quod cognatio spiritualis, quae ex baptismo oritur, metitur eam, quae ex confirmatione & catechismo nascitur, igitur concilium limitans illam videtur hanc quoque limitasse.

De cognatione legali.

XLVII. DIFFICULTAS.

Utrum cognatio legalis impediatur matrimonium contrahendum & dirimat contractum?

Pro huius difficultatis elucidatione quatuor praeannotare oportet. Primum, quod & si iuris consulti aliter definiant adoptionem seu cognationem legalem quam Theologi, nam iuris consulti sic definiunt, adoptio est legitimus actus per quem fit filius qui non est, aut nepos, penes naturam imitans: Theologi vero sic, adoptio est extraneae personae in filium vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio. Nihilominus omnes in idem coincidunt, nisi quod haec Theologica causas significantius explicat. Etenim quia ars naturam imitatur quantum potest, eiusque defectum supplet, & ius est ars aequi & boni, inuenta est huiusmodi cognatio legalis, seu adoptio ad supplendum defectum generationis naturalis, sic ut filium vel nepotem quem quis non potest habere per naturalem generationem, possit per suam voluntatem & spontaneam electionem, quempiam extraneum instar naturalis in filium assumere. Quo fit, ut sicut per generationem naturalem aliquis sibi filium generat ac procreat, sic per ius positium, quod est ars aequi & boni, sibi generet vel procreet prolem per adoptionem. Vnde filius adoptiuus naturali apponitur: vnus ergo per naturam gignitur, alter vero per gratiam & electionem substituitur.

Annotato tamen hic, quod cum in

A Theologorum diffinitione dicitur, extraneae, non excluditur quin possit etiam adoptari consanguineus, ut habetur in ist. de adoptio. §. Sed hodie. & constat ex sacro eloquio, nam ut legitur Hester cap. 2. Marchoeus adoptauit Hester, quae erat filia fratris sui. Sed extraneus intelligitur ille, (ut pulchre docet Soto) qui non erat sub potestate adoptantis, & per adoptionem manet sub eius potestate.

B Secundum quod oportet annotare est, quod adoptio est duplex secundum Diu. Tho. in. 4. dist. 42. ar. 1. quaest. 1. ad primum, scilicet, perfecta, quae naturalem filiationem perfecte imitatur, & haec vocatur arrogatio, alia est simplex adoptio. Quae quidem duae adoptiones differunt, quia per arrogationem redigitur adoptatus in potestatem adoptantis: ita ut adoptatus succedat adoptanti ab intestato, nec potest eum pater adoptans quarta parte hereditatis priuare. Per simplicem vero adoptionem, adoptatus non transit in potestatem adoptantis, nec succedit necessario in bonis adoptantis, nec adoptans in testamento tenetur ei aliquid relinquere, succedit autem ab intestato. Item, secundum perfectam adoptionem non potest adoptari nisi qui est sui iuris, & postquam est adoptatus, non habet potestatem, aut si habet est emancipatus: secundum vero imperfectam, potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris, differunt tandem, quia adoptio perfecta, nepe arrogatio fieri non potest nisi principis auctoritate: simplex vero adoptio fieri potest sine auctoritate principis ex auctoritate magistratus.

E Tertium, quod adoptare non potest, qui ad generandum habet naturale impedimentum, nam illi tantum possunt adoptare qui per naturam gignere possunt, vel saltem coire, dum tamen de suis bonis disponere valeant. Quo fit, ut castrati omnino excludantur ne adoptare possint, & similiter frigidi & minores

res. 25. annis, quia illuc usque sua bona administrare non possunt. Sed non excluduntur spadones quin possint adoptare, eo quod licet gignere non possint attamen possunt coire, & consummare matrimonium. Similiter steriles possunt, imo ad supplendum sterilitatem adinuenta est adoptio filiorum.

Quartum est, quod haec cognatio legalis tres habet lineas. Primam inter adoptantem & adoptatum, & filios ac nepotes adoptati, ac sic deinceps descendendo. Secundam inter adoptatum & filios naturales adoptantis, ac legitimos. Tertia inter vxorem adoptantis & adoptatum, & inter adoptantem & vxorem adoptati. His sic praenotatis, ad difficultatem tribus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Cognatio legalis, quae ex adoptione resultat, impedimentum est matrimonij, non quidem naturale, postquam ipsa cognatio non est naturalis, sed ex ecclesiae instituto, sicuti de cognatione spiritali dictum est. Ex hac conclusione elicitur, quod si contingeret fieri huiusmodi adoptionem apud infideles non impediret, quin possint contrahere personae assignatae, nec esset dissoluendum tale matrimonium, si ad fidem conuerterentur, quia non erant subditae ecclesiae, quando contraxerunt.

Secunda conclusio, cognatio legalis secundum primam lineam & 3. in perpetuum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, itaque adoptans non potest contrahere cum adoptato, neque cum filio eius, neque cum nepote, & sic de singulis, neque cum vxore filij adoptati, & eadem cognationem contrahit filius adoptatus cum vxore adoptantis in eodem gradu, quo cum patre adoptante, scilicet in primo, haec conclusio habetur. ff. de ritu nuptiarum. l. quando. & l. adoptiuus. & l. per adoptionem & in cap. vnico, extra de cognatio. lega. & 30. quaest. 3. capit. 1. Dicitur enim illic, quod inter eos quos

A adoptio iungit, non contrahitur matrimonium, & est expressa sententia D. Thom. in 4. dist. 42. quaest. 2. ar. 2. Et ratione probatur, quia videtur esse quaedam naturalis reuerentia debita ex parte vxoris adoptati & ipsius filij adoptati ad patrem adoptantem & ad illius vxorem.

Annotato tamen hic, quod haec cognatio legalis non contrahitur inter patrem vel matrem adoptantem, & patrem vel matrem naturalem adoptati, sicut contingit in cognatione spiritali.

Tertia conclusio, cognatio legalis secundum lineam secundam nepe, inter filium adoptatum & filiam naturalem ac legitima adoptantis, impedimentum praestat matrimonio, non perpetuum, sed quandiu inter se simul cohabitare contingit, haec conclusio habetur, cap. si qua extra de cog. lega. Itaque quandiu manet sub potestate adoptantis non potest inter illos matrimonium consistere & non solum impedit contrahendum, verum & dirimit contractum, ut ait expresse Silue. verb. matri. 8. quaest. 8. quia ita tenet D. Tho. ubi sup. Ricar. & Theologi. & assignat D. Th. pro ratione, quia ob id cognatio ista impedimentum est, quia eos simul habitare contingit, quare ubi ista cohabitatio cessat, vel propter mortem parentis adoptantis, vel propter emancipationem cessabit quoque hoc impedimentum, quia soluitur adoptio, & ideo valebit matrimonium. Quo circa si quis habens naturalem filiam, vult adoptare aliquam, quae sibi sit nurus, debet emancipare filium. Et eadem ratione, si vult adoptare aliquem quem sibi generum esse vult, debet emancipare filiam. Signanter dixi in conclusione, inter filiam naturalem adoptantis, ac legitimam & adoptatum nam filius adoptiuus potest contrahere cum filia illegitima adoptantis, ut tenet Innocentius & Hostien. in ca. vnico, de cognatio. lega. & Archie. flo. 3. p. ti. 1. c. 13. Solent etiam hic quaeri, utrum inter duos filios adoptiuos possit consistere matrimonium? Cui dubio respondet Siluester

D. Thom.

3. Conclu.

Siluest. D. Thom. Ricar.

Innocent. Host. D. Anto.

siluest. verb.

verb. Matrimon. octauo. §. octauo. dicto sexto. affirmatiue. Hostien. autem tenet contrariam sententiam, scilicet, quod inter existentes in potestate alicuius adoptantis, nuptiae prohibentur usque ad gradum per legem prohibitum, & licet sententia Siluestri sit probabilis, probabiliorem reputo Hostiensis sententiam, quia idem periculum incontinentiae existit inter duos adoptiuos quod inter filium naturalem adoptantis & adoptiuam filiam.

De impedimento frigiditatis.

XLVIII. DIFFICULTAS.

Utrum frigiditas matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimat.

UT praesentem quaestionem clarius ac euidentius exponamus, tria sunt praecienda fundamenta. Primum est, quod haec impotentia potest esse duplex, naturalis proueniens ex causa intrinseca, scilicet, ex complexione, ut frigiditas magna in viro, & nimia arctatio in femina: & accidentalis proueniens ex causa extrinseca per abscissionem virilium ut castratio, vel per maleficium.

Secundum fundamentum est, quod alia est impotentia coeundi, & alia generandi, quia impotentia coeundi est impotentia seminandi in vase idoneo, at vero impotentia generandi appellatur sterilitas: nempe, quia licet seminet, attamen feminatio effectu generationis frustratur. Potest enim tam ex parte viri quam ex parte foeminae feminatio hoc effectu frustrari.

Tertium est, quod hoc impedimen-

tum, scilicet impotentia naturalis ad huc potest esse duplex, temporale cui per artem vel statem remedium adhiberi potest, aut perpetuum, quod omni remedio medicae artis destitutum est. Solent superaddi alia impedimenta, quae non sunt simpliciter respectu omnium, sed respectu aliquarum personarum. Potest enim quispiam esse aptus ad conueniendum cum corrupta, & ineptus ad virginem, & validus ad congreduendum cum pulchra, & non cum deformi.

His ergo praeciatis fundamentis, ad quaestionem aliquibus conclusionibus respondetur. Prima, impotentia naturalis & intrinseca coeundi perpetua, suapte natura impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: quae tamen est intelligenda non quod dirimat matrimonium, quod legitimum fuit, sed quod declarat non fuisse legitimum. Haec conclusio habetur expresse determinata, extra de frigidis, & malefi. cap. Accepisti. &c. Quod sedem, est etiam sententia D. Thom. in 4. dist. 34. & Magistri sentent. & Ricardi, ac caeterorum theologorum ibidem. Et ratione probatur, quia matrimonium est quidam contractus quo alterutrum coniuges se obligant ad debitum carnale sibi inuicem reddendum, iuxta illud Pauli. i. Cor. 7. mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir, & cap. sicut igitur caeteri contractus sunt inualidi, cum aliquis se obligat ad reddendum quod minimè soluerè potest, ita contractus iste matrimonialis erit nullus. Probatur etiam, nam ob id in contrahentibus sexuū diuersitas exigitur, ut matrimonium proximum finem, qui est commixtio corporum maris & foeminae, & vltimum, qui est prolis generatio consequi valeat, ubi igitur potentia coeundi deficit, matrimonium constare nequit.

Intelligenda est autem haec conclusio, siue cognouerit quando contraxerunt alter, vel ambo ista impotentia, siue no, fem-

Bbb per

per enim huiusmodi impotentia irritat matrimonium ex natura sua. Verum est tamen, quod si ambo cognouere impedimentum vnius partis, & illo non obstante contraxerunt, vel si postquam contraxerunt, constiterit congregari non posse, si cohabitare tunc noluerint, quia qui idoneus est matrimonio, dicit se filios velle procreare, separandi sunt. Si autem cohabitare consenserint, perdurare possunt in eadem domo, debent tamen se habere & tractare, non vt coniuges, quia nullum est matrimonium, sed vt fratres, vt patet in cap. consultationi. extra de frigidis & malefi. & in cap. laudabilem. Possunt, inquam, simul cohabitare, & non quod teneantur: non enim Pontifex illud dixit precipiendo, sed consulendo. Sic nanque intelligit Ricard. Hunc textum in 4. dist. 34. articulo secundo. quæst. 2.

Ricard.

Ex quo sequitur, quod non possunt libidinosè se amplectari, aut impudice tangere, aut carnaliter osculari, non solum propter periculum, cui se exponunt pollutionis, verum etiam quia isti actus, vt verior habet opinio, sunt mortalia, nisi inter veros coniuges. Quo circa, periculosissima esset hæc confederatio. Sequitur rursus ex dictis, quod cum non sit verum matrimonium inter huiusmodi personas, si ille qui non est impeditus, siue sit vir siue vxor, voluerit alteri copulari, poterit cum licentia Ecclesiæ, quia si illud faceret non expectando sententiam Ecclesiæ, quantum matrimonium teneret ante sanctam tridentinam Synodum, hodie tamen nullum est matrimonium, quod absque authoritate Ecclesiæ contrahitur. Dixerim, siue sit vir siue vxor. Vt secluderem glossam super cap. Requisti, asserentem esse præceptum, quod maneat innupti quantum ad virum, & quantum ad illam, consilium. Impeditus autem iure interdicitur, ne ad aliud possit matrimonium commigrare.

A Secunda conclusio declaratiua prima, si illa impotentia sit temporalis, cui per artem medicam, vel aetatem mederi potest, non impedit: vt si foemina arcta, & clausa aliquo beneficio aperiri possit etiam cum graui dolore, quem pati tenetur, vt possit reddere debitum, matrimonium esset validum. Secus si sine periculo mortis aperiri non posset, imo etiam si posset coire, sed non posset parere absque expresso mortis periculo: non teneret matrimonium, quia cum mortis periculo non tenetur reddere debitum, si nullo remedio medicinae subueniri posset huic periculo: tum etiam, quia impedimentum illud tunc reputatur perpetuum & tum denique, quia in cap. ex literis, de frigidis & malefi. dissoluitur matrimonium ex eo, quod arte medica foemina habilis, & utilis viro, vt eam cognoscere possit, fieri nequiuit, sed idem est impedimentum non posse simpliciter auferri; quod non posse absque vitæ periculo tolli: nullum igitur conficitur matrimonium, cum inhabili ad coitum, quando inhabilitas est perpetua, secus quando est temporaria, quia tunc non impedit quo minus matrimonium sit validum. Cum enim ex contractu matrimoniali, vterque coniugum ex præcepto affirmatiuo, quod non inducit obligationem pro semper, sed pro loco & tempore opportuno, alteri reddere debitum teneatur, sit, vt etiam cum huiusmodi inhabilitate, nempe infirmitate temporaria legitimum contrahatur matrimonium. Quauis enim dum alter infirmus est, reddere debitum nequeat: attamen transacta infirmitate, poterit. ¶

Tertia conclusio, impotentia ad generandum, & non ad coeundum non impedit matrimonium, nec dirimit, in iure naturæ stando. Ex quo manifeste colligitur, quod si spadones, castrati, eunuchi & senes feminare aliquo pacto, dum maritantur in vase legitimo possunt; licet ad generandum

2. conclus.

¶

¶

3. Conclu.

dum sint inhabiles, matrimonium vere contrahant; quia tunc non frigidi, sed steriles reputantur. Si autem nullatenus illic feminare queunt, nullum contrahunt matrimonium. Quod intelligendum est, etiam si erigere valeant membrum virile, & possint foeminam prouocare, atque ei satisfacere, vt perdoctè ait Panormit. cap. quod sedem. Et ratio est euidens, quia per solam seminationem intra vas debitum fiunt vna caro. Quod si quis obijciat contra hanc nostram conclusionem, quia si non generare possunt, carebit istud matrimonium sine suo principali, non ergo concedendum est matrimonium esse legitimum: respondetur, quod licet steriliter seminantes non possint contrahere in officium naturæ, possunt tamen saltem in remedium concupiscentiæ, vt de vetulis ait D. Thom. non enim requiritur quod semper in matrimonio sit filiorum procreatio: quia sufficit quod non euitent prolem.

Panor.

D. Thom.

4. conclus.

Quarta conclusio. Si hoc impedimentum superueniat matrimonio iam contracto, siue sit impotentia ad generandum, siue ad coeundum, siue ex parte foeminae, siue ex parte viri, siue ex parte vtriusque se teneat, & siue sit impedimentum intrinsecum siue extrinsecum, nullo iure naturali nec positiuo dirimit matrimonium iam contractum, etiam non dum consummatum. Quod dixerim propter Gratianum in summa. 33. quæstione prima. Vbi dicit, quod si antequam carnali officio coniugium confirmetur, superueniat impossibilitas officij soluitur vinculum coniugij: non enim est in hoc tenendus, quoniam nullum est impedimentum, quod rescindere valeat matrimonium legitimum, quale est consummatum. Probatur modo conclusio, nam cum præcesserit ille contractus inter personas legitimas, vera traditio corporum ad inuicem facta est. Item, quia si impedimentum

A superueniens matrimonium legitime contractum solueret, sequeretur, quod si quis post matrimonium castraretur, solutus esset à vinculo matrimonij, & pari ratione dissoluendum esset si alter coniugum incideret in infirmitatem adeo grauem, vt inutilis alteri coniugi factus esset, cuius contrarium habetur determinatum trigesima secunda quæstione septima. cap. hi qui. Vbi dicitur, quod qui iam contraxerunt, & vni ex duobus amentia, vel furor, aut aliqua infirmitas accesserit ob hanc infirmitatem, coniugia talium solui non possunt. Similiter inquit idem Cano dicendum est de his qui ab aduersarijs excæcantur, aut membris truncantur, aut à barbaris excæcti fuerunt. Nec obstat id quod obijciatur ex cap. quod proposuisti in eadem causa & quæstio. Vbi Gregorius. 3. determinauit, quod propter infirmitatem superuenientem in foemina, si non potest reddere debitum, poterit vir aliam ducere: non, inquam, obstat, quia Leo. III. licet approbavit dicta Gregorij, sed non omnia: nempe, illa in quibus vt particularis doctor poterat errare, sed illa duntaxat mandauit ab omnibus obseruari, in quibus bene dixit, vt patet. 20. distinctione cap. primo.

Quinta conclusio, quando lis de frigiditate contestatur, aut de alia huiusmodi impotentia, si illa potest legitima via iuris probari, ilico dirimendum est matrimonium, vt si vir per testes legitimos probaret, ante quam matrimonium contraheret, virilibus caruisse, vel non habuisse aetatem legitimam, nec postea completa consensisse; vel si mulier matronarum iudicio monstraret se esse clausam, vt nequeat vlla arte penetrari. Hanc conclusionem ponit ad litteram Dominicus à Soto in quarto, dist. trigesima quarta. quæst. 1. arti. 2.

Si vero hac via impedimentum constare non possit, adhibetur hæc sexta conclusio

5. Conclu.

6. Conclu.

conclusio ad cognoscendum vtrum impedimentum sit temporale, an perpetuum, expectandum est per triennium, & in isto tempore debent dare operam ad matrimonium consummandum: ad hoc enim hoc tempus assignatur in capitulo laudabile. extra de frigidis & malefici. Quod si elapso illo triennio asserant non consummasse matrimonium, tradenda est ipsa mulier, si est virgo, conspectui matronarum, quibus adhibenda est fides, capitulo propofuisti de probatio. Si vero ipsa quæ diuortium petit, corrupta est, & nihilominus negat viri potentiam, ille vero iurat se eam cognouisse, eius iuramento in fauorem matrimonij standum est, quia est caput foeminae, sed ista ad professionem iuris ciuilibus attinent, ideo iuristis relinquo.

7. *Conclu.* Septima conclusio, quia Ecclesia in hoc iudicando decipi potest, si postea inueniat se fuisse deceptam per hoc quod ille, in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum alia, vel cum eadem perfecisse; tunc debet Ecclesia matrimonium præcedens reintegrare, etiam si iam secundam duxisset, & vxoriam tunc cum alio fuerit viro coniuncta, vt habetur in capitulo fraternitatis tuæ, extra de frigidis & malefici. Hanc tamen conclusionem intelligendam fore arbitror, quando de facto ita est, quod potuit cognosci à primo viro: licet id fuerit successu temporis, quia si nullo modo ab ipso cognosci possit per proprium actum, iudicatur impedimentum perpetuum esse: si impotentia namque est circa omnes, sic impotens simpliciter est inhabilis ad contrahendum. Si tamen impotentia est circa vnā personam, qui sic est impotens tantum erit inhabilis ad contrahendum cum illa persona, sed habilis ad contrahendum cum alijs, siue hæc impotentia se teneat ex parte viri siue ex parte foeminae: cum pares quantum ad hoc iudicentur, nec hæc impotentia, quæ est circa vnā

aduntaxat dirimit matrimonium. Quauis enim quis sit ineptus ad virginem, si aptus est ad corruptam: matrimonium tenet cum virgine contractum, quia si non est alia clausura, quam virginitatis, per artem potest aperiri. Secus si per miraculum aperiretur, nam tunc non teneretur redire ad primum maritum, sed posset alteri nubere.

De impedimento maleficij.

XLIX. DIFFICULTAS.

C *Vtrum maleficium sit impedimentum impediens, dirimensque matrimonium.*

Vt melius præsentem questionem intelligere possimus, duo præannotare oportet: primum, quod daemones vim habent aduersus homines, & eorum actiones, si diuinitus permittantur: itaque possunt eos à suis omnibus operationibus cohibere, per dei tamen clementiam arcentur. Non enim est potestas super terram quæ comparetur ei, vt historia Iob nobis refert. Et licet hanc potestatem non habeat in homines nisi propter peccatum, sed tamen non semper vexat propter peculiare peccatum illius quem torquet, sed propter Adæ peccatum. Quo fit, vt etiam innocentes vexare possit deo permittente, vt vexauit Iob, & alios sanctos tam noui quam veteris testamenti. Et quando maleficium propter peccatum singulare hominis accidit, nihilominus non est necessarium, vt cessante peccato maleficium cesset, quia poena, remissa culpa, remanet.

Secundum notabile est, quod daemones

nes possunt facere, ne vir ad propriam vxorem accedere valeat, etiam si circa alias mulieres sit potens. Hoc notabile experimento compertum est, vt patet in c. litera. de frigidis & malefici. Possunt enim daemones hoc facere applicando actiua passiuus, & instrumentum foemineum indurando, & lumbos viri frigesendo, & spiritus, quibus instrumentum erigitur, exsufflando: imo veso si modo diuinitus permittantur, possunt per venena, vel aliam herbarum applicationem genitricem virtutem in viro exiccare, & conceptricem in foemina. Et tunc non solum respectu huius aut illius foeminae, sed simpliciter vir reddetur impotens, sicuti sunt frigidis. At vero hoc raro contingit. Istud namque discrimen constituit glossa in c. cit. quod frigidis sunt simpliciter impotentes, maleficiati autem non nisi respectu huius aut illius foeminae. Possunt insuper alijs modis incognitis alia impedimenta apponere.

His iactis, ad difficultatem quinque conclusionibus respondetur, & earum prima sit, possibile est, imo frequenter contingens, vt daemonum opere maleficium carnalem copulam impediatur. Conclusio ista ex præiactis fundamentis liquida est, quando quidem præfata impedimenta obijcere valeant.

2. *conclus.* Secunda conclusio. Eiusmodi maleficia posse esse tum temporalia, tum etiam perpetua fateri oportet. Hanc conclusionem pono contra quosdam absque ratione asserentes, nullatenus posse esse perpetua, ac subinde nec impedimenta matrimonij. Qua ratione namque daemones diuinitus permittuntur per aliquot annos homines vexare, possunt quoque permitti per totam vitam eis molestiam inferre.

3. *conclus.* Tertia conclusio. Si maleficium sit perpetuum, & præcedat matrimonij, impedit ipsum contrahendum, & dirimit contractum, non autem si sit temporale. Hæc conclusio est expressè de-

A terminata. 33. quæst. i. cap. si per fortia-
rias. Vbi dicitur, quod si adhibitis remedijs: nempe, corde contrito & spiritu humiliatio, facta sacerdoti confessio ne & exorcismis, ceterisque Ecclesie spiritualibus medelis adiectis, qui maleficia patiuntur, non sanentur, separari valeant, & si alijs postea fuerint copulati, non separabuntur restituta vtrique potentia coeundi. Et intelligitur potentia concubendi cum alijs, non autem inter se. Itaque quando maleficio comprobato per Ecclesie sententiam dissoluitur matrimonium, & secunda matrimonia consummarunt, non sunt cogendi redire ad primum, nec ad hoc vt experimentum capiant, an coire possint, nisi forsitan Ecclesie legitime constaret, ipsos priuatim animo fornicandi aut experiendi consummasse copulam, nam tunc existimat Soto reuocandos fore ad matrimonium vetus, perinde ac si propter frigiditatem fuissent separati, quia tunc Ecclesia iudicat, se fuisse deceptam. Similiter, si constare certo posset, vt prius fuisse maleficiatum quoad omnes, quia plures tentauit, & cum nulla consummare potuit, tunc enim iudicandum esset de illo sicut de frigidis: videlicet quod si consummauit postmodum cum secunda reuocandus esset ad prius matrimonium, quia iam censetur factus habilis ad priorem vxorem. Ex his colligitur differentia inter frigidos & maleficiatos, quia frigidus si est inhabilis circa vnā, etiam si ad aliam sit idoneus, non ideo dirimitur matrimonium contractum cum illa ad quam est inhabilis: tamen maleficiatus si postea reperiatur habilis ad aliam, & foemina ad alium, non ideo reuocandus est vir aut foemina ad primum coniugium, & separandus à secunda, sed secunda matrimonia sunt seruanda. Ratio discriminis est, quia illud non est sufficiens iudicium, quod sint habiles inter se sicut in frigidis. & fieri namq. potest, quæmpia

♠ maleficiatum esse ad vnam; ad aliam autem potentem. ♠ Ita tenet Scotus in. 4. dist. 34. & Abulensis super Mat. cap. 19. & sic est intelligendus textus ille cap. fina. 33. q. 1. ♠

Quod si roges, quonam pacto constare poterit, vtrum sit illud maleficium temporale, an perpetuum? Hac quarta conclusio in ordine tibi responderetur, quod si per triennium simul habitauerint dantes studiose operam carnali copule, & adhuc durat maleficij impedimentu, reputatur maleficium perpetuum. Similiter reputatur perpetuum, quando non posset per artem medicam, sed solum vtendo maleficio, vel arte demonis mederi eiusmodi maleficio, quod quidem minimè licet, vt egregiè probat Caie. in 3. to. suorum opulc. in propria quæst. de hoc & in summa verbo maleficium, non enim licet vt demonum potestate, cum sint nostri hostes, qui nullam nobis fidem nisi in nostrum damnum seruant.

Sed adhuc superest dubium, vtrum liceat vt maleficio opere parati, ad exercendum maleficium, ad aliud maleficium tollendum? Cui dubio hac quinta conclusio negatiua responderetur: nempe, quod non licet vt maleficio alterius qui paratus est, ad dissoluendum aliud maleficium. Hac conclusio est nota, quia maleficium adeo de se est malum, vt fieri absque culpa nequeat, quo circa, qui illud etiã a paratissimo petit: ad malum inducere censetur, quod nullatenus licet, nam esset hoc in ma- ad Rom. 1. lu. cõsentire, quod Paulus ad Roma. 1. condemnat, cum dicit, digni sunt morte, non solum qui mala faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt. Scio tamen summam Angelicam verbo superstitio. §. 13. contrariam sententiam huius quintæ conclusionis tenere, sed non est ei in hac parte fides adhibenda. Nec obstat ratio quam facit: videlicet, quod sicut licet accipere sub foetore ab vsurario parato ad dandum ad vsuras,

A ita licet vt maleficio illius qui est paratus ad dissoluendum aliud maleficium. Non, inquam, obstat, quia non est eadem ratio, nam bene licet vt iniquitate alterius parati, ad peccandum, quando illud quod ab illo petitur, potest dare, sine peccato si vult, & ex iniquitate sua provenit, quod det cum peccato, & ita est de vsurario: posset enim mutare sine interesse aliquo vltra fortem, & sic dare sine peccato, & idcirco licet alteri ab illo petere, quia non nisi bonum postulat: at vero quando sine peccato illud facere nequit, neutiquam licet alteri ab illo petere: & sic est in proposito, nam soluere maleficium minime ille sine peccato potest, etiam si velit, quando non potest solui maleficium sine nouo opere demonis, quod ipse demon non præstabit sine committito cum illo, quod absolute inhibetur hominibus Leuit. 19. & 20. & 1. Reg. 28. vnde, tunc recurrendum est ad remedia sancta, quæ opponuntur. 33. quæst. 1. cap. fi. scilicet orationes & exorcismos.

Annotare tamen hic oportet, quod licitum est, ac meritorium secundum doctores conuenire maleficium & rogare, imo & pecunia ab eo extorquere, vt illas ligaturas quas habet sepultas, aut suspensas, aut alicubi asseruatas inde dimoueat: quia illud maleficium facere virtus est. & Siquidem quod tunc a maleficio petitur æquum & iustum est, & quod ipse licite præstare potest, nulla nanque arte demonis ad huiusmodi maleficium dissoluendum opus est, cum naturali industria dissolui possit, & id circo pro committito habeatur, maleficium huiusmodi non solum posse maleficium dimouere, verum etiam ad id teneri, & compelli, siue per iudicem ecclesiasticum siue secularem. ♠

De furia vel amētia impedimēto, nõ opus est hic quæstionē mouere, sufficit enim scire, quod si furia vel amētia matrimonio

Leuit. 19. cap. 20. 1. Reg. 28.

monio successit, siue consummato solū rato, nõ dirimit illud matrimoniū. Si vero rato antecessit, tunc distinguendū est, nã vel furiosus est perpetuus, vel lucidis vtitur interuallis, & siquidẽ fuerit perpetuus, nullatenus matrimonium contrahit, & si attentet, nullum est, quoniam nõ potest habere consensum legitimū. Si vero habens lucida interualla, contrahat eo tempore quo ratio illi eclipsatur, eadem ratione non est validum: si autem contrahat quando vtitur rationis luce, solidum fit matrimonium. De hac re agitur. 32. quæst. 7. cap. hi qui matrimonium, & c. sequenti. Et annotare hic oportet, quod si tempore, quo quis est sanæ mentis, baptismi & extreme vnctionis sacramentum desiderauit, postea verò contingat, cum in amentia incidere, licite ei sacramentum conferri poterit, at vero si tempore, quo est sanæ mentis, cum Maria contrahere velit, etiam si postmodum tempore furia verba necessaria ad contrahendum dicat: contractus ille matrimonialis est irritus, & nullus, & ratio huius discriminis est satis euidens, eo quod recipiens alia sacramenta habet se vt patiens, ad quod satis est, cum prius fuisse dispositū & non ponere obicem tempore quo actualiter illud recipit, cum autem (vt supra dictum est) in matrimonio contrahendo vterque coniux se habeat vt recipiens & conferens sacramentum, ex eo, quod vnus illorum est veluti minister sacramenti quod alter recipit, & è contrario, fit consequens vt in illo qui sacramentum confert actualis exigatur consensus. vtrum autem cum furia matrimonio contracto, & consummato superuenit vsus coniugalis illis sit permittendus merito dubitare quis poterit; sed huic dubio persequentes conclusiones nõ in sufficere arbitror me satisfacere posse. Quarum prima est, quando cunque vterque illorum est amens, siue furiosus, separandi sunt adinuicem donec ad mentem redeant, Quod quidem

A maximè habet verum cum ex illo congressu periculum proli euidens struatur. eo quod commodè educari, ac instrui nequeat, sicut natura intendit, & tunc erit peccatum mortale dare operam ad hoc vt cõmiscantur, etiam si ipsi amens coniugio vtentes non peccent. Cum autem vxor fuerit sanæ mentis, & vel nulla est spes concipiendi, vel nullum abortus periculum, huiusmodi accessus non videtur esse peccatum mortale etiã si illa virum furiosum vt ad ipsam accedat inducat, imo crediderim ego nullum peccatum committere, si quidem iure suo, & re sua ad propriū vsum vtitur.

Tertia conclusio. Quando autem vxor est amens, & est spes concipiendi, regulariter concubitus erit illicitus, quia regulariter periculum abortus imminet, & præterea, multoties filij nascuntur amētes, cū partus ventre sepe se qui soleat, & à fortiori cõclusio ista erit vera quando vterq; coniux est amens.

Quarta conclusio. Et si sanæ mentis coniux furioso debitum reddere teneatur tempore quo est mentis compos, si lucida interualla habeat: at tamen tempore quo est in amentia & à fortiori cū est perpetuo amens reddere illi debitū petenti, neutiquam tenetur, quoniam petitio huiusmodi nõ est actus humanus nisi forte fornicationis, vel feminis effusionis extra vas periculū timeretur. ♠

De impedimento incestus.

L. DIFFICULTAS.

Vtrum incestus sit impedimentum matrimonium contrahendum impediens, ac dirimens contractum.

Pro præsentis difficultatis elucidatione duo præannotare oportet. Primum quod incestus committitur, & accedendo ad propriã consanguineã, & ad con-

1. Conclu.

fanguineam propriae vxoris. Secundum A quod huiusmodi incestus potest esse precedens matrimonium, & subsequens. Et quidem de incestu precedenti matrimo-
1. Concluf. nio. Sit prima conclusio affirmatiua, quae directe quaestioni respondeatur nempe quod incestus quo quis cognouit vxoris consanguineam, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Itaque si quis ducat
 B consanguineam illius quam cognouit infra quartum gradum, etiam si sponsalia antecesserint matrimonium est nullum, ratione affinitatis contractae. Signanter dixi consanguineam vxoris, quia accessus ad propriam consanguineam nullum causat impedimentum, quauis sit grauius peccatum quam accessus ad consanguineam vxoris. Hae
 C conclusio patet ex decreto concilij apud Me-
Coci. Me. vi. ciam cap. x. de eo qui cognouit consanguineam vxoris, & cap. veniens, & cap. ex literis & 32. q. 7. Et ratio illam suadens est, quia minime aliter honestas ac decor matrimonij seruari posset,
 Annotato tamen hic primum, quod haec conclusio est intelligenda de incestu consummato in vase legitimo, nam extra, vel nefarie in vase illegitimo incestus perpetratus non impedit, ut patet in cap. extra ordinaria 35. quaest. 2. & 3.
 Annotato etiam secundo, quod licet nullam sit matrimonium, ut dicit conclusio, nihilominus tamen in foro ecclesiae dirimi non debet, nisi incestus legitime fuerit comprobatus, etiam si ambo ipsum incestum fateantur.
2. Concluf. De subsequenti vero incestu est secunda conclusio, quod incestus siue subsequatur matrimonium consummatum, siue ratum, non ipsum dirimit, quia matrimonium ratum per solum ingressum religionis dirimitur, impedit tamen incestuoso matrimonij usum, ita ut non possit a propria vxore debitum exigere reddere tamen illi petenti tenetur. Ex hac conclusione elicitur, caute legendos esse canones. Qui dormierit, & con-

cubuiſti. 32. quaest. 7. Nam cum illic dicitur, qui cum sorore vxoris suae dormierit, neutram habeat, non sic intelligitur, quod suam debeat relinquere, sed quod debitum ab ea non exigat. Et quod ait Zacharias, quod quae vxor eius fuerit, nubat in domino cui velit, intelligitur postquam vidua fuerit. Item habetur, in illo cap. Qui dormierit, & in capi. Si quis viduam quod mortua vxore propria, non possit cum aliqua alia contrahere quod si de facto contrahat mortua vxore contra statuta in istis capit. & in cap. 1. & 2. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suae, licet factum teneat mortaliter tamen peccat, si praeter dispensationem illud fecerit, & secundum aliquos nam Caietanus verbo matrimo-
 C nij contractus, veniale tantum esse, asserit, ex eo quod absque inobedientia aliqua ecclesiae non fit. Et haec sententia apparet mihi probabilior, modo incestus fuerit occultus unde non dubium est, quin episcopus dispensare valeat, ut aliam ducat. Et intelligenda est haec conclusio, de incestu cum consanguinea vxoris sicut conclusio praecedens, & non de incestu cum consanguinea propria. Haec namque est opinio. D. Th. in 4. d. 37. & Ricardi, & Siluest. verbo matrimonium. 7. §. ult. & Caieta. in summa, verb. Matrimo. & D. Th. assignat pro ratione, quia incestus ponit impedimentum non tam ratione culpae quam ratione affinitatis, quam causat, est etiam ratio illud suadens, quia non reperitur in iure hoc de proprijs consanguineis, sicut de consanguineis coniugis, & huiusmodi impedimenta potius sunt restringenda quam amplianda. Et cum sit lex poenalis. Item quia cum per accessum ad vxoris consanguineam matrimonij iura violentur, dignus est, ut in his quae spectant ad matrimonium, puniatur, & contrario vero cum per accessum ad propriam consanguineam huiusmodi iura non violentur qui tale incestus peccatum committit non meretur haec poena puniri. ¶

Caieta.

¶

D. Thom. Ricar. Siluest. Caiet.

¶

¶

Sed dubium statim consequenter se offert circa dispensationem faciendam, quis poterit dispensare cui dubio alijs duabus conclusionibus respondetur. Prima, quod in primo casu videlicet, quando crimen est precedens matrimonium, quauis iure ordinario, ut more & usu ecclesiae constat, ad summum pontificem pertineat dispensare in tali impedimento nihilominus tamen, quando bona fide matrimonium praemissis requisitis iuxta
 B formam concilij esset celebratum: nepe, quia ille nequam fuerat suspicatus, illam quam cognouerat, consanguineam istius fuisse cum contrahit, sed post contractum matrimonium id intellexit, tunc si ad papam non potest haberi recursus & impedimentum est occultum, & illorum separatio, qui de facto contraxerunt, sine magno scandalo fieri non potest, episcopus potest dispensare in gradibus prohibitis in matrimonio, sicut sepe accidit in mulieribus cognitis a consanguineis viri, antequam matrimonium contrahant. Conclusio haec est Siluest. verbo dispensatio, §. 9. Et ratio est, quia non est verisimile quod papa velit, manere in laqueis huiusmodi animas, quae Romam adire non possunt, aut mittere. Et tunc potest qui tale habet impedimentum per se vel per confessorem petere a superiore dispensationem, qua obtemperare debent eo modo quo in superioribus difficultate 17. explicuimus.
 2. Concl. Secunda conclusio sit, in secundo casu, scilicet quando crimen incestus subsequitur, credo quod potest episcopus dispensare, imo quod debet, scilicet, ut possit debitum petere, saltem si ad Romam non pateret incestuoso facilis aditus vel propter eius paupertatem aut infirmitatem, aut propter nimiam distantiam, imo fortasse sine istis impedimentis etiam potest, haec conclusio est communis sententia, ut Paludani dist. 37. & Siluest. verbo debitum coniugale quaest. 9. & verbo matrimonium 8. quaest. 15. & omnium

1. Concluf.

Siluest.

2. Concl.

Palud. Siluest.

A maximè Dominici à Soto, in eadem d. Soto. quaest. vnica. artic. 2.

De impedimento defectus aetatis.

L I. DIFFICULTAS.

Utrum defectus aetatis impediatur matrimonium?

Difficultati huic duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit, aetas legitima ad matrimonium contrahendum in masculis optimè statuta est, in 14. anno. & in foeminis in 12. Probat, nam in contrahendo matrimonio habenda est ratio causae, scilicet consensus, & finis qui est generatio, & propter vtranque rationem leges tempus praedictum pro matrimonio statuerunt: tunc namque puer lucem rationis habet ut libere possit in matrimonio consentire, & etiam incipit habere potentiam ad generandum & ad debitum reddendum, quod requiritur ut sit aptus coniugio. Quod si ante tempus praedictum contrahant, contractus non valet pro matrimonio; sed tantum pro sponsalibus ut manifeste constat ex cap. vnico de sponsa. impub. lib. 6.
 2. Concluf. Secunda conclusio prioris declaratiua sit. Cum praecipua iuris positui determinet id quod in pluribus contingit, si contrahentes ante praedictam aetatem vere fuerint carnaliter copulati, vel saltem ad idonei, matrimonium erit validum haec conclusionem tenet Panor. cui subscribit Siluest. verbo matrim. 5. quaest. 2. & ratio illam suadet, quia tunc malitia potentiaque coeundi supplet aetatem, ut patet in cap. de illis & in cap. continebatur habetur, quod si foemina cognita fuerit a viro aetati proxima, scilicet in vndecimo anno vel circa duodecimum, satis erit pro matrimonio contrahendo, imo & si foemina in 10. & vir in 12. anno forte copulati affectu maritali consum-

1. Concluf.

2. Concluf.

Panor. Siluest.

consumauerint, si in illis effulgeat tatalux rationis, que sufficiat ad consentum prastandum, matrimonium est validum.

D. Hiero. do quidem Hieronymus in epistola ad Vitalem coniecturas adducit, Salomonem decimo anno Roboam genuisse.

D. Grego. Et Grego. 4. li. dialogo. c. 19. refert puerum nouem annorum nutricem suam foecundasse, & Albertus in. 4. d. 35. ait se vidisse puellam in nono anno concepisse & peperisse in. 10. rarissime tamen existimo casum istum posse contingere.

Albertus magnus.

E

Sciendum tamen nobis est hic, quod si iam alias constet aliquos impuberes qui modo contrahunt ad carnalem congressum potentes esse, etiam si copula inter illos non praecesserit, matrimonium erit validum, vt si ante. 14. annum puer inueniatur rem cum alia foemina habuisse, & pari ratione si inueniatur puella quae contrahit ante. 12. annum rem cum alio viro habuisse, tunc etiam si inter se nondum sint commixti, verum ac legitimum matrimonium contrahitur.

Soto. Siluest.

Hoc notabile tenet expresse Dominicus a Soto in 4. dist. 37. quae st. vnica. & Siluest. verbo. matrimo. 5. §. 13. Sed quauis in conscientia hoc sit valde probabile, crediderim tamen ego tutius esse copulam inter ipsos expectare, vt in iudiciali foro sententia pronuntiariqueat. Si autem solum nusus ad copulam praecesserit siue cum illa cum qua contrahit siue cum alia, & non fuerit cum effectu subsequuta, matrimonium illud ante legitimum aetatem contractum irritum & nullum erit, vt habetur in capi. attestations de desponsatione impuberum, quod quidem quantacunque prudentia polleant secundum ius canonicum verum esse, existimo, & ita asserit Siluest. verbo matrimonium. 5. quast. 2. & adducit Panor. in hanc sententiam, in nullo nanque canone hoc inuenitur permissum, at vero in matrimonio contrahendo minime arbitrari licet, sed verbis canonum insistere: in iure tamen na-

Siluest.

turali dantaxat stando: verum conficetur matrimonium.

De impedimento ligaminis.

LII. DIFFICULTAS.

Utrum ligamen sit impedimentum matrimonium impediens contrahendum & dirimens contractum?

Ad hanc quaestionem, supposito quod tunc dicitur quis ligatus esse cum iunctus est alteri matrimonialiter, per aliquot conclusiones. Respondetur, prima qua directe respondetur, est, quod matrimonium per verba de praesenti legitime contractum, siue consummatum fuerit siue non nisi ratum, viuentem coniuge impedit contrahendum, & dirimit contractum: probatur, nam iure naturali persona ligata vni coniugi per verba de praesenti vel per verba de futuro, ante concilium Tridentinum si sequuta esset copula carnalis cum affectu maritali, non poterat contrahere cum altera persona, & si contraheret, etiam si consummaret, matrimonium istud secundum erat nullum, & primum permanebat firmum, solum enim quando non fuerat inter eos copula carnalis subsequuta alter altero etiam inuito poterat sicut & modo potest, religionem intrare, & per professionem dirimitur matrimonium illud non consummatum, vt habetur extra de conuer. coniuga.

Sed quid faciendum, si vxor maritum absentem mortuum esse per certos nuntios legitimos testes cognouit: & contraxit cum alio, postea autem venit certus nuntius affirmans cum iuramento eum viuere, vel ipse maritus reuertitur? Pro hoc dubio sit secunda conclusio in ordine, quod quamuis illa non peccauerit contrahendo cum secundo, quia bona fide contraxit, putans primum esse

2. conclus.

mortuum: attamen quotiescunque copertum fuerit, Priorem coniugem viuere, tenetur ad illum, reuertere secundo matrimonio soluto. Conclusio ista est decretum Leonis Papae cap. cum per bellicam, & cap. cum in captiuitate, & si virgo. 34. q. 2. & ratio est liquida, quia primum matrimonium nunquam fuit solutum, ac perinde neque secundum solidum.

3. conclus.

Tertia conclusio, licet mala fide ac subinde cum graui culpa secundum matrimonium fuerit contractum; nempè, quia vehemens opinio vrgebat priorem maritum viuere, si mutuus consensus adfuerit de praesenti cum forma concilij, & reuera tunc maritus erat defunctus, matrimonium secundum tenet, quia omnia necessaria ad contrahendum verum & legitimum matrimonium concurrunt.

4. conclus.

Sed est dubium, quanta certitudo requiratur de morte coniugis absentis, vt alter possit ad secundas nuptias transire absque culpa? Pro hoc dubio ponitur. 4. conclusio, quod est necessaria moralis certitudo secundum arbitrium & iudicium prudentum, per nuntium certum habitum, vel per equiualens testimonium. Haec conclusio habetur in capi. in praesentia de sponsal. & in cap. Dominus de secundis nuptijs, vbi dicitur, quod nullus talis praesumat ad. 2. nuptias conuolare, donec ei constet, quod coniux eius de hac luce decessit. Quo fit, vt quandiu res sit dubia tali dubio, quod nullus est vel assensus, vel dissensus, sed animus pendet, nullatenus liceat alteri se copulare, cum illic esse nequeat bona fides, & agat contra dubium. Et quod dictum est de morte absentis coniugis, id quoque est intelligendum cum post matrimonium ratum non consummatum fertur, religionem esse professum. Videlicet quod quandiu est dubium, an sit professus an non, neuiquam licet sic dubitanti ad secundas nuntias conuolare. Quod si aliquis vel aliqua, sic dubitans verifi-

militer de morte prioris coniugis, de facto transierit ad secundas nuntias, determinat Pontifex in cap. cit. quod ei cui nupsit, debitum non denegat postulanti, sed nullatenus exigat.

De impedimento disparitatis cultus.

LIII. DIFFICULTAS.

Utrum inter infideles legitimum possit matrimonium contrahi?

VT melius difficultatem hanc explicemus, annotandum est, quod matrimonium est quid naturale, quantum non sit naturale tanquam quid causatum ex principijs naturae ex quadam necessitate, sicut sunt alia naturalia, quae a naturae principijs producuntur, tamen est naturale, quia natura inclinat ad coniunctionem maris & foeminae, licet perficiatur per voluntatem: & hinc est, quod Arist. 8. eth. c. 12. ait, hominem esse naturaliter magis animal coniugale quam politicum.

Arist.

Hoc fundamento sic iactantur duabus conclusionibus difficultati respondetur, prior sit, contractus matrimonialis vni certi ad certam foeminam sicut reperitur verus & legitimus inter fideles, sic & inter infideles, quatenus matrimonium est naturae contractus, & concupiscentiae remedium. Haec conclusio praeter hoc quod est Hugo lib. 2. de sacramentis p. 11. c. 13. Probatur manifesta ratione, quia notum est, infideles propter infidelitatem naturalia non amississe, inter illos ergo est verum matrimonium. Item compertum est, matrimonium ante omnem infidelitatem institutum fuisse in paradiso terrestri, quando Dominus creauit Adam adiutorium simile sibi, quod cum non inueniretur inter omnia animalia, misso sopore in Adam, formauit ex costis eius Euam, vt constat ex scriptura sacra in principio Geneseos. Institutum enim

1. Conclus.

Hugo.

enim fuit matrimonium ante omne pec-
 catum, in officium naturæ ad multiplica-
 tionem, & conſervationem generis hu-
 mani, dum dixit Deus, creſcite & multi-
 plicamini, idque inſinuavit Adam: cum
 dixit, hoc nunc os ex osibus meis, & ca-
 ro de carne mea: propter hanc relinquet
 homo patrem & matrem, & adhærebit
 vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna. Quo
 fit, vt dato non fuiſſet peccatum, ſed pri-
 mi parentes perſeuerarent in ſtatu illo
 ſalutiſſimo innocentia, & omnes eorū
 filij, verum nihilominus eſſet matrimo-
 nium, ac indiſſolubile, quia procreatio
 & educatio prolis, quæ eſt finis matri-
 monij, ſine perpetuitate fieri nequit com-
 modè. At vero poſt peccatum fuit ma-
 trimonium inſtitutum in remedium cō-
 cupiſcentiæ, vt ſupra dictum eſt, nempe,
 vt homo ipſam poſſet explere cum pro-
 pria vxore abſque peccato: quod quidē
 declarans Apoſtolus, inquit, vnusqui-
 ſque propriam vxorem habeat propter
 fornicationem. Item quia inter infideles
 reperitur vera matrimonij ratio, quæ eſt
 maris & foemina: legitima coniunctio
 indiuidua vitæ conſuetudinem retinēs,
 cum non omnis foemina omni viro cō-
 iungatur, ſed abſtinet ab aliquibus gra-
 dibus. Non enim eſt aliqua gēs tam bar-
 bara, vbi pater cum filia, aut mater cum
 filio contrahat. Eſt etiam indiuidua vitæ
 conſuetudo, nam licet contingat apud
 infideles, quod poſt legitimum matri-
 monium aduertant, & contrahant cum
 alijs diſmiſſis legitimis coniugibus, attā-
 men illud non tanquam licitum fuit illis
 permiſſum per libellum repudij, ſed vt
 impune fieret. Tandem probatur ex Pau-
 lo dicente, ſiquis frater vxorem habet in
 fidelem, & hæc conſentit habitare cum
 illo, nō dimittat illam. Notum enim eſt
 Paulum locutum fuiſſe de illis, qui con-
 iuncti ſunt, quando vterque erat infide-
 lis: ſupponebat enim, quod antequam
 conuerterentur, erant vere coniugati, ac
 promde verum matrimonium. Ex qui-
 bus iam colligitur, non eſſe dubitandū,

1. Cor. 7.

2. Cor. 7.

A quin apud infideles huius noui orbis
 tempore ſuę infidelitatis fuerit verum
 matrimonium, vbi coniugebantur ſe-
 cundum mores ſuos vir & foemina ad
 prolis procreationem, & operum com-
 municationem, de modis vero ſingu-
 lis ac particularibus quibus iungeban-
 tur tum primates, tum etiam infimi hō-
 mines in reliqua plebe, non eſt nobis
 animus hic tractare, cum tot tanque di-
 uerſi eſſent: ſat enim erit vnicique ſci-
 re quod ſi contrahebant iuxta conſue-
 tudinem apud illos obſeruatam, quod
 erat verum matrimonium.
 B. Posterior conclusio. Eſt vt dictum
 eſt in priori conſuſione, apud infideles
 reperitur verum matrimonium, non ta-
 men hoc matrimonium cenſendum eſt
 ſacramentum eſſe. Probatur, quia bap-
 tiſmus eſt ianua omnium ſacramento-
 rum, & ideo ante ipſum nuptiæ non
 ſunt ſacramentum, alioquin etiam re-
 periri poſſet ſacramentum ordinis ante
 ſacramenti baptiſmi ſuſceptionem, cu-
 ius contrarium diſſinitum eſt in capi.
 Veniens de presbyt. non bapti. Dicitur
 namque illic, oportere infidelem ordi-
 natum, qui ſcilicet baptizatus non eſt,
 vt baptizetur, & iterum ordinetur. Eſt
 etiam conſuſio expreſſa ſententia D.
 Tho. in 4. diſt. 31. quæſt. 1. art. 2. Cuius ra-
 tio eſt, quia non videtur credibile, quod
 Chriſtus inſtitueret ſacramentum apud
 gentes, quibus nunquam ſuum effectū
 videlicet gratiam conferret. Et ſi alicubi
 appellatur ſacramentum, vt in cap. gau-
 demus de diuort. Vbi dicitur, quod ſa-
 cramentum coniugij apud fideles & in-
 fideles exiſtit, intelligendus eſt locus
 iſte & ſimiles de ſacramento large ſum-
 pto, ſcilicet in quantum eſt ſignum rei
 ſacræ, quamuis gratiam non conferat,
 vt erāt ſacramenta veteris legis. Et hoc
 pacto matrimonium etiam in lege natu-
 ræ erat ſacramentum: id eſt, myſterium
 & ſignum ſignificans vñionem Chriſti,
 & Eccleſiæ futuram, vel dicendum, quod
 matrimonium antequam eſſet ſacramē-
 tum

2. Conclu.

D. Thom.

tum, quamuis eſſet perfectum perfectio-
 ne naturali, vt per quod proles gigni po-
 terat & educari, non tamen erat omni-
 no perfectum perfectione ſupra natura-
 li, quæ conſiſtit in gratia dei, quia non
 conſequebantur gratiam virtute matri-
 monij, quod contrahebant, licet illam
 poſſent tunc obtinere per conuerſio-
 nem in deum. Vnde perfectio matrimo-
 nij in lege naturæ erat materialis reſpe-
 ctu perfectionis euangelicæ, quæ veluti
 ſuprema forma ei complementum ad-
 hibet. Hæc eſt ſententia D. Tho. in 4.
 diſt. 39. q. 1. art. 2.

D. Thom.

LIII. DIFFICULTAS.

Vtrum fidelibus liceat cum infidelibus
inire coniugia.

1. conclus.

A D hanc difficultatem quatuor
 conſuſionibus reſpondetur, &
 earum prima ſit affirmatiua: nempe,
 quod contrahere fidelem cum infideli,
 & peccatum eſt graue ſacrilegij, quo ſci-
 licet ſacra religio commaculatur, & ma-
 trimonium eſt prorsus nullum, & ſic
 cultus diſparitas eſt impedimentum im-
 pediens matrimonium contrahendum
 & dirimens contractum. Itaque fidelis
 non poteſt contrahere cum iudæa, ſar-
 racena, gentili, vel pagana, & ſi de factō
 contrahat, nullum eſt matrimonium.
 Hæc conſuſio eſt concors theologo-
 rum ſententia in 4. diſt. 39. & ratione
 probatur, quia cum principalior finis
 matrimonij ſit non ſolum generatio
 (quam vtiq; cultus diſparitas non im-
 pedir) veram & liberorum educatio in
 ordine ad dei cultum, & educatio fiat
 communiter inter patrem, & matrem,
 ſit, vt ſi vnus ſit fidelis & alter infidelis,
 non poſſit fieri huiusmodi educatio,
 quia vterque parentum conaretur pro-
 lem ad ſuam religionem pertrahere, er-
 go non poteſt inter fidelem & infide-
 lem eſſe conueniens matrimonium. Et

A eadem ratione & huiusmodi cultus diſ-
 paritas ſecundō matrimonij fini, qui eſt
 tranquilla cohabitatio in eadem domo,
 aduerſaretur, nam inter quos eſt diuer-
 ſitas cultus, ſcilicet religionis, ſacrificio-
 rum & cæremoniaram pax & amor, mi-
 nimè conſtare poterit.

Sed vtrum hæc prohibitio matrimo-
 nij inter fidelem & infidelem ſit de iure
 naturali, an diuino, an de ſolō iure pon-
 tificio ſancita eſt dubiū? Cur dubio hæc
 ſecunda conſuſione reſpondetur. Non
 eſt prohibitum matrimonium inter fi-
 delem & infidelem iure naturali, nec di-
 uino. Nec diſparitas cultus dirimit
 matrimonium. Hæc conſuſio quo
 ad primam partem manifeſtè proba-
 tur, nam legimus Ioseph hebreum cum
 Aſſene egyptia, & Moïſem cū Sephora
 & Heſter cum Aſſuero cōtraxiſſe, & ta-
 men alteri iſtorum erant fideles alteri
 autē infideles. Item deuter. c. 21. dixit do-
 minus filijs Iſrael, quod ſi egreſſus quis
 eſſet ad pugnam, & vidiffet mulierem
 pulchram in medio captiuorum, & ada-
 maſſet eam, & ad illam intraſſet, dormiſ-
 ſetque cum ea, quod eſſet ſibi vxor: fa-
 teri ergo opus eſt, non eſſe matrimoniu
 iure natura prohibitum inter diſpares
 cultu, quia alias non eis dominus hoc
 concederet. Tandem probatur, nam ſtā-
 do in ſolō iure naturali, vt contrahi poſ-
 ſit matrimonium, non amplius requiri-
 tur quam quod perſonæ ſint habiles ac
 idoneæ: compertum eſt autem fidelem
 & infidelem habiles eſſe ad matrimo-
 nium contrahendum, ergo non eſt ne-
 gandum poſſe inter eos conſiſtere ma-
 trimonium in ſolō iure naturali ſtando.

2. Conclu.

Deut. 21.

Quo ad ſecundam vero partem nempe
 quod non ſit iure diuino prohibitum
 matrimonium fidelis cum infideli, & in
 primis quod non in veteri lege, proba-
 tur, quia licet in lege moſaica Deus po-
 pulo Iſraelitico matrimonia cum gen-
 tibus terræ promiſſa interdixit, ſcilicet
 cū Hethæis & Geregezeis, & Amoreis
 & Chananaeis, & Pherezeis, & Euæis, &
 Iſubæis

Deut. 7.

Iebuseis septem gentibus, ut cautum est Deut. 7. Et ratio erat, ne illorum idololatria, & corruptis moribus contaminarentur, & sic non poterant cum illis coniugia sociare, nisi conuerterentur ad Iudaismum: attamen non erat inhibitum matrimonium cum omnibus infidelibus, cum multi ex Iudæis contraxerint cum alienigenis, ut dictum est, nec in lege euangelica reperitur talis prohibitio. Imo euidens argumentum sumitur in contrarium ex lege ipsa euangelica, quia per hoc quod alter conuerteretur ad fidem, matrimonium derimeretur, si in Euangelio esset talis prohibitio. Quare Paulus non potuisset consuulere, quod si infidelis velit sine contumelia saluatoris cum fidele manere, eum fideles non desereret. **E** Nec obstat id quod idem Apostolus. 1. Cor. 7. dicit, quod si dormierit vir eius soluta est a lege viri cui vult nubat tantum in Domino, id est cum fidele, ut D. Tho. Ansel. Theophi. & Caiet. explicant. Ex quo colligi videtur in lege gratiæ huiusmodi prohibitionem factam esse. Non inquam obstat, cum ille locus plures alias expositiones admittat, scilicet, tantum in domino, id est, cum domini benedictione, vel tantum in domino, id est, ad honorē dei, ut rationalem hominem decet, vel aliter, quod Paulus his verbis prohibet fieri, non tamen, quod si fiat, factum non teneat, siue domini siue Pauli præceptum sit, & hæc expositio potior mihi videtur. **F**

Annotaretamen oportet circa hanc conclusionem. Quod quamvis nec iure naturali nec diuino sit prohibitum matrimonium inter fidelē & infidelē, nihilominus tamē secluso iure potificio, stādo in mero iure naturali, & diuino contrahere fidelem cum infideli esset genere suo mortale, nisi aliqua vrgens, vel expediēs causa culpam excusaret. Aliud nanque est loqui de impedimento ne tale matrimonium fiat, aliud vero de impedimēto illud dirimente, ut egregiē ait Domi-

nicus à Soto in. 4. dist. 39. quæst. vnica art. 2. Iuxta dicta est intelligendus Diuus Augustinus: quando dicit de adulterinis coniugijs, quod contrahere fidelem cum infideli est contra præceptum noui, & veteris testamēti, vult enim dicere, quod peccat contrahens cum infideli: non tamen quod stando in solo iure naturali, & diuino tam veteris quam noui testamenti matrimonium sit irritum & inualidum. **B**

Tertia conclusio. Iure merè positio ecclesiastico nunc est prohibitum matrimonium inter dispares cultu. Hæc conclusio est determinata in concilio Calcedonen. c. 14. & in conc. Arela. i. c. 11. dicitur nanque illic, quod puellæ fideles quæ gentibus iunguntur, à communione separentur, & in concilio Libertino. c. 15. & 16. & in conc. Toletano. 4. c. 61. & habetur. 28. quæst. i. c. non oportet. Tenet insuper istam sententiā omnium Theologorum schola in præallegata dist. 39. & consuetudo Ecclesiæ vniuersalis à traditione Apostolorum obseruata. Ea enim quæ pertinent ad ius naturæ, sunt determinabilia per ius posituum, ut dicit D. Thom. in distinctione citata. Ex hac conclusione manifestè elicitur primo, quod si fidelis cum cathumena, antequam sacramentum suscipiat, contrahere tentet, non obstante quod illa credatur in gratia & amicitia dei existere, nihilominus matrimonium est nullum: & si postea ipsa baptizetur, & post baptismum susceptum volunt simul manere, debent de nouo in matrimonium consentire, cum prius matrimonium contractum ante baptismum nullum fuerit. Quod si ille non vult illam post baptismum accipere in coniugem, non est compellendus, nec ipsa si tunc ipsum non vult recipere, quia matrimonia liberrima esse debent. Quo fit, ut si alteri nupsisset, alter illorum, prius quàm de nouo consentiret, firmum ac legitimum esset matrimonium, quod verum est, etiam si eam carnaliter cognouerit

soto.

D. Aug.

3. conclus.

Con. Cal.
Cōc. Arel.
Cōc. Libertino.

Cōc. Tolet.

D. Thom.

post

post baptismum, dummodò non nouo sed antiquo consensu coierint. Ratio est quia baptismus, ut in proprio loco diximus, est ianua omnium sacramentorum. Vnde non est audienda glossa super cap. Veniens de presby. non baptiza. Vbi ait, quod baptismus fluminis sat est ut possit quispiam sacramentum eucharistiæ suscipere ante baptismum fluminis. Si vero post baptismum de nouo clam vel palā confecerunt, & alter eorum, postmodum ad secunda vota conuolauerit, cogendus est redire ad coniugem quam reliquit. Secundo sequitur ex conclusione hac tertia, Summum Pontificem posse dispensare, ut fidelis cum infideli contrahat ex rationabili causa, imo quamuis absque vlla causa dispensaret, ut contraherent, matrimonium teneret, non tamen fas esset dispensare absque vrgentissima causa. Tercio inferitur ex hac tertia conclusione quod possunt infideles quantuncumq; dispares cultu ac religione contrahere in terse matrimonium, nisi suis legibus prohibitū fuerit. Huius corollarij ratio euidens est, quia cum infideles sint extra ecclesiam, non arctantur legibus humanis ecclesiasticis. Dixerim, nisi aliter suis legibus fuerit cautum, quia probabiliter possumus dicere, quod rex infidelis in sua re publica potest leges condere, si ei visum fuerit expedire, ad comodam illius gubernationem, quod infideles eius subditi non contrahant cum gentibus alterius ritus, & quod si de facto contrahant, sint irrita talia matrimonia, & legem sic latam omnes illius subditi obseruare tenentur. Et idem est intelligendum de cathecumenis, nam quantum ad hoc eadem militat ratio de omnibus non baptizatis. **E**

4. conclus.

Quarta conclusio. Quamuis in concilio Toleta. 4. & Agateni sit prohibitum fidele matrimonium contrahere cum hæretico, attamen si fidelis attentet contrahere cum illo, non erit irritum matrimonium sed validum. Conclusio ista est omnium theologorū sententia in præallegata dist. 39. nec requiritur ad eius pro-

uationem aliud testimoniū, quam quod nullum est ius posituum nec vlla consuetudo irritans factū. Posito enim quod quis sit baptizatus, siue sit hæreticus siue apostata, matrimonium erit validum, quandoquidem hæreticus & apostata licet à fide discesserint characterem tamen christianismi (qui indelebilis est) semper retinent, verum est tamen quod foemina hæretico nubens, dotem amittit, ut patet in cap. Decreuit, de hæreti. in. 6. **B**

Quinta conclusio licet alter coniugū incidat in hæresim, non ideo ille qui remanet fidelis, potest transire ad alias nuptias, quamuis in hoc casu maior videatur contumelia saluatoris, quam quando infidelis non vult cohabitare cum conuerso ad fidem sine blasphemiam diuini nominis, sed tenetur continere. Ratio istius conclusionis est, quia matrimonium fidelium ratum est & firmum, in nulloque casu superueniente dissolui potest quoad vinculum, quoniam quos Deus coniugit homo separare non valeat. At vero potest tunc & debet diuortium fieri quo ad thorum, præcipuē si periculum subuersionis catholico immineat, quod vtrique semper imminere censendum est, quod præcipi non potest in vno actu vel duobus, & sic non propter vnum actum aut duos faciendum est diuortium, ut dicit D. Thom. dist. 35. art. 1. in solutione. 3. sed oportet quod persistat post admonitionem in heresi. **D. Thom.**

Sed vtrum si hæreticus resipiscens ad obedientiam Ecclesiæ redeat, illique reconcilietur, catholicus reconciliatam in suam domum teneatur suscipere? Ad hoc dubium sub distinctione respondetur: nempe, quod si fuit ille, vel illa coniux ante Ecclesiæ sententiam priuatim emendata, tenetur catholicus poenitentem, si vero poenitens est, illam sibi reconciliare. Si vero fuit per Ecclesiæ sententiam condamnata, & à coniuge separata, & Ecclesiæ reconciliata, tunc maritus catholicus potest si vult, vxore inuita religionem approbatam ingredi, & profiteri, & similiter

ter mulier, si maritus fuerit haereticus, ut patet in cap. Mulier de conuer. coniuga. Si vero non vult religiosus fieri, compellitur poenitentem coniugem in commercium conjugale suscipere, ut patet cap. de illa & cap. quanto, de diuort. intelligitur dummodo illa reconciliata, sit adeo poenitens, ut absque periculo possit coniux catholicus manere cum illa, alias non compelleretur commorari cum illa. Nec solum potest catholicus fieri religiosus, verum etiam credendum est, quod inuita vxore qua fuerat haeretica, posset sacros ordines suscipere, licet hoc non sit expressum in iure, quia sicut in religione est votum solenne castitatis, ita sacris ordinibus est annexum votum, coniugi vero reconciliato non datur huiusmodi facultas, ut inuito catholico possit intrare religionem, imo nec sufficit licentia catholici, nisi catholicus ipse etiam ingrediatur religionem.

Est dubium paruum vltimate in hac difficultate, vtrum filij debeant sequi parentem conuersum ad fidem, vel infidelem in sua perfidia persistentem, & similiter catholicum parentem, an in haesim lapsus? Cui dubio sub distinctione respondetur, Videlicet quod si filius est doli capax, atque pollet vsu rationis, non est cogendus ad fidem. Quare siue pater siue mater conuertatur suo arbitrio filius relinquendus est, & solis rationibus, & monitis adducendus. Si vero non est doli capax, debet sequi conditionem foelicionem. Quo circa, si pater conuertatur illi adiudicandus est, ut patet in cap. ex literis, de conuersio. infideli. Et si mater, eandem etiam sequi debet, ut patet in cap. Iudaei, licet enim seruitus sequatur ventrem: tamen religio sequitur fidem.

L V. DIFFICULTAS.

Vtrum coniux ad fidem conuersus possit cum coniuge eandem fidem renuente commanere?

Questioni praesenti per aliquot conclusiones respondetur, & earum prima sit, matrimonium inter infideles legitime contractum, per conuersionem ad fidem catholicam, siue amborum simul coniugum, siue vnus tantum, non necessario dirimitur. Haec conclusio est de fide, Paulus namque. 1. cor. 7. consulit fidelibus, ne vxores infideles deserant, si spes conuersionis illarum sit, & tamen si vinculum solutum esset, nullo pacto simul illis cohabitare liceret. Et est expressa sententia D. Augustini contra Pollentium, de adulterinis coniugi, qui contrarium assererat, & scilicet talia matrimonia dissolui per conuersionem ad fidem, & est eiusdem Augustini in sermone domini in monte, & D. Thom. in. 4. dist. 39. & habetur determinata in cap. gaudemus, extra de diuort. inquit namque illic Innocentius, per sacramentum baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina diluuntur. Probat per rationem, nam cum fides non destruat naturam, sed potius perficiat, & matrimonium inter infideles iure naturae consistat, sit, ut non eo ipso quod alter ad fidem conuertitur, dissoluatur matrimonium quo ad vinculum, & propter eandem rationem concluditur, quod si ambo ad fidem conuertantur, matrimonium antiquum sine nouo consensu firmum permaneat. Et pari ratione, si antequam conuersus ad fidem ad alias nuptias conuollet, alius qui relictus fuit in infidelitate, ad cor rediens conuertatur, matrimonium antiquum est custodiendum.

Si vero vnus duntaxat fidem suscipiat, altero remanente in infidelitate: tunc aut ille qui remanet in infidelitate, est obstinatus, & est periculum maximum commanere simul, aut est spes conuersionis illius, & non est adeo iniquus, quin velit absque iniuria fidei & contumelia Christi cum coniuge fidei commorari, si primo modo, est secunda conclusio, si infidelis est pertinax, adeo ut sine contumelia saluatoris nolit cohabitare, fidelis quo ad thorum

1. conclus.

1. Cor. 7.

D. Aug.

D. Aug. D. Thom.

2. conclus.

thorum non solum tenetur nunc, verum & Apostolorum tempore tenebatur discedere ab illo infideli coniuge, quauis per hoc non dirimatur matrimonium quo ad vinculum. Haec conclusio habetur in Conc. 4. Toletano ca. 61. Vbi dicitur quod Iudaei qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab episcopo ciuitatis illius, ut si cum eis permanere cupiant, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint conuerti, separentur.

Tertia conclusio. Si est spes conuersionis, & vult infidelis absque iniuria fidei & contumelia creatoris commorari cum coniuge fidei, fidelis non tenetur, nec tempore Apostolorum tenebatur manere cum illo, sed tunc erat ei liberum, vel abijcere coniugem quo ad thorum, vel retinere. Cum enim in primitiua Ecclesia facile Iudaei conuertentur, coniugi conuerso ad fidem permittebatur commorari cum coniuge infideli, sed tamen ad id non tenebatur, & ut expressè tenet Aug. de adulteri. coniugi. capit. 13. & 18. cuius verba canonizantur. 28. quast. 1. cap. iam nunc & cap. sequenti. Ut liquido constat ex verbis Apostoli. 1. Cor. 7. dicentis, nam ceteris ego dico non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, &c. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis per mulierem fidem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidem. Vbi in verbo illo, dico ego non Dominus, insinuat Apostolus, non esse praecipuum Domini manere cum infideli, sed consilium ipsiusmet Pauli: quemadmodum de virginitate dicit. De virginibus autem praecipuum Domini non habeo, consilium autem do. &c. non ergo commanere tenetur conuersus ad fidem cum infideli. Item hoc idem aperte probat idem Apostolus, cum ait, non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi, id est, siue infide-

Coe. Tole.

3. Conclu.

E

1. Cor. 7.

lis discedat, siue manere velit, non est ei subiectus fidelis, sed potest si libuerit eum relinquere, nec cogitur cum illo manere, nisi ille catholicam fidem optauerit, & ideo Apostolus non iubet ne discedat: quia etiam tunc ius habet discedendi, sed consulit, ut non discedat, itaque si verba Pauli consideramus, fidelis coniux commorari potest cum infideli, licet non teneatur, eo quod ille qui ad baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori vitae moritur, & ideo liberatur ab obligatione, qua vxori tenebatur reddere debitum, & ei cohabitare. Sed hoc consilium Pauli duntaxat durauit per aliquod tempus, & videlicet, per 600. annos & amplius in primitiua Ecclesia, eo quod passim conuertebatur ad fidem, & Iudaei & gentiles, & ideo tunc vir fidelis poterat habere probabilem spem de vxoris conuersione, etiam si conuersionem non promitteret: postmodum autem tempore procedente, Iudaei fuerunt magis obstinati quam gentiles, sicut tempore martyri, & Constantini Imperatoris, & tunc non erat tutum cum vxore infideli Iudaea habitare, quia non erat spes de eius conuersione sicut de conuersione gentilis, & ideo tunc fidelis conuersus poterat habitare cum gentili, & non cum Iudaea, nisi conuersionem promitteret. Postea vero de cursu temporis, quia tam gentiles quam Iudaei obstinati sunt, ideo nisi vxor infidelis vel vir conuerti velit, non permittitur ei cohabitare: siue sit gentilis, siue Iudaea. Haec ad litteram D. Tho. d. 39. successione enim saeculorum introductus est iste vsus in Ecclesia, quem ponit D. Tho. scilicet, ut nemo infidelium cuiuscumque sectae fuerint, infideli coniugi commorari permittatur. Potuit enim optimè Ecclesia pro temporum varietate, & diuersa hominum conditione, consilium illud Pauli interpretari, aut mutare, cum non sit Domini praecipuum, sed ipsius Apostoli tamquam pastoris Ecclesiae consilium, ut dictum est. Hinc elicitur corollarie non licere modo infideli coniugi cum infideli habitare, etiam si aliqua existeret spes conuersionis illius, ut si diceret, quod modo non vult conuerti, tamen quod forsitan decursu temporis

E

D. Thom.

Ccc temporis

Coc. Tole.

temporis conuerteretur. Cuius ratio est evidens, quia lex non respicit ea quae raro accidunt, sed quae plurimum contingunt: seruandus igitur est modus praescriptus ab Ecclesia, & in concilio Tolitano. 3. c. 14. ¶ Est enim admonendus & requirendus, quod si in mora fuerit differendo conuersionem, non est amplius expectandus, sed fieri debet diuortium. ¶ Si enim adulterium carnale innocentem coniugem liberum facit ab obligatione debitum reddendi alteri coniugi ad altero, & cohabitationis cum illo, multo magis rationi consentaneum esse videtur infidelitatem, quae veluti adulterium quoddam spirituale est, fidelem a confortio infidelis liberare, tum, quia conuersus ad fidem priori vitae moritur, tum vero, quia quemadmodum in fauorem solennis voti concessum est, ut per illud matrimonium nondum consummatum dirimatur, sic etiam in fauorem Christianae religionis conuersis ad fidem conceditur, ut ad euitandum periculum quod eis ex commercio cum infideli imminet, diuortium facere queat. ¶ Verum est tamen, quod cum Indis huius noui orbis, & cum nigris, Summus Pontifex possit concedere, ut modus iste non seruaretur, sed quod possit conuersus manere cum infideli: quia facile conuertuntur, imo & cum gentilibus aliarum prouinciarum, vbicunq; conuersiones crebrius fiunt, ut egregie docet Dominicus a Soto in. 4. dist. 39. quaest. vnica arti. 3. Imo Episcopus, inquit, posset inducias illas prolongare, dummodo felix euentus speraretur, & infidelis velit cohabitare pacifice sine iniuria saluatoris, & sine hoc quod fidelem coniugem sollicitet ad peccatum.

Soto.

LVI. DIFFICULTAS.

Utrum fidelis ab uxore infideli discens possit aliam ducere?

Pro praesentis difficultatis elucidatione praemittere oportet tria fun-

A damenta. Primum, quod per solam suspensionem baptismi, matrimonium non statim dirimitur, quando quidem Apostolus. 1. Corinth. 7. consultit, quod maneat cum coniuge infideli. 1. Cor. 7.

B Secundum est, quod cum dicitur, si non vult cohabitare sine contumelia creatoris, non intelligitur impraesentiarum per contumeliam, quod seruat ritum suum ac morem colendi deos suos, sed per contumeliam saluatoris intelligitur, si Christum blasphemet, aut in ipsius fidem conuitia iactet, aut si fidelem coniugem ad suam sectam conetur pertrahere, aut alia morum corruptela inficere, tunc si admonitus desistere noluerit, fidelis non est seruituti subiectus, & debet eius confortium procellere.

C Tertium fundamentum est, quod pertrahere ad peccatum non intelligitur hic solum, quando infidelis motione violenta compellit fidelem ad mortale, eo modo quo homo ad peccatum dicitur cogi, quia non est proprie coactio, sed quando suggestionem & persuasionem conatur eum ad mortale pertrahere, & hoc sufficit ad hoc quod teneatur fidelis eius confortium euitare, ut si diceret vxor manens infidelis viro ad fidem conuerso, non ero tua vxor nisi mihi de latrocinio diuitias congreges aut nisi solita latrocinia, quibus nostram domum pascebas, etiam Christianus exerceas. Casus est expressus in ca. vxor. 28. quaest. 1.

E His iactis fundamentis, ad quaestione decem conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Si infidelis vult sine contumelia creatoris cohabitare cum infideli, potest fidelis diuortium quo ad thorum facere: transire tamen ad alias nuptias non poterit illo vel illa viuente. Haec conclusio constat ex eo quod adhuc durat matrimonium, cum per sanctum baptismum non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur, ut habetur in cap. Gaudemus. Ratio est, quia tunc non est necessarium infidelem

1. Cor. 7.

1. conclus.

E

¶ 2. conclus.

D. Aug.

D. Amb.

D

Matth. 19.

lem obijcere, sed libere eam potest retinere. ¶ Quod quidem verum habet etiam si ipsa molesta sit coniugi infideli, modo nihil aduersus fidem ab ipso susceptam faciat. ¶

Est secunda conclusio. Si infidelis renuit conuerti, & nec habitare vult cum infideli, vel si vult habitare, non tamen sine contumelia saluatoris: scilicet sine iniuria fidei, itaque vel est infidelis iniurius, vel in Christum blasphemus, vel in coniugem scandalosus, quia illam conatur peruerrere: poterit fidelis conuolare ad alias nuptias. Conclusio ista habetur expressè in cap. quanto, & cap. Gaudemus. extra de diuort. & est omnium Theologorum sententia. Est etiam Diui Augustini in lib. de fide. & operibus, cuius verba habentur. 28. quaestione secunda. cap. infidelis. Est etiam Ambrosii super priorem epistolam ad cor. cap. septimo. Ratio huius secundae conclusionis est, quia cum necessarium ei sit ab illa separari, non debet citra suam culpam in calibatu absque vxore viuere.

Est tamen hic attendente considerandum, quod conclusiones istae intelliguntur, quando licitum erat infideli cum infideli coniuge consentiente manere, imò erat consilium commanere, sed iam modò, ut dictum est, si infidelis admonitus non vult conuerti: tenetur fidelis ab illo dimoueri, atque adeo potest ad alias nuptias transire.

Sunt etiam intelligendae, siue maritus prius conuertatur quam vxor siue e diuerso, quia parius est de utroque coniuge.

Non obstant ea quae aduersus hanc secundam conclusionem obijciuntur, ut est illud Matth. 19. quos Deus coniunxit, homo non separet, & illud, quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur. Vbi nullam exceptionem Dominus facere videtur, ob quam vxor

A rem dimittere liceat, nisi fornicationis: non ergo ex hoc quod non vult habitare infidelis sine contumelia saluatoris, licet illum dimittere. Item, quia illic solum facit facultatem dimittendi quoad thorum & non quo ad vinculum, non ergo licet infideli transire ad secunda vota. Non inquam, obstant ista, quia licet matrimonium infidelium sit natura legitimum, nec per legem naturae dissolubile, non tamen est sacramentum, nec tam perfectum & ratum, quin iure diuino ratione fidei catholicae, quae fortius est vinculum dirimatur: & ita Deus & non homo illud matrimonium dissoluit. Sicut enim Deus voluit, ut matrimonium ratum Christianorum dirimeretur per professionem religionis approbatam, ita tanquam author fidei per professionem ipsius fidei quam facit alter coniux, si alter eam detrectauerit, matrimonium dirimit, quod homo dirimere nequiverat. ¶ Licet enim iure naturali matrimonium sit vinculum indissolubile, & gratia & fides naturam non destruant: hoc tamen priuilegium legi gratiae in fauorem fidei concessum est.

D ¶ Quod si quis roget, unde habemus quod Dominus in hoc dispensauerit, ut posteaquam non vult conuerti infidelis, possit fidelis ad secunda vota conuolare? Ei respondebitur, quod ex traditione Ecclesiae & eius doctorum interpretatione, qui spiritu sancto inspirati loqui sunt, ut ait Diuus Petrus. 2. petri. 3. in sua secunda canonica cap. 1. atque hoc flamine sancto suffusi, sacra interpretantur oracula, ut illud Apostoli, non enim seruituti subiectus est frater, &c. interpretatur, id est, neq; conuersus subiectus est vxori infideli, neq; conuersa infideli marito, & per hoc quod dicit, quod non sunt subiecti, intelligit eos esse a priori matrimonio solutos. ¶ & ideo ait Pau. 2. cor. 7. si infidelis discedit, discedat, ¶ item, quia durissimum existimaretur praecipitum illud, quod neophitos a suis

Ccc 2 vxoribus

2. cor. 7.

¶

vxoribus necessario abigeret, si non eis permetteretur inire alia coniugia.

E Privilegium tamen istud conuerso ad fidem concessum ut scilicet, primum eius matrimonium dissoluatur ducendo aliam, vel solenniter religionem profitendo, non illi conceditur per hoc etiam quod sacris initiatur ordinibus, quoniam per sacrorum ordinum susceptionem, non fit initiatus perpetua traditio, sicut per voti solennis professionem in religione. Quo fit, ut sacris ordinibus initiati duntaxat à matrimonio contracto in infidelitate liberentur quo ad thorum, & cohabitacionem, si vero postea infidelis coniux ad fidem conuerteretur, perpetuam seruare continentiam teneretur, quandiu ille alius initiatus uiueret, & sibi impu-
C teret onus istud, quia sero conuersus est ad fidem. Vnde si aliqua conuersionis spes illius infidelis esset, non deberet Ecclesia permittere illum sacris ordinibus initiari.

E Sed dubium statim se offert non contemnendum, utrum matrimonium dissoluatur, cum primum infidelis renuit sine contumelia creatoris habitare cum fidele, an quando fidele aliud matrimonium contrahit? pro hoc dubio ommissa sententia Ricar. articulo secundo. quæst. 2. & Scoti articulo primo. dubio. 2. & glossæ super cap. si infidelis. 28. questione. 2. afferentium, matrimonium dissolui statim cum renuit, &c. Ommissa inquam hac opinione licet probabili, sit tertia conclusio, in hac difficultate multo probabilior, quã ponit D. Thom. in. 4. distinct. 39. quæst. vnica articulo quinto. in solutione. 1. quod matrimonium quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium, quod prius in infidelitate contractum erat. Itaque docet nunquam matrimonium dissolui quantuncumque infidelis habitare cum fidele recuset, quousque fidele aliud matrimonium contrahat. Quare si nunquam fidele contrahat, nunquam anti-

Ri ard.
Scot.

3. Conclu.
D. Thom.

A quum dirimetur. Contumelia namque infidelis nequiquam soluit vinculum, sed ius petendi debitum, itaque antequam infidelis conuertatur, non potest petere debitum, neque fidele ei petenti tenetur reddere, nec habitare cum illo, & solum per contumeliam tribuitur fidele ius commigrandi ad aliud matrimonium, per quod dissoluitur prius. Ratio euidens ad probandam hanc nostram conclusionem tertiam, sumitur ex Innocentio cap. Gaudemus, de diuort. Quia quantumuis mulier illa in sua perfidia persistat, si tamen postea resipiscat & conuertatur, antequam fidele maritus aliam ducat, cogetur eam recipere & manere cum illa tanquam cum vera vxore. **E** Sed si iam aliam duxerat fidelem, dissolutum fuit matrimonium, eo quod matrimonium inter fideles contractum firmiter esse liquido patet, quam contractum inter infideles cum non sit sacramentum.

C Sit quarta conclusio. Si mulier illa infidelis fuerit fornicata, ut pote quia viro baptizato, nolens ipsa conuerti alteri viro nupsit, vel habuit rem cum alio, & sic commisit adulterium, postea conuersa ad fidem, in optione viri fidele erit eam sibi reconciliare, vel non. Ratio huius conclusionis est, quia cum ei occasionem fornicandi non exhibuerit, propter hoc quod ea inuita effectus est Christianus, quia operam rei licite dedit ad baptismum conuolando, fit, ut non sit cogendus ad hoc ut eam sibi reconciliet. Imo etiam si clam fuerit baptizatus nihil dicendo mulieri, si fuerit fornicata, non cogetur eam postmodum baptizatam recipere, etiam si vellet cum eo habitare sine contumelia creatoris: nihilominus tamen aliam ducere non poterit, nec ipsa alteri nubere. Annotato tamen, quod esset inducendus tunc vir predicationibus, ut eam vellet sibi reconciliare, & ut hanc iniuriam illi remitteret, ostendendo ei quod quando adulterauit, erat infidelis, quod

4. conclus.

quod nunc facta fidele non facit. Si-ganter dixi, si fuerit fornicata: quia etiam si infidelis nubat alteri, fidele manente in viduitate, fornicatur: & non dissoluitur matrimonium, quia à Paulo in persona Christi loquente non conceditur dissolutio in fauorem infidelis, sed fidele. Postquam vero fidele contraxit, solutum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, sed quandoque claudicat quantum ad effectum. Vnde in poenam vxoris infidelis ei indicitur, ut non possit cum alio contrahere magis quã virtute matrimonij præcedentis: sed si postea conuertatur potest ei concedi dispensatiue ut alteri nubat, si vir eius aliam duxit, & si postquam fidele duxit aliam, manens in infidelitate, ad alias transferit nuptias, crediderim, quod matrimonium tenebit, culpã tamen mortalem committit contrahendo, eo quod ius ipsum diuinum suscipiendi baptismum, quod vniuersos mortales obligat, eo temporis articulo, quo alter coniugum orthodoxam fidem profitetur ratione peculiari matrimonij, quo altero fidele est deuinctus, tenetur eum in eadem religione Christiana sequi, & ideo si non conuertitur, & peccat in Deum, & matrimonium, & iure diuino, naturali interdicitur ei aliud matrimonium.

5. conclus.

C Quinta conclusio. Si is qui conuertitur ad fidem plures habet vxores, & eas simul & semel accepit dicendo, accipio vos in vxores, tunc nulla earum est eius vxor. Vnde ad fidem conuersus nullam requirere tenetur per se nec per alterum, an velit conuerti, sed poterit aliquam illarum ad fidem conuersam, vel quãcumque aliam fidelem maluerit, in coniugem accipere, si vero plures vxores iuxta illorum morem accepit successiue, nescit tamen nec recordatur quæ illarum fuit prima: per bullam Pauli tertij poterit ille fidele, acci-

A pere vnã ex illis quã maluerit factam fidelem nouo consensu per verba de præsentia, & antequam conuertatur, tenetur eam requirere, an velit conuerti, an non, quod si dicat quod non, interrogetur si vult cohabitare cum eo sine iniuria saluatoris, & si dicat quod non, poterit libere transire ad secunda vota. Si autem scit quã illarum prius duxerat illam similiter requirere tenetur, quod si conuertatur, eam ducere tenetur cæteris dimissis, ut habetur in cap. Gaudemus. extra de diuort. Si autem ista prima fuerit mortua antequam ipse conuerteretur, & aliquam illarum tunc duxerat nouo consensu, scilicet secundam vel tertiam, &c. illam tenetur requirere ordine prædicto. Si vero mortua prima, nullam aliarum duxit, postea conuersus ad fidem nullam requirere tenetur, sed potest libere ad secunda vota transire, quia nulla illarum præter primam fuit eius vxor.

E Sed nunquid si sit in partibus remotis, vbi requiri non potest infidelis, an velit conuerti, utrum tunc poterit conuersus ad fidem alteram ducere? Pro hoc dubio sit sexta conclusio in hac difficultate. Difficultas, imo & impossibilitas requirendi vxorem infidelem an conuerti velit, vel habitare sine contumelia saluatoris, ut puta quia ipse iuit, vel nuntium misit ad locum, vbi eam dimiserat, ad inquirendum à suis vicinis, & eam non inuenit, non est causa sufficiens, ut coniux conuersus possit cum alia contrahere. Hæc conclusio habetur in cap. in præsentia extra de sponsa. Vbi dicitur, quod quantuncumque nesciuerit vxor vbi vir eius sit, & magna diligentia adhibita eum inquiserit, non potest cum alio contrahere, donec certum nuntium recipiat de morte viri. Et idem dicendum est, de requisitione an velit conuerti, vel habitare sine contumelia saluatoris: vtrobiq; enim censeo eandem requiri certitudinem. Quod enim operatur mors per se,

6. conclus.

operantur illa tria: nempe, nolle conuer-
ti, vel nolle cohabitare sine contume-
lia saluatoris, ac sine hoc quod sollicitet
ad peccatum.

7. conclus. Septima conclusio. Fragilitatem car-
nis, iuuenilem ætatem, ac continendi dif-
ficultatem non esse causam sufficientem,
vt conuersus ad fidem possit ad se-
cunda vota conuolare non requisita
eius vxore infideli, modo præfacto, fa-
tendum est. Conclusio hæc habetur in
præallegato cap. in præsentia.

8. conclus. Octaua conclusio. Vnus duntaxat
nuntius certus, quod mulier infidelis nõ
vult conuertere, nec cohabitare viro con-
uerso, sine creatoris iniuria, aut sine so-
licitudine ad peccatum mortale, suffi-
cit, vt Ecclesia possit permittere con-
uersum ad secunda vota conuolare.
Hæc conclusio habetur in dicto cap.
In præsentia. oportet tamen in nuntio
considerare qualitatem personæ, & an
deponat per verba verisimilia. Re-
quiritur namque certus nuntius de ob-
stinatione infidelis coniugis, sicut de
morte illius, vt Ecclesia tali sic conuerso
ad secunda vota facultatem conuolan-
di concedat.

9. conclus. Nona conclusio. Quemadmodum si
vxor credat verisimiliter, seu ex prob-
abili causa, virum esse mortuum: nem-
pe, quia erat in parte longinqua, siue ab-
fuit, & in acie fuit, nec rediit, si literas
eorum cum quibus militauit, recipit de
morte illius, si cum alio contraxit, ex-
cusatur ab adulterio propter ignorantiam
facti & filij, si quos susceperit, iudi-
cabuntur legitimi, etiam si vir eius vi-
uat, vt habetur. 34. quæst. prima. cap.
cum per bellicam. Tunc namque nec
peccat reddendo, nec etiam petendo,
quanuis Ecclesia requirat certum nun-
tium ad conferendam licentiam cõtra-
hendi, quia in Ecclesia maior grauitas &
authoritas requiritur, quam in mulie-
re, ita tenet Siluest. verbo Matrimonij.
§. 13. Ita eodẽ modo quanuis conuersus
ad fidẽ quando habet firmam credulita-

A tem ex rationabili causa, quod eius
vir non vult conuertere nec cohabitare
sine saluatoris contumelia, poterat an-
te sacrum Trident. concilij. & nunc etiam
cum alia contrahere, attamen Ecclesia
non conferebat tunc licentiam, sicut
nec hodie confert, ad contrahendum
cum alia, donec certum nuntium testi-
ficantem prædicta adduxisset. Nec suf-
ficit quod testis dicat se ab alijs audisse,
sed necessum est quod dicat, se ex ore
ipsius viri infidelis audisse.

Decima conclusio. Sicut quandiu
mulier aliqua scit vel dubitat eius vi-
rum viuere, non potest alteri nubere, vt
tenet glossa in cap. cum per bellicam:
ita si dubitat an vir eius relictus in in-
fidelitate sit obstinatus secundum illa
tria prædicta non poterit alterum du-
cere.

De impedimento vxoricidij.

LVII. DIFFICULTAS.

*Vtrum vxoricidium sit in aliquo euen-
tu licitum?*

Q uæstioni præsentibus tribus con-
clusionibus respondetur, & ea-
rum prima sit. Authorita-
te priuata non licet viro vxorem quan-
tumuis in flagranti adulterio depræ-
hensam occidere. Hæc conclusio ha-
betur in cap. interfectores, & cap. qui-
cunque. t. rigesima tertia. quæstione se-
cunda. & cap. inter hæc, & est Diui Au-
gustini libro secundo. de adulter. con-
iugat. cap. decimoquinto. & Diui Tho-
mæ in quarto, distinctione trigesima
septima. quæstione secunda. articulo
primo. Et probatur tribus rationibus pri-
ma. Quia nemini licet priuata autori-
tate vindicare se, nisi vim vi cõ modera-
mine inculpatæ tutelæ repellere, inquit

Roma. 12. nanque Paulus ad Romanos. 12. non vos
defendentes, idest, vindicantes charis-
simi: nam mihi vindictam & ego re-
tribuam. Secunda ratio est, quia mi-
nister iustitiæ debet non habere ani-
mum turbatum: & tamen communi-
ter habent illum turbatum deprehen-
dentes vxores in adulterio. Tertia quia
iniquum esset ac contrarium iuri natu-
ræ, vt contra inauditam partem senten-
tiæ ferretur: sed quicumque quantum-
uis pernitiosus priusquam condemne-
tur, audiendus est, vt habetur actuum.

25. non ergo licet priuata autoritate
occidere vxorem deprehensam in adul-
terio. Non enim posset lex præcipe-
re, aut concedere alicui, vt vbicumque
suos malefactores inuenerit eos punire
& occidere propria autoritate possit,
pari ergo ratione nec marito concede-
re poterit facultatem, vt vxorẽ in adul-
terio depræhensam interficere possit,
priuata autoritate. Ex quibus colli-
gitur maritum occidentem vxorem
adulteram sic in flagranti delicto depræ-
hensam, peccare mortaliter, quia con-
tra præceptum de non occidendo agit,
vt cap. admonere. 33. quæst. 2. ait Stepha-
nus Papa.

2. conclus. Secunda conclusio. Leges permittunt
vt maritus impune occidere possit vxo-
rem in flagranti adulterio depræhen-
sam. Conclusio ista habetur. ff. de adul-
te. l. marito. & l. Gracchus. C. ad legem
Iuliam de adulte. Patri quoque olim
filiam in adulterio depræhensam occi-
dere permittebatur, vt habetur in l. pa-
tri, & in l. neque in eo. ff. de adulte. Quinimo olim post trinam monitio-
nem vtique poterat maritus occidere
impune siue captam in adulterio siue
extra, modo tamen non potest, nisi de-
præhendatur in ipso actu adulterij, vt
habetur in l. taurina. 82. Quo fit, vt si
extra illum turpitudinis articulum eam
occidat, quanuis postea legitime pro-
bet eam fuisse adulteram, non exima-
tur à poena iuris in homicidas decreta:

A Ratio autem quare legillatores marito
hanc indulgentiam decreuerunt, fuit
eximius animi dolor, quem zelotypia
luscitat, & quem tunc ferre difficili-
mum est. Et ob eandem rationem Ec-
clesia excommunicationis sententiam
latam in clericorum percussores mode-
rata est, vt eum, qui percutit clericum
inuentum turpiter agentem cum pro-
pria vxore, vel filia, vel sorore, non liget,
vt habetur in cap. si vero el primero de
sententia excommu.

Tertia conclusio. Posteaquam legi-
timis testimonijs fuerit adultera conui-
cta & damnata, licitum est marito au-
thoritate publica civili eam occidere,
eum traditur in eius potestatem, vt eam
occidat. Tunc namque adeo potesta-
tem eam occidendi habet, vt nemini li-
ceat illam de manibus eius eripere & li-
berare. Ista conclusio intelligenda
est, si intentio sit recta, idest, ad bonum
commune, vel iustitiæ obseruationem,
& non admisceatur in huiusmodi occi-
sione odium seu appetitus vindictæ.

Annotato tamen hic, quod leges
quas de adultera condunt Christiani,
non eundem rigorem habent, quem
habebant antiquæ, quæ apponuntur le-
uiti. cap. 20. & deuter. ca. 22. Non enim
leges civiles nostræ adulteram necessa-
ria mortẽ condemnant, vt fures & ho-
micidas, sed arbitrio mariti supplicium
illius committunt: traditur enim in ma-
nus mariti, vt quod libuerit de illa de-
cernat, & sic traditur ei tanquam iusti-
tiæ ministro, non quidem necessario vt
carnifici, sed spontaneo: quod quidem
consulto factum est, vt scilicet ad mise-
ricordiam commoueatur maritus, &
cruentem ipsum facinus eius animum
deterreat, ne proprias scilicet manus san-
guine intingat, vileque officium atque
infame exercent. Hæc enim omnia
possunt feruentem bilem ho-
minis stupore illo
mitigare.

(?)

LVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum vxoricidium impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum?

1. conclus. Difficultati huic per aliquot conclusiones respondetur. Prima si vxoricidium fiat publica autoritate, nullum impedimentum matrimonij censendum est. Probatur, nam sacri canones hoc impedimentum ob solum peccatum decernunt, cum igitur illic nullum committatur, fit, vt nullum inde contrahatur impedimentum.

2. conclus. Secunda conclusio. Si vxoris homicidium fiat auctoritate priuata, non causa & affectu conciliandi alterius matrimonium, sed propter odium, aut propter fornicationem, aut propter aliam quancumque occasionem, aut causam, tunc tale vxoricidium impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. Conclusio ista est definita in c. interfectores, & ca. admonere. 33. quaest. 2. Quare licet vir vxorem in flagrati adulterio deprehensam occidat, confurgit huiusmodi impedimentum, eo quod culpa labe commaculatur. Dicit tamen Soto, quod huiusmodi impedimentum est per episcopum dispensabile. Ratio huiusmodi impedimenti est, quia qui vnam vxorem tam atroci affectu iniuria, merito indignus est cui alia committatur.

3. conclus. Tertia conclusio. Si ambo adulteri in mortem coniugis machinentur homicidium sine precedenti adulterio, sufficit ad dirimendum postea matrimonium. Conclusio haec est casus expressus in ca. laudabilem. de conuer. infideli. Vbi dicitur, quod quidam Sarraceni suggestionem quorundam christianorum viros earum occiderunt, & postea conuersi per eandem christianas ad fidem, volebant eas ducere, quibus tamen Caelestinus. 3. precepit, ne ducerent, aut si duxissent separarentur. Hinc infert Siluest.

Aster cum alijs, quod si tantum vxores machinatae fuissent in mortem suorum virorum, aut tantum viri sine earum consilio, non esset impedimentum, quia adulterium non praecesserat, secus si praecessisset, itaque si tantum vir sine consilio foeminae interficeret maritum illius, aut si tantum vxor machinata fuisset in mortem mariti, non oritur huiusmodi impedimentum. Requiritur secundo vt impedimentum istud oriatur, quod ex tali machinatione sequatur in effectu mors. Praedicti enim canones de morte loquuntur. Ricardus autem in. 4. dist. 37. & Siluest.

C Ricardus autem in. 4. dist. 37. & Siluester verbo matrimonium. 8. q. 9. addunt, quod requiritur, vt machinatio in mortem sit illo sine vestita, scilicet contrahendi matrimonium. Quare si adulter maritum adulterae in bello interfecerit aut alia causa, non impeditur quin possit postea eam ducere. Caietanus vero in summa verbo matrimonium, impedimento. 5. hanc exceptionem non approbat, quia canones illam non faciunt. Cum enim hoc impedimentum spectet ad ius positium, & iura non inueniantur apponere dictam conditionem ac limitationem, non est cur sit apponenda. Vnde, siue fiat cum tali intentione siue non, interuenientibus alijs conditionibus, impedit secundum mentem Caietani. Dominicus autem a Soto.

D Dominicus autem a Soto Caietani sententiam intelligit secundum praesumptionem Ecclesiae, secundum quam quomocumque sequeretur homicidium impediretur matrimonium: quia censeretur illo sine factam. Siluestri vero sententiam intelligit in conscientia: videlicet, quod si homicidium fieret non illo sine, & esset occultum neque in iudicium delatum, non impediret matrimonium in conscientia.

4. conclus. Quarta conclusio. Quando alter coniugum adulteratur, & per se, vel per alium occidit alterum coniugem tunc inter coniugem remanentem, & personam cum qua commisit adulterium, non potest esse matrimonium. Haec conclusio habetur

habetur extra de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, cap. Super hoc. & 31. quaest. 1. c. si quis ueniente, & ratio est, quia si adulteri non interdicerentur contrahere inter se, daretur occasio adulteris suos interficiendi coniuges, vt se inuicem copularent.

5. conclus. Quinta conclusio. Quando vxor Petri dicit Antonio, quod post mortem Petri sui mariti accipiet eum in virum, & dat ei fidem, permittitque se carnaliter cognosci ab Antonio, siue praecedat promissio, siue sequatur adulterium, nunquam inter hos adulteros potest esse matrimonium mortuo Petro, imo etiam si interius dissentiat, incurrit hoc impedimentum, quia Ecclesia quae impedimentum posuit, iudicat talem promissionem veram esse, non curans de interiori consensu, quia non iudicat de occultis. Haec conclusio habetur extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adult. cap. si quis vxore, & 31. q. 1. c. relatum. Ex quo sequitur, quod si solum sit fides de matrimonio, & non interueniat adulterium, nullum tale oritur impedimentum, vt habetur in cap. si quis. Cum vtrunque interuenire debeat.

6. conclus. Sexta conclusio. Quando quis viuente propria vxore adulterium committit, solum sine fide, vel promissione de matrimonio contrahendo cum adultera, aut tantum fidem dedit sine adulterio, post mortem propriae vxoris potest ducere illam.

7. conclus. Septima conclusio. Quando aliqui duo non solum adulterium commiserunt, sed de facto coniuges se fecerunt, stante altero illorum legato in priori matrimonio, siue adulterium praecedat siue sequatur talem contractum secundi matrimonij, inter istos sic adulteros non potest vnquam esse coniugium. Assertio haec habetur in cap. significauit extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adult. & cap. ex literarum tenore, & cap. si quis. Oportet tamen intelligere conclusionem istam cum

A grano salis, hoc est, si persona soluta sciebat esse coniugatam personam illam cum qua contraxit matrimonium, & commisit adulterium. Sciebat, inquam, aut tunc quando contraxit, aut si tunc ne sciebat, & postea sciuit & nihilominus postquam sciuit, commisit adulterium illud, scilicet cum illa persona coniuncta, cum qua ignoranter contraxerat, si vero nesciuit illum cum quo adulterauit esse vxoratum post mortem vxoris propriae potest si vult contrahere cum illo, quoniam huiusmodi mulier non commisit formaliter adulterium, quia putabat illum esse suum verum maritum. Requiritur igitur vt haec conclusio sit vera, primo, quod vel sibi dent fidem, vel de facto contrahant per verba de praesenti. **C** Secundo quod interueniat adulterium. Tertio, quod vterque sciat saltem probabiliter, vt patet in cap. inquisitioni. de sententia excomm. vnde rursus sequitur, quod si Petrus mortua prima vxore vera, contrahat de nouo cum tertia, non obstante contractu facto per verba de praesenti, cum secunda adultera, stabit nihilominus matrimonium cum illa tertia, etiam si post mortem primae habuerit copulam cum illa secunda adultera.

8. conclus. Octaua conclusio. Si aliquis infidelis habens legitimam vxorem contrahat de facto per verba de praesenti, vel de futuro cum aliqua fidei, & habeat accessum ad illam, si propria vxor mortua est antequam ipse vir baptizetur, ex parte viri nullum est impedimentum, quin possit illam ducere: quia cum esset infidelis, nullo modo incurrit tale impedimentum criminis. Si vero post baptismum adhuc viuente legitima vxore habeat adulteram, tunc erit impedimentum, & non poterit post mortem primae eam ducere: quia iam est subditus legibus Ecclesiae.

(?)

De vitijs impediētibz matrimonium
contrahendum.

LIX. DIFFICULTAS.

Verum sint aliqua vitia quæ matrimo-
nium contrahendum impediunt, con-
tractum vero non dirimant.

Con. vnic.

AD hanc difficultatem hac vnica
conclusionē respondetur, quod
sex sunt crimina quæ matrimonium
contrahendum impediunt, non tamen
contractum dirimunt, scilicet incestus,
raptus alienæ sponsæ, vxoricidium, bap-
tizatio proprii filij vt vir ab vxore sepa-
retur, interfectio presbyteri, & matri-
monium sacrilegum cum moniali, in-
ter hæc autem crimina duo sunt vide-
licet incestus, & vxoricidium, quæ vno
modo considerata, duntaxat impediunt
matrimonium contrahendum, sed alte-
ro modo dirimunt etiam contractum,
de quibus vtroque modo dictum est: de
alijs vero criminibus dicendum est nūc,
& primo de raptore alienæ sponsæ di-
citur quod non potest absque dispensa-
tione cōtrahere cum ipsa nec cum alia,

Cōc. Tolet.

vt habetur in concilio Toletano cap.
statutum est. 27. quæst. 2. Vbi dicitur,
quod sine spe coniugij maneat. Et ratio
est, quia expedit, vt qui alienum matri-
monium perturbare ausus est, iure pro-
prii contrahendi priuetur, vt in eo pu-
niatur, in quo deliquit. Si vero non fue-
rit raptor alienæ sponsæ, sed alterius mu-
lieris innuptæ, dicernit sancta Synodus
tridentina sessione. 24. c. 6. inter rapto-
rem & raptam, quandiu ipsa in potesta-
te raptoris manserit, nullum posse con-
sistere matrimonium. Quod si rapta à
raptore separata, in loco tuto & libero
constituta, illum in virum habere con-
senserit, eam raptor in vxorem habeat:
& nihilominus raptor ipse, ac omnes
illi consilium, auxilium & fauorem præ-
bentes, sint ipso iure excommunicati, ac

Con. Trid.

perpetuo infames, omniumque dignita-
tum incapaces: & si clerici fuerint, de
proprio gradu decedant. Teneatur præ-
terea raptor mulierem raptam, siue eam
in vxorem duxerit, siue non duxerit, de-
center arbitrio iudicis dotare.

De eo qui proprium filium baptiza-
uit, vt affinitatem cum propria vxore
contraheret, dicitur, quod perdit ius exi-
gendi debitum, & non potest mortua
propria vxore absque dispensatione aliā
ducere. Vt habetur. 30. quæst. 1. cap. de
eo. Intelligitur autem si consulto ob
istum finem filium quis de proprio fon-
te leuauit. Signanter dixi, si hoc faceret,
vt affinitatem cum propria vxore con-
traheret, nam si non vt matrimonio in-
fidiaretur etiam scienter proprium filium
baptizaret: licet perderet ius exigendi
debitum, posset tamen prima vxore
mortua, absque dispensatione aliam
ducere.

De interfectore vero presbyteri di-
citur, quod etiam impeditur ne contra-
here possit, vt habetur in concilio Ma-
guntinen. cap. qui presbyterum. de pœ-
nitent. & remissio.

Con. Ma-
gunt.

Quod autem qui cum moniali ma-
trimonium contraxit, etiam impediatur
ne matrimonium possit contrahere, ha-
betur in concilio Triburiensi. c. hi era-
go. & cap. si quis. 25. q. 1.

con. Trib.

His additur & septimum impedimē-
tum impediens & non dirimens, solen-
nis impenitentia, de quo impedimento
habetur, in cap. de his. & cap. Antiqui.
33. quæst. 2. sed iam non est amplius in
vsum, quod confessores illas pœnitentias
solennes iniungant.

E Annotare hic oportet, quod in his
impedimentis, quæ non dirimunt ma-
trimonium contractum, episcopus po-
test dispensare, vt habetur in cap. si duo.
35. quæst. 2. & Caietanus id affirmat in
summa verbo, matrimonium, quin ve-
ro addit, quod si contemptus desit, con-
trahere cum istis impedimentis absque
dispensatione, vbi non est consuetum
illam

Caieta.

illam petere, non est iudicandum mor-
tale. Et re vera vbi non est in hominum
memoria, vt Episcopi dispensent circa
hæc, videntur tacite consentire. Tutius
tamen erit per tertiam personam dispē-
sationem postulare ab Episcopo, nec so-
lum post factum intelligendum est pos-
se Episcopum dispensare in his impedi-
mentis, verum etiam ante factum, vt si-
ne peccato possit habens aliquod isto-
rum impedimentorū contrahere, quia
huiusmodi impedimenta non habent
aliunde robur, quam ex iure positio:
& non inueniuntur summo Pontifici
reseruata.

Soto.

Oportet etiam hic annotare ad pac-
candas conscientias cum Dominico à
Soto in. 4. dist. 27. quæst. vnica, quod vbi
etiam consuetudo perseveret petendi
dispensationem, quanquam esset pecca-
tum mortale absque illa contrahere,
tamen postquam contractum fuerit
nulla opus est dispensatione: tum, quia
matrimonium solidum est, tum etiam,
quia nullum horum impedimentorum
præcedentium matrimonio aut solu-
tionem aut exactionem debiti coniuga-
lis impedit.

De alijs vero impedimentis impe-
diētibz, sed non dirimentibus: nempe
de voto simplici castitatis, de catechis-
mo, & sponsalicio, in suis proprijs locis
dictum est. Et idem est de interdico Ec-
clesiæ, videlicet, quod si Episcopus alicui
ex rationabili causa contrahere inhi-
beat, vt puta donec euidenter constet, si
est aliquod impedimentum inter eos &
existenti tali prohibitione contrahant,
peccant mortaliter, quia non parent mā-
dato Ecclesiæ: non tamen matrimonium
est inualidum.

LX. DIFFICULTAS.

Verum tempus feriarum impediatur ma-
trimonium contrahendum.

PRæsenti difficultati tribus conclu-
sionibus respondetur, quarum pri-

ma sit. Secundum ius antiquum tribus
temporibus anni erant interdictæ nup-
tiæ solenniter celebrari: nempe, ab adue-
tu domini vsque ad epiphaniā, propter
cōmunionē quæ fieri solebat in natiui-
tate, itaque secundum opinionem Ioā. 10. Andr.
Andr. post primum diem epiphaniæ
poterant fieri: secunda vero hostien. hostien.
& Paludanum vsque ad octauam epi- Palud.
phaniæ exclusiue non poterant celebra-
ri, & hæc opinio inquit Siluester verbo, Siluest.
matrimonium. 7. §. 2. seruanda erat, & vbi
hoc erat in consuetudine, quia in con-
trahendo matrimonio seruanda est cō-
suetudo honesta, vt habetur de consan-
gui. & affini. cap. Quod dilectio. vbi ve-
ro consuetudo habeat, quod post octa-
uam epiphaniæ solenniter celebraren-
tur nuptiæ & non antea, ita obseruan-
dum erat.

Secundum tempus in quo erant in-
terdictæ nuptiæ, est, à septuagesima vsq;
ad octauam paschæ inclusiue, & de istis
duobus temporibus habetur. 33. quæst.
4. cap. non oportet. & tribus capitibus
sequentibus.

Tertium tempus in quo erant etiam
interdictæ nuptiæ, est à triduo ante ascē-
sionem domini vsque ad octauas Pente-
costes exclusiue, ita quod ipsa domini-
ca, quæ est octaua Pētecostes exclusiue,
in qua festum sanctissimæ trinitatis ce-
lebratur, poterant nuptiæ solenniter ce-
lebrari. ita tenet archiepiscopus Floren.
& Petrus à Palude & Ray. & Siluester
vbi supra & est textus apertus in cap. D. Antoni.
Capellanus extra de ferijs: in octaua ta- Palud.
men paschæ non possent celebrari, quia Raym.
textus dicit, post octauas paschæ, quod Siluester.
non dicit de alio tempore, sed dicit, vsq;
post septimum diem festi Pentecostes,
quod caret octauis, nuptiæ suspendan-
tur. Signanter dixi, secundum ius anti-
quum: nam hodie determinat sacrum
concilium Triden. tempora in quibus
tantum prohibentur nuptiæ celebrari
sub his verbis, ab aduentu domini no-
stri Iesu Christi vsque in diem epipha-
niæ,

con. Trid.

nia, & à feria quarta cinerum, vsque in octauam paschatis inclusivè, antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari sancta Synodus præcipit, in alijs vero temporibus nuptias solènter celebrari permittit, quas episcopi, vt ea qua decet modestia & honestate fiant, curabunt, sancta enim res est matrimonium & sanctè tractandum.

Animaduertere hic oportet, me signanter in conclusione dixisse, solenniter, scilicet, cum benedictione nuptiali, atque alijs solennitatibus commensationum & conuiuiorum, quia sine huiusmodi non prohibentur hisce temporibus fieri sponsalia, nec banna nec matrimonium quod per verba de præsentibus in manu sacerdotis seruata forma præfati concilij contrahitur: ex nulla enim lege naturali aut scripta præfixum est tempus alicui in quo promittere alteri non possit quod suum est, si voluerit. Præterea, quia extra de ferijs in cap. præalleg. Capellanus dicitur, quod seclusa solennitate ac contemptu potest matrimonium omni tempore contrahi absq; peccato, & hanc sententiam tenet Siluester vbi supra, & Caiet. in verbo, nuptiæ.

Sed dubitatur consequenter, vtrum sit mortale temporibus prædictis matrimonium solenniter contrahere? Pro hoc sit secunda conclusio in hac difficultate, quod reputatur peccatum mortale, violare hoc Ecclesiæ statutum. Conclusio ista est Caietani vbi supra, cuius ratio est, quia cum publice hæc fiant & cum scandalo, non videtur huiusmodi transgressio posse scienter fieri absque contemptu. Quo fit, vt vbi non esset scandalum & contemptus, non esset quis cõdemnandus ad mortale. Quod quidem contingeret, quando non interuenirent huiusmodi solennitates, & apparatus, & cum licentia Episcopi contraherent, quam non nisi ex rationabili & legitima causa concedere debet. Et ob id attendens Pius III. Pontifex maximus,

A quod apud istos neophytos omnino cessant tales solennitates & strepitus, cum mos gentis istius non sit nuptias suas festis, alijsue prophanis spectaculis celebrare, & penuriam sacerdotum, qui temporibus oportunitate benedictiones nuptiales eis ministrare possint, ad petitione Christianissimi Regis nostri Philippi concessis, vt præfati neophyti deinceps ad annos viginti quinque à datis in quocunque anni tempore prædictas benedictiones nuptiales recipere valeant, citra tamen publicum festiue lætitiæ strepitum: vt latius per idem diploma in fine huius operis appositum patet.

Tertia conclusio. Tempore interdicto ab Ecclesia sponsam traducere in domum etiam sine solennitate conuiuij peccatum est, non tamen arbitror esse mortale. Conclusionem istam tenet expressè D. Thom. in. 4. distinctione. 32. Vbi ait, quod etiam cessante conuiuio ex ipsa nouitate translationis, animus circa carnalia ac voluptuosa occupatur. Eandem tenet Panor. & summa Rosella, & est textus expressus. 33. quæst. 4. cap. nec uxorem ducere. Vbi non solennitas solum prohibetur, verum etiã traductio.

Quarta conclusio. Hisce temporibus matrimonium consummare secluso scandalo & contemptu non videtur esse mortale. Hæc conclusio probatur, nam cum sint veri coniuges, per legitimum vtriusque consensum habent potestatem corporum ad inuicem, & possunt reddere & petere pro libito, sicut quilibet de se posset vti re sua, vbi & quando voluerit. Item, quia nulla iniuria fit benedictionibus, cum propter hoc non contemnantur, quia eas posse dari post consummationem nemo est qui ambigat, non ergo videtur esse mortale, quanuis à veniali tam ex parte petentis quam reddentis non excusentur, cum prohibitum sit. Ita tenet Caietanus in opusculo de matrimonio.

Siluest. Caiet.

2. conclus.

Caiet.

Pius. 4.

B

C

E

D

3. Concl.

D. Thom.

Panor. Sum. Rose.

4. conclus.

Caiet.

LXI. DIFFICULTAS.

Vtrum consummatione matrimonij ante benedictiones & velationes sit mortale?

1. conclus.

Præfati quæstioni tribus conclusioibus respondetur. Prima, omnes fideles sub præcepto teneri ad benedictiones nuptiales suscipiendas in ecclesia, minime dubitare licet. Hæc conclusio habetur apud Cyriacum Papam in suo decreto capit. 4. & apud Euaristum Papam 30. quæst. 5. cap. Aliter, & apud Nicolaum Papam cap. Nostrates. Item, quia Ecclesia compellit fideles ad publicè contrahendum, si autem solum esset consilium, non compelleret.

2. conclus.

Secunda conclusio. Quanuis Ecclesiæ præceptum contemnere de benedictionibus in matrimonio adhibendis sit mortale, eas tamen ex negligentia omittere veniale tantum videtur. Hæc conclusio quoad primam partem constat ex determinatione concilij Constanti. aduersus Vitcleff vbi dicitur, quicumque christianus qui solennizationem matrimonij contemnit, peccat mortaliter. Quo ad secundam verò partem scilicet, quod secluso contemptu tantum sit veniale, est conclusio Caietani vbi supra & Siluestri verbo debitum coniugale. §. 9. Ratione quoque probatur, nam huiusmodi benedictiones, non sacramentum, sed sacramentalia quædam sunt. Seruatis igitur essentialibus non erit mortale alia omittere, secluso contemptu: quod aperte insinuare videtur nunc sacrosancta ac generalis Tridentina Synodus, quæ in sessio. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij, solum hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, & similiter paulo inferius solum hortatur, vt antequam contrahant, vel saltem tribus diebus ante matrimonij consummationem sua

Con. Cõst.

Caietanus. Siluest.

Con. Trid.

A

peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pie accedant.

Sciendum est tamen hic primo, quod contemnere contingit dupliciter, vno modo formaliter, altero autem modo ita se habere ac si non esset lex prohibens, vt si quis ita se haberet circa excommunicationem, ac si non esset lex Ecclesiæ excommunicans, diceretur contemnere: si ergo quis sic se haberet in contrahendo matrimonio sine benedictionibus nuptialibus ac si non esset lex hoc prohibens, contemnere diceretur præceptum Ecclesiæ de benedictionibus adhibendis.

Sciendum est secundo, generaliter in omni casu in quo non est mortale contrahere matrimonium sine benedictionibus nuptialibus, non erit mortale illud consummare sine illis. Quo circa in patria vbi esset consuetudo contrahendi per verba de præsentibus coram omnibus sine huiusmodi benedictionibus sacerdotis non esset mortale illud consummare.

Tertia conclusio, infideles qui in sua infidelitate contraxerunt, si postea ad fidem Christi conuertantur, non tenentur suscipere benedictiones sub mortali nec sub veniali, si tamen recipiant bene facient. Ratio huius conclusionis est quia benedictiones istæ introductæ esse videntur tanquam quædam ceremonialis & sacramentalia sacramentum matrimonij concomitantia. Non igitur obligatur ad has benedictiones, postquam matrimonium contraxerunt in sua infidelitate, vel si ad hoc obligantur, simul etiam ad contrahendum de nouo obligantur. Si tamè post conuersionem contrahant, sunt benedicendi, si facultas adfuerit, quia iam subduntur legibus Christianorum.

Annotare hic oportet, quod huiusmodi benedictiones non suscipiendæ sunt à quibusuis sacerdotibus, sed à proprio parochio: ita nanque cauetur in sacro

B

C

D

E

3. Concl.

con. Trid. cro sancta Synodo tridentina vbi supra sub his verbis, statuitque benedictionem à proprio parochio fieri: neque à quoquam nisi ab ipso parochio, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse: quacunq; consuetudine; etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio, non obstantibus: & subiungit, quod si quis parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochie sponso sine illorum parochie licentia matrimonio coniugere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspensus maneat, quandiu ab ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debet, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluat.

LXII. DIFFICULTAS.

Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ?

conclu. **D**ifficultati huic duabus conclusio nibus respondetur. Prima est affirmatiua: nempe, quod licitæ sunt secundæ nuptiæ. Itaque mortua prima vxore licitum est contrahere cum secunda, & mortua secunda cum tertiâ, &c. Conclusio ista habetur in concilio Niceno cap. 8. & ad Roma. cap. 7. vbi dicit Apostolus. Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Et. 1. Corinthio. 7. ait, mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuir: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui autem vult, nubat, tantum in Domino, at vero nubere in Domino idem est, quod nubere secundum rationem, & leges Domini, qui sacramentum instituit, licitè ergo sunt secundæ nuptiæ. Secundum Apostolum. Probatur insuper conclusio duabus rationibus. Prima, quia cum, vt ex Paulo colligitur, vincu-

Alum matrimoniale non duret nisi vsque ad mortem, altero coniuge decedente cessat, ac dirimitur. Secunda, quia contingere potest, vt primum matrimonium fuerit sterile, quare honestum est tunc aliud inire ad procreandos liberos. Imo etiam eis viduis quæ steriles sunt, commodum est & honestum, & nonnunquam consilium, ad secundas commigrare nuptias. De qua re egregiè agit D. Augusti. lib. de bono viduitatis, & lib. 2. *D. Aug.* contra aduersarium legis, & super priorem Epistolam ad corinthios. c. 7. *E. Et Hiero.* in Epistola ad Ieroniciam quæ incipit, in veteri vita. Et in Epistola ad Pamachiu, cuius verba referuntur 31. q. 1. c. aperiã. Ex quibus iam refutata relinquitur hæresis Cataphrigium, quorum princeps fuit Montanus, vt refert Alfonso à Castro in lib. de hæresibus, verbo nuptiæ. *Castro* hæresi secunda. Quod si quis obijciat aduersus hanc nostram conclusionem Hieronymu, qui in quâ plurimis locis secundas nuptias fornicationes appellat, vt est videre apud illu lib. 1. aduersus Iouenianum & in epistola ad Eustochiu de virginitate seruanda, facile ei satisfacere poterimus dicendo quod ipse duntaxat asserere intendebat, nuptias fuisse in primis parentibus institutas & eas ibi primas designari quæ in virgine copulantur, non autem sic ibi secundas designari, atq; ob id illas esse permissas non quasi malû, sed quas minus bonum, & eas appellat fornicationes, non quia ex se ipsis malæ sint, sed quia ex nimia libidine procedere solent.

2. conclus. **E** Secunda conclusio. Secundæ nuptiæ sunt verum sacramentum. Probatur, nam in illis quicquid est de essentia matrimonij reperitur. Est enim in secundis vinculum perpetuum perinde atque in primis. cû sit verum matrimoniu. *†*

LXIII. DIFFICULTAS.

Vtrum secundæ nuptiæ sint bene dicendæ?

Quæstioni

1. conclus.

Questioni præsentî tribus conclusionibus satisfacere possumus, & earum prima sit. Quando vir & foemina qui matrimonium contracterunt, nunquam receperunt benedictiones, si in infidelitate contraxerunt, licet ad id non teneantur, bene tamen facient eas suscipiendo postquam ad fidem conuertuntur, vt dictum est, si vero erant fideles quando contraxerunt, tenentur eas recipere, vt constat ex cap. 1. de secundis nuptijs.

2. conclus.

Hostien.

Siluest.

3. conclus.

Secunda conclusio. Si ambo in alijs nuptijs fuerint benedicti, amplius non benedicantur. Tuue nanque tantum audiant missam, & sacerdos eos benedicens licet secundum Hostien. & communiter doctores, non sit ipso facto suspensus: esset tamen ab Episcopo suspendendus. Et olim. ab Episcopo mitti debebat ad sedem Apostolicam, vt ex cap. Capellanum. de secundis nuptijs patet, ita ait Siluest. in verbo nuptiæ. §. 1. sed nunc iam absolui possunt sacerdotes qui scienter eos benedicunt, ab Episcopo secundum quandam extrauagantem Ioann. 22. quam manuale hispalense adducit. Tertia conclusio. Si alter eorum siue sit vir siue foemina nunquam fuit benedictus, vterque coniugum benedicatur, vt habetur in prædicta extrauaganti, cui est fides adhibenda, & eam obseruat Ecclesia hispalensis, cui conformamur in his indiarum partibus. Imo iam præfata extrauagans tanquam generalis consuetudo videtur esse introducta in tota Dei Ecclesia.

LXIII. DIFFICULTAS.

Vtrum matrimonio consummato liceat vtrique coniugum altero inuito ad religionem transire?

Pro præsentî difficultate supponendum est ex superioribus, quod matrimoniu est duplex, scilicet ratum duntaxat: nempe, per mutuam consensum de præsentî cum forma concilij expressum ante carnale commercium, & consummatum, scilicet postquam eadem accessit copulatio. Hoc supposito sic præhabito, ad difficultatem aliquibus conclusionibus respondetur, Prima. Et si matrimonium ratum non consummatum legitimum sit matrimonium: atamen ante consummationem copulæ alter coniugum potest altero inuito, ingredi religionem approbatam, vbi votum solenne emittitur per cuius ingressum dirimitur, taliter, vt post eius professionem possit alter coniug remanens in seculo alteri nubere. Hæc conclusio habetur in cap. ex publico, & cap. veru de conuersio. coniuga. & 27. quæst. 2. ex Eusebio cap. desponsatam. Et in concilio Triden. sessio. 24. Cano. 6. sub his verbis, si quis dixerit, matrimonium ratum non consummatum, per solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit. Est quoque sententia expressa omnium Theologorum, in cuius confirmationem Magister sententiarum adducit Hieronymu scribentem ad Macharium, vt se transferret ad monachatum, reliquisse suam sponsam, & Alexium Epiphaniij filium, qui etiam reliquit sponsam suam. Idem etiã de Ioanne Euangelista celebri historia refertur, vt est in præfatione operum Ioannis, siue Augustini, siue Hieronymi fuerit, nempe, quod virginem illu Christum de media nuptiarum solennitate ad apostolatam assumpsit. Probatur insuper ex more & vsu Ecclesiæ vniuersalis, quæ ita declarat & seruat, videlicet, quod per ingressum religionis matrimonium ratum nondum consummatum est dissolubile. Nec hæc separatio fit auctoritate humana sed diuina. Licet enim per matrimonium ratum iam sint sibi inuicem potestate traditi per expressum consensum voluntatis, iure tamen ipso diuino subintelligitur conditio, nisi interea alter ad statum sanctioris vitæ transierit.

Conclu.

Con. Trid.

M. senten.

transierit: per carnalem vero copulam vlu ipso & facto completur corporis traditio, per quam vterque possessione corporalem potestatis sibi traditæ ingreditur. Ex quibus facile respondetur ad illum locum Matthæi. 19. quos Deus coniugit, homo non separet, & subiungit Dominus, quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit mœchatur. Et similiter ad auctoritatem Apostoli. 1. Corinthio. 7. Is autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus uxorem à viro non discedere, &c. Quibus testimonijs probari videtur matrimonium ratum diuina auctoritate firmatum non posse dissolui per religionis ingressum facile (inquam) respondetur tum quia non humana auctoritate, sed diuina dissoluitur (vt paulo ante diximus) tum vero, quia Alexander III, in cap. ex publico de conuersi. coniuga. explicat de matrimonio consummato, & non de rato tantum. Denique possunt loca illa melius intelligi non tantum de matrimonio consummato, sed de rato quoque, itaque secundum ius naturæ matrimonium ratum adeo est indissolubile, vt dirimi humana auctoritate nequeat. Et ratio est, quia stando præcise in iure naturali matrimonium ratum non distinguitur à consummato, nisi accidentaria differentia, ac proinde ex natura sua est indissolubile sicut & consummatum. ¶

Circa istam conclusionem animaduertendum est, quod licet nõ desint qui dicant fore abbreviandum tempus probationis, saltem si ingressus est coniux contra voluntatem alterius remanentis in sæculo. tenenda tamen est tanquam certior opinio Durandi, & Paludani, & Hostien. in summa asserens quod etiam si coniux ingrediatur religionem altero inuito, non est compellendus renuntiare iuri suo, quod sibi conceditur annus probationis, tum, quia si in iure habetur quod licet ei habitum induere, etiam li-

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Duran. Palud. Hostien.

cebit ei vti priuilegijs iuris, quæ induentibus habitum conceduntur, tum etiam, quia annus probationis etiam in fauorem monasterij est concessus. Imo hodie iam nullo modo potest quis ante annum profiteri: præcipitur nanque in sancta Synodo Triden. sessio. 23. c. 15. Quod in quacunque religione tam virorum quam mulierum non fiat professio ante. 16. annum expletum: & quod nec qui in minore tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur, professio autem antea facta sit nulla: nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruationem, aut alios quoscunq; effectus.

Secunda conclusio. Quauis vt dictum est in. 1. conclusione possit coniugatus ante copulam ad religionem transire, non inde subsequitur, quod possit similiter sacris ordinibus citra religionem initiari inuita uxore, nec ad Episcopatum promoueri, vt patet in cap. Vxoratus de conuer. coniu. cap. enim illud, in quo coniugato prohibetur sacris ordinibus initiari, intelligitur tam de matrimonio rato non consummato, quam de consummato, vt bene ait Duran. in 4. 27. quæst. 2. & Palud. quæst. 3. & ratio huius conclusionis est euidentis, quia nõ licet coniugato altero coniuge inuito statum mutare, nisi quando per talem mutationem matrimonium dirimitur, vt qui manet in sæculo possit aliud contrahere. Per susceptionem autem ordinis sacri, vel Episcopatus non dirimitur matrimonium, vt est expressa determinatio Ioan. 22. in extrauaganti, anti-quæ concertationi sub titulo de voto, quia illa non est mors spiritualis: nec enim vouent paupertatem, aut obedientiam eo modo, quo religiosi. Nec sic ordinatus debitum petere potest, etiam si reddere vxori petenti teneatur. Quod si initiatus fuerit ipsa vxore consentiente, ordinem & vsum illius ordinis recipiet,

Coc. Trid.

2. conclus.

Duran. Palud.

S

piet & illi petenti reddere debitum non tenebitur, quia ratione præstiti consensus, vt vir initiaretur ipsa iure petedi priuata relinquitur, vt expresse habetur in cap. seriatim 32. dist. ¶ Nec sufficit simplex consensus vxoris, vt habetur in ca. ex parte 1. de conuersione coniugatorum, sed requiritur, vt continentiam ipsa etiã voueat etiam si sit sexagenaria, vt dictum est in materia de ordine, difficultate. 14.

Tertia conclusio. Post matrimonij consummationem nullus coniugum habet libertatem altero inuito religionem intrandi. Hæc conclusio habetur in canonibus pro. 1. conclus. citatis, & est secundum fidem orthodoxam tenenda: habetur enim Matthæi. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet, itaq; quousque Deus per mortem eos distingat, minimè separari possunt. Et infra ait Dominus, Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. Item. 1. Cor. 7. vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier post consummationem, cum autem nullus rem alienam per votum Deo dicare valeat. Et cum idem Apostolus. Roman. 7. dicat, Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, & hoc ipsum habeatur in cap. sunt qui dicant. 27. q. 2. Et extra de conuersi. coniuga. fere per totum titulum ¶ fit, vt neutiquam ad religionem coniux conuolare possit post matrimonium consummatum. Tandem probatur, quia per tale votum solenne religionis proli non parua irrogatur iniuria, siue ex tali consummatione copula sequatur siue secus, quia quod nõ sequatur, est per accidens, nam per se cõmertiū illud eum finem habet.

Sciendum est hic. 1. quod hæc conclusio habet verum etiam quãdo matrimonium est consummatum per violentiam secundum probabiliorem opinionem, quam tenet Durand. in quarto distinctione vigesima septima, & Ricardus ibidem articulo secundo, quæstione quarta ad secundum. Et ratio illorum

¶

3. Conclu.

Matth. 19.

1. ad Cor. 7.

Ad Ro. 7.

¶

Durand. Ricard.

est, quia cum ex tali concubitu sit apra nata sequi proles, & ambo requirantur ad educationem illius, non modica iniuria irrogaretur proli, ex hoc quod mulier oppressa ingrederetur religionem. Quo circa matrimonium ratione consummationis fit natura sua simpliciter indissolubile. Nec me latet Petrum à Palud. in 4. distinct. 27. q. 3. oppositam tenere sententiam, nempe ipsam inuito posse religionem ingredi, dummodo vinculum matrimonij non dissoluatur. Quia enim matrimonium per iniuriam fuit consummatum, fit, vt aliquo modo iniuria recompensari debeat, nequit autem ei aliter recompensatio fieri, quam per hoc quod ipsa maneat libera, vt religionem ingredi valeat. Sed quamuis sententia ista probabilitate non careat: oppositam tamen tenendam esse existimo. Nec enim inconuenit, quempiam absq; culpa sua iure antiquo priuari etiam sine spe restitutionis. Sicut enim cum propter infirmitatem contingere solet, vt alicui manus abscindatur, ita vt absq; culpa sua in perpetuum ad sacerdotium inhabilis reddatur: Sic impræsentiarum ratione prolis educandæ, mulier quæ vi oppressa matrimonium consummauit religionem intrare nequit. ¶

Sciendum est secundo, quod potest vnus coniux altero inuito intrare religionem post matrimonij consummatum. Quãdo coniuges erant infideles, & illorum alter ad fidem conuersus est, altero in sua infidelitate obstinato remanente, tunc iste fidelis effectus absque alterius consensu religionem ingredi potest. Similiter ¶ quando alter commisit adulteriũ, vt habetur. 27. q. 2. cap. Agatosæ, & hæc tamen libertas innocenti dumtaxat conceditur non autem adultero. Nullatenus enim adultero innocente inuito, religionem ingredi licet, eo quod quamuis ratione adulterij ius debitum petedi amittat in perpetuum: attamen reddere innocenti coniugi tenetur, & licet ante ecclesiæ iudicium neuter possit monasterium intrare

Palud.

¶

¶

¶

¶

Ddd trare

trare altero inuito, si tamen ipsa fornicata sit publice, tunc vir ea inuita, intrare poterit monasterium, non autem illa, sed facta iam separatione, iudicio ecclesie, vterq; altero inuito intrare potest, vt dicit glossa super dictum cap. Agatofa. Crediderim tamen ego tutius esse semper sententiam diuortij iudicis ecclesiastici expectare, ad nonnulla incommoda euitanda, quæ ex opposito sequi possent. ¶ Similiter quando alter coniugum incidit in hæresim & separatio per iudicis sententiam fuit facta, potest qui remansit in fide nolente coniuge hæretico, ad religionem libere conuolare, vt habetur in cap. vltimo de conuer. coniuga. Possunt etiam ambo ex mutuo consensu religionem profiteri si velint, nec est in illorum potestate postea reuocare votum cum sit validum: oportet tamen quod filios absque substantia qua sustententur non relinquunt. Tenetur enim pater ex iure naturæ filijs provide re, quousque sint adulti atque sibi ipsis per se ipsos provide possint. Vnus vero solus de alterius consensu non potest intrare religionem, nisi alter sit sexagenarius prouectusque ætate, qui iam non versetur in periculo incontinentiæ, & tunc debet prius remanens in sæculo consentientiam vouere. ¶ Si autem inuenilis ætatis sit, de qua periculum incontinentiæ timeatur, religionem intrare tenetur ac sub clausura viuere & manere. Itaq; ambo debent profiteri, eo quod si ipsa cum tali periculo in sæculo maneret, reuocandus esset vir ipse ad cohabitandum cum illa, vt expresse ex præfato cap. Agatofa. & cap. cum sis. & cap. ex parte Abbatidis de conuerf. coniuga. colligitur.

Sed annotandum nobis est impresentiarum, primo, quod quotiescumq; ex vnus coniugis consensu remanentis in sæculo, alter religionem ingreditur, per ipsum tantum postea poterit reuocari a monasterio, illoque mortuo, ad ipsum monasterium redire tenebitur, atque in eo perpetuo permanere. Quando autem

altero inuito religionem alter cõiux ingressus est, eamque professus, omnino ad eum redire cogendus erit. Licet enim ipso mortuo, ad monasterium ratione voti cum nullum fuerit, minime redire teneatur. Aliunde tamẽ ad secundas nuptias transire impeditur, vt in cap. quidã de conuer. coniuga. habetur, cuius ratio est, quia quantum fuit in eius potestate votum illud solidum ac ratum fecit, eò quod se non exigere debitum promisit, quod quidem in eius potestate erat, nõ reddere autem nõ in eius, sed in alterius potestate erat. Nam (teste Paulo) vir sui corporis potestate nõ habet, sed mulier.

Annotare oportet secundo, quod cū vir fuerit religionem ingressus vxore cõsentiente, & in sæculo remanente, si postea fornicata fuerit, non compellendus est vir exire de monasterio ad eamque reuerti, præcipue cū ipsum non repetijt, antequã fornicata esset, vt in cap. veniens de conuer. coniu. habetur. Quod quidẽ euidenter ostenditur ex eo quod quando vxor fornicata est post diuortij celebratũ inter eos ipsa etiã in sæculo remanente, religionem intrare libere viro permittitur.

Sed dubium paruum hic se offerre Theologis solet, vtrum cū vterq; cõiux semel vel pluries adulterauit, & illorum vnus poenitentiam egit, altero in idem crimen iterum atque iterum relabente, (vtrum inquam) tunc poenitens ille debitum denegare possit alteri in peccato pertinaciter perseueranti, & petere diuortium? Cui dubio Siluester verbo. *Siluest.* diuortium. §. nono. & verbo, matrimonium. §. 6. Videtur affirmatiuè respondere, & ratio cui innititur est, quia cū cõiux ille per poenitentiam ad statum pristinum restitutus sit, & si esset innocens, alteri coniugi debitum denegare posset, ac diuortium petere, sit consequens vt etiã poenitentiã peractã id ipsum facere valeat: & quãuis nonnullis Theologis nõ fati sententiã hæc placeat, eã tamẽ valde probabile esse arbitror, & ad hunc modum

altero inuito religionem alter cõiux ingressus est, eamque professus, omnino ad eum redire cogendus erit. Licet enim ipso mortuo, ad monasterium ratione voti cum nullum fuerit, minime redire teneatur. Aliunde tamẽ ad secundas nuptias transire impeditur, vt in cap. quidã de conuer. coniuga. habetur, cuius ratio est, quia quantum fuit in eius potestate votum illud solidum ac ratum fecit, eò quod se non exigere debitum promisit, quod quidem in eius potestate erat, nõ reddere autem nõ in eius, sed in alterius potestate erat. Nam (teste Paulo) vir sui corporis potestate nõ habet, sed mulier.

Soto.

dum loquendi Siluestri accedere videtur Dominicus à Soto, cum in 4. dist. 36. quæst. vnica artic. 1. ait, quid autem in vltimo fori exterioris versatur, nescio: ad eius tamen vltimum res est remittenda. Crederim tamen (inquit) cum temperamento respondendum esse, nempe, si in ista alteratione vnus corrigatur, præcipue si alterum coniugem admoneat, tunc quia hoc quoddam genus reconciliationis est, eum qui postea deliquerit reum diuortij fieri censendum esse: dicitur enim. ff. de pactis fere per totum titulum quod pacta nouissima sint seruanda. ¶

¶

Sed est dubiũ, vtrũ valeat summus Pontifex dispensare in matrimonio rato, non consummato, vt quis aliam accipiat. Partem negatiuam huius dubij tenent omnes Theologi, vno excepto Caieta. in 4. dist. 26. & D. Tho. in dist. 33. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 3. Palud. in 4. distinct. 27. q. 1. art. 2. Panormit. in cap. Ex publico de cõuersione coniugato. Quam sententiam probant hac ratione, quia matrimonium contractum est signum coniunctionis spiritalis, inter Christum & Ecclesiam, quam quidem coniunctionem inseparabilem esse constat, vnde inferunt matrimonium ratum nõ consummatum omnino indirimibile esse oportere. Item, quia statim ab ipsa eius institutione in Adam matrimonium per consensum legitimum ratum fuit iure diuino & naturali indissolubile, nisi Deo ipso dispensante. Id enim significant verba illa Adæ, hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ. Quæ quidem verba in statu innocentie ante consummationem matrimonij prolata fuerunt. Oppositam tamen sententiam tenent iurisperiti scilicet Ioannes Andr. in nouellis. Hostiẽ. & glossa. in cap. Ex publico de conuer. coniuga. & cap. quanto extra de diuort. vt est videre in Siluest. verbo, diuort. q. 4. Et Archidia. capit. qua propter. 27. q. 2. Et ex Theologis tenet eã, vt diximus

Ioan. An. hostien.

Siluest. Archid.

Caieta. quolibet. 19. quæstionum. q. 13. Sed latius in opusc. 27. quæst. 24. Dicit enim illic, quod ex causa rationabili potest summus Pontifex dispensare in matrimonio non consummato, quia non significat matrimonium, vnionem Christi & ecclesie, nisi post consummationem, & tunc remanet indissolubile, antea autem potest dirimi, quod quidem probat Caietanus ex Diui Thomæ dictis in 4. dist. 27. quæst. 1. ar. quæst. 2. Vbi in responsione ad primum dicit, quod quia matrimonium contractum tantum, non est perfectum, ideo non habet omnimodã indiuisibilitatẽ. Ex quibus videtur, quod auctoritate Papæ potest dissolui. Primã tamen opinionem Theologorum tanquam verioremi amplector. Verum est tamen quod cum ecclesia iam in hoc dispensauerit, vt patet de Martino. 5. & Eugenio. 4. quorum bullas se vidisse Archiep. Flo. 3. parte tituli. cap. 21. §. 3. attestatur: si modo Papa dispensasset nullatenus ego auderem condemnare.

De diuortio quod fit fornicationis causa.

LXV. DIFFICULTAS.

Vtrum propter fornicationem licitum sit viro vxorem dimittere?

Præsertim difficultati presentis respondeamus, duo annotare oportet. Primum, quid importet nomẽ diuortij, dicitur enim à diuertendo, hoc est à mentis diuersitate, quia qui matrimonium distrahunt, in diuersas partes eunt, hoc est, quod thoro & domo se separant. l. 1. ff. de diuort. Secundum est, quod dimittere fornicariam vxorem ad abstergendam infamiam, ne vir particeps criminis videatur, vel ad turpitudinẽ vxoris corrigendã, vel ad prolis incertitudinẽ cauendã, nullũ est peccatũ, imo potest esse virtus. His sic prælibatis, ad quæst. aliquibus

Ddd 2 conclu.

1. Conc.

Matt. 19. 1. ad Cor. 7.

Chryso.

D. Augu.

Innocen.

2. Conclu.

conclusionibus non insufficienter ref-
pondetur, & earum prima sit. Quo ad
thorum licet viro ob adulterium vxo-
ris eam dimittere. Hæc conclusio eui-
dens est, ex eo quod omnia concilia
& sancti, ita exponunt textum Euange-
licum Matthæi. 19. & Paulum 1. Corint.
7. Scilicet quod quo ad thorum & coha-
bitationem possunt separari propter for-
nicationem. Probatur etiam conclusio
quatuor rationibus, quarum prima sit, B
quia vix aliquis reperiretur, qui posset
continue patienter ferre vxorem suam
adulterantem. Vnde, congruentissimè
permitteretur, vt eam dimittere possit quã-
tum ad cohabitationem. Secunda ratio
est, quia fornicatio directè repugnat fi-
dei quam seruare tenentur coniuges in-
ter se: nempe, vt nullus ad alienum tho-
rum accedat. Dignum namque est, vt C
frangenti fidem & frangatur ei, id est,
quod coniugi adulteranti alter coniux
non teneatur ei soluere debitum, sed tho-
ro pellatur, ac subinde de domo, vt patet
de iureiurando cap. peruenit. Vnde, hæc
sententia non solum humano iure, aut
pure diuino, sed etiam naturali est fun-
data. Tertia, quia ad charitatem specta-
re videtur, vt castus fornicantem dese-
rat, ne si eum retineret, ei patrocinium
præberet ad fornicandum, vt ait Chry-
solto. Quarta & potissima ratio est, pro-
pter bonum prolis, quia fornicatio vxo-
ris, prolis educationi, quæ finis est matri-
monij, plane aduersatur, quippe cum
partum incertum reddat, cuius pater ig-
noretur. Hisigitur de causis Augustin.
super de vtero. 24. scripsit, quod cum
multæ essent in lege causæ dimittendi
vxores, Christus solam fornicationem
exceptit, cæteras molestias, iubet pro fide
& castitate sustinere.

Sed nunquid hæc conclusio habet ve-
rum in peccato netando? pro hoc (omif-
sa opinione negatiua Innoc. super capit.
maritus de adulter. & glossæ. in cap. om-
nes trigesima secunda, quæstione septi-
ma.) Sit conclusio communis tenenda

A quod huiusmodi crimen ad diuortium
sufficit, tamen si propter pudorem non
nominetur. Itaque vir cognoscendo vxo-
rè extra vas naturale est causa sufficiens
diuortij quantum ad cohabitationem.
Conclusio ista habetur in cap. Omnes
acculationes. trigesima secunda, quæstio-
ne. 7. Vbi dicitur, quod si vir polluat mu-
lierem in vase indebito, vel extra vas, po-
test vxor diuortium petere, quia per hoc
iniuria fit vxori, quæ filius vult habere,
& illo modo non potest, est etiam senten-
tia D. Thom. in quarto distinctione tri-
gesima quinta, & Paludani & Siluestri,
verbo diuortium. quæst. 7. Probatur in
super duabus rationibus. Prima, quia ma-
trimonium ad prolem generandam, &
in remedium concupiscentiæ institutū
est, sed isti fines prius tolluntur, quan-
do mulier indebito modo cognoscitur,
ergo &c. Secunda ratio est, quia vt di-
ctum est, fornicatio causa est sufficiens
ad dimittendam vxorem, & nomine for-
nicationis omnis illicitus concubitus,
atque indebitus membrorum vsus com-
prehenditur, igitur peccatum nefandū
sufficit ad diuortium faciendum. Et tan-
dem quod sint plures causæ, ob quas fie-
ri possit separatio quo ad thorum, seu co-
habitationem, expressè habetur in sancta
Tridentina synodo, sessione. 24. canone
8. cuius verba sunt, quæ sequuntur, si
quis dixerit, ecclesiam errare, cum ob
multas causas separationem inter con-
iuges, quo ad thorum, seu quo ad coha-
bitationem ad certum, incertumue
tempus fieri posse decernit, anathema
sit.

E Tertia conclusio. Septem casus exci-
piuntur, in quibus nec vir mulierè adul-
teram, nec mulier virum adulterum di-
mittere potest. Primus est, si ipse vir si-
militer fornicatus fuerit, vt habetur in
capit. significasti & capit. tua fraterni-
tas. & capit. intelleximus de diuort. &
32. quæstio. 6. per multa capita & fun-
datur casus iste in iure diuino & natu-
rali: quia fundatur in illa naturali iuris
regu-

D Thom. Palud. Siluest.

Con. trid.

3. conclu.

August.

Ad Rom.

D. Thom.

regula, paria delicta mutua compen-
satione dissoluuntur. Vnde ait D. Au-
gustin. in lib. de sermone Domini, ni-
hil iniquius est, quam causa fornicatio-
nis dimittere vxorem, si ipse conuincit-
ur fornicari. trigesima secunda quæst.
2. cap. Nihil. in quo alium iudicas, te ip-
sum condemnas, ait Paulus ad Roma.
2. qui dicis non mœchandum, mœcha-
ris.

Etiam est notadū circa istū casum, q
si antea quam de diuortio agatur, aut re-
concilientur, alter coniux fornicatus
fuerit, priuatur iure petendi diuortium:
& nihil refert vter coniugum prius pec-
cauerit, nam siue ipsa vxor siue vir prius
peccauerit, si vnus coniux, potest alteri
idem crimen obijcere, vt paria sint eri-
mina, vterque priuatur iure petendi di-
uortium, nec refert quod adulterium vi-
ro occultum fuerit, quando ipsa adulte-
rata est. Si modo mariti crimen ipsa pro-
bare possit. Quod si adulterium mariti
adeo est occultum, vt ipsa probare non
possit, non propter hoc amittit ius, sed
deficit ei probatio, & ideo peccat vir di-
uortium petens: & si post sententiam de
diuortio vxor petat debitum aut recon-
ciliationem, vir tenetur ad vtrumque,
vt ait Diuus Thomas in quarto distin-
ctione trigesima quinta, articulo sexto
ad 5. quod si post talem reconciliationem
& ipsa reincidat, potest vir illam dimit-
tere, ac si ipse non commisisset adulte-
rium.

Secundus casus est, si vir vxorem pro-
stituit: & etiam fundatur in iure natura-
li, nam si ipse per lenocinium vxorem
exposuit in ipsum culpa refunditur, &
habetur casus iste in cap. discretionem
de eo qui cogno. confan. vxor. & l. cum
mulier. 1. ff. solu. matri. & l. 2. §. si publico
ad legem Iul. de adulter. Vbi maritus
propter lenocinium accusare prohibe-
tur vxorem. Similiter, si non prohibuit
cum posset, quia sciebat adulterantem,
& permittebat: hoc enim esset connue-
re, & consentire crimini. Non tamen suf-

A ficit ad hoc vt maritus à diuortio peten-
do repellatur, quod ei in necessarijs nõ
prouidebat, vt patet in cap. ex litteris. de
diuort. propter paupertatem nanque &
egestatem nemini licet crimen commit-
tere.

Tertius casus est, quando mulier nup-
sit credens probabiliter, atque existi-
mans bonis coniecturis, propter diutur-
nam eius absentiam mortuum esse mari-
tum suum, quia tunc nõ reputatur adul-
tera, casus iste habetur in cap. cum per
bellicam. 34. quæst. 2.

Quartus est, si cognita fuit vxor ab ali-
quo latenter, scilicet intrante lectū sub
specie viri: casus est expressus cap. in le-
ctum. 34. quæst. 2. Ratio est, quia ignorã-
tia inuincibilis omnino excusat. Itè etiã
habetur in cap. Si virgo. trigesima quar-
ta, quæstione 2. & cap. Ita ne. trigesima
secunda, quæst. 5.

C Quintus si fuit oppressa per violen-
tiam absolutam, vt habetur in cap. Pro-
posito 32. quæst. 5. Ratio est, quia tunc
mulier sic inuita patitur, vt culpam non
contrahat: Secus si per metum ipsa con-
sentiret, nam tunc neque à culpa, neque
à diuortio excusaretur. Et habetur in
cap. omnes causationes trigesima secun-
da, quæst. 7. ¶

D Sextus, si post adulterium perpetrātū
sponte reconciliauit eam sibi, carnaliter
eam cognoscens, vel eam publice adul-
terantem tenet in consortium maritale,
vt habetur 32. quæst. 1. cap. 2. & 3. Et
annotare oportet ad reconciliationem
non satis esse virum ipsam adulterā cog-
noscere post adulterium perpetratum,
sed ad hoc necessum est, vt eam cogno-
uerit post adulterium cognitum & scitū
ab illo. Similiter, si vxor ex graui metu,
aut ab ecclesia compulsa, eo quod ne-
quit viro probare adulterium illum cog-
noscat, debitum illi reddendo, non
ideo reconciliari dicitur. At vero si
post celebratum diuortium per eccle-
siæ sententiam vir vxorem suam, aut
vxor virū cognouerit, reconciliatio inter

eos fieri censetur , atque adeo deinceps A simul cohabitare, ac indiuiduam perpetuamque vitæ consuetudinem retinere tenetur. ¶

Septimus, si in matrimonio in infidelitate vtriusque contracto vir dederit uxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit: tunc enim sicutque conuertatur tenetur eam vir recipere.

D. Thom. Alij addunt octauum casum, quem ponit etiam D. Thom. i. Cor. 7. quando scilicet vir dedit occasione mulieri adulterandi non reddendo ei debitum contra eius voluntatem, vt habetur in cap. secundum verba. 33. quæst. 5.

¶ Annotare hic opus est, quod licet in his casibus vir vxorem adulteram dimittere nequeat: nihilominus tamen eam cognoscendo bigamiæ irregularitatem incurrit, vt habetur. 34. dist. cap. Si laici & ca. Si cuius vxor, vbi decernitur, quod si quis laicus virginem in vxorem accepit, & ipsa postea adulterium commiserit ad ecclesiasticum ordinem promoueri non poterit, quod quidem intelligi debet si eam postperpetratum adulterium cognouit, secus si eam postmodum non cognouit, quia tunc promoueri poterit. Si vero iam clericus fuerit effectus eam dimittat, alioquin sit à ministerio alienus. ¶

LXVI. DIFFICULTAS.

Vtrum vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere?

1. conclus. **D**ifficultati huic tribus conclusionibus respondetur, prima est, in nullo casu regulariter loquendo tenetur vxor dimittere virum suum adulteratè. **Caieta.** Assertio hæc est sententia Caietani in opusc. 27. responsionumque quæstio. 26. & assignat pro ratione, quia vxor innocens non tenetur ad abstinentionem actus coniugij, nisi vt habet rationem remedij curatiui viri: & ratio est, quia non

tenetur ad hoc nisi ratione præcepti de correptione fraterna, quod ponitur à Domino, Matthæi. 18. Si peccauerit in refrater tuus &c. At vero præceptum de correptione fraterna non habet locum vbi non est spes poenitentiae, & ideò si vxor non sperat poenitentiam per hoc remedium, non tenetur ad illud faciendum: & tanto minus si credit, quod peior fiet. Vnde, licite tunc potest matrimonio vti tam petendo quam reddendo. Sed regulariter non emendabitur vir ex correptione vxoris, quin potius deterior fiet, ergo regulariter loquendo non tenetur vxor dimittere maritum adulterum. Item, quia neque ex hoc quod cum illo adultero commaneat, nascitur scandalum, cum nulla vxor credatur viri adulterio consentire. Sufficit namque vt non oriatur scandalum, quod illa sua tristitiam vicinis ostendat. Item, quia melius est illi cohabitare, eo quod pro tunc euitatur fornicatio, quam vir cum alijs faceret, nam quanto magis accedit ad vxorem, tanto minus alias foeminas appetit. Quo circa, consilium à viris prudentibus perhiberi solet vxori viri adulteri, inquit, Soto, ne thorum diuidat, quia hoc cedit in remedium viri, tadem probatur, quia nulli se periculum obijciunt incertitudinis filiorum: nam ipsæ sunt quæ certissimos edunt partus.

Annotato tamen, quod si ipsa vult petere diuortium, bene poterit: quia nos non negamus hoc in nostra conclusione, sed tantum in ea diximus, quod non tenetur vxor dimittere virum.

2. Conclus. **E** Secunda conclusio. Si mulier quæ fornicata est, seu adulterium commisit, iam est emendata, non tenetur vir eam per diuortium à se abijcere, quinimo sæpè consilium est eam retinere. Probatur, nam cum poena illa diuortij ob culpam fornicationis sit posita, postquam culpa per emendationem fuerit delata, potest vir iuri suo renuntiare, & vxori poenam illam condonare. Quod aut hoc sæpè sit consilium patet, ex eo quod mulier emendata, cum

eum se mariti præsidij viderit destitutam periculum subibit ne per inopiam oppressa turpem procuret quæstum. Probatur etiam, quia dimittere fornicariam non præcepti, sed duntaxat permissio- nis est, vt ex verbis Christi Matthæi. 19. intuenti constat.

3. conclus. **Tertia conclusio.** Vxorem fornicantem, quæ perseuerat in peccato, nec corrigi vult, tenetur vir sub præcepto eam dimittere per diuortium, si crimen sit publicum, & adsint testes sufficientes, per quos conuinci possit, ne eius peccato consentire videatur, dum correptionem debitam non apponit. Sunt enim canones id admonentes. At enim Chryso- st.

Chrysost. super Matthæi. cap. 11. & refertur 32. q. 1. Sicut crudelis & iniquus est, qui castam dimittit vxorem, sic fatuus est & iniustus qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris. Et in canone, dixit Dominus, dicitur, qui tenet adulteram, stultus est & impius, & in cap. quemadmodum. de iure iurando vbi reprehenditur vir retinens vxorem fornicariam. Probatur etiam, quia creditur huiusmodi diuortium ab Ecclesia fuisse declaratum ex Christi verbis ad emendam ipsius adulterantis, vt scilicet ob confusionem respiciat, comper- tum namque est, viro incumbere sub præcepto curam habere de vxore, cum ipse sit rector, & caput mulieris. Quare vir eam à se abijcere tenetur ad eius correptionem. Item quia periculo se subijcit proli; vt vxor illi falsos hæredes supponat. Postremò, quia significationem vnitatis sacramenti Christi cum Ecclesia violat. Signanter dixi in conclusione si crimen sit publicum, quia si sit occultum nec probari possit, non debet eam dimittere, vt optime dicit Petrus Palu-

Palud. danus in quarto sententiarum, imò etiã si sit publicum, si existimat deterio- rem fore vxorem post diuortium, quia credit quod se prostituat, tunc licet possit eam abijcere, non tamen ad id tenetur secluso scandalo. ¶ quia illa verba Christi.

A Matthæi. decimo nono intelligenda sunt cum adest periculum infamiæ aut scandali. ¶ Similiter, quando maritus vehementibus carnis illecebris vexatur, qua re timet sibi de incontinentia, quia nequit ab vxore nisi cum magno periculo abstinere, reuera tunc non tenetur tali periculo se obijcere, vt vxorem relinquat, debet tamen tunc satisfacere scandalo per parochum, ne censeatur turpitudinis patronus, vt habetur in cap. Si vir de adulterijs, tandem non tenetur vir dimittere vxorem, si sit infirmus & pauper, qui labore manuum suarum viuit, quam obrem vxore nimis indiget, quæ ei in re familiari seruiat, exemplum est euident in neophytis huius nouæ Hispaniæ, vbi vxor debet quotidie panem coquere, quia aliter viri nequirent agriculturæ, & alijs operibus vacare. In simili- bus ergo casibus satis est, vt vir vxorem acriter reprehendat, & meliori modo quo poterit, cautè custodiat, ita vt vicini intelligere valeant viro inuito illam delinquere, & ipsam virum necessitate compulsum manere cum illa, vt bene dicit Dominicus à Soto in quarto distinctio- ne trigesima sexta, quæstione vnica, arti- culo secundo. Ex his omnibus aperte colligitur, quod solum quando ex co- habitatione viri cum vxore adultera oriretur scandalum, quia vicini puta- rent crimini virum fauere, peccat vir, si eam non dimittat, & canones omnes, qui probant conclusionem tertiam, scilicet quod tenetur vir vxorem fornicantem dimittere, sunt sic intelligendi. Fundantur enim in præsumptione: nempe, quod vir habitans cum adultera, ei patrociniatur.

LXVII. DIFFICULTAS.

Vtrum maritus proprio iudicio non expectata iudicis Ecclesiastici sententia, possit vxorem adulteram dimittere?

D d d 4 Præsen-

Praesenti quaestioni praemissa vnica hac distinctione; nempe, dimissionem vxoris bifariam fieri posse, aut quantum ad thorum aut quantum ad cohabitationem, tribus conclusionibus respondetur, & earum prima sit. Cum primum constiterit viro de adulterio vxoris, aut vxori de adulterio viri, potest illam dimittere, aut ipsa virum quo ad thorum propria autoritate, nec tenetur reddere debitum exigenti, nec debet petere, si non vult illam sibi reconciliare, nam per petitionem debiti censetur eam sibi reconciliare. Probatur conclusio, quia reddendo debitum praerudicaret sibi, eo quod bigamiae irregularitatem incurreret, tum etiam, quia se iure petendi diuortium priuaret, quae quidem incommoda neutiquam innocens subire tenetur.

Annotare tamen oportet circa istam conclusionem, non sufficere quamcunque cognitionem, neque quaecunque indicia criminis, scilicet, adulterij, vt vnus coniugum alteri debitum denegare possit, sed sufficit, & requiritur illa cognitio, quae in foro Ecclesiae ad faciendum diuortium sufficeret, ita quod requiruntur sufficientia indicia ad inquirenda legitima testimonia, vt si vir solam cum solo adultero deprehenderet in eodem cubili, aut aliter amplexatos: nam alia minora indicia, & rumores leuiore, inquit Soto, non sufficerent. Vnde, non sufficeret suspicio, nisi adeo vehementissima esset, quae pro legitimo testimonio valeret.

2. conclus. Secunda conclusio. Quantum ad cohabitationem nullo modo propria autoritate potest eam vir dimittere, sed solo Ecclesiae iudicio. Haec conclusio habetur in cap. Porro extrade diort. & ibi glossa & 33. quaest. 2. cap. 3. & 4. habetur etiam in concilio Agatenfi cap. 25. Ratione insuper probatur, nam ei iure vxorem de domo, quam publice sibi copulauerat, si publicum sit supplicium, non nisi publicus iudex: valet illud in-

A ferre via iuridica per testes comprobatum crimen. Nec obstant testimonia quae aduersus conclusionem hanc obijci possunt, vt est illud Matthaei. 19. Vbi viro facultas conceditur dimittendi vxorem causa fornicationis, & illud Matthaei cap. 1. quod Ioseph cum esset vir sanctissimus & iustus & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam propter adulterium quod suspicabatur.

D. Hier. Hieronymus insuper cuius verba canonizantur. 32. quaest. 1. cap. Dixit Dominus, ait, vbicunque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, libere vxor dimittitur. Ex quibus colligi videtur occulte virum posse diuortium celebrare absque iudicio Ecclesiae, (non inquam obstant huiusmodi testimonia) nam ea iuxta communem interpretationem intelligere oportet, proportionabiliter tamen, videlicet quod secundum ius diuinum & naturale dimittere vxorem concedatur viro quo ad thorum propria autoritate etiam non expectato Ecclesiae iudicio. Idem tamen ius naturale quantum ad cohabitationem remisit ad iudicium publicum, vt scilicet in publico supplicio sententiam personae publicae interuenire requiratur ad illud autem Ioseph, peculiariter respondet D. Tho. in additi.

D. Thom. D. Tho. in additi. tertiae parti adiectis quaest. 62. articu. 3. ad. 2. dicens quod Ioseph. voluit beatam virginem dimittere non quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius, timens cohabitare ei, nec tamen (inquit) est simile, quia tunc ex adulterio non solum procedebatur ad diuortium sed ulterius ad lapidationem, non autem tunc quando agitur in iudicio Ecclesiae. Haec D. Tho. Vnde videtur mihi, quod cogitabat dimittere illam nesciens adhuc mysterium, & volebat hoc facere occulte ne lapidaretur, & quod iste fuerit sensus legitimus illius loci consistare videtur ex verbis angeli, qui in somnis apparuit Ioseph, dicens Ioseph. Fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est.

E ferre via iuridica per testes comprobatum crimen. Nec obstant testimonia quae aduersus conclusionem hanc obijci possunt, vt est illud Matthaei. 19. Vbi viro facultas conceditur dimittendi vxorem causa fornicationis, & illud Matthaei cap. 1. quod Ioseph cum esset vir sanctissimus & iustus & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam propter adulterium quod suspicabatur. D. Hier. Hieronymus insuper cuius verba canonizantur. 32. quaest. 1. cap. Dixit Dominus, ait, vbicunque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, libere vxor dimittitur. Ex quibus colligi videtur occulte virum posse diuortium celebrare absque iudicio Ecclesiae, (non inquam obstant huiusmodi testimonia) nam ea iuxta communem interpretationem intelligere oportet, proportionabiliter tamen, videlicet quod secundum ius diuinum & naturale dimittere vxorem concedatur viro quo ad thorum propria autoritate etiam non expectato Ecclesiae iudicio. Idem tamen ius naturale quantum ad cohabitationem remisit ad iudicium publicum, vt scilicet in publico supplicio sententiam personae publicae interuenire requiratur ad illud autem Ioseph, peculiariter respondet D. Tho. in additi. tertiae parti adiectis quaest. 62. articu. 3. ad. 2. dicens quod Ioseph. voluit beatam virginem dimittere non quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius, timens cohabitare ei, nec tamen (inquit) est simile, quia tunc ex adulterio non solum procedebatur ad diuortium sed ulterius ad lapidationem, non autem tunc quando agitur in iudicio Ecclesiae. Haec D. Tho. Vnde videtur mihi, quod cogitabat dimittere illam nesciens adhuc mysterium, & volebat hoc facere occulte ne lapidaretur, & quod iste fuerit sensus legitimus illius loci consistare videtur ex verbis angeli, qui in somnis apparuit Ioseph, dicens Ioseph. Fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est.

1. conclus.

Soto.

2. conclus.

Coc. Ag4.

Matth. 19.

Matth. 1.

D. Hier.

D. Thom.

est.

Phi est de Spiritu sancto est. Phi. Aduertendum est tamen, quod in duobus casibus poterat ante sanctam Synodum Trident. coniux innocens dimittere adulterum propria autoritate non ei cohabitando & a fortiori debitum negado. Hodie vero post conciliū solū potest in primo, videlicet, quando adulterium adeo est notorium, vt infamiae non sit locus, vt habetur in cap. signifi- casti de diuort. quod Veruecen limitat, quando ipsa adultera in domo adulteri publice habitat, aut adulter in domo adulterae.

veruec. Secundus casus erat, quando matrimonium clandestinum erat validū: scilicet, quia non in facie Ecclesiae, vel coram testibus celebratum fuerat. In hoc namque casu omnino propria autoritate sine Ecclesiae iudicio poterat innocens dimittere adulterum quo ad cohabitationem, si ei constabat de adulterio illo proprii coniugis, excipiunt hos duos casus Arch. Flo. 3. p. tit. 1. c. 21. & Ricardus dist. 36. ar. 1. quaest. 3. & Siueiter in verbo Diuort. quaest. 8.

3. Conclu. Tertia conclusio, innocens sciens vxorem adulterium comisisse, quod tamen nullatenus ei probare potest, quamuis per censuras ab ecclesia compellatur ad hoc vt debitum ei reddat, non ideo peccat debitum denegado. Assertio ista ostenditur a simili, nam in capit. literas de resti. spoli. dicitur, quod mulier sciens impedimentum matrimonij, scilicet copellatur per excommunicationis sententiam ad debitum reddendum: non tenetur illud reddere: ergo eadem ratione qui sententia excommunicationis cogitur ab ecclesia ad reddendum debitum vxori adulterae, potest illud licite ei denegare, & si reddat illo modo coactus non amittit ius denegandi debitum, atque adeo neque petendi diuortium. Ratio est, quia licet sententia in foro exteriori fuerit legitima: tamen quia in falsa fuit praesumptione fundata: scilicet, quod illa non erat adultera, non ligat conscientiam.

Archi. Ricard. Siueiter.

3. Conclu.

A & ideo non tenetur ad illam accedere, neque excommunicatione in foro interiori ligatur, sed debet exteriora iudicia, & molestias patienter tolerare: potest tamen compelli, vt illam domi retineat & alat, quanuis in conscientia non solum non debeat ei copulam, sed nec alimenta, nec humanum conuictum.

LXVIII. DIFFICULTAS.

Vtrum vir & vxor in causa diuortij possint ad paria iudicari?

Praesenti difficultati duabus conclusionibus respondetur, & earum prima sit, in causa diuortij vir & vxor ad paria iudicantur, itaque par facultas conceditur vxori dimittendi virum, & viro dimittendi vxorem. Assertio haec est omnium doctorum, vno Caietan. excepto, qui super Matthaei. cap. 19. affirmare videtur partem negatiuam, nepe quod non concessit idem ius vxoribus, quod viris, quam quidem sententiam neutiquam defendere licet, cum expresse conclusio nostra habeatur in quam plurimis locis determinata ab ecclesia: scilicet in c. Christiana. 32. q. 5. & c. Apostolus. & c. placuit eade cau. q. 7. & colligitur aperte ex Pau. qui. 1. Cor. 7. postquam dixit, Milier sui corporis potestatem non habet, sed vir, subdit, similiter vir sui corporis potestatem non habet sed mulier. Si ergo equaliter vir tenetur reddere debitum vxori petenti, sicut vxor viro: necessesse est frateri, vt quemadmodum propter fractionem fidei vir potest ab vxore diuertere, ita plane & vxor possit a viro. Et vt D. Aug. & D. Hieronymus ex eisdem verbis Apostoli probant. Itē idem Augustin. in libr. de adulteri. coniug. ait, non nisi propter fornicationem ille discessus permittatur: & tamen dicit, quod si discesserit maneat in nupta, signum igitur est, mulierem virum fornicarium relinquere posse. Phi. Nec nocet conclusio argumentum quod pro se facit Caieta. videlicet

B.

C.

D.

E.

1. conclus.

Caieta.

1. Cor. 7.

D. Aug.

D. Thom.

Phi.

Matth. 19. 19. ob fornicationis causam virum vale re vxorē dimittere, de solo viro locutus fuit, nō ergo licet vxori virum dimittere, sicut viro vxorem. Non inquam, nocet, quia cum illic de repudio, quod in veteri lege solis viris permittebatur ad euitandum homicidium, eō quod in illis magis imminabat de hoc periculum quam in mulieribus, Dominus loquere tur, non fecit mentionem in noua lege de vxoribus: reliquit tamen tanquam notissimum, idem ius patrocinari vxori: nam æqualiter coniuges obligantur ad sibi inuicem fidem seruandam.

2. conclus. Secunda conclusio. Non est par causa diuortij in vtroque coniuge, sed maior causa discedendi reperitur in viro quam in foemina, licet in vtroque sit sufficiens causa ad diuortium propter fidei fractionem. Conclusionem hanc probat

D. Thom. egregiè pro more D. Thom. nam dicit, quod in adulterio duo reperiuntur, scilicet & quod est de ratione peccati fornicationis simplicis, & adhuc id quod magis grauat, videlicet læsio matrimonij. Primo modo peccatum viri & mulieris se habent vt excedentia & excessa, quia in muliere est plus de humore: & ideo sunt, ait foeminae magis ducibiles à concupiscētijs. Sed in viro est plus de calore, qui concupiscētiā excitat. Ecce quo modo ex vna parte adulterium secundū id, quod in eo inuenitur de ratione simplicis fornicationis, est grauius in viro, ex alia autem grauius in foemina, quam in viro: sed tamen simpliciter loquendo ceteris paribus vir quantum ad id quod est in fornicatione simplici, grauius peccat quam mulier quia plus habet de rationis bono, nam præualet quibuslibet motibus corporalium passionum. Secūdo vero modo simpliciter loquendo, plus peccat mulier adultera, quam vir adulter ceteris paribus, quia maiorē læsionē infert matrimonio: licet enim vir eo quod est caput, & custos vxoris, peius delinquat contra secundum finem ma-

A trimonij, qui est familiae gubernatio: at tamen foemina longe perniciosus cōtra primarium finem delinquit, cum tūc nascatur proles ex incertis parentibus, cuius mulier est causa. Quo fit, vt maior causa discedendi reperitur in viro quā in foemina: & ob istam rationem alijs ommissis permittitur viro propriam vxorē accusare ad poenam capitis, quia secundum leges humanas infligitur: & non permittitur vxori, vt ex tenore legis liquido constat, nec vlla talis consuetudo apud nationē aliquam reperitur. Sed oritur impræsentiarum dubium, an permitti possit viro adultero in foro civili criminaliter accusare propriam vxorem vsq; ad mortem de eodem crimine. De qua re licet nonnullos doctores graues dubitare non ignorem: mihi tamen videtur partem affirmatiuam absque scrupulo aliquo posse teneri, ac defensari.

C Cui sententiæ communis consuetudo hactenus non reprehensa à viris doctis, ac prudentibus fauere videtur. Deinde constat ex eo quod cum res ad iudicium civile deducitur, neutiquam quaeri solet, vtrum maritus idem commiserit crimē an non, nec vlla vxoris obijcientis viro cōsimile delictum, exceptio admittitur. Signum ergo est, parum, aut nihil referre virum cōsimile crimen commisisse.

D Præterea, quia cum lex civilis facultatem viro accusandi vxorem de hoc adulterij crimine præbeat, non autem vxori, vt expresse D. Tho. in additio. 3. par. adiectis. quæst. 62. art. 4. docet, fit, vt marito etiam adultero permitti possit vxorem de eodem crimine accusare. Et ratio huius differentiæ videtur esse aperta, eo quod ex vxoris adulterio graue damnum ipsi proli inferri perspicuum est omnibus. Siquidem incertum est cuius sit filius: & ex hoc rursus aliud non minimum consequitur damnum, nempe quod alienus filius in hæreditatem veri mariti succedat. At vero in viri adulterio tātum violatæ fidei interuenit crimen ob idque ra-

E tione consentaneum fuit vt vir alioquin etiam

etiam fornicarius vxorem de hoc adulterij crimine accusare possit. Postremo, quia cum ex vxoris adulterio magnus dedecus & infamia viro non autem vxori ex viri adulterio proueniat, ratio naturalis exposcit, vt ipse vxorem non item ipsa virum de crimine adulterij accusare queat. ¶

¶

LXIX. DIFFICULTAS.

Vtrum celebrato diuortio viro ius relinquitur aliud inuendi matrimonium.

Erasm.

In hac quæstione omissa sententia erronea, uno & hæretica Erasmi, quam super Matthæum cap. 19. expresse innititur Ecclesiæ persuadere, videlicet, quod facto diuortio liceat ad secundas nuptias transire adhuc viuente primo coniuge: contendit enim illic probare, quod causa fornicationis, non tantum viro verū etiam vxori liceat alias nuptias inire.

Caiet.

Omnia similiter sententia Caietani afferentis super eundem locum Matthæi licere viro causa fornicationis alias nuptias inire nō autem vxori. Subiungit tamen Caietanus se hoc dicere salua ecclesiæ diffinitione, ac subinde non sic pertinaciter vt Erasmus hoc affirmat, sed quasi se ecclesiæ censure subiiciēs. ¶

¶

¶

con. unic.

Ommissis inquam his sententijs, quia tam Caiet. quam Erasmus male audit de hac re (Parisijs namque primum cōtra Erasmus, ac subinde contra Caiet. hic error condemnatus est.) Sit conclusio responsua ad quæstionem, neutiquam seu viro seu vxori post diuortium ad alias nuptias commigrare fas est: sed ambo nisi se reconciliauerint, tenentur in perpetua castitate deinceps viuere. Hæc conclusio habetur in loco citato Matth. vbi dicitur qui dimissam duxerit mœchatur. Et Marci ca. 10. & Lucæ. 16. aperte explicatur illorum verborum sensus, quicumq; dimiserit vxorem suam & aliam

Matth. 19.

¶

Marci. 10.

Lucæ. 16.

A duxerit mœchatur: & qui dimissam à viro ducit mœchatur. & euangelista Marcus dicit adulterium committitur super eam. ¶ Item Paulus. 1. Corinth. 7. principio, inquit non ego sed Dominus, vxorē à viro non recedere, quod si recesserit, maneat in nupta, aut viro suo reconcilietur. ¶ Item ad Romanos cap. 7. quæ sub viro est mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuat, vbi Apostolus crimen fornicationis non excipit ¶ ha-

1. ad Cor. 7.

Ad Roma.

¶

Con. trib. Conc. mil.

betur etiam extra de diuort. cap. gaude mus. & in concilio Triburiensi cap. 46. & Miliitano cap. 17. dicitur sub his verbis, placuit vt secundum euangelicā disciplinam neque dimissus ab vxore, neq; dimissa à marito alteri coniugatur, sed ita maneat, aut sibi met reconcilietur. Itē in concilio Elibertino cap. 9. dicitur, fi-

Con. Elib.

C delis foemina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quā is, quem reliquit de saculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit. Et in canonibus Apostolorum capit. 48. Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communionem priuetur. Et in Concilio Florentino sub Eugenio quarto dicitur,

Con. florent.

quamuis, autem ex causa fornicationis, liceat thori separationem facere: non tamen aliud matrimonium cōtra here fas est, cum matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum sit. Ac demū Erasmi sententia à sacrosancta cecumenica ac generali Tridentina Synodo nuper hac nostra tempestate sub felicis recordationis Pio. 4. celebrata sess. 24. capit. 5. tanquam hæretica condemnatur dum

Con. trid.

E sub his verbis inquit. Si quis dixerit ecclesiam errare, cum docuit & docet iuxta euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non posse dissolui & vtrumque vel etiam innocentem, qui causam adulterio nō dedit, non posse altero coniuge viuente aliud matrimonium

monium contrahere mœcharique eum qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimissa adultero, alij nupserit, anathema sit. Accedunt adhuc sanctorum testimonia, in primis Diui Augustini in lib. de bono coniuga. cuius verba habetur. 32. q. 7. c. Interueniēte, interueniēte inquit, diuortio non ob id soluitur confederatio nuptialis. Et in tribus libris quos ad Polentium scripsit, cuius verba canonizata reperiuntur in cap. licite & in cap. quemadmodum. 32. quæst. 7. Deinde est testimonium Hieronymi in epitaphio, cuius verba referuntur 32. q. 5. cap. præcipit Dominus. Tertium testimonium est D. Thom. in 4. distinct. 35. quæst. 1. artic. 5. Vbi dicit quod nihil adueniens supra matrimonium potest ipsum dissoluere. Et Chrysostomus etiam homilia. 7. super Matthæum asserit in hac parte eandem esse rationem de viro vxorem dimittere & de vxore dimissa & hoc idem affirmat homilia. 17. Theophilatus in super in 19. cap. Matthæi, & Beda in priorem epistolam ad Cor. cap. 7. id ipsum dicunt. Breuiter, vt vno verbo dicamus, omnes sancti tenent hanc sententiam super priorem epistolam ad Corinth. & super Matthæum in locis citatis. Tandem ostenditur conclusio aperte tribus rationibus. Prima, quia si propter diuortium factum causa adulterij liceret ad aliud, matrimonium conuolare, & primum solueretur, ecclesia concedens diuortium, censeretur conferre occasionem adulterandi, quod quidem impiissimum est dicere. Secunda ratio est, quia si viro liceret tū aliam ducere, quotidie fierent diuortia, cum facile tū vxor quam vir inuenire posset testes falsos ac causas ad suum coniugem repudiandū vt alteri posset nubere. Et Nempe posset mulier viro supponere aliam mulierem pulchram cum qua fornicaretur, vt sic ab illo discedere valeret, & pari ratione vir facile occasionem adulterandi vxori offerre posset. Tertia ratio efficacissima est, quia nunquam in ecclesia aliqua

natio vel prouincia inuenta est, vbi per diuortium matrimonium omnino dirimeretur. Nec obstat conclusioni quod obijci solet, ex Gregorio Papa. 32. quæst. 7. cap. quod proposuisti. Si mulier infirmitate correpta non voluerit debitum viro reddere, quid eius faciat coniugalis? Bonum esset si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret, sed quia hoc magnorū est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen ei subsidij opem subtrahat. Videtur ergo ex hac pontificis determinatione licere alteram ducere, vel alterum si sit mulier. Non, in quā obstat, quia pontifex loquutus fuit illic, quando impedimentum illud impotentia præcelsit contractum matrimoniale, quod ante non fuit cognitum, sed post contractum, & sic nullum fuit matrimonium, & tunc potens aliam ducere potest, cum continere non teneatur. Non obstat etiam auctoritas Ambrosij, qui super illud prioris epistolæ ad Cor. 7. cap. Vxor non discedat à viro, quod si discesserit maneat in nupta, aut reconcilietur viro suo ait, quod ideo non subdit de viro sicut de muliere quia viro licet ducere aliam, quare secundum Ambrosiū saltem viro post diuortium ob adulterium licet aliam sumere, quæ est sententia Caietani. Non inquam, obstat, quia verba illa imposita & addita sunt suis scriptis, à quibusdam falsarijs, vt dicit Magister in 4. dist. 35. & Diuus Thom. super eundem locum Pauli Apostolus enim postquam dixit, aut viro reconcilietur, de viro intulit, & vir vxorem non dimittat: quod quidem in simili forma, sicut de muliere præmiserat, intellexisse, fateri necessum est, nempe quod si dimiserit vxorem maneat in nuptus. Et hoc voluit Christus redemptor noster expresse docere, quando dixit, quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit mœchatur, Est enim ac si dixisset, quod quamuis liceret aliquādo dimittere vxorem causa fornicationis, nunquam tamē propter fornicationem ipsam, vel hæresim

sim licet aliā ducere, quia talis mœchatur, eo quod semper perseuerat primum matrimonium. Et itaque voluit dicere quod nec licet dimittere vxorem propter alias causas præter fornicationē, nec ei quæ ob fornicationem dimissa fuit, vel ipsi qui eam dimisit: nouum contrahere matrimonium fas est. Secus est de sponsalibus de futuro, quippe quæ antequam fuerint per copulam consummata, proculdubio per fornicationem dirimi possunt, si vult innocens à pacto recedere.

LXX. DIFFICULTAS.

Vtrum factō diuortio locum habeat reconciliatio?

Con. vnica. **V**Nica hac conclusione bimembri difficultati huic respondetur, vide licet quod si post diuortium adultera respiscat, ita vt constet emendatam esse, potest vir eam sibi reconciliare, quemadmodum antea poterat retinere: si autē incorrigibilis appareat, non licet eam retinere. Hanc conclusionem tenent in vniuersum omnes catholici Doctores exceptis Erasmo, & Caietano, quia cum secundum Erasimum per diuortium dirimatur matrimonium, & possint coniuges transire ad aliud, non possunt postea dimissam per diuortium reconciliare, neque secundum Caietanum potest vir adulteram sibi reconciliare. Probaturs conclusio quod ad primam partem quia diuortium solum fit propter crimē, ergo illo cessante, potest diuortium cessare, cum enim diuortium fiat in fauorē innocētis, sequitur, vt sicut potest si vult innocens ante celebratum diuortium eam non dimittere, ita etiam possit eam sibi post diuortium reconciliare, si voluerit, quantumcūq; ipse innocens petierit diuortium, imo etiam si nocens nolit in

nocenti reconciliari, quia nunquam quis per peccatum priuilegium, vel immunitatem consequitur. Addit tamen hic Soto, quod si post factum diuortium adultera emiserit votum solenne, nunquam eam ecclesia reuocabit ad virum, quantumcūque ipse innocens petat: quam sententiam veram reputo, dummodo de licentia ipsius viri votum emiserit. Secunda pars conclusionis, nempe, quando est incorrigibilis, non indiget probatione, dum tamen intelligatur cum limitationibus appositis supra difficultate. 65.

Annotare hic oportet, quod quantum si postquam mulier commisit adulterium, vir etiam adulter non possit in conscientia eadem de causa vxorem dimittere, attamen vir qui post diuortium adulterauit: non tenetur in conscientia ante compulsionem Ecclesiæ ad vxorem redire, quia per diuortium vir absoluitur ab obligatione reddendi debitum vxori adulteræ: atque adeo ille contractus societatis quo ad thorum & cohabitationem dissolutus videtur. Quare licet postea vir peccet in Deum adulterando, quia manet verum matrimonium, non tamen videtur in vxorem iam dimissam peccare. Imo nec secundum rigorem iuris debet cogi, vt ad illam reuertatur, nisi forsitan postquam iudex ex officio suo eum admonuerit, vt periculo animæ suæ, & scandalo aliorum caueret, nollet nisi perditissimè viuere, & magnum scandalum suis adulterijs alijs causare, nam tunc si vxor eum in iudicium deferret reconciliationem petens, ecclesia tanquam inobediētem suis mandatis, & propter scandala posset eum compellere, vt vitam cum sua vxore degeret.

(?)

De debito coniugali.

LX XI. DIFFICULTAS.

Utrum alteruter coniugum teneatur alteri debitum reddere.

Con. vnic. **D**ifficultati præsentis hæc conclusio ne affirmatiua respondetur: nempe, quod debitum coniugale vterque coniugum alteri de necessitate præcepti reddere tenetur. Conclusio ista præter hoc quod est Apostoli. i. Cor. 7. & omnium tam iuris peritorum, quam Theologorum expressa sententia, probatur etiam ratione ex natura & fide, & sine matrimonij desumpta, scilicet, quod cum præcepta sint circa media, quæ ideo ex finis natura sunt perpendenda, & finis matrimonij sit propagatio generis humani, quæ fit per generationem, consequens fit, vt natura matrimonij sit mutua corporum traditio in illum vsum iuxta verbum Apostoli iubentis vtrique coniugum debitum reddere, eo quod neuter sui corporis potestatem habet, sed alter coniux, ac subinde ex hac natura matrimonij suboritur mutua obligatio, & fides soluendi sibi ad inuicem debitum, quæ quidem obligatio, cum sit in re grati, sub reatu mortalis culpæ genere suo, vtrumque coniugem perstringere fatenti oportet. Genere suo, inquam, nã quãdo maritus, vel vxor non petit sub intentione obligandi sub peccato mortali, sed sæpe in sinuando, & alliciendo, & mouendo, tunc debitum negare non erit peccatum mortale, imo frequenter nec veniale, vt optime asserit Dominicus à Soto: quoniam nec creditor pecuniam sibi debitam sub illa ratione semper exigit, vt debitor peccet nõ reddendo. Quinimo etiam, inquit, si alter obnixè petat, potest alter ex causa rationabili ei denegare vt statim ostendemus: esset tamen peccatum mortale non reddere, si coniux non nisi cum magna difficultate, & quã

Ararissimè reddere vellet, & potissimum si periculũ in suo cõiuge præsentiret aut adulterij, aut alias iniquæ pollutionis. Item si vir abstineret, vt prolem ex illa vxore suscipere renueret, vel vxor ne de viro illo conciperet, vt poterat cum vir duxit vxorem maculati sanguinis. Solent enim tunc viri thorum separare, quod certe peccatum mortale est. Hæc Soto. **Soto.**
BSunt plures causæ excusantes ne vnus coniux exactus, alteri coniugi petenti reddere teneatur, quas quidem causas ponit Petrus Paludanus in 4. dist. 32. q. 1. ar. 2. Et Siluester verbo debitum coniugale: de quibus erunt sequentes conclusiones. Prima, neuter alteri debitum reddere tenetur cum detrimento salutis cõseruatricis proprii indiuidui quando inde periculum mortis, vel infirmitatis notabilis reddenti imminet. **Ordo** namq; charitatis postulat, vt vnaquæq; res accuratius sibi prius consulat quam alteri. **Quo fit,** vt obligatio reddendi debitũ nõ solũ sit intelligenda salua cõsistẽtia personæ, sed sanitatis, secundum Caiet. verbo matrimonium, quod quidem verissimũ est. Nec enim vnus coniux habet potestatem in alterum, nisi habeat integram sanitatem, & ideo quando medici iudicarent imminere periculum infectionis siue lepræ siue alterius morbi, non tenetur reddere debitum exactus. Et per hæc regulã possumus multos soluere casus, vt in laborantibus morbo gallico, vel alio. Secus esset quando parua iactura immineret reddenti, quia tunc si timeret incontinentiam alterius, teneretur illi debitum reddere cum illa iactura, alias peccaret denegando debitum. Sic namque intelligendum esse existimo Alexandrum tertium in cap. peruenit. Vbi cogit coniugem leprosi debitum ei reddere etiam sub anathematis comminatione, si renuerit: non enim sanum cogeret ad reddendum, quando ingens periculũ immineret salutis, vt poterat lepra eũ attingit gradum, qui dicitur leoninus, quoniam nimirum corpus frustratim dissoluitur. **Et**

Et similiter in hoc casu, quando scilicet sequitur parua iactura, arbitror fore intelligendã cõmunẽ Theologorũ sententiã asserentem, quod tenetur sanus leproso coniugi debitum reddere, nunquam tamen cohabitare, nec in eodem lecto dormire, sufficit enim, quod sanus tali infirmo in illo actu seruiat, cum per huiusmodi actum seruetur principalis finis, qui est generatio: & cohabitatio cum leproso non sit necessaria, & sit horrenda, præsertim quod maius periculum imminet in cohabitatione mensæ & lecti quam in vno congressu. **Ex** quo aperte exploditur sententia Gofredi Card. in summa sua, asserentis coniugem sanum non tantum debitum reddere teneri coniugi leproso: verum etiam habitare cum illo, modo coniux leprosus viuat separatũ a cætu aliorum leproforum. Cum autem in confortio illorum viuat, reddere debitum, nõ autẽ cohabitare tenetur. **Imo,** si in redditione debiti medicorum consilio constaret periculũ contagionis creari, cessaret obligatio reddendi. Ita tenet Durandus, & Paludanus & Caietanus in summa in ca. de vsu matrimonij: quod magis verum habet secundum artem medicam, & experientiam in viris quam in foeminis, quia propter exorbitantem iniquitatem foemine caloris in illo actu, maius periculum imminet viris conredientibus cum foeminis leprosis, quam foeminis conredientibus cũ viris. Et hinc fit, vt minus vir sanus teneatur vxori leprosa debitum reddere, quã vxor viro leproso, quamuis sit par ius in vtroque ad petendum.
Sed solet oriri dubiũ cũ ex vna parte leprosus circa incontinentiam periclitatur, ex alia vero imminet periculum infectionis lepræ in prole genita ex huiusmodi congressu, an tunc reddere debitum sit peccatum? Cui dubio facile respondetur, quod in tali casu sanus nullũ committeret peccatum debitum reddendo, quod ex eo patet, tum, quia melius est proli sic esse quam simpliciter non

esse, tũ etiam, quia ex concubitu illo nõ necessario sequitur prolis generatio. Sciendum nobis hic est præterea, quod cum sanus siue sit vir siue foemina scienter cum leproso contraxit matrimonium, postmodum reddere debitum tenetur, maxime si leprosus periclitetur circa incontinentiam, eo quod videns & sciens alterius infirmitatem voluit se ad id per matrimoniale contractum obligare. Secus cum egritudinem illius ignorauit, nam tunc ei reddere debitum neutiquã tenetur, & sibi imputet leprosus, qui suam lepram reuelare alteri noluit.
Secunda conclusio. Propter impotentiam coeundi, siue ex coitu præcedenti, siue ex obseruatiã ieiunij ecclesiastici, siue ex deuotione cum moderatione accepti siue ex alia causa licita subsequente, excusatur coniux à redditione debiti. Ratio est, quia impossibile nulla est obligatio, vt habetur. ff. de re iuris. l. impossibile, non tamen consulenda est vxori talis poenitentia, scilicet se se huiusmodi ieiunij, & vigilijs macerare, & extenuare sine mariti licentia, ne deformior reddatur, & viro offerat occasionem, vt eam despectui habeat. De illo autem qui consulto, ac dedita opera se reddit impotentem, vt coniugem defraudet, & similiter si se reddit impotentem per illicita media, dicendum est secundum Ricardum & Archiep. Flo. quod mortaliter peccat, eo quod contra iustitiam facit, & nõ minimam iniuriam irrogat alteri coniugi, & si propter hoc alius inciderit in dånabilem corruptelam, particeps fiet illius criminis.
Tertia conclusio. Quando alter coniux vult religionem intrare, excusatur à redditione debiti. Probatũ, quia non tenetur statim reddere sed debet statui tempus, infra quod ingrediatur, vt habetur in cap. ex publico de conuer. coniuga. id est, infra duos menses, vbi dicit Panor. post Glo. Illud tempus iudicis arbitrio fore taxandum. Quod si religionem nõ vult intrare, adhuc non tenetur statim reddere

Soto.

Palud. Siluest. 1. Conclus.

Caiet.

Durand. Palud. Caiet.

2. Conc.

Ricar. Archiep.

3. conclus.

panor.

reddere contracto matrimonio: sed tantum temporis cuiuslibet dandum est, quantum sufficit ad obseruandas debitas ac honestas solennitates. Vnde ante benedictiones non tenetur reddere: quo spatio transacto, neuter potest differre debitum reddere petenti.

4. Conclu. Quarta conclusio. A redditione debiti exculatur coniux, si modo indebito exigitur ab eo, vt viro succubo, & vxore incuba, vel alio modo periculoso de nõ generando aut inhonesto.

D. Thom. De tempore mēstruorum distinguendum est cum Diuo Thoma in 4. distin. 32. ar. 2. quęst. 2. & cum alijs, quod si mēstrua sint perpetua, quę sunt innaturalia nempe, perpetui fluxus ex morbo provenientes, non est peccatū reddere nec exigere, siue sit mulier quę exigit, siue vir, quod quidem manifesta ratione probatur, quia alias oporteret virum perpetuo abstinere: & pari ratione dicendū est de viro patiente fluxum seminis perpetuum, quia etiam non tenetur abstinere ab exactiōe debiti. Si autem sint naturalia, quę scilicet certis temporibus per menses mulieribus accidunt, dicunt Scotus in 4. dist. 32. & Ricardus eadem dist. art. 4. quęst. 1. Quod non licet sub mortali marito reddere menstruatę petenti, nec ipsi menstruatę licet reddere marito petenti, nisi timeatur fornicatio in petente, nam propter hoc petendo nõ peccat mortaliter. Reddere tamen, dicunt, quod tenetur deliberate exigenti, sed Diuus Thomas non approbat hanc opinionem, & ideo sub distinctione respondet: scilicet, quod si vir petat sciēter, tunc debet eum vxor menstruatę precibus & monitis auertere: non tamen quādo periculum iniquę pollutionis in ipso timeat. Si vero petit ignoranter, potest aliquam occasionem, vel aliam infirmitatem si habet, allegare ac simulare, dum non timetur maius malum: suam tamē immunditiam viro indicare non tenetur, ne horrorem obijciat: si tamen ille omnino insisterit, reddere debet: quia

Scotus. Ricar.

D. Thom.

A mulier vt ait Paulus, potestatem sui corporis non habet, sed vir. Eandem sententiam tenet Siluester verbo, debitum coniugale. §. 6. Et Caietanus in summa capit. de vsu matrimonij. Et Bonauentura in 4. dist. 32. Et ibidem Palud. quęst. 1. Dif. fert tamen à Caieta. Siluest. quia Siluest. dicit in loco citato, peccatum esse mortale sponte petere, nullum tamen exactum reddere. Caietanus autē tenet nullum esse peccatum reddere, nec petere cum circumstantijs, quas ponit D. Tho. cui subscribit Petrus Paluda. & Bouau. vbi supra in 4. dist. 32. Et ita proculdubio tenendum est, quia nemini iniuriam irrogat, qui vtitur iure suo. Vnde, non tenentur coniuges tam arte illa cauere in commoda, quę ponit Scotus in 4. dist. 32. Videlicet, quod concipiatur filius membris dānatus, cæcus, claudus, leprosus, vt iuri suo cedere debeant, & præcipue, quia nec sunt adeo certa, vt semper eueniant. Et ideo fides minime ei est adhibenda quantum ad id quod dicit, quod siue in viro siue in foemina aut petere, aut reddere debitum tempore menstrui est peccatū mortale. Maiori enim præcepti vinculo teneretur vir cauere morbum prolis generandę quam dare operam generationi prolis. Vnde, si foemina petat non tenetur ei reddere debitum ad illud malum cauendum. Nec obstat id quod Leuit. 18. habetur, vbi poena mortis, quę non nisi pro mortali imponi solet accedenti ad mulierem mēstruatam iniungitur (non inquam obstat) nā cum leges illę multum de iudiciali & cæremonialia haberent, ex hac parte poterant tunc sub mortali obligare: at vero quāuis non nihil de ratione morali haberent: non tamen illud erat tantum, vt seclusa lege positua, sub mortali obligarent. Et sciendum est hic, quod vbi cum quę apud Augu. Hiero. aut alium quęcumque doctorem reperitur, debiti petitionem à mēstruatę peccatum esse mortale, ex eo quod accessus ille est contra bonū prolis, scilicet, quia inde morbida prolis

Siluest. Caiet. Bonau. Palud.

Scotus.

Leuit. 18.

prolis & infecta oriri solet: intelligendū esse ceseo, cum aperte constat huiusmodi documentum prolis generandę, nempe quia nascetur monstruosa & infecta, vbi autem id non constaret, non existimo mortale peccatum esse tale debiti exactiōem.

† M. senten.

De temporibus autem sacris, Magister sententiarum in 4. dist. 32. ac aliqui eius interpretes dicunt, quod in nullo die festo aut ieiuniorum licet debitum petere, sed est peccatū veniale. Reddere vero aiunt nullam esse culpam, alij vero dicunt, quod petere debitum in festis præcipuis, scilicet Natalis, Pentecostes, Ascensionis, & paschatis, & aliorum festorum quibus articuli fidei celebratur, est culpa venialis, quia licet actus matrimonialis de se nullam habeat annexam culpam, habet tamen non nihil indecetię & ineptitudinis ad orationem & cõtemplationem, quibus in prædictis diebus debent homines vacare. Petrus tamen à Palude asserit, quod nullū tempus sacrum impedit debiti redditionem, vel petitionem de necessitate, licet sit bonum his diebus ab exactiōe abstinere, vt ad contemplationem sit maior aptitudo, & huic sententię adhæret Caiet. & summa Armilla. Cum hoc tamen stat, quod qui suscepturus esset die sequenti sacram cõmunionem, non excularetur à culpa, si illa nocte debitum exigeret.

Palud.

Caieta. Sum. Arm.

5. conclu.

Aug.

Sed dubiū est, vtrū alter coniugū possit facere votū nõ reddendi debitū citra voluntatē alterius? Huic dubio hac negatiua conclusione respondetur, nempe, quod neuter coniugū potest huiusmodi votū emittere, quinimo faciendo, mortaliter peccat, intelligendo quod facit iniuriā alteri. Cõclusio ista est expressa sententiā D. Aug. super Psal. 46. cuius verba habentur 33. q. 5. cap. Si dicat & cap. secūdū verba. Et aperta ratione ostenditur, quia votū actus spontaneus est voluntatis: quare nõ nisi de illis rebus quę nostro subiacent arbitrio, emittendum est: nempe, de proprijs & nõ de alienis. Cū igitur

A neuter coniugū sui corporis potestatem habeat, sed alter, consequens fit, vt neuter possit altero inuito tale votū nõ reddēdi facere: imo quāuis alter alteri huiusmodi licentiam concedat, nihilominus illam postmodum reuocare poterit, nisi ambo ex consensu faciant sibi mutuam facultatem vouendi, ac vterque iuri suo petendi renuntiet, præsertim dū ambo mutuo consensu religionē profitentur.

B Sed maius dubiū versatur inter doctores, vtrū vterq; altero inuito possit facere votū de nõ petēdo debitū? Cui dubio omiſsa sententiā Ricar. ar. 2. q. 1. & aliorū quorundā licet probabili, qui arbitrantur id licere, sit cõclusio de mēte D. Th. in 4. d. 33. ad tertiū, & Duran. aliorumq; multorum tanquā probabilior tenēda negatiua, videlicet quod nullatenus licet tale votum emittere. Rationem huius conclusionis assignat D. Tho. quia per huiusmodi votum redditur alteri coniugi matrimoniu onerosum, cum semper ipse solus debeat petere, quod maxime verū habet, quādo vir est qui emisit votū propter verecundā, quā foemina in petendo patiuntur, & nunquā petere minime periculo carere poterit, præcipuē in iuuentute. Vnde, cõsiliū est optimū, raro vel nunquam talia vota emittere: quod si quis fecerit, cõsiliū est, vt per Episcopi dispensationem tollatur.

Ricar. 6. Conc. D. Thom. Durand.

LXXII. DIFFICULTAS.

Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ?

Priusquam respondeamus annotare opus est, quod ius naturale est illud quod non opinio genuit, sed vis innata insruit vt Tullius diffinit. Vnde illud opus est cõtra ius naturale quod debitum finem operis tollit totaliter, vel notabiliter impedit, & sic sodomia est contra ius naturale, quia totaliter tollit finem generationis qui est procreatio

Cicero.

1. Cor.

D. Thom.

Genes. 2.

Arist.

& educatio prolis. Hoc notabili sic præ-
 misso difficultati præsentis aliquibus cõ-
 clusionibus non insufficienter me satisfacere,
 posse arbitror, & earum prima sit. Et si pluralitas vxorum non sit contra
 prima præcepta legis naturæ: est tamen
 contra secunda. Hæc conclusio est ex-
 pressa sententia D. Th. in addit. 3. p. adje-
 ctis. q. 63. arti. 1. & probatur, quia illud vi-
 detur esse de iure naturæ, quod homini
 in sua institutione inditum est, quod autem
 sit vna vnus in ipsa institutione hu-
 manæ naturæ, est ei inditum, vt ex illo Ge-
 ne. 2. Erunt duo in carne vna constat: iure
 ergo naturali prohibita est pluralitas
 vxorum. Deinde, quia contra legem natu-
 ræ esse consetur, vt homo se adimplere
 obliget, vtque id quod vni iam datum est,
 alteri detur: homo autem contrahens cū
 vna vxore ad eum sui corporis potestatem
 ei tradidit, vt necesse sit illi debitum red-
 dere cum petierit: contra legem naturæ
 igitur erit, si postea sui corporis potesta-
 tem alteri tradat, cum nemo simul vtri-
 que reddere debitum possit, si simul pe-
 terent. Præterea, quia cum de lege natu-
 ræ sit, quod tibi non vis fieri, alteri ne fe-
 ceris & vir nullo pacto vellet, vt illius
 vxor alium virum haberet, sit consequens
 vt contra legem naturæ faceret, qui aliā
 vxorem superduceret. Demum proba-
 tur, nam licet pluralitas vxorum non to-
 taliter tollat, nec aliqualiqualiter impē-
 diat primarium matrimonij finem, nem-
 pe procreationem, & educationem pro-
 lis, eo quod vnus vir sufficit pluribus
 vxoribus fœcundandis, & educandis fi-
 lijs ex eis natis: attamen secundarium fi-
 nem, scilicet operum communicationē
 (quæ in vita humana necessaria sunt) vt
 habetur. 6. Ethico. & quam secundū hoc
 fidē sibi inuicem debent (quæ est vnum
 de matrimonij bonis) etsi non omnino
 tollat, multū tamen impedit, quod ex eo
 facile colligitur, quia pax in familia esse
 nequiret vbi vni viro plures copularen-
 tur vxores, eo quod omnes dominari vel-
 lent. Siquidem vnus satisfacere sufficere-

ter pluribus vxoribus ad votum minime
 potest. Communicatio namque pluriū
 in vno officio causat litē, sicut figuli cor-
 rixantur ad inuicem, sic plures vnus vi-
 ri vxores perpetuo inter se dissident.
 Tertium itidem finem, scilicet, significa-
 tionem Christi & Ecclesiæ, totaliter tol-
 lit, eod quod sicut Christus est vnus & Ec-
 clesia vna, sic etiam vxor debet esse vna.
 Repugnat namque significationi sacra-
 menti quo coniunctio Christi cum vna
 Ecclesia significatur habere plures vxo-
 res. Ex dictis ergo liquido patet, quod
 quamuis pluralitas vxorum non sit con-
 tra primarium ius naturæ: esse tamen cõ-
 tra secundarium fateri oportet.
 Secūda cõclusio. Habere plures vxo-
 res est contra ius naturæ, quocumq; po-
 sitiuo iure secluso. Conclusio ista est con-
 cors omnium doctorum sententia ap-
 probata. Omnes enim doctores prohibi-
 tionem hanc ad ius naturæ referunt &
 expresse in cap. Gaudemus de diuort. sta-
 tuitur contra ius naturale, & Euangelicū
 esse plures habere vxores. Vnde Lamec,
 qui primus duas duxit vxores communi-
 ter à doctoribus, & præcipue à D. Hier. Hiero.
 lib. 1. aduersus Iouenianum, & in episto-
 la ad Gerontiam reprehenditur. At vero
 nisi contra ius naturale ageret neantiquā
 reprehensibilis esset, cum nullum tunc
 aliud ius esset.
 Tertia conclusio. In lege euangelica
 nulli vnquam plures simul habere vxo-
 res licuisse omnibus perspicuū est. Hæc
 conclusio præter hoc, quod ab omnibus
 Theologis communiter recipitur osten-
 ditur aperte ex cap. Gaudemus vbi Inno-
 centius. 3. diffinit infideles ad fidem con-
 uersos plures vxores habere non posse.
 Testatur enim diuina scriptura propter
 hanc relinquet homo patrem & matrē
 & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in
 carne vna, non dixit tres, vel plures, sed
 duo, nec dixit adhærebit vxoribus sed
 vxori. Item, Matt. 19. Dominus post ver-
 ba illa, Quos Deus coniūxit, homo non
 separet, volens ius naturæ restituere in
 statum

2. Conc.

Hiero.

3. Conclu.

Genes. 2.

Matth. 19.

D. Auguf.

1. Cor. 7.

4. Conclu.

D. Thom.

Palud. Capreo. Scotus.

statum pristinum, pluralitatem vxorum
 expresse prohibuit. Et quidem, quod illa
 non fuerit lex noua positiuæ Christi ex
 verbis illic subiunctis liquet, cum ait, ab
 initio autem non sic fuit. Dico autem
 vobis, quod quicumque dimiserit vxo-
 rem suam, nisi ob fornicationem, & aliā
 duxerit, moechatur, & qui dimissam du-
 xerit moechatur. Si ergo vxore dimissa,
 duci alia de iure non potest, fortius & ip-
 sa retenta: per quod perspicue apparet
 pluralitatem vxorum in vtroque sensu,
 cum non ad imparia iudicetur circa ma-
 trimonium esse reprobendam. Hæc tex-
 tus ille: Hoc ipsum dicit Innocen. pri-
 mus. Cuius verba habentur. 34. q. 2. cap.
 cum in captiuitate (inquit enim) statui-
 mus fide catholica suffragante, coniu-
 gium illud esse, quod erat primitus fun-
 datū diuina gratia, conuentūque secun-
 dæ mulieris, superstiti priore, nec diuor-
 tio eiecta nullo pacto esse legitimum.
 D. Aug. quoque in libro de adulter. con-
 iugijs. cap. 9. dicit idem, quod quidem
 aperte constat ex Apostolo. 1. Cor. 7. di-
 cente. Mulier alligata est legi quanto
 tempore vir eius viuit. Quod si dormie-
 rit vir eius liberata est à lege. Ratione de-
 nique comprobatur, nam cum lex id
 quod regulariter, & communiter con-
 tingit, respiciat, ex hoc autem quod plu-
 res vxores habeantur ab eodē viro, gra-
 uia incommoda ac inconuenientia pro-
 ueniant, eo quod plures habens vxores
 filios non bene educare, & instruere pos-
 set, sit, vt hoc iure naturæ, & euangelico
 prohibeatur.
 Quarta conclusio. Pluralitas vxor-
 um non tantum iure naturæ prohibita
 est: verum etiam eo ipsum secundū ma-
 trimonium est nullum. Hæc conclusio
 est D. Tho. vbi supra ar. 1. ad 4. & in art.
 2. per totum & 3. libro contragentes. c.
 124. cuius sententiæ subscribit Petrus à
 Palud. in 4. dist. 33. q. 1. Capreo. & Scotus
 ibidem, & communis Theologorū scho-
 la. Rationibus etiam comprobatur, qua-
 rum prima sit, nam si pluralitas vxorū,

ita haberi posset, vt matrimonium secū-
 dam & tertium esset similiter ratum &
 firmum, sicut primum, cum hoc à prin-
 cipio propagationis generis humani ma-
 xime necessarium fuit, omnes tunc tem-
 poris sibi duas in matrimonium copula-
 rent vxores, cuius contrarium ex tota sa-
 crarum literarum serie liquido constat.
 Legimus namque Noe, & filios eius sin-
 gulas duntaxat duxisse vxores. Præter
 ea, illud contra ius naturale esse constat,
 quod cuilibet animali natura dictat se-
 cundum modum suæ speciei conueniē-
 tē: omnibus enim compertum est, ani-
 malia illa, in quibus ad prolis educatio-
 nem sollicitudo vtriusque scilicet maris
 & foemine requiritur, naturali instinctu
 communicationem vnus ad vnum ser-
 uare, sicut in turture & columba perspi-
 cue patet. Tandem hæc nostra conclu-
 sio confirmatur autoritate Domini,
 Matthæi. 19. vbi sub eodem contextu
 docet esse moecham si vir aliā sibi co-
 pularet & ipsa dimissa alteri copuletur,
 & hoc ad ius naturæ retulit ipse Domi-
 nus. Signum igitur euidentissimum esse
 naturali secundum matrimonium esse
 nullum. Nec obstat factum Valentinia-
 ni Imperatoris, qui per legem publicā
 statuit, vt haberi possent plures vxores,
 & ita ipse fecit, vt in libro 8. historiæ tri-
 par. cap. 11. legitur (non inquam obstat)
 quia quemadmodum iste fuit vir pessimi-
 mus & Arrianus, sic tulit legem ini-
 quam & iniustam, & ob id statim il-
 lam abrogauit Iustinianus Imperator.
 Vnde in Concilio Miliuitano. c. 17. habet
 tur in hac causa legem imperialem petē-
 dam promulgari. Non obstat etiam id
 quod Greg. Magnus in epistola ad Aug.
 Cantuariensem episcopum scripsit de
 viro qui primam vxorem reliquerat
 dicens, bonum esset, si continentia vacaret,
 sed quia hoc magnorum est, ille
 qui non poterit se continere nubat ma-
 gis: non tamen ei subsidij opem subtra-
 hat, quam infirmitas præpedi, & eandē
 sententiam repetit Greg. Iunior in epist.
 Ecc 2 ad

Matth. 19.

Conc. Mil.

D. Greg.

ad Bonifacium, vt habetur. 37. q. 7. capi. quod proposuisti. (Nō inquam obstat) primo, quia isti Gregorij scribebant Britannis, qui tunc denuō conuersi erant ad fidem, & præsertim, quia mulieres acceptæ erant in infidelitate, & ideo permittenda erant illis nonnulla, ne facile discederent à fide ex eo quod tolleretur ab illis vxores, vt ex ca. quædam lex. 35. q. 3. liquet. Sed melius respōdetur, quod D. Greg. loquebatur ibi de muliere, quæ impotens erat ad debitum reddendum, vel quæ erat nimis clausa, vel frigida, & idcirco præstitit viro facultatem ad secundam vxorem ducendam, dummodo illi subsidium tribueret, & quidem, quod ita sit intelligendus textus iste constat ex cap. consultationi. de frigi. & malefi. & multo expressius ex ipso met Gregor. vt habetur. 33. q. 1. c. requisisti. Itaq; loquitur de infirmitate perpetua & matrimonium dirimente, qualis est frigiditas, aut maleficium perpetuum. Possumus etiam dicere quod ibi Greg. loquebatur non de vera vxore, sed de sponsa, quam causa ægritudinis dimittere licebat. Postremo non nocet, quia ducere plures vxores non est contra primariū finem matrimonij, sed contra secundarium tantum. Ergo non ita prohibetur iure naturæ, vt factum sit nullum, siquidem, licet contrahere nobilem cū muliere infimæ fortis contra finem secundarium sit: attamen non proinde efficitur nullum matrimonium (non inquam nocet) nam vt secundum matrimoniū sit contra ius naturæ, atque adeo sit irritum ipso iure sufficit, quod sit contra secundum finē illius, qui est bonū fidei, tranquillaq; ac pacifica cohabitatio cōiugū.

5. Conc.

¶ Quinta conclusio. Papam in hoc quod quis plures habeat vxores dispensare non posse, nemini dubitare licet. Hæc conclusio multipliciter probatur, primo, quia vt minimum iure diuino positiuo est prohibitum. Secundo, quia si aliqua subesse posset dispensandi causa, maxime causa fidei, nepe vt per hoc infi-

deles ad fidem suscipiendam inducerentur, vel vt non deterrerentur ab illa suscipienda: hæc autem non reputatur sufficiens dispensandi causa, quandoquidē in c. gaudemus. de diuor. præcipit Inno. vt infideles ad fidem venientes permanere cogantur cum prima alijs relictis, signum igitur euidentis est vxorum pluralitatem sub dispensatione nō cadere.

B. Accedit ad hæc omnis ecclesiæ vsus, quæ nunquam legitur super hoc dispensasse, cum tamen sæpe occasio, & necessitas se obtulerit dispensandi. Ex quibus omnibus clare ac perspicue elicitur ex duplici capite antiquos, qui plures habuerunt vxores excusari à peccato. Primo quidem, quia occultè per internam inspirationem facta fuit illis reuelatio, & dispensatio. Hoc corollarium habetur expresse in prædicto. ca. gaudemus. cum dicitur. Nec illi nunquam licuit simul plures vxores habere, nisi cui fuit reuelatione diuina concessum. Similiter D.

D. August. 22. lib. contra Faustum. c. 32. ait, quod Abraham, quando ei contulit Sara vxor sua propriam ancillam, credidit eam diuino nutu, & reuelatione id fecisse, quod quidem maxime fit verisimile ex eo quod Abraham maxime angebatur, quia prole carebat. Præterea, quia cū plures habere vxores apud Iudæos vsus frequens esset, nec de hoc à prophetis & viris sanctis reprehenderentur, Signum manifestum esse videtur ex diuina dispensatione hoc illis licuisse. Quo fit, vt non sit dicendum, sicut quidam quos Abulc.

E. fuerit, iure optimo consequenter dubitatur? Cui dubio hac sexta conclusione in ordine respondetur, nempe huiusmodi reuelatio interna, quod vnus pluribus olim copularetur vxoribus, facta fuit Abraham, Isaac, & Iacob. De alijs autē dicit Scotus in 4. dist. 33. q. 1. ar. 2. q. tatum illis

D. Aug.

Abulc.

6. Conclu.

Scotus.

illis

illis fuit facta dispensatio, & reuelatio, apud quos cultus veri Dei erat permanentis. Ex quo infert Scotus quod descendentes ab Ismaele, & Esau huiusmodi dispensatione vt non poterant, eò quod in prioribus præcisè ratio dispensandi saluabatur. Et quanuis hæc sententia sit probabilis: crediderim tamē ego quod probabilius esset dicere, dispensatum fuisse in hac parte cum omnibus, qui ad legem Mosaycam postmodum pertinere debuissent, non tamen peculiari reuelatione ac dispensatione omnibus facta, sed ea quæ Abraham à principio facta fuit inde deriuata ad alios. Quod si modo se offerret extrema necessitas, scilicet, quod non esset nisi vnus cum vna vxore sterili, aut senio confecta, docet vbi supra Scotus, quod tunc Dominus prouideret de remedio, aut dispensaret super hoc facto peculiari reuelatione. Et quanuis ipse non audeat concedere, quod absque dispensatione diuina hoc fieri liceat: attamen probabilius mihi videtur, quod absque vlla dispensatione in extrema necessitate generis humani licitum sit plures habere vxores. Vtrum autem cum gentibus fuerit etiam dispensatum, vt nonnulli dixerunt, parum refert: Magister tamen Soto non ita credit. Cum enim ius naturæ pluralitatem vxorū prohibeat, dispensatioque super hoc ordinata sit ad gentis Israeliticæ dilagationem peculiariter, ex quibus Dominus nasciturus erat, fit, vt nulla ratio sit, quare illa ad alias gentes extendi debeat. Hic autem dicendi modus valde probabilis mihi apparet. Poterant quoque ex alio capite, nempe ex ignorantia inuincibili excusari plures ducentes vxores. Cum enim vidissent gentes communiter Iudæos pluribus copulari vxoribus, nec eis euidenter constaret iuri naturali aduersari plures habere vxores, eò quod etiam modo viros doctissimos contrariam opinionem tenere sit omnibus perspicuum, fit, vt facile id sibi licere persuadere possint. Ex hoc

Soto.

A. enim capite, scilicet ex ignorantia credendum est Esther nupsisse. Assuero, viuente Vasti vxore sua, quanuis ille dispensationem non haberet, quia infidelis erat. Idem dici potest de Abimelech, qui habens vnam vxorem, alteram, scilicet Saram accipere volebat, cum tamē vir iustus esset (vt scriptura ipsa sacra testatur) & tamen dispensationem non habebat, sicut neque Esther.

B. ¶ Annotandum tamē nobis est hic, quod ex nullo capite istorum licet vnquam mulieri pluribus copulari viribus. Non enim est simile de pluralitate virorum respectu vnus vxoris quod de pluralitate vxorum respectu vnus viri, nam vnus virum habere plures vxores (vt dictum est) non est contra principalem finem matrimonij (qui est prolis generatio & educatio illius) vnam autem vxorem habere plures viros impedit hunc finem. Ex hoc enim quod vna mulier plures haberet maritos, incertitudo prolis sequeretur respectu patris, cuius tamen cura necessaria est in prolis educatione. Quo fit, vt contra intentionem & bonum prolis militet vnam mulierem pluribus nubere viris, atq; adeo nunquam id licuit. Ait namque D. Aug.

D. de bono coniugali cap. 17. vnam fecim nam foecundari à pluribus viris nō posse, vt experientia didicimus in meretricibus, & ita etiam asserit Abulensis. 1. Regum cap. 1. quæst. 5. & in Mattheum ca. 19. quæst. 37. Ad eò enim ex hoc scit natura vnam mulierem pluribus viris simul nubere vt nec per dispensationem vnquam fuerit licitum. Ad hæc accedit, quod huiusmodi cōnubia videntur omnino finem secundarium matrimonij tollere, qui est tranquilla & pacifica cohabitatio coniugum, quæ conseruari minime posset, si vna pluribus copularetur viris, bene tamen e contrario, quia cū vir caput sit vxoris facilius potest sedare rixas vxorum inter se ortas quàm vna mulier incendia excitata inter plures viros. Quocirca, nulla lege aut consuetudine

Aug.

Abulc.

dine fuit vnquam permiffum, vnā vxorem plures habere viros, ficut è conuerfo, vnum virum plures habere vxores imò non tatum permiffum, fed licitum fuit antiquis patribus ex interiori dictamine rationis, & ex reuelatione, vel de confuetudine fuper hoc obtenta pro multiplicatione generis humani.

De bigamia.

LXXIII. DIFFICULTAS.

Utrum Bigamia fit irregularitas annexa.

Pro plena huius quaestionis elucidatione annotare oportet primo, Irregularitatem bigamiae non esse de his quae propter culpam inferuntur, sed tantum propter significationem, quoniam in noua lege ob eximiam sanctitatem sacramentorum, quae à ministris Ecclesiasticis administrantur non solum defectus peccatorum: verum etiā defectus significationis inducit impedimentum sacris ordinibus suscipiendis, ed quodd ille qui alij sacramenta ministrare debet nullum defectum in sacramentis pati debet: defectus autem in sacramento contingit cum sacramenti significatio integra non inuenitur. Cum autem sacramentum matrimonij significet coniunctionem Christi ad Ecclesiam, quae est vnus ad vnā, fit, vt ad perfectam sacramenti significationem requiratur virum vnus tantum esse virum, & vxorem tantum vnus vxorē: & idē bigamiae, quae hoc tollit, irregularitatem inducit, vt huiusmodi vir Ecclesiae minister esse nequeat, ed quodd carnem suam in plures diuidit. Secundo annotare opus est, quodd quauis huiusmodi bigamiae irregularitas de iure positivo Ecclesiastico inducta sit: à tempore tamen Apostolorum originē trahere conspicuē liquet, vt constat ex

1. ad Tim. 3. Apostolo. 1. ad Timot. 3. praecipite, nul-

A lum fieri episcopū debere, nisi qui vnus vxoris vir fuerit & appellationem episcopi simplicem etiam sacerdotem comprehendit. Tertio scire oportet secundū Glossam in cap. Super eo extra de bigamia, duplex bigamiae genus distingui, alterum verum, vbi duo vera matrimonia fuerunt, alterum interpretatiuū vbi scilicet vnum fuit verum matrimoniū cum vnā, alterum autem intentatum. Et vt melius ista intelligantur, sciendū nobis est, quodd quatuor modi bigamiae ponuntur à D. Thom. in addi. 3. par. q. 66. *D. Thom.* art. 1. quorum primus est, cum quis successiue de iure duas sibi copulauit vxores, quas carnaliter cognouit, vt habetur in cap. Acutius. 26. distin. Secundus est, cum simul habet plures, vnā de iure aliam de facto, cum quibus contraxit de praesenti, vbi certum est priorem esse veram vxorem, non autem secundam, vt statuitur in cap. Nuper extra de bigamis non ordinandis. Tertius modus est, cum habet plures successiue, vnā de iure, aliam de facto, siue ambas de facto, & ambas cognouit, & secundus & tertius modus dicuntur bigamia interpretatiue. Quartus est, cum quis viduā duxit vxorem à priori viro cognitā, & primus & quartus modus dicuntur verē & proprie bigamia, vt decernitur in cap. Debitum extra de biga. non ordina. alioquin non incurritur hoc impedimentū. Alsi gnatur praeterea alij tres modi bigamiae interpretatiue, quorum primus est, cum quis contrahit & consummat matrimonium cum ea, quae licet non nupserit alteri, fuit tamen ab alio cognita, siue hoc ignoret vir, siue sciat. Secundus est, cum propriam vxorem virginem duxit, & cognouit eam, quae post permisit se ab alio cognosci, si postquam fuit moechata siue scienter siue ignoranter eam cognouerit, bigamus censendus est. Secus si eam amplius non cognoscat. Tertius modus est, quando quis post votum solenne castitatis de facto contrahit matrimonium, etiam si ipso iure sit nullum.

His

His si praelibatis, quatuor conclusionibus ad quaestionem responderetur, quarū prima fit. Omnibus his modis irregularitas est annexa bigamiae. Conclusio ista praeter hoc quod liquido patet ex dictis, *Prima cōcl.* habetur etiam in Concilio Arelaten. 3. *Cōcl. Arel.* *Cōcl. Tol.* cap. 2. & in Concilio Toleta. 1. cap. 3. & 4. & in Canonibus Apostolorū. cano. 17. & 18. Ambrosius in super, cuius verba canonizantur. 34. dist. cap. Cognosca *Ambro.* *Cōcl. Nic.* mus, ait, Concilium Nicenum extendere regulam Apostolicam ad omnes clericos.

Secū. cōcl. ¶ Secunda conclusio, loquendo de irregularitate proprie accepta, tantum incurritur per matrimonium consummatum, itaque siue matrimonium sit de iure siue de facto, nisi copula carnalis su perueniat, id est, nisi contrahat & eam cognoscat, non proprie impedimentum bigamiae inducitur, quod propter significationem est introductum, verum est tamē, quodd extenso vocabulo bigamiae, contrahitur huiusmodi impedimentum ratione peccati absque consummatione matrimonij: quanquam enim non sit duplex matrimonium: satis tamen est voluntatem ferri in nouum matrimoniū. *Magist.* De hoc pacto interpretandus est Magister sent. cum in dist. 27. ait solum consensum de praesenti sufficere ad bigamū constituendum, & hoc modo dicitur bigamus qui viuente priori vxore secundam ducere tentauit, & qui post votum solenne castitatis descendit ad matrimonium contrahendum, etiam si non consummaret, vt si Diaconus cum vidua contraxit, nec cum illo poterit dispensari non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequuta, vt in cap. A nobis extra de bigamis insinuat, vnde bigamus reputatur quoad promotionē, qui bigamus non est.

Tert. cōcl. ¶ Tertia conclusio. Si quis duo matrimonia de facto contraxisset, neutrum autem de iure, vt cum duabus consanguineis censendus esset bigamus. Conclu-

A sionem hanc tenet Petrus Palud. in 4. di. *Palud.* dist. 17. q. 7. & colligitur ex cap. Nuper extra de biga. non ordi. vbi statuitur, quod cum huiusmodi ita res gerenda est, quasi cum bigamis, nec esse cum illis dispensandum, quod quidem euidenter ostenditur ex eo, quodd licet illa non sint vera matrimonia, sunt tamen interpretatiua. Cum enim non sit poena inflicta, sed defectus quidam sacramentorum, perspicue elicitur non oportere vt semper sit voluntaria bigamia, ad hoc vt irregularitatem inducat. Ex quo sequitur, illū qui vxorem ducit corruptam, quam virginem credit irregularitatis defectum incurere eam cognoscendo, vt D. Tho. *D. Thom.* asserit vbi supra ar. 3. ad tertium.

¶ Quarta conclusio. Si quis defforauit aliquam, quam postmodum in vxorem ducat, & si sint de hoc opiniones: probabilius tamen est, quod non sit irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures. *Quar. cōcl.*

LXXIII. DIFFICULTAS.

Utrum bigamia solvatur per baptismū?

Sensus huius quaestionis est, vtrū qui duas habuit vxores ante baptismū, vel vnā antea, & alterā post, censendus sit bigamus, ac perinde ab ordinibus repellendus: Huic difficultati vnica conclusio *Concl. vni.* negatiua responderetur, nepe quod baptismus soluit culpas & non coniugia. Haec conclusio est D. Ambro. lib. 1. officio. *D. Ambro.* cuius verba canonizantur dist. 26. c. vnā. & *D. Augus.* Aug. lib. de bono coniuga. c. 18. cuius verba referuntur in cap. Acutius eadē dist. Vbi dicitur, Acutius intelligit qui nec eū, qui cathecumenus, aut paganus habuit vnā ante baptismū, & post baptismū alterā ordinandū censuerūt, quia de sacramento agitur, non de peccato. Propter sanctitatem sacramenti, & per baptismum delentur omnia crimina, non autem matrimonia. Et etiam D. Thom. in addi. 3. *D. Thom.* part. adiectis vbi supra artic. 4. & super

Ecc 4 episto-

epistolam ad Titum cap. 1. & super priorē ad Timot. capite. 3. & est concors Theologorum, & iurisperitorum sententia, & vsque ad eodē vera, vt oppositum afferere sit temerarium. Constat præterea conclusio ista ex definitione Innocentij contra Rufum & Eusebium vt videre est. 26. distin. cap. Deinde. Vbi dicitur, oppositum esse contra Apostoli præceptum, vbi dicitur vnus vxoris virum oportet esse Episcopum & sacerdotem. Idem quoque dixerat ipsemet Innocentius in epistola ad Victorium episcopum Rotomagen. & Clarius in epistola ad Synodum Teletanam cap. 5. & 6. idem habetur in Concilio Valentino cap. 1. Vbi dicitur nullus bigamus, siue gentilis, siue fidelis, ordinetur. Et comprobatur ratione, nam cum in cap. Debitum extra de bigamis, diffiniatur, Bigamos repellēdos esse ab ordinibus propter significationis defectum, & æqualiter deficiat significatio in infideli & infideli, quia alias videretur illud esse in re-fragationem sacramenti matrimonij, fit, vt eadem ratione repelli debeant qui in infidelitate plures habuerunt vxores. Quod si obijciatur aduersus hanc nostram assertionem, quod in baptismo totum quicquid in veteri homine gestum est, sit solutum: facile respondetur, quod in baptismo sola peccata dimittuntur, non autem vxorum numerus aboletur. Et per hoc soluitur etiam id quod à D. Hieronymo obijcitur in contrarium, quod deberemus etiam repellere ab ordinibus concubinos, sed nulla est consequentia, nam concubinarij, non propter significationem repelluntur, sed propter crimen, & quia peccata per baptismum soluantur, idcirco non sunt repellendæ ab ordinibus quantumuis ante baptismum fuerint concubinarij, imò nec si post ipsum si iam poenitentia egerunt, quia nihil repugnaret si plures quis habuisset meretrices, quæ sunt magis incontinentes. Vnde opinio Hieronymi afferentis, quod si post baptismum

vnam tantum habuit, non impeditur ab ordinatione, quia per baptismum omnia delentur, in casu isto non tenetur, itaque siue ante baptismum siue post baptismum plures quis vxores habuerit ordinari non poterit. Non nocet etiã ratio quam facit Ioannes Maioris in. 4. distin. 27. afferit probabiliorē sententiam esse oppositam, quia poena Ecclesiæ (inquit) non ligant existentes extra ecclesiam, cum autem irregularitas, poena sit Ecclesiastica consequi videtur, illum, qui ante baptismum vnã habuit vxorem, & postea aliam, bigamum reputari minime debere, (non inquam nocet) nam cum duplex irregularitatis genus sit, quædam quæ propter culpam infertur, vt excommunicato celebranti aut actum ordinis exercenti, baptismumque iteranti, super idem subiectum aut irregularitate celebranti, cui propter culpam inducitur excommunicatio: quædam verò quæ propter significationis defectum & sacramenti indecentiam infligitur publico poenitenti, & sanguinis effusori absque peccato aliquo, imò aliquando cum merito. Quo fit, vt à sacris ordinibus talis arceatur, cum inquam sit duplex genus &c. Solo isto secundo genere irregularitatis comprehenduntur, ac ligantur infideles quædo illorum aliquis duas duxit, & cum vtraque copulam consummauit, quæ quidem irregularitas non rationem poenæ, sed cuiusdam simplicis inhabilitatis ad ordines habet. Quocirca ex eo quod Ecclesia hanc censuram eis imponat, qui in infidelitate duplex matrimonium contraxerunt, nullum est inconueniens, siquidem hoc non est poenam imponere: sed tantum eos inhabiles facere seu declarare ad ordines sacros suscipiendos.

(?)

LXXV. DIFFICULTAS.

Vtrum liceat cum bigamo dispensare.

E Præsentis quæstioni vnica conclusione affirmatiua non, insufficiēter satisfieri potest, nempe licitum esse Summo Pontifici dispensare cum bigamo. **D. Thom.** Hæc conclusio non solum est Diuini Thomæ, vbi supra articulo. 5. sed est communis Theologorum sententia, & præter hoc, quod fertur Lucium Papam dispensasse, cum Episcopo Panorm. qui erat bigamus, vt dicit glossa super cap. lector. distinction. 34. probatur manifestis rationibus, quarum prima fit. Quia cum irregularitas non sit annexa bigamiæ de iure naturali, nec diuino, sed solum de iure positio Ecclesiastico, nec etiam sit de essentialibus ordinis, vt ordinatus non sit bigamus, (quod quidem ex eo liquet, quia si aliquis bigamus ad ordines accedat characterem accipit) fit consequens, vt Papa in huiusmodi irregularitate dispensare queat. Secunda, quia inter ea, quæ per traditionem Apostolorum accepimus, sunt nonnulla quasi ex iure diuino facta, & à Christo Domino instituta, vel præcepta, quæ in sacris literis non reperiuntur expressa, & potissimum circa materias, & formas sacramentorum. Quædam vero alia sunt ab ipsis Apostolis constituta, quasi præcepta, vel consilia, quæ habentur Actorum. 15. & Paulus, primo Corinthio. septimo, ait, de virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do, vnde irregularitas bigamiæ in ecclesiam introducta esse ab Apostolis, tanquam à rectoribus ipsius ecclesiæ censetur, non quasi ex institutione diuina, sed ex causa rationabili, scilicet propter sanctimoniam sacramentorum, & vt condecens, ac congruum ministris Christi

A sti: nam quemadmodum ipse vnus sponsa tantum, scilicet ecclesiæ, quam sibi copulauit, & sanguine suo acquiuit, vt habetur Actorum. 20. est vnus sponsus: Sic etiam ille qui ad ordines est promouendus vnus vxoris tantum debet esse vir. Cum enim sacramentum matrimonij sit significatiuum coniunctionis Christi & ecclesiæ, vt signum correspondeat signato, oportet, vt sicut Christus est vnus, & ecclesiæ vna, sic etiam episcopus vnus sit vxoris vir, quod quidem deficeret si plures vxores haberet. Ex quibus colligitur, quod non ex iure diuino, sed ex sola ecclesiastica institutione irregularitas bigamiæ annexa incurritur, ac proinde sub dispensatione cadit. Tertia ratio est, quia cum à principio nascentis ecclesiæ, vsque ad nos semper fideles intellexerint ad essentiam ordinis non pertinere, vt ille qui est promouendus ad ordines, sit vnus vxoris vir, perspicuum fit, vt etiam intellexerint hoc non requiri de iure diuino, sed tantum de iure humano, ac subinde Summum Pontificem in hoc impedimento dispensare posse. Quarta, quia quanuis Apostolus dicat eum qui ad sacros ordines est promouendus, non debere esse homicidam, aut percussorem: nihilominus tamen Papa potest cum illo dispensare, & de facto frequenter dispensat, ita licet idem Apostolus præcipiat, illum qui est ordinandus, debere esse monogamum: licebit nihilominus Summo Pontifici cum bigamo dispensare. **E** Vltima ratio est, quia quanuis secundum Canones Apostolorum fornicarij presbyteri sint deponendi, vt videre est distinctione vigesima octaua. cap. presbyteri. Hoc tamen non impedit, quominus Papa super hoc dispensare possit. Ex quo perspicue elicitur hæc consequentia, hoc est traditum & constitutum ab Apostolis, ergo est de iure diuino & indispensabile. Similiter nullam esse

esse sicut non valet, Papa non potest
facere de homicida non homicidam :
ergo non potest dispensare in irregula-
ritate annexa bigamiae, nam etiam si bi-
gamia permaneat, nihil est tamen quod
essentialiter impeditiuum sit sacramen-
ti ordinis. Nec obstat huic nostrae asser-
tioni quod solet obijci ex c. nuper. extra
de bigam. vbi dicitur, quod cum clericis
qui quantum in ipsis fuit secundas sibi
mulieres coniunxerunt matrimoniali-
ter, tanquam cum bigamis non licet di-
spensare. (Non inquam obstat) eò quod
per illam decretalem ostenditur eandem
esse difficultatem dispensandi cum illis
qui de facto cum pluribus contraxerunt
ac si de iure contraxissent. Non quod
subtrahatur simpliciter potestas Papæ
dispensandi in talibus, ut ait D. Thom.
vbi supra ad primum. Sed quia illud erat
difficile, & nunquam vel rarissime, nec
nisi pro grauissima causa fiebat, ideo di-
xit Innocentius dispensari non posse.
Nam quod difficile est, nonnunquam
etiam in sacris literis impossibile dicitur.
Non obstat demum, quia contra ius
diuinum non licet dispensare, sed om-
nia quæ in canone dicuntur ad ius diui-
num pertinent. Cum ergo Apostolus
in scriptura canonica. scilicet. 1. ad Tim.
3. & ad Tit. 1. dicat, oportet episcopum
vnius vxoris virum esse, videtur quòd
in hoc dispensari non possit. (nò inquam
obstat) nam locus iste Apostoli plures
habet expositiones, quarum prima est
Ambrosij in lib. de dignita. sacer. cap. 4.
quod faciat sensum metaphoricum, nò
pe, quod sit vnius Ecclesiæ sponfus, ita,
ut ab vna ecclesia ad aliam non trāseat,
at vero D. Hieronym. dicit hanc exposi-
tionem esse coactam. Theophylactus
vero ibidem appellat eam inconsidera-
tam: Erasmus autem ridiculam. Sed cū
Ambrosij vsus fuerit hoc testimonio, in
sensu quasi morali, & non in literali,
non est cur irridenda & contemnenda
sit hæc expositio. Secunda expositio
est Chrysofomi, & Theophylacti,
super eundem locum: quod illic voluit
Apostolus dicere, quod nullus qui si-
mul plures habet vxores possit ad sa-
cros ordines promoueri, & hanc expo-
sitionem libentissime acceptat Erasmus
& eam amplectitur Caietan. (inquit
enim) vnius, hoc est non plurium vxo-
rum virum. Non enim exigit Paulus
ab episcopo, ut sit coniugatus (qui con-
sulit meliorem esse cœlibatum, scriben-
do ad Corinthios) sed exigit ut si habet
vxorem, sit vir vnius vxoris, sic enim li-
tera sonat dicendo esse, quo contra de
vidua inferius dicit in capit. 5. non præ-
fenti, sed præterito vtens tempore, quæ
fuerit vnius viri vxor. Et dixit hoc, quia
tunc temporis multi plures vxores ha-
bebant imitantes patres veteris testa-
menti: cum nullibi legamus hoc pro-
hibitum, & sic exponunt Orientales
Græci, & in consuetudinem ducunt.
Hanc tamen expositionem confutat D.
Thom. ad Titum. 1. tripliciter. Primo,
quia secundum hoc non esset necessa-
rium, ut Apostolus hoc diceret, si qui-
dem secundum leges Romanorum qui-
bus Paulus scribebat, etiam ante fidem
non licebat plures simul habere vxo-
res. Secundo, quia. 1. ad Timo. cap. 5. di-
cit vidua, quæ fuit vnius viri vxor, & ta-
men nunquam licuit, ut vna plures vi-
ros simul posset habere. Sine proposi-
to igitur illud Paulus scriberet ac præci-
peret, quia nunquam toleratum est in
ecclesia, plures simul habere vxores.
Amplectenda ergo est expositio sum-
morum Pontificum, nempe, quod in-
telligatur de illo, qui successiue duas ha-
buit vxores. Vnde dictum Apostoli
sit vnius vxoris vir intelligendum est,
ut intelligit Diuus Thomas in additio-
vbi supra ad primum, scilicet quan-
tum ad ea quæ sunt de iure naturali, &
quantum ad ea quæ sunt de necessita-
te sacramentorum & fidei, sed in il-
lis, quæ sunt de institutione Aposto-
lorum, cum ecclesia habeat nunc eandem
potestatem statuendi, & destituendi,
quam

quam tunc habuerit, potest per eum qui
primatum tenet in ecclesia, dispensari.
Hæc de maioribus ordinibus dicta sunt,
nam quoad minores episcopus cum bi-
gamo dispensare potest, ut ad eos pro-
moueri queat. Hæc enim est expressa nò
solum D. Tho. vbi supra sed etiam iuris
periterum sententia super cap. Lector.
34. dist. & quod ibi dicitur, quod si ne-
cessitas fuerit subdiaconus fiat, per quod
insinuatur, episcopum posse cum biga-
mo dispensare, ut ad subdiaconatum pro-
moueri valeat, verum habuit quando
huiusmodi subdiaconatus ordo inter sa-
cros non computabatur nò autè modo.
Et annotare hic opus est primo, quod
opinio quorundam asserentiū, posse epif-
copum dispensare quantum ad maiores,
in illis qui volunt Deo in religione serui-
re propter vitandū religiosorum discor-
sum, ut dicit D. Tho. hic, iam non est
in vsu & communiter, non tenetur, ut
A Petrus Palu. dist. 27. quæst. 4. annotauit.
Annotare etiam opus est secundo,
quod secundum aliquos graues doctores
de quarum numero fuit vnus Magister
Cano potest episcopus dispensare cum
clericis, & monachis, qui post votum so-
lenne emissum de facto contraxerunt,
quoad irregularitatem bigamiae quam
propter sacrilegij culpam incurrunt, qui-
bus ego libèter subscribo, tum, quia ma-
trimonium illud nò est suum consequu-
tum effectum, tum vero quia opinio ista
videtur initi primo, & secundo capitibus
extra qui clerici, vel vouen. Dicitur enim
in 1. cap. De diacono qui vxorem accep-
sit, quod si corde contrito, & humiliato
ad Ecclesiam redire voluerit, absolu-
tione obtenta, & imposita sibi pœniten-
tia de excessu, & ea peracta, poterit epif-
copus suus cum iplo dispensare, & offi-
cium diaconatus sibi reddere, & si bonæ
vitæ apparuerit, in presbyterū ordinare.

*Ad laudem Dei & gloriosissime matris eius, nec non omnium Sanctorum, & ad pro-
fectum & vtilitatem fidelium, sub sedis Apostolicæ, ac piorum omnium benigna
correctione, summarum omnium Sacramentorum à R. D. D. ac P. F.
Bartholomæo à Ledesma Episcopo Guaxaquensi in nono orbe predi-
catoria familiæ ac Sacræ Theologiæ Magistro editum,
feliciter finem habet.*

SALMANTICÆ.

Apud hæredes Mathiæ Gastij.

Anno. M. D. LXXXV.

I N D E X A V T O R V M

extantium quibus potissimum in huius
operis compositionem
vsi sumus.

A.

Adrianus.

Ægidius Romanus.

Æneas Silvius.

Albertus Magnus.

Alexander Alenfis.

Alfonfus à Castro.

Alfonfus à Veracrucce.

Almayn.

D. Ambrosius.

Anacletus Papa.

Anselmus.

Antonius de Padua.

Antoninus de Florécia

Antonius de Corduba

Archidiaconus.

Aristoteles.

Armachanus.

Athanasius.

Auerroes.

D. Augustinus.

B.

Bartolus.

Basilius.

Beda venerabilis.

D. Bernardus.

Bonaventura

C.

Caietanus.

Cano.

Capreolus.

Cardinalis.

Cato.

Celestinus Papa.

D. Chrysoctomus.

Cicero.

Cyrillus.

Clemens Papa.

Clemens Romanus.

Clicthoueus.

Côcilium Carthaginense. 2.
3. 4. & 6.

Concilium Braccharense. 2.

Concilium Basiliense.

Concilium Agatense.

Concilium Aurelianense.

Concilium Africanum.

Concilium Arelatense.

Concilium Arausicanum.

Concilium Colonienfe.

Concilium Complutenfe.

Concilium Calcedonense.
Concilium Constantiense.
Concilium Elibertinum.
Concilium Ephesinum.
Concilium Florentinum.
Concilium Laodicense.
Concilium Lateranense.
Concilium Libertinum.
Concilium Lugdunense.
Concilium Maguntinum.
Concilium Mecianense.
Concilium Meldense.
Concilium Mileuitanum.
Concilium Nicenum.
Concilium Romanum.
Concilium Sardicense.
Concilium Tarraconense.
Concilium Toletanum . 1. 3.
4. & 8.
Concilium Triburienſe.
Concilium Tridentinum.
Concilium Valentinum.
Concilium Viennense.
Couarruias.
Cyprianus.

D.

Damaſcenus.
Decanus Louaniensis.
Didymus.
Dionysius.
Dionysius Areopagita.
Dominicus de Soto.
Durandus.

E.
Epiphanius.
Episcopus Abulensis.
Eusebius Emiffenus.

F.

Fabianus Papa.
Federicus.
Felinus.
Franciscus de Victoria.
Frias de Albornoz.

G.

Gabriel.
Gelafius Papa.
Glossa interlinearis ordinaria.
Gratianus.
D. Gregorius.
Gregorius Nazianzenus.
Guido Carmelita.
Guilielmus Altifiodorensis.
Guilielmus Parisiensis.

H.

Henricus Gandauensis.
D. Hieronymus.
Hilarius.
Historia Ecclesiastica.
Hostiensis.
Hugo de sancto Victore.

Iacobus

I.
Iacobus Septimacensis.
Ignatius Martyr.
Innocentius Papa.
Ioannes Eckius.
Ioannes Gutierrez de iuramento.
Ioannes Metinensis.
Ioannes Poliacensis.
Ioannes Ancharranus.
Ioannes Bernardus Diaz de Luco.
Ioannes Calderinus.
Ioannes Maior.
Ioannes Gerson.
Ioannes Driedo.
Ioannes Andreas.
Ioannes Duns Scotus.
Isidorus.

L.

Lactantius Firmianus.
Leo Papa.
Leo Primus.

M.

Marsilius.
Martinus Nauarrus.
Medina.
Melchiades Papa.

N.

Nider.

Nicolaus de Lyra.

O.

Ocham.
Origenes.

P.

Panormitanus.
Pelagius Papa.
Petrus de Palude.
Petrus de Taranta.
Petrus Lombardus Magister Sententiarum.
Philaster.
Pigius Campensis.
Pius Quartus Papa.
Plato.
Plinius.

R.

Raymundus.
Ricardus de Media Villa.
Riginaldus Polus.
Roffensis.
Rupertus Abbas.

S.

Sedulius.
Sermones D. Vincentij.
Summa Armilla.
Summa Angelica.

2 2

Sum-

Summa Pisana.
Summa Rosela.
Supplementum Scoti.
Syluester.

T.

Tertullianus.
Theophrastus.
Theophylactus.

FINIS.

Thomas Aquinas.
Thomas de Argentina.
Thomas Vualdenfis.
Turre Cremata.

V.

Veruecen.
Vlpianus.
Vrbanus Papa.

INDEX PECVLIARIS

Difficultatum omnium præcipuarum, quæ
de singulis septem Sacramentis, in
hoc opere disputantur.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

- 1 Vtrum sacramentum sit sacre rei signum.col.1.
- 2 Vtrum requiratur determinata res sensibiles ad sacramenta.col.9.
- 3 Vtrum ad sacramenta requirantur verba.col.12.
- 4 Vtrum hæc verba, quæ requiruntur in sacramento (vt dictum est in præcedenti Difficultate) debeant esse determinata.col.14.
- 5 Vtrum liceat aliquid addere, vel subtrahere verbis, quibus communiter Ecclesia vitur: & in quibus consistit forma sacramentorum.col.16.
- 6 Vtrum sacramenta sint ad humanam salutem necessaria.col.21.
- 7 Vtrum sacramenta sint causa gratiæ.col.30.
- 8 Vtrum sacramenta imprimant characterem.col.51.
- 9 Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramentorum.57.
- 10 Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuina.col.60.
- 11 Vtrum Christus in quantum homo habuerit potestatem operandi interiorè effectum sacramentorum.col.61.
- 12 Vtrum per malos ministros cõferri possint sacramenta.col.65.
- 13 Vtrum mali ministri, scilicet, peccatores administrantes sacramenta, peccent.col.68.
- 14 Vtrum à malis ministris libeat sacramenta petere.col.78.
- 15 Vtrum intentio ministri ad sacramenti perfectionem requiratur.col.83.
- 16 Vtrum sacramenta nouæ legis debeant esse septem.col.91.
- 17 Vtrum eucharistiæ sacramentum sit potissimum inter sacramenta.col.92.
- 18 Vtrum omnia sacramenta sint necessaria de necessitate salutis.col.94.

DE SACRAMENTO Baptismi.

- 1 Vtrum baptismus sit ablutio corporis exterius, facta sub forma verborum præscripta.col.95.
- 2 Vtrum baptismus fuerit institutus ante Christi passionem, an postea.col.101.
- 3 Vtrum statim post passionem obligare cõeperint sacramenta nouæ legis, vel si non statim, quando.col.106.
- 4 Vtrum aqua sit propria materia baptismi.col.108.
- 5 Vtrum hæc sit conueniens baptismi forma: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.col.112.
- 6 Vtrum, in nomine Christi, scilicet dicendo: Ego te baptizo in nomine Christi, possit dari baptismus.col.122.
- 7 Vtrum immersio in aqua sit de necessitate sacramenti baptismi.col.127.
- 8 Vtrum sint plura baptismata.col.132.
- 9 Vtrum baptismus iterari possit.col.140.
- 10 Vtrum baptismi minister sit aliqua certa persona.col.145.
- 11 Vtrum requiratur in baptismo aliquis leuans

Index Difficultatum.

- 11 *Teuans pueru de sacro fonte. col. 150.*
 12 *Vtrum omnes teneatur ad baptisimi susceptionem. col. 152.*
 13 *Vtrum baptisimus sit mediu necessarium ad salutem adultorum. 155.*
 14 *Vtru baptisimus sit differendus. col. 163.*
 15 *Vtrum intentio suscipiendi baptisimi sacramentum requiratur ex parte baptizandi. col. 165.*
 16 *Vtrum pueri sint baptizandi. col. 172.*
 17 *Vtrum pueri iudeorum vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi. col. 175.*
 18 *Vtrum pueri existentes in vteris matris sint baptizandi. col. 184.*
 19 *Vtrum furiosi, & amentes sint baptizandi. col. 188.*
 20 *Vtrum baptisimus remittat peccata omnia, nempe tam actuale qua originale. col. 190.*
 21 *Vtrum per baptisimu deleantur poenitentiae huius vitae. col. 194.*
 22 *Vtrum per baptismum conferatur gratia illum suscipientibus: & an aequalis detur omnibus. col. 195.*
 23 *Vtrum fictio impediatur effectum baptisimi. col. 201.*

De catechismis.

- 24 *Vtrum catechismus debeat praecedere baptismum. col. 210.*

De exorcismis.

- 25 *Vtrum exorcismi debeant praecedere baptismum. col. 214.*

DE SACRAMENTO Confirmationis.

- 1 *Vtrum confirmatio sit sacramentum. col. 219.*
 2 *Vtrum hoc sacramentum sit institutum a Christo. col. 222.*
 3 *Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti. col. 224.*
 4 *Vtrum forma, qua Ecclesia vtitur, sit co-*

ueniens. col. 229.

De effectibus huius sacramenti

- 5 *Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem. col. 232.*
 6 *Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens. col. 234.*

De suscipientibus confirmationem.

- 7 *Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum, & omnes homines teneantur illud suscipere. col. 235.*
 8 *Vtrum ille, qui confirmatur debeat teneri ab alio. col. 241.*
 9 *Vtrum solus episcopus hoc sacramentum conferre possit. col. 242.*

De ritibus huius sacramenti.

- 10 *Vtru ritus huius sacramenti fuerint conuenientes. col. 248.*

DE SACRAMENTO Eucharistiae.

- 1 *Vtrum eucharistia sit sacramentum. col. 249.*
 2 *Vtrum hoc sacramentum sit vnum, aut plura. col. 255.*
 3 *Vtrum sacramentum eucharistiae sit de necessitate salutis. col. 257.*
 4 *Vtrum hoc sacramentum sit appellandum sacrificium. col. 261.*
 5 *Vtrum hoc sacramentum fuerit in cena a Christo institutum. col. 263.*
 6 *Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinum. col. 265.*
 7 *Vtrum requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti. col. 276.*
 8 *Vtru aqua sit vino permiscenda. col. 279.*
 9 *Vtrum haec sit forma huius sacramenti, & conueniens forma: Hoc est corpus meum, in consecratione corporis. col. 281.*
 10 *Vtrum haec sit conueniens forma in consecratione calicis: Hic est enim calix*

san-

Index Difficultatum

- sanguinis mei. col. 289.*
 11 *Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem. col. 303.*
 12 *Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem. col. 311.*
 13 *Vtrum totus Christus contineatur sub vtraque specie panis & vini. col. 321.*
 14 *Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. col. 332.*
 15 *Vtrum corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato. col. 340.*
 16 *Vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro vel puer sit ibi corpus Christi. col. 344.*
 17 *Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento. col. 348.*
 18 *Vtrum possit aliquis liquor vino consecrato commisceri, & tali mixtione facta an esset totum vinum consecratum, an tantum pars, an nihil. col. 357.*

De effectibus Eucharistiae.

- 19 *Vtrum per hoc Eucharistiae sacramentum conferantur aliqui effectus illud digno suscipientibus. col. 359.*
 20 *Vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti. col. 372.*
 21 *Vtrum solius huius sit hoc sacramentum spiritualiter sumere. col. 378.*
 22 *Vtrum confessio ante eucharistiae summptionem requiratur, an sola contritio sufficiat cum proposito confitendi peccata. col. 380.*
 23 *Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. col. 393.*
 24 *Vtrum pollutio nocturna impediatur summptionem eucharistiae. col. 398.*
 25 *Vtrum hoc eucharistiae sacramentum debeat sumi a ieiunis. col. 402.*
 26 *Vtrum non habentibus usum rationis sit conferendum hoc sacramentum. col. 406.*
 27 *Vtrum liceat quotidie hoc eucharistiae sacramentum suscipere. col. 410.*
 28 *Vtrum sit praecipuum de eucharistiae summptione. col. 413.*
 29 *Vtrum sacerdos cum celebrat, vtraqueque speciem consecrare teneatur, & quo iure diuino, an humano. col. 418.*
 30 *Vtrum sit necessarium hoc sacramentum sub vtraque specie sumere. col. 420.*

De ministro huius Sacramenti.

- 31 *Vtrum huius sacramenti minister sit solus sacerdos. col. 430.*
 32 *Vtrum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit. col. 436.*
 33 *Vtrum missa mali sacerdotis sit minoris valoris quam missa boni sacerdotis. col. 437.*
 34 *Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hereticis, seu peccatoribus communionem recipere, & eorum audire missam. col. 440.*
 35 *Vtrum liceat sacerdoti nunquam celebrare. col. 442.*

De ritu huius Sacramenti.

- 36 *Vtrum missa pro pluribus oblata tantum singulis profit, ac si pro vno duntaxat offerretur. col. 444.*
 37 *Vtrum hoc sacrificium quotidie in ecclesia sit celebrandum. col. 457.*
 38 *Vtrum idem sacerdos plures in eodem die possit missas celebrare. col. 460.*
 39 *Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis. col. 462.*
 40 *Vtrum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo, & vasis sacris. col. 464.*

De praecipuo audiendi Missam.

- 41 *Vtrum sit praecipuum ecclesiae audire re sacram in dominicis diebus & festis. col. 472.*

De defectibus qui possunt occurrere in Missa.

- 42 *Vtrum possit sufficienter occurrere defectibus circa celebrationem huius sacramenti*

Index Difficultatum.

menti occurrentibus; statuta ecclesie seruando.col.476.

DE SACRAMENTO

Pœnitentiæ.

- 1 Vtrum Pœnitentia sit dolor de peccatis quia contra Deum fuere commissi.col.483.
- 2 Vtrum pœnitentia sit virtus.col.487.
- 3 Vtrum pœnitentia sit specialis virtus.col.491.
- 4 Vtrum hæc pœnitentiæ virtus sit habitus infusus.col.495.
- 5 Vtrum pœnitentiæ virtus sit ad salutem & iustificationem necessaria.col.503.

De pœnitentia quatenus est Sacramentum.

- 6 Vtrum pœnitentia sit sacramentum.col.506.
- 7 Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.col.512.
- 8 Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.col.515.
- 9 Vtrum hoc pœnitentiæ sacramentum sit de necessitate salutis.col.col.525.
- 10 Vtrum de sacramento pœnitentiæ sit diuinum præceptum.col.530.
- 11 Vtrum hæc pœnitentia durare debeat vsque ad finem vitæ.col.535.
- 12 Vtrum hoc pœnitentiæ sacramentum debeat iterari.col.536.

De effectu pœnitentiæ.

- 13 Vtrum pœnitentia remittantur omnia peccata.col.540.
- 14 Vtrum peccata possint sine pœnitentiæ virtute remitti.col.546.
- 15 Vtrum possit per pœnitentiam vnum peccatum remitti sine alio.col.560.
- 16 Vtrum remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ.col.561.
- 17 Vtrum ad mortalium peccatorum remissionem, pœnitentia explicita requiratur.col.567.

18 Vtrum peccatum veniale remitti possit sine pœnitentiâ.col.569.

19 Vtrum peccata per pœnitentiam remissa redeant persequens peccatum.col.583.

20 Vtrum per pœnitentiam restituantur homini gratiæ & virtutes.col.588.

21 Vtrum opera mortificata per peccatû, reuiuifcant per consequentem pœnitentiam.col.602.

DE PARTIBVS POENITENTIÆ in specie, & primo de Contritione.

- 1 Vtrum contritio sit dolor voluntariè pro peccatis assumptus, cum proposito confitendi & satisfaciendi.col.606.
- 2 Vtrum is, qui dolet de peccatis semper recipiat gratiam.col.612.
- 3 Vtrum Attritio sic à Contritione differat vt fieri nequeat Contritio.col.616.
- 4 Vtrum contritio debeat esse de malo pœnæ, an de malo culpæ.col.622.
- 5 Vtrum de singulis mortalibus culpis singulæ contritiones requiratur.col.623.
- 6 Vtrum contritio dolor esse debeat maximus, qui esse potest per naturam.col.627.
- 7 Vtrum contritio debeat habere septem cõditiones, scilicet quod sit discreta, amara, lachrymosa, præmeditata, vniuersalis, integra, & durabilis.col.633.
- 8 Vtrum tota hæc vita sit spacium contritionis.col.634.
- 9 Vtrum post hanc vitam possit esse pœnitentia.col.642.

DE CONFESSIOE.

- 1 Vtrum Sacramentalis Confessio fuerit à Christo instituta tanquam ad salutem necessaria.col.643.
- 2 Vtrum necessitas Cõfessionis fuerit de iure naturali aut scripto ante Euangelium.col.650.

3 Vtrum

Index difficultatum.

3 Vtrum omnibus hominibus, & de omnibus peccatis necessaria sit confessio.col.660.

4 Vtrum statim homo post peccatum mortale comissum, confiteri teneatur, an verò solum semel in anno, aut etiã in articulo mortis.col.666.

5 Vtrum præceptû hoc confessionis obliget in omni ætate, & quando incipiat obligare.col.678.

De puritate & qualitate confessionis.

6 Vtrum sacramentalis confessio sit sacramentalis peccatorum accusatio, ad indulgentiam virtute clauium ecclesie obtinendam.col.679.

7 Vtrum confessio debeat sedecim conditiones habere ad hoc quod sit perfecta.col.680.

8 Vtrum cõfessio debeat esse integra, sic vt omnia peccata pœnitens confiteatur, quorû memoriã habet, & an hæc integritas sit de iure diuino.col.684.

9 Vtrum singula peccata quo ad numerû sint fideliter confitenda.col.689.

De circumstantiis.

10 Vtrum teneamur confiteri circumstantias peccatorum, vt sit integra confessio, & nuda.col.692.

11 Vtrum confessor teneatur pœnitentem interrogare.col.704.

12 Vtrum sacerdos teneatur aliquem modum & formam obseruare circa audientiam confessionis.col.706.

13 Vtrum dum pœnitens aliqua ignorantia laborat, quæ illi est inuincibilis, & tamen certissimum est esse errorem, teneatur confessor illum de veritate instruere.col.724.

14 Vtrum quando confessor & pœnitens sunt diuersæ opinionis, teneatur confessor eiusdem pœnitentis adherere opinioni.col.727.

15 Vtrum sit necessarium omnia peccata eidem confiteri, vt confessio sit integra.col.733.

16 Vtrum liceat partiri confessionem pro-

ter casus referuatos.col.742.

17 Vtrum confessio debeat esse secreta.col.751.

18 Vtrum confessio vel per scripturam vel per internuntium vel per interpretem fieri possit, ibidem.

De effectibus & defectibus Confessionis.

19 Vtrum confessio gratiam conferat.col.761.

20 Vtrum confessio possit esse informis.col.762.

21 Vtrum ex attrito semper fiat pœnitens contritus virtute sacramenti.col.780.

De ministeris Sacramenti Pœnitentiæ.

22 Vtrum solus sacerdos sit minister huius sacramenti.col.787.

23 Vtrum sit necessarium proprio sacerdoti confiteri.col.790.

24 Vtrum stando in solo iure communi seclusis omnibus priuilegijs possit quis confiteri alieno sacerdoti sine licentia proprii.col.816.

25 Vtrum religiosi mendicantes possint confessiones audire, si presentatos Episcopo à suis prælatis, iuxta mandatum Clementinæ Dudum, illos non admiserit.col.819.

26 Vtrum sint aliqui casus ad solum summum pontificem pertinentes.col.824.

27 Vtrum sint aliqui casus episcopi referuati.col.826.

28 Vtrum rati habitio concedat facultatē absoluenti, ita vt sacramentalis absolutio impensa sub rati habitioe sit valida.col.829.

29 Vtrum confessio & absolutio bis vel ter vel pluries de eisdem peccatis repetita sit sacramentalis.col.830.

30 Vtrum pœna taxari debeat secundum quantitatem culpæ.col.836.

De sigillo Confessionis.

31 Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata quæ nouit in confessione

ne

Index Difficultatum.

- ne.col.837.
- 32 Vtrum sigillum confessionis extendatur ad alia quæ non sunt peccata, & audiuntur in confessione.col.847.
 - 33 Vtrum liceat detegere in genere peccata audita in confessione.col.848.
 - 34 Vtrum de licentia penitentis possit sacerdos reuelare ea, quæ in confessione nouit.col.851.
 - 35 Vtrum liceat confessori aperire ea, quæ nouit in confessione, si alia via ea faciat.col.854.

DE SATISFACTIONE
Quæ est tertia pars Penitentia.

- 1 Vtrum hæc tertia pars penitentia, quæ satisfactio appellatur, sit necessaria.col.856.
 - 2 Vtrum hæc sit bona definitio satisfactio nis.Satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum subgeſtionibus aditum non indulgere.col.859.
 - 3 Vtrum Deo homo satisfacere possit.col.864.
 - 4 Vtrum vnus homo possit satisfacere pro alio.col.867.
 - 5 Vtrum possit homo pro vno peccato satisfacere non satisfaciendo pro alio.col.874.
 - 6 Vtrum quis extra charitatem existens possit satisfacere pro pæna debita pro peccato iam remisso.col.876.
 - 7 Vtrum satisfactio extra charitatem expleta, ipsa charitate adueniente incipiat esse satisfactoria.col.882.
- De ijs per quæ fieri debet satisfactio.*
- 8 Vtrum satisfactionem per opera pænalia fieri oporteat.col.888.
 - 9 Vtrum per opera alia debita fieri possit satisfactio imposita à sacerdote in penitentiam.col.897.
 - 10 Vtrum penitens teneatur acceptare penitentiam sibi iniunctam à sacerdote.col.903.
 - 11 Vtrum sacerdos secundum proprium

arbitrium ligare possit & soluere, ac ponere quancunque penitentiam.col.909.

- 12 Vtrum penitentia iniuncta ab vno confessore possit mutari ab alio confessore.col.914.

DE POTESTATE
Clauium.

- 1 Vtrum clauis sint in Ecclesia.col.916.
- 2 Vtrum clauium potestatem Christus Apostolis contulerit Ioan.20. Accipite Spiritum sanctum, &c.col.921.
- 3 Vtrum hæc potestas seu clauis, quæ est in ecclesia fuerit immediate à Christo concessa omnibus Apostolis simul.col.926.

De ministris clauium.

- 4 Vtrum clauis in solis sacerdotibus Euangelicis existant.col.931.
- 5 Vtrum quilibet sacerdos possit vti clauis in quemlibet.col.939.

De virtute & effectu clauium.

- 6 Vtrum effectus clauium se extendat ad remissionem peccati quo ad culpam, & quo ad pænã.col.952.

DE EXCOMMUNICATI
ONE.

- 1 Vtrum in ecclesia sit excommunicandi facultas.col.960.
- 2 Vtrum excommunicatio sit à communicatione fidelium separatio.col.973.
- 3 Vtrum ad excommunicationem ferendam requiratur cautela.col.981.
- 4 Vtrum pro temporali damno iuste possit homo excommunicari.col.992.
- 5 Vtrum qui ignorat inuincibiliter excommunicationem, & committit factum, quod est prohibitum, per illam, incidat in eam.col.993.

6 Vtrum

Index difficultatum.

- 6 Vtrum excommunicatio iniuste lata nullius sit effectus.col.999.

De ijs, qui excommunicare possunt.

- 7 Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare.col.1012.
- 8 Vtrum aliquis possit se ipsum vel superiorem vel æqualem excommunicare.col.1020.

De effectibus maioris excommunicationis.

- 9 Vtrum sint aliquot effectus excommunicationis maioris.col.1026.
- 10 Vtrum sint aliqui casus, in quibus prohibita est fidelibus participatio cum excommunicatis.col.1030.
- 11 Vtrum sint aliqui casus, in quibus liceat sine peccato cum excommunicatis communicare.col.1039.
- 12 Vtrum metus mortis hominem excuset vt citra peccatum liceat cum quocunque excommunicato communicare.col.1044.

De absolutione à maiore excommunicatione.

- 13 Vtrum quilibet sacerdos possit absolueresubditum suum ab excommunicatione.col.1047.
- 14 Vtrum laicus index possit absolvere ab excommunicatione.col.1053.
- 15 Vtrum excommunicatio possit suspendi.col.1055.
- 16 Vtrum possit aliquis inuitus absolui.col.1056.
- 17 Vtrum quis possit absolui ab vna excommunicatione remanens ligatus alijs, ibidem.

De excommunicatione Minoris.

- 18 Vtrum excommunicatio minor contrahatur à iure, & in quibus casibus.col.1065.

De effectu Excommunicationis minoris.

- 19 Vtrum minor excommunicatio habeat aliquos effectus.col.1067.

De absolutione minoris excommunicationis.

- 20 Vtrum quilibet confessor possit absolvere ab excommunicatione minori.col.1069.

DE INTERDICTO.

- 1 Vtrum ista sex, excommunicatio, suspensio, irregularitas, interdictum, & cessatio à diuinis, conueniant & differant.col.1070.
- 2 Vtrum interdictum emanet à iure, an tantum ab homine.col.1072.
- 3 Vtrum impositio interdicti requirat causam aliquam, & quam.col.1075.
- 4 Vtrum, vt sententia interdicti liget, requiratur vt ad omnium aures perueniat.col.1076.
- 5 Vtrum interdicti ecclesiastici censura suspendi possit, ibidem.

De effectibus interdicti.

- 6 Vtrum sint aliqua quæ tempore interdicti fieri prohibeantur.col.1079.
- 7 Vtrum aliqua istorum, quæ in precedenti Difficultate prohibentur tempore interdicti, liceant, & quibus personis.col.1081.
- 8 Vtrum violantes interdictum incurrant aliquam pænã.col.1091.

DE SACRAMENTO
Extremæ Vnctionis.

- 1 Vtrum Extrema Vnctio sit sacramentum.col.1097.
- 2 Vtrum istud sacramentum extremæ vnctionis sit à Christo institutum sic & alia

Index Difficultatum.

- & alia omnia sacramenta. col. 1100.
- 3 Vtrum materia huius sacramenti sit oleum simplex ab Episcopo consecratum. col. 1102.
- 4 Vtrum hoc sacramentum extreme unctionis habeat formam aliquam. col. 1104.
- De effectibus extreme unctionis.*
- 5 Vtrum effectus extreme unctionis sit peccatorum remissio, & sanitas corporalis. col. 1109.
- De ministro huius Sacramenti.*
- 6 Vtrum solis & omnibus sacerdotibus hoc sacramentum administrare competat. col. 1113.
- 7 Vtrum hoc sacramentum sanis, furiosis & pueris sit exhibendum. col. 1116.
- 8 Vtrum committere hoc sacramentum sine sufficiente impedimento sit mortale peccatum. col. 1119.
- 9 Vtrum sint certa partes corporis unguenda & non totum corpus, ibidem.
- 10 Vtrum hoc sacramentum debeat iterari. col. 1121.

DE SACRAMENTO Ordinis.

- 1 Vtrum in Ecclesia debeat esse Ordo, & an sint plures ordines. col. 1123.
- 2 Vtrum sit aliqua definitio ordinis conueniens. col. 1128.
- 3 Vtrum hoc sacramentum habeat materiam. col. 1129.
- 4 Vtrum forma in hoc sacramento congrue designetur. col. 1133.
- 5 Vtrum sint in ecclesia conuenienter septem ordines distincti. col. 1135.
- 6 Vtrum supra sacerdotalem ordinem alior sit episcopalis potestas. col. 1140.
- 7 Vtrum supra episcopos sit aliquis superior ordo in ecclesia, & an iure diu-

- no. col. 1146.
- 8 Vtrum omnes septem ordines sint vere sacramenta. col. 1149.
- De effectibus huius Sacramenti.*
- 9 Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens. col. 1155.
- 10 Vtrum in sacramento ordinis imprimatur character, & an quantum ad omnes septem ordines. col. 1157.

De ministro huius Sacramenti.

- 11 Vtrum minister huius sacramenti sit omnis solusque Episcopus. col. 1163.
- 12 Vtrum episcopi haeretici, schismatici, & ab ecclesia praecisi conferant veros ordines, si id attentent. col. 1165.

De qualitate & aetate suscipientium ordines.

- 13 Vtrum mulier sacramenti ordinis sit capax. col. 1168.
- 14 Vtrum pueri vsu rationis carentes ordines suscipere possint. col. 1170.
- 15 Vtrum sint determinata tempora ab ecclesia pro omnibus ordinibus conferendis. col. 1182.
- 16 Vtrum in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitae, morum honestas, & scientia. col. 1185.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

- 1 Vtrum Matrimonium sit in reru natura a Deo institutum. col. 1194.
- 2 Vtrum matrimonium sit hominibus naturale. col. 1195.
- 3 Vtrum matrimonium cadat sub praepcepto. col. 1200.
- 4 Vtrum actus matrimonialis sit licitus, & an a Deo esse possit meritorius. col. 1205.

5. Vtrum

Index Difficultatum.

- 5 Vtrum matrimonium sit sacramentum, & an conferat gratiam. col. 1211.
- 6 Vtrum materia sacramenti huius sint personae contrahentes, & forma sint verba vtriusque coniugis. col. 1220.
- 7 Vtrum ad verum matrimonium requiratur carnalis sexuum commissio. col. 1223.

De sponsalibus.

- 8 Vtrum sponsalia sint futurarum nuptiarum promissio. col. 1227.
- 9 Vtrum sponsalia contrahantur pluribus modis. col. 1231.
- 10 Vtrum sponsalia iure iurando per verba de futuro confirmata vim habeant matrimonij. col. 1236.
- 11 Vtrum tempus requisitum ad contrahendum sponsalia sit septennium. col. 1239.
- 12 Vtrum carnalis copula post sponsalia de futuro adueniens matrimonium perficiat. col. 1243.
- 13 Vtrum sponsalia valeant in aliquibus casibus dirimi. col. 1247.
- 14 Vtrum aliquando contungat peccatum inter sponsos. col. 1255.

De matrimonij definitione & causa.

- 15 Vtrum haec sit conueniens matrimonij definitio. Matrimonium est viri & mulieris legitima coniunctio indiuidua vitae consuetudinem retinens. col. 1256.
- 16 Vtrum ad substantiam matrimonij requiratur interior consensus, vel sufficiat protulisse verba. col. 1260.
- 17 Vtrum consensum verbis vel signis vel factis exprimi necessum sit. col. 1267.
- 18 Vtrum matrimonium contractum per procuratorem vel literas sit verum & indissolubile, & vtrum vere sit sacramentum. col. 1278.
- 19 Vtrum quando quis dolose, & verbis fallacibus de praesenti contraxit cum aliqua, asserens se habere consensum quem vere non habet teneatur in conscientia eam ducere. col. 1292.
- 20 Vtrum postquam coniuges habent ad-

- inuique in se possessionem, & incipiunt dubitare de matrimonio, liceat petere debitum coniugale. col. 1304.
- 21 Vtrum clandestinum matrimonium sit validum. col. 1315.
- 22 Vtrum vsus clandestini coniugij sit peccatum mortale. col. 1341.

De consensu coaecto.

- 23 Vtrum consensus extortus per metum cadentem in constantem virum sufficiat ad matrimonium. col. 1343.
- 24 Vtrum vel princeps subditum, vel pater filium possit ad matrimonium cogere. col. 1357.

De consensu conditionato.

- 25 Vtrum consensus conditionatus sit ad matrimonium per se sufficiens. col. 1362.

De bonis matrimonium excusantibus.

- 26 Vtrum sint aliqua bona quibus matrimonium excuset & honestetur. col. 1378.
- 27 Vtrum causa voluptatis & delectationis quis coniugalem usum licite adimplere possit. col. 1383.
- 28 Vtrum liceat coniugibus ad vitandam fornicationem debitum exigere. col. 1385.

De impedimentis matrimonij.

- 29 Vtrum aliqua sint matrimonij impedimenta. col. 1390.
- 30 Vtrum error personae impediatur. col. 1395.
- 31 Vtrum seruitutis conditio matrimonium impediatur. col. 1399.

De impedimento voti simplicis.

- 32 Vtrum votum simplex sit matrimonij impedimentum ipsum dirimens. col. 1406.

b De imp-

Index difficultatum.

De impedimento voti solemnis.

- 33 Vtrum votum solenne sicut matrimonium contrahendum impedit, ita dirimat contractum. col. 1413.

De impedimento ordinis.

- 34 Vtrum ordo impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum. col. 1417.

De impedimento cognationis carnalis.

- 35 Vtrum consanguinitatis definitio, quæ solet constitui, rei definitæ competat. col. 1423.
- 36 Vtrum consanguinitas per lineas & gradus commode distinguatur. col. 1426.
- 37 Vtrum gradus quispiam consanguinitatis in linea recta iure naturali matrimonium impediatur. col. 1432.
- 38 Vtrum aliquis gradus consanguinitatis in linea transuersali impediatur iure naturæ matrimonium. col. 1446.

De impedimento affinitatis.

- 39 Vtrum ex matrimonio affinitas aliqua contrahatur. col. 1454.
- 40 Vtrum ex omni actu carnali huiusmodi affinitas causetur. col. 1455.
- 41 Vtrum affinitas impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, & in quibus gradibus. col. 1458.
- 42 Vtrum aliquis affinitatis gradus iure naturæ matrimonium impediatur & dirimat. col. 1462.
- 43 Vtrum publicæ honestatis iustitia impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum. col. 1470.

De cognatione spirituali.

- 44 Vtrum spiritualis cognatio sit matrimonij impedimentum. col. 1484.
- 45 Vtrum per solum baptismum cognatio

spiritualis contrahatur. col. 1487.

- 46 Vtrum cognatio spiritualis dumtaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur. col. 1489.

De legali impedimento.

- 47 Vtrum cognatio legalis impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum. col. 1501.

De impedimento frigiditatis.

- 48 Vtrum frigiditas matrimonium contrahendum impediatur, & contractum dirimat. col. 1505.

De impedimento maleficij.

- 49 Vtrum maleficium sit impedimentum impediens, dirimensque matrimonium. col. 1512.

De impedimento incestus.

- 50 Vtrum incestus sit impedimentum matrimonium contrahendum impediens ac dirimens contractum. col. 1518.

De impedimento defectus ætatis.

- 51 Vtrum defectus ætatis impediatur matrimonium. col. 1522.

De impedimento ligaminis.

- 52 Vtrum ligamen sit impedimentum matrimonium impediens contrahendum & dirimens contractum. col. 1524.

De impedimento disparitatis cultus.

- 53 Vtrum inter infideles legitimum possit matrimonium contrahi. col. 1526.
- 54 Vtrum fidelibus liceat cum infidelibus inire coniugia. col. 1529.
- 55 Vtrum coniux ad fidem conuersus possit cum coniuge eandem fidem retinente commanere. col. 1535.

56 Vtrum

Index Difficultatum

- 56 Vtrum fidelis ab vxore infideli discedens possit aliam ducere. col. 1539.

De impedimento vxoricidij.

- 57 Vtrum vxoricidium sit in aliquo euentu licitum. col. 1548.
- 58 Vtrum vxoricidium impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat contractum. col. 1551.

De viijs impediens matrimonium contrahendum.

- 59 Vtrum sint aliqua vitia, quæ matrimonium contrahendum impediunt, contractum vero non dirimant. col. 1555.
- 60 Vtrum tempus feriarum impediatur matrimonium contrahendum. col. 1557.
- 61 Vtrum consummare matrimonium ante benedictiones & velationes sit mortale. col. 1561.
- 62 Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ. col. 1563.
- 63 Vtrum secundæ nuptiæ sint benedictæ. col. 1564.
- 64 Vtrum matrimonio consummato liceat vtrique coniugium altero inuito ad religionem transire. col. 1565.

De diuortio quod sit fornicationis causa.

- 65 Vtrum propter fornicationem licitum sit viro vxorem dimittere. col. 1574.
- 66 Vtrum vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere. col. 1579.
- 67 Vtrum maritus proprio iudicio non exspectata iudicis ecclesiastici sententia, possit vxorem adulteram dimittere. col. 1582.
- 68 Vtrum vir & vxor in causa diuortij possint ad paria iudicari. col. 1586.
- 69 Vtrum celebrato diuortio viro ius relinquatur aliud in eundem matrimonium. col. 1589.
- 70 Vtrum factio diuortio locum habeat reconciliatio. col. 1593.

De debito coniugali.

- 71 Vtrum alteruter coniugum teneatur alteri debitum reddere. col. 1595.
- 72 Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ. col. 1602.

De Bigamia.

- 73 Vtrum bigamiæ sit irregularitas annexa. col. 1611.
- 74 Vtrum bigamia soluatur per baptismum. col. 1614.
- 75 Vtrum liceat cum bigamo dispensare. col. 1617.

F I N I S.

**INDEX LOCUPLETISSIMVS
APPOSITISSIME COMPOSITVS AC ORDINE
Alphabetico digestus, omnes Difficultates, Conclusiones,
& res alias notatu digniores, quæ in hoc opere
continentur, quasi digito
ostendens.**

A.



ABBAS vel Prior cum dant facultatem absoluendi vsa que ad certum instans, ad peccata etiã referuata obli-
ta in confessione intra tale instans, vi-
dentur dare, columna 750.c
Abbatissa propriè loquendo & in iuris rigore non est prælata. 945.b
Abbatissæ potestas ad quæ se extendat. 945.a
Abbatissæ non possunt habere clauem ordinis. 945.d
Abbatissæ non habent prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione propter periculum cohabitationis virorum & mulierum. 944.c
Abbatissæ cum suspendunt, interdicit & alias pœnas imponunt clericis suæ iurisdictionis quomodo intelligantur. 947.a
Abbatissæ suis monialibus an possint imponere præcepta ad mortale obligantia. 947.c
Abbatissæ possunt permittere suis monialibus vt lucra, quæ suis manibus acquirunt conuertant in suos vsus. 950.b
ABLVTIO est materia proxima baptisimi. 98.a
ABRAHAM accepit in vxorem Saram sororem tempore, quo genus humanum sufficièter erat propagatum. 1450.e
Abrahæ, Isaac & Iacob reuelatum fuit, quod vnus posset pluribus copulari vxoribus. 1608.e

ABSOLVENDI & consecrandi potestas immediate à Christo collata est Petro & Apostolis. 926.c
Absoluere ab excommunicatione minori quis possit. 1069.b
Absolui an possit aliquis inuitus ab excommunicatione. 1056.b
Et vtrum sit idem de peccatis, ibidem.
Absolui an possit aliquis ab vna excommunicatione remanès ligatus in alijs. 1056.e
Absolutus à simplici sacerdote in articulo mortis satisfacit præcepto ecclesiæ. 798.c
Absolutio à peccatis in quo differat ab ea, quæ est ab excommunicatione. 522. e & 523.a.b
Absolutio in articulo mortis à quocunque sacerdote potest impartiri. 794.b
Absolutio accedens ad confessionem in contrito auget gratiam, in attrito vero confert primam. 762.a
Absolutio conditionalis fiat his verbis, Si capax es absolutionis, Ego te absoluo, &c. 759.b
Absolutio an sit impartienda mutis, vel ægrotis, qui iam vsus loquellæ amiserunt, tamen signa dant cõtritionis. 755.a
ACETVM non potest esse materia sacramenti eucharistiæ. 274.e. & 275.a
ACCIDENTIA in eucharistia miraculose manent sine subiecto post cõsecratione panis & vini. 348.e
Accidentia sine subiecto an possint naturaliter dari. 349.c
Accidentia alia, præter quantitatem, in sacramento eucharistiæ in ipsa quantitate

Index materiarum.

titate subiectantur. 350.c
Accidentia de subiecto in subiectum migrare non possunt. 349.e
Accidentia in sacramento non recipiunt de nouo aliud esse & entitatem, sed per esse quod ante consecrationem habebant existunt. 350.e
Et an formaliter loquedo aliquid de nouo acquirant. 351.c
Accidentia quæ subiectantur in quantitate vicem substantiæ habente sine nouo miraculo in ipsa sustentantur. 351.e
ACTVS humani in triplici sunt differentia. 1379.a
Actus tertij generis vt matrimonium indigent excusari per aliqua bona. 1379.d
Actus primi & secundi generis nulla indigent excusatione. 1379.d
ACOLYTHI existentes in mortali exercendo ministeria, ad quæ deputantur, an peccet mortaliter. 73. b
ADAM prima fuit radix humani generis, à quo vniuersi mortales ceu rami pullularunt. 1425.a
ADOPTANS non potest contrahere cum adoptato nec cum filio eius & nepote. 1503.d
ex Adoptione proueniens cognatio legalis matrimonium impedit. 1503.c
Adoptio duplex est. 1502.b
Adoptare non potest qui ad generandum habet naturale impedimentum. 1502.e
Adoptatus per arrogationem in potestatem reducitur adoptantis, & adoptanti succedit ab intestato, nec quarta hereditatis priuari potest. 1502.c
Adoptio, secundum iuriconsultos, est legitimus actus, per quem fit filius qui non est, aut nepos, penè naturam imitans. 1501.b
Adoptio, secundum Theologos, est extraneæ personæ in filium vel nepotem vel deinceps legitima assumptio. 1501.c
Adoptio, secundum Theologorum defi-

initionem, non excludit quin possit adoptari consanguineus. 1502.a
ADULTERAM legitimis testimonijs conuictam licite occidit maritus, quando autoritate publica sibi traditur occidenda. 1550.b
Et si propria autoritate occidat inuictam in flagranti delicto mortaliter peccet. 1549.c
Adulteri machinantes mortem coniugis sine præcedenti adulterio, nõ possunt cõtrahere matrimonium. 1551. e
Adulterium quando impedit matrimonium post occisionem vxoris. 1551.a
ADULTOS iustificari posse in lege naturæ absque signo aliquo exteriori probabile est. 29.d.e
Adultus baptizandus cur in fide examinatur. 97.c
Adultus voluntariè se offerens morti pro Christo, siue habeat pœnitentiã virtualè siue formalè saluus fit. 138.a
AETATIS defectus matrimonium impedit. 1522.a.
Aetas legitima ad contrahendum matrimonium optime est constituta in maribus. 14. anno, in foeminis verò 12. 1522.b
AFFECTATA negligentia quæ fit. 768.b
AFFINITAS quid sit. 1454.b
Affinitas contrahitur per matrimonium inter vnum coniugem & consanguineos alterius, & vice versa. 1454.b
Affinitas etiam inter consanguineos cõtrahi potest. 1455.a
Quauis sit de essentia affinitatis carere omni parentela. 1454.d
Affinitas vt contrahatur requirit cõsummationem copulæ. 1454.e
Affinitas non contrahitur ex concubitu extra vas, nec ex osculis & amplexibus. 1455.c
Affinitas non causatur si vir intra claustra pudoris non feminet. 1455.e
Etiam si mulier feminet. ibidem.e
Affinitas contrahitur ex omni actu carnali etiam fornicario, dum modo tam

Index matrimonium

- viri quam foeminae semina commisceantur. 1456.a
- Affinitas etiam contrahitur si vir intra claustra pudoris seminet, etiam si mulier non seminet. 1456.d
- Affinitas contrahitur etiam si vir extra vas seminet, dummodo virtus matricis attractiua sic attrahat semen, vt intus fiat feminum commistio. 1457.c
- Affines qui dicatur. 1458.b
- Affinitas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum vsq; ad quartum gradum sicuti consanguinitas. 1459.d
- Affinitatis arbor & eius explicatio. 1459.b
- Affinitatis nullus gradus est prohibitus iure naturali in linea laterali. 1464.c
- Affinitatis gradus aliquis an sit prohibitus iure naturali in linea recta. 1463.b
- Affinitatis tria erant antiquitus genera: tamen secundum ius nouum primu genustantum manet. 1461.b
- Affinitatis fundamentum est copulatio mariti & vxoris. 1454.c
- AGENS respectu sacramenti est duplex. 60.a
- AGNI paschalis immolatio quo pacto dici potest sacramentum. 7.b
- Agnus paschalis figura fuit sacramenti eucharistiae. 422.c
- ALEXANDRI Alensis opinio de causalitate sacramentorum nouae legis, & illius reprobatio. 34.a
- Alexandri Alensis opinio falsa circa institutionem confessionis. 653.b
- Alexandri Alensis opinio de institutione baptismi refellitur. 101.c
- AMEN TIBVS vel furiosis à natiuitate non debet dari eucharistia. 408.c
- Amentibus vel furiosis habentibus lucida interualla, & tunc deuote petentibus, potest dari sacramentum eucharistiae. 409.a
- Amentibus etiam non habentibus lucida interualla dari debet eucharistia in articulo mortis, si antequam amentiam inciderint, certo constet eos petiuisse, & in eis poenitentiae signa praecelsisse. 409.b
- Amentes vtrum sint baptizandi. 188. b. c. d. e. & 189.
- AMICITIA super aliqua societate & communicatione fundatur. 1424.a
- Amicitiae diuersae sunt species secundum diuersas societates, & vinculorum rationes, ibidem.
- ANATHEMA idem est quod seorsum vel sursum positum, ac separatum. 973.c
- Anathema nonnunquam in bonam partem accipitur. 974.a
- Anathema secundum Hieronymum significat rem detestabilem & abominabilem. 974.b
- Anathema idem etiam est quod excommunicatio maior. 974.d
- ANGELI manducant spiritualiter Christum metaphoricè, & figuratiuè. 380.a
- ANIMA est actus corporis physici organici, potentia vitam habentis. 324.c
- Anima peccatoris perpessis poenis in purgatorio, sufficienter, amplius illic non detinetur. 874.b
- Anima defuncti ad aliquid restituendum obligati an detineatur in purgatorio quousque alter qui pro eo restituere se obligauit, restituat. 871.b
- APOSTOLIS quando fuit data potestas praedicandi. 923.d
- Apostolis & Petro quando praecipuus actus clauium est traditus. 924.b
- Apostoli antequam alios baptizarent ipsi baptizati fuerunt. 158.b
- Apostoli ante passionem non baptizabant tanquam proprii ministri, quia non erant sacerdotes. 105.c
- Apostoli quomodo ea quae sunt de essentia sacramentorum mutare poterunt. 422.b

APPA-

Index materiarum.

- APPARENTIA miraculose in sacramento eucharistiae dupliciter euenire possunt. 344.c
- AQVA est propria materia baptismi. 109.e
- Aqua vt sit apta materia baptismi, debet esse simplex. 111.a
- Aqua quae de Christi latere exiuit quid significauit. 110.b
- Aqua vino permiscenda est in sacrificio Missae. 279.c.d
- Aqua an sit propria materia baptismi. 108.e
- Aqua cur fuerit instituta ad materiam baptismi. 110.e
- Aqua in passione Domini cur ab eius latere effluerit. 280.d.e
- Aqua cum permiscetur vino in sacramento eucharistiae non debet esse in magna quantitate. 281.b
- Aqua vt aqua, est materia remota sacramenti baptismi. 97.c
- Aqua benedicta non vere est sacramentum, sed sacramentale. 6.c.d.
- Aquae appositio in sacramento eucharistiae non est de necessitate sacramenti. 280.d. & 478.a
- Aquae aliquae enumerantur in quibus non debet fieri baptismus. 111.b. c. d. e
- Aquam si sacerdos vino non misceat in celebratione Missae peccat mortaliter. 281.a.b
- Aquam, vt permista sit vino tempore consecrationis, tutius est in principio missae quam postea infundi, vt aliqui faciunt. 281.c
- ARBOR Consanguinitatis & eius explicatio. 1428.a
- Arbor alter affinitatis, & eius explicatio. 1459. b
- ARROGATIO quae dicatur, & in quo differat ab adoptione. 1502.b
- ARTIFICIALIS rei & naturalis distinctio. 100.c
- ATTRITIO quid significet. 616.b. c. d. e
- Attritio differt à contritione quincuplisciter. 617. d. e. & 618.
- Attritio minime fieri potest contritio. 619. c. d. e. & 620. & 621.
- Attritio seu dolor qui ex timore detrimetorum temporalium nascitur, non sufficit ad gratiam: confessio tamen valida est. 774.c
- Attritio scita & cognita an sufficiat mediante sacramento poenitentiae ad gratiam consecutionem. 781.d
- Attritio ex timore poenarum super naturalium an sit sufficiens ad gratiam consecutionem virtute sacramenti poenitentiae. 784.c
- Attritionis tres gradus positi à Caetano. 612.a. Et refutatio sententiae illius. 613. & 614.
- ex Attrito sit aliquis contritus per absolutionem sacramentalem. 518. c. & 519. a. b. & 780.c
- AZIMVS panis an sit materia sacramenti eucharistiae. 271. c. d. e. & 272. a. b. c.
- in Azimo pane celebrare rationabilius est, quam in fermentato. 272. d. e
- BALSAMVM vbi reperitur. B. col. 225.c
- Balsamum indiarum occidentalium nunc potest esse vsui ad sanctum chrisma ex Pij. III. dispensatione. 225.d
- Balsamum non est de necessitate sacramenti confirmationis. 224. d. e. & 225.
- Balsamum non est de necessitate huius sacramenti, quia sine illo verum conficitur sacramentum, est tamen de necessitate praeccepti. 226.b
- BAPTISMA in nomine Christi, quod fiebat tempore Apostolorum fuit ex instinctu spiritus sancti. 126.a. b. c. & c.
- Baptismatis ministri qui possunt esse. 145. vsque ad 150.
- Baptismi definitio ex Gabriele reijcitur. 99. b. c
- in Baptismi forma dicendo, In nominibus Patris & Filij, &c. an verum fiat sacramentum. 116. c. d. e. & 117. b. c. d. e. & 118. a. b

b 4 Bap-

Index materiarum.

- Baptismi definitio ab Scoto tradita examinatur. 99. a
 Baptismi definitio qua. 97. a
 Baptismi virtute non remitti peccata, sed contritione, quando recedit fictio, temerarie dicitur. 203. a b c d e
 Baptismi effectum non possunt paruuli obtinere, nisi in re suscipiant ipsum. 258. c
 Baptismi materia remota est aqua. 97. c
 Baptismi character de necessitate sacramenti praesupponitur ad characteres omnium ordinum. 116. e
 Baptismi optima definitio adducitur & explicatur. 99. d
 Baptismi definitio ex Scoto rejicitur. 99. a. b
 Baptismi propria materia an sit aqua. 108. e
 Baptismi forma qua fit explicatur, a. 112. vsque ad. 122.
 Baptismi virtute in corporum resurrectione auferentur a iustis poenaltates praesentis vitae. 194. b
 Baptismi propria materia est aqua. 109. e
 in Baptismi sacramento est necessaria inuocatio Trinitatis necessitate sacramenti. 231. a b.
 Baptismi caeremoniae multae quid significant, & efficiant. 215. c d e
 Baptismi sacramentum bifariam alicui deesse potest. 156. a
 Baptismi substantia non consistit nec in vnica nec in trina immersione. 129. c. & 130. a b c
 Baptismi definitio ex Damasceno explicatur. 97. a b c d
 Baptismi definitio ex Hugo de sancto Victore explicatur. 97. e
 in Baptismi forma exprimenda quando variatio verborum tollat ipsum. 113. c & 114. 115. & 116.
 Baptismi & confirmationis differentia. 232. a b c
 Baptismi effectus est duplex per se, & per accidens. 195. e
 Baptismi sacramento omnibus pueris aequaliter dantur infusio gratiae atque virtutum, nec non regenerare hominem in vitam spiritualem. 197. c
 in Baptismo quid significetur per illaverba, In nomine Patris, & c. 116. c
 in Baptismo aliqua pars corporis debet abluī aqua. 128. a b c.
 Baptismo & adultis & pueris gratia confertur. 196. a b c
 Baptismo non penitus auferitur fomes peccati. 195. a b.
 in Baptismo non datur maior gratia vni paruulo, quam alteri ex maiori deuotione ministrorum aut offerentium. 200. d e.
 Baptismo remittitur tota poena debita pro peccatis. 190. d e. & 192. c d
 Baptismo minuitur fomes peccati. 195. c d
 in Baptismo si sit error in ministro circa personam que baptizatur, an conficiat sacramentum. 115. e. & 116. a b.
 in Baptismo conficiendo tota egressio pueri ex vtero est expectanda, nisi inflet mortis periculum. 132. b c
 in Baptismo necessarium est vt verbis & voce exteriori explicentur tres personae, & non sufficiunt nutus aut signa. 124. c d
 Baptismo Ioannis non baptizauit Christus, nec eius discipuli. 103. b c
 Baptismo ordinatur homo ad Eucharistiam. 259. b c
 Baptismum non esse conferendum ante diem octauum non licet asserere. 163. d e
 ad Baptismum accedens, qui non vult peccata relinquere, verum sacramenti characterem recipit, non tamen illius effectum, imo recipiendo peccat mortaliter, & sacrilegus efficitur. 202. d e
 Baptismum tenentur omnes suscipere. 152. 133. 154. & 155.
 Baptismū precedere debet catechismus. 211. a b
 per Baptismum nec paruulis nec adultis datur maior gratia, licet praedestinati sint ad maiorem gloriam. 200. a b c
 ad Baptismū accedenti qualis praerequiratur

Index materiarum.

- penitentia. 209. d e
 ad Baptismum vt quis dicatur non fide accedere, an sit necessaria contritio, an sola attritio sufficiat. 207. d e. & 208.
 ad Baptismum suscipiendum licet verbis inducere pueros habentes vsurum rationis parentibus inuitis. 175. d e
 ad Baptismum per se requiritur intentio in adultis. 170. c d
 ad Baptismum per accidens est necessaria voluntas in paruulis. 169. d
 ad Baptismum vel poenitentiam accedens interius illa nollens accipere, nec gratiam nec sacramentum suscipit. 202. c
 Baptismus est ianua & fundamentum omnium sacramentorum. 116. e
 Baptismus si fiat in nomine Trinitatis non exprimendo personas in particulari, non conficitur sacramentum. 123. d e
 Baptismus in nomine Dei, sanctae veraque crucis non est verus. 123. c. & 124. a
 Baptismus fieri potest per asperisionem, immersionem vel effusionem. 127. b c
 Et hoc qua ratione intelligatur, ibidem. c d e.
 Baptismus characterem imprimit sicut, & caetera sacramenta. 57. c
 Baptismus iterari non potest. 140. & 141
 Baptismus Flaminis praestantior est baptismum aquae. 139. d
 Baptismus spiritus est baptismus Christi. 160. b
 Baptismus cur dicatur fidei sacramentum. 97. c d e
 Baptismus Flaminis quali conuersione in Deum fit. 133. d e. & 134. a b c.
 Baptismus Flaminis quid sit. 132. e
 Baptismus optime per abluionem definitur. 99. a
 Baptismus sanguinis quid sit. 132. e
 Baptismus sanguinis praestantior est baptismum aquae & flaminis. 139. e
 Baptismus fieri potest per trinam immersionem in aquam, & per vnam tantum secundum consuetudinem vniuscuiusque ecclesiae. 128. d e
 Baptismus si fiat per trinam immersionem forma semel dicenda est & non ter. 130. d
 Baptismus capit obligare post Christi passionem & resurrectionem. 103. c d
 Baptismus cur definiatur optime per materiam. 100. b
 in Baptismi definitione cur non ponatur minister & eius intentio. 100. c d e
 Baptismus an conficiatur dicendo, in nomine genitoris, geniti & procedentis. 118. c d e. & 119.
 Baptismus suapte natura non saluat nisi in re sit susceptus. 258. d
 Baptismus nunc sub vnica, nunc sub trina immersione factus fuit ex ecclesiae ordinatione. 129. c d e
 Baptismus supponit pro abluione connotando fieri sub certa forma verborum. 99. e
 Baptismus aduulorum quo tempore debeat celebrari. 164. b
 Baptismus triplex est flaminis, sanguinis & aquae. 132. d
 Baptismus an sit medium necessarium ad salutem. 156. vsque ad. 161.
 Baptismus secundum sacramentum non est. 141. e
 Baptismus aduulorum quanto tempore debeat differri. 163. e
 Baptismus non tollit poenam, quae in foro exteriori debetur. 193. b c d e
 Baptismus paruulorum non est differentus. 163. a b c.
 Baptismus cur non habeat materiam sanctificatam quantum ad necessitatem, sed quantum ad solennitatem. 227. d
 Baptismus remittit & peccatum originale & actuale. 190. a b c d
 Baptismus tollit omnem irregularitatem, praeter illam quae ex bigamia contractur. 193. c d e
 Baptismus consequitur suum effectum recedente fictione. 203. c d e. & 204.
 Baptismus aequalem gratiam per se confert adultis, ex conditione tamen subiecti

Index materiaram.

iecti maiorem infundit in vno quam in alio. 197. d. e. & 198.
 Baptismus non bene per aquam definitur. 98. a
 Baptismus ante passionem non aperuit regnum cælorum. 105. d. e
 Baptismus institutus fuit ante Christi passionem, & vere gratiam conferebat. 102. & 103.
 Baptismus ante passionem conferebat gratiam in virtute passionis futuræ in genere causæ finalis & non efficiētis. 105. b
 Baptismus quomodo & quando fuerit institutus, à 101. vsque ad. 105.
 Baptismus quādo obligare cœpit. 106. e
 Baptismus inter omnia sacramenta est maxime necessarius. 146. c. d
 Baptismus an sit ablutio corporis exterioris facta sub forma verborum præscripta. 95. c
 Baptismus quantum ad esse sacramentum institutum fuit ante Christi passionem & gratiam conferebat. cœpit tamen obligare postea. 102. a
 Baptismus est quædam potestatio fidei, vnde dicitur fidei sacramentū, & quare. 97. c. d
 Baptismus in sua definitione pro ablutione supponit connotando fieri sub certa forma verborum. 99. e
 Baptismus an requirat ministrum cum intentione ex essentia sacramenti. 100. d
 Baptismus non aqua, sed ipsa ablutio & lotio appellatur. 98. c. & 99. d
 Baptismus quando sub conditione confertur. 759. a
 Baptismus soluit culpas & non coniugia. 1614. d
 Baptismus est ianua omnium sacramentorum, & ideo nuptiæ ante ipsum celebratæ non sunt sacramētum. 1528. c
 Baptizandi caput aspergere debet minister, licet non sit de necessitate baptismi. 131. e. & 132. a
 Baptizandi quando sint pueri expositi. 144. e
 Baptizandi sunt pueri, quod neququam licet dubitare. 173. & 174.
 Baptizandi non sunt infantes existentes in vteris maternis. 184. b
 Baptizandi ne sint furiosi & amentes. 188. & 189.
 Baptizando solum in nomine Christi, non conficitur verum sacramentum. 122. d. e. & 123. a. b. c
 Baptizādo si quis præmittat aliquam Trinitatis personam non conficit verum sacramentum. 123. a. b. c
 Baptizandus immergi non debet, si instat periculum citius moriendi. 130. & 131.
 Baptizandus iam adultus quam intentionem debet habere in susceptione baptismi, à 165. vsque ad 172.
 Baptizans non existens sacerdos extracafum necessitatis quod peccatum committat. 147. e. & 148. a. b
 Baptizans sacerdos solenniter, & omittens aliquam cæremobiam principalem peccat mortaliter. 149. c. d
 Baptizans vel leuans de sacro fonte si non sit baptizatus non contrahit cognationem spiritualem, inter quos iure contrahitur. 1492. d
 Baptizans filium infidelis non cōtrahit cognationē spirituale cū eius parente, etiā si postea ad fidē cōuertat. 1494. a
 Baptizantem & susceptorem cognationem contrahere cum baptizato ex sacris canonibus constat. 1486. e
 Baptizare potest ecclesia filios hæreticorum inuitis parentibus. 182. a. b
 Baptizare non licet pueros nō habentes vsum rationis inuitis parētibus. 176. b. c
 Baptizare licet pueros infidelium, qui Christianorum serui sunt, etiam parētibus inuitis. 180. d
 Baptizare nulli licet nisi sacerdoti, excepto casu necessitatis. 147. c. d
 Baptizare an possint eundem puerū plures ministri. 120. a
 Baptizare debent sacerdotes cum solennitate, aliàs peccāt mortaliter. 149. b. c
 Baptizare quid propriè significet. 109. e

Baptiza

Index materiaram.

Baptizare nō potest sacerdos qui est mutus. 120. B. C
 Baptizare nemo potest seipsum. 122. A. B. C.
 si Baptizarentur de facto filij infidelium inuitis parentibus verum reciperent baptismum. 178. E
 Baptizari an possint plures ab vno ministro simul & eodem tempore. 120. A
 Baptizari oportet pueros licet sanctificati sint in vtero matris. 146. C. D
 Baptizari an possit adultus inuitus, & an si baptizetur maneat baptizatus. 180. A
 Baptizari catechumenos certo tempore an possint per ecclesiam obligari. 165. A. B. C. D
 Baptizatio quæ fit in aqua cum vera & debita forma, etiam si careat solennitate exorcismorum & catechismorum, verus est baptismus. 1392. E
 Baptizati baptismō Ioannis cur postea baptismō Christi baptizabātur. 104. B. C. D
 Baptizati pueri non debent manere sub cura parentum infidelium. 181. A. B
 Baptizatus in casu necessitatis sine exorcismis, si postea superuixerit, exorcizari & catechizari debet. 218. A
 Baptizatus qui mortaliter peccauit, & postea egit poenitentiam, an resurgat ad æqualem gratiam. 46. E
 Baptizatus an sit puer, magna diligentia inquirendū est à parcho. 144. B. C. D.
 BIGAMIAE an sit irregularitas annexa. 1611. B
 Bigamiæ irregularitas nō est de his quæ propter culpam inferuntur, ibid. C
 Et quare talis irregularitas ab ecclesia sit introducta, ibidem. D
 Bigamiæ irregularitas à tempore Apostolorum originem trahit. 1611. E
 Bigamiæ duo sunt genera secundū glossam in cap. super eo. de biga. sed secundum Diuum Thomam quatuor sunt. 1612. A. B
 Bigamiæ irregularitas est annexa secundum omnes quatuor modos Bigamiz. 1613. A
 Bigamiæ irregularitas quando incurritur, & quis bigamus dicatur, ibidem. B. C. D. E
 Bigamiæ irregularitas an per baptismum tollatur. 1614. C
 Bigamus à summo pontifice dispensationem obtinere valet. 1617. B
 Bigamiæ non est annexa irregularitas iure naturali nec diuino, sed solum positiuo. 1617. B
 Bigamus ex episcopi dispensatione ad minores ordines promoueri potest. 1621. A
 Bigamus si de facto ad ordines promouatur characterem accipit. 1617. C
 BLASPHEMIA quot modis fit. 712. E
 BONAVENTURAE sententia falsa circa institutionem confessionis. 653. B
 Bonauenturæ opinio de causalitate sacramentorum nouæ legis, & illius reprobatio. 4. A
 BOHEMORVM error circa necessitatem confessionis. 646. E
 Bohemorum error, vide Nestorianorū error.
 BRVTA quare non sunt consanguinitatis capacia. 1424. C
 Bruta non possunt esse felicitatis & iniuriæ capacia, & quare. 1424. D
 BVGERI hæresis refutatur, negantis realem existentiam Christi in sacramento altaris. 302. E

CAIETANI opinio quod per accidens requiratur intentio in parvulis & in adultis ad susceptionem baptismi. 168. E
 Caietani sententia rejicitur circa chrismatismatis consecrationem à simplici sacerdote. 228. A. B
 CALICIS consecratio expressius quæ panis Christi passionem representat. 419. B

Calice

Index materiaram.

Calice cadente, quam poenitentiam minister subire teneatur, si sanguis effundatur, & quid sit faciendum. 479. B
CALVINI error circa materiam baptismi. 109. C
CANDIDA vestis in baptismo imposita significat innocentiam ac novitatis vitæ restitutionem. 216. B
CANI opinio reprobat, quod sacramenta sunt causæ morales gratiæ. 37. per totam.
Canonistarum opinio. rejicitur dicentium heresim metalem referuatam esse papæ, & excommunicationi subiectam. 74. B
CARO est in sacramento eucharistiæ ex vi formæ verborum. 324. D
Caro vera nec sanguis est id quod in sacramento altaris apparet, quando miraculosè in eo apprens non omnibus apparet. 345. D
CASTITATEM vouens per ingressum religionis, nõ est sui iuris, sed Deo ad illam seruandam semãcipauit. 1414. B
CASVS quinque, in quibus cum excommunicatis licet communicare. 1040. A
Casus an sint aliqui in quibus absq; præuia confessione liceat accedere ad eucharistiam. 589. D
Casus in quibus licet pluries celebrare. 460. C
Casus in quibus prohibita est fidelibus participatio cum excommunicatis. 1030. E
Casus pontifici referuati. 824. B
Casus episcopis referuati quot & quales sint. 827. A
Casus in quibus percutiens clericum nõ incurrit excommunicationem canonis. 1061. B
CATECHISMVS an impediatur matrimonium contrahendum. 1498. C
Catechismus in quatuor consistit. 211. C. D. E. & 212. & 213.
Catechismus debet præcedere baptismum. 211. A. B
Catechizandi officium sacerdotibus, vt

primarijs agentibus incumbit, diaconibus & alijs tanquã ministris. 218. D
Catechizare idem est q̃ instituire. 211. A
CAVSA tam naturalis quam moralis distribuitur in principalem & instrumentalem. 36. D
Causa moralis quæ sit. 36. A
Causa per se & per accidens. 30. E. & 31. A
Causæ naturalis & moralis differentia. 36. B
Causæ diuisio in naturalis & moralis. 35. E
CELEBRARE pluries quibus in casibus liceat. 460. C
Celebrare in locis non consecratis vel benedictis sine papæ vel episcopi facultate an sit peccatũ mortale. 467. A
Celebrare in pane azimo rationabilius est. 272. D. E
Celebrare in locis & vasis sacris an sit causa quæ valeat maiorem effectum & deuotionem efficere. 467. C.
Celebrare potest cæcus cum papæ dispensatione. 278. A
Celebrare sine manipulo, stola vel aliquo simili sine malitia non est peccatum mortale. 468. C
Celebrare in ecclesijs violatis propter necessitatem an liceat, & quãdo. 469. C. D. E. & 470. A. B. C.
Celebrare an liceat ante officium, quod matutinarum appellant. 463. D
Celebrare sacramentũ eucharistiæ nõ licet nisi in domibus cõlecratis. 464. E
Celebrare tenetur sacerdos in festis præcipuis, & si non sit præceptum quoties in anno celebrandi. 443. D
Celebrari quotidie oportet sacrificiũ in ecclesia quatenus sacrificiũ est: quauis quatenus sacramentum satis esset consecrare illud toties quoties populo sumere esset necessarium. 457. E
in Celebratione aqua vino est permiscenda. 279. C. D
Celebratione abstinere omnino per totam vitam sacerdoti non licet, etiam si nulla ei cura parochialis ecclesiæ aut alterius obligationis incumbat. 442. E
Celebrationis tempus vtrum sit conuenienter

Index materiaram.

nienter determinatum. 462. c
CENSVRA interdicti ecclesiastici an suspendi possit. 1077. d
Censuræ oēs in tribus conueniunt. 1070. e
Censuræ sex quæ ibi connumerantur definitione differunt, & effectu. 1071. c
CEREI impositio in baptismo facta lumen fidei significat. 206. b
CERIMONIAE quædã veteris legis imperfectè erant sacramenta. 6. e. & 7. a.
Cerimonialia antiquæ legis obseruantes non tantum peccant mortaliter, sed etiam sunt hæretici. 1435. c
CERTITVDO quæ requiratur de morte coniugis absentis vt possit alter ad secundas nuptias trãfire. 1525. c
CHARACTER non est passio neque habitus. 51. e
Character vnus ordinis non præsupponit de necessitate sacramenti characterem alterius ordinis. 1161. d
Character quando & quo actu in quolibet ordine imprimitur. 1159. a
Character post hanc vitam manet in bonis ad gloriam, & in malis ad ignominiam. 57. b
Character quid proprie significet. 51. a. b. c
Character in intellectu subiectatur. 54. c. d. e
Character imprimitur à baptismo, confirmatione, & ordine. 57. c
Character est remota dispositio ad gratiam. 53. e
Character imprimitur in quorundam sacramentorum collatione. 55. a
Character non subiectatur in volutate vt affirmat Scotus. 53. d. e
Character est indelebilis. 56. b. c
Character an habeat aliquam connexionem cum gratia gratum faciente. 56. e
Character non est ens rationis. 52. d. e
Character qua ratione sit signum sensibile. 54. e
Character est ens reale, potentia scilicet actiua, vel passiua, quæ reductiue ponitur in secunda specie qualitatis. 53. a. b
Characterem solus Deus infundit in animam. 58. b

Characterem non amittit qui peccat mortaliter, nec hæreticus, nec apostata. 56. c. d.
Characterem Baptismi de necessitate sacramenti præsupponit character ordinis. 1161. c.
Characteris & iurisdictionis discrimen in potestate. 277. c. d
CHARITAS & gratia non sunt idem realiter. 54. a. b
Charitas semel habita potest amitti. 556. e
Charitatis actus prior est in genere causæ formalis quam actus poenitentiae. 501. c
CHRISMA cur in die cenæ consecratur ab episcopis. 222. c
Chrisma est materia sacramenti confirmationis. 224. b. c
Chrisma consecrari debet per episcopum. 227. a. b. c. d
Chrisma quod est compositum ex oleo & balsamo non est ita de necessitate huius sacramenti confirmationis, sicut aqua est materia baptismi. 224. d. e
Chrismatio seu consignatio debet fieri in fronte. 231. c
Chrismatio seu consignatio necessario necessitate sacramenti debet in forma crucis fieri. 231. c
Chrismatis consecratio si fiat à simplici sacerdote, & non ab episcopo, confirmationis sacramentum non conficitur. 227. d. e
Chrismatis consecratio an simplici sacerdoti committi possit à summo pontifici. 228. b. c. d. e. & 229.
CHRISTIANIS non licet in collectione herbarum medicinalium aliquam obseruationem seu incantationem attendere. 709. d
Christianus quid in baptismo promittat. 97. d.
Christianus peccator sicut & iustus potest mãducare corpus Christi sacramentaliter licet nõ spiritualiter. 380. c
Secus de infideli & non baptizato, quæ neque;

Index materiaram.

- neque sacramentaliter manducaret, ibidem. d. e.
- CHRISTUS** loquutiones, Hoc est corpus meum, & Hic est enim calix sanguinis mei, accipiendæ sunt vt iacent in proprio sensu. 298. e
- Christi locutiones, Hoc est corpus meum, &c. verificantur in sacramento eucharistiæ pro vltimo instanti prolationis. 299. a
- Christi omnes partes quauis sint simul in qualibet parte hostiæ, non tamen sunt simul inter se. 329. c
- Christi passio quæ in nos contulerit beneficia. 293. a
- Christi passio & eius humanitas causalitatem habet excellentiorem ceteris intrinsicis instrumentis. 62. c. d. e
- Christi quantitas, supposito quod tota sit in hoc sacramento eucharistiæ, quomodo sit ibi. 328. b
- Christi corpus mouetur per accidens localiter ad motum hostiæ, vt quando eleuatur, aut defertur ad infirmum. 333. b & vide in verbo Corpus.
- Christi propagatio fuit carnalis ex parte virginis. 1425. e
- Christus totus est in sacramento eucharistiæ sub vtraque specie. Quod confiteri tenemur secundum fidem catholicam. 321. d
- Christus dum consecrauit, quam formam seruaerit, examinatur. 286. e
- Christus vt Deus virtute propria operatur interiorem effectum sacramentorum. 61. e. & 62. a
- Christus in quantum homo operatur ad interiores effectus in sacramentis merito & efficienter, instrumentaliter tamen. 62. b
- Christus cur baptizatus fuit in Iordane? 110. a
- Christus instituit sacramenta omnia nouæ legis. 60. b. c. d. e
- Christus an potuerit communicare ministris potestatem quam in sacramentis habuit. Et an de facto communicauit. 63. & 64.
- Christus tradidit potestatem clauium Apostolis, non vt in eis temporaliter maneret, sed vt perpetuo esset in ecclesia permansura. 930. b.
- Christus multa fecit ac dixit quæ in euangelij non continentur. 1101. d
- Christus est totus in tota hostia, & totus in qualibet parte specierum panis & vini quantumuis minima, dummodo conferuentur in ea species panis vel vini. 326. d
- Christus an sit totus in qualibet parte hostiæ ante fractionem. 327. b
- Christus an possit habere in sacramento eucharistiæ aliquam operationem in exteram materiam transeuntem. 339. c
- Christus totam quantitatem, quam habet in celo habet in sacramento eucharistiæ. 329. a
- Christus quod sit in sacramento eucharistiæ sola fide tenetur, cum occulto modo sit ibi. 293. e
- CIRCUNCISIO** & alia legalia fuerunt in præcepto ante passionem Christi. 106. b. c.
- Circuncisio quo pacto sacramentum dici possit. 7. a
- CIRCUNSTANTIA** personæ quando est explicanda in confessione 702. c. d. e. & 703. & 704.
- Circumstantia quid sit. 692. e
- Circumstantia in confessione quando reticeri possit. 735. & c.
- Circumstantia ducens in cognitionem alterius quomodo confitenda. 741. a
- Circumstantia peccati reticeri potest, non solum si graue delictum ex eius confessione sequatur, sed si mediocre. 738. c
- Circumstantia temporis sacri quando sit explicanda in confessione. 700. d. e. & 701. a. b. c. d
- Circumstantia finis quando sit confitenda. 701. e
- Circumstantia aggrauans intra eandem speciem quando confitenda sit. 697. & 698.
- Circumstantia loci quando sit explicanda in confessione. 699. d. e. & 700. a. b. c
- Circun-

Index materiaram.

- Circumstantiæ sunt septem. 693. b. c
- Circumstantiæ aggrauantes, quæ mutant speciem quando confitendæ sunt. 695. & 696.
- Circumstantiæ, quæ ita minuunt, vt de mortalivieniale faciant aut nullum sunt necessario confitendæ. 693. e
- Circumstantiam recidivi non est necessarium explicare in confessione. 702. a. b
- Circumstantiarum duo sunt genera. 692. e
- Circumstantias in confessione explicare tenemur. 693. d
- Circumstantias minuentes peccati malitiam intra latitudinem mortalis culpe, non est necesse confiteri. 694. d. e
- Clandestina matrimonia, à 1315. e. vsque 1343. b
- CLAVEM** iurisdictionis possunt habere etiam non sacerdotes. 943. e
- Claves an sint in ecclesia. 916. d
- Claves nihil aliud sunt quam potestas ligandi atque soluendi. 919. c
- Claves traditæ Petro præcellerant clauibus aliorum Apostolorum in tribus. 928. e
- Claves an in solis sacerdotibus ecclesiasticis existant. 931. d
- Claves regni celorum primo fuerunt in Christo, postea in ministris, & in quo differant. 937. a
- Claves spirituales remittendi peccata in solo Deo sunt trino & vno tanquam prima eua autoritate. 917. a
- Claves spirituales remittendi peccata existunt in Christo quatenus homo per potestatem excellentiæ. 917. b
- Claves istæ spirituales existunt in sacerdotibus tanquam in Christi ministris dispensantibus sacramenta, quæ ab ipso emanarunt, ibidem. c
- Claves spirituales vnica est potestas, quæ uis diuersos effectus habeat, sicut ignis calefacit, & rarefacit simul. 920. d
- Claves quid sint, & quomodo in ordine conferuntur sacerdotibus. 919. e. & 920. a. b. c. d. e
- Clavis ecclesiæ dicitur ad similitudinem clavis materialis. 918. c
- Clavis ordinis & iurisdictionis differunt. 961. c
- Clauium potestas ad ligandum & absoluedum in foro poenitentiae in solis sacerdotibus euangelicis existit, non in toto corpore reipublicæ in communi. 937. c
- Clauium potestas cur tradita fuit Diuino Petro sub actu pascedi oues, & non vocabulo prælationis & dignitatis. 925. c
- Clauium potestas vtrum simul an verò per partes tradita sit Apostolis, ibidem. e
- Clauium potestas vtrum fuerit Apostolis data à Christo immediate. 926. c
- Clauium potestas an se extendat quoad culpam & quoad poenam. 952. e
- Clauium virtus se extendit ad remittendam poenam æternam & temporalem sensus vel damni. 956. e
- Clauium spiritualium potestas ante Christi passionem non fuit nec in lege naturæ nec in scripta. 935. b
- Clauium nomine quid intelligatur. 917. a
- Clauium potestatem an Christus Apostolis tradiderit Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, &c. 921. b
- Clauium potestas non data fuit Petro in illo loco Matth. 16. Tibi dabo claves regni, &c. 921. c
- Clauium potestatem Christus dedit Apostolis, & ecclesiæ reliquit in finem vsque seculi. 921. e
- Clauium potestatem quando Christus Apostolis tradiderit. 922. b
- CLERICI** violantes interdictum, peccant mortaliter, & tres poenas incurunt. 1091. e
- Et de quibus clericis intelligatur. 1093. b
- Clericorum ordinandorum dispositio, & qualitas ad ordines suscipiendos necessaria. 1185. d
- Clericorum percussio qualis debet esse ad hoc vt incurratur excommunicatio. Et explicatur canon, Si quis suadente. 1058. e
- Clericorum appellationem qui etiã veniant, & intelligantur. 1060. d
- Clericum percutiẽs adulterantem cum propria vxore non est excommunicatus. c 2 catus

Index materiarum.

catus per canonem. 1550. a
 Clericum percutiens quando non incurrat excommunicationem. 1061. b
 Clericus interdictus vel in loco interdicto exercens ea que interdictis prohibentur, irregularis efficitur. 1092. c
 COE CVS potest celebrare cum dispensatione. 278. a
COGNATIO triplex est carnalis, spiritualis & legalis. 1423. c. d
 Cognatio carnalis est, quæ nomine consanguinitatis designatur & per carnalem generationem derivatur. 1423. c
 Cognatio spiritualis est quæ per generationem spiritualement in sacro fonte baptismatis contrahitur. 1423. c
 Cognatio legalis est, quæ per adoptionem lege acquiritur, ibidem. d
 Cognatio & consanguinitas plus requirunt quam communicationem sanguinis nude consideratam. 1424. c
 Cognatio & consanguinitas non dicitur esse inter bruta, quia cum finem suarum operationum non cognoscant, eius non possunt esse capacia. 1424. d
 Cognatio carnalis impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum usque ad quartum gradum. Et qui gradus iure naturali sint etiam prohibiti, à 1423. c. vsque ad. 1453.
 Cognatio spiritualis, matrimonij etiã est impedimentum. 1484. c
 Cognatio spiritualis confurgit ex propagatione spirituali, ad modum quo ex carnali propagatione infurgit vinculum naturale. 1484. d
 Cognatio spiritualis cum sit matrimonij impedimentum an tantum impediatur contrahendum, an etiam dirimat contractum. 1485. d
 Cognatio spiritualis antecedens matrimonium ipsum impedit contrahendum & dirimit contractum, sicut cognatio carnalis. Si verò adueniat matrimonio contracto nullatenus dirimit ipsum. 1485. d
 Cognatio spiritualis quo in casu impeditur inter coniuges debiti petitionem

in altero. 1486. a
 Cognatio spiritualis non solum per baptismum, sed etiam per confirmationem contrahitur. 1487. c
 Cognatio spiritualis inter quas personas & per quos actus contrahatur. 1489. c
 Et inter quos hodie contrahatur per ius nouum conc. Trid. 1496. b
 Cognatio spiritualis quando contrahitur post concil. Trid. 1499. c
 Cognatio legalis an impediatur matrimonium contrahendum & dirimat contractum. 1501. b
 Cognatio seu adoptio secundum iuriscōsultos est legitimus actus per quem fit filius, qui non est, aut nepos, pene naturam imitans. 1501. c
 Et quomodo definiant eam Theologi. ibidem.
 Cognatio legalis tres habet lineas. 1503. b
 Cognatio legalis quæ resultat ex adoptione impedimentum est matrimonij non naturale, sed ex ecclesiæ instituto. 1503. c
 Cognatio legalis secundum primam lineam & tertiam in perpetuum impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum. 1503. d
 Cognatio legalis secundum lineam secundam impedimentum præstat matrimonio, sed non perpetuum. 1504. b
 Cognationem spiritualement non contrahit baptizans, vel leuans puerum de fonte, si ipsi non prius sint baptizati. 1492. d
 Cognationem spiritualement qui contrahant in baptismo & qui non. 1497. a
 Cognationis carnalis impedimenta. 1423. d
 Cognationis spiritualis arbor. 1496. e
COGNITIO hominum qualis in statu innocentie. 23. e. & 24. a. b
 Cognitio hominis qualis fuerit de peccato originali & actuali tempore legis nature. 27. b. c. d
COLVMBIA descendens super Christum non fuit signum practicum, nec sacramentum. 5. b

COM-

Index materiarum.

COMMVNICANDI necessitas non confert facultatem alicui vt possit absolui a quocunque sacerdote. 798. b
 Communicandi vel celebrandi necessitas an sit causa sufficiens dimidiandi confessionem in certis casibus. 739. b
 Communicans sub vna tantum specie per concomitantiam sumit vtramque. 426. a
 Communicans sub vtraque specie an duplicem recipiat gratiam, ibidem. b
 Communicans sub ratione dispositionis maiorem vel minorem gratiam recipit. 427. b
 Communicare non debent laici sub vtraque specie potissimum propter tres causas; quæ ibi connumerantur. 423. c. d. e
 Communicare potest quotidie quicumque se inuenerit paratum, hoc est non solum sine peccatis, sed & cum deuotione magna. 410. e
 Communicare quotidie quibus non conuenit, nec sanum est. 411. c
 Communicare omnes tenentur ex præcepto diuino. 414. a
 Communicare sub vtraque specie non est contrarius diuinum. 427. e
 Communicare cum excommunicatis licite possumus in quinq; casibus. 1040. a
 Communicare cum excommunicatis in quatuor casibus est peccatum mortale. 1038. b
 Communicare cum excommunicato metu mortis an excuset à peccato. 1044. b
 Communicatio cum excommunicatis in tribus casibus incurrere facit maiorem excommunicationem. 1039. a
 Communicatio sub vtraque specie cur non concedatur populo, nisi solum sacerdoti. 257. a. b
 Communio fidelium ex externa internaque communione, sicut homo anima & corpore constare dicitur. 960. c
 Communio fidelium externa duplex est civilis & ecclesiastica, ibidem. e
 Communione recipere ab excommunicatis & hæreticis an liceat, & coram

audire missam. 440. b
 Communione non impediunt inimicitie corporales & quando. 401. c
 Communione denegare non licet mulieribus pollutis & menstruatibus. 402. b
COMPATERNITAS tantum oritur inter patrem carnalem & baptizantem & leuantem de sacro fonte. 1494. a
 Compaternitas impediens matrimonium contrahendum & dirimens contractum, contrahitur inter baptizantem & inter susceptorem ex vna parte, & baptizati parentes ex alia. 1493. a
 Compaternitas Confirmationis eadem est quæ in baptismo. 1493. b
 Compaternitas Baptismi solum contrahitur inter fideles. 1493. e
 Compaternitas vtrum communicetur vxoribus. 1494. c
CONCVBITVS extra vas naturale non est sufficiens ad affinitatem contrahendam. 1455. c
 Nec oscula nec impudici tactus, ibidem.
 Concubitus coniugalis voluptatis solius gratia, ita vt illa sit electa & principaliter in teta non est de se peccatum mortale, nisi alia adsit mortalis circumstantia. 1383. c
CONDISCIPVLI dicuntur, qui ab eodem magistro edocentur. 1424. b
CONDITIO impossibilis quam vim habeat in matrimonio. 1373. b
 Conditio turpis vel impertinens an vitiet matrimonium. 1374. e
 Conditiones appositæ in contractu matrimonij an irritent matrimonium & de consensu conditionato à 1362. a. vsq; ad. 1378
CONFESSARIVS certo sciens peccatorem comisisse aliquod peccatum quod in confessione non detegit, quid facere teneatur. 705. e
 Confessarius quando sub conditione absoluerit poterit penitentem. 758. c
 Confessi & absoluti à fratribus ex privilegio à papa concessio vel cum licentia episcopi non tenentur confiteri eorum parochio. 808. b
 in Confessione quæ diligentia sit adhibenda

e 3

benda

Index materiaram.

benda vt peccata in memoriam reuocentur. 686.e. vsque 689.
 in Confessione tenemur explicare circūstantias. 693.d
 Confessione cui nulla materia apponitur nulla absolutio est adhibenda. 757. b
 Confessio peccatorum est de diuino precepto. 531. b. c. d
 Confessio auricularis qua ratione fit necessaria ad salutē. 528.e. & 529. a. b. c. d
 Confessio duobus modis capitur in sacra scriptura. 643. d. e
 Confessio quot modis dici potest necessaria ad salutem. 644. a
 Confessio peccatorum est duplex mentalis & vocalis, ibidem. b. c
 Confessio vocalis quid sit, ibidem. d
 Confessio vocalis est necessaria vel in voto vel in re peccanti mortaliter post baptismum. 644. c. 645. & 646. a. b. c
 Confessio auricularis est & fuit semper necessaria in ecclesia. 646. d. e. & 647. d. e. & 648. a. b.
 Confessio sacramentalis de iure diuino est præcepta. 648. d. e. & 649. a. b. c
 Confessio sacramentalis est de iure pontificio quoad circumstantiam temporis. 649. d. e. & 650. a. b. c. d
 Confessio auricularis non potest esse de iure naturæ, id est sola natura eam distante. 651. a
 Nō tamen est contra ius naturę, sed supra naturam. 651. b. c. d
 Confessio sacramentalis non erat in lege veteri sicut in noua. 651. e
 Confessio sacramentalis est in præcepto iuris diuini à Christo instituta omnibus baptizatis, qui mortale peccatum post baptismum commiserunt. 652. vsque. 657.
 Confessio in re per se iure diuino, secluso positio necessaria est in articulo mortis. 668. e. & 669. a. b. c. d
 Confessio est necessaria iure diuino, secluso positio, quoties periculum imminet obliuionis secundum commune iudicium humanum. 670. e. & 671.

Confessio facta in qualibet parte totius anni satisfacit præcepto pontificio, & non solum quando fit in quadragesima. 674. e. d. e. & 675.
 Confessio si fuerit omissa in Quadragesima, an teneatur postea cōfiteri homo quam primum poterit. 676. & 677.
 Confessio debet esse fidelis, & quando peccet quis mortaliter mentiando in illa. 681. & 682.
 Confessio quando facienda est circumstantiarum aggrauantium, quæ mutant speciem. 695. & 696.
 Confessio quādo fieri debet at circumstantiarum aggrauantium intra eandem speciem. 697. & 698.
 Confessio quando est facienda circumstantiæ loci. 699. d. e. & 700. a. b. c.
 Confessio quando fieri debet at circumstantiæ temporis sacri. 700. d. e. & 701. a. b. c. d
 Confessio quando facienda est circumstantiæ personæ. 702. c. d. e. & 703. & 704.
 Confessio debet esse simplex sine admissione rerum impertinentium. 680. c
 Confessio vt sit integra an necesse sit omnia peccata eidem confiteri. 733. a
 Confessio dimidiata per se est, quæ ex intentione diuiditur non urgente legitima causa. 733. b
 Confessio dimidiata per accidēs est, quæ fit sic ob legitimam causam. ibidem.
 Confessio vt sit integra & non dimidietur per se necesse est vt omnia peccata cum suis circumstantijs eidem sacerdoti confiteantur. 733. c
 Confessio vt per accidens dimidietur nō est inconueniens. 733. d
 Confessio instituta est in remedium poenitentis. 736. d
 Confessio peccati, ex quo sequitur vel meum vel confessoris scandalum, nō est facienda, sed possum tale peccatū subticendo, reliqua confiteri. 736. d
 Confessio peccati ex qua mors aut infamia propria vel aliena sequitur, non est facienda. 737. d

Con-

Index materiaram.

Confessio ab infirmo facta, etiam si nō integre confiteatur peccata à morbo impeditus. valida est & potest absolui. 738. b
 Confessio debet esse secreta. 751. b
 Confessio in quantum est virtus fieri potest vel scripto vel per interpretem. 752. a
 Quatenus vero est sacramentum minime, ibid.
 Confessio per internuntium non solum non cadit sub obligatione, verum etiā non est valida. 752. c
 Et quare talis confessio non sit valida. 753. d.
 Confessio generalis aliquando est sacramentalis, aliquando vero non. 755. b
 Confessio per interpretem quando ignoratur lingua, quāuis sit valida, tamen nemo tenetur taliter confiteri, & quare. 759. b
 Secus est si poenitens sit in articulo mortis constitutus. 760. c
 Confessio vt est pars sacramenti est partialis causa instrumentalis gratiæ. 761. c
 Confessio in voto, quæ in contritione includitur, sæpe cauat remissionem peccatorum. 761. d
 Confessio in re accedente absolute contrito auget gratiam, attrito vero confert primam. 762. a
 Confessio cum absolute non solum à culpa verū, à pœna tam æterna quā temporali liberat, ibidem.
 Confessio vt est pars sacramenti potest esse informis. 762. c
 Confessio vtrum possit esse legitima quo ad substantiam sacramenti, licet effectu gratiæ careat. 762. c. & deinceps.
 Confessio informis quando sit iteranda: quando vero non. 665. d
 Confessio informis ex absolute defectu est inualida, & iteranda. 766. a
 Confessio quomodo sit informis ex parte poenitentis. 766. e
 Confessio est nulla si deest poenitenti vo-

luntas suscipiendi sacramentum. 767. a
 Confessio est iteranda, si dedita opera poenitens reliquit peccatum confitendum, ibidem. b
 Confessio est iteranda, si peccator negligentia affectata vel crassa peccatū aliquod pretermiserit. 767. e.
 Confessio poenitentis, qui nullo modo fuit attritus, est iteranda. 768. c
 Confessio facta confessori dormienti, aut illi, qui non aduertit ad peccata poenitentis, repetenda est, ibidem. d.
 Sicuti confessio facta confessori ignorantibus. ibid. c.
 Confessio illius qui maiori vel minori excommunicatione est ligatus, est iteranda. 769. c.
 Confessio quando est iteranda, & poenitens eidem confitetur confessori, quomodo se habere debet. 770. e
 Confessio quæ sine culpa poenitentis nō est integra, non est iteranda. 772. b
 Confessio manca ex negligentia humana non omnino crassa, sed culpabili, non est repetenda. 772. c
 Confessio non est repetenda quando quis ex negligentia obliuiscitur iniunctæ poenitentia, contra Siluestrū, ibidem. e
 Confessio ex defectu satisfactionis non est iteranda. 773. a
 Confessio informis ratione doloris imperfecti non iteratur, si poenitens se accuset de imperfectione doloris, ibidem. c
 Confessio quæ fit propter vanam gloriam an sit valida. 776. e
 Confessio informis recedente fictione an suum sortiatur effectum. 778. b
 Confessio facta laico deficiente sacerdote vilis est & tenet, contra Scotum. 788. e
 Sed quid potest facere laicus quando audit talem confessionem. 789. a. b. c. d. e
 Confessio necessario fieri debet proprio sacerdoti aut cui ipse commiserit. 790. e

€ 4 Confes-

Index materiaram.

- Confessio concubinæ proprii sacerdotis vtrum valeat, si ei fuerit facta. 819.b
- Confessio generalis potest per plures confessiones partiri, dum modo peccata fuerint antea confessa. 835.a
- Confessio an sit necessaria ante eucharistiæ sumptionem. 380.b
- Confessionis præceptum quibus considerationibus reddatur suaue. 655. b. c. d. e
- Confessionis præceptum, quæ loca sanctorum videantur impugnare, & eorum explicatio. 656. & 657. a. b. c
- Confessionis præceptum incipit obligare, cum quis peruenit ad vsum rationis. 678. c. d. e
- Confessionis sacramentalis quidditas & essentia. 679. c. d. e
- Confessionis sexdecim conditiones enumerantur a. 680. vsque. 691.
- Confessionis præceptum solum obligat fideles. 661. a
- Confessionis sufficiens materia sunt peccata venialia, ita vt sacerdos absoluens ab illis conferat sacramentum verum. 665. b. c. d. e
- Confessionis integritas fuit ex dñai institutione. 686. b. c. d.
- Confessionis integritas non violatur si aliquod peccatum ex causa iusta reticeatur, quia non debet esse mathematica, sed moralis. 737. e
- Confessionis sigillum referans sacrilegus est. 837. c
- Confessionis sigillum non includit ea quæ sunt impertinentia, quæ nec directe nec indirecte ad confessionem spectant. 848. b
- Confessionem esse necessariam in re vel in voto, quo pacto sit intelligendum à. 657. vsque. 660.
- Confessionem quando contingit esse necessariam per accidens. 669. e. & 670.
- Confessionem dimidiari dupliciter potest contingere per se & per accidens. 733. b.
- Confor quassendo teneatur interrogare poenitentem. 704. e. & 705. & 706. a. b. c
- Confessor quam formam obseruare de beatini audienda confessione. Et de interrogationibus faciendis indecem præceptis diuinis à. 706. vsque. 723.
- Confessor anteneatur poenitentem de veritate instruere, si labore aliqua ignorantia inuincibili, quæ error sit. 724. e. vsque. 726.
- Confessor an teneatur adherere opinioni poenitentis si diuersam teneat ab illo. 727. d. e. vsque. 732.
- Confessor cum non possit reuelare malum auditum in confessione, quid de beat facere. 843. b
- Confessor poenam medicinalé minoré pro maiori culpa imponere potest. 836. c.
- Secus si poena sit satisfactoria, ibidem.
- Confessor exponendus ad audiendas confessiones qualis esse debeat. 815. d
- Confessor non tenetur celare sub sigillo ea quæ audiuit extra confessionem. 854. e
- Confessor à quibus locutionibus debet abstinere propter scandalum. 855. b
- Confessor interrogatus à tyrano ea quæ in confessione audiuit non potest asserere se non audiuisse in confessione. 844. d
- Confessor debet esse discretus & cautus, vt sciat interrogare de peccatis & eorum circumstantijs. 705. a
- Confessor cum sit iudex interrogare tenetur poenitentem. 705. a
- Confessor an teneatur interrogare poenitentem postquam poenitens fecit quod in se est. 705. c
- Confessor vtrum teneatur monere poenitentem de aliqua ignorantia erronea, qua inuincibiliter laborat. 724. d
- Confessor an teneatur opinioni poenitentis adherere quando vterque diuersam sequitur opinionem. 727. d
- Confessor quid facere debet quado puella præ verecundia non possit confiteri. 754. a.

Confes-

Index materiaram.

- Confessor quis possit absolueré ab excommunicatione minori. 1069. b
- Confessore accusato quod reuelauerit confessionem, an ipsi vel accusatoribus probare incumbat. 854. a
- Confessoris modus quem obseruare tenetur in sacramento poenitentiæ. 707. per totam.
- Confitenda necessario sunt omnia peccata mortalia post baptismum commissa, que in memoria sunt, vel quorum possumus recordari cum circumstantijs aggrauantibus. 666. a. b
- Confitendæ sunt circumstantiæ illæ quæ ita minuunt, vt de mortali veniale faciant, aut nullum. 693. e
- Confitendi propositum homo tenetur habere, quotiescunque tenetur habere contritionem. 666. d. e
- Confiteri non tenetur ille qui nõ recordatur alicuius peccati. 661. b
- Confiteri tenentur omnes adulti in quâ dragesima semel in anno postquam ad annos discretionis peruenerint. 661. c. d. e.
- Confiteri non tenemur peccatum originale, nec aliquod peccatum commissum ante baptismum. 662. b
- Confiteri venialia non tenemur nec ex iure diuino, nec ex præcepto ecclesiæ. 662. c. d. e. & 663. & 664.
- Confiteri non tenetur homo statim vbi peccauerit loquendo de confessione in re absolute & perse. 666. e. & 667. & 668.
- Confiteri tenetur homo quando existimat se teneri ad confessionem ratione conscientia erroneæ nisi ipsam deponat. 672. b. c. d. e
- Confiteri quando teneatur homo an statim post peccatum mortale commissum, an semel in anno, aut etiam in articulo mortis. 666. vsque. 674.
- Confiteri tenetur homo post baptismum omnia peccata mortalia. 684. c. d. e. & 685.
- Confiteri oportet numerum peccatorum mortalium, si poenitens sciat se certum numerum peccatorum commisisse. 690. a
- Confiteri singula mortalia vt sigillatim numerentur non est de necessitate confessionis. 690. b. c. d. e. & 691. & 692.
- Confiteri tenentur omnes Christiani proprio sacerdoti præter quam in aliquibus casibus. 794. a.
- Confiteri necessarium non est circumstantias minuentes peccati malitiam intra latitudinem mortalis culpæ. 694. d. e
- Confiteri quando sit necessarium circumstantiam finis. 701. e
- Confiteri an oporteat omnia peccata eidem vt integra dicatur. 733. vsque. 736.
- Confiteri non tenetur, qui aliter quam per interpretem cum famæ detrimento confessionem efficere non valet. 736. c
- CONFIRMARE pueros non expedit ante vsum rationis. 236. d. e
- Confirmandi pueri qui futuri sunt patrini oportet vt sint confirmati. 241. c
- Si Confirmaretur puer baptizatus ante vsum rationis verum sacramentum susciperet. 236. a. b. c.
- Confirmatio imprimit characterem. 57. c
- in Confirmatione requiritur patrinus. 241. a. b
- de Confirmatione suscipienda an sit aliquod præceptum. 239. & 240.
- in Confirmatione sufficit vnicus patrinus. 241. e
- in Confirmatione quam cognationem & affinitatem contrahant patrini. 241. c. d
- in Confirmatione cur Apostoli vtebantur manuum impositione. 230. e
- Confirmationem sacramentum esse negant Armeni, Vuiclef & Lutherani. 219. e
- Confirmationem esse vnum ex septem sacramentis est de fide. 219. 220. & 221.
- ad Confirmationem suscipiendam an sint

Index materiaram.

sint idonei amentes. 238. b. c. d. e.
 Confirmationem an confessio præcede
 re debeat. 237. c. d. e.
 Confirmationis sacramentum à Chri-
 sto fuit institutum, & non ab eccle-
 sia, nec ab Apostolis. 222. b. c. d. e.
 Confirmationis sacramentum dicere
 non fuisse à Christo institutum erro-
 neum est. 222. e.
 Confirmationis sacramentum quando
 fuerit à Christo institutum. 223. a.
 Confirmationis materia est chrisma, si-
 ue oleum cum balsamo. 224. b. c.
 Confirmationis materia necessaria, est
 vnctio vera & realis. 226. d. e.
 Confirmationis sacramentum non con-
 ficitur, si consecratio chrisma fiat à
 simplici sacerdote, & non ab episco-
 po. 237. d. e.
 Confirmationis forma quæ sit. 229. e.
 in Confirmationis sacramento est neces-
 saria inuocatio Trinitatis necessitate
 sacramenti. 231. a. b.
 in Confirmationis sacramento quæ
 sunt necessaria. 230. a. b. c. d.
 Confirmationis & baptismi differentia.
 232. a. b. c.
 Confirmationis sacramentum non est
 iterabile. 232. d.
 Confirmationis sacramentum imprimi-
 mit characterem. 232. d.
 Confirmationis effectus secundarius est
 character. 232. d.
 Confirmationis sacramentum iterando
 committitur sacrilegium, non tamen
 incurrit quis irregularitatē. 233. a. b. c.
 Confirmationis character an præsuppo-
 nat characterem baptismalē. 233. d. e.
 Confirmationis character quare suscipia-
 tur. 233. d.
 Confirmationis sacramento confertur
 gratia gratum faciens. 234. d. e.
 Confirmationis sacramento maior gra-
 tia confertur quā baptismō. 234. d. e.
 Confirmationis sacramentum omnibus
 baptizatis conferri debet. 235. d. e.
 Confirmationis sacramentum possunt
 suscipere pueri si septem annos attin-

gant, nec duodecimum oportet expe-
 ctare. 237. b.
 ad Confirmationis essentiam non perti-
 net patrinus aut susceptor. 241. b. c.
 Confirmationis solus episcopus est pro-
 prius minister. 242. b. c. d. e. & 243.
 a. b. c.
 Confirmationis minister ordinarius est
 episcopus. 245. d.
 Confirmationis administrationem an
 possit Papa committere alijs nō epis-
 copis. 243. c. d. e. & 244. & 245.
 Confirmationis minister potest esse sim-
 plex sacerdos ex commissione summi
 pontificis. 245. d.
 Confirmationis administratio non per-
 tinet ad episcopū de iure diuino. 245.
 e. & 246. a.
 Confirmationis ritus & ceremoniæ quæ
 sint, & quod sint conuenienter asig-
 nata. 248. & 249.
 Confirmatus qui mortaliter peccauit &
 postea egit penitentiam an resurgat
 ad æqualem gratiam. 246. e.
CONFRA TERNITAS ante Cō-
 cilium Tridentinum quo modo con-
 trahebatur. 1495. b.
CONIVGAL E debitum vterq; con-
 iugum alteri de necessitate præcepti
 reddere tenetur. 1595. b.
 Coniugalem vsum an licite quis adim-
 plere possit causa voluptatis & dele-
 ctationis. 1383. b.
 Coniugalis debiti tractatus. 1595. a.
 Coniugatus quamuis ante copulam pos-
 sit ingredi religionem, tamen non po-
 test extra eam inuita vxore ordinari.
 1568. c.
 Coniugatus post matrimonij consumma-
 tionem non habet libertatem altero
 inuito ingrediendi religionem. 1569. b.
 Coniugatus qui ex licentia alterius in-
 greditur religionem reuocari potest à
 manente in seculo: sed eo mortuo ite-
 rum redire tenetur ad religionem.
 1571. e.
 Coniugatus qui ex licentia vxoris ingres-
 sus est religionem an possit reuocari

ab

Index materiaram.

ab ea, si post ingressum fornicata est.
 1572. b.
 Coniugatus an possit ex dispensatione
 papæ aliā accipere ante consummatio-
 nem matrimonij. 1573. b.
 Coniugati si ambo in alijs nuptijs fue-
 rint benedicti amplius non benedicā-
 tur. 1565. c.
 Sed si alter nunquam fuit benedictus
 vterque benedicatur. 1565. d.
 Coniugem accedere generationis causa
 etiam cum delectatione & voluptate
 nullum est peccatum. 1385. a.
 Coniuges vtrum mortaliter peccent nō
 seruando debitum modum in actu
 carnali. 1388. e.
 Coniuges habitam iam ad inuicem posses-
 sione sui corporis, & incipientes de
 matrimonio dubitare an possint de-
 bitum petere. 1304. a.
 Coniugij clandestini vsus an sit peccatū
 mortale. 1341. e.
 Coniugibus an liceat ad vitandam for-
 nicationem debitum exigere. 1385. c.
 Coniugum alter an teneatur alteri debi-
 tum reddere. 1595. a.
 Coniugum altero in hæresim incidente
 an liceat alteri ad secundas transire
 nuptias. 1334. b.
 Coniugum consensus vtrum requira-
 tur quod eodem tempore concu-
 rant. 1272. b.
 Coniux quando tenetur alteri coniugi
 petenti debitum reddere. 1308. e.
 Coniux ad fidem conuersus an possit cū
 coniuge eandem fidem renuente cō-
 manere. 1535. e.
 Coniux qui post adulterium peniten-
 tiam egit, an possit alteri adulteranti
 & in eodem crimine manenti debitū
 denegare. 1572. d.
 Coniux, qui sine necessitate extrema te-
 nuit ad baptismum vel confirmatio-
 nem, vel baptizauit proprium filium
 non potest petere debitum, cū tamen
 reddere teneatur. 1486. a.
 Coniux in dubio pratico constitutus
 an peccet petendo sua sponte debi-

tum. 1310. d.
 Coniux quando excusetur à debiti red-
 ditione. 1598. b.
 Et quando alter coniux vult religionem
 ingredi excusetur à redditione debi-
 ti. 1598. e.
 Coniux excusetur à redditione debiti
 quando modo indebito exigitur ab
 eo. 1599. b.
CONSANGVINEI alterius con-
 iugis alteri fiunt affines in eodem gra-
 do, quo sunt consanguinitate iuncti
 tali coniugi. 1458. c.
 Consanguinei nuncupantur qui in natu-
 ræ vinculo ex eodem sanguine nati
 sunt. 1424. b.
 Consanguinitatis definitio. 1423. d.
 Consanguinitatis gradus sunt eres, descē-
 dentium, ascendentium & collatera-
 lium. 1426. e.
 Consanguinitatis definitio, quæ solet cō-
 stitui an competat rei definitio. 1423. c.
 Consanguinitatis arbor. 1428. a.
 Consanguinitatis an aliquis gradus impe-
 diat iure naturali matrimonium in li-
 nea transfuersali. 1446. e.
 Consanguinitas est vinculum ab eodē
 stipite descendentium carnali propa-
 gatione contractum. 1423. e.
 Consanguinitas vt vere dicatur talis
 quas debet habere conditiones. 1424.
 d. e.
 Consanguinitas per lineas & gradus di-
 stinguitur. 1426. e.
 Consanguinitas importat relationem
 inter personas, quæ sunt ipsius relatio-
 nis extrema. Et etiam importat gra-
 dus. 1426. c.
 Consanguinitatis gradus quo modo cō-
 putentur. 1428. 1429. & 1430.
CONSECRANDI & absoluedi
 potestas immediate collata est Petro
 & Apostolis à Christo. 926. c.
 Consecrare an liceat sub vna tantum spe-
 tie ex dispensatione summi Pontificis
 267. a.
 Consecrare in triduo mortis Christi si
 quis attentaret, quanuis non esset ibi

lan-

Index materiaram.

sanguis, nec caro viua cum anima, ad-
 esset tamen ibi caro. 325. e
 Consecrare sub vtraque specie tenetur
 sacerdos tam iure humano quam di-
 uino. 420. b
 Consecrare in die Paraceues an sit pec-
 catum mortale. 462. a
 Consecrasse Christum in fermentato te-
 merarium est dicere, non tamen hæ-
 reticum. 273. a
 Consecratio à latinis fit in pane azimo.
 271. d. Cuius causa redditur. 271. e
 Cosecratio à Græcis fit in pane fermenta-
 to. 271. d. Et redditur huius causa. 271. e
 Consecratio nõ potest fieri in vino con-
 gelato. 275. d
 Consecratio bene potest fieri in musto.
 275. e. & 276. a. b.
 Consecratio tantum fit verbis & sermo-
 nibus Christi: reliqua autem, que di-
 cuntur, laude sunt quæ Deo referun-
 tur. 282. a
 Consecratio quam formam habet. à 281.
 e. vsque 288.
 Consecratio materiæ eucharistiæ in mi-
 raculosa substantiæ conuersione con-
 sistit. 283. a
 Consecratio sanguinis fit per hæc verba,
 Hic est enim calix sanguinis mei, reli-
 qua verba; Noui & æterni testamenti,
 & c. ad aliquod mysterium significan-
 dum ponuntur. 290. d. & 292. e
 in Cosecratione sanguinis dictio, Enim,
 nõ est de substantia forme, sed quia ec-
 clesia addidit, male faceret, qui scien-
 ter illam omitteret. 292. d.
 in Consecratione cum dicitur, Hic est
 enim calix, dictio, calix, accipitur per
 metonymiam pro contento. 292. e
 in Consecratione quamvis fiat mutatio
 substantiæ panis in corpus Christi, nõ
 tamen dicitur panis annihilari. 316. c
 Consecrationis sanguinis eadem est ra-
 tio, que corporis. 282. c
 Consecrationis calicis forma an hæc sit
 conueniens, Hic est enim calix san-
 guinis mei. & c. 289. a
 Consecrationis calicis forma an requi-

rat omnia verba quæ dicuntur à sa-
 cerdote. ibidem. b
 Consecrationis verba an materialiter, an
 verò significatiue sumantur. 294. & c.
 Consecrationis verba per vltimum pro-
 lationis instans verificantur. 299. a
CONSENSVS contrahentium ne-
 cessario requiritur ad validitatẽ ma-
 trimonij, si fiat secundũ formã Conc.
 Trid. 1262. a
 Consensus parentum ad matrimonium
 filiorum tantum de honestate requi-
 tur, non autem de essentia. 1263. d
 Consensus vtriusque ad matrimonium
 vtrum requiratur quòd eodem tem-
 pore præstetur. 1272. b
 Consensus extortus per metum cadentẽ
 in constantem virum an sit sufficiens
 ad matrimonium. 1343. c. & 1349. c
 Consensus coactus metu non cadente
 in constantem virum non irritat ma-
 trimonium. 1349. c
 Consensus conditionatus matrimonij.
 1362. & 1363. & c.
 Consensus coactus vtrum iure diuino
 an verò humano sit irritus. 1350. d. e.
 & 1351. a. b. c. d. e. Et circa hoc exami-
 minatur opinio Paludani. 1355. c
 Consensus coactus si solo iure ecclesia-
 stico irritaretur, quid sequeretur.
 1355. b
 Consensus ad matrimoniũ qualis. 1367. d
 Consensus ad matrimonium contrahẽ-
 dum requisitus ne utriusque virginita-
 ti mentali repugnat. 1367. e
 Consensus Diuæ Mariæ virginis ad ma-
 trimoniũ qualis fuerit. 1368. a
 Consensus per verba de presenti expli-
 catus antiquitus erat sufficiens causa
 ad matrimonium & hodie si sit secũ-
 dum formam Conc. 1368. e
 Consensus conditionatus si tunc ad ma-
 trimonium per se sufficiens. 1362. a
 Consensus nõ aliter est iudicandus quã
 exprimitur. 1364. d
CONSVETUDO non communi-
 candi laicos sub vtraque specie est op-
 tima; & qui eam damnaret esset tan-
 quam

Index materiaram.

quam hæreticus puniendus. 422. a
 Consuetudo quamvis laudabilis nõ om-
 nis sub mortali peccato obligat. 464. a
CONTRACTVM suspendere quid
 sit. 1364. d
 Contractus matrimonij à cæteris cõtra-
 ctib⁹ differt civiliter, & in quo. 1264. c
 Contrahens dolose quando potest à con-
 tractu resilire. 1294. b
 Contrahens in gradu prohibito, si papa
 dispensauerit, an dispensatione obten-
 ta teneatur nouum præstare consen-
 sum. 1370. a
 Et quid hodie tenendum sit post Conci-
 lium Tridentinum, ibidem. b
CONTERI semper de peccatis con-
 ueniens est. 635. b. c
 Contritio sola cum proposito confiten-
 di, an sit sufficiens ad summptionem eu-
 charistiæ. 380. b
 Contritio non potest esse in homine si-
 ne motu Dei præuenientis. 496. b. c
 Contritio nõ producitur à voluntate si-
 ne auxilio speciali Dei. 496. e. & 497.
 Contritio est meritoria gloriæ correspõ-
 detis illi gratiæ qua informatur actus
 pœnitentiæ. 502. d. e.
 Contritio vnica & generalis omniũ pec-
 catorum sufficit ad remissionẽ ipso-
 rum. 568. e. & 569. a
 Contritio qua ratione tã ad exteriorẽ
 quam ad interiorẽ pœnitentiã per-
 tinet. 608. b. c. d
 Contritio non est essentialiter dolor, sed
 odium & displicentia peccati. 609. b
 Cõtritio ab effectu vocatur dolor. 609. b
 Cõtritio debet esse voluntaria. 609. d. e
 Contritio vera debet habere propositũ
 cauendi in futurum. 610. d. e. & 611.
 Contritio differt ab attritione quincũ-
 pliciter. 617. d. e. & 618.
 Cõtritio solũ est de malo culpæ. 622. d. e
 Contritio non debet esse de peccato ori-
 ginali. 623. a. b
 Contritio debet esse de omni peccato
 actuali, mortali & veniali. 623. c. d
 Contritio quantum ad eius substantiam
 non potest esse per se nimia, imo per

se quãto maior tãto melior. 631. b. c. d
 Contritio maior debet esse de grauiori
 culpa appetitiuè quam de minori.
 631. d. e. & 632. a. b. c
 Contritio existentium in purgatorio non
 est efficax ad remittendas peccatorũ
 pœnas. 643. b. c
 Contritio & confessio à satisfactione di-
 stinguuntur. 860. b
 Contritiones singulæ an debeant respõ-
 dere singulis mortalibus culpis. 623. e
 vsque 627. c
 in Contritione talis debet esse detestatio
 peccatorum, vt pro nulla re mudiã
 plus illa peccator committat. 627. d.
 e. & 628. a. b
 Contritionis nomen vnde desumptum
 sit. 607. b. c. d
 Contritionis definitio. 608. e
 Contritionis dolor est intellectiuis &
 non sensitiuis. 609. a. b
 Contritionis triplex est finis. 617. b. c
 Contritionis detestatio non est necesse
 vt sit maxima intensiue. 628. d. e. sed
 sufficit quod sit maximus dolor ap-
 petitiuè. 627. d. e
 Contritionis enumerantur septem con-
 ditiones. 633. e. & 634. a. b. e. d
 Contritionis ipacium an sit tota homi-
 nis vita. 634. e
 Contritionis actus non exigit aliquod
 tempus determinatum, per quod de-
 beat durare, vt peccatum remittat.
 635. d. e. & 636. a. b
 Contritionis præceptum non obligat
 in diebus festiuis. 641. d. e
 Contritus ex attrito fit pœnitens in tri-
 bus casibus. 780. e
CORPORALIA quo pacto pos-
 sunt agere in spiritualia. 40. a
 Corporalis oculus (Christi oculo exce-
 pto) nõ potest videre corpus Christi
 in eucharistia, & modum illic existẽ-
 di, etiam si sit oculus corporis glorifi-
 cati. 340. c
 Corporalis oculus Christi, & si videat
 seipsum sub sacramento existentem,
 non tamẽ potest ipsam modum exi-
 dendi

Index materiarum.

stendi quo est sub sacramento vide-
re.341.e
 Corpus Christi existendi modus in sa-
 cramento omnino excedit capacita-
 tem nostri intellectus.332.a
 Corpus Christi qua ratione dici possit
 sacramentum.11.d.e
 Corpus Christi nõ demonstratur in for-
 ma consecrationis corporis, Hoc est
 corpus meum.300.e
 Corpus Christi an sit sub sacramento eu-
 charistiæ realiter & verè.303.d
 Corpus Christi in sacramento eucharis-
 tiæ non est modo quantitatio, sed
 per modum substantiæ.330.a
 Corpus Christian sit in sacramento im-
 mobiliter.332.e
 Corpus Christi per se localiter moueri
 non potest in sacramento, ibidem.
 Corpus Christi quibus motibus peracci-
 dens mouetur ad motum specierum,
 & quibus non.337.b
 Corpus Christi prout est in sacramento
 an possit videri ab aliquo oculo saltè
 glorificato.340.b
 Corpus Christi an sit in sacramento,
 quando in eo apparet miraculosè ca-
 ro vel puer.344.c
 Corpus Christi an conficiant sacerdo-
 tes hæretici & excommunicati, schis-
 matici vel degradati, & perditis mo-
 ribus dediti, si id intendant facere.
436.c
 Corpus Christi tandiu manet in specie-
 bus, quandiu non corrumpuntur.
482.c
 CRUX Christi non est signum practi-
 cum nec sacramentum.5.b
 CVLPA remissa remanet aliquando
 reatum poenæ, qui opus habet satisfa-
 ctione.857.c
 Cultus disparitas impedimentum est ad
 matrimonium contrahendum.1526.a
 Et non solum impedit matrimonium
 contrahendum, sed dirimit contra-
 ctum.1529.d
 Curati non possunt absoluerè à reserua-
 tis peccatis.822.b.

D.
DAMNATIS ad mortem an sit
 deneganda eucharistia.417.c
 Damni poena an sit maior in vno dam-
 natorum quam in alio.585.a.b.c.d.e
DAEMONIACIS vtrum liceat da-
 re sanctissimum sacramentum eucha-
 ristia.410.a
 Dæmones vim habens aduersus homi-
 nes, & eorum actiones Dei permissio-
 ne.1512.d
 Dæmones possunt homines cohibere à
 suis omnibus operationibus: per Dei
 tamen clementiam arcentur.1512.d
 Dæmones habent super nos potestatem
 propter peccatum.1512.e
 Dæmones possunt facere ne vir ad pro-
 priam vxorem accedere valeat, etiam
 si circa alias mulieres sit potens.1513.a
DEBITI conjugalis tractatus & ma-
 teria.1595.a.b.c.&c.
 Debitum impeditur petendum inter cõ-
 iuges si alter baptizet, vel teneat pro-
 prium filium sine maxima necessita-
 te.1486.a
DEFECTIBVS in missa occurrenti-
 bus vtrum possit occurri statuta ec-
 clesie seruando.476.d
 Defectus in celebratione missæ quotu-
 pliciter possunt occurrere, ibidem.e
 Defectus primus si loco vini ministe-
 tur aqua, credens esse vinum album.
476.c
 Si talis defectus percipitur ante consecra-
 tionem quid sit faciendũ: si vero post,
 quid.477.a.b
 Et quid si ministratur vinum sine aqua,
 ibidem.e
 Defectus secundus, si sacerdos aduertat
 venenum missum esse in calicè.478.a
 Et quid faciendum si in calicem cadat
 musca, ibidem.e
 Defectus tertius, si contingat calicem ca-
 dere & sanguinem effundi.479.a
 Defectus quartus, si postquam exiuit sa-
 cerdos ad celebrandum reminiscitur
 alicuius peccati mortalis.479.e
 Defectus quintus, si sacerdos nõ habeat

memo-

Index materiarum.

memoriam an verba consecrationis
 dixerit.480.d.
 Defectus sextus, si contingat sanguinem
 propter vehemens frigus in calice
 congelari.481.a
 Defectus septimus, si contingat quod an-
 te quam sacerdos finiat missam mo-
 riatur, vel male percutiatur. 481.b
 Defectus octauus, si contingat quod
 species corrumpantur & putrescant
 propter longi temporis reseruatiõne
 482. b.c.d
 Et quid si ex illis vermes generetur. ibi-
 dem.e
DEFINIRI vna quæque res dupli-
 citer potest vel à priori vel à poste-
 riori.95.c
 Definitio sacramenti datur per signum
 & non per causam, & quare.3.c
 Definitio dupliciter dari potest per in-
 trinseca, & per extrinseca.95.&96.e
 Definitio baptismi quæ.97.a
 Definitio baptismi per Scõtum tradita
 examinatur.99.a
DEI offensa quantum sit ab omnibus
 vitanda.633.a.b.c
 Deo semel sanctificatum non licet in
 alios vsus conuerti.1415.e
 Deo nullum opus est gratum, nisi perso-
 na sit prius grata.870.a
 Deus qua ratione moueat corda no-
 stra.497.d
 Deus non recipit satisfactionem vnus
 peccati sine satisfactione alterius.
874.d
 Deus nulli facultatem reliquit vt inuitũ
 que impiam in matrimonium obtru-
 deret.1358.b
DIACONO conuenit dispensare
 sanguinem Christi.434.e
 Diaconus existens in mortali exercen-
 do ministeria, ad quæ deputatur, an
 peccet mortaliter.73.b
 Diaconus potest deferre eucharistiã ali-
 cui infirmo in necessitate, tẽpore quo
 presbyter egrotat, ex commissiõne
 episcopi vel ipsius presbyteri.435.b
DIGNITATES summæ sum-

mè dignis sunt conferendæ, idque ra-
 tio naturalis dicitur.1419.d
DIFFERENTIAE seu discrimina se-
 ptem sacramentorum nouæ & vete-
 ris legis.44.b.c.&47.48.49.&50.
DILIGENTIA adhibenda in cõfes-
 sione vt peccata in memoriam re-
 uocentur.686.e. vsque 689.
DISPENSARE potest summus Pon-
 tifex in impedimento iustitiæ publi-
 cæ honestatis, si ad sit rationabilis cau-
 sa. Et quæ dicatur rationabilis causa.
1482.b
 Dispensare an liceat cum bigamo.1617.a
DIVES fingens se pauperẽ vt ab alijs
 elemosynas extorqueat, illarum do-
 minium non acquirit.1398.c
DIVORTII tractatus fornicationis
 causa.1574.&1575.&c.
 Diuortij causæ quod crimen sufficit, ta-
 met si propter pudorem non nomi-
 netur.1576.a
 Diuortij causa non est par in vtroque cõ-
 iuge, sed maior reperitur in viro quã
 in foemina.1587.c
 Diuortio facto non licet viro nec vxori
 ad secundas transire nuptias.1589.c
 Et reprobatur Erasmus & Caietanus cõ-
 trarium sentientes. ibidem.
 Diuortio facto an habeat locum recon-
 ciliatio.1593.c
 Diuortio facto si adultera incorrigibilis
 appareat, non licet eam resumere eo
 modo quo antea non licebat eam re-
 tinere.1593.d
DOLENS de peccatis an semper re-
 cipiat gratiam. 612. vsque 615.
 Dolere de peccato semel dimisso non te-
 nemur.636.c.d.e
DOMINICIS diebus audire missam
 an sit ecclesie præceptum.472.b
 Dominus licet facultatem seruo tribuat
 contrahendi matrimonium, nõ tamẽ
 ex hoc libertatem tribuit.1404.d
 Dominus cum ancilla sua scienter cõtra-
 hens libertatem ei donare videtur, &
 manet libera.1405.c
DORMIENS si occidatur pro Chri-

Index materiarum.

sto, cum antea pro illo moriendi voluntatem non habuerit, an salutē cōsequatur. 138. b

DV R A N D I sententia reprobatur dicentis characterem esse ens rationis. 52. d. e

Durandi opinio quod per se requiritur intentio in paruulis & adultis ad susceptionem baptismi. 168. c

E.

EC C L E S I A polluta si episcopus ægrotaret, posset dare licentiam vt interim in ea celebretur. 471. c

Ecclesia semel consecrata non debet iterum consecrari, ibidem. d

Ecclesia consecrata, oratoria, & monasteria & alia huiusmodi, ad secularem habitationē aut ad prophanos vsus non debent reuerti. 471. e

Ecclesia non iudicat de occultis. 971. e

Ecclesia duplex habet forum secretum, & publicum. 961. b

Ecclesia vnde habeat facultatem excommunicandi. Et de duplici foro ecclesie. 961. d

Ecclesia in vsu habet excommunicandi furem & iniuriam inferentem donec restituant. 991. b

Ecclesia an habeat septem ordines conuenienter distinctos. 1135. a

Ecclesia an determinauerit tempora ad ordines conferendos. 1182. e

Ecclesia ante Concilium Tridentinum iustissimè prohibuit matrimonia sine parentum consensu contra hereticos. 1317. a

Ecclesiam qui dixerit non potuisse impedimenta constituere matrimonium dirimentia, anathema sit. 1391. a

Ecclesia quare permittit Græcis sacerdotibus votum castitatis non emittere. 1419. b

Ecclesia non consuevit dispensare super matrimonio inter fratres. 1449. b

Ecclesia qua occasione potest permittere conuerso, vt viuente conuge tran-

seat ad secunda vota. 1547. c

Ecclesie præcepto tenetur quilibet Christianus ieiunus ad eucharistiam accedere. 402. e

Ecclesie consecratio, & vasorum & vestium, quia est indelebilis non iteratur. 471. c

Ecclesie collegiatę quoties teneantur celebrare. 459. b

Ecclesie communia suffragia, sacrificia & orationes profunt existentibus in gratia. 887. c

Ecclesie duplex est forum. 961. b

Ecclesie impedimenta circa matrimonium celebrandum. 1393. a

Ecclesie dispensatio an locum habere possit super votum solenne religionis. 1416. e

Ecclesie statuta non obligant nisi illos, qui sunt de gremio atque regimine ecclesie. 1453. c

Ecclesie benedictiones in matrimonio omittuntur an sit mortale. 1561. c

Ecclesiam cōsecratam & pollutam quis potest reconciliare. 471. a

Ecclesiam non consecratam, sed tantum benedictam potest simplex sacerdos per asperisionem aquę lustralis reconciliare. 471. b

Ecclesiarum res in vsus prophanos conuertiere mortale est. 472. a

Ecclesiastica potestas duplex pontificia & regia. 931. e

EF F E C T V S sacramentorum primarius, & secundarius. 31. b

Effectus supernaturales à duplici causa possunt proficisci. 36. c

EL E E M O S Y N A, oratio, & ieiuniū non solum sunt satisfactoria opera, verum etiam flagella præsentis vitę. 894. b

EP I S C O P A L I S potestas an sit altioris ordinis supra ordinem sacerdotalem. 1140. e

Episcopi non possunt referuare sibi peccata interiora mentis. 743. c

Episcopi hæretici & ab ecclesia præcisi veros conferunt ordines, si id attendent.

tent. 1165. e

Episcopi sunt à iure quatuor casus referuati. 826. e. & quales sint, ibidem. & 827. a. b

Et sunt alij quinque casus eis referuati ex consuetudine. 827. d

Et an possit alios sibi referuare, & quando. 828. a

Episcopo absente si non patet aditus ad superiorem, & instat necessitas celebrandi vel communicandi, potest inferior absolueret à non referuatis, & pro reliquis poenitens expectare potest absolutionem superioris. 747. d

Episcopus nondum consecratus vtrum confirmare possit. 247. e

Episcopus non potest curatis pro libito limitare auctoritatem quam habent, nisi id bono communi viderit expedire, quia eam à iure diuino habent. 743. d

Episcopus potest sibi casus referuare. 828. a

Episcopus ordines conferens & ille, qui eos recipit irregularitatem contrahere possunt, & quando. 1167. e

Episcopus quando potest ordines minores conferre. 1183. d

Episcopi & sacerdotes sacramenta in peccato mortali ministrantes de facto mortaliter peccant. 70. b. c

Episcopus tempore interdicto ordines tam minores quam maiores conferens efficitur irregularis. 1196. b

Episcopus potest dispensare in voto de non nubendo præcisè, cum non sit votum castitatis. 1413. c

Episcopus an possit dispensare cum bigamo ad ordines tam minores quam maiores suscipiendos. 1621. a. b. c

ER A S M I insolens & temeraria locutio de eucharistie sacramenti forma. 284. b

Erasmi error circa necessitatem confessionis. 647. a. b. c.

ER R O R personę circa matrimonij impedimentum duplex est, alter per-

sonę, alter verò conditionis personę. 1395. c

Error circa conditionem triplex, ibidem.

Error qualitatis non variat aliquid in eo, quod est de essentia matrimonij. 1397. e

Error qualitatis nempe nobilitatis aut fortunę non impedit matrimonium, si consensus in eandem personam dirigatur. 1398. b

Errores qui fuerunt exorti circa materiã baptismi. 108. e. & 109. a. b. c. d

Errores varij enumerantur circa materiã sacramenti eucharistie. 266. a. b

EX C O M M V N I C A N D I facultas an sit aliqua in ecclesia. 960. a

Excommunicandi facultatē non habent nec simplices sacerdotes, nec curati ex officio. 1015. e

Excommunicare est extra communionem facere. 960. a

Excommunicare quisnam possit. 1013. a

Excommunicare vt aliquis possit quid requiritur. 1014. b

Excommunicare an possit iudex subditum suum in altero territorio existentem. 1015. b

Excommunicare an possit aliquis seipsum, vel superiorem vel æqualem. 1020. c

Excommunicari non potest defunctus pro vilo crimine in vita commisso. 1025. c

Excommunicari an possit aliquis pro dño temporali. 992. c

Excommunicati censentur nominatim qui de hæresi, schismate aut apostasia condemnati sunt. 440. d

Excommunicatio est duplex altera à iure, altera vero ab homine. 960. d

Excommunicatio dici non debet exclusio illa à castris & à synagoga, qua in veteri lege fiebat. 963. c.

Excommunicatio succedit poenę mortis temporalis veteris legis, ibidem.

Excommunicatio vtrum sit à communionē fidelium separatio. 973. e

Index materiarum.

Excommunicatio maior & minor in quo differant. 974.e
 Excommunicatio maior quid sit. 975.a
 Excommunicatio minor quid sit. 976.b
 Excommunicatio vt inferatur non tantum præsupponit peccatum mortale, sed inobedientiam & contumaciã. 986.b
 Excommunicatio maior non potest ferri nisi pro peccato mortali. 981.a
 Excommunicatio an possit ferri pro quocunque peccato mortali. 984.b
 Excommunicatio non solum præsupponit peccatum mortale & inobedientiam, sed trinam monitionem. 987.a
 Et an talis monitio sit de essentia excommunicationis. 989.b
 Excommunicatio non potest ferri pro quocunque peccato etiam grauissimo sine præuia monitione. 990.e
 Excommunicatio iniuste lata an suum effectum sortiatur. 999.c
 Excommunicatio iniusta quando est valida & habet verum effectum, & quãdo non. 1000.a.b.
 Excommunicatio lata à iudice non habente auctoritatem, nec iurisdictionem est nulla. 1000.c
 Excommunicatio quinque modis potest esse nulla ex parte excommunicationis. 1005.d
 Excommunicatio in quibus casibus nõ incurritur, quando sub tali censura præcipitur crimina reuelari in quadragesima, aut alio tempore. 1003.c.d.e.&c.
 Excommunicatio ex parte actionis potest dupliciter non sortiri effectum. 1007.a
 Excommunicatio pro temporali damno an iuste ferri possit. 992.c.d.e.
 Excommunicatio potest non habere effectum tribus modis ex parte excommunicati. 1001.e
 Excommunicatio lata sub conditione non ligat. 1006.b
 Excommunicatio maior contrahitur in tribus casibus ex participatione cum excommunicatis. 1039.a
 Excommunicatio minor semper incurritur à iure & nunquam ab homine. 1066.a
 Et hæc incurritur in quatuor casibus, ibidem.
 Excommunicatio minor duos habet effectus. 1067.b
 Excommunicatio, suspensio & interdictum in quo differant. 1072.a
 Excommunicatio an possit suspendi. 1055.c
 Excommunicationem quando quis nõ incurrat. 994.a.b.c.d.e.
 Excommunicationem pro re leui ferentes mortaliter peccant. 985.a
 Excommunicationem ignorans inauincibiliter an incidat in eam, si faciat quod ea prohibitum est. 993.d.e. & 994.&c.
 Excommunicationis vinculum prius tolli debet, quam absolutio sacramentalis impendatur. 748.d
 Excommunicationis potestas procedit à iurisdictione. 961.c
 Excommunicationis censura an possit ferri sine causa. 981.b
 Excommunicationis censura in vniuersitatem vel collegium an ferri possit. 1022.c
 Excommunicationis maioris effectus. 1026.c. & 1027.&c.
 Excommunicationis censura an prius hominem à participatione sacramentorum, & an receptum sacramentum sit nullum. 976.e
 Excommunicationis metus est cadens in constantem virum, etiam si illa sit iniusta. 1345.d
 Excommunicationibus pluribus ligatus si absoluatür vnus tantum faciens mentionem, non manet ab omnibus absolutus. 1057.b
 Excommunicationibus pluribus ligatus vnica absolute abfolui potest, si omnium fecerit mentionem. 1057.c
 Excommunicatus minore excommunicatione non potest suscipere sacramentum.

Index materiarum.

Excommunicatus maxime differt ab eo qui est in peccato mortali. 968.d
 Excommunicatus quibus bonis sit priuatus. 968.e. & 971.d
 Excommunicatus in articulo mortis absolutus à simplici sacerdote, quid teneatur facere si postea conualuerit. 798.d
 Excommunicatus sacerdos quando poterit celebrare, non obstante excommunicatione. 1010.a.b.c.d. & 1011.a.b.c.d.e.
 Excommunicatus maiore excommunicatione non potest excommunicari. 1016.a
 Excommunicatus potest iterum excommunicari. 1024.a
 Excommunicatus etiam defunctus quando poterit absolui. 1025.b
 Excommunicatus an possit inuitus absolui. 1056.b.c.d
 Excommunicatus pluribus excommunicationibus an possit absolui ab vna remanens ligatus in alijs. 1056.e
 Et vt possit absolui quæ circumstantiæ sunt necessariae. 1057.a.b
EXORCISMI alij baptismum præcedunt, alij sequuntur. 214.b.c
 Exorcismi non sunt sacramenta. 214.d
 Exorcismis solum tolluntur impedimenta gratiæ salutaris. 214.e
 Exorcismo non solum significatur aliquid, sed etiam efficitur. 214.c.d.e
 Exorcismis duplex impedimentum excluditur. 215.a
 Exorcismi sequentes baptismum quid significant & efficiant. 216.a.b.c
 Exorcismos baptismum præcedere conueniens est. 216.c.d
 Exorcismi an expellant demones virtute naturali. 216.e
 Exorcismi an semper infallibiliter suos sortiantur effectus. 217.b.c
 Exorcismi baptismales semel facti iterari non debent. 218.c
 Exorcismi faciendi sunt vnique quotiescunque plures simul exorcizari contigerit. 218.b.c
 Exorcismi ad effectum baptismi suscipiendum necessarij non sunt. 217.d.e
 Exorcizandi officium sacerdotibus vt primarijs agentibus incumbit, diaconibus & alijs tanquam ministris. 218.d
EXUFFLATIO & insufflatio significant ac efficiunt expulsionem mali spiritus, & boni introductionem. 215.a
EXCVSATIO matrimonij quare in scholas introducta fuit. 1379.a
EXTREMA vnctio est sacramentum, & vnum de septem, quæ tradit ecclesie. 1097.a
 Extrema vnctio vnicum est sacramentum & non plura, licet in eius collatione plures fiant vnctiones. 1099.b
 Extrema vnctio pro effectu minus principali habet subleuare ægritudinem. 1112.d
 Extremæ vnctionis sacramentum sicut cetera sacramenta à Christo ipso est institutum. 1100.c
 Extremæ vnctionis sacramentum sicut & alia formam habet. 1104.c
 Et quæ sit talis forma. ibidem.e.&c.
 Extremæ vnctionis sacramenti forma non mutatur per hæc verba, Indulgeat tibi Deus, aut remittat. &c. 1105.a
 Extremæ vnctionis sacramentum quando conferat gratiam & peccatorum remissionem, cum in eo plures fiant vnctiones. 1105.e
 Extremæ vnctionis sacramentum an imperfectum maneat, si omnes vnctiones non perficiantur. 1107.a.&c.
 Extremæ vnctionis proprius effectus nõ est remissio culpæ originalis vel mortalis. 1109.e
 Extremæ vnctionis sacramentum non est principaliter institutum contra veniale peccatum. 1110.c
 Extremæ vnctionis sacramenti effectus qui. 1111.a. & 1112.a
 Extremæ vnctionis sacramentum non nisi infirmis conferre licet. 1116.c

Index materiarum.

Extremæ vnctionis sacramentum an cō
ferri debeat omnibus infirmis. 116.e
Extremæ vnctionis sacramentum non
debet conferri furiosis & amentibus
perpetuo vel à natiuitate. 118.b.
Extremæ vnctionis sacramentum debet
conferri pueris adultis. 118.c
Extremæ vnctionis sacramentum quā-
uis non sit necessarium, si ex cōtemp-
tu omittatur, est peccatum damnabi-
le. 119.c
Extremæ vnctionis sacramentum itera-
ri potest in diuersis infirmitatibus.
121.e
Extremæ vnctionis sacramentum vtrū
imprimat characterem. 122.a
Extremæ vnctionis sacramentum non
habet effectum perpetuum, cum in-
tendat sanitatem mentis & corpo-
ris. 122.b
Extremæ vnctionis sacramentum bis in
eadē infirmitate conferri potest, quā-
do ager reciduiaret. 122.c
EVA nec per semen, nec per sanguinē
ab Adam descendit, sed ex eius osse for-
mata est per creationem. 1425.d
EVANGELICVM ius omnes cu-
iuscunque sint conditionis obligat.
1452.e
EUCCHARISTIA & sacramentū
est, & sacrificium. 250.e
Eucharistia est sacramentum maximū.
251.a
Eucharistia est alimentum vitæ spiritua-
lis. 251.c.d
Eucharistia & vt sacramentū & vt sacri-
ficiū principaliter importat Chri-
stum, & supponit pro illo. 254.a
in Eucharistia corpus Christi & est sacra-
mentum & res sacramenti simul. 254.
b.c.d.e
in Eucharistia corpus Christi vt velatur
sub speciebus representat corpus my-
sticum. 254.b
in Eucharistia & est sacramentum, &
res sacramenti. 257.c
in Eucharistia res sacramenti est vnitas cō-
poris mystici, quod est ecclesia. 257.c

Eucharistia est specialiter sacramentum
vnitatis & pacis. 257.c.d
Eucharistia qualiter sit de necessitate sa-
lutis. 257.e
Eucharistia eo qd est finis ex natura sua
habet p votū sui salutē operari. 258.e
Eucharistia non debet suscipi à paruulis
ante discretionis tempus, cuius rei
causa redditur. 259.a.b
Eucharistia quæ cibus spiritualis est nō
cōuertitur in substantiā aliti. 260.a.
Eucharistia vere sacrificiū dicitur. 262.a
in Eucharistia qualiter Christus offera-
tur quotidie. 262.c.d
Eucharistia quibus nominibus nuncupa-
ri soleat. 262.e
Eucharistia debet dari infirmis mane si
id commode fieri possit. 404.e
Eucharistia an sit deneganda damnatis
ad mortem. 417.c
Eucharistia sacramentum est potissimū
& dignissimum inter omnia sacramē-
ta. 93.2.b.c.
Eucharistia sacramentum in quo disse-
rat à reliquis sacramentis. 98.d
Eucharistia sacramentū nō est adeo ne-
cessarium sicut bapismus. 159.c.d.e
Eucharistia sacramentum non est con-
secratio. 252.c.d.e
Eucharistia sacramentum pro quo sup-
ponat & quid sit. 251.e. & 252.
Eucharistia sacramentum non est sump-
tio. 253.a.b.c
Eucharistia sacramentum est id quod re-
manet post consecrationem, nempe
species panis & vini, & corpus Chri-
sti sub illis contentum. 253.d.e
Eucharistia sacramentum est vnum per
fectionem, & multa materialiter. 255.b.
c.d.e. & 256.
Eucharistia sacramentum sub vtraque
specie sumptum perfectius reficit quā
sub vna. 256.d
Eucharistia sacramentū sub vna specie
sumitur totum essentialiter, non ta-
men integraliter & sacramentaliter.
256.e
Eucharistia tribuitur effectus vnionis
specia-

Index materiarum.

speciali quadam ratione. 257.c
Eucharistia effectum possunt percipere
ex solo voto & desiderio tam par-
uuli, quam adulti. 258.b
Eucharistia sacramentum in coena fuit
iustitatum à Christo. 263.b.c.d.e. &
264.
Eucharistia sacramentum multis figu-
ris fuit delineatum in veteri testamē-
to. 264.b.c.d.e
Eucharistia materia conueniens est panis
& vinum. 265.b.c.d.e
circa Eucharistia materiam varij erro-
res enumerantur. 266.a.b
Eucharistia materiam esse panem cum
caseo, error est. 266.a
Eucharistia materiam esse sanguinem
infantis mistum farinae, error est, ibi-
dem.
Eucharistia materiam solum esse aquā
puram error est. ibidem.
Eucharistia materia cur sint panis & vi-
num. 266.b.c
Eucharistia sacramentum an confici pos-
sit in tritico, centeno appellato. 268.b
Et quid de tritico quod rubion siue tre-
chel appellatur. ibidem.
Et quid de hordeo, spelta, & farre. ibi-
dem.d.
Et quid de auena. ibidem. Et maycio In-
dia. 269.c
in Eucharistia sacramentum an liceat con-
secrare sub vna tantum specie, ex dif-
fensione summi pontificis. 267.a
Eucharistia materia an debeat esse panis
triticeus. 267.268.269.270. & 271.
Eucharistia materia an sit panis azimus.
271.c.d.e. & 272.a.b.c
Eucharistia materia non potest esse ace-
tum. 274.c. & 275.a
Eucharistia materia an sit solum vinum
vitis. 273.c. & 274. & 275.
Eucharistia materia panis & vini, an de-
beat esse determinata in quantitate.
276.c.d.e
Eucharistia forma conueniens in con-
secratione corporis an sit hæc, Hoc
est corpus meum. 281.e

Eucharistia forma transubstantiationē
importat: ceterorum vero sacramen-
torum, vsum. 283.a
in Eucharistia forma quare dicitur,
Hoc & Hic. 286.c
Eucharistia sacramenti verba, quæ in cō-
secratione dicuntur, an materialiter
an verò significantiue accipiantur.
294. & c.
in Eucharistia sacramentum dupliciter di-
citur aliquid esse, aut ex vi formæ, aut
ex naturali concomitantia. 321.d
in Eucharistia sacramentum an acciden-
tia remaneant sine subiecto. 348.d
Eucharistia sacramentum quos conse-
crat effectus digne sumentibus. 359.c.d
Eucharistia sacramenti an sit genericus
effectus conferre gratiam. 362.d
Eucharistia sacramentū an tribuat æqua-
lem gratiam omnibus ex opere ope-
rato. 362.c.d
Eucharistia sumptio confert remissio-
nem peccati mortalis. 366.e
Eucharistia alter effectus est adeptio glo-
riæ. 365.e. Et explicatur locus Ioannis
6. Si quis manducauerit ex hoc pane
viuet in, & c. ibidem.e
alter effectus est remissio peccatorū ve-
nialium. 369.b
alter est remissio poenæ licet indirecte.
369.e
vltimus effectus est hominem à futuris
peccatis præseruare. 371.c
Eucharistia sacramentum spiritualiter
sumere an sit folius hominis. 378.e
Eucharistia sacramentum quomodo &
quando dari debeat amentibus. 408.e
Eucharistia sacramentum denegari non
debet mulieribus diurnum aut per-
petuum sanguinis fluxum patienti-
bus. 402.b
Eucharistia sacramentum vtrum debeat
sumi à ieiunis. 403.a
Eucharistia sacramentum an sit dādum
non habentibus vsum rationis. 407.a
Eucharistia sacramentum an sit dādū
dæmoniis. 410.a
Eucharistia sacramentum an sit dādū le-
prosis,

Index materiarum.

prosis, ibidem. b
 Eucharistiæ sacramentum quotidie sumere an licitum sit. 410. d. & c.
 Eucharistiæ sacramentum bifariam considerari potest, ibidem.
 Eucharistiæ sumptio vtrum aliquando cadat sub præcepto. 414. a. b. c. & c.
 Eucharistiæ sacramentum etiam si quilibet fidelis teneatur sumere in Paschate ex ecclesiæ præcepto: potest tamé de cõsilio proprii sacerdotis ex rationabili causa differri cõmunio. 418. b
 Eucharistiæ sacramentum martyribus etiam dabatur sub vtraque specie in primitiua ecclesia, vt acriores redderentur ad pugnam. 421. d
 Eucharistiæ sacramentum sub vtraque specie & consecrari & sumi necessario oportet ad sui perfectionem. 420. & 421. a
 Eucharistiæ sacramentum tantum sub vna specie laicis est ministrandum. 421. c. & 422. a. b. c. & c.
 Et traduntur causæ huius rationabilis cõsuetudinis. 423. c
 Eucharistiæ sacramentum quatuor continet sub specie panis, scilicet corpus, animam, sanguinem, & diuinitatem Christi. 424. d. Et redditur ratio, ibidem. e
 Eucharistiæ sacramenti minister quis, & qualis debet esse. 430. a. b. c. & c.
 Eucharistiæ sacramentum & si omnes sacerdotes administrare possunt, tamé ex ecclesiæ determinatione, soli parochio cõpetit eius administratio. 435. e
 Eucharistiæ sacramenti defectus, qui in eius celebratione contingere possunt à. 476. d. vsque 482. a. b. c. d. e
 Eucharistiæ specibus corruptis quid sacerdos facere debeat. 482. c
 Eucharistiam administrare ad solos presbyteros pertinet ex propria autoritate & ex officio. 434. b

F.

FERMENTATVM esse panem, in quo Christus consecrauit, te-

merarium est dicere, non tamen hæreticum. 273. a
FICTIO quæ dicatur in suscipientibus sacramentum. 201. e
 Fictionis nomine intelligitur hypocrisis. 202. a
 Fictionis peccatum an deleatur per baptismum, an verò per pœnitentiam. 205. e. & 206.
 Fictus dicitur qui aliquid interius in corde habet, aliud vero in ore exterius ostendit. 202. a
 Fictus bifariam dicitur, vel quia eius voluntas contra dicit baptismum, vel quia contra dicit eius effectui. 202. b
 Fictus ad baptismum accedere quis dicitur. 202. b
FIDELIS in quibus inter se communicant, quando eorum dicitur esse cõmunio. 960. e
 Fideles omnes tenentur ad benedictiones nuptiales suscipiendas in ecclesia ante matrimonij consummationem. 1561. b
 Et quid de infidelibus. 1562. d
 Fidelis quilibet tenetur semel in anno ex præcepto ecclesiæ communicare. 418. a
 Fidelis cum infideli contrahens grauitè peccat & est sacrilegus, nullum que est matrimonium. 1529. c
 Fidelis non potest contrahere cum Iudæa, sarracena vel pagana, & si defecta contrahat nullum est matrimonium. 1529. d
 Fidelè cum infideli cõtrahere non posse an sit de iure diuino naturali, vel positivo prohibitum. 1530. b. & 1531. & 1532.
 Fidelis matrimonium cum hæretico cõtractum an sit validum. 1533. e. & 1534.
 Fidelis conuersus tenetur vitare quo ad thorum coniugem renuentem ad fidem conuerti, quanuis matrimonium non dissoluatur. 1536. e
 Et quid si in coniuge est spes conuersionis. 1537. b
 Fidelis ab vxore infideli discedens an possit aliam ducere. 1539. e

Fide-

Index materiarum.

Fidelis quando poterit conuolare ad secundas nuptias infideli renuente conuerti. 1541. b
 Fidelibus an liceat aliquando cum infidelibus matrimonium cõtrahere. 1529. c
 Fides interior parentum iustificabat paruulos in lege naturæ. 27. e. & 28. a. b. c. d
 Fides parentum formata non erat necessaria in tempore legis naturæ ad iustificationem paruulorum. 28. d. e
 Fides etiam informis non erat necessaria, sed sufficeret vt offerens intendere agere quod fideles tunc faciebant. 29. a. b
 Fides formata in lege naturæ erat necessaria ad iustificationem adultorù. 30. a
 Fides ecclesiæ exigitur in paruulis baptizandis: in adultis verò, & fides ecclesiæ & ipsius baptizandi. 97. c
 Fides requisita & iufficiens ad salutem. 161. & 162.
 Fides & proles in re non sunt matrimonio essentielles, quodammodo considerata. 1382. a
FILII an debeant sequi patrem ad fidem conuersum, an vero infidelem alterum in sua perfidia persistentem. 1535. c
 Filius est aliquid patris, non tamen è cõuerso, pater aliquid filij secundum philosophum. 1495. b
FLAMINIS baptismus quid sit. 132. e
 Forma sacramenti baptismi quæ sit explicatur. 112. c
 Forma sacramenti extremæ vnctionis vide in verbo. Extremæ vnctionis, Forma sacramenti ordinis quibus verbis designatur. 113. b. c. d
 Formæ sacramentorum in aliquibus sunt determinatæ, veluti in baptismo, & eucharistia. 14. e
 In reliquis sacramentis verba & formæ etiam sunt determinatæ à Christo, licet nõ in eodem gradu explicita sint ab eo. 15. a
 Forma sacramenti eucharistiæ traditur

col. 281. & 282.
 Formæ consecrationis sanguinis explicatio & mysterium. 293. a. b
 Formis sacramentorum an liceat aliquid addere vel detrahere. 16. 17. & 18.
FORNICANTEM vxorem an dimittere teneatur vir ex præcepto ecclesiæ. 1579. d
FORNICARII presbyteri secundum Apostolorum canones deponendi sunt. 1618. e
 Fornicationis vitandæ causa, in altero coniugum, qui debitum petit, nullo modo peccat, sed potius meretur. 1385. d
 Sed quid si petat causa vitandæ fornicationis in se. 1386. c
FORVM ecclesiæ duplex internum & externum. 961. b
FRATRES à suis prælatis presentati episcopo ad audiendas confessiones & ab eo nõ admissi an possint confiteri pœnitentes à. 820. vsque 823. a. b. c. d. e
FRAGILITAS carnis, iuuenilis ætas, ac continendi difficultas nõ est sufficiens causa vt conuersus ad fidem possit ad secunda vota transire non requisita eius vxore infideli. 1547. b
FRIGIDITATIS impedimentum ad matrimonium. 1505. b
 Frigiditatis impotètia potest esse duplex naturalis & accidentalis. ibidem. d
FVRORIS & amentie impedimentum ad matrimonium. 1517. b

G

GENERATIO humana fieri potest ex sanguine muliebri absque eius semine. 1457. a
GELV non potest esse materia baptismi. 111. a
GABRIELIS opinio de concursu Dei cum causis naturalibus ad operandum, & illius reprobatio. 34. c
 Gabrielis definitio quam de baptismo adducit reijcitur. 99. c. d

Gabrie-

Index materiarum.

Gabrielis opinio de institutione baptis-
mi, refellitur. 101.c
GRADVS quid sit. 1426.c
Gradus in Leuitico prohibiti ad matri-
monium contrahendum, non omnes
sunt iure naturali prohibiti. 1435.c
GRATIA non creatur. 40.c.d.e
Gratia sacramentalis an addat aliquid
supra gratiam virtutum & donorum.
44.c
Gratia vniuersaliter sumpta diuiditur in
habitualem & actuaalem. 44.c. & 45.a
Gratia & charitas non sunt idem reali-
ter. 54.a.b
Gratia non minor confertur à ministro
malo quam à bono. 67.b
Gratia iustificat peccatorem sine eius ope-
ratione, & concurrat cum illo ad elici-
das suas operationes meritorias. 561.
e. & 562.
Gratia est qualitas animæ inhærens. 196.
c.d.e. & 197.a.b
Gratia gratum faciens non tantum con-
fertur in sacramento ordinis, verum
& augetur. 1156.a
GRAECI qua ratione expriment for-
mam baptismi. 114.c.d.e
Græci mutarunt formam illam bap-
tismi, quam obseruant latini. 114.e
Græci consecrant in pane fermentato.
271.d
Græci cur consecrent in pane fermenta-
to. 271.e
Græci his solis verbis consecrant sangui-
nem, Hic est enim calix sanguinis
mei. 291.d
Græci quanuis vxorati legitimi sunt sa-
cerdotes. 1419.a
Græcis sacerdotibus cur ab ecclesia per-
mittitur vxorem ducere. 1419.b

H

HABITVS infusi quare ponan-
tur. 426.a
HAERESIS quorundam asserentiū
in eucharistiæ sacramento remanere
substantiam panis cum corpore Chri-

sti. 311.d
Hæresis mentalis an sit subiecta excom-
municationi, & papæ reseruata.
744.b
Hæretici & schismatici etiam præcisi ve-
rum ordinis sacramentum conferunt
si id attentent. 1165.c
Hæreticus cognationem spiritualem cō-
trahere potest baptizans vel leuans,
quia baptizatus est. 1493.a
HOMINES à natura proni sunt ad
malū prauisque exēplis ad mala faci-
le promouentur. 1422.d
Hominis status post peccatum. 22.d
Hominis status post incarnationem Do-
mini. 2.d
Hominum cognitio qualis fuerit de pec-
cato originali & actuali tempore le-
gis naturæ. 27.b.c.d
Hominum in peccatis existentiam bifa-
ria distinctio. 393.c
Homo secundum naturam seclusa gra-
tia non potest Deo satisfacere. 865.a
Homo non potest satisfacere pro vno
peccato non satisfaciendo pro alio.
874.d
Homo existens in gratia potest satisfacere
repro pœna debita pro vno peccato,
quando non satisfaciendo pro pœna debi-
ta pro alio. 875.e
Humani actus in triplici sunt differen-
tia. 1379.b
HORAS canonicas recitans inter au-
diendum missam de præcepto, an vtri-
que præcepto satisfaciatur. 473.e
HOSTIA non est sumenda à sacer-
dote quando in ea miraculose aliqua
figura carnis vel pueri apparet. 347.d
Et an tunc teneatur aliam hostiam & vi-
num apponere, & consecrare. 348.b
HVGO quomodo intelligendus in
definitione quam de baptismo tradi-
dit. 97.e

I

IACOBITARVM error circa ne-
cessitatem confessionis. 646.d
IDONEVS

Index materiarum.

IDONEVS in iure appellatur qui pu-
blicam iuris sufficientiam habet. 814.c
IEIUNIUM est duplex quoddam na-
turæ, aliud ecclesiæ. 404.b
Ieiuniū, eleemosyna, & oratio non solū
sunt opera satisfactoria, verum etiam
flagella præsentis vitæ. 894.b
IGNORANTIA alia dicitur iu-
ris diuini, alia humani, & alia fa-
cti. 724.e
Ignorantia inuincibili laborans circa ali-
quem errorē an sit monendus à cōfes-
sore de veritate. 724. 725. & 726. & c.
Ignorantia inuincibilis excusat sequen-
tem opinionem, quæ reuera est con-
tra ius naturale & diuinum. 729.b
Ignorantia duplex alia facti alia iuris.
993.e
Ignorantia iuris alia est statuti iudicis or-
dinarij, alia iuris communis, ibidem.
Ignorantia tam facti quam iuris alia vin-
cibilis, alia inuincibilis, ibidem.
IMAGINES nō sunt signa practica,
nec sacramenta. 5.c
IMPEDIMENTA legitima, quibus
excusantur multi à præcepto audien-
di Missam. 475.c
Impedimentorum matrimonij genera
& differentia. 1390.d
Impedimentorum matrimonij duo sunt
genera. 1392.c
Impedimentum matrimonij erroris per-
sonæ causa. 1395.b
Impedimentum matrimonij causa erro-
ris in seruitutis conditione contingē-
tis. 1399.c
Impedimentum matrimonij voti simpli-
cis causa. 1406.d
Impedimentum matrimonij voti solem-
nis causa. 1413.c
Impedimentum matrimonij ordinis cau-
sa. 1417.d
Impedimentum matrimonij consanguini-
tatis causa. 1423.b
Impedimentum matrimonij affinitatis
causa. 1458.a
Et an tale impedimentum procedat etiā
iure naturali. 1462.a

Impedimentum matrimonij publicæ
honestatis iustitiæ causa. 1470.d
Impedimentum matrimonij causa co-
gnationis spiritualis. 1484.c
Impedimentum matrimonij cognatio-
nis legalis causa. 1481.a
Impedimentum matrimonij frigiditatis cau-
sa. 1505.b
Impedimentum matrimonij maleficij
causa. 1512.b
Impedimentum matrimonij incestus cau-
sa. 1518.e
Impedimentum matrimonij defectus æta-
tis causa. 1522.a
Impedimentum matrimonij ligaminis
causa. 1524.a
Impedimentum matrimonij disparita-
tis cultus causa. 1526.b
Impedimentum matrimonij vxoricidij
causa. 1548.d
Impedimentum vltimum matrimonij
contrahendi, vitiorum & facinorum
ratione. 1555.a
IMPOTENTIA alia est coeundi,
alia generandi, quæ sterilitas vocatur.
1505.c
Impotentia naturalis duplex esse potest.
1506.a
Impotentia naturalis & intrinseca coeū-
di perpetuū matrimonium contrahē-
dum impedit, & dirimit contractum.
1506.b
Impotentia ad generandum & non ad
coeundum non impedit matrimo-
nium nec dirimit stando in iure natu-
ræ. 1508.e
INCESTVS commissus à pueris vsu-
rationis carentibus non est reseruatus
episcopis. 828.d
Incestus an sit impedimentum matrimo-
nium contrahendum impediens & di-
rimens contractum. 1518.e
Incestus quibus modis committitur. 1518.e
Incestus præcedens quo quis cognouit
vxoris consanguineam & impedit ma-
trimonium contrahendum & dirimit
contractum. 1519.b
Et quid de consanguinea sua, ibidem.

Index materiaram.

Et quid sit necessarium ad hoc vt tale matrimonium dirimatur, ibidem. **INCESTUS** si subsequens matrimonium siue ratum siue consummatum ipsum non dirimit, impedit tamen incestuoso vltimum matrimonij. 1519.c
Sed quis cum incestuoso poterit dispensare determinatur. 1521.a.b.c.d.e
INDI ex speciali priuilegio Pauli II. possunt contrahere intra tertium & quartum consanguinitatis gradum. 1431.b
INDVLGENTIAS sibi ipsi concedere potest episcopus vel alius, qui tali potestate gaudeat. 1021.a
INFAMIAE metus est cadens in constantem virum, quando talis est infamia cui non potest subueniri. 1345.c
INFANTES pro Christo occisi absque baptismo an salui fiant. 135.c. & 137.c
INFIDELIS adulti non coactione, sed persuasione ad fidem sunt inducendi. 182.c.d
Infideles in gradibus prohibitis consanguinitatis si ad fidem conuertantur, quando non sunt separandi. 1452.d
Infideles qui in sua infidelitate contraxerunt, postea ad fidem conuersi non tenentur suscipere benedictiones necessarias. 1562.d
Infidelis non baptizatus & ordinatus, oportet vt baptizetur & iterum ordinetur. 1528.c
Infidelis matrimonium quamuis possit esse verum, non tamen est sacramentum. 1528.c
Infidelis conuersus ad fidem quomodo se habere debet cum consorte, si noluerit ad eadem fidem conuerti. 1539.c. & 1540. & 1541. & c.
Infidelis conuersi vxor si nollens ad fidem mariti conuerti fornicata fuerit, etiam si postea conuertatur, dimitti poterit à viro. 1544.d
INFIRMVS quomodo vngendus &

in quibus partibus, vide in verbo, Extrema vntionis.
Infirmus qui à amissa loquella, vel mutus dantes contritionis signa an sint absoluedi. 755.a
INNOCENTII opinio circa formam sacramenti eucharistiae examinatur. 284.c
INTELLECTVS hominis viatoris, sicut nec angelicus per sua naturalia, non potest cognoscere modum existendi Christi in sacramento, nisi per fidem. 342.c
Et quid de anima Christi, ibidem. d
Intellectus hominis & angeli per visionem diuinæ essentiae, & à fortiori intellectus Christi vident modum existendi Christi corporis in sacramento. 343.a
INTENTIO ministri requiritur ad sacramenti perfectionem. 83. 84. & 85.
Intentio est triplex habitualis, actualis & virtualis. 85.d
Intentio ministri est duplex altera respectu actus sacramentalis, altera respectu finis. 87.b.c
Intentio, quæ requiritur ad perfectionem sacramenti, qualis sit. 85. vsque 90.
INTERDICTVM quid sit & in quo differat ab alijs censuris. 1070.c & 1071.a.b.c.d.e
Interdictum vtrum emanet à iure, an tantum ab homine. 1072.b
Interdictum genericè sumptum triplex est, personale tantum, locale tantum, Traduntur cuiusque diuisiones & definitiones, ibidem. d
Interdictum quibus modis emanare potest à iure. 1073.a.b
Et enumerantur septem casus, ibidem. b.c.d.e
Interdictum à iure nemo tenetur obseruare ante denunciationem per iudicem faciendam. 1074.a
Interdictum quis ponere potest. 1074.b
Interdictum cum imponitur, an requirat cau-

Index materiaram.

causam & quam. 1075.b
Interdicti sententia imponi non potest generaliter populo pro debito absque autoritate expressa Apostolicæ sedis. 1075.e
Interdictum quando requirit præuiam monitionem, quando vero non. 1076.b
Interdictum an sit ferendum sub certa forma verborum, ibidem. d
Interdicti sententia vt liget sufficit publica promulgatio, sine particulari intimatione. 1077.b
Interdictum an possit suspendi pro arbitrio iudicis. 1077.c. & 1078.a.b
Interdictum à iure potest episcopus relaxare, si conditor iuris non reseruauerit. 1078.d
Interdictum rationabiliter positum à iudice inferiori, superior non debet relaxare sine condigna satisfactione & consentu illius qui tulit. 1078.e
Interdictum est nullum ipso iure si post appellationem fuerit decretum. 1079.b
Interdicti effectus. 1079.d.e. & 1080. a.b.c.d.e
Interdicti tempore multa sunt quæ fieri prohibentur. 1079.d. Et quæ sint ibidem connumerantur.
Interdicti tempore quæ liceant. 1082.c vsque 1089.a.b.c.d.e
Interdicti localis tempore possunt habitatores non culpabiles extra tale locum missam audire & alia exercere quæ licent quando non est interdictum. 1087.c
Interdicti tempore an liceat sepelire mortuos in ecclesia in illis festiuitatibus in quibus interdictum suspenditur. 1090.d.e
Interdictum violantes quas pœnas incurrant. 1091.e. & c.
Interdictum violare quando dicantur clerici, ad hoc vt pœnas statutas incurrant. 1093.c. & c.
Interdictum violare laici quando dicantur. 1095.b
INTERPRES confessionis non tenetur tam arcto vinculo ad sigillum confessionis quam sacerdos. 759.e
Interpres reuelas confessionem acriter est puniendus quamuis non rigore iuris quo sacerdos. 760.b
Interprete interueniente an possit fieri confessio quando ignoratur lingua. 751.e. vsque. 761.a
IOANNES Baptista lotus fuit Christi baptismo. 159.c
Ioannis Baptista officium quando baptizabat. 104.c
IRREGVLARITAS bigamiae causa, quod impedimentum inducat ad certa sacramenta suscipienda. 1611.c
Irregularitas bigamiae à tempore Apostolorum introducta est. 1617.e
Irregularitate incurrit episcopus conferens tam minores quam maiores ordines tempore interdicto. 1196.b
Irregularitatem incurrit Clericus, vide in verbo, Clericus interdictus.
IUDEX secularis secundum allegata & probata iudicare tenetur. 732.b
Iudex inferior non potest absolvere aliquem de crimine reseruato sine facultate superioris cui reseruatur. 744.b
Iudex ecclesiasticus an possit excommunicare subditum suum ad alium territorium fugientem. 1015.b
Iudex, qui tulit excommunicationem potest absolvere ab ea. 1048.c
Iudex laicus an possit absolvere ab excommunicatione. 1053.c.d.e
Iudex laicus quando potest excommunicare & absolvere, & quando non, ibidem.
Iudices ecclesiastici pro re leui indiscriminatim excommunicationem ferentes mortaliter peccant. 985.a
Iudicis sententia apta esse non potest nisi cognoscat aliquod crimen in specie. 756.b
Iure naturali prohibita in duplici sunt differentia. 1447.a
Iurisdictionis potestas in quo differat à potestate characteris. 277.c.d

Index materiaram.

I V S vnum est simpliciter diuinum, aliud est diuinum & naturale simul. 1451.d
Iusta vis est quando ex lege procedit. 1358.e
Iustitia publicæ honestatis quæ oritur ex spõsalibus legitimè contractis impedit matrimonium. 1471.c
Iustum dupliciter sumitur. 495.a

L.

L A I C I in primitiua ecclesia sub vtraque specie communicabant, & quare. 421.d
Laici sub vna tantum specie communicandi sunt, & non sub vtraque. 421. c. & quare. 423.c
Laici an minorem recipiãt gratiam quã sacerdotes, propterea quod hi sub vtraque, illi autem sub vna tantũ specie communicent. 428.b
Laici quando dicantur violare interdictum. 1095.b
Laicis antiquitus mos erat hauriẽdi sanguinem ex calice fistula aurea. 428.b
Laicus an possit audire confessionem, & poenitens teneatur laicum adire non data copia sacerdotis. 787. b. & deinceps.
Laicus audiens confessionem an possit impendere absolutionem sacramentalem. 789.a
Laicus absolvens de facto confitentem licet sit graũter puniendus, & non teneat absolutio, tamen non manet irregularis. 789.c
L A T I N I consecrant in pane azimo. 271.d
Latini cur consecrant in pane azimo, ibidem.e
L A T R O bonus an fuerit baptizatus. 160.c.d.e
L E G A L I A semper fuerunt sub præcepto ante passionẽ Christi. 106.b.c
Legalia omnia fuerunt extincta in passione Domini quantum ad præceptum, & quantum ad virtutem.

106.c.d
Legalia quando cessarunt, & quando fuit mortiferum illis vti. 107. & 108.
Leges rationabiliter pro tempore mutantur. 422.a
Leges marito permittunt vxorem occidere in adulterio comprehensam. 1549.d
Legi naturæ calibatum esse consentaneum probatur. 1419.c
L E P R O S I S vtrum dari debeat sacramentum eucharistiæ. 410.b
Lex euangelica dicitur nouum & æternum testamentum, & ratio. 293.d
Lex gratiæ non destruit legem naturæ. 736.e
Lex quæ prohibet matrimoniũ, subinde prohibet sponsalia. 1371.d
L I C E N C I A requiritur à proprio parocho ad confitendum alteri. 816.d.e.
L I G A M E N an impediãt matrimonium contrahendum & dirimat contractum. 1524.b.c.d.e. & c.
L I N E A consanguinitatis quid sit, & quotuplex. 1426.b
Linea in hoc casu nõ accipitur pro specie quantitatis, sed pro rebus linealiter ordinatis. ibidem.
Lineæ consanguinitatis gradus tres assignantur descendentiũ, ascendentiũ, & transversalium. 1426.e
Lineæ ascendentiũ & descendentiũ quot sunt personæ tot sunt gradus, vna dempta. 1430.a
in Linea transversali aliter computantur gradus à legistis quàm à canonistis. 1429.b
Linearum consanguinitatis explicatio & regulæ. 1430.a.b.c
L I N G V A E igneæ quæ apparuerunt super capita Apostolorum non sunt dicendæ signa practica, nec sacramenta. 5.b
L I T E R A E sacræ non sunt signa practica nec sacramenta. 5.c
L V T H E R A N O R V M error circa mate-

Index materiaram.

materiam baptismi. 199.c
Lutheranorum argumentum circa communicationem sub vtraque specie, dissoluitur. 425.a
Lutheri error reprobatur dicentis originale remitti in baptismo, sed non radicitus deleri. 191.b.c
Lutheri error circa necessitatem confessionis. 646.e
Lutheri & Vuiclef error confutatur, dicentium laicos posse facere quod sacerdotes faciunt. 430.e
Lutherus circa consecrationem panis & vini Nestorianorum errorem suscitauit. 424.b

M.

M A G I S T E R sententiarum refellitur circa formam sacramenti poenitentia. 517.b.c.d.e. & 518.
M A L E F I C I A possunt esse temporalia, & etiam perpetua. 1513.d
Maleficij impedimentum ad matrimonium. 1512.b
Maleficio vti an liceat ad dissoluendum aliud maleficio. 1515.c.d
Maleficio an sit impedimentum impediens dirimenque matrimonium. 1512.c
Maleficio carnalem copulam impedire possibile est, imo frequenter cõtingit. 1513.c
Maleficio si sit perpetuum & præcedat matrimonium, impedit ipsum contrahendum & dirimit contractum, non tamen si sit temporale. 1513.c
Maleficio an sit temporale, an verò perpetuum quo modo constare possit. 1515.a
Maleficio reputatur perpetuum si eius impedimentũ adhuc durat post triennium, in quo studiosè data fuit operam carnalium copulæ. 1515.b
Maleficio adeo de se est malum vt fieri absque culpa nequeat, ibidem.d
M A N D V C A R E spiritaliter qua-

tuor modis dicitur. 378.e
M A N I C H E O R V M error reprobatur dicentium, baptismum prorsus nullum habere effectum. 192.b
M A N N A licet rem sacram significaret, non fuit sacramentum. 5.d.e
Manna typus erat eucharistiæ sacramenti. 422.c
M A R I A virgo fuit baptizata. 159.b.c.d
M A R I T V S potest impune occidere adulterantem vxorem, in flagranti adulterio comprehensam, lege seculari id permittente. 1549.d
Maritus non potest in foro conscientia occidere vxorem adulteram propria autoritate absque peccato etiam in flagranti adulterio deprehensam. 1545.c. & 1549.a.b.c
Maritus occidere potest in conscientia foro absque peccato vxorem conuictam de adulterio, quando autoritate publica sibi traditur occidenda. 1550.b
Maritus propria autoritate non expectata iudicis ecclesiastici sententia an possit vxorem adulteram dimittere. 1583.a.b.c.d.e. & 1584 & 1585.
Maritus & vxor vtrum par ius habeant in causa diuortij. 1586.b.c.d.e. & 1587.a.b.c.d.e. & 1588.
Maritus facto diuortio an possit alia ducere. 1589.b.c.d.e. & c.
M A R T Y R I V M sine charitate susceptum non confert gratiam. 136.a
Et quid erit, si qui patitur martyrium obicẽ non ponat gratiæ, ibidem.b
Martyrium an sit sacramentum. 134.d.e. & 135.136.137.138. & 139.
Martyrium ad remissionẽ peccati mortalis absque poenitentia formali sufficit. 556.a.b.c
M A T E R I A sacramentorum debet esse illa quæ vbique reperiri possit. 1102.c
Materia sacramenti baptismi, vide in verbo, Baptismus, & verbo, Aqua.
Materia sacramenti eucharistiæ, vide in

Index materiarum.

verbo, Eucharistia.
 Materia sacramenti extremæ unctionis, vide in verbo, Oleum.
MATRIMONIA absque bannis contrahi, nisi ex rationabili causa nõ debent permitti. 1334.a
 Matrimonia conditionata qualia : & quam vim in eis habeant variæ conditiones. 1362. 1363. 1364. &c.
 Matrimonia quæ in Leuitico sunt prohibita inter ascendentes an iure naturali sint prohibita. 1440.c
 Matrimonia duo si aliquis contraxisset de facto, quamvis iure essent nulla, cõsecutus esset bigamus. 1613.e
 Matrimonialis actus non solum est licitus, sed & potest esse meritorius apud Deum. 1209.b.c.d
 Matrimonialis actus est licitus & necessarius etiam in statu naturæ integræ. 1205.d
 Matrimonialis actus est bonus & sanctus. 1382.c
 Matrimonialis contractus viri certi ad certam spem inam sicut est legitimus inter fideles, ita inter infideles quatenus matrimonium est naturæ contractus & concupiscentiæ remedium. 1526.d
 Matrimonij duplex est finis. 1196.e
 Matrimonij sacramenti materia & forma. 1221.c
 Matrimonij contrahendi nulla est obligatio, nec diuina nec naturalis quæ singulos homines adstringat : est tamen quæ communitatem obligat. 1201.e
 Matrimonij sacramentum si quis dixerit gratiam non conferre, esset hæreticus. 1217.e
 Matrimonij contractus cur matrimonium potius quam patrimonium dicatur. 1256.e
 Matrimonij definitio quæ. 1256. d. e. & 1257. 1258. & 1259. &c.
 ad Matrimonij substantiam an requiratur interior consensus, vel sufficiat protulisse verba. 1260.d

Matrimonij consensus verbis vel signis vel factis exprimi oportet, quia interior solus nõ sufficit. 1267.b
 Matrimonij sacramentum de necessitate præcepti ecclesiæ autoritate fieri semper fuit necessarium. 1325.d
 Matrimonij essentia non habet aliqua verba à ministro necessario dicenda nec ante nec post Concilium Tridentinum. 1328.a
 Matrimonij clandestini vsus an sit peccatum mortale. 1342.a.b.c.d.e. &c.
 Matrimonij conditiones pariter habent in sponso quàm in sponsa. 1365.a
 de Matrimonij essentia non est copula carnalis, licet sit de eius essentia ius petendi debitum. 1366.a
 Matrimonij contractus sub conditione turpi celebratus, quæ est contra substantiam matrimonij, an teneat. 1375.c
 Matrimonij vsus quando impeditur ratione cognationis spiritualis. 1386.a
 Matrimonij impedimenta, vide in verbo, Impedimentum.
 Matrimonio coniunctorum quædo uterque amens est siue furiosus separandi sunt adinuicem donec ad mentem redeant. 1517.e
 Matrimonio consummato an liceat alteri coniugum altero inuito ad religionem transire. 1565.e
 Matrimonio consummato nullus coniugum habet libertatem altero inuito religionem intrandi. 1569.b
 Matrimonium primorum parentum fuit sacramentum. 6.b
 Matrimonium & contractus est sacramentalis & naturalis, sed aliquando alterum sine altero est. 753.c
 Matrimonium contractum per procuratorem an sit sacramentum, ibidè. & 1279.e. & 1284.d
 Matrimonium à Deo ipso omnium creatore est institutum. 1193.a
 Matrimonium an sit hominibus naturale. 1197.d

Matri-

Index materiarum.

Matrimonium quo modo sit hominibus naturale. 1197.a.b.c
 Matrimonium vtrum sub præcepto cadat. 1200.d.e. &c.
 Matrimonium est vnum de septem sacramentis ecclesiæ. 1211.d
 Matrimonium est nomen æquiuocum. 1213.b.c
 Matrimonium hac nostra tēpestate negare conferre gratiam temerarium & hæreticum est. 1214.a
 Matrimonium non deicit ab statu continentia, sed volentes deficere ab eo subitinet. 1220.b
 Matrimonium verum an requirat carnalem sexuum commistionem. 1223.b
 Matrimonio quodam modo consideratum seclusa carnali cõmitione verum, perfectum & integrum est. 1223.c
 Et quonam modo imperfectum dicatur absque copula. 1226.a.b
 Matrimonium an efficiant sponsalia copula confirmata. 1243.b
 Matrimonium est viri & mulieris legitima coniunctio, &c. an sit bona eius definitio. 1256.d.e. &c.
 Matrimonium non est consensus interior. 1257.d
 Matrimonium non est inmutua obligatio ad reddendum debitum. 1258.a
 Matrimonium supponit pro vinculo & obligatione mutua. 1258.d
 Quod quidem vinculum est relatio rationis. ibidè.
 ad Matrimonium necessario requiritur consensus. 1261.a
 Matrimonium sine consensu vtriusque contrahenti nõ est possibile in terra potestate ecclesiastica nec ciuili. 1263.e
 Matrimonium contractum à parētibus pro filijs sine eorum consensu nihil valet. 1262.c. & 1359.b
 ad Matrimonium filiorum de honestate tantum requiritur consensus parentum. 1263.d
 Matrimonium sine consensu an possit esse de potentia Dei absoluta. 1265.b

Matrimonium in facie ecclesiæ celebratum altero contrahentium interius non consentiente an sit verum. 1273.e
 Matrimonium contractum per literas verum est & indissolubile. 1278.b
 Matrimonium per procuratorem celebratum quid ad tollendos scrupulos requirat. 1279.c
 Matrimonium per literas contrahendum quæ necessario requirat. 1282.c
 Matrimonium contractum per procuratorem an obliget in conscientia. 1283.a
 Matrimonium per procuratorem celebratum quam vim habeat post Concilium Tridentinum. 1286.c
 Matrimonium litigiosum ante Concilium quomodo ab ecclesia discernebatur. 1298.c.d
 si Matrimonium primum est verum nõ licet ad secundas transire renuptias. 1314.d
 Et quid si est dubium & incertum, ibidè. s
 si Matrimonium primum non est certum nec probabile tunc sine scrupulo poterit quis ad secundas nuptias transire. 1315.b
 Et ad hoc discernendum quid opus est. ibidè. d
 Matrimonium clandestinum an sit validum. 1315.d
 Matrimonium clandestinum ante concilium per verba de præsentem contractum validum erat. 1316.d
 Matrimonium clandestinum post concilij definitionem est nullum. 1319.b.c
 Et an ecclesia huiusmodi clandestina matrimonia annullare potuerit. ibidè. d.e
 Matrimonium clandestine contractum, quando erat peccatum mortale. 1321.c
 Matrimonium clandestinum quibus ex causis licebat contrahi ante Concilium Tridentinum. 1324.a
 Matrimonium contractum sine ministro ecclesiæ ante Conc. Trid. probabilis est esse verum sacramentum. 1326.e

Index materiaram.

ad Matrimonij perfectionem & validitatem quid hodie sit necessarium. 1328.e
 ad Matrimonij essentiam nec ante Concilium nec post sunt necessaria aliqua verba ministri ecclesiastici. 1328.b
 Matrimonium contrahentes quam intentionem, dispositionem & preparationem habere debeant. 1333.a
 Matrimonium ut metus impediatur debet esse ab extrinseco illatus. 1347.a
 Matrimonium quoad durat metus grauis siue actu aliter siue virtualiter omni iure est inualidum: potest tamen esse validum si cessante metu de nouo consensus adsit. 1350.d
 Et hoc est contra Cardinalem. 1351.b
 Matrimonium plenissimam libertatem & deliberationem exigit. 1352.a
 Matrimonium metum mortis consummatum an sit verum. 1356.d
 Matrimonium contractum imperio vel precibus regis vel cuiusvis Domini qui tyrannicè solet tractare subditos sibi non obtemperantes, nullum est. 1358.a
 Matrimonium blanditijs vel persuasibus contractum validum est, & quare. 1359.e
 Matrimonium contractum sub conditione possibili de presenti adiecta verbo de presenti tenet. 1363.d
 Et quid si talis conditio honesta sit de futuro, & adijciatur verbis de presenti. 1364.d
 Matrimonium post Concilium celebratum, nisi contrahentes sint presentes & consentiant non est validum. 1364.c
 Matrimonium contractum sub conditione quamuis honesta, si sit contra substantiam eius, est nullum. 1365.c
 Matrimonium fieri potest inter filios seruorum & si vendi possint statim cum fuerint nati. 1366.d
 ad Matrimonium perfectum an sit necessarius absolutus consensus in actualem copulam carnalem. 1367.d
 Matrimonium sub conditione celebratum, an adimpleta conditione requi-

rat nouum consensum. 1368.a
 Matrimonium contractum sub conditione impossibili ex natura rei, an valeat. 1373.b
 Et quid si conditio non sit impossibilis ex natura rei, sed ex conditione personæ. 1374.b
 Matrimonium contractum sub conditione turpi vel impertinèti quæ vim habeat. 1374.c. & 1375.c
 Matrimonium contractum sub his verbis, Si fueris virgo, an sit validum. 1376.a
 Et quid si dicat, Forte accipiam te in virum vel uxorem, ibidem.d
 Vel dicat, Nô aliam nisi te ducam. 1377.c
 Matrimonium excusandi negotium vnde fuit introductum. 1379.a
 Matrimonium plurimas molestias ac tribulationes, oneraque grauissima secum importat. 1379.e
 Matrimonium excusatur & honestatur per aliqua bona. 1379.d
 Et quæ sint ista bona per quæ matrimonium excusatur. 1380.e
 Matrimonium exculantia tria sunt tantum bona, Bonum prolis, Fides, Sacramentum. 1380.d. & 1381.a.b
 Matrimonium significat vnionem Christi cum humanitate, & ecclesia. 1381.c
 Matrimonium quatenus est vinculum ex contractu resultans excusatur, & quatenus est sacramentum est bonum excusans. 1381.c.
 Matrimonium impediunt quæ his versibus continentur. 1393.c
Error, Conditio, Votum, Cognatio, crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas.
Si sis affinis, si forte coire nequibus.
Hæc socianda vetant Connubia, facta tractant.
 Matrimonium contrahere cum alia post sponsaliorum impedimentum, aut post simplex votum castitatis peccatum est mortale. 1394.e
 Matrimonium impedit error personæ concomitans. 1397.a
 Matrimonium non euacuat error qualitatis

Index materiaram.

littatis personæ. 1397.d
 Matrimonium non impedit error nobilitatis aut fortunæ. Secus si redundet in errorem personæ. 1398.b
 Matrimonium contractum inter ancillam & liberum, vel è contra inter seruum & liberam cognita conditione seruitutis, est validum. 1402.a
 Et quid si liber contraxit ignoranter cum ancilla, quæ postea adeptæ est libertatem. 1402.b
 Matrimonium serui contrahere possunt, quia seruitus non adimit seruis ius contrahendi. 1403.b
 Matrimonium quando liberam efficiat seruam contrahentem. 1405.a
 Matrimonium contrahere potest seruus inuito domino absque peccato, sed non potest ingredi religionem nec promoueri. 1406.a
 Matrimonium contrahendum impedit votum simplex, non tamen dirimit contractum. 1406.e
 Et quid si postquam de facto contrahat petat debitum. 1410.d
 Matrimonium contrahentes si vterque votum castitatis emiserit, quid facere debent in redditione & petitione debiti. 1412.b
 Matrimonium tam contrahendum quàm contractum dirimit votum solemne. 1413.e
 Sed an ex natura sua iure diuino dirimat matrimonium, an ex ecclesiæ instituto. 1414.d
 Et an in hoc voto dispensare possit summus pontifex. 1416.c.d
 Matrimonium contractum ab eo, qui est sacris initiatus non est validum. 1418.b
 Matrimonium contrahere possunt sacerdotes Græci ex Papæ dispensatione. 1422.a
 Matrimonium si contraherent clerici presbyteri, quæ incommoda sequerentur. ibidem. b. c. d. e
 Matrimonium inter quas personas consanguineas prohibitum sit iure naturali & diuino in linea recta. 1436.e

Matrimonium non est prohibitum iure naturali in omnibus consanguinitatis gradibus in Leuitico connumeratis. 1435.e
 Matrimonium contractum ab infidelibus in gradibus consanguinitatis iure naturali & diuino prohibitis, esset separandum, si ad fidem conuerterentur. 1439.a
 Matrimonium an sit vltra primum gradum consanguinitatis iure naturali prohibitum inter ascendentes & descendentes in linea recta. 1440.c
 Matrimonium solum est prohibitum iure naturali & diuino in primo gradu lineæ rectæ. 1442.a
 Et de quo iure naturali hæc conclusio sit intelligenda. 1443.a
 Matrimonium quodam modo iure naturali est prohibitum inter fratres. 1447.c. & 1448.c. & 1449.a. b. c.
 Et excusatur connubium Abrahæ cum Sara sorore. 1450.d
 Matrimonium nec iure diuino nec naturali est prohibitum inter collaterales. 1451.c
 Matrimonium infidelium, ex consuetudine contractum intra gradus consanguinitatis iure tantum positio prohibitos, si ad fidem conuerterentur, non est dirimendum. 1452.d
 Matrimonium affinitatem procreat. 1454.a
 Matrimonium tam contrahendum quàm contractum ab affinitate impeditur. 1459.e
 Et quomodo sit hæc conclusio intelligenda. 1460.b
 Matrimonium an sit in aliquo gradu affinitatis iure naturali prohibitum. 1463.b
 Matrimonium infidelis, quod post mortem uxoris cum affini fuit contractum ipso infideli iam baptizato, an sit validum. 1468.e
 Matrimonium an impediatur per iustitiam publicæ honestatis. 1470.e. & 1471. 1472. & 1473. & c.

Matri-

Index materiaram.

Matrimonium semel legitime contractum nunquam dirimitur quo ad vinculum nisi per ingressum religionis ante copulam. 1485. e
 Matrimonium per catechismum non impeditur. 1498. c
 Matrimonium impeditur non naturaliter sed positivè à cognatione legali ex adoptione resultante. 1503. c
 Matrimonium contrahendum impeditur & contractum dirimitur impotentia coeundi perpetua & naturalis. 1506. b
 Matrimonium est quidam contractus, quo coniuges alterutrum se obligant ad debitum carnalem sibi inuicè reddendum. 1506. d
 Matrimonium nullum hodie contrahitur absque ecclesie autoritate. 1507. e
 Matrimonium quando, & ex qua impotentia non dirimitur, etiam si nondum sit consummatum. 1509. d
 Matrimonium quando propter amenitiam & furorem dirimitur, & quando non. 1517. a
 Matrimonium an impediatur ab incestu & quando. 1519. 1520. & c.
 Matrimonium ante ætatem constitutum erit validum, si contrahentes vere fuerint carnaliter copulati, vel saltem ad id idonei. 1522. e
 Matrimonium inter ligatos an sit firmum. 1524. c. d. e
 Matrimonium secundum contractum vivente primo dirimendum est. 1524. e
 Et quæ continuè requiratur de morte coniugis absentis ut alter possit ad secundas nuptias transire absque culpa. 1525. c. d. e
 Matrimonium quomodo sit quid naturale. 1526. c
 Matrimonium inter infidelis an sit legitimum. 1526. 1527. & 1528.
 Matrimonium inire cum infidelebus vtrum sit licitum. 1529. b. c. d. e. & 1530. 1531. & 1532. & c.
 Matrimonium quod reperitur inter infideles non est censendum sacramentum. 1528. c
 Matrimonium iure naturali non est prohibitum inter fidelem & infidelem: nec disparitas cultus dirimit matrimonium. 1330. b
 Sed esset mortale contrahere fidelis cum infideli stando solum iure naturæ & diuino. 1331. e
 Matrimonium inter dispares cultu solo iure mere positivo est nunc prohibitum. 1532. b
 Matrimonium & si prohibitum sit per aliqua concilia inter fidelem & hæreticum, si tamen contrahatur tenet & valet. 1533. e
 Matrimonium non dissolvitur quo ad vinculum quando alter coniugum incidit in hæresim. 1534. b
 Quavis diuortium sit faciendum. ibidem. c
 Sed an si resipiscat, teneatur catholicus eum recipere. ibidem. d
 Matrimonium infidelium ad fidem conuerforum legitime contractum, non necessario dirimitur. 1536. a
 Et quid erit si vnus tantum conuertatur, altero in infidelitate manente. ibidem. c
 Matrimonium inter infideles celebratum quando vnus tantum conuertitur, ex qua causa dissolui poterit, ita ut alter fidelis possit ad secundas nuptias transire, & quando non. 1540. e. & 1541. a
 si Matrimonium inter infidelem & conuersum est dirimendum quo tempore dirimatur. 1543. d
 Matrimonium quod infidelis conuersus ad fidem Christi contrahit, soluit matrimonium quod prius in infidelitate contractum erat. 1543. e
 Matrimonium nunquam dissolvitur quantumcunque infidelis cum fidele recuset habitare quousque fidelis aliud matrimonium contrahat. 1543. e
 Matrimonij vinculum non dissolvit contumelia infidelis sed ius petendi debet. 1544. a
 Matrimonium dirimitur inter adulteros, qui machinati sunt mortem alterius

Index materiaram.

rius coniugis, etiam si non præcedat adulterium. 1551. e
 Matrimonium non potest esse inter adulteros, qui perse vel per alium occiderunt alterum coniugum. 1552. e
 Matrimonium sex crimina impediunt contrahendum, non tamen contractum dirimunt. Et quæ sint ista crimina. 1555. b
 Et in his impedimentis quæ non dirimunt matrimonium contractum, sed contrahendum episcopus dispensare potest. 1556. e
 Matrimonium contrahendum an impediatur tempus feriarum. 1557. e
 Matrimonium solemniter celebrare temporibus ab ecclesia prohibitis, vtrum sit peccatum mortale. 1559. d
 Sed an sit peccatum mortale his temporibus matrimonium consummare. 1560. d
 Matrimonium consummare ante benedictiones & velationes an sit peccatum mortale. 1561. a. b. c. d. e. & 1562. a. b. c
 Et qui non tenentur suscipere benedictiones. 1562. d. & 1563. a. b. c. d
 Et à quo necessario sunt accipiendæ. ibidem. e
 Matrimonium duplex ratum & consummatum. 1566. a
 Matrimonium ratum non consummatum an possit à papa dissolui. 1573. b
 Matrimonium secundum mortuo primo coniuge licitum est. 1563. d. e
 Et est verum sacramentum. 1564. e
 Matrimonium est significatiuum coniunctionis Christi & ecclesie. 1618. a
 Matrimonium quando & quomodo se paratur propter fornicationem. à co. 1574. d. vsque. 1611. vbi agit de diuortio.
 MASSILIANISTARVM error circa necessitatem confessionis. 646. d
 MEDICVS spiritualis debet totam peccatoris infirmitatem intelligere. 333. d
 MENDACIVM in confessione quando sit peccatum mortale. 681. & 682.
 MERITVM quod se tenet ex parte operantis, & satisfactio seu solutio pænæ quæ ad meritum consequitur, statim datur homini cum in testamento iubet pro se satisfactionem fieri. 873. a
 METVS quod duplex sit. Et de metu cadente in constantem virum. 1343. d. e. & c.
 Metu contracta matrimonia, vide. 1345. 1346. vsque. 1357.
 Metus matrimonium impediens debet esse ab extrinseco illatus. 1347. a
 MINISTER seruando ritum suæ ecclesie non peccat. 18. e
 Minister an peccet & qualiter mutatione, corruptione, interruptione, & transpositione verborum. 18. e. per septem conclusiones.
 Minister mutando formam ex inconsideratione vel lapsu linguæ naturalis, non peccat. 19. b
 Minister si astitet & corrumpt formam ut legitimus sensus auferat, crassa quadam inaduertentia, mortaliter peccat & sacrilegium committit. 19. c
 Minister operatur tanquam instrumentum, interiorum effectum sacramentorum. 58. b
 Minister sacramentorum debet esse homo, non angelus. 58. c
 Minister qua ratione sit causa remissionis peccatorum. 58. e. & 59. a
 Minister malus in quantum minister, hoc est, si deficiat in necessarijs non conficit sacramentum. 68. c
 Minister dicitur malus duobus modis. 65. e
 Minister malus non confert minorem gratiam quam bonus. 67. b
 Minister in mortali existens administrans quodcunque sacramentum ex officio, ex genere suo peccat mortaliter. 69. b
 Minister in grauiori peccato vel censura existens, grauius peccat administrando.

Index materiaram.

do sacramenta. 70. b
 Minister in mortali existens administrādo dignius sacramentum grauius peccat. 70. b
 Minister & eius intentio an sint de essentia sacramenti baptismi. 100. d
 Minister tantum est de necessitate baptismi non de eius essentia. 100. d. e
 Minister & eius intentio non sunt de essentia baptismi. 100. d. e
 Minister an possit plures simul baptizare. 120. a
 Minister proprius & legitimus baptismi est sacerdos. 147. b. c
 Minister baptismi in casu necessitatis potest esse quilibet homo, etiam si sit laicus, vir, femina, infidelis & proprius parens. 145. e
 Et quis nā ordo in hoc sit seruāndus. 146. e
 Minister in peccato mortali existens an perdat potestatem iurisdictionis, vt absolueret non possit. 95. b
 Minister sacramenti confirmationis est solus episcopus. 242. b
 Et an possit papa committere alijs non episcopis, vt conferant hoc sacramentum. 243. d
 Minister sacramenti eucharistiae, qui cōsecrare, & missam celebrare potest est solus sacerdos legitime ordinatus. 430. b
 Sed an huius sacramenti dispensatio possit fieri per alios ministros. 434. b
 Minister sacramenti poenitentiae solus est sacerdos rite ordinatus. 787. b
 Et an laicus possit confessionem audire. 788. b. c. d. e
 Et cui sacerdoti confitenda sunt peccata tam referuata quam cætera. à 790. vsque. 836.
 Minister sacramenti extremæ vnctionis est solus sacerdos. 113. d
 Et non debet esse simplex sacerdos. 115. a
 Et quid si præsumitur rati habitio. ibidem. c
 Minister ordinarius sacramenti ordinis est solus episcopus. 1163. d

Et an possit à papa alijs committi ordinum collatio. 1164. d
 Et an episcopi hæretici, schismatici & ab ecclesia præcisi possint hoc sacramentum ministrare. 1165. e
 Minister sacramenti matrimonij est parochus. Et quis esset ante Cōc. Tri. cū solus mutus consensus sufficiebat. 1216. b
 Ministri mali an conferre possint sacramenta. 66. & 67.
 Ministri minorum & maiorum ordinū quo pacto mortaliter peccent in suo ministerio. 73. b. c. d. e. & 74.
 Ministri mali, id est, peccatores administrantes sacramenta quibus in casibus peccent. 68. vsque. 77.
 Ministri sacramentorum in duplici sunt differentia. 68. b. & 74. a
 Ministri intentio ad sacramenti perfectionem requiritur. 83. 84. 85.
 Ministri actus in forma sacramenti baptismi quare ratione exprimi debeat. 113. a. b. c. d
 à Ministro malo tolerato ab ecclesia licitum est sacramentum percipere. 78. c. d. e. & 79.
 à Ministro non tolerato ab ecclesia non est licitum sacramentum recipere. 79. e. & 80.
 à Ministro, qui parochus est, existēti in mortali licet petere sacramēta in omni casu, vel ab habente vicem illius. 81. a. b. c
 à Ministro nō parochus existēti in peccato mortali non licet petere sacramenta. 81. d. e
 à Ministro parato, quicumque sit ille licet petere sacramenta. 82. d. e
MIRACVLA, quæ in sacramento eucharistiae aliquando apparent dupliciter euenire possunt. 344. c
 Et an illud quod apparet sit vera caro & sanguis Christi. 345. d
 Et quid sacerdos tunc temporis agere debeat. 347. d
MISSA dominicę passionis est repræsentatio. 419. b.

Missā

Index materiaram.

Missā mali ministri ex opere operato tantum prodest quantum boni. 437. d
 Sed si orationes quæ in missa dicuntur nomine ecclesie fundantur eiusdem sunt valoris in bono quam in malo sacerdoti. 438. a
 Secus si ex peculiari deuotione sacerdotis orantis emanent. ibidem. b
 Missa licet quantum ad sufficientiam à quocunque & quocunque tempore oblata eiusdem sit valoris: tamē quantum ad efficaciam maioris erit valoris in vno tempore quam in alio. 439. a
 Missa ex parte sacrificij & orationū quæ ab ecclesia institutæ sunt vt publice fundantur, magis satisfactoria ac impetratoria esse potest vno tempore quam alio. 439. c
 Missa excommunicati & hæretici an liceat possit audire: & ab eis sacramenta recipi. 440. a. b. c. d. & 441. a. b. c. d. e
 Missa pro pluribus oblata an singulis tantum proficit, ac si pro vno tantum offeratur. 444. b. c. d. e. & c.
 Et an sacerdos elemosynam recipiens à pluribus satisfaciatur vna missa pro omnibus. 1455. e
 Missa an sit quotidie necessario dicenda in ecclesia. 457. e. & 458. & c.
 Missa solennis regulariter est à tertia vsque ad nonam in ecclesia celebranda. 462. c
 Missa an liceat celebrari propter necessitatem in ecclesijs violatis. 469. c. d. e
 Et enumerantur casus in quibus ecclesia violari contingit. ibidem.
 Missa incæpta si sacerdos meminerit aliquis peccati mortalis, quid facere teneatur. 479. e
 Missa cæpta si moriatur sacerdos vel percutiatur, ita vt non possit finire missam quid faciendum. 481. b
 Missa ab vno incæpta & non finita propter aliquam vrgentem causam an possit ab alio fini. 481. c

Missæ plures vno die & ab vno dici an liceat. 460. & 461.
 Missa priuatæ regulariter debent in die celebrari & non in nocte. 462. d
 Missæ sacrificium vtrum oporteat fieri in domo & vasis sacris. 464. e. & c.
 Et de priuilegijs summi pontificis celebrandi in domo non consecrata. 466. b
 Missam audire tenemur diebus festis sub mortali peccato. 472. e
 Missam proprij festi audire nemo tenetur. ibidem. d
 Missam intelligere non est necessarium, est tamen necessaria assentientia personalis. ibidem. e
 Missam incæptam audientes quando adimplent præceptum, & quando non. 473. a. b. c.
 Missam audire excusamur tempore interditi: sed non excusantur habentes priuilegium. 475. a
 Missam audire qui præterea excusentur. ibidem. c. d. e
 Missæ defectus contingentes, vide in verbo, Defectus.
MONACHVS votum peregrinationis emittens, si per prælatum liceat, obtenta licentia, manet voto adstrictus. 1372. c
MONITIO trina an sit de essentia excommunicationis. 989. b
MORALIA opera sunt in triplici differentiā viuā, mortuā, & mortificata. 602. e. & 603. a
 Moralij causa quid sit. 36. a
MORTALE peccatum quibus in casibus committant episcopi, sacerdotes, & cæteri ministri ecclesiastici excendo ministeria, ad quæ deputati sunt. 73. & 74.
 Mortaliter peccat qui accedit ad eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, data copia confessionis. 386. c
 Mortaliter peccat qui sequens opinionem probabilem, in practica dubitat,

Missā

Index materiaram.

nisi prius dubium illud deponat. 728.d
 Mortis in articulo si desit proprius sacerdos potest pœnitens cuiunque confiteri. 794.b
 Mortis in articulo an liceat pœnitenti peccata confiteri sacerdoti excommunicato & heretico, si alterius non sit copia. 794.c
 Mortis articulus quado dicatur. 797.e
 M O R V M integritas quanuis non sit de essentia sacramenti, est tamen necessaria ordinando, iure diuino præcepta. 1185.d
 M V L I E R grauida & moritura an sit aperienda vt foetus baptizetur. 187.e
 Mulier non potest in dignitate constitui, cui sit annexa spiritualis iurisdictiono. 944.b
 Mulier iure naturali non est inepta ad rempublicam gubernandam. 947.c
 Mulier ordinari nõ potest, & si de facto ordinetur non recipit sacramentum. 1168.d
 Mulier sui corporis potestatem non habet: sed vir: nec sui vir, sed mulier. 1385.e
 Mulier quæ post vptum simplex castitas contraxit, vsus sui corporis viro suo non tenetur negare. 1409.b
 Mulier de vita mariti absentis dubitans quando poterit secundo nubere. Et quæ diligentia sit adhibenda. 1547.a. b. c. d. e.
 Mulieres statim post partum possunt ingredi ecclesiam si velint, & non seruire quam seruant, clausuram. 401.e
 Mulieribus diuturnum aut perpetuum sanguinis fluxum patientibus eucharistia denegari non debet. 402.b
 M V N D V S duobus principaliter regitur autoritate sacra pontificum, & regali potestate. 931.e
 M V T V S baptizare nõ potest. 120.b. c
 Mutus sciens scribere an teneatur confiteri per scripturam. 754.b. c
 Mutus non potens explicare species peccatorum & circumstantias, sed tantum pectus tundendo, & alijs nutibus, an

possit absolui. 754.e

N A T V R A L E duplex. 1196.a
 Naturale ius est, quod non opinio genuit, sed vis innata inferuit. 1602.e
 Naturalis res & artificialis in quo differant. 100.a
 Naturaliter prohibitum id maxime dicitur, a quo ferè omnes naturaliter abstinet. 1451.e
 N E C E S S A R I A aliqua dicuntur tripliciter. 156.e
 Necessarium in ordine ad finem quot modis sumatur. 21.d. e
 N E S T O R I A N O R V M & Bohemorum error circa consecrationem panis & vini. 424.
 N I X non potest esse baptismi materia. 111.a
 N V P T I A E quibus temporibus sint prohibitæ. 1558. per totum.
 Nuptiæ secundæ verum sunt sacramentum. 1564.e
 Nuptiæ secundæ an sint benedicendæ. 1564.e
 Nuptiæ secundæ an sint licitæ. 1563.c

O B L A T I O panis & vini quam fecit Melchisedech non fuit sacramentum. 5.c
 Oblatio Abel non fuit sacramentum. 5.d
 O B L I G A T I O mutua ad matrimonij substantiam necessaria. 1365.e
 O C V L V S non potest eleuari vt videat diuinam essentiam. 41.a
 Oculus corporalis non potest videre naturaliter corpus Christi in eucharistia & modum illius existendi: nec etiã si sit oculus corporis glorificati. 340.c
 Oculus corporalis Christi & si videat se ipsum sub sacramento existentem, non tamen potest ipsum modum existendi, quo est sub sacramento videre. 341.e

O K A

Index materiaram.

O K A M existimat sufficere ad rationem sacramenti quod sit signum intelligibile: cuius sententia reprobatur. 10.e. & 11.a. b. c. d. e
 O L E V M non sacrum additum sacro, an fiat sacrum. 249.b
 Oleum oliuarum est materia sacramenti extremæ vnctionis. 1102.b. & c.
 Oleum quod futurum est materia sacramenti extremæ vnctionis debet esse oliuarum. 1102.d
 Oleum quod futurum est materia sacramenti extremæ vnctionis debet esse simplex & sine balsamo. 1103.a
 Oleum quod futurum est materia sacramenti extremæ vnctionis debet esse consecratum & benedictum ab episcopo. 1103.c
 O P E R A moralia sunt in triplici differentia, viuã, mortua, & mortificata. 602.e. & 603.a
 Opera mortificata per peccatum reuiuiscunt per pœnitentiam. 603.a
 Opera mortua, id est facta ab existenti extra charitatem non possunt reuiuiscere per pœnitentiam. 604.b. c
 Opera mortua quas conferant vtilitates peccatori, a. 604.d. e. vsque. 606.
 O P I N I O N E S diuersæ de modo quo sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ. 35.c. d
 Opinionum quædam sunt probabiles, quædam vero improbabiles. 727.e
 O R A T I O, ieiunium, & eleemosyna nõ solum sunt opera satisfactoria, verum etiã flagella præsentis vite. 894.b
 Orationes in missa nomine ecclesiæ recitatae tam a malo quam a bono ministro, eiusdem sunt valoris. 438.a
 Sed si ex peculiari deuotione sacerdotis emanant, maioris sunt valoris in bono quam in malo. ibidem. b
 Orationum quæ in Missa recitantur differentia. 437.d. e
 O R D I N A N D O opus est scientia & prudentia, ad officium, ad quod promouetur, exercendum. 1188.c
 Ordinari non potest mulier, & si de fa-

cto ordinetur, sacramentum non recipit. 1168.d
 Ordinans se per saltum scienter, peccat mortaliter, quanuis verum ordinem recipiat. 1162.d
 Ordinem suscepturi qualitas. 1185.d
 Ordinem suscipiens non debet esse pauper. 1191.b
 Et quid circa hoc statuerit sacrosancta Synodus Tridentina. 1186.d
 Ordinem quemcunque in peccato mortali præsumptuose suscipiens, mortaliter peccat, & sacrilegium committit. 1187.c
 Ordines plures esse in ecclesia decentissimum fuit, imo & necessarium. 1123.b
 Ordines septem antiquissimi sunt, & ab ipso Christo instituti. 1127.d
 Ordines largè nomen accipiendi sunt nouem. 1138.b
 Ordines septem an sint sacramenta. 1149.e
 Ordines quatuor minores quomodo dicantur sacri, & sacramenta, & in quo differant ab alijs. 1152.c
 Ordines septem omnes characterem imprimunt. 57.c. & 1158.c
 Ordines ab hæretico & ab ecclesia præcise episcopo suscepti, veri sunt: sed tam recipiens quam conferens peccat mortaliter. 1167.c
 Ordines per simoniam suscepti etiã sunt veri, licet peccent mortaliter suscipiens & conferens, & irregulares fiunt. ibidem. e
 Ordines quare requirant vsus rationis. 1171.c
 Ordines suscipiens inuitus non manet ordinatus, secus si per metum ordinetur. 1173.d
 Ordines minores omnes in vno & eodẽ die vni personæ conferri possunt. 1183.e
 Secus est de sacris ordinibus. 1184.b
 Ordines minores suscepturi non tenentur sub poena peccati mortalis præmittere confessionem, bene tamen de congruo. 1188.b

f 2 Ordine

Index materiaram.

Ordines qui dicantur sacri, & qui non sacri. 1417.d
 Ordinis sacramentum materiam habet, sicut & cætera sacramenta. 1129.b
 Materia autem est illud per cuius traditionem confertur vnusquisque ordo. 1130.d
 Ordinis materia an sit necessariò contingenda in eiusdem sacramenti collatione. 1131.e
 Ordinis sacramentum an conferat gratiam gratum facientem. 1155.e. &c.
 Ordinis character an præsupponat characterem baptismalem. 1160.c
 Et quid de characterem confirmationis. 1161.c
 Ordinis vnus character an præsupponat characterem alterius. 1161.d
 Ordinis minister quis sit. 1163.d
 Ordinis susceptio an requirat vsum rationis, ita vt pueris conferri non possint. 1170.c
 Ordinis ad matrimonium impedimenta. 1416.c. & 1417. &c.
 Ordo debet esse in ecclesia catholica. 1123.a
 Ordo sacerdotalis est in ecclesia ex diuina institutione. 1126.a
 Et non solum ordo sacerdotalis, sed etiã alij omnes sunt in ecclesia ex Christi institutione. ibidem.d
 Ordo est signaculum quoddam, in quo & per quod spiritualis potestas seu officium traditur ordinato. 1128.b
 Ordo quid sit & pro quo accipiatur. 1128.c
 Ordo quotuplex & ordinum omnium distinctio. 1135.c.d
 Ordo episcopalis an sit supra sacerdotalem ordinem. 1140.e. & 1141. &c.
 Et quot episcopi requirantur in consecratione alterius episcopi. 1146.e
 Et an sit in ecclesia aliquis superior ordo supra episcopalem. 1146.d. &c.
 Ordo sacerdotalis sacramentum est, & cõtrarium affirmans esset hereticus. 1149.d
 Ordo diaconatus & subdiaconatus an

fit dicendus sacramentum. 1150.b
 Ordo episcopatus an vere sit ordo & sacramentum. 1154.c
 Ordo nullus ex minoribus iure diuino nec positio impedit matrimonium. 1417.d
 Ordo sacer ex ecclesiæ præcise statuto & non ex iure diuino impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum. 1418.a
 Ordinum suscipiendorum non est certa, & determinata ætas iure diuino. 1174.a
 Ordinum suscipiendorum certa tẽpora sunt ab ecclesia determinata. 1183.a
 Et an extra ista tempora possint ordines aliqui conferri. ibidem. & 1184.
 Et de loco conferendi ordines. 1185.a.b

P

PANE solo consecrato si deficiat vñ, verum sacramentum conficitur. 266.d.e
 in Pane azimo consecrare rationabilius est. 272.d.e
 Panis & vinum sunt materia conueniẽs eucharistiæ. 265.b.c.d.e
 Panis solus non debet consecrari deficiẽte vino. 266.d
 Panis triticeus an solus debeat esse materia eucharistiæ. 267.b.c.d.e. & 268. 269. 270. & 271.
 Panis azimus an sit materia eucharistiæ. 271.c.d.e. & 272.a.b.c
 Panis & vini quantitas consecrabilis nõ terminatur nec ad minimum, nec ad maximum. 276.d
 Panis & vini materia in cõsecratione debet esse præsens ad sensum. 277.e. & 278.a.b
PA P A nõ potest dispensare in ijs quæ sunt de iure diuino. 246.b.c
 Papa immediate suscepit potestatem à Christo, tanquam eius vicarius. 940.e
 Papa an possit excommunicari. 1021.c
 Papa est supra totũ ius canonicũ. 1023.b
 Papa cõmittere potest simplici sacerdoti

Index materiaram.

doti potestatem conferendi minores ordines. 1164.d
 Papa potest subdiaconatus ordinem cõferre omnibus diebus dominicis & festis præcipuis. 1183.c
 Papa dispensat cum clericis orientalis ecclesiæ, vt post ordinem sacrum possint vxores ducere. 1418.e
 Et etiam dispensat ne votum castitatis emittant. 1419.a
 Sed dubitatur vtrum expediat fieri talis dispensatio. 1422.a
 Papa & si possit dispensare in omnibus gradibus affinitatis lineæ lateralis, nõ tamen expedit, sine magna urgente causa id fieri. 1467.c
 Papa sequens an possit annullare & cassare ea quæ à prædecessore constituta sunt. 1466.b
 Papa cum bigamo dispensare potest ad ordines suscipiendos. 1617.a.b.c
 Papa an dispensare possit cum aliquo ad hoc vt plures vxores habere possit. 1607.c
 Papæ decreta qua ratione sint intelligenda, & cadant sub fide. 124.c. & 125.a. b
 Papæ qui casus reseruantur. 824.b
 Papæ potestas præcellit iure diuino omnes episcopos & eorum potestatem. 1147.d
 Papatus licet non sit sacramentum, nec characterem imprimat, nec gratiam ex opere operato conferat: est tamen dignitas omnes alias præcellens. 1146.e. & 1147.d
 Papatus & episcopatus in quo differant. 1147.b.c
PA R O C H O proprio tenemur confiteri præterquam in casibus sequentibus. 794.a
 In articulo mortis, ibidem. b
 Ratione libertatis quæ triplex est. 798.e.
 Ratione facultatis & dispensationis. 804.a
 Cum licentia proprii sacerdotis, quæ duplex est. 804.c
 Ratione etiam consuetudinis. 806.c
 Parochus qui adesse debet in matrimonijs secundum Concilium Tridenti-

num quis intelligatur. 1331.d
 Parochus qui interesse debet desponsationibus debet regulariter esse parochiæ sponsæ, si vterque suam habeat parochiam. 1331.e
PA R S integralis non est necessaria ad esse totius. 764.b
PA R T I C I P A T I O cum excommunicatis in quibus casibus sit prohibita. 1030.e
PA R V V L I intentio an per se vel per accidens sit necessaria in susceptione baptismi. 168.b
 Paruuli existentes in vteris maternis nõ quid habeant aliquod remediũ, vt saluentur. 184.d.e. 185. 186. & 187.
 Paruulorum baptismus non est differendus. 163.a.b.c
 Paruulus in susceptione baptismi debet habere intentionem interpretatiuã. 166.c
PA S S I O Christi quomodo fuit causa nostræ salutis. 37.d
 Passio Christi quæ in nos contulerit beneficia. 293.a
 Passiones huius temporis non sunt condignæ ad futuram gloriam. 865.d.e
 Passionis representatio congrue fit per corpus, & sanguinẽ seorsum consecrata. 267.a.b
 Passionis Christi beneficio sumus in fide instructi. 293.c
PA T E R potest baptizare filium in casu necessitatis absque eo quod priuatur iure petendi debitum. 145.e
 Pater non potest simpliciter filios ad matrimonium compellere. 359.b
 Pater spiritualis efficitur qui leuat de sacro fonte puerum & tangit illum licet non respondeat. 1491.c
 Patres pro filijs non possunt contrahere sine ipsorum voluntate, & proprio consensu. 1262.c. nec etiam sponsalia tenent. 1241.c
 Paterna virtus debilius descendit in nepotem quàm in filium: & quo ad plures sese extendit, magis debilitatur. 1425.b

Index materiaram.

Paternitas spiritualis impediens dirimē- que matrimonium contrahitur inter baptizantem & inter susceptorem & baptizatum. 1489.c
 Et idem est in confirmatione, ibidem.
 Patribus contrahentibus sponsalia pro filiis maioribus septennio, si filij cum sint presentes nec consentiāt nec dissentiant, an publicæ honestatis impedimentum oriatur. 1476.e
PATRINVS non requiritur de necessitate sacramenti. 150.d.e
 Patrinus ad quid obligetur. 150.e
 Patrinus debet esse baptizatus. 151.a
 Patrinus tenetur leuare puerū, quod est proprium officium illius. 151.b
 Patrimi pueri confirmādi oportet quod & ipsi sint confirmati. 241.c
 Paulus exponitur. 1. ad Timoth. 3. & ad Tit. 1. Oportet episcopum. &c. 1619.d
PECCATA venialia vt in præteritum considerata nullatenus impediunt effectum sacramēti eucharistię. 373.a
 Peccata venialia in actu accepta ex parte impediunt effectum sacramenti eucharistię, & ex parte non. 373.b
 Peccata sunt materia circa quam sacramenti poenitentię. 514.b
 Peccata remissa an sit laudabile frequenter in memoriam reuocare. 535.e
 Peccata venialia remittuntur quoties de nouo infunditur gratia. 574.c.d.e. non tamen semper requiritur talis infusio gratiæ. 575.a.b.c.d.e
 Peccata venialia non remittuntur si homo non sit in gratia. 576.d
 Peccata venialia remitti possunt in purgatorio quoad culpam. 577.c.d.e. & 578.a.b.c.d
 Peccata venialia quib⁹ signis seu medijs remitti possint: & penes quem sit auctoritas condendi hæc media. 579.c.d.e. & 580. & 581.
 Peccata venialia an remittantur ex opere operato per orationem dominicam, tunctionem pectoris, &c. 582.c.d.e

Peccata semel remissa redire non possunt per sequens peccatum nec quoad culpam, nec quoad poenam vel sensus vel damni. 583.e. & 584.
 Peccata semel remissa qua ratione possunt redire per sequens peccatū. 586. & 587.
 Peccata alias confessa & absoluta, simplici sacerdoti confiteri possunt. 835.c
 Peccata quædam possunt prælati sibi reseruare. 742.b
 Peccati venialis effectus. 570.a
 Peccati mortalis conscius accedens præsumptuose ad quemcunque ordinem peccat mortaliter, & sacrilegium committit. 1187.c
 Peccator an sacramentaliter possit manducare corpus Christi. 380.c
 Peccator tenetur agere poenitentiam, scilicet qui non peccauit. 901.b
 Peccatores occulti qui dicantur, & qui non occulti. 393.d.e
 Peccatori publico vt vsurario, concubinario, & meretrici non est conferendum eucharistię sacramentum. 493.e
 Peccatori occulto an sit deneganda eucharistia. Et quis dicatur peccator occultus. 495.a
 Et quid si talis peccator occultus occulte petat. Et confessor sciat eius peccatum siue in confessione siue extra. 396.e
 Peccatori occulto publice petenti eucharistiam an denegetur. Et examinantur duæ super hoc opiniones. 397.d.e
 Peccatorū abominatio cum forma quæ est gratia sine dolore & sine efficacia remissionis potest esse in patria. 642.e
 Peccatum mortale quibus in casibus committant episcopi & sacerdotes & ceteri ministri ecclesiastici exercendo ministeria ad quæ deputati sunt. 73. & 74.
 Peccatum fictionis an deleatur per baptismum, an per poenitentiam. 205.c. &

Index materiaram.

& 206.a.b
 Peccatum mortale an possit Deus remittere de potentia absoluta sine poenitentia. 548. c. d. e. vsque. 552.
 Peccatum vnum sine alio remitti nequit per poenitentiam. 560.b.c.d.e. & 561.a.b
 Peccatum mortale auertit à Deo, & conuertit ad creaturas. 561.d.e
 Peccatum aliquod veniale dari in hominibus probatur. 569.b.c.d.e
 Peccatum veniale non remittitur sine poenitentia. 570.a.b
 Et qualis poenitentia sufficiat. ibidem. c. d. e
 Peccatum veniale remitti non potest sine remissione peccati mortalis. 576.e
 Peccatum quando dicitur occurrere memoriz practicè vel speculatiuè. 637.c.d
 Peccatum originale confiteri non tenemur, nec aliquod peccatum commissum ante baptismum. 662.b
 Peccatum in confessione reticere potest reliqua manifestando, quando timetur scandalum meum vel confessoris. 736.d
 Peccatum vel circumstantia, quando minima cum iactura fieri potest, confitenda est. 738.d
PELAGII error asserentis laicos debere communicare sub vtraque specie. 424.a
PERCVTIENS Clericum, in quibus casibus non manet excommunicatus per canonem. 1061.b
PERFECTIO rerum duplex. 123.b
POENA an sit aliqua statuta contra filios matrimonium contrahentes si ne consensu parentum. 1360.b
 Poena damni an sit maior in vno damnatorum quam in alio. 585.a.b.c.d.e
 Poena satisfactoria debet taxari iuxta quantitatem culpæ: secus de poena medicinali. 836.c
 Poena maior pro fornicatione imponenda est iuueni quam seni, & quare. ibidem.d
 Poena pro fornicatione cur imponenda est maior sacerdoti quam seculari. 836.d
 Poena purgatorij semper taxatur secundum magnitudinem culpæ. 836.e
 Poena inferni an diminuatur per opera facta extra charitatem. 878.d
 Poenale opus quod dicatur. 889.b
 Poenalia opera, quibus satisfactio fieri debet, tria sunt, ieiunium, eleemosyna, & oratio. 892.d
 Poenalia opera, quamuis sint alias in præcepto, nihilominus satisfactoria sunt. 898.a.b
POENITENS non semper resurgit ad æqualem gratiam, nec ad minorē. 589.d.e. vsque. 592.
 Poenitens non semper resurgit ad maiorem gratiam illa, à qua ceciderat. 593. & 594.
 Poenitens quandoque resurgit cum maiori gratia, quandoque cum æquali, quandoque cum minori. 594.d.e
 Poenitens an resurgat cum eadem dignitate quam ante peccatum habebat. à. 599. vsque. 602.
 Poenitens si cordatus appareat & dicit post factam diligentiam non alterius delicti recordari, non opus est sacerdotem amplius illum interrogare. 706.c
 Poenitens sequens opinionem probabilem, si in practica dubitat, nisi prius illud dubium deponat mortaliter peccat. 728.d
 Et quid erit stante dubio speculatiuo de alicuius sententiæ veritate. 728.e
 Poenitens aliquando propter ignorantiam inuincibilem quam habet sequi poterit opinionē quæ re vera est contra ius naturale & diuinum. 729.b
 Poenitens sequens opinionem non probabilem nõ debet absolui, antequam promittat facere quod viri docti sibi præceperint. 729.e

Index materiaram.

Pœnitens quando poterit dimidiare confessionem reticendo aliquod peccatū vel circumstantiam. 733. d. e. 734. 735. & 736. & c. & 834. d.

Pœnitens in articulo mortis tenetur explicare circumstantiam peccati etiam cum dispendio famæ, si iactura non sit grauis & magna. 738. e.

Pœnitens quando confessorem mutare tenetur, quando vero non. 740. d.

Pœnitens tenetur confiteri omnia peccata etiam reseruata, inferiori iudici quādo non est facilis aditus ad superiorē. 748. d.

Pœnitēs tenetur confiteri omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti. 748. e.

Pœnitens vtrum possit confiteri coram sacerdote per scripturam. 753. d.

Pœnitēs mutus licet nō valeat signis cōfiteri, non tamen tenetur sua peccata pœnitentialiter per scripturam manifestare. 754. b.

Et an possit mutus absolui si tantum derit signa contritionis non explicādo peccata. ibidem. e.

Pœnitēs potest sacramentaliter absolui, etiam si aliquod peccatum ex rationali causa tacuerit. 756. e.

Pœnitēs si dedita opera reticet aliquod peccatum in confessione, nulla est talis confessio. 767. b.

Et quid si negligentiam habuit affectatā & crassam. ibidem. e.

Pœnitens si nullam habuit detestationē peccatorum, quæ aliquo saltem modo sit attritio, nullam facit confessionem. 768. c.

Pœnitens aliquod peccatum ex intentione celans nouum peccatum committit sacrilegus est. Et idem est si noluit facere in indagandis peccatis diligentiam. 767. d.

Pœnitens, qui aliqua excommunicacione ligatus absolutionem sacramentalē suscepit, tenetur iterare confessionem. 769. c.

Pœnitens quibus in casibus fiat ex attri-

to contritus. 780. e. & c.

Pœnitens potest dare licentiam sacerdoti reuelandi peccata audita in confessione. 852. a.

Pœnitens vtrum teneatur acceptare pœnitentiam iniunctam sibi à sacerdote. 903. c. & 905. e.

Pœnitenti qui resurgit à peccato an detur aliquod præmium essentialē ratione meritorū præcedentiū. 595. & 596. a. b.

Et quantum sit hoc præmium. 596. c. d. e. 597. 568. & 599.

Pœnitenti coram sacerdote præ verecundia obmutescenti, quo modo occurrere debet confessor. 708. a.

Pœnitenti generaliter consenti licet partiri confessiones in plures, & in singulis absolutionem recipere, dum modo peccata iam rite confessata fuerint. 835. a.

Pœnitenti in confessione generali licet reticere confessori, se alias fuisse confessum omnia illa peccata. Et acceptare pœnitentiam a deo grauius ac si nunquam illa antea confessus fuisset: dum modo non mentiatur. ibidem. d.

Pœnitentia recedente fictione consequitur suum effectum. 210. b. c. d.

à Pœnitentia vt virtus est congruentius incipitur quam ab eadem vt est sacramentum. 483. e.

Pœnitentia necessario debet dicere respectum ad peccata præterita contra Lutherum. 486. c. d.

Pœnitentia vera dicit propositum abstinendi ab omnibus peccatis & singulis & non ab aliquibus. 486. e.

Pœnitentia secundum habitum poterat esse in statu innocentie. 489. c. d. e.

Pœnitentia suapte natura bona est. 488. c.

Pœnitentia an possit contingere ante peccatum. 488. d. e. & 489. 490.

Pœnitentia qua ratione sit & non sit specialis virtus. 491. & 492.

Pœnitentia manet in beatis quantum ad displicentiam, sine dolore tamen & tristitia. 490. c.

Pœnitentia non fuit in angelis nec ho-

nis

Index materiaram.

nis nec malis. 490. c. d.

Pœnitentia simpliciter non est iustitia. 494. e.

Pœnitentia est habitus infusus, & necessarius ad actum ipsius pœnitentie. 500. a. b. c. d. e.

Pœnitentia est habitus infusus perse, & non per accidens. 500. e.

Pœnitentia tam exterior quam interior est necessaria ad salutē. 503. e. & 504. a. b. c. d.

Pœnitentia supponit pro confessione in recto, connotando absolutionem in obliquo. 510. b. c.

Pœnitentia interior durare debet vsque ad finem vite. 535. b. c. d.

Pœnitentia interior durat in beatis post hanc vitam quo ad nolitionem peccatorum. 536. c.

Pœnitentia est duplex formalis & virtualis. 546. d.

Pœnitentia necessaria est vt remittatur peccatum mortale. 547. a. b. c. d. & 548.

sive Pœnitentia an Deus possit remittere peccatum mortale de potentia absoluta. 548. c. d. e.

Pœnitentia explicita, & formalis necessaria est ad culpæ mortalis remissionem. 567. e. & 568. a. b. c. d.

Pœnitentia est necessaria ad remissionē peccati venialis. 570. a. b. Quæ nō est ita perfecta sicut requiritur ad remissionē mortalis. 570. c. d.

Pœnitentia habitualis non sufficit ad remissionem peccati venialis, ibidem. e.

Pœnitentia explicita, & formalis non requiritur ad remissionem peccati venialis. 570. e.

Pœnitentia virtualis, & implicita est necessaria ad remissionem peccati venialis. 570. e.

Pœnitentia formalis, & explicita quæ dicitur. 571. a.

Pœnitentia virtualis, & implicita quæ dicitur. 571. a. b.

sine Pœnitentia formali an possit remitti peccatum mortale de potentia Dei

ordinaria. 552. c. d. e. vsque. 559. & potissime. 558. & 559.

Pœnitentia an possit esse post hanc vitam. 642. d. e. & 643.

Pœnitentia peccatorum potest esse cum dolore maximo in existētibus in inferno, sed absque gratiæ forma, & fructa. 643. a.

Pœnitentia iniuncta à confessore quando possit impleri per alium. 867. d.

Pœnitentia iniuncta à sacerdote non oportet vt satisfaciatur pro tota pœna. 909. e.

Pœnitentia non est imponenda à confessore pro suo arbitrio, sed pensanda est. 910. e.

Pœnitentia penitus irrationalis non indiget commutari ab alio. 914. b.

Pœnitentia quanuis sit rationalis potest ab altero confessore commutari, & quando, ibidem. c.

Sed non debent esse faciles confessores in commutandis pœnitentijs. 916. b.

Pœnitentiæ definitio ex Ambrosio. 485. a.

Pœnitentiæ definitiones ex Augustino. 485. a. b. c.

Pœnitentiæ etymologia. 485. b.

Pœnitentiæ dolor qualis debeat esse. 485. c. d. e. & 486. a. b.

in Pœnitentiæ dolore explicando qualiter errauerit Lutherus. 486. b. c.

Pœnitentiæ virtus in Christo non fuit nec secundum habitum, nec secundum actum. 489. c.

Pœnitentiæ virtutem secundum habitum probabile est fuisse in beata virgine. 490. b.

Pœnitentiæ virtus vera non est in damnatis. 490. d. e.

Pœnitentiæ sacramentum cur solum modo sit virtus, & non alia. 490. e.

Pœnitentiæ virtute opus non est, vt de peccatis doleamus ad finem medendi languenti animo. 491. b. nam sufficit charitas.

Pœnitentiæ actus proprius qui fit. 492. b. c.

Pœnitentia

Index materiaram.

Pœnitentiæ virtutem dandam esse quibus rationibus probatur. 493. a. b. c.
 Pœnitentiæ virtutem cur non posuerint Philosophi. 493. d. e.
 Pœnitentiæ virtus non pertinet ad virtutem religionis. 494. b.
 Pœnitentiæ proximus finis qualis sit. 494. c.
 Pœnitentiæ actus, qui sufficiens est ad remissionem peccatorum non producit à voluntate sine auxilio speciali Dei. 496. c. & 497.
 Pœnitentiæ actum an semper præcedat actus charitatis. 501. a.
 Pœnitentiæ actus nunquam est sine actu charitatis. 501. a. b.
 Pœnitentiæ actum præcedit prioritate naturæ actus charitatis in genere causæ formalis. 501. c.
 Pœnitentiæ actus est prior natura in genere causæ materialis, quàm habitua- lis gratia, & actus charitatis. 501. e.
 Pœnitentiæ illius quæ virtus est in præcepto obligante sub mortali actus est necessarius. 504. e. & 505.
 Pœnitentiæ ad essentiam pertineantne cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio, & sacerdotis absolutio. 508. c. d. e.
 Pœnitentiæ tota essentia non est absolutio sacerdotis. 509. a. b. c. d. e.
 Pœnitentiæ materia est duplex propinqua & remota. 512. e.
 Pœnitentiæ materia propinqua est cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio. 512. e. & 513.
 Pœnitentiæ materia qua ratione differat à materia aliorum sacramentorum. 513. e.
 Pœnitentiæ materia remota sunt peccata commissa post baptismum. 514. a.
 Pœnitentiæ materia remota in quo differat à materia remota aliorum sacramentorum. 514. c.
 Pœnitentiæ sacramentum est proprie de venialibus sicut de mortalibus. 514. d. e.
 Pœnitentiæ sacramentum principaliter est institutum contra mortalia. 515. a. b.
 Pœnitentiæ materia nequiquam potest dici peccatum originale. 515. a.
 Pœnitentiæ forma est, Ego te absoluo. 515. d. e. & 516. vsque 524.
 Pœnitentiæ sacramentum potest conferre primam gratiam. 519. b.
 Pœnitentiæ sacramentum est necessarium ad salutem peccatoribus. 525. b. c. d.
 Pœnitentiæ sacramentum non est necessarium in re susceptum ubi nõ est facultas recipiendi. 525. e.
 Pœnitentiæ sacramentum ad salutem est necessarium in re, si facultas recipiendi adest. 526. c.
 Pœnitentiæ sacramentum quo pacto sit in voto ad salutem necessarium an voto explicito vel implicito. 527. c. d. e. & 528.
 Pœnitentiæ sacramentum quando fuit institutum à Christo. 532. & 533.
 Pœnitentiæ sacramentum erat aliquali- ter in lege naturæ & veteri. 533. c. d.
 Pœnitentiæ sacramentum est de diuino præcepto. 531. vsque 535.
 Pœnitentiæ sacramentum est iterabile. 537. vsque 540.
 Pœnitentiæ partes integrales sunt tres, contritio, confessio, & satisfactio. 606. d. e.
 Pœnitentiæ perfectio completur ex contritione, confessione, & satisfactione. 610. b. c. d.
 Pœnitentiæ lege quando constringitur homo vt pœniteat. 637. e. & 638. 639. 640.
 Pœnitentiam esse virtutem est de fide. 487. & 488.
 Pœnitentiam non esse virtutem specia- lem falso asseruit Durandus. 495. b.
 Pœnitentiam esse sacramentum probatur contra nonnullos hæreticos. 506. d. e. 507. & 508. a. b.
 Pœnitentiam an debeat agere peccator statim post peccatum. 534. b. c. d. e.
 Pœnitentiam exteriorem non oportet vsque ad finem vitæ perdurare. 536. d. per

Index materiaram.

per Pœnitentiã non possunt deleri pec- cata dæmonum, & omnium damna- torum. 540. c. & 541. a.
 per Pœnitentiã nullum est peccatum in viatore quod deleri non possit. 541. c. d. e. 542. vsque 545.
 per Pœnitentiã remissa culpa mortali, simul tollitur reatus pœnæ æternæ. 563. a.
 per Pœnitentiã remissa culpa, nihil ve- rat quod remaneat reatus alicuius pœ- næ temporalis. 563. a. b. c. vsque 565.
 per Pœnitentiã reuiuiscunt opera mor- tificata per peccatum. 603. a.
 Pœnitentis peccata non licet detege- re. Et quis dicatur sigillum confessio- nis frangere. 848. e. 849. 850. & c.
 Pœnitentis opinio si fuerit probabilis tunc sacerdos siue ordinarius siue de- legatus tenetur eum absolueri. 730. e.
 Pœnitere de peccatis, quia sunt contra rectam rationem non pertinet ad spe- cialem virtutem. 491. c.
 Pœnitere de peccato quatenus offensa Dei est, non requirit specialem virtu- tem præter charitatem. 291. e.
 POLLVTIO nocturna an impediatur sumptionem eucharistiæ. 398. b.
 Pollatio nunquam secundum se est pec- catum, & quare. ibidem. c.
 Pollutio nocturna potest esse peccatum ratione suæ causæ. ibidem. d.
 Pollutio nocturna quando impedit sum- ptionem eucharistiæ. Et à quibus cau- sis prouenire potest. à. 399. vsque 402.
 PONTIFICIA potestas vide in ver- bo, Potestas, infra.
 Pontifex summus vide in verbo, Papa.
 POTENTIAE ratio, & essentia in quo consistat. 53. b.
 POTESAS clauium tradita Petro à Christo præcallebat cæterorum Apostolorum potestates in tribus. 928. e.
 Potestas ecclesiastica duplex est. 931. e.
 Potestas regia, & pontificia, & si forma- liter differant, nihilo minus tamen in eadem persona simul concurrere pos-

sunt. 932. e.
 Potestas spiritalis dupliciter considera- tur, ex fine, & effectu. 934. a.
 Potestas spiritalis in lege naturæ in to- ta erat republica, & communitate. 935. e.
 Potestas spiritalis ac sacerdotalis post Christi passionem nõ reperitur apud Iudæos vbi cunq; sint. 936. a.
 Potestas clauium vide in verbo, Clauium potestas.
 Potestatum regie, & pontificie, (vbi- cunq; inueniantur simul vel diui- sim) pontificia est excellentior & di- gnior. 933. b.
 PRAECEPTA diuina postiuua non obligant cum iactura vitæ aut publi- cæ famæ. 737. d.
 Præcepta imposita à prælatis, an obligent in conscientia, & sub peccato morta- li. 1044. d.
 Et condemnatur error Viclef, & Luthe- ri. ibidem.
 Præcepta in duplici sunt differentia. 1200. d. e.
 Præcepta quando obligent singulos in particulari, quando vero in commu- ni tantum. 1201. a. b. c. d.
 Præcepta quædam ab Apostolis tradita sunt quasi ex iure diuino, quædam ve- ro de consilio, quæ in sacris literis nõ reperiantur. 1617. d.
 Præceptum de matrimonio contrahen- do licet nullum inueniatur diuinum nec naturale singulos obligas, inueni- tur tamen communitatem obligans. ibidem. e.
 Præceptum debitum importat. ibidem.
 Præceptum de nubendo obligans com- munitatem non obest consilio. D. Pauli, de non nubendo. Vbi exponi- tur locus. 1. Corinth. 7. Volo autem vos & c. 1204. e.
 Præceptum aliquod an sit de eucharis- tiæ sumptione. 413. e.
 Et quando obliget. 416. e.
 Præceptum quot modis sumitur. 947. d.
 Præceptum audiendi missam in diebus festis

Index materiaram.

festis fundatur in illo mandato diuino, Sabbata sanctifices. 472.
 Præceptum de audienda missa quos & quando obliget, & quo iure. 472. & 473.
 Præceptum de audienda missa non obligat ad audiendum, sed ad assistendum presentialiter. 472.c.
 Præceptum audiendi missam an adimpleat qui dicta epistola ingrediuntur ante inceptionem Euangelij. 473.a
 Præceptum primum & cætera præcepta decalogi, & quæ contra illa possunt committi. 708.d. &c.
 Præceptum existit iuris naturalis de vitando scandalo confessoris. 736.c
 PRAEDICATOR in mortali existens quando peccet mortaliter suum munus exercendo. 76. & 77.
 PRÆLATI superiores possunt aliqua peccata sibi referuare, vt ab eis absolutio tantum sit petenda. 742.b
 Prælati non solum censuras, sed & earum culpas, & absolutionem sibi referuari possunt. 743.a
 Prælati sine conscientie læsione potest impunite relinquere peccatum subditi auditum in confessione. 845.b
 PRÆCES in missa recitatae quatenus ex peculiari deuotione sacerdotis emanant maioris sunt valoris in bono quam in malo sacerdote. 438.c
 PRINCEPS an possit ad matrimonium cogere subditum vel pater filium. 1357.c
 PRIORISSA vel abbatissa non habet potestatem interdicens. 1074.c
 PRIVILEGIUM concessum monachis ad audiendas confessiones secularium est sanctissimum. 807.d
 PRIUS & posterius dicitur idem in diuersis generibus causarum. 501. e. & 502.a.b.c
 PRONOMINA Hic & Hoc posita in verbis consecrationis non demonstrant vinum, nec sanguinem, nec corpus, nec panem. 300.d

Nec accidentia demonstrantur. 301.b
 Et quid demonstrent & quomodo. ibidem. c.d.e
 PROPOSITIONES formæ consecrationis prius natura sunt veræ, quam corpus & sanguis Christi sub accidentibus sint, quamuis vtrunque sit simul tempore. 299.c
 PVELLAM dolose decipiens ad quid teneatur in conscientia. 1292.d
 PVERI an sint baptizandi existentes in vtero materno. 184.b.c.d. &c.
 Et an per baptismum in voto parentum susceptum saluentur iuxta opinionem Caietani, ibidem. d.
 Pueri vsu rationis carentes an possint ordinari. 1170.c.d.e. &c.
 PVRGATORII pena taxatur pro magnitudine culpæ. 836.e.

Q.

QUANTITAS tota, quam Christus habet in cælo, in sacramento eucharistie consistit. 329.a
 Quantitas duo officia habet in corpore. 329.d.e
 Et quod officium habeat illorum in sacramento. 330.a
 Quantitas & reliqua accidentia miraculose manent sine subiecto in sacramento post consecrationem. 348.d
 Quantitas sic miraculose conseruata in sacramento eucharistie est aliorum accidentium subiectum. 350.c

R.

RATIHABITIO quatuorplex sit. 829.b
 Rati habitio de futuro non præbet facultatem absoluendi de aliquo reseruat. 829.c
 Nec præbet facultatem non exposito ad audiendas confessiones. ibidem.
 Rati habitio etiam de presenti nullo exteriori signo demonstrata, non dat facultatem absoluendi. 829.d

Rati-

Index materiaram.

Rati habitio tam de presenti quam de futuro aliquo signo exteriori demonstrata facultate dat absoluendi. 830.a
 REBAPTIZANTES aliquem quæ sint poena puniendi. 142.c.d.e
 Rebaptizantes & rebaptizati manent irregulares. 142.c.d.e. & 143.
 Rebaptizandum neminem esse ex iure diuino apparet. 141.b.c
 Rebaptizare aliquem est sacrilegium immane. 143.e
 RESERVATIO casuum intelligenda est de actibus exterioribus cum effectu, non de conatu tantum. 828.b
 RES sensibiles cur dicantur materia sacramentorum. 13.d.e
 Res naturales & artificiales quomodo differant. 99.e
 REGNUM Cælorum accipitur aliquando pro sacra scriptura. 918.e
 RELIQUIAS sanctorum licet portare. 709.d
 REGIA potestas vide in verbo, Potestas.
 RELIGIO reddit honorem & cultum Deo. 494.d
 Religionem ingredi coniugatus potest ante copulæ consummationem, altero inuito. 1566.a
 Ordinari vero non potest altero inuito. 1568.b
 Religionem ingredi post consummatum matrimonium altero inuito non potest coniugatus. 1569.b
 Etiam si matrimonium per violentiam consummatum sit. ibidem. d
 Sed sunt aliqui casus, in quibus inuito altero religionem ingredi potest. 1570.c
 Religiosi presentati ad audiendas confessiones, quando exercere officium possunt. 820.a.b.c.d
 Religiosus per tale statum seculo profusus abrenuntiat, & totum se Deo micipat. 1415.e
 RICARDI opinio de causalitate sacramentorum nouæ legis & illius reprobatio. 34.a
 Ricardi opinio de institutione baptif-

mi refellitur. 101.c
 RITVS in sacramento dicuntur illi, qui non pertinent ad essentiam sacramenti. 248.b

S

SACERDOS in casu necessitatis, & non ex officio quodcumque sacramentum exercens, licet sit in mortali, non peccat mortaliter. 71.c.d.e. & 72.
 Sacerdos exercens officia, quæ laicus posset facere, si tanquam laicus faciat, & si sit in peccato, non peccat mortaliter. 75.b
 Sacerdos exercens munia ordini annexa extra gratiam peccat mortaliter. 75.c
 Et quæ possit sacerdos exercere absque peccato, etiam si sit extra gratiam, ibidem. e
 Sacerdos in consecratione omittens verba de necessitate præcepti, & dicens ea quæ sunt de necessitate sacramenti, verum conficeret sacramentum, licet mortaliter peccaret. 285.e
 Secus si diceret verba præcepti omittens verba sacramenti, quia tunc non consecraret. ibidem.
 Sacerdos in quo casu ex licentia papæ posset omittere in consecratione verba, quæ tantum sunt de necessitate præcepti. 286.b
 Sacerdos an debeat denegare sacramentum eucharistie peccatori petenti. 393.c. &c.
 Sacerdos post ablutionem inueniens reliquias hostie consecratae in linteaminiibus non solum potest, sed tenetur eas sumere. 405.e
 Sacerdos, qui sub vna tantum specie consecraret, verum conficeret sacramentum. 420.b
 Sacerdos consecrare tenetur sub vtraque specie tam iure diuino quam humano. 419.a.b. & 420.b
 Sacerdos representat Christum offerentem corpus & sanguinem ipsius. 420.e

g

Sacer-

Index materiaram.

Sacerdos hereticus, excommunicatus, degradatus, &c. si fuerit rite ordinatus, & habeat intentionem faciendi quod facit Ecclesia vere consecrat. 436.c

Et redditur ratio. ibidem. c.d.e

Sacerdos eleemosynam recipiens à pluribus non satisfacit vna missa pro omnibus: sed tenetur totidem missas dicere, vel restituere. 455.e

Sacerdos vnus eodem die an possit plures missas dicere. 460.a

Sacerdos aliquid omittens in sacrificio missæ ex ritibus, ex negligetia inculpabili non peccat mortaliter. 468.c

Sacerdos, qui ex inaduertentia ministri infundit aquam pro vino, quid facere debet. 476.e

Sacerdos si aduertat venenum missum esse in calicem, nuscam, vel araneam, quid agere debet. 478.d

Sacerdos, si calice euerso sanguis effundatur, quid facere debet. 479.a

Sacerdos si vbi processit indutus ad missam reminiscitur alicuius peccati, vel se esse excommunicatum, quid facere debet. 479.e

Sacerdos non habens memoriã an verba consecrationis dixerit, quid agere debet. 480.e

si Sacerdos dicens missam moriatur, vel aliqua infirmitate corripatur, ita vt non possit finire missam, quid agendum. 481.c

Sacerdos, ex cuius negligentia species sacramentales in sacrario corrumpuntur, grauiter puniri debet. 482.e

Sacerdos an teneatur aliquem modum & formam obseruare circa audientiam confessionis. 706.d

Sacerdos confessionem audiens sedere debet in loco suspitione carente vbi videri possit, non autem audiri. 706.d

Sacerdos non debet respicere vultum confitentis, maximeque à vultibus mulierum caueat. 706.e

Sacerdos non debet proferre verba iocosa in confessione, ne ipsorum alter ad risum prouocetur. 707.a

Sacerdos quæ primò in confessione interrogare debet poenitentem. 707.b.c.d.e

Sacerdos an teneatur monere poenitentem de veritate, si ignorantia inuincibili laborat circa aliquè casum. 725.&c.

Sacerdos solus rite ordinatus est minister sacramenti poenitentiae. 787.b

Sacerdos parochialis tenetur confessiones parochialium audire. 793.d

Sacerdos simplex in quibus casibus potest absoluere à peccatis poenitentem. 794.b

Sacerdos absoluens aliquè à casu à quo non potest, quid agere poterit. 828.e

Sacerdos tenetur confessionem omnino celare, & qui eius sigillum violaret esset sacrilegus. 837.c

Quilibet alius præter sacerdotem, qui casu confessionis aliquod crimen rescuerit nõ sic celare tenetur, peccabit tamen mortaliter si referauerit. 838.b.c

Sacerdos non tantum iure naturali tenetur seruare sigillum confessionis, sed & eodem iure diuino, quo tenemur ad confessionem. ibidem.d

Et quando hoc præceptum seruandi sigilli obligat. 842.b.c

Sacerdos cum non possit reuelare malum auditum in confessione: quid tenetur facere. 843.b

Sacerdos interrogatus sub iuramento de aliquo crimine audito in confessione, an licite iurare possit se illud nefecisse. 843.d

Sacerdos an debeat taxare poenam secundum quantitatem culpe. 836.b.c

Sacerdos interrogatus à iudice tyranno vel improbissimo Christiano vtrum audierit in confessione Petri hoc fecisse: quid respondere teneatur. 844.e

Sacerdos per reuelationem confessionis fit infamis. 846.d.e

Et quæ sint ea quæ celare tenetur, & sub sigillo cadant. 847.a.b

Sacerdos

Index materiaram.

Sacerdos in genere, & in communi aperiens peccata audita in confessione, ita vt nec directe nec indirecte aliquis venire possit in cognitionem poenitentis, non dicitur confessionis reuelator. 848.e

Sed hoc non est faciendum. 849.c

Sacerdos explicans personam poenitentis sub communi nomine peccatorum, non reuelat confessionem. ibidem.d

Et quid si peccatum Petri est publicum. ibidem.e

Sacerdos absoluens excommunicatum, vel alium quem absoluere non poterat, quid facere debet. 851.a

Sacerdos accusatus quod reuelauerit confessionem, an teneatur probare contrarium, an accusatores. 854.b

Sacerdos sciens aliquod peccatum ante vel post confessionem, non tenetur ad sigillum. 854.e

Sed propter scandalum tenetur non reuelare, nisi necessitas cogat. 855.c

Sacerdos an possit dicere cum confitetur se male absoluisse Petrum. 855.d

Sacerdos poterit imponere poenitentiam in poenitentiam opus alias debitam, & erit satisfactorium. 897.c.d.e. & 898.899.

Sed non debet fieri sine causa. Et quando erit legitima causa. 902.c.d.e

Sacerdos quomodo se habere debet in imponendis poenitentibus. Et an poenitens teneatur quancunque impostam acceptare. 903.c.d.e. &c. vsque. 916.

Sacerdos an possit pro suo arbitrio ligare & soluere, ac ponere quancunque poenitentiam. 909.d. &c.

Sacerdos cum ordinatur accipit potestatem clauium in potentia, donec subdatur ei populus per iurisdictionem. 920.b

Sacerdos nullus absque potestate iurisdictionis potest vti clauis ordinis absolueno aut ligando. 950.d

Sacerdos quilibet an excommunicare possit. 1012.b

Sacerdos quilibet an possit absoluere subditum suum ab excommunicatione. 1047.d

Sacerdos omittens aliquam vnctionem in collatione sacramenti extremæ vnctionis mortaliter peccat, si absque necessitate faciat. 1108.c

Sacerdos simplex etiam si digniora sacramenta conferre possit, non tamen potest matrimonio aliquos copulare, sine licentia. 1320.d

Sacerdote deficiente an liceat confiteri laico. 788.d

Sacerdotem esse oportet ministrum sacramenti eucharistiæ. 430.b

Sacerdotes sacramenta in mortali ministrantes de facto, mortaliter peccant. 70.b.c

Sacerdotes sub specie tantum panis consecrare posse vbi vinum non inuenitur, opinatus est Albertus. 418.e

Sacerdotes tenentur sub vtraque specie communicare, cum missam dicunt. 420.e. & 421.b

Sacerdotes communicantes sub vtraque specie an maiorem gratiam recipiant, quàm laici sub vna tantum communicantes. 428.b

Sacerdotes cum ordinantur simul cum Episcopo consecrant. Et quomodo hoc est intelligendum. 432.a

Sacerdotes tam antiquæ legis quàm naturæ quamuis aliquam potestatem spiritualem habeant ex fine, non tamen ex effectu. 935.a

Sacerdotes soli sunt ministri sacramenti extremæ vnctionis. 113.d

Et an possint esse simplices sacerdotes. 114.e

Sacerdotes nouæ legis quare omni tempore vitam castitatem agere debeant. 1420.d

Sacerdotes legis antiquæ eo tempore quo sacra faciebant à consortio vxorum suarum abstinebant. 1420.c

Sacerdoti solum baptizare licet. 147.c.d

Index materiaram.

Sacerdoti vtrum liceat nunquam celebrare. 442. b. & c.
 Sacerdoti proprio tenetur poenitens confiteri. 792. d
 Sacerdoti ad absoluendum necessaria est iurisdictio. 792. e
 Sacerdotis mali missa an tantum proficit quantum boni. 437. d
 Sacerdotum ordinandorum qualitas. 1185. d
 Sacerdotij potestas spiritualis post Christi aduentum non reperitur apud Iudaeos vbiunque sint. 936. a
 Sacerdotium summa est dignitas, eo quod sacramentorum administratio est ei commissa. 1419. d
 Sacerdotium verum & visibile & spirituale est. 431. e
 SACRA non sunt in prophanos vsus conuertenda. 472. a
 Sacrae res quo sacratiores fuerint eo maiori reuerentia sunt tractandae. 1419. e
 SACRAMENTA veteris legis etiam dicenda sunt signa practica. 5. a
 Sacramenta veteris legis cur tandiu durauerint, quandiu ipsa lex vetus. 6. a
 Sacramenta nouae legis quandiu sunt duratura. 6. a
 Sacramenta qua ratione dicantur consistare rebus & verbis. 14. d
 Sacramenta simpliciter & absolute non sunt necessaria ad humanam salutem 21. e. & 22. a. b. c
 Sacramenta an fuerint necessaria ante peccatum Adae. 22. c
 Sacramenta necessaria non fuerunt in statu innocentiae. 22. e. & 23.
 Sacramenta necessaria fuisse dicendum est in omni lege post peccatum Adae. 24. c. d. e. & 25.
 Sacramenta non fuerunt determinata tempore legis naturae. 26. b. c. d. e. & 27.
 Sacramenta an sint necessaria ad humanam salutem. 21. vsque. 30.
 Sacramenta nouae legis sunt vera causa gratiae. 31. c. d. e. & 32. 33.
 Sacramenta non sunt causae morales gratiae. 36. e
 Sacramenta sunt causa physica gratiae ex sententia Caietani, & Soti. 36. e. 37. 38. 39. 40. & 41.
 Sacramenta habent suam virtutem ex tota vita Christi, sed specialiter tribuitur eius passioni. 38. a
 Sacramenta nouae legis instrumentaliter attingunt gratiam. 38. c
 Sacramenta qua ratione sint instrumenta gratiae explicatur exemplis. 38. e. & 39. a. b
 Sacramenta cum attingere non possint ad creationem gratiae, qua ratione attingunt illam instrumentaliter. 40. b. c.
 Sacramenta esse causam moralem gratiae, probabile est. 41. e. 42. 43.
 Sacramenta veteris legis non causabant gratiam. 44. a. b
 Sacramenta nouae legis continent gratiam non per modum permanentis, sed secundum esse fluens. 44. c. d
 Sacramenta nouae & veteris legis septem potissimum differentiis distinguuntur inter se. 44. b. c. 47. 48. 49. & 50.
 Sacramenta aliqua imprimunt characterem. 55. a
 Sacramenta characterem imprimentia non sunt iterabilia. 56. d
 Sacramenta omnia nouae legis Christus instituit. 60. b. c. d. e. & 101. c
 Sacramenta petere licet in omni casu a Parocho existenti in mortali, vel ab habente vicem illius. 81. a. b. c
 Sacramenta non licet petere a ministro non parocho, si existat in peccato mortali. 81. d. e
 Sacramenta licet petere a ministro parato, quicumque sit ille. 82. d. e
 Sacramenta nouae legis sunt septem. 91. & 92.
 Et quomodo ad perfectionem hominis conueniant. 91. d
 Sacramenta omnia an sint necessaria de necessitate salutis. 95. & 96.
 Sacramenta nouae legis quando ceperint obligare. 106. a. b. c. & c.

Sacra-

Index materiaram.

Sacramenta ab excommunicatis, & haereticis recipere non tenemur iure naturali ex quadruplici causa. 441. b
 Sacramenta alia praeter poenitentiam cur non sint virtutes. 490. e
 Sacramenta omnia constant materia & forma. 1104. d
 Sacramentalia verba ex industria corrupte prolata non conficiunt sacramentum. 16. d
 Sacramentalia verba, si quis imperitia, vel lapsu linguae proferat, ita vt auferat sensum locutionis non conficit sacramentum. 16. e
 Sacramentalibus in verbis si maneat sensus verborum licet sint corrupta, conficitur sacramentum. 17. a
 ex Sacramentalibus speciebus aliquid generari potest. 354. d
 Sacramentalis gratia an addat aliquid supra gratiam virtutum & donorum. 44. e
 Sacramentalis gratia quid addat supra gratiam virtutum & donorum, explicatur quatuor conclusionibus. 45. & 46.
 Sacramenti definitio cur prius tradenda. 1. e
 Sacramenti nomen quot modis accipitur. 2. a. b. c. d. e
 Sacramenti nomen in qua praecipue significatione reperitur apud sanctos. 3. a. b
 Sacramenti variae definitiones, & quae illarum sit melior. 3. c. d. e
 in Sacramenti definitione per signum rei sacrae intelligi debet signum sensibile, & praeterea signa sanctificationis practica data a Deo. 4. c. d. e
 Sacramenti illa definitio, Sacrae rei signum qua ratione sit intelligenda. 6. e
 Sacramenti vnitas desumitur ex vnitate finis. 255. c
 Sacramenti essentialia an ab aliquo possint mutari. 422. b
 Sacramenti eucharistiae dispensatio an fieri possit per ministros alios, inferiores sacerdotibus. 434. a
 Sacramenti extremae vnctionis materia est oleum oliuarum, sine balsamo, & benedictum. 1102. b. 1103. & 1104.
 in Sacramentis nouae legis oportet vt rebus ex diuina institutione determinatis. 9. c
 in Sacramentis solum illae res sunt determinatae quae ad ipsorum substantiam pertinent, non quae ad solennitatem. 10. c. d. e
 in Sacramentis legis naturae non fuerunt res determinatae, nec signa sensibilia expressa. 12. b. c
 in Sacramentis veteris legis fuerunt res determinatae, & signa sensibilia expressa sicuti in noua lege, sed diuerso modo. 12. c. d. e
 in Sacramentis verbis sensibilibus verba addere oportet. Et quo pacto hoc fit intelligendum. 13. a. b. c
 in Sacramentis cur verba illorum forma esse dicuntur. 13. d. e
 Sacra metorum materia supernaturalis est, & diuinitus reuelata. 1. b
 Sacramentorum dogmata vnde probanda, & venanda sint. 1. b. c
 Sacramentorum materia cur sint & dicantur res sensibiles. 13. d. e
 Sacramentorum formae in quibus sint determinatae, in quibus vero non. 14. e
 Sacramentorum verbis, quibus communiter Ecclesia vtitur, an liceat aliquid addere, vel subtrahere. 16. d. & sequentibus. 17. & 18.
 Sacramentorum necessitas expenditur, a 21. vsque. 30.
 Sacramentorum effectus. 30. e
 Sacramentorum effectus primarius & secundarius. 31. b
 Sacramentorum effectum solus Deus operatur tanquam agens principale. 58. a
 Sacramentorum interiore effectum operatur minister tanquam instrumentum. 58. b
 Sacramentorum minister debet esse homo, non angelus. 58. c
 Sacramentorum ministri sunt in duplici differentia. 68. b

Index materiaram.

per opera pœnalia, & Deo honorifi-
ca. ibidem. d
Satisfactio per quæ opera, præter pœna-
lia, fieri potest. 890. e
Satisfactio integra & remissio pœnæ ex
quibus pensanda. 892. c
Satisfactio imposita à sacerdote in pœni-
tentiam vtrum fieri possit per opera
alias debita. 897. c. d. e
Satisfactio debet imponi à confessore
pro viribus penitentis. 905. c
Satisfactio si prætermittitur mancum
& imperfectum fit sacramentum.
906. e
Satisfactio est species virtutis iustitiæ.
861. b
Satisfactio fit per martyriũ quamuis sit
præceptum de illis. 899. b
Satisfactio à theologis trifariam accipi-
tur. 899. b
Satisfactionis opera pœnalia tria sunt.
892. d. e
SCOTI opinio de causalitate sacra-
mentorum nouæ legis, & illius repro-
batio. 34. a
Scoti opinio falsa circa institutionem
confessionis. 653. c. d. e
Scoti opinio de subiecto characteris ex-
ploditur. 53. d. e.
Scoti definitio, quam de baptismo addu-
cit rejicitur. 99. a. b
Scoti opinio de institutione Baptismi re-
fellitur. 101. c
Scoti opinio de verbis consecrationis
expenditur. 287. c
SECVLARES missam audientes
tempore interdicti per diploma pon-
tificum, tenentur ex præcepto audien-
di missam in diebus festis. 475. a
Seleucianorum error circa materiam ba-
ptismi. 108. e
SEMINE effusio extravas legitimũ
semper est mortale. 1388. e
SERVVS non est Domino subiectus
in ijs quæ sunt naturalia, sed in alijs
seruicij. 1404. a
Sensus horum verborum, Ego te absol-
uo, explicatur. 763. d.

Sententia sacerdotis & iudicialis, & sa-
cramentalis est, nec alterum ab alte-
ro potest separari. 753. b
Serpens quæneus licet rem sacram. signifi-
cetur non fuit sacramentum. 5. d
Seruus sine facultate Domini non po-
test religionem ingredi, aut ad ordi-
nes sacros promoueri. 1406. a
SIGILLVM confessionis qui tenean-
tur seruare. 837. c. d. e
Sigillum confessionis quando præcise
obliget. 842. a. b. c
Sigillum confessionis ad omnia pecca-
ta, & circumstantias se se extendit.
847. b
SIGNA naturalia non sunt sacra-
menta, nec signa speculatiua. 4. d. e
Signa aliqua determinata fuisse in lege
naturæ ex præcepto positio ad iu-
stificationem paruulorum & adulto-
rum, probabile est. 30. b. c. d
Signum practicum cur sacramentum di-
catur. 4. e
Signum sensibile cur ponatur in defini-
tione sacramenti, & non sufficiat
quod sit intelligibile. 10. e. & 11.
Signum exterius non erat necessarium
in lege naturæ ad paruuli iustifica-
tionem, sed illis erat satis fides inte-
rior parentum. 27. e. & 28. a. b. c. d
SPECIES panis, & vini tantum sunt
sacramentum, & non res sacramenti.
254. b
Species panis, & vini, & corpus Christi
sub illis contentum adorantur ado-
ratione latræ, sed diuersimode. 253. e
& 254.
Species eucharistiæ si corrumpantur, ita
vt ex illis vermes generentur, quid fa-
ciendum est. 482. e
SPIRITVALIS manducatio qua-
druplex. 378. e
Spiritualiter manducare corpus Christi
tam in re quam in voto quibus mo-
dis hominibus contingat. 379. c
Spiritualis potestas vide in verbo, Po-
tetas.
SPONSALIA an sint futurarũ nup-
tiarum

Index materiaram.

tiarum promissio. 1227. b
Sponsalia sunt sponsiones mutua viri &
foeminae de contrahendo matrimo-
nio. 1228. c
Sponsalia quid præterea significet. 1227.
c. d. e
Sponsalia non sufficiunt ad matrimo-
nium nisi nouus consensus de præsen-
ti accedat. 1230. e
Sponsalia inter absentes contrahi pos-
sunt. Et quo modo. 1231. d
Sponsalia quibus verbis & modis con-
trahuntur. ibidem. e. & 1232. & 1233.
& 1234. & c.
Sponsalia sub conditione contracta qua-
do habent vim. 1235. e
Sponsalia de futuro quomodocunque
fuerint iureiurando asserta vim non
habent contracti matrimonij. 1237. a
Sponsalia de futuro tam iuramento con-
firmata quam simplicia per mutum
desensum dissoluitur. 1237. d. & 1238.
a. b.
Sponsalia contrahentes, si mutant pro-
positum an sint compellendi ad con-
trahendum. 1237. d. & 1238.
Sponsalia iure firmata non sunt ante pri-
mi septenij impletionem. 1240. a
Sponsalia firma sunt quado malitia sup-
pleat ætatem etiam si ambo non com-
pleuerint septennium, si tamen sunt
ipsi propinqui. 1240. c
Sponsalia puerorum ante septenium per
parentes contracta nulla sunt, nisi dũ
peruenierint ad septennium incipiat
eis placere. 1241. c
Sponsalia ad ipsorum validitatem idem
tempus postulant, tam in foemina
quam in masculo: matrimonium ve-
ro minime. 1242. d
Sponsalia in quibus casibus dirimantur.
1248. vsque. 1255.
Sponsalia, quæ propter legitima impedi-
menta non fortuantur effectũ, an pro-
ducant iustitiam publicæ honestatis.
1474. b
Sponsalia de futuro in foro conscientia
nunquam erunt matrimonium, si de-

fit consensus de præsentis. 1243. b. c
Sponsalia de futuro adueniente copula
in foro contentioso matrimonium
consentur, & coguntur sponsi ab ec-
clesia vt coniuges habitare. 1244. b
Et si ad secunda vota alter vel ambo trãf-
eant coguntur redire ad prima. ibidẽ.
Sponsalia re & nomine de futuro appel-
lata per quid vere transeunt in matri-
monium præsumptum. 1245. a. b
Et quid erit de sponsalibus iuris inter pre-
tatione de futuro, verbis tamen in præ-
te de præsentis. 1245. e.
Sponsalia de futuro an per copulam tran-
seant in matrimonium hodie post cõ-
cilium. 1246. d. e
Sponsi si ex diuersis parochijs sint, à paro-
chia sponsæ sacerdote desponsentur.
1331. e
Sponsi cogi possunt inter se contrahere
de præsentis, quando præcesserunt spõ-
salia iurata, modo vnus tantum mutet
propositum. 1239. a
Sponsorum peccata in triplici modo in-
ueniuntur. 1255. e
Sponsus maior septennio, si cum minori
contraxerit de futuro, tenetur expe-
ctare minoris ætatem, si forte postea
manere velit in eodem proposito.
1242. a
Sponsus minor septennio, cum peruene-
rit ad legitimam ætatem sponsaliorũ
potest contradicere: maior vero mini-
me. 1242. b
STATVS hominis post incarnatio-
nem Domini. 2. d
Status innocentia. 22. d
Status hominis post peccatum. 22. d
STIPES est persona à qua tanquam
à fonte promanauit sanguis: & à qua
aliqui duxerunt originem. 1424. e
SVBDIACONS existens in mor-
tali exercendo ministeria ad quæ de-
putatur, an peccet mortaliter. 73. b
SVBSTANTIA panis & vini nul-
la manet post consecrationem. 311. d
Et defenditur hæc propositio contra hæ-
reticos. 312. 313. 314. & 315.

Index materiaram.

Substantia panis & vini quando definiunt esse post consecrationem, non dicuntur annihilari. 316.d
 Substantia panis & vini in quo instanti conuertuntur in Christi substantiam. 317.c.d
 SUPERIOR audiens confessionem prius quam inferior tenetur totam confessionem audire, si velit sacramentalem absolutionem impendere. 745.b
 Superior in omni foro & iudicio potest sibi referuare aliquas causas, præsertim grauissimas. 743.d
 Superioris licentia est necessaria ad absoluumdum de peccatis referuatis. 744.b.c
 sine Superioris facultate an possit inferior absoluere, quando non est facilis aditus ad superiorem, & instet necessitas. 747.c.e
 Et an tunc teneatur pœnitens confiteri omnia peccata, etiam referuata, inferiori iudici. 748.d.e
 Superioris facultas ad absoluumdum de peccatis referuatis ad quid se extendat. 750.b

T

TEMPORA quæ deputata sint ad conferendos ordines. 1183.a
 Tempus celebrationis missarum vtrū sit conuenienter determinatum. 462.c
 Tempus septennij ad sponsalia requiritur tam in masculino quam in foemina: non tamen æquale tempus in vtroque requiritur ad matrimoniū. 1242.d
 TESTATOR in testamento iubens ab hæredibus restitutionem fieri, an securus è vita discedat. 871. & 872.
 TESTES, qui interesse debent deponationibus quales esse debeant, secundum Conci. Trid. 1332.d
 TIMOR seruilis quid proficit. 498.a

Timor seruilis bonus est & utilis. 498.c.d.e. & 499.

V

VERBA sunt necessaria ad perfectionem sacramenti. 13.a.b.c
 Verba in sacramentis qua ratione illorum forma esse dicantur. 13.d.e
 Verba quæ vicem formæ gerunt in sacramentis an debeant esse determinata: & in quibus sacramentis, & in quibus non ita explicite sit hæc determinatio. 14.c. & 15. & 16.a.b.
 Verba sacramentalia ex industria corrupte prolata non conficiunt sacramentum. 16.d
 Verba addita ex industria ad aliquem errorem inducendum efficiunt vt non fiat sacramentum. 17.b
 Verba quæ formam efficiunt sacramentorum si mutantur, corrumpantur, interruptantur, & transponantur quando ministrum à peccato excusare valeant. 28.c
 Verba illa, Qui pridie quàm pateretur, &c. an sint necessaria ad consecrationem. 285.c
 Verba de necessitate sacramenti eucharistiæ quæ sint, & quæ de necessitate præcepti. 285.d
 Verba consecrationis, Hoc est corpus meum, & Hic est enim calix &c. accipienda sunt vt iacent in proprio sensu. 298.d
 Verba consecrationis verificantur pro vltimo instanti prolotionis. 299.a.
 Quia conuersio non fit successiue, sed in instanti. ibidem.
 Et quia ante finem prolotionis non habent completam significationem. ibidem.c
 Verba hæc seu propositiones, Hoc est corpus &c. & Hic est enim calix. &c. prius natura sunt veræ, quam corpus & sanguis sub accidentibus sint, quâuis vtrūque sit simul tempore. 299.e
 Verba, Hoc & Hic, in forma consecrationis

Index materiaram.

tionis posita nõ demonstrant corpus Christi, nec panem: nec sanguinem nec vinum. 300.d.e
 Verba diuina & sanctorum reliquias an liceat homini portare secum. 709.d
 Verbis sacramentorum an liceat aliquid addere vel subtrahere. 16. 17. & 18.
 in Verbis sacramentalibus si fiat talis corruptio, quæ sensum illorum non auferat, conficitur sacramentum. 17.a
 Verborum additio manente eodem sensu essentiali non tollit sacramentum. 17.c.d.
 Verborum sensus si tollatur per talem additionem non conficitur sacramentum. 17.d.e
 Verborum interruptio si tanta sit vt tollat vnitatem propositionis est causa vt non fiat sacramentum. 18.a.b
 Verborum mutatio ex vno idiomate in aliud, si idem sensus seruetur, non tollit sacramentum. 18.c
 Verborum transpositio regulariter non tollit, quin fiat sacramentum. 18.d
 Verborum mutatio in forma baptismi exprimenda an tollat ipsum. 113.c. & 114. 115. & 116.
 Verborum horum vi, Hoc est corpus meum, solum Christi corpus in sacramento continetur: sanguis autem, anima ex diuinitas ex reali concomitantia. 322.a
 Verbum, Calix in consecratione sanguinis ponitur figuratiue continens pro contento. 292.c
 VERECUNDIA an excuset pœnitentem. 818.c
 VENIALIA peccata non tenemur confiteri. 662.c.d. & 663. 664.
 Venialia peccata sunt materia sufficiens confessionis, ita vt sacerdos absoluens ab illis conferat sacramentum verum. 665.b.c.d.e
 Veniam à Deo dimidiatam petere impie est. 767.c
 Venialis culpa est accedere ad vxorem voluptatis causa. 1384.c

VERMES si generentur ex speciebus eucharistiæ debent comburi, & eorum cineres intra altare recondi. 482.d
 VESTIS candida in baptismo imposita quid significet. 216.b
 VIATORIS, hominis & angeli discrimen. 541.d.e
 VINI & panis quantitas consecrabilis non terminatur nec ad minimum nec ad maximum. 276.d
 Vini & panis materia in consecratione debet esse præsens ad sensum. 277.c. & 278.
 in Vino congelato non potest fieri consecratio. 275.d
 Vino consecrato si alius liquor permisceretur sic re. vtriusque mixtio sicut ante consecrationem. 338.a
 Vino consecrato si admisceatur tantumdem aquæ aut alterius liquoris, non manebit ibi Christi sanguis. 338.b
 Vino consecrato si admisceatur aliud vinum rubrum aut album an ibi Christi sanguis maneat. ibidem.c
 Vinum additum sanguini Christi, cur non fiat sanguis. 250.b
 Vinum vitis an sit solum materia sacramenti eucharistiæ. 273.c. & 274. 275.
 Vinorum quæ genera non possint esse materia legitima sacramenti eucharistiæ. 274. & 275.
 VIR ob adulterium potest vxorem mittere quo ad torum. 1575.a. 775.
 Vir & vxor vtrum in causa diuortij possint ad paria iudicari. 1586.c
 Vir potest vxorem adulteram etiam post factum diuortium sibi reconciliare. 1593.c.d.
 Vir potest non reconciliare sibi vxorem etiam si post diuortium adulter sit. 1594.c
 Vir aut vxor an possint post diuortium aliud matrimonium contrahere. 1589.c.d.e. & 1590. 1591. & 1592.
 Et reijciatur opinio Erasmi & Caietani, asserentium posse secundo contrahere coniuges post diuortium. 1589.c.d

VIRTUS

Index materiaram.

VIRTVS infusa aut est per se aut per accidens infusa. 497.d.e
Virtutes quædam sunt quæ nullam imperfectionem important. 488. e. aliæ vero virtutes imperfectionem important. 489. a. b.
VNCTIO facta in vertice baptizati quid significet. 216. b
Vnctio extrema est verum sacramentū. 1097. a
Vnctio extrema est vnum sacramentū, licet fiant plures vnctiones infirmo. 1099. c. d.
Vnctio vltima in sacramento vnctionis est forma respectu omnium antecedentium. 1106. c
Vnctio non est faciendā in omnibus partibus corporis, sed in ibi cōnumeratis. 1120. a. b.
Vnctio secundum vniuersalem ecclesiā in quinque sensibus fit. Et agitur ibi de alijs vnctionibus, quæ antiquitus fieri solebant. 1120. d. e.
Vnctio an sit faciendā in cæco, claudo, & in qua parte. 1121. c.
Vngendi sunt oculi, aures, & pedes in collatione sacramenti extremæ vnctionis, etiam si suscipiens his organis a matuitate careat. 1121. b.
Vnctionis sacramenti alia vide in verbo, Extreme vnctionis.
VNUM tripliciter famitur indivisibilitate, continuatione, & perfectione. 255. a.
VOLUNTAS pro facto reputatur apud Deum. 761. e.
VOTI simplicis impedimentum ad matrimonium. 1406. e.
Voti solennis impedimentum ad matrimonium. 1413. c.
Voto solenni religionis ligatus an possit ex dispensatione summi pontificis vxorem ducere. 1413. d.
Voto solenni hominē amittit proprii corporis potestatem. 1414. a. b.
Voto sublato non esset religio, nam omne votum est de intrinseca ratione religionis. 1414. e.
VIRTVS

Votum simplex quāuis impediatur matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum. 1406. e.
Votum simplex quid, & an dirimat matrimonium. 1406. e.
Votum virginis ante nuptias non tantum votum, quam desiderium vouendi dici potest. 1367. d.
Votum solenne est traditio in possessionem alterius, scilicet Dei. 1407. b.
Votum simplex est promissio quædam alicuius rei, quæ non transfert eam in dominium & potestatem eius cui promittitur. 1409. b.
Votum simplex frangere est peccatum mortale. ibidem. d.
Votum iam quod non impedit matrimonium contractum, vtrum impediatur petitionem debiti. 1410. d.
Votum de non nubendo vel simplex religionis emittens non explicando castitatem, non solum reddere debitū, sed petere etiam absque vlla dispensatione potest. 1412. e.
Votum castitatis si vterque coniugum emiserit, quid erit faciendum quantum ad petendum debitum. 1412. a.
Votum solenne religionis approbatæ, si fuerit professio expresse siue tacite facta impedit matrimonium contrahendum & dirimit iam contractum. 1413. d.
Quia post votum solenne nemo potest contrahere, & si cōtrahat, est nullum matrimonium. ibidem.
Votum solenne adimit homini proprii corporis potestatem, cum sit realis traditio. 1414. a.
Votum solenne an ex natura sua iure dirimat matrimonium. 1414. d.
Votum solenne sacrorum ordinum, & solenne religionis in quo differant inter se. 1414. e.
Votum solenne ex natura sua iure diuino habet dirimere matrimonium. 1415. a. b.
Votum non reddendi debitum citra voluntatem

Index materiaram.

luntatem alterius, an possit alter coniugum facere. 1601. e.
Votum actus est spontaneus voluntatis, ibidem. e.
Votum faciens alter coniugum de non reddendo debito mortaliter peccat. 1601. e.
Votum de non petendo debito an possint facere vterque coniugum altero inuito. 1602. b.
VVALDENSIVM hæresis asserentium non debere confici sacramentum eucharistiæ per ista verba, Hoc est corpus meum sed per orationem dominicam septies dictam benedicens panem, & vinum. 283. d.
VVICLEF error circa materiam baptismi. 109. d.
VVICLEF error dicentis post consecrationem manere substantiam panis & vini. 312. a. b.
VVICLEF & eius sequacium error circa assumptionem sacramenti eucharistiæ. 424. a.
VVICLEF error circa necessitatem confessionis. 646. e.
VVICLEF error circa sacramentum ordinis. 1187. d.
VXOR prima, cum qua de presenti matrimonium contrahitur, etiam ante copulam impedit secundum matrimonium, quanuis consummatum. 1524. c. d. e.
Vxor secundo nubens putans primum esse mortuum, si bona fide fecit, quia id per certos nuncios & legitimos testes cognouit, non peccat: quamuis relicto secundo primum sequi debet. 1524. e.
Vxor secundo nubens mala fide & cum graui culpa, quia opinio vehemens vrbat primum viuere, si reuera mortuus fuerit, non separatur à primo. 1525. b.
Sed quanta certitudo necessaria sit de morte coniugis absentis, vt alter cōiux secundo contrahere possit. ibidem. c. d. e.

Vxorem ducens metu in virum constantem cadente, etiam si postea cum ea diu cohabitaret, in conscientia liber est, quia à principio matrimonium inuvalidum fuit. 1356. c. d. e.
Vxorem accedens quando dicatur limites matrimonij exire, vel non. 1384. e.
Vxorem accedere voluptatis causa an sit peccatum mortale an veniale. 1383. c. d. e. & 1384. d.
Vxorem accedens generationis causa cum voluptate adhærente & complacente, etiam si nimius voluptatis excessus procuretur, nullum est peccatum. 1385. b.
Vxorem accedere causa fornicationis vitandæ in illa, vel è contra, nullū est peccatum, imo est meritum. 1385. d.
Vxorem accedere causa vitandæ fornicationis in se an sit peccatum. 1386. b. c. d. e. & 1387.
Vxorem propriam accedere sanitatis causa an sit licitum. 1388. a.
Vxorem accedere extra vas legitimum peccatum est grauissimum. Et effusio feminis extra vas est etiam peccatū. 1388. e.
Vxorem accedere sedendo vel stando vel retrosum ad modum brutorum, vel foemina supergrediendo viro, intra vas tamen, licet sit peccatum, non tamen est mortale, nisi impediatur generatio. 1389. b.
Vxorem infidelem dimittens, quia conuertitur ad fidem an possit aliam ducere. 1539. e. & 1540. & c.
Vxorem infidelem, quæ post conuersionem mariti fornicata est, dimittere potest vir si velit, etiam si postea ad eandem fidem conuertatur. 1544. d. e.
Vxorem reliquens propter infidelitatem conuertens se ad fidem, quid facere debet, vt possit aliam ducere. 1546. d.
Vxorem dimittens infidelem non potest iuuenilis ætatis causa, vel propter fragilitatem carnis, vel difficultatem continendi, aliam ducere irrequisita vxore. 1547. b.

Index materiarum.

Et an vnus certus nuntius quod vxor non vult conuerti, nec cohabitare cū viro sine iniuria creatoris sufficiat ad ducendam aliam. *ibidem. c.*
 Vxorem occidere propria autoritate viro non licet quantumuis in flagranti delicto deprehendat eam adulterantem. *1548. d. e.*
 Quia nemini licet priuata autoritate se vindicare. *ibidem.*
 Vxorem occidere permittunt leges viro si eam in flagranti adulterio deprehenderit. *1549. d.*
 Patri quoque olim filiam in adulterio deprehensam occidere impune permittebatur. *ibidem. e.*
 Imo post trinam monitionem vir poterat antiquitus occidere vxorem, quāuis non deprehenderet in flagranti adulterio, modo vero non. *ibidem.*
 Vxorem legitimis testimonijs conuictā & de adulterio damnatam licite potest vir occidere, cum autoritate publica civili sibi traditur occidenda. *1550. b.*
 Vxorem adulteram non puniunt Christianorum leges, vt antiquæ illæ, quæ in Leuitico ponuntur. *1550. d.*
 Vxorem occidendam arbitrio viri tradunt leges, cum adulterauerit. *1550. e.*
 Vxorem aliam ducere ante consummationem matrimonij an possit aliquis ex dispensatione summi pontificis. *1573. b. c.*
 Vxorem fornicariam dimittere ad abstergendam infamiam, ne vir particeps criminis videatur, vel ad alios similes effectus, non est peccatum, imo potest esse virtus. *1574. e.*
 Vxorem dimittere quo ad torum licet viro ob adulterium. *1575. a.*
 Sed nunquid hæc conclusio verum habeat in peccato nefando. *ibidem. e.*
 Vxorem cognoscere extra vas naturale & legitimum est causa sufficiens ad diuortium. *1576. a.*
 Vxorem adulteram vir, nec virum adulterū vxor in certis casibus non potest

dimittere. *1576. e. 1577. & 1578.*
 Sed quanuis in his casibus vxorē adulteram vir non dimittat, tamen si eam cognoscat bigamiæ irregularitatem incurrit. *1579. c.*
 Vxorem fornicantem an teneatur vir dimittere ex præcepto ecclesiæ. *1579. d.*
 Vxorem fornicantem, quæ in peccato perseuerat, nec vult corrigi, tenetur vir sub præcepto dimittere per diuortium, si crimen sit publicum. *1581. b.*
 Et quando peccabit vir eam non dimittens. *1582. d.*
 Vxorem adulteram an possit maritus dimittere proprio iudicio, non expectata iudicis sententia. *1583. a. b. c. d. e. & 1584. 1585.*
 Vxores plures habens in infidelitate, si couertatur ad fidem quā ex illis habere debet: vel an aliam ducere poterit. *1545. d. e.*
 Vxores an habeant parius in causa diuortij cum viris. *1586. c. d. e. & 1587. 1588. a. b. c. d. e.*
 Vxores dimittentibus causa diuortij an ius relinquatur aliam ducēdi. *1589. c. d. e. 1590. 1591. & 1592.*
 Et an post factum diuortium locum habeat reconciliatio. *1593. c. d. e.*
 Vxores plures habere est contra legis naturæ secunda præcepta. Et ratio. *1603. a. b. c. d.*
 Vxores plures habere est directe contra ius naturæ, quocunque positio iure secluso. *1604. c. d.*
 Vxores plures habere lege euangelica prohibitum est. *ibidem. d. e.*
 Vxores plures habendi legem tulit Valentinianus imperator. *1606. d.*
 Vxores plures habendi summus pontifex non potest dispensationem concedere. *1607. e.*
 Et traduntur rationes quibus antiqui patres excusantur à pluralitate vxorum. *1608. b. c.*
 Vxores plures habere vlli nunquam licuit, nisi cū tuit reuelatione diuina concessum. *ibidem. c. d.*

Et

Index materiarum.

Et quibus potissimum hæc reuelatio facta fuerit. *ibidem. e.*
 Sed ex nulla causa vnquam licuit mulieri habere plures viros. *1610. b. c.*
 Vxoris amentis concubitus illicitus est, quando est spes concipiendi, ne sequatur abortus. *1518. b.*
 Vxoris consanguineam cognoscens incestum contrahit, per quem impeditur tam ad matrimonium contractū quam contrahendum. *1519. a.*
 Et hæc conclusio est intelligenda de incestu consummato in vase legitimo, & de legitime comprobato. *ibidē. d.*
 Vxoris & viri tactus quando sint peccatum. *1389. e.*
 Vxoris compaternitas an communicateur viro, vel è contra compaternitas viri, vxori. *1494. c. d. e.*
 Vxori adulteræ, cuius adulterium probari non potest, absque peccato potest vir denegare debitum, quanuis

ab ecclesia compellatur per censuras ad reddendum. *1585. d.*
 Vxorum pluralitas non tantum iure natura prohibita est, verum etiam eo ipso secundum matrimonium est nullum. *1605. e.*
VXORICIDIUM si fiat autoritate publica nullū censetur matrimonij impedimentum. *1551. b.*
 Vxorididum autoritate priuata factum non causa & affectu conciliandi alterius matrimonium, sed propter aliam quancunque occasionem, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. *1551. c. d.*
 Si vero ambo adulteri machinentur in mortem coniugis homicidium sine præcedenti adulterio sufficit ad dirimendum postea matrimonium. *ibidem. e. & 1552. a. b. c. d. e.*
 Vxorididij alia impedimenta, & diuersos illius casus, vide. *1553. & 1554.*

F I N I S.

